



2 to 21.



0  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34



THEOPHILI  
**RAYNAVDI**  
 SOCIETATIS IESV  
 THEOLOGII,  
**PONTIFICIA.**

VIDELICET

- |   |   |
|---|---|
| I. Corona Aurea super Mithram<br>Romani Pontificis.         | IV. Rosa Mediana à Pontifice Prin-<br>cipibus dono missa : Ritus Sacer<br>Dominicæ 4. Quadragesimæ. |
| II. De Bicipiti Ecclesia sub SS. Petro<br>& Paulo.          | V. De Gladio & Pileo à Pontifice<br>benedicto, in nocte Natalis Do-<br>mini.                        |
| III. Agnus Cereus Pontificia Benedi-<br>ctione consecratus. |   |

**TOMVS DECIMVS.**

*IN QVO, QVÆ HACTENVS EDITA ERANT, AB AVCTORE*

*plurimis in locis fuere amplificata. ~~Ad hunc usque Pontificatus~~*

*CVM INDICE COPIOSISSIMO. ~~De Annis~~*



LVGDVNI,

Sumpt. HORATII BOISSAT, & GEORGII REMEVS.

M. DC. LXV.

Cura Approbatione, & Permissu Superiorum.







## ALEXANDRO VII. PONTIFICI MAXIMO.



**O**RONAS Aureas, honoris ac reverentiæ pignora, PATER BEATISSIME, Decessorum Tuorum vestigiis advoluerunt Magna omnino inter mortales Nomina, Henricus, Clodovæus, Stephanus; Demetrius, Hildephonfus, Spicionentus, alij præterea hominum Apices, quibus Religiosus animus id officij persuasit, vt confociatæ in Christi Vicario Regiæ ac Sacerdotali Maieftati, deferendo eo perantiquo Sacerdotij ac regni symbolo, attestarentur: suæque simul observantiæ erga culmen istud Pontificiæ sublimitatis, argumentum ederent, præcipuo autoritatis suæ insigni, ad pedes eius demissè abiecto, cui suas in terris vices, supremus omnium arbiter Christus, dum volverentur secula, starétque orbis, concreditas voluit. Fecere illi non religiosè tantùm, sed & magnificè, ac Christianis Regibus dignè.

AVSIM tamen hominum postremissimus, nec tenuis tantùm census, sed etiam consors auspicii illius Religionis nostræ, quem vel obolus ad quantulamcunque mendicabuli stipem defecit, promere de Cæmeliarchio meo dicam, an publico Ecclesiæ? imponendam venerandissimo huic vertici Auream Coronam, omnibus illis pretiosis oneribus Regionum munerum, gemmatis agalmatis gravium, luculentiorum. Nihil terrena illa humanæ magnificentiæ ostenta, ad Auream Coronam quam exhibeo. Illæ terra fulva erant, pœnali ergastulorum labore eruta; vt multùm, maris pomis, ac exemptitiis è piscium cerebro lapidositatibus, prægravata. Hæc cœlesti structa metallo, artifice Spiritu sancto concinnata, bullis radiantibus per Sanctos Dei homines aggestis dives, supra nostratia quævis pretia, æstimatione attollitur. Nec si numero certandum sit, concedendum de coronarum multitudine putem Ptolomæo ac Berenici, quos ludis publicis, donatos coronarum aurearum quadragena, super aureis curribus præ pondere advecta, proditum est; vel Antiocho Epiphani, qui vt Paulum Consulem Romanum superaret, coronas aureas, ultra quater millenas, in pompa produxit; aut L. Syllæ, in cuius funebri pompa, suspicere, non etiam æstimare fas fuit, aurearum coronarum struices, dona civitatum, & amicorum, quorum

quorum ne dici quidem luxus poterat. Ne sic quidem, insanæ vanissimorum hominum luxuriæ, adiudicari sino victoriam; qui tamen eo specimine, quod exhibeo, de coronarum numero concedere videri possum; at si coelestes fodinas scrutari penitus, & divitem hanc glebam industrius fossionis artifex indagem, etiam superabo. Itaque tamen quod ex me est, qui nonnullam duntaxat, proferendi in apertum has opes curam adhibui, munus possit levidens ac tenuitati meæ admensum videri; at penes dignitatem à materia, & opificio, ac copia, micat insigniter.

CVR Tibi, BEATISSIME PATER, hoc quaecunque est mei erga Sedem Apostolicam studij argumentum, humillimè delatum voluerim, ea nominatim causa permovet, quod Tuæ sunt omnes divitiæ quas produco, Tua universa hæc gloria, quam in factis Tuis splendidissimè micantem gratulamur; At tribuendum esse cuique suum, omnia iura clamant. Et sicut nefariè, Allophyli rebelles lumini, connisi sunt, sua decora & collatos à Christo ipso titulos, huic Sanctæ Sedi subducere; ita genuinos Ecclesiæ filios, par est, sub eiusdem auspiciis, studium omne in eis firmandis illustrandisque collocare. Feci id Ego pro viribus, hac tractatione, in quam ut fontem Bonitatis Tuæ, quo negotia Dei rigare soles, corruari annuas, demissimè postulo.

SANCTITATIS TVE,

Devotissimus,  
THEOPHILVS RAYNAVDVS  
ex Societate I E S V.

1. Septembr. 1663.



CORONA AVREA  
SVPER MITHRAM  
ROMANI PONTIFICIS.

ARGVMENTVM.



INTER Pontificis Aaronici ornamenta, eximium & cum primis nobile numerat Siraides cap. 45. Eccles. quod supra communem ipsi cæterisque Sacerdotibus pileolum, gestabat capitis tegmen acuminatum, aurea lumina Dei nomine inscripta, & in triplicem coronam structa decorum, ut ex Iosepho obseruat ibi Iansenius.

Est Pontifici nostro, Christi in terris Vicario, & supremo Christianæ Religionis Antistiti; tanto augustior corona; quanto differentius præ Aaronico Pontifice nomen hæreditavit. Eam coronam Bonifacius VIII. corona triplici superstructa exornavit. Quo in opere, multa mysteria detegunt, Antonius Mazaronius libello de tribus Pontificis coronis, Carolus Paschalius lib. 9. de Coronis cap. 14. Andreas Sautfayus lib. 1. panopliæ Episcopalis cap. 5. Breuiter dixerim, Mithram esse Episcopalis potestatis cæteris Episcopis communis, insigne; coronam verò auream triplicem, symbolum esse triplicis Pontificiæ authoritatis, qua Christi Vicarius reliquis Antistitibus longè supereminet: nempe potestatis ad docendum, dispensandum, atque plectendum. Hanc ipsam coronam, absque symbolorum tectorio satis luculentam, solaque materia prædiutem; exhibitum venio, *expressam signis sanctitatis*; contextam inquam ex insignibus titulis quibus Pontificus vertex, ab omni Christiano ævo, ob eam triplicem potestatem est exornatus, sic enim verè expressa est eius sanctitas. Hæc item verè est *gloria honoris*, hoc est claritas & veluti emphasis, ac præcellentia honoris rante sublimitati meritò debiti, & *opus virtutis*, siue fortitudinis; nempe opus representans potestatem & authoritatem qua donatus à Deo est Christi Vicarius. Micatque ea in parte *omne desiderabile*, atque magnificentum, ut sint hæc verè *desideria oculorum*, & quidem non lusciosorum, sed exquisitè perspicacium.

Theophili Raynaudi Pontificia.

A

AD

AD HANC gloriam honoris, & hæc signa Pontificiæ sanctitatis ac fortitudinis exhibenda, induxit petulantia spurciloqui Poppæ, ausi ponere in cœlum os suum, & dehonestare infami, vel etiam blasphemio ANTICHRISTI titulo, quem Deus Principem dixit inter Christos suos quos tangi vetuit, impetiue quoquomodo; quanto magis de adeo probrolo ac foetenti stercore lapidari? Nam esse eum titulum longè putentissimum, & immane quantum horrificum, docebo in Epilegomenis subnot. 4. Et suppetebant quidem spongiæ complures, quibus tetram labem eluerem. Incubuerunt enim in eius probri absterfionem Scriptores grauissimi, iustis ac plenis disputationibus; nominatim Nicolaus Sanderus lib. 7. visib. Monarch. Iosephus à Costa de temp. nouiss. Bellarminus lib. 3. de Pontif. & Opusculo contra Anonymum Italum. Suarez lib. 5. de defen. fidei, Florimundus in opere de Antichristo, Coccius tom. 2. lib. 10. Lessius disput. de Antichristo, & passim Hæreseologi. Versantur illi in hoc negotio, & accuratè & diligenter. Non occurrit tamen, nec vt existimo occurrere potuit ratio, aut commodior expeditiorque, aut certior, ad obstruendum os infrunitum loquens iniqua; quàm si iudicia Sanctissimorum & Doctissimorum Patrum (ac etiam plenariorum Conciliorum) iudicio Grunniloqui Sycophantæ committerem; & foedam ac lutulentam cœni teterimi asperginem, oppositis tot luculentis titulis & lectissimis ornamentis detergerem.

CVIVS vestigiis hac in parte insisterem, habui neminem. Nam qui de attributis Romani Pontificis, spissum opus edidit Abrahamus Bzouius, Iulius item Bullengerus in opere de eodem argumento, quod tanto post Authoris obitum latens, sequestrorum diligentiam interpellat, omnia alia cogitarunt quàm hic moliar. Non recipio porrò, omnes Romani Pontificis titulos, à Conciliis Patribusve, aut probatis antiquis authoribus delatos representare; quod immensæ foret operæ; sed signatis lectoribus & illustrioribus, non aucupabor in cæteris diligentia laudem. Quod enim scitè dixit in Annalibus num. 133. Constantinus Manasses: *Gustus etiam perexiguus, dolij totius; & contexti egregie populi documentum, simbria præbet: Et Leo magnanimus ex vnguibus agnoscitur.*


## PROLO



## PROLEGOMENA.



LIQVI tituli Romani Pontificis cadunt in eum explicatissimè, atque formaliter, atque adeo in illis Pontifici accommodandis non est collocanda opera. Sunt verò alij, qui non ita apertè Pontificem afficiunt: sed aliò potiùs spectare videntur prima fronte. Eiusmodi sunt nonnulla sancti Petri, & Ecclesiæ elogia, ac etiam quæ de S. de Apostolica, & clauibus Regni cœlorum vel Ecclesiæ, aut de Petri gladio pronunciantur: Vnde perillustres Pontificis tituli erui possunt; sed præmissa scrutatione, & disquisitione aliqua, cui nunc exhibendæ, prænotationibus aliquot ad scopum propositum viam munio.



## PRÆNOTATIO I.

*Qui sancti Petri tituli, Romanis Pontificibus eius Successoribus aptari possunt.*



ST quidem Romanus Pontifex, vt Christi Vicarius, ita Sancti Petri in ea Christi Vicaria præfectura successor. Nam hæretici diffidentes S. Petrum Romæ sedisse, helleboro indigent; neque tamen omnes tituli, quibus sanctus Petrus honestatus legitur, in eius successores cadere sunt censendi. Distinctio igitur adhibenda est. Nam aliqui tituli sancto Petro tributi afficiunt eum ratione dignitatis Vicarij Christi, & Pastoris vniuersalis: alij verò in eum cadunt, non prout Petrum, sed prout Simonem; id est non qua fundamentum, & Petram Ecclesiæ, sed qua priuatum hominem, personam singularem. Priores tituli, V. G. titulus *Sanctorum Cœlorum*, vel *magistri Ecclesiæ*, ac *Pastoris supremi*, sunt alijs Pontificibus Romanis communes cum sancto Petro, sicut dignitas Pontificia, eadem est in vtrisque. Non enim aliam, vel pleniorē, aut maiorem potestatem Pontificiam accepit à Christo S. Petrus, quàm quilibet posteriorum Romanorum Pontificum: quia cum potestas Pontificia sit collata Sancto Petro in bonum Ecclesiæ, quæ ad finem vsque sæculi duratura erat, necesse fuit tantundem potestatis tribui cuilibet Pontifici, Ecclesiam suo tempore moderanti, quantum tributum est sancto Petro, pro eo tempore, quo Ecclesiæ præfuit. Idque volebat sanctus Augustinus in iis adducendus, cum dixit, *Claves tribuit esse Petro in persona Ecclesiæ*. Et cum dixit, *Claves non Petro, sed Ecclesiæ fuisse traditas*: quia scilicet vt fuscè sequitur Dungalus contra Claudium Turinensem, hæc D. Augustini loca ex utriusque, pag. 181. Claves non sunt traditæ sancto Petro, quatenus homini singulari resumendæ cum sanctus defuisset; sed traditæ sunt sancto Petro, prout persona publicæ, atque

*Theophili Raynaudii Pontificia.*

que adeo etiam omnibus, qui ei pro tempore succederent in Ecclesiæ gubernatione. Itaque tales sancti Petri titulos merito inferemus syllabo nostro, quippe omnibus alijs supremis Ecclesiæ moderatoribus æque communes, cum omnes ea in re Petrum exhibeant, sintque representatiue idem, quod Petrus: sicut quilibet Regum posteriorum, exhibet primum, in quem cum iure successione collata est regendi potestas.

Et verò id in re nostra adeo exploratum, vt frequentissimè nomen Principis Apostolorum usurpatum legatur pro Pontifice, etiam post multa sæcula sedente. Sic in libello de exilio sancti Martini Papæ, Pyrrhus dicitur venisse Romam, *ad vestigia B. Petri*; hoc est ad Theodorum Pontificem tunc sedentem. Eodem sensu sanctus Innocentius I. Epistola ad Concilium Mileitanum (est 9. inter Augustinianas) sic scribit. [Quoties fidei ratio ventilatur, arbitror, omnes fratres Cœpiscopos nostros, non nisi ad Petrum, id est, sui nominis, & honoris auctorem, referre debere, velut nunc retulit vestra dilectio.] Retulerant autem ad ipsum Innocentium; ad quem proinde referre, idem fuit, quod referre ad S. Petrum. Non minus apertè Agatho Papa Epist. ad Constantinum Quartum, *Petrum* pro sui temporis Petro, hoc est, pro sancti Petri successore tunc Ecclesiam moderante, his verbis accipit. [Petri auctoritatem vt potè Apostolorum omnium Principis, semper omnis Catholica Christi Ecclesiæ, & vniuersales synodi fideliter amplectentes, in cunctis secute sunt, omnesque venerabiles Patres Apostolicam eius doctrinam amplexi: per quam probatissima Ecclesiæ Christi luminaria claruerunt. Et sancti quidem Doctores Orthodoxi venerati, atque sequuti sunt; hæretici autem falsis criminationibus ac derogationum odiis insequuti.] Sanctus Bonifacius varijs locis annotatis à Pithoco in Glossario, vocatur *missus sancti Petri*, id est Gregorij, vel Zachariæ Romanorum Pontificum tunc sedentium. Eulalius item Syraculanus auertens sanctum Fulgentium à destinata ad Monachos Ægyptios peregrinatione, vt ex eorum Institutione formaretur in probatum Monachum, rationem reddit, (vt refertur in actis sancti Fulgentij c. 12.) quod omnes illi Monachi essent abiuncti à communionem B. Petri, id est Romani Pontificis.

A 2

Pontificis

PRÆNO. I.  
Qui S. Petri  
tituli cadat  
in Pontif.

Pontificis tunc sedentis. In formatis litteris, pro tessera Catholicismi, & communionis cum Romano Pontifice, tunc regente Ecclesiam (id enim est esse Catholicum, iuxta sanctum Ambrosium in Satyri Monodia.) ex decreto Magni Nicæni Concilij, post litteras initiales nominum Græcorum, *Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, ponebatur littera P, initialis nominis B. Petri; Quo ipso significabatur, eum, cui litteræ illæ tradébantur, esse Catholicæ communionis, & nexum cum Romano Pontifice, tunc Ecclesiæ vniuersalis Rectore. Denique Stephanus III. vt se sui temporis Petrum ostenderet, cum daret litteras ad Principes Francorum, quibus vrgebat eos, vt præsto essent Romanæ Ecclesiæ affiliatissimi; exarauit litteras nomine sancti Petri, quæ in volumine Pontificiarum Epistolarum ad Francos, olim studio Caroli Magni confecto, & nuper à Grefero publici Iuris factæ, recensentur tertio loco; extantque etiam apud Baronium anno 755. Hæc exploratum reddunt, titulos tributos sancto Petro, pro vt vniuersali Pontifici, in quoslibet eius successores cadere: quandoquidem ipso quoque Petri nomine insigniuntur.

Tantum adhibenda est limitatio pro paucis quibusdam titulis, qui ita cadunt in sanctum Petrum, prout Pontificem, vt tamen ob circumstantias restringantur ad tempus Pontificatus solius sancti Petri, vel non multum ulterius diffundantur. Hoc vt aperiam, præmittendum est, quid Iuris esset sancto Petro prout Pontifici, in alios Apostolos quando fuerit superstitis, & quibus titulis ea ex causa sit honestas: Nimirum à S. Chrysostomo dictus est, *primus Chori Apostolorum*: à sancto Clemente, *primus vocationis discipulorum*: Ab alijs, *or Apostolorum, & Princeps Apostolici Cætus eiusque vertex*. Similia ex varijs Patribus addensat Iustinian. disp. 1. Prolego. in Paulum c. 9. n. 5. & 6. quæ conuincunt debet, non sonare nudam vocationis antecessionem, vt absurdè commenti sunt quidam Sectarij. Nam antecessionem quidem ratione vocationis, non habuit sanctus Petrus, sed S. Andreas, de quo propterea Hesychius Orat. de eo ait. [Primus est in Apostolorum coronam vocatus, quasi columna primùm affixus est in Ecclesia, & ante Petrum Petrus, fundamentique fundamentum: qui primitiarum fuit Principium, qui antequàm vocaretur, alios vocat ad Dominum, quique ante consignat, quàm consignaretur; qui antequàm adducatur, adducit.] Nec minus concinnè sanctus Athanasius in sancti Andree Encomio. [Andreas Apostolorum prima plantatio. Hic Christi disciplinæ portas aperuit. Hic Prophetiæ Agriculturæ fructus; primus vindemiauit: speique dono præstans cæteris, primus eum quem omnes expectabant, amplectitur; primus veteris instituti præcepta, constituto terminari tempore comprobauit; primus Moyfi linguam cohibuit.]

Non igitur primatus Apostolici Chori in sancto Petro ad antecessionem ratione vocationis referendus est, sed ad authoritatem, qua potius est super Collegas Apostolos. Eam quippè authoritatem, rectè agnoscit Sanctus Thomas 4. contra Gent. c. 76. & Bellarminus l. 1. de Romano Pontif. c. 9. Præiueruntque Anaclet. Epist. 3. & Sanctus Leo, Epist. 84.

quæ est ad Anastasium Thessalonicensem. c. 12. Vbi sic præter cætera. [Inter Beatissimos Apostolos, in similitudine honoris fuit quædam discretio potestatis; & cum omnium par esset electio; vni tamen datum est, vt cæteris præmereretur.] An expressit Sanctum Cyprianum cuius illa sunt. l. de Vnit. Eccles. nu. 4. [Hoc erant vtique, & cæteri Apostoli, quod fuit Petrus, pari consortio præditi, honoris, & potestatis; sed exordium ab vnitæte profiscitur. Primatus Petro datur, vt vna Christi Ecclesia, & Cathedra vna monstretur. [Notanda sunt verba illa. *In simili honore, & illa; pari consortio honoris præditi*. Nam ea verba aperte ferunt, omnes Apostolos fuisse æquales quoad suæ Iurisdictionis fontem, & missionem à Christo acceptam. Omnes enim sunt à Christo electi in Apostolos. Omnibus, Matth. 18. sunt promissæ Cæli clauis, id est Iurisdictione in orbem vniuersum & personalis potestas in totam Ecclesiam, quæ re ipsa exhibita est Matth. & Marci vltimo, vbi omnes iussi sunt ire, & docere omnes gentes & Ioan. 20. Vbi omnes mittuntur, licet ipse Christus erat missus à Patre. Idque esse de ratione dignitatis Apostolicæ, notat Sanctus Thomas, 1. Cor. 12. *sub finem*. Annunt Patres illi, qui omnes Apostolos fuisse dignitate pares, & ius præsidendum per totum orbem tenuisse affirmant, quod de Sancto Paulo habet Chrysostomus in c. 2. ad Galat. ad illud, *qui operatus est Petro in Apostolatam*. Petrus Dam. Opusc. 35. c. vlt. ac ex parte Eucher. hom. de Natali Apost. Et de alijs Apostolis varij apud Iustinianum Prolegomenis in Paulum disp. 1. c. 9. Consentiant Theologi magna ex parte. Videndus Suarez l. 4. de Leg. c. 1. n. 4. Et disp. 10. de Fide. l. 1. n. 3. Molina Tract. 5. de Iust. disp. 4. c. 10. *ad tertium argumentum*; & Bellarm. l. 4. de Pontif. cap. 23. Dissolent autem nonnulli, qui volunt Apostolos reliquos accepisse iurisdictionem à sancto Petro, vt Turrecrem. ad articulum primum Basileensium à n. 22. Iolanus. l. 2. de Imper. milit. Eccles. tit. 1. q. 1. Ioannes Stephanus Valentinus l. de Potest. coactiua Summi Pontif. c. 12. nu. 2. & Magalian. in Proœmio Epist. 1. ad Timoth. sect. 11. Hoc puto falsum, lubensque agnosco, omnes Apostolos Iurisdictionem à Christo immediatè accepisse.

Et tamen addo, Sanctum Petrum speciali modo clauis accepisse, & prerogatiua Iurisdictionis esse potitum, quippè qui aliorum erat Pater, vt loquitur Clemens Romanus, Epist. 1. & 2. atque ad eodè poterat alijs præcipere, & eos si res ferret, huc, aut illuc mittere. Idem omnium curam tanquam Christi Ouium habebat, vt sanctus Chrysostomus notauit Ioan. 11. & accuratè prosequitur Bellarminus l. 1. de Pontif. c. 16. Solus poterat vniuersale Concilium indicere, eò aduocando omnes alios Apostolos, vt Salas benè admonuit l. 2. Tract. 15. disp. 8. sect. 3. nu. 20. Solus poterat de vniuersali ordine aliquid statuere, & leges vniuersales sciscere; aliorum verò Apostolorum leges mutare, aut reuocare. Et quod caput est, eius solius potestas vniuersalis, erat ordinaria; cæterorum autem non nisi delegata, & cum ipsis extinguenda. Ita vt sicut potestas Vicarij generalis idem cum Episcopo Tribunal sortiti, tametsi

PRÆNO. I.  
Qui S. Petri  
tituli cadat  
in Pontif.

metri amplitudine extensiuæ, siue quoad obiecta, & loca, potest esse par auctoritati Episcopali, salua subiectione ad Episcopum à Apostoli omnes, tametsi Petro æquales honore, quoad amplitudinem extensiuam, & fontem Iurisdictionis personalis vniuersalis, tamen in ea ipsa æquali auctoritate, Petro suberant; non quidem, vt eius Vicarij (nam in hoc deficit analogia, quam non est opus quadrare, quoad omnia) sed quatenus ei subordinati, prout capiti supremo Ecclesiæ ipsorumque etiam Apostolorum. Quod ferunt illa Sancti Cypriani l. de Vnit. Eccles. n. 11. [Super illum vnum adificat Ecclesiam suam, & illi pascendas mandat oues suas. Et quamuis Apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat, & dicat, *sicut misit me Pater, & ego mitto vos: accipite Spiritum sanctum: si cui remiseritis peccata, remittuntur illi, si cui tenueritis, tenebuntur*; tamen vt vnitatem manifestaret, vnam Cathedram constituit, & vnitatis eiusdem originem, ab vno incipientem, sua auctoritate disposuit.] Id ipsum factis comprobasse Sanctum Petrum, ostendit Bos. l. 18. de Signis c. 2. nonnullis rationibus, præsertim ex necessitate limitandi *Diceceses*. Idem astruit S. Thom. 4. contra Gent. c. 76. & Bellarm. l. 1. de Pontif. c. 9. Plures suppeditant, qui in hoc genere vberes sunt, recentiores Scholastici, & Hæretologi, præsertim Caietan. Tom. 1. Opusc. tract. 1. c. 3. & tract. 3. c. 5. Onufr. l. 1. de Primatu Petri part. 1. c. 5. Sanderus. l. 2. de Clauè David. c. 5. Azor. tom. 1. l. 4. c. 11. *ferè inuicem*, & Maucier. p. 2. de Monarch. l. 14. c. 10.

Non dissentit à sensu prædictorum, S. Leo ser. 3. de anniuerf. suæ assumpt. vbi Apostolis omnibus equalitatem videtur concedere. Quod significat quoque Petrus Damian. serm. 1. & 2. de S. Bartholomæo cum ait, omnes sanctos Apostolos, vnius priuilegij dignitatem, vnius fastigij celsitudinem, nec disparem cælestis gratiæ habuisse vnitatem. Nam quod B. Petro Dominus Clauis regni cælorum, speciali quadam voluit traditione committere; hoc propterea factum est, vt vnitatem Ecclesiæ commendaret. Cæterum quicquid vni specialiter dedit, communiter omnibus contulit. Nempe (vt statim subdit) Spiritum sanctum, gratiam curationum, potestatem in demones atque serpentes. Charisma miraculorum. Hæc vides non pugnat cum constituta Sancti Petri super omnes Apostolos præcellentia, quoad prerogatiuam rectoris vniuersalis, omnium fidelium non exclusis Apostolis. Tantum enim ferunt paritatem in munere Apostolico & in gratijs gratis datis, ac etiam in sanctitate; salua semper S. Petri super omnes præeminètia penes potestatem Ecclesiæ gubernatiuam, & vniuersalem & nulli puto homini subordinatam, & ordinariam.

Sic constituta ordinariâ Sancti Petri in Collegas Apostolos potestate, perspicuè sequitur, quomodo ex titulis, Sancto Petro quatenus Pontifici vniuersali delatis, non posse omnibus successoribus tribui, vt assumabam; eos nimirum, qui spectant personas ipsas cæterorum: quamuis illi tituli, qui ius in Apostolica decreta inuoluunt, æquè ad successores Sancti Petri transfundantur. Declaro vtrumque & in primis certum est, Pontifices qui sancto Petro successerunt, idem ius habuisse in reliquis Aposto-

los, (quandiu aliqui eorum fuere superstitis) quod Sanctus Petrus habuerat. Nam potestas ad Sancti Petri successores transfusa, fuit illa ipsa quam adeptus est Sanctus Petrus, non vt Apostolus, vel vt talis homo, sed vt Pastor ouium, & caput Ecclesiæ; quia ea potestas ob perpetuè duraturam similem capitis supremi, & Pastoris ouium necessitatem, collata est cum Iure successione, vt fert certa Patrum traditio, de qua in Epilegomenis subnotatione 2. Veritate 2. Itaque defuncto Sancto Petro, Apostoli qui ei fuere superstitis, æquè subiacuerunt eius successoribus, ac ipsi Sancto Petro subiacuerant, cum moderaretur Ecclesiam. Ac proinde Pontifices Apostolis coæui, poterant vt eorum operâ cum imperio, eosque dirigere, & iisdem præscribere, quæ congruentiora viderentur. Hæc tamen erat potestas in personas, & cum personis ipsis euanuit. Vnde si qui tituli Sancti Petri inuoluunt Ius illud in personas Apostolorum, licet ij tituli post Sanctum Petrum communes fuerint illis Sancti Petri successoribus, qui eodem cum aliquibus Apostolis vixerunt tempore; tamen non possunt recenseri inter titulos communes sancto Petro, & illis eius successoribus, qui post Apostolos vixerunt.

Omnes tamen Sancti Petri successores, (vt secundo loco statuebam,) par cum eo ius habuerunt in decreta ab Apostolis edita. Vnde poterant (& etiam nunc possunt si res ferat,) mutare, & abrogare eorum decreta. Vt videmus fecisse S. Victorem Papam, qui præceptum S. Ioannis Euangelistæ circa celebrationem Paschatis, abrogauit, non alia, quàm Petri potestate. Quinimo, quia potestas posteriorum Pontificum, in qua succedunt Sancto Petro, manauit à Christo, nec est subordinata potestati S. Petri, sed par, & æqualis; æquè potuerunt, ac etiam nunc possunt) si res ferat,) Sancti Petri decreta mutare, ac cæterorum Apostolorum, vel suorum aliorum antecessorum. Sic enim posteriores Pontifices, quia cessat causa legis, abrogarunt præceptum Iarum ab ipso Sancto Petro, cum Concilio Hierosolymitano, de abstinentia à certis cibis seruandâ. Nimirum mutatio extra regulam fidei, quam Tertullianus lib. de Veland. Virg. cap. 1. rectè statuit irreformabilem, est in potestate Capitum Ecclesiæ quoad disciplinam, & conuersationem, vt idem Tertullianus affirmat, subscribitque S. Leo Epist. 90. Consentiant in hac doctrina de potestate Pontificis in decreta Apostolica, S. Thomas, quodlib. 4. art. 14. & in 4. dist. 28. *ad quoddam argumentum*, & Opusc. 19. cap. 4. *sub finem*. Azor. tom. 1. lib. 5. c. 15. q. 4. & tom. 2. lib. 4. cap. 28. quaest. 1. & Suarez. disp. 10. de Fide sect. 1. num. 28. Liqueat ergo aliquos Sancti Petri prout Pontificis titulos, non æquè pertinere, ad omnes eius successores, quia inuoluebant personas, non nisi ad aliquod tempus superstitis. Nec plura de ijs sancti Petri titulis, qui illi cum successoribus, possunt esse communes, quia cadunt in eum prout Pontificem vniuersalem.


Sunt verò alij quidam tituli sancto Petro tributi, spectantes personalia eius ornamenta, quos liquet, non posse sancti Petri successoribus adscribi; sicut fundamenta titularum illorum non sunt alijs Pontificibus cum sancto Petro communia.

PRÆNO. I. *Qui S. Petri tituli cadat in Pontif.*

munia. V. G. ex eo quod sanctus Petrus, interroganti Christo, solus pro omnibus responderit, quod ipse esset Christus filius Dei vitis dictus est à S. Athanasio Orat. de S. Andrea, *interrogatorum lingua discipulorum*, & à Theophanè Certamæ homil. 45. *communis lingua condiscipulorum*; Et à sancto Chrylostomo hom. 87. in Ioan. *Os Apostolorum*. Hoc constat non debere aptari Romanis Pontificibus, sancti Petri successoribus, quia fundatur in actu, qui solius sancti Petri fuit proprius; similiterque tituli petri à varijs sancti Petri virtutibus, non sunt cum eius successoribus communicandi. V. G. varij Patres celebrant sanctum Petrum ab in signi fetuote, vt Chrylostomus in cap. 2. ad Galat. Epiphani. in Anchorato, Theodoretus Orat. de Charit. vbi etiam de sancti Petri in Christum amore præclare disputat; Eiusdem humilitatem in ferenda sancti Pauli reprehensione, hortandisque fidelibus, vt eius Epistolas, quibus se notarum nouerat, studiosè euoluissent, laudarunt S. Greg. hom. 18. in Ezech. S. Cyprianus Epist. 71. & sanctus August. Epist. 19. *solus Rex Epistola ad Adrianum edita in calce episculorum Hinemari*. Et præclare in simili fidelium aduersus eum murmure ob aditum Cornelium Gentilem, humilitatem sancti Petri suspicit sanct. Gregor. lib. 9. Epist. 39. ad Theoctistem Patriciam: Fidem eximiam sancti Petri, cum varij Patres infra adducendi exornarunt, tum nominatim sancti Clemens initio primæ Epistolæ verbis illis, quæ ad fidem eius pertinere; optimè expendit Turrianus 2. contra Magdeb. cap. 14. [Petrus veræ fidei, & integræ prædicationis obtentu, fundamentum esse Ecclesiæ definitus est, qua de causa etiam Domini ore diuino, cognominatus est *Petrus*, qui fuit primitiæ electionis Domini, Apostolorum primus, cui, & primo Pater filium reuelauit, cui, & Christus competenter beatitudinem constituit; qui, & vocatus est, & electus, & Coniuna Domini, & comes effectus, tanquam bonus, & probatissimus Discipulus; qui obsecratiorem mundi plagam Occidentis (velut omnium potentior, illuminare præceptus est; quique & integrè potuit implere præceptum. Egegiè quoque confessionem fidei ab eo emittam Marth. 16. exornauit, Theophanes homil. 55. A laboribus in studio iuandarum animarum, cadunt in sanctum Petrum tituli illi, quos per proportionem quandam alij euadam Petro, Episcopo, sancti Apostoli egregiè imitatori, accomodat Petrus Chrysologus serm. 107. vel apud eum alius, de ipso fortè Petro Chryologo agens. [Ipse est Apostolicus Piscator electus; qui ad se turbas errorum fluctibus metas, homo sanctitatis, vitæ, doctrinæ suæ reti, concludit ad fidem, hominum multitudinem copiosam. Et etiam ipse beatissimus, Apostolicus auceps, qui animas iuuenum per aëra volantes, calamo diuini sermonis attingit.]

Huiusmodi titulos in sancti Petri virtutibus fundatos, constat immanere ipsi sancto Petro, nec debere ad eius successores transferri; in solo titulo, quod sint illius in gubernatione Ecclesiæ successores. Quod æquè dicendum est de varijs prerogatiuis personalibus sancto Petro præcipuis, in quibus recensendis diligentiam probant Rossensis ad art. 25. Lutheri, San-

derus lib. 2. de Clauè David cap. 5. Bellarmin. lib. 1. de Rom. Pontif. à cap. 17. ad 25. Bosius lib. 18. de Signis cap. 1. Omnis huiusmodi decora, personalia sunt, & immanent sancto Petro. Sicut è contrario si quæ fuerunt sancti Petri probra personalia, vt Christi negatio, non est id cœnum Romanis Pontificibus sancti Petri successoribus afficiendum; prorsusque infaniunt Setaij, qui ad conciliandam sancti Petri successoribus infamiam, plurima in sanctissimi Apostoli dedecus, impiè æquè ac mordaciter addensant, præsertim Magdeburgenses Cent. 1. cap. 10. Si qui fuere nœui in sancto Apostolo, eos sanctum Marcum diligenter adnotasse, cum tamen sancti Petri decora, vel leuiter attingat, vel prætereat, obseruauit Petrus Damiani serm. 14. Et ratio inde petenda est, quod sanctus Marcus Euangelium exceperit ex ipsiusmet sancti Petri ore. Iustus autem per se, & suos, accusator est sui. Et mala igitur, si quæ fuerunt in sancto Petro, & bona personalia, quibus abundauit, non sunt ultra sancti Petri personam diffundenda; nec tituli inde petiti, censeri debent cum successoribus eius communes.



## PRÆNOTATIO II.

*Qui Ecclesiæ tituli cum Romano Pontifice communicandi.*

Ecclesia, vel sumitur absolute, prout designat cœtum vniuersalem fidelium, vel cum addito, quo denominatur Romana. Priore modo, complectitur vniuersitatem fidelium, passimque dicitur, *Ecclesia Catholica*; in qua interdum hæc, aut illa Ecclesia, distinguitur. Omnes tamen vna sunt Ecclesia, vt dicam ex varijs PP. in titulorum syllabo V. *Ecclesia, caput matris Ecclesiæ*. Vna ergo est Ecclesia, quia vna est columba, vna perfecta; & tamen multæ intra eam sunt Ecclesiæ, interque eas, Romana particularis, quæ ratione sui proprij, & immediati Antititit, cæteris particularibus Ecclesijs præluet, velut inter ignes luna minores.

Hoc constitutio, dicendum est, quod ad Ecclesiam simpliciter dictam attinet, pleraque esse eius attributa, scilicet titulos, de quibus Romano Pontifici accommodandis, non sit fatagendum. V. G. Ecclesia infert necessariò multitudinem, & quidem copiosam. Vnde passim reijcitur, quod S. Macar. hom. 12. & Petrus Damiani Opusc. 11. cap. 5. asserunt, Ecclesiam posse esse in vna anima. Reijcitur item Tertullianus, qui lib. de Exhort. ad Cast. cap. 7. agnoscit, Ecclesiam posse constare tribus dumtaxat, & quidem laicis. Itaque apud omnes Catholicos in confesso est, Ecclesiam esse cœtum valde numerosum, vt Sanctus Augustinus bona parte Tomi septimi aduersus Donatistas gregis sui pusillitatem iactantes, docet. Atque ita Ecclesiæ attributum ab vberima multitudine petitum, quod est apud Patres frequens, non potest cadere in Pontificem; qui vnica est, & singularis persona.

Æque

Æquè de Ecclesia dicitur, quod sicut Chori Castorum ex varijs militantium ordinibus coalescat, maiores, & minores; præfectos, & subditos; Clericos, & laicos comprehendens. Item dicitur de Ecclesia, quod vt Arca Noè (nam eic confertur à sancto Petro, & pulchrè ab Ambrosio serm. 1. nec non à sancto Hieronymo Epist. ad Damasum *de Nomine hypostasis*) homines rationales, & bestias, probos inquam, & improbos complectatur. Neque ista cadunt in Pontificem, vt est perspicuum. Denique de Ecclesia dicitur, quod sit *sponsa Christi, & Mater fidelium*, de quo vtroque titulo late in tract. de cereo Agno. cap. 1. & 2. & bene Stapletonius lib. 8. de Princip. cap. 19. Ista item non sunt Pontifici tribuenda, quia nomen, *sponsa Christi*, cadit in totum fidelium cœtum, qui solo Pontifice non continentur. Titulus verò *Matris fidelium* tribuitur Ecclesiæ, quatenus interuentu Baptismi generat Christo sobolem Sanctam, quam & Sacerdotes, velut nutrices, lacte diuini sacramenti cibant, & interuentu Sacramenti Penitentiae mundant; & nitentem seruant. In quibus omnibus, nihil est necesse interponi Summi Pontificis operam. Nam Baptismum confert quilibet debitam materiam, & formam adhibens, cum intentione faciendi quod Christus instituit, & Ecclesia exercet. Eucharistiam quoque conficit, & administrat simplex Sacerdos, nullis licet Pontificijs infusus clarus, & idem est de Sacramento Penitentiae. Quamuis enim ad hoc Sacramentum conficiendum exigitur Iurisdicctio, tamen maximè parti infirmorum Sacerdotum, qui ferè sunt penitentiae administri, nimirum ordinarijs omnibus, hoc est Parochis, & eorum adiutoribus è cœto seculari, iurisdicctio non communicatur immediate à Pontifice, sed mediate tantum, ac remotè; siue per Episcopos, quos necessaria auctoritate communit ad idoneos Pastores immediatos constituendos; de ipsis verò Episcopis multorum sententia fert, non accipere à Pontifice Iurisdicctionem, sed à Deo, tamen illi corum Iurisdicctio vndeunque hausta, sigillatim arctari, vel etiam abrogari (si res ferat,) à Pontifice possit. Itaque extra dubium esto, plerisque titulos Ecclesiæ, simpliciter dictæ, non posse tribui Pontifici.

Sunt tamen alij quidam Ecclesiæ simpliciter dictæ tituli, qui possunt, ac debent communicari cum Pontifice; quia, vel Ecclesiæ non conueniunt, nisi ratione Pontificis, vel non nisi adiuncto Pontifice, Huiusmodi sunt tituli omnes, quibus Ecclesia dicitur arbitra infallibilis rerum fidei, & Magistra fidelium, discernens bonam, & malam doctrinam. Et idem est de titulis omnibus fundatis in vltimo, & irtractabili iudicio de veritatibus reuelatis. Nihil quippè horum conuenit Ecclesiæ seuncto Pontifice. Nullum enim est infallibile, & irtractabile iudicium, vel magisterium doctrinæ fidei, si Pontifex secludatur. Et siquidem, & non alteri seorsum ab eo, dictum est, *Rogauit pro te Petro, vt non deficiat fides tua*. Item ratione Petre, super quam à Christo edificata est Ecclesia, veritatem habet, quod Christus dixit, non præualitur aduersus Ecclesiam portas inferi; idèò doctrinas hereticotum, vt ibi exponit sanctus Hieronymus & sanctus Ambrosius

lib. de Bono mortis cap. 12. ac sanctus Chrylostom. in psal. 147. Videmus sanè Doctorem Antesignanos turpiter impegisse; vt Origenem, Tertullianum, Apollinarem, de quibus in Commonitorio Vincentius Lyrinensis; Videmus Præsules sanctissimos, Cyprianum, Nyssennum, Faustum, errore lapsos; vt taceam de SS. Hilario & Chrylostomo, quos multi insimulant. Constat plerisque Patriarcharum, pinguibus erroribus sorduisse. Ipsa Concilia à Capite abiuncta, impegunt in doctrina fidei, vt videre est apud Bellarminum lib. 1. de Concil. cap. 6. & 7. Quare nunquam possumus esse plane certi, quod doctrina, quæ in Ecclesia proponitur, sit infallibiliter pura, & sana, nisi accesserit Romani Pontificis calculus. Itaque iure dixi, omnes Ecclesiæ titulos in legitimo sanæ doctrinæ Magisterio, & irtractabili de ea iudicio fundatos, spectare Pontificem, quod bene notauit Canus lib. de loc. cap. 8. *mitiu*. Idque significauit sanctus Leo Epist. 75. quæ est ad Leonem Augustum & Epist. 79. ad Episcopos Viennensis Prouinciæ; pro eodem habens, petram, supra quam fundata est ecclesia, (quæ vtique est sanctus Petrus) & ipsam ecclesiam; tribuens vtrique nomen *Petra*. Omnes item ecclesiæ tituli, qui inuolunt facultatem legis latiuam vniuersalem, soli Deo innocentiam debentem, Ecclesiæ competunt per Pontificem dumtaxat atque adeo sunt quoque Pontifici communes. Sunt enim in ecclesia Legillatores multi, omnes nimirum episcopi, sed nemo eorum potest leges præscribere extra fines sui territorij; & extra illud imperantibus, impunè non pareat: solus Pontifex, sicut nullum habet determinatum territorium, sed eius potestas æque late fusa est quoad fideles, ac Regnum Christi in terra; ita leges vniuersaliter obligantes ferre potest. Fa-teor, Concilium quoque generale, posse leges penitus vniuersales sancire; sed sicut vis Concilij, donec accedat confirmatio Pontificis, infirma est, ita & leges eius, donec à Pontifice ro-borentur. Quare quotquot in Patribus, vel probatis Doctores occurrunt tituli ecclesiæ, fundati in potestate legillatoria vniuersali, omnes; debent esse Pontifici communes, cum radicentur in potestate solius Pontificis, & inde firmitatem, ac quodcunque habent robur accipiant.

Iam quoad titulos ecclesiæ Romanæ, si quæ-ratur an in Pontificem cadant, adhibenda est distinctio. Si enim Romana ecclesia spectetur, vt est ecclesia particularis, vix aliter statuendum est de eius titulis, quàm de titulis, quàm de titulis aliarum ecclesiarum particularium, qui nihil ad Pontificem attinent; si tamen habeatur ratio, vsus apud Patres, & Doctores, vix; ac ne vix quidem violati, omnes tituli insignes ecclesiæ Romanæ delati, cadunt in Pontificem; nec de Romana ecclesia dicuntur, nisi ratione Pontificis. Quod optimè vidit Hieronymus Albanus Tractatus de Potestate Papæ 2. par. numero 14. & 76. et sanè Patres, qui ecclesiam Romanam particularem vix sunt colaudare, in eius laudibus semper inuolunt Pontificem. Vix sanè reperitur, qui Romanam Ecclesiam, materialiter (vt sic dicam) spectatam, & affixam illi certo loco, aliis subuehat, quàm Petrus Damiani lib. 2. Epist. 1.

PRÆNO. II. *Qui tituli Ecclesiæ spectent Pōisfi*

ait



PRÆNO. II. Qui tituli Eccles. spectent Pontif.

ait enim. [Lateranensis Ecclesia, sicut Saluatoris est insignita vocabulo, qui nimirum omnium caput est electorum, ita mater, & quidam apex, & vertex est omnium per orbem Ecclesiarum.] Et mox. [Hæc igitur ad honorem condita sancti Saluatoris Ecclesia, culmen, ac summitas totius Christianæ Religionis effecta, ut ita dixerim, Ecclesia est Ecclesiarum, & sancta Sanctorum: habet autem altrinsecus Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, diuersis quidem locis constitutas Ecclesias, sed sui compage Sacramenti; quia videlicet in quodam meditullio posita, quasi caput, membris supereminet, indifferenter vnitis. His itaque tanquam expansis misericordiae brachiis, summa illa, & vniuersalis Ecclesia, omnem ambitum totius orbis amplectitur, omnes qui saluari appetunt in maternæ pietatis gremio confouet, & tuerur. Hac Iesus, summus videlicet Pontifex, arce subnixus, totam in orbe terrarum Ecclesiam suam, in sacramenti vnitatem confederat, ut vnus Sacerdos, vna meritò tredatur Ecclesia. Vnde per Prophetam dicitur; *Ecce vir oriens nomen eius, & subter eum oriatur, & edificabit templum Domino, & ipse extruet templum, & portabit gloriam, & sedebit, & dominabitur super solium suum, & erit sacerdos super solio suo.*] Videtur Petrus Damiani, de Lateranensi, siue Romana particulari Ecclesia agere; & tamen inuoluit, & admiscet, quæ aperte pertinent ad Ecclesiam Romanam, prout in omnes alias particulares Ecclesias ius habet, estque caput omnium particularium Ecclesiarum; quod non cadit in Romanam Ecclesiam, nisi ratione Pontificis. Idem apud alios Patres facile est deprehendere. Passim namque Patres, & probati Doctores, Romanam Ecclesiam denominant, *Columnam veritatis, & Religionis portum iurissimum*: quod non dicunt de Romana Ecclesia prout particulari, & spectata seorsim ab eius capite, quod idem est caput vniuersalis Ecclesiæ à Christo constitutum: sed talia dicunt de Ecclesia Romana prout comprehendit S. Petri successorem, & Christi Vicarium, sub qua ratione tantoperè apud veteres splendet Romana Ecclesia, ut apud plerosque veterum, idem sit *Ecclesia Romana*, quod *Ecclesia Catholica*; & esse *Romanam*, idem sit, quod esse *Catholicam*. Ita habetur ex eò, quod Theodosius Imperator Epistola ad Acacium Beroëensem, quæ habetur Tomo. 5. Concilij Ephesini c. 10. Romanam Religionem nominat eam, quæ passim vocatur *Catholica*. Apud Ennodium quoque, in rebus gestis sancti Epiphaniij Ticinensis, cum agit de legatione viri Sancti pro Recimere ad Anthemiun, *Romanus* recurrit cum *Catholico*. Sed & sanctus Augustinus lib. 1. in Iulia. cap. 2. Catholicam sancti Ambrosij fidem ex Pelagio collaudans; [Hic est (inquit) Mediolanensis Ambrosius, quem magister tuus Pelagius, tanta laudauit prædicatione, ut diceret, in libris eius præcipuè fidem lucere Romanam.] *Fidem Romanam* diserte vocat Catholicam. Eodem modo quidam impij, sanctum Eligium per contemptum vocabant *Romanum*, significantes eius Catholicam fidem, ut habent eius Acta lib. 2. c. 20. & Ariani, apud Victorcm Vticensem l. 1. de persecut. Vandal. *sub finem*, Romanum vocabant, quem passim Ca-

tholicum dicimus. Quod æquè cernere est apud Gregorium Turonensem lib. de gloria Martyr. c. 28. & 30. ac 79. Legendus in hanc rem Baronius anno Christi 45. & in Roman. Martyrol. ad 16. Octobris. *Littera B.*

Quare omnes propè tituli Romanæ Ecclesiæ, qui apud Patres, & D. D. leguntur, spectant Pontificem; quia ferè semper inuoluunt potestatem, irretactabiliter pronuntiandi de veritatibus reuerentis: atque adeò non afficiunt Ecclesiam Romanam, prout priuatam Ecclesiam præcisè à suo capite consideratam, sed cadunt in eam prout facit vnum corpus cum suo capite, quod idem est totius Ecclesiæ caput; sicque omnes illi tituli congruunt item Pontifici: Imò valent ratione solius Pontificis. Nam tamen Bellarminus lib. 4. de Pontif. c. 4. velit quæ de Romanæ Ecclesiæ infallibilitate passim in Concilijs & Patribus leguntur, communia item esse corpori (vi sic dicam) Romanæ Ecclesiæ particularis, consideratæ præcisè à capite. Tamè rectè censuit Suarez lib. 1. defens. fidei c. 5. deficere tali priuilegio, munimentum à Christi promissione. Nec rectè Bannes a. 2. q. 1. art. 10. disp. de Ecclesia, priuilegium illud confirmat ex definitione Sixti IV. contra Petrum Oxoniensem. Assumit namque Bannes, Sixtum IV. definitiuè. Romanam Ecclesiam particularem, quæ vniuersali capiti subest, non posse errare. Sed hoc gratis assumitur. Sixtus enim damnans Petrum illum & quoscunque asserentes Romanam Ecclesiam posse errare, agit de Ecclesia Romana prout comprehendente Pontificem. Itaque quoties audimus Ecclesiam Romanam esse indefectibilem & quilibet contra eam arctat, ipsum infringi, illa Ecclesia; (verba sunt D. Augustini serm. 14. de verbis Apostoli) subintelligendum, & inuoluendum in Ecclesia est caput eius, Romanus Pontifex: quem ut eo titulo verè potiarur, nihil est necesse Romæ degere. Non enim qui Romanum Pontificatum verè inuicit, etiam alio se transferat, sedem idecirò mutat; sed alibi degens, sedem Romanam æquè habet: & ut Innocentius II. aiebat Petrus Clun. lib. 1. Epist. [4. de vbicunque occurrit habitatio nostra, manebit vbique vobiscum, obedientia, & deuotio nostra: quoniam, & secundum Poëtam:

Veios habitante Camillo:  
ILLIC ROMA FVIT.

Et Petrus in carcere, Clemens in exilio, Marcellus in Catubulo, non minus quam Laterani, Ecclesiæ præfuerunt, & oues Christi eis, ut veris Pastoribus obediunt.] Comprobatur id perspicuè est, totis 70. annis quibus Romani Pontifices Roma extortes, Auenionem incoluerunt; Nec tamen vel erant, vel dicebantur Episcopi Auenionenses, sed Romani.

PRÆNO



## PRÆNOTATIO III.

Sedis Apostolica, & Cathedra Petri, tituli omnes, dicti metonymicè de Pontifice.

Copiosa Seges titulorum Romani Pontificis, suppeditatur ex bene multis elogijs, quibus Concilia, & Patres, ac probati DD. decorant sedem Apostolicam, vel cathedram Petri. Omnia quippè illa elogia, directe, & immediatè cadunt in Pontificem, etiam si metonymicè continens pro contento, & sedes, ac cathedra pro sedente vsurpentur. Euoluamus ista distinctius.

Nomine, *Sedis Apostolica* intelligitur vniuersalis auctoritas, siue potestas Apostoli Petri, transmissa ad successores eius in Romana sede. Hæc enim fuit sedes B. Petri, & quidem postrema: id est quam vt generalis pastor tenuit ad mortem vsque Romæ pro Christo obitam. Quod adeò exploratum est apud antiquos, vt effrontes planè esse oportuit, aut pueros, & quidem pueros stultos, vt ait Canus mox adducendus paucos Sectarios, qui id inficiari tentarunt; nempe Velenum quem Roffensis iusto de ea re opere confodit, & Sebastianum Francum, ac obscuros quosdam Anglos apud Sanderum l. 3. de claue David c. 2. qui in hoc argumento diligenter, ac splendide operam posuit lib. 6. de visibil. monarch. cap. 10. Itemque Onuphrius lib. 1. de Primatu Petri tota parte 3. Canus 6. de locis cap. vlt. ad 10. Georgius Scherer lib. de fœminâ Papisâ, *Argumento tertio*. Iacobus Pamelius ad Tertullianum de præscript. cap. 6. Bellarm. lib. 2. de Rom. Pontif. per prima vndecim capita, Baronius anno Christi 44. & 45. Azor. tom. 2. lib. 4. cap. 21. quæst. 3. Lælius Iordanus lib. de maioribus causis ad Papam referendis cap. 21. propè 1010. Coccius tom. 1. lib. 7. at. 5. & breuiter, sed bene, & accommodatè ad dispellendas omnes officias ex historia ab aduersarijs offusas, Serarius disp. de Apostolis Ascet. 73. Fuit autem iam olim adeò perspicuum, sanctum Petrum Romæ sedisse, vt sanctus Optatus, qui sancto Augustino æqualis fuit, aut etiam paulò anterior, fidenter dicat Parmeniano Donatistæ lib. 2. [Negare non potes, scire te, in Vrbe Roma Petro primò Cathedram Episcopalem esse colatam, in qua sederit omnium Apostolorum Caput.] *Primò*, dicit per comparisonem ad tunc sedentem Romanum Pontificem, ad quem vsque, deuenit ibi sanctus Optatus, recensens ordine Pontifices. Quare Sectarij, nisi planè agnosci velint emotæ mentis, negare non possunt, quin sanctus Petrus Romæ sederit, & ibi sederit vsque ad mortem, quam Romæ sub Nerone obiit, vt innumeri veterum signati ab Authoribus allegatis, Romanum sancti Petri pontificatum astuentibus, tradunt. Nugamenta quædam, verius quam argumenta Ioanni Balzi ex Carmelita Apostata, quibus aditam sancti Petri Romam, *fomium Papticum* apud Theophilum Reynaudi Pontificia.

pellat, legere apud eum est Centur. 1. Scriptor. Britan. Sed sunt adeò ludicra & meris subnixa mendacijs è quibus infelix hic Apostata semper contextit quæcunque scribit, vt non sit operæ pretium in eis conuellendis tempus conterere, quod ferè frustra præstitit, Ioannes Ricardus ad Epistolam 2. sancti Anselmi lib. 3. Fuit igitur Romæ sanctus Petrus, citra omne dubium.

Quod verò Romæ obiens sanctus Petrus, reliquerit ibi successorem non tantum Romanæ sedis particularis, siue auctoritatis ad regendam eam particularem Ecclesiam, quæ Romana Ciuitate contineretur; sed etiam auctoritatis, qua pollebat, vt pastor vniuersalis ad regendam Catholicam Ecclesiam; traditione melius, & expeditius euincitur, quam aliter, vt Canus 6. de locis cap. vlt. ad 10. rectè significat. Nimirum sanctus Petrus, ad mortem vsque fuit Episcopus Alexandrinus, vt habet verisimillima sententia, de qua mox: neque tamen ei, prout pastori vniuersali successit. Alexandrinus Episcopus, sed solus Romanus: quia ita docet certa traditio, de qua in Epilegomenis subnotatione, 2. veritate 2. Idem iudicium esto de vrbe Antiochena, in qua sanctus Petrus aliquandiu sedit, priusquam ex diuina designatione, sedem Romæ figeret stabilem, ac perpetuam, nec vnquam inde auellendam. Sicut enim sanctus Petrus, non ex suo mero arbitrio, sed ex Christi Imperio, sedem pontificiam Romæ constituit, ita inde eam auellere postea non potuit; vt neque id possunt eius successores; quidquid visum sit Soto in 4. dist. 24. quæst. 2. att. 5. & Mendozæ quæst. 4. Scholast. quos meritò reijciunt Azor. tom. 2. l. 4. cap. 21. Bellarm. lib. 4. de Pontif. cap. 4. Valent. 22. disp. 1. quæst. 1. punct. 7. parag. 18. & in Analyfi lib. 7. cap. 12. & subscribent, quotquot sanctum Petrum ex speciali Christi Imperio, Romæ sedem pontificiam vniuersalem collocasse profitentur. Agnoscent imperium illud, Caier. tom. 1. Opuscu. tractatu 3. cap. 3. Malderus disp. 3. de Pontif. dub. 3. Suares tract. 1. de fide disp. 10. sect. 3. num. 10. Duuallius Traët. de Pontif. par. 1. quæst. 7. & congruentia esse potuit, vt ex eo veluti orbis centro, Religio facilius quaqua versus per omnes plagas terræ tunc inhabitatæ diffunderetur, concurrentibus frequenter tunc temporis Romanæ gentibus omnibus: quæ est ratiocinatio sancti Leonis serm. 1. de Natali SS. Petri & Pauli: prosperi 2. de vocat. gent. cap. 16. studentij hymno 2. peristephanon à versu 15. & Eucherij ad Valerianum num. 25. Successorem ergo potestatis suæ vniuersalis in totam Ecclesiam, non habuit sanctus Petrus, nisi Romæ; vbi ex Christi imperio sedem fixit, cum iure transfusionis eiusdem vniuersalis potestatis ad successores; tamen si alibi quoque sederit vel in transitu, vel etiam ad mortem vsque, sed tantum, vt particularis Episcopus. Hæc quod pertineant enucleandum est, & paulò distinctius euoluendum.

In transitu, sedit sanctus Petrus Antiochia per septennium, vt notat S. Gregor. lib. 6. Epist. 37. S. Nicephorus Constantinopolitanus in sua Chronologia ait, sedisse ibi per annos vndecim. Nullo signato annorum numero sedisse sanctum Petrum Antiochiæ longo tempore, dixit sanctus Chrysostronus in magni Ignatij

B encomio.

PRÆNO. 3. De titulis Pontif. ex sede Apost. & Cath. Petri.

PRANO. 3.  
De titulis  
Pontif. ex  
Sede Apost.  
& Cath.  
Petri.

encomio. Nimirum erant Antiochiæ omnino multi Iudæi quia Seleucius Rex iuste Iosepho l. 1. contra Appionem, magna multitudine Iudæos Antiochena ciuitate donarat, & in eiusdem iuris societatem cum ciuibus adscripserat: erant itaque Iudæi magno numero, eaque etiam autoritate & potentia, vt quod Iosephus tradit l. 2. de bello c. 16. excisis Hierosolimis in eos mutare ausi non sint Antiocheni, quamuis pessime in illos animati. Hęc igitur causa fuit diuturnioris cōmorationis S. Petri Antiochiæ, quamuis numerus annorum quibus in ea vrbe sedet, non sit planè compertus: sed ab aliquibus septenario annorum definiatur, ab aliis aliquanto plus distendatur. Valdè enim aberrauit Onuphrius, cum dixit, S. Petrum primò Romæ, deinde Antiochiæ locasse sedem. Quod merito explodit Baronius ad annum Christi 39. & in Romanum Martyrologium ad 22. Februar. Nec suffragatur Onuphrio sanctus Opratus, cum verbis supra adductis, contestatus ad eū fidenter est, sanctum Petrum, primò Cathedram Episcopalem in vrbe Roma collocasse. Nam illud, *primo*, vt supra. monui, fert dumtaxat comparationem sancti Petri cum reliquis Romanis Pontificibus ad tempora vsque sancti Oprati sedentibus, qui ibi enumerantur prælonga ferie, in qua erat primus B. Petrus. Comparando autem sessionem B. Petri Antiochenam, cum Romana, primò sedet Antiochiæ, quod disertè tradit S. Chrysostomus in S. Ignatii encomio, & pulchrè his verbis expressit Iuo sermone de Cathedra S. Petri. [ Prouida Dei dispensatione ecclesiarum excubiis deputatus est Petrus generali Sanctione, hodie quoque Antiochiæ assumitur peculiari familiaritate. Quem ouibus suis Deus Pastorem præfecerat, generalem, plebs Antiochena hodie sibi collocat Pontificem specialem. Nec tamen Dei nutibus populus Antiochenus obuiare contendit, sed opportuna importunitate Dei Vicarium honorare satagit. A Pontificum Pontifice iam dudum Petrus ordinatus erat. Oleum exultationis, Christi manu infundente, per Spiritus sancti debriationem susceperat; negotij sui ministerium sibi iniunctum iam diu exercuerat, nondum tamen aliquo in loco propriè deputatus fuerat. Hodie ergo de totius Orbis amplitudine adsciscitur, quibus propriè præsit, & proficit: hodie populis prærogatur; Nec tamen curæ suæ amplitudo propterea decurtatur, sed Apostolatus sui sollicitudo dupliciter dilatatur. Adhuc enim præsentium ouium balatus, qui cum quotidianis profectibus sollicitent, nec sibi desunt fraternæ dilectionis præcordia, in fines etiam orbis terrarum pertinentia, quæ eum defatigant. Sed futurum est (inquam) Ciuitas Antiochena, vt adhuc Petrus de sede ad sedem demutetur; vt necessitate, & utilitate populorum exigente, aliò transportetur. Nec poteris habere proprium, quem S. Ecclesia in commune suscepit ministerium. Fratrum ergo dispersioni, charitatiuè communica, & quem charis amplexibus tibi obligasti, aliquantulum relaxa. Dilige proximum tuum sicut teipsam, & æquamiter Petrum tolerabis ad alium destinari præsulatum. ] Quod ait Iuo, alloquentis Antiochiam, *nec poteris habere proprium Pontificem S. Petrum*, accipiendum est, vt non sit futurus proprius cum exclusione generalis

potestatis in vniuersam Ecclesiam; vel cum exclusione transitus ad aliam sedem ex Dei destinatione postea inuendat. Ceteroqui enim, fuit reuera aliquandiu sanctus Petrus, proprius Antiochæ, norm Episcopus; sicut postea etiam fuit proprius Episcopus Romanorum, simulque generalis Pastor totius Christianæ Ecclesiæ. Quando portò Antiochiæ sederit, excutit Sanctius tract. 1. de Iacobo cap. 21.

Ad mortem vsque, sed vt particularis Episcopus tantum, sedie sanctus Petrus Alexandria, vbi eum aliquandiu etiam personaliter, sed corporaliter degentem, egisse Episcopum, scribit Nicephorus lib. 14. hist. cap. 3. & monuit Valdenis lib. 2. Doctrin. cap. 50. num. 6. & quamquam id firmiore testimonio non comprobatur, tamen eodem iure dici potest sanctum Petrum fuisse Episcopum Alexandrinum per sanctum Marcum (à quo Petri nomine sedes Alexandria erecta est, teste Analecto epist. 3.) quo sanctus Gregorius, à Beda, & aliis dictus est Anglorum Apostolus, per SS. Augustinum, ac Mellitum, quos ad illius gentis conuersionem Roma legauit. Idque voluerunt Gelasius cap. S. Romana. & alij, qui dixerunt sanctum Marcum B. Petro superstiti, fundasse eius nomine Ecclesiam Alexandria: quod is qui vernaculè exprefit Romanum Martyrologium 27. Aprilis, minus commodè in posterioribus editionibus mutilatum, haud est assecutus, cum id accepit de materiali structura templi, sub titulo sancti Petri, etiamnum superstitis, ac in eius honorem: quod abest à vero sensu tabularum Ecclesiasticarum, & eorum, qui Ecclesiam à S. Marco Alexandria, institutam, nomine sancti Petri dixerunt. Tameñ non inficiò, rempla aliquando sanctis constructa priuquam è vita excederent. Nam de templo Sancti Iohannis Euangelistæ, constructio antequam abiret è viuis, testis est Abdias, SS. item Petrum, Iacobum, & Iohannem, Deiparæ etiamnum in templis degenti repleta construxisse, narrationes contexit Ferreolus Locris l. 4. Mariæ Augustæ c. 2. 3. & 4. & ex Variis eiusdem narrationes astruit Malucda l. 3. de Antichr. c. 3. Senonis Ecclesia est dicta S. Petri Vini, quia S. Petro superstiti est dedicata ab eius discipulo S. Sabiniano, vt scribit Lyranus Matth. 24. & in psal. 18. ac Finus lib. 5. flagelli c. X. & Canif l. 5. Mar. c. 23. Antiochiæ quoque, Theophilum ciuem prænobilem, à S. Petro ad fidem conuersum, eidem Apostolo superstiti Ecclesiam dedicasse, domum ipsam quam incolebat, scribit Clemens Rom. l. X. recognit. *sub finem*, collocatam in ea S. Petri Cathedram asserens. Sed Ecclesiæ (non templi, inquam sed Ecclesiæ) à B. Marco, Alexandria, nomine B. Petri constitutæ, alia est notio. Nimirum S. Petrus potestatem Marco Alexandriam ablegato fecit, vt ibi Episcopatum constitueret, cuius ipse B. Petrus esset immediatus Episcopus particularis, absque annexione tamen generalis in vniuersam Ecclesiam potestatis ad eam sedem: siue absque eo, quod is qui S. Petro moriente futurus erat: Præsul Alexandrinus, accepturus esset vniuersalem, & ordinariam potestatem, qua S. Petrus potiebatur in vniuersam Ecclesiam, sed tantum particularem potestatem regèdi immediate eam Ecclesiam, sicut aliorum Apostolorum successoribus contigit, quoad sedes, quas ipsi Apostoli

dum:

dum viuerent, immediatè rexerunt; successerunt quippè illis in regimine immediato talium Ecclesiarum, non autem in personali potestate vniuersali extraordinaria, qua dum viuerent potiti erant per orbem vniuersum S. Apostoli.

Videtur perspicuè quod diximus, docuisse Petrus Damiani serm. 14. qui est primus de S. Marco *versic. in capite*. Idem videtur tradidisse Hincmarus Opusc. ad Hincmarum Iuniorem cap. 16. Vbi æquè Alexandrinam sedem, habet pro sede sancti Petri, ac Antiochenam, & Romanam, quarum constat sanctum Petrum fuisse particularem Episcopum. Adducitque in eam rem Hincmarus sanctum Gregorium, qui scribens ad Eulogium Alexandrinum, ait: [ Petri sequax, loqui potuisti quæ de sancti Petri Apostoli per os Doctoris sonare debuerunt. ] Rursusque [ Adhuc in sede Petri clamor voce Marci. ] En sedes Alexandria disertè dicitur *sedes Petri*, anastasijs item Sinaita sub finem libri Octauij Hexæmeron, celebrans, Ægyptum iam Christianam, & enumerans quæ à Christi ortu & in data profectioe accepit, ait præter cetera. [ Ægyptij primùm viderunt Dominum, & cognitus fuit Dominus Ægyptijs, & erectum est altare Domino in Ægypto fixum in petra petri: ] id est, in petra quæ est ipse Petrus, quia cum esset primus Alexandria vrbis episcopus, eaque vrbs esset vniuersa Ægypti caput, merito dici potest Ægyptus habuisse altare erectum Domino in petra petri. Quid si etià eodem spectat, quod in Menæis 17. Martij. S. Iohannes Eleemosinarius dicitur, administrasse Thronum Apostolicum, quia erat Episcopus Alexandrinus?

Non debet autem nouum, vel mirum videri, quod hæcenus astipulantibus tam multis, diximus, sanctum Petrum quantumvis absentem, & iam Romanum pontificem, & Romæ particularem, simul ac vniuersalem Episcopum, egisse simul Episcopum Alexandrinum, vt suam erga Alexandrinos beneuolentiam testaretur, eoque nomine vrbis populosisima, & florentissima Christianos demereretur. Multi enim postea Romani pontifices, præ amore erga aliquas Ecclesias particulares, & immediati earum Episcopi, simulque Romani. Sic sanctus Leo IX. ex Episcopo Tullensi creatus Romanus pontifex, retinuit sibi dum viueret Tullensem Episcopatum, quem per Vicarios administrauit. Idem fecit de Episcopatu Eystereni Gregorius V. & de Lucensi Alexander. 2. Nec desuit, qui Abbatem titulum retineret. Nimirum Stephanus X. qui ex Abbate Cassinensi electus Romanus pontifex, non est passus subrogari sibi Abbatem successorem quandiu vixit, sed tantum Vicarium, & Administratorem. Ad eum ergo modum sanctus Petrus, absens licet, iamque Romanus particularis, & simul totius vniuersalis Ecclesiæ Episcopus, dici, & esse voluit Alexandrinus Episcopus, quandiu vixit, nec nisi Vicarium in ea sibi suffecit S. Marcum.

Gregorius quidem Nazianzenus orat. 21. vocat sedem Alexandrinam *Thronum Marci*, ad quem ait, sanctum Athanasium euectum esse Apostolicè, quod non potest accipi de Episcopatu sancti Marci post obitum sancti Petri, cum sanctus Petrus Apostolus superstes fuerit sancto Marco. Hunc enim tabula Ecclesiastica 25.

*Theophilus Raynaudi Pontificia.*

Aprilis, notant defunctum Octauo Neronis PRANO. 3. anno, cum S. Petrus obierit anno eiusdem Neronis 13. similiter Alypius Epist. ad S. Cyprium tom. 4. conc. Ephes. cap. 26. vocat sedem *sede Apost. Alexandrinam Thronum sancti Marci*, quem à sancto Athanasio in sublime euectum dicit sanctus Hieronymus proæmio in Matth. vocat sanctum Marcum, primum Alexandrinum Episcopum. Et Procopius Diaconus, in sancti Marci Encomio, ait, sanctum Marcum, primùm sedisse in Throno Ægyptiorum. Erit ergo cui sedes Alexandria videatur dicta *Thronus Sancti Marci*, quia in ea sedet Episcopus: atque ita non eam dumtaxat rexit pro Episcopo ipsius sancto petro. Nihilominus negandum est, Thronum Alexandria Pontificium, dictum esse sancti Marci Thronum, tanquam sedentis in eo Episcopi; cum potuerit dici Thronus sancti Marci, quia per eum (nomine licet sancti Petri.) constitutus est, & ab eo semper quandiu vixit administratus, perinde, ac si fuisset Episcopus, vt moris est facere Vicarios generales; ( præsertim apostolicos, ac omnimoda instructos autoritate, & potestate, ) quandiu procul abest Episcopus, Talem Vicarium egit Alexandria Marcus sub sancto petro, ( quandiu vixit, ) Vrbs illius Episcopo.

Ac ne hoc quidem sancto Marco dedisse videtur Eutyechius Ægyptius, cuius Origines Alexandrinus nuperrimè emisit Iohannes Selden, Videtur enim tribuere dumtaxat, institutionem aniani in primum Episcopum, absque tamen administratione Episcopatus per ipsum S. Marcum obita. Id quod approbans Selden, ait, de quorundam sententia quam ipse haud obscurè comprobatur, Apostolos & Euangelistas Ecclesias quidem singulares constituisse, nullius tamen particularis Ecclesiæ regimine implicari se passos ob amplitudinem prærogatiuæ ipsorum, super omnem terram principum ex diuina electione. Et hac ratione Linum à S. petro creatum primum Episcopum Romanum, & Euodium primum Episcopum Antiochenum de eiusdem Eutyechij sententia sancto petro, neutrobique Episcopatum adepti. Itaque similiter sanctum Marcum, ita constituisse anianum Alexandria primum Episcopum ( vt etiam vocatur ab Eusebio in Chronico & 2. histor. c. 24. & lib. 3. cap. 13. ac 21. consentiente Zonara in Domitiano & Nerua, quatenus ab illo aniani successorem, ait fuisse secundum Episcopum Alexandrinum: ) Episcopatus tamen administrationi nullatenus se immiscuisse. Sic quidem sectarius, haud dubiè vt Romanis subducatur S. Petrum tanquam Episcopum. Et posset quidem Eutyechius, eodem modo quo Eusebius & Zonaras, accipi de aniano, primo (post ipsum Marcum petri Vicarium, episcopo: quia plerumque fundator, non connumeratur seriatim cum successoribus quibus initium dedit, sed habetur quasi extra ordinem, cum sit in vertice, & ducatur agmen. Quicquid tamen Eutyechius voluerit, homo tanto posterior Marco, quippè qui obiisse proditur ann. Christi 939. vel 940.) somnia sunt vigilantium, affirmare quod sanctus Marcus nullo modo se immiscuerit rectioni ecclesiæ Alexandria, saltem vt administrator, & generalis Vicarius sancti Petri. Tanta enim confessione veteres omnes agnoscunt sanctum

B 2

Marcum

PRÆNO. 3.  
De iustis  
Fons. ex  
sede Apost.  
& Cath.  
Petri.

Marcum rexisse aliquo tamen modo Alexandrinam Ecclesiam, ut non nisi per crassam ignorantiam vel malitiam liceat hoc disiteri. Sicut non nisi oscitanter admodum atque maligne, inficiari licet, sanctum Petrum immediate rexisse Antiochenam primum, tum Romanam Ecclesiam. Mihi autem qui persuasum habeo S. Petrum fuisse quoque Alexandrinum primum Episcopum, sanctus Marcus non nisi sancti Petri Vicarium in ea Ecclesia, eiusque pro ipso Episcopo sancto Petro, administratorem egit, non refragantibus ut monstravi, antiquis, qui administratorem cum plena potestate, laxato vocis cortice, habuerunt pro Episcopo, quamvis verè is titulus soli S. Petro rigore deberetur.

Et hinc eruenta est germana ratio, cur Ecclesia Antiochena, in qua sanctus Petrus aliquando personaliter sedit, posthabita sit Alexandrina, in qua fortassis sanctus Petrus nunquam personaliter fuit. Nimirum praelata est Alexandria, quia sedem Alexandrinam sanctus Petrus semper retinuit sibi & quandiu vixit, fuit eius particularis Episcopus. Antiochenam verò, post septennium dimisit, suffecto sibi in ea Euodio. Hæc item est germana causa, cur olim non nisi hæc duæ sedes, præter Romanam habitæ sint Patriarchales, non autem vllæ aliæ, siue à sancto Petro plantatæ, siue quibus alij Apostoli præfuisent; cuius rei causam Philippus Berterius Diatriba. 2. Pithanon cap. 1. reperit ex amplitudine trium illarum Urbium, quæ donatæ sunt sede Patriarchali; nimirum Urbis Romanæ, res est extra dubium, iuxta illud. Prima Urbis inter Diuum domus aurea Roma. *Templum mundi totius*, vocat Ammianus lib. 17. Absolutè *Vrbs magna* dicitur Porphyro lib. 2. de abstinentia. Tatiano Orat. contra Græcos, & Eusebio in Orat. de Laud. Constantini, cum dicunt in Vrbe magna immolarum esse hominem Ioui Latiari. Quod aliqui de Roma dictum non intelligentes, *Magnam Urbem* appellatiuè dictam, transformant in Ciuitatem, cui proprium nomen esset Megalopolis, ut notat lib. 4. de Virtut. num. 248. Disertè verò Nazianzenus orat. 67. in sine alloquens Constantinopolitanos, nomen *Vrbis Magnæ*, & quidem simpliciter primæ, tribuit Vrbi Romæ, cum ait, [ Vos magnæ vrbis ciues, qui primi statim post primam estis. ] Totum Orbem in ea Vrbe interiisse, cum excisa est, tanta erat eius amplitudo, dixit Hieronymus inscribens Eustochio Commentarios suos in Ezechielem. *Epitomen Orbis Uniuersi*, vocat Palæmon apud Athenæum lib. 1. de philosoph. cap. 15. Nam quamvis Athenæus autorem illius Epitheri reticet, tamen Galenus commentario 1. in Hippocratem de articulis eius Epitheri autorem facit Palæmonem. *Contineri Romæ nomine, uniuersa*, dixit Cassiod. lib. 6. formul. 4. *Patriam communem* appellat Symmachus lib. 5. Epist. 94. & Plin. lib. 3. cap. 5. ac Sidonius lib. 8. Epist. 6. Limphatur in eius laudes Rutilius lib. 1. Itiner.

Iam Alexandrinæ Urbis magnitudinem, Euanapius in Aedæio his paucis perstrinxit. [ Erat autem populosa Ciuitas Alexandria, & propter Serapidis Fanum, alter quidam Orbis Terrarum innumeri confluebant gregatim. ] De eadem Vrbe Dio Pruseus Orat. 32. quæ est ad ipsos Alexandrinos: [ Ciuitas vestra, magnitudine,

& loco, immensum quantum differt, & apertè secundas obtinet partes, inter omnes, quæ sunt sub sole. ] Cum Romanis autem agens Aristides in Orat. de Vrbe Aug. Laudibus, omnium post Romanam Urbem, maximam pronunciat Alexandriam. Vrbi Constantinopolitanae suo tempore, hoc est iam pridem potiori summa rerum omnium, eam parem vel superparem statuit Gregorius Nazianzenus Orat. 23. *Verticem Ciuitatum* appellat, & effusè celebrat Ammianus lib. 22. ad finem: Ut & Plinius lib. 5. cap. 10. & lib. 36. 12.

Tandem Antiochiam Syria Iosephus l. 3. de bello Iudaico cap. 3. ita celebrat. [ Antiochia Syria metropolis est, quæ propter magnitudinem, & rerum copiam, tertium locum inter omnes Orbis Romani Ciuitates obtinet. ] Sanctus Chrysostomus in huius patriæ suæ exornatione creber est, sed nominatim in Encomio Magni Ignatij cuius hanc quartam coronam profert: [ Quod ipse patriam nostram gubernauit. Si enim centum homines vel etiam quinquaginta regere difficile est, quantæ virtutis ac sapientiæ debet existimari, tam celebrem urbem administrare, & cum populum regere qui ducenta continent hominum millia. ] Itaque haud absurdè Antiochiam, & Alexandriam haud longè infra Romam statuebat Geta, idcirco cogitans ad alterutram transferre sedem Imperij, ut scribit lib. 4. Herodianus.

Ex his ergo colligitur ab Authore adducto, tres Vrbes prædictas, donatas esse à sancto Petro prærogatiua Patriarchatus, atque vrbium illarum supra omnes orbis Vrbes præcellentia. Quæ tamen ratio minus videtur satisfacere. Nam sic debuisset sanctus Petrus Carthaginensem Urbem Patriarchatus honore decorare. erat enim vrbs amplissima, quæ Romam vix passâ priorem, ut Ausonius cecinit agens de claris Ciuitatibus, eamque, & Alexandria, & Antiochia præponens. Herodianus verò lib. 7. fatetur eam de secundis partibus cum Alexandria certasse. Quidni ergo habuisset ipsa quoque Patriarcham, si tantum habita fuisset ratio excellentiæ Urbis in conferendo tali titulo? Nec deerant in reliquo orbe aliæ vrbes amplissimæ, quæ eundem honorem sibi vindicare fuissent, si solius amplitudinis intuitu tres illas Patriarchales fuisset habitas statuere. Perperam item sanctus Gregorius mox referendus, dixisset Patriarchatum Constantinopolitanum quantumvis à Concilio plenario, approbantibus denique Ecclesiæ Rectoribus delatum, esse Patriarchatum titulo tenus, & absque sede. Nam si sola Urbis maiestas, & præcellentia, idoneum sit fundamentum Patriarchatus, non fuisset dubitandum, quin sedes Constantinopolitana esset verè, & plusquam titulo tendens Patriarchalis in tanta Urbis illius amplitudine quantam exhibet eunapius in Aedæio, effusè Constantinopolim collaudat Manuel Comnenus Orat. in Theodorum Despotam. Naz. orat. 32. num. 40. vocat *ciuitatem orbis oculum, terrarumque potentissimam; Orientalis atque Occidentis vrbe veluti nodum, & vinculum, ad quam extremi totius terræ fines concurrunt, & à qua veluti communi fidei emporio incipiunt, eandem caelo, eius templa Syderibus confert* Constantinus Manasses in Anna. numero 85. sed ipsè

didissime eandem Urbem celebrat numero 95. Itaque propter magnitudinem datus est eis ciuitatibus honor Patriarchatus. Quoad Antiochiam verò illa insuper specialis ratio ab Oecumenio profertur Ador. XI. quod in ea primum cognominati sint discipuli Christiani. Itaque debuisset talem urbem, Patriarchatus honore gaudere, & propterea Pontificale, id est, Patriarchalem habitam esse arbitratu Oecumenius. Sed minus eodem. Nam si ea esset germana ratio cur Antiochena sedes esset Patriarchalis, deberet omnibus aliis Ecclesiis honore Patriarchatus donatis anteponi, saltemque nullo modo posteri postponi sedi Alexandrinæ. Imò Hierosolymitana deberet esse prima omnium, quia ibi fuerunt primum Christiani quicquid esset de cognominatione publica. Et tamen de omnium sententia, sedes Antiochena est vera tertia Ecclesia Patriarchalis, Hierosolymitana autem non nisi quarta, nec verè & propriè, sed tantum titulo tenus.

Vera itaque ratio, cur tres illæ Vrbes, solæ habitæ sint Patriarchales, inducenda est ex eo, quod sanctus Petrus illarum fuisset particularis Episcopus. Nam quod sanctus Petrus agnosceretur oculis Christi summus Pastor, quicquid ad eum quoquo modo attinuit, præcipua semper in veneratione est habitum. Quare Ecclesiæ, quarum aliquando fuisset particularis Episcopus, donatæ sunt prærogatiua honoris Patriarchalis, non item aliæ, quas vel plantasset ipsemet, non rexisset tamen, ut particularis Episcopus, vel quas alij Apostoli immediate rexissent. In Tractatu contra Græcos edito à Steuartio, quem fons operis præfert conscriptum est. Constantinopoli, anno 1252. in adibus FF. Prædicatorum, & per ipsos Fratres prædicatores, ut ibidem habetur in fine distinctionis ante Mantissam; In eo inquam Tractatu, ad tres prædictas sedes propriè Patriarchales, à S. Petri Episcopatu denominatas, additur quarta, nempe sedes Cæsareæ Palestinæ, cui Episcopatus Hierosolymitanus, quantumvis eum sanctus Iacobus tenuisset, fuit subiectus, ut testatur sanctus Hieronymus epist. ad Pamnachiium contra errores Ioannis Hierosolymitani, & Nicolaus I. ad Consulta Bulgar. cap. 92. cuius subiectionis idonea ratio, subministrari videretur ex ea S. Petri sessione Cæsareæ, si veritate nitretur. Reuera tamen ea quarta Beati Petri sedes, omnibus retrò antiquis incomperata fuit, ut & quarta illa sedes Patriarchalis. Disertè enim Anaclætus Papa epist. 3. tres tantum Patriarchales sedes agnoscit, à B. Petri in eis particulari Episcopatu: Romanam nimirum, Alexandrinam, & Antiochenam, quibus deinde ob reuerentiam Domini, per Concilium Nicænum Canonè 7. alias 10. adiuncta est Patriarchalis sedes Æliæ, ut loquitur Nicolaus I. ad Consulta Bulgar. cap. 92. id est, Hierosolymitana, cuius proinde Vicarius in subscriptionibus Octauæ Synodi, ait se complere locum Apostolici Throni. Non fuit tamen hic Patriarchatus, quales ceteri: sed titulo tenus, & absque iurisdictione, imò superflite subiectione ad Cæsariensem Metropolim. Deinde verò annumerata etiam est sedes Patriarchalibus, Constantinopolitana, non ex eodem fundamento, ex quo tres primæ, in quibus sanctus

Petrus egerat particularem Episcopum; nec ob reuerentiam Domini, ut Hierosolymitana; sed fauore Principum, (ut Nicolaus supra ait:) qui secundum denique locum, ei Ecclesiæ, inducta in ordine posteriorum sedium Patriarchalium magna varietate, (ut monstrat Couarr. 4. Petri. var. cap. 14.) in totius Orientis exitium extorsere. Vnde liquet, Patriarchatum illum, post alios iure locatum, fuisse planè dignitatem absque sede: sic enim de eo loquuntur sanctum Gregoriū refert Anonymus Dominicanus Tractatu contra Græcos; quia scilicet sanctus Petrus, nunquam fuerat Urbis illius Episcopus particularis; quæ est Characteristica sedis verè Patriarchalis, sedem cum dignitate & externo titulo habentis. et idem æquè occini potuisset Hierosolymitano Antistiti, Nec est verum, quod ait Bulengerus lib. 1. de Imperatore cap. 3. merito sedem Constantinopolitanam secundo loco inter Patriarchales esse repositam, cum Constantinopoli sit secunda Roma. Aliud quippè ferunt iura seculi, aliud iura poli. et metriam dirigendi sedes, non desumitur ex seculari dignitate ciuitatum. Atque ita (ut assumebam) concluditur, ordinem sedium Patriarchalium esse dispositum iuxta priuilegium Petri, ut loquitur Petrus Damiani Opusc. 35. cap. 4. Nec satis animaduersum est à bene multis, quos de Patriarchalibus sedibus disputantes, allegat Cenedo ad caput *renouantes*, dist. 22. Collectaneo 58. num. 1. Postea tamen laxato semel rigore vocis, abusus inducta est, qua quilibet Primates, dicti sunt Patriarchæ. Qua ratione S. Nicetius Lugdunensis, à Gregorio Turonensi lib. 5. histor. Francor. cap. 8. dictus est Patriarcha. Quo item titulo honestatur Priscus eiusdem Ecclesiæ Episcopus in secundo Matifconensi Concilio, & Petrus Lugdunensis à Petro venerabili lib. 2. epist. 2. nimirum ob primatum in quatuor Metropoles, Lugdunensem, Rothomagensem, Senonensem, ac Turonensem: quod antiquum eius sedis ius, firmasse sancto Gebuino, legitur Gregorius VII. anno 1079. Ex Arrianorum verò vlti, quosuis primarios Episcopos, dictos esse Patriarchas, obseruat Baronius anno 570. tameris, quod quibusvis Metropolitans delatum illud nomen affirmat, non video vnde confirmetur. Sed ad rem.

Anonymus Dominicanus Tractatu illo contra Græcos, existimat idem esse sedem Apostolicam, quod esse ex primo, & antiquo vsu Patriarchalem, siue particularem in ea sancti Petri sessione nobilem. Qua ratione iuxta prædicta, triplex esset sedes Apostolica, nimirum Romana, Alexandrina, Antiochena. Fauere videtur, quod sanctus Leo IX. epist. ad Petrum Antiochenum, & Ioannes Moschus in Prato spirituali cap. 36. describens ephræmi certamen, vocat sedem Antiochenam, sedem Apostolicam. Item lib. 5. Trip. cap. 37. sanctus Cyrillus Hierosolymitanus denominatur *sedis Apostolicæ Pontifex*. Nihilominus notio receptissima fert, ut propriè loquendo, non nisi vna sit sedes Apostolica. Dico *propriè loquendo*, quia hic quoque habuit locum vocis laxatio, præsertim quoad Ecclesias, quas vel sanctus Petrus aliquando rexit, ut particularis Episcopus, vel alij Apostoli immediate tulerunt. Tales Tertullianus plurimas recenset lib. de præscript. c. 36.



PRÆNO. 3. [Age (inquit) iam qui voles curiositatem melius exercere in negotio salutis tuæ, percurrere Ecclesias Apostolicas, apud quas ipsæ adhuc Cathedræ Apostolorum suis locis præfidentur, apud quas ipsæ authenticæ litteræ eorum recitantur, sonantes vocem, & representantes faciem vniuersiusque. Proximè tibi est Achaia, habes Corinthum. Si non longè es à Macedonia, habes Philippos, habes Thessalonicenses. Si potes in Asiam tendere, habes Ephesum. Si autem Italiam adiaces, habes Romam, vnde nobis quoque autoritas præsto est. Statu felix Ecclesia, cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo fuderunt, vbi Petrus passioni Dominicæ adæquatur, vbi Paulus Ioannis exitu coronatur; vbi Apostolus Ioannes postea quàm in oleum igneum demissus, nihil passus est, in insulam relegatur.]

Pro Apostolicis Ecclesiis habet Tertullianus omnes illas, quas vel Apostoli, vt Pastores particulares tenuerunt, vel erudierunt, quo item modo S. August. lib. 2. de doctr. Christ. cap. 8. Apostolicas, ait, esse omnes illas Ecclesias, quæ sedes Apostolicas habere, vel Apostolicas Epistolas recipere meruerunt. Eumque D. Augustini locum, referens Carolus Magnus lib. 1. de Imag. cap. 6. vt est apud Eugubinum lib. 2. contra Vallam. pag. 272. ait, sedem Romanam cæteris Apostolicis sedibus præminere. Et eodem sensu Turpinus (imò Tilpinus si tamen ipse auctor) lib. 1. de temporibus Caroli Magni cap. 17. ait, statutum ab eo esse, vt sedes Compustellana, vocaretur sedes Apostolica, & vt Virgæ Episcopales ac coronæ regales per manum eiusdem vrbis Episcopi, in sancti Iacobi honorem tribuerentur? Itaque en multas Ecclesias Apostolicas. Imò ex hoc ipso capite haustæ ab Apostolis doctrinæ, omnes Ecclesias esse Apostolicas, his verbis tradit Tertullianus lib. de Præscript. cap. 20. [Apostoli per Iudæam contestata fide in Iesum Christum, & Ecclesiis institutis, dehinc in orbem profecti, eandem doctrinam eiusdem fidei nationibus promulgauerunt. Et proinde Ecclesias apud vnamquamque Ciuitatem condiderunt à quibus traducem fidei, & semina doctrinæ, cæteræ exinde Ecclesiæ mutuatæ sunt, & quotidie mutuantur, vt fiant Ecclesiæ. Ac per hoc, & ipsæ Apostolicæ deputantur, vt soboles Apostolicarum Ecclesiarum. Omne genus, ad originem suam censeatur necesse est. Itaque tot, & tantæ Ecclesiæ, vna est illa ab Apostolis prima, ex qua cænes. Sic omnes primæ, & omnes Apostolicæ, dum vnam omnes probant vnitatem.] Hoc sensu omnes sedes Episcopales, dici possunt sedes Apostolicæ. Qua loquendi formula, sanctus Paulinus Epist. 45. Alyppium factum Episcopum, ait, locatum in sede Apostolica. Sidonium similiter de Sancto Lupo locutum referam V. Apostolicus. S. Eligius desiderium Cadurcensē vocat apostolicum Patrem. Constantius Presbyter S. Germanum Antissiodorensē Episcopum vocat Apostolicum Pontificem, & ad finem Actorum eius. Sedit idem Dominus & Apostolicus noster Sanctissimus Germanus, in Episcopali Cathedra, annos triginta. Et paulo antè de sancto Petro Chrysologo Rauennaten-sis ecclesiæ Episcopo, ait, quod tenebat apostolica institutione eam ecclesiam. In S. Arnul-

phi Turonensis historia sanctus Remigiū vocatur sanctissimus apostolicus Rhenorum. Item sanctus Basilius Epist. 55. quæ est ad sanctum Ambrosium, ait, illum è medio Iudicum terræ, translatum esse ad præfidentiam Apostolicam; id est ad Episcopatum Mediolanensem. Amphilo-chius quoque sub initium vitæ sancti Basilij ait, Gregorium Theologum, tenuisse per annos duodecim gubernacula Throni Apostolici, id est sedis Constantinopolitanæ. Eodem sensu Basilius Acridenus Archiepiscopus Thessalonicensis qui sub Manuele Comeno floruit, rescribens Adriano Romano Pontif. qua Epist. subiectionē ei suam & Græcorum omnium desert, & pro conuictio habet non audire subditum Romano Pontifici, eandem vocat sedem Constantinopolitanam, magnam Apostolicam sedem. Et in veteri notitia Episcopatum Græciæ, iam à Photij tempore exarata, dicitur Armeniam quartam non subiacere sedi Apostolicæ; id est sedi Constantinopolitanæ: nam est dicta Apostolica à sede B. Andrea in ea, vt tulit quorundam Græcorum comentum, sed eo generali modo qui propositus est, nec fert primatum vniuersalem. Apud Gregorium Turonensem l. 4. histor. Fran. c. 26. ecclesia Turonensis vocatur sedes Apostolica, in sensu pimitum proposito. In quo etiam iuxta aliquo dixit Sincius Papa scribens ad Africanos; *Vt extra conscientiam sedis Apostolicæ, hoc est Primatis, nemo audeat ordinare*, vbi Franciscus Florentius ad tit. 6. de electio, & elec. potest. suspicatur subesse mendam, & expunctis illis verbis, *Sedis Apostolicæ*, legendum esse, *extra conscientiam Primatis*. Sed cum vetustissimi Codices sic legant vt dictum est, non est gratis sollicitanda lectio recepta; cuius sensum aliqui (vt præmisi) volunt esse, *nemo ordinet absque assensu primarij Antistitis, cui in vnaquaque Prouincia deferunt nomen Apostolici antonomastice*; alijs licet Episcopis commune, vt probatis alijs plerisque exemplis firmari possit si res ferret. Ita igitur aliqui cum Siritij locum exponunt, nec improbabiler, cum Honorius Augustus scribens ad Bonifacium Papam, quemcunque Episcopatum, vocarit *Sedem Apostolicam*. Quanto igitur magis, ea sedes quæ in quavis Prouincia aliquatenus proportionalem ad cæteras sedes eminentiam sortitur, ei quam Romana sedes habet super totius orbis sedes, denominari poterit apostolica. Nisi si velimus in eo Siritij loco apostolicam sedem designare Romanam, ex cuius commissione, saltem generali, primas aliorum ordinationes probare debeat, atque adeo interueniente eius conscientia & assensu, Romanus item Pontifex qui ei vices suas quoad hoc delegauit, probasse eam ordinationem videri possit. Possit quidem sic exponi locus Tamen non improbabiler (vt dixi) *Sedis Apostolicæ* apud eum in verbis allegatis, de sede primatis potest accipi, cum nō raro alibi sumatur pro quavis sede episcopali. Et sanè Episcopi in aliquo sensu representant apostolos. Vnde præter rationem ex Tertulliano propositam, (deriuata scilicet ab apostolis in quacūque ecclesiā Doctrinæ fidei,) haud prorsus incongruè, sedes qualibet episcopalis videtur dici posse, *sedes Apostolica*. In quā sententiā post hæc pridem vulgata, reperi multa apud Scholiast. Breu. Can. Fer. p. 280. & 281.

Retento

Retento tamen proprio, & in Ecclesia semper receptissimo vlu vocabuli, ea tantum sedes dicitur Apostolica in qua Apostolicus Principatus viguit, cuiusmodi est sola Romana. Nam cum potestas Apostolica in solo sancto Petro fuerit ordinaria, & cum iure transmissionis ad successores; (in aliis enim Apostolis, potestas Apostolica, & vniuersalis, etiam si non fuit delegata, quia non manauerat ab ordinario Pastore sancto Petro, sed à Christo, fuit tamen tantum personalis. & absque iure transfusionis ad posteros,) Sanctus autem Petrus, tametsi alias sedes tenuerit, vt particularis Episcopus, in sola tamen Romana habuerit successorem plenariæ, & vniuersalis in totam Ecclesiam auctoritatis, meritò sola Romana sedes dicitur Apostolica; quia in eius solius Episcopo, viger plenitudo potestatis, quæ fuit in Apostolorum Principe supra vniuersam Ecclesiam. Vnde S. Bernardus Epist. 141. describens iura Episcopi Romani, & sedis Apostolicæ, ea exhibet, quæ sanctus Petrus si affuisset, non habuisset pleniora. [Plenitudo (inquit) potestatis super vniuersas orbis Ecclesias, singulari prerogatiua, Apostolica sedi donata est. Qui igitur potestati huic resistit, Dei ordinationi resistit. Potest, si vtile iudicauerit, nouos ordinare Episcopatus, vbi hæc non fuerunt. Potest eos qui sunt, alios deprimeret, alios sublimare, pro vt ratio sibi dictauerit; ita vt de Episcopis, creare Archiepiscopos liceat; & è conuerso, si necesse visum fuerit: potest à sinibus Terræ sublimes quascunque personas Ecclesiasticas euocare, & cogere ad suam præsentiam, non semel, aut bis, sed quoties expedire videbit. Porò in promptu est ei, omnem vlcisci inobedientiam, si quis fortè reluctari conatus fuerit.] Nihil deest huic plenitudini potestatis, vt qua Princeps Apostolorum, primum esse potestate potitus, eadem potiti intelligatur quilibet Romanus Pontifex eius successor. Constitutum itaque manet, solam Romanam sedem esse Apostolicam proprie dictam. Vnde sequitur omnes titulos, qui à Patribus, & à Conciliis tribuuntur sedi Apostolicæ (sunt autem multi, & nobiles, vt docebit syllabus), esse verè titulos Romani Pontificis; vsurpato metonymicè nomine *Sedis*, pro *sedente*; & continente, pro *re contenta*.

Quod de sede Apostolica constitutum est, æquè dicendum est de Cathedra Sancti Petri; Nam nomine *Cathedra*, significari sedem Pontificiam, compertissimum est, & multis demonstratur à Pamelio ad libr. Tertulliani de Præscript. num. 207. Meritoque Duuallius Tract. de Pontif. par. 2. q. 6. castigat nuperum fore Rabulam, qui aliò detorserat notionem *Cathedra*. Nec minus ridiculè Scaliger lib. 1. Aulon. lect. cap. 12. quia legerat apud Sidonium lib. 9. Epist. 16.

*Qui Tolosatum tenuit Cathedram.*

Existimauit sanctum Saturninum, de quo ibi agit Sidonius, docuisse Tolosæ Rhetoricam. Qua grammaticandi ratione, sanctus Petrus, qui Romanam Cathedram tenuit, (vt est apud Tertullianum lib. 3. Metrico contra Marcio. & Cyprianum Epist. 55. passimque alios) dicens esset docuisse Romæ Rhetoricam, aliamuè aliquam ex liberalibus disciplinis, fuisseque è numero Cathedralium, de quibus Seneca de

brevit. vitæ cap. 10. Sensus itaque Sidonij (vt PRÆNO. 3. ibi rectè, subiectis plerisque testimonijs monstrat Saluaro) alius non fuit; quàm quod sanctus Saturninus fuisset Tolosæ Episcop. Prouindè similiter sanctum Petrum tenuisse Romanam Cathedram, nihil aliud est, quàm sanctum Petrum fuisse Romæ Episcopum. Id enim est, tenere Cathedram vitæ, distinctam à Cathedra pestilentie, vt latè philosophatur eruditus Augustinus quaest. 110. ex vtroque mixtim. Primus vocis *Cathedra* vsus, ad designandum Episcopatum, vel Pontificatum, ad Christum videtur reuocandus, qui potestatem Pontificiam Synagogæ, vocauit Cathedram Moyse, super quam sederunt Scribæ, & Pharisei, vt bene notauit Cyrillus Hierosol. Catech. 12. & rectè confirmat Iansenius cap. 120. Concordiæ. Commodius quàm Serarius, qui cap. 3. Triheresij num. 19. quodcumque sacrum magisterium ex auctoritate saltem subordinata exercitum, nomine *Cathedra* à Christo expressum putat. Sicut ergo potestas Pontificia legis Mosaicæ penes auctoritatem docendi vel iudicandi, aut etiam plectendi, (totidem enim possunt esse vsus Cathedræ, siue Throni,) dicta est *Cathedra Moyse*; ita in lege noua, sancti Petri Cathedra, nihil aliud est, quàm suprema eius autoritas Pontificia, siue ad docendum, siue ad iudicandum de dubijs fidei, aut de peccatis, siue denique ad plectendum, & ferendam sententiam vltoriam. Hæc enim omnia complectitur Cathedra Pontificia, nec satis adæquatè exprimitur penes solum actum definiendi infallibiliter de fide & moribus, vt factum est à Cuncto Petri lib. de perpenna Cathedræ Petri firmitate. Attingamus ista distinctiùs.

Ad Cathedram magisterij sancti Petri, non tam pertinet hoc loco doctrina per sanctum Petrum, eiusve studio disseminata per varias nationes; quàm doctrina hodieque ab eo manans. Admitto sanctum Petrum per se, suosque immediatos discipulos abs se directos, longè latèque disseminasse Euangelicam doctrinam. Quod enim S. Innoc. I. Epist. 1. contestatus est, sanctus Petrus, eiusque successores, omnes Ecclesias Italiae, Gallie, Hispanie, Africae, Siciliae, Insularumque interuentium constituerunt. Describit eum Innocentij locum Hugo Etherianus lib. 3. contra Græcos cap. 17. fusè verò eum illustrant Thomas Bosius 4. de signis cap. 1. & Bzouius in Romano Pontifice cap. 24. Magnam porò partem, quod Innocentius dixit, de solo sancto Petro valere, liquet ex varijs Discipulis, quos ab eo in Prouincijs prædictis consecratos esse Episcopos, memorant tabulæ Ecclesiasticæ. Tales apud Italos, Apollinaris Rauennatum, Euprepus Veronensium, Paulinus Lucensium, Prodocimus Patavinorum, Hermagoras Aquileiensium, Syrus Ticinensium, prius Capuanorum, Aspres Neapolitanorum, Terracinenium Epaphroditus, Romulus Fesulanorum, Siculorum Pancratius, Berryllus, Marcianus. Apud Gallos, Rhemenium Sixtus, Arelatenium Trophimus, Senonensium Sabinianus, Potentianus, Viennensium Crescens, Canomanensium Iulianus, Vrsinus Bituricensium; Burdegalsium ac Lemouicensium Martialis, Sanctonensium Eutropius, Aruennensium Austremonius. Apud Hispanos Torquatus,

De titulis Pontif. ex sede Apost. & Cath. Petri.

PRÆNO. 3. quatus, Ctesiphon, Secundus, Cæcilius, Elychius Apud Germanos Maternus, Marcianus, Egistus, & Eucharius. De Germanis præsertim, benè hoc punctum versat Ecbertus Serm. 10. aduersus Catharos. Denique Pontum, Galatiam, Cappadociam, Asiam, & Bithyniam, è sancti Petri fonte hausisse fluentia doctrinæ, docet inscriptio primæ Epistolæ ipsius sancti Apostoli.

Verissimum igitur est, sanctum Petrum suo labore, & eorum, quos ipsemet immediatè ad hoc adhibuit, valdè nobilitate magisterium suum, longè latèque disseminando Christi doctrinam. Tamen aliud quiddam est sancto Petro præcipuum, & nulli alij Apostolo commune, penes quod eius Cathedra, & Magisterium, prærogatiuam obtinet singularem: nempe quod S. Petro collata est authoritas ordinaria, & ad successores eius in sede Apostolica ad finem usque seculi transmittenda, ad præstandam securitatem doctrinæ verè reuelatæ, atque ad eò ad docendum (vt ita dicam) authenticè; & ita vt non liceat ambigere de infallibilitate doctrinæ per tale Magisterium propositæ. Quis enim securus esset de doctrinæ, quam proficitur, immunitate ab errore, & fermento falsitatis, nisi sancti Petri magisterio, hodieque in eius successoribus continuato, firmaretur, vt optimè argumentatus est S. Gelasius Epistola ad Anastasium Augustinum? Quis, inquam, securus esset, se in vacuum non currere, & doctrinam quam accepit, esse verè à Christo profectam, nisi sancti Petri magisterio firmaretur? Cum ipse Apostolus Paulus, qui non ab hominibus, neque per hominem Euangelium acceperat, tamen ne alij in eius prædicatione vacillarent, vt optimè expendit Acofta lib. 2. de Christo reuel. cap. 12. notauitque sanctus Hieronymus Epist. 89. cap. 2. adactus sit Petrum conuenire, Petrum, id est, (vt vim vocis expendens Sanctus Chrysostomus admonuit,) eximium illud, & admirabile spectaculum cælestis in Petro cortynæ consulere. Sicut enim Euangelium ex se, & ante quamcunque Ecclesiæ comprobationem, est Euangelium, & tamen nisi comprobatio Ecclesiastica, & vt loquuntur, verificatio accederet, non esset quoad nos Euangelium authenticum, & indubitato diuinum; iuxta illud D. Augustini lib. contra Epistol. Fundam. cap. 5. [Euangelio non crederem, nisi me Catholica Ecclesiæ commoueret authoritas:] ita doctrina B. Pauli, erat quidem vera, & certa in se, quippè à Christo ipso inspirata; tamen fideles, quibus lapis lydius Doctrinæ Christianæ, & regula viua fidei, ex ipsius Christi assertionem erat sanctus Petrus, potuissent mutare circa doctrinam à sancto Paulo propositam. Vnde ipse in vacuum cucurrisset, frustra que docendo iudicaret, nisi iustagatio & comprobatio sancti Petri interuenisset: propterea que sanctus Paulus ad eum adit, vt omnibus notum fieret, doctrinam quam sanctus Paulus proponebat, Sancto Petro probari, ac proinde genuinam esse, & à Christo profectam. Videndus de eo Pauli factò sanctus Chrysostomus tom. 5. Græcol. serm. 61. & qui illius capitis secundi ad Galatas, quo hoc Pauli factum describitur præclarum cephrasim exhibet Iosephus à Costa, loco annotato. Hinc factum, vt ab omni æuo Christiano,

Doctores præcellentissimi, nec de ingenio, aut eruditione concedentes Pontificibus, imò iidem superiores, diffisi tamen de sua doctrina, & ingenio, quoties graue dubium circa res fidei occurreret, non priùs tranquillarentur, sequè securus putarent, quàm B. Petri magisterium, interrogato eius successore consuluissent. Venus pro omnibus satis esse potest sanctus Hieronymus, qui quamuis omnibus disciplinis esset excellentissimus, & Damaso Papa longè peritior, tamen suborta difficultate circa vocem, *hypostasis*, & an essent in Trinitate admittendæ, sicut tres personæ, ita tres hypostases, confugit ad sancti Petri Cathedram, quam tunc tenebat Damascus, sic eum interpellans Epist. 57. [Quoniam vetusto Oriens inter se populorum furore collisus, indiscissam Domini tunicam, & desuper textam, minutatim per frustra discepit, & Christi vineam exterminant Vulpes; vt inter lacus contritos, qui aquam non habent, difficile vbi fons signatus, & hortus ille conclusus sit, possit intelligi: idèd mihi Cathedram Petri, & fidem Apostolico ore laudatam, censui consulendam, inde nunc meæ animæ postulas cibum; vnde olim Christi vestimenta suscepi. Neque verò tanta vastitas Elementi liquentis, & interiacens longitudo terrarum, me à pretiosa Margaritæ potuit inquisitione prohibere, *Ubicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquile.*] Et mox post deploratum Orientis in Catholica fide statum miserimum, [Quamquam igitur tui me terreat magnitudo, inuitat tamen humanitas. A sacerdote victimam salutis, à Pastore præsidium, cuius flagito. Facillat inuidia: Romani culmiuis recedat ambitio: cum successore Piscatoris, & discipulo Crucis loquor. Ego nulum primum nisi Christum sequens, beatitudinæ tuæ, id est Cathedra: Petri, communionem confocior; super illam Petram ædificatam Ecclesiam scio. Quicumque extra hanc Domum agnum comgerit, prophanus est. Si quis in arca Noè non fuerit, peribit regnare diluuium. Et quia pro meis facinoribus eam solitudinem commigraui, quæ Syriam iuncto Barbariæ sine determinat; nec possum Sanctum Domini, tot interiacentibus spatiis à Sanctimonia tua semper expetere: idèd Collegas tuos Ægyptios Confessores sequor, & sub onerariis nauibus, parua nauicula delitescio. Non noui Vitale, Meletium respuo, ignoro Paulinum. Quicumque tecum non colligit, spargit; hoc est qui Christi non est antichristi est.] Tandem in Epistolæ calce [Quamobrem obtestor beatitudinem tuam per Crucifixum mundi salutem, per homouision Trinitatem, vt mihi Epistolis tuis, siue tacendarum, siue dicendarum hypostaseon detur authoritas.] Et cum vel sanctus Damascus multitudinè negotiorum præpeditus scripsit responderet, vel litteræ interuersæ essent, nec eas accepisset Sanctus Hieronymus, demò in eadem causa sanctam Damascum interpellauit, data ad eum Epist. 58. & humillima, & vrgentissima, cuius solam extremam partem repræsentò, vt appareat quanti apud sanctum Hieronymum esset Magisterium sancti Damasci, [hinc præfidiis fulta mundi, Arianæ rabies frenit; hinc in tres partes scissà Ecclesia, ad se rapere me festinat. Monachorum circa manentium antiqua in me sargit authoritas. Ego interim clamito, si quis Cathedra: Pe-

ui

tri iungitur, meus est: Meletius, Vitalis, atque Paulinus, tibi hætere se dicunt. Possem credere, si hoc vnus assereret. Nunc aut duo mentiuntur, aut omnes; idèd obtestor beatitudinem tuam per Crucem Domini, per necessarium fidei nostræ decus, per passionem Christi, vt qui Apostolos honore sequaris & merito. Ita in folio cum duodecim iudicaturus sedear; ita te alius senem cum Petro cingat: ita municiparum cæli cum Paulo conseqaris, vt mihi litteris tuis, apud quem in Syria debeam communicare, significes. Noli despiciere animam, pro qua Christus mortuus est.] Non potuit distinctius, explicatius, fortiusque expromere, sensum suum de infallibili sancti Damasci è B. Petri Cathedra magisterio; tùm apprecando, vt dignaretur sensum suum aperire in questione proposita; tùm vrgendo, vt significaret quibuscumque communicare deberet. Hoc ipsum enim erat docere, quorum fidem, atque doctrinam probaret ipse Damascus. Fixum igitur esto, omnes titulos, quibus sancti Petri Cathedra propter hoc magisterium sæpè honestatur, cadere in Romanum Pontificem, penes quem est potestas docendi infallibiliter, signata nomine *Cathedra S. Petri*.

Nec aliter pronanciandum est de titulis peritis è S. Petri Cathedra iudiciaria, respiciente siue exsolutionem à peccatis, & vinculis animarum; siue censuras, quibus iuste innodantur, & plebuntur noxi (qui est quasi ignis è sede sancti Petri coruscans (qualem è Throno Alexandrino promicantem conspicabatur eius Ecclesiæ Antistes sanctus Petrus apud S. Odonem lib. 1. collat. cap. 16.) siue nexus à notis & iuramentis emissis iniectos. Omne quippè iudicium, S. Petro, eiusque successoribus est datum: ita vt quodcumque soluerint, & ligauerint in terra, sit solutum, & ligatum in cælo. Sicut Filio pater omne iudicium dedit ita Petro & eius successoribus Christus ait Potho lib. 3. de domo Dei *sub finem*. Et omnes quidem Episcopi, & ac in Ecclesiastica dignitate constituti; cum facultate dicendi aliis Iuris, potiuntur parte aliqua authoritatis huius iudiciariæ: solus tamen Romanus Pontifex, summam, ac plenissimam in hæ parte obtinet potestatem, tanquam sedens in sancti Petri Cathedra, eiusque, vt generalis Ecclesiæ Rectoris successor. Audi Rupertum in c. 20. Apocal. [Ligato Dracone Diabolo, & liberè per publicum procedente Christi Euangelio, hominibusque, qui fuerant vasa eius, transfertis in vasa Dei, filios Dei, Templis Idolorum versis in Ecclesias Christi, qualis ex tunc per Orbem terrarum Sanctæ Ecclesiæ status esse cepit, in visione prospicit dicendo: *Et vidi sedes, & sederunt super eas, & iudicium datum est illis.* Iste namque sedes, Ecclesiastica sunt dignitates, videlicet Pontificum Catholicorum, & inferioris quoque ordinis Sacerdotum, siue Prælatorum, quorum potestas, nimitum tanta est, vt rectè dictum sit, vel dici debuerit, quia datum est illis iudicium: Authoritate namque eius, cui pater dedit omne iudicium, hoc illis datum est, vt quæcumque alligant super terram, ligata sint & in Cælo. Et quæcumque soluerint super terram, soluta sint & in Cælo. Summum huius iudicij tribunal, in Ecclesia paratum est Romana, vbi sedes Apostolica, B. Petri & no-

Theophili Raynaudi Pontificia.

mine, & corpore fundata est, cui specialiter dictum est. *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo clauem Regni Cælorum.*] Meritò summum Iudicij Ecclesiastici Tribunal adscribit Rupertus Romano Pontifici, tenenti Cathedram sancti Petri, quia eius potestas Iudiciaria, siue in foro interno siue in externo, eminet supra quamcunque cæterorum Ecclesiasticorum Iudicum potestatem. Vtque ad eò vt de ipsis quoque Episcops cæterorum Iudicibus, ferre iudicium possit, & iidem æquè cælum claudere, ac ipsi cum res fert, claudunt aliis. [Qui locum Petri tenet, (inquit S. Bernardus Epist. 228. scribens ad Eugenium Papam contra Archiepiscopum Eboracensem,) potest vno istu extinguere Ananiam, vno Simonem magum. Et vt planius, quod loquimur fiat, peremptoriam dare sententiam ad depositionem Episcoporum, solius Romani Pontificis noscitur esse, pro eo nimirum, quod etsi alij multi vocati sunt in partem sollicitudinis, solus ipse habeat plenitudinem potestatis.] Et lib. 2. de confid. cap. 8. alloquens Eugenium. [Ergo iuxta Canones tuos, alij in partem sollicitudinis, tu in plenitudinem potestatis vocatus es; Aliorum potestas cæteris arctatur limitibus, tua extenditur, & in ipsos, qui potestatem super alios acceperunt. Nonnè si causa exriterit, tu Episcopo Cælum claudere, tu ipsum ab Episcopatu deponere, etiam, & tradere Satanae potes?] Antiquas in hanc rem praxes, collegit Pamelius ad Epist. 67. S. Cypriani num. 20. Quem verò latet deiectio Guntheri Colonienfis, & Thegandi Treuerensis, pellicis Valdræ fautorum per Nicolaum I: Item Adolphi Colonienfis exturbatio per Innocentium III. vt est in capite *Venerabilem*, de elect & electi potest. Notum quoque est, Theodoricum Montensem anno 1214. ab eodem Innocentio III. & Gebhardum Truchesium à Gregorio XIII. ambos Colonienfes, Antistites fuisse depositos.

Manifestissimum verò erit quantoperè sancti Petri, eiusque successorum iudiciaria Cathedra, supra omnes aliorum Ecclesiasticorum Iudicum Cathedras sublimis efferatur, si supponamus, (quod habet multorum gratium Doctorem verissimillima sententia) omnium Antistitem Iurisdictionem communicari à Summo Pontifice, ita vt sicut tota temporalis Iurisdicção est à supremo Principe, & ab eo in quoscunque ciuili Iurisdictionis participes deriuatur, vt probat Molina Tract. 5. de Iustit. disput. 3. ita & spiritalis Iurisdicção Antistitem inferiorum, tota manet à spiritali supremo Principe, Christi Vicario, qui non tantum designet personam Episcopali Iurisdictioni diuinitus imprimendæ subternendam, vt ferebat olim quorundam sententia apud Bellarminum lib. 4. de Pontif. c. 22. sed etiam largiatur vicinique potestatem Iurisdictionis, muneris obeundo consentaneam, & pro temporum, ac locorum; cæterarumque circumstantiarum varietate, diuersam quoad magis & minus. Est in ea sententia Isidorus de Hispanis lib. 2. de Imperio militantis Eccles. tit. 4. tota quæst. 2. Henrici lib. 8. Summ. capite 5. Molina Tractatus 5. de Iust. disputatione 4. Bellarmin. lib. 4. de Pontif. c. 24. Suarez tom. 4. 3. par. d. 25. sect. 1. num. 21. Magalia. in proœm. Epist. ad Timoth. sect. 12. Agidius 3. par.

C

PRÆNO. 3. De titulis Pontif. ex sede Apost. & Caib. Petri.

par. 1. q. 2. Malderus Tract. de Pontif. disp. 1. dub. 1. Barbofa de Potest. Episc. par. 1. tit. 1. cap. 1. à num. 20. Fagundes in 2. præcep. Ecclef. lib. 7. cap. 1 à num. 25. Viderique potest hanc sententiam insinualle S. Cyprianus lib. de vnit. Ecclef. Vbi Cathedram Petri confert cum capite, radice, fonte, sole. Sicut ergo virtus animalis membrorum corporis, detiuatur à capite & virtus ramorum arboris fluit à radice; aqua item riuorum ex fonte manat, ac denique lux radiorum à sole oritur; ita omnium aliorum Episcoporum vis motiua, & gubernatiua, totaque Iurisdicção Ecclesiastica profunditur à Pontifice. Quem proinde rectè contulerimus cum Moysè, de cuius spiritu accepit Deus communicauitque 70 Senioribus, quos ei dabat coadiutores, vt habetur Num. 11. Neque enim Deus de Moysè spiritu accepit, quod aliis daret, quasi imminuerit spiritum Moysè. Nam sic frustra accepisset coadiutores, vt S. Augustinus benè aduertit q. 18. in Num. Dicitur itaque Deus de Moysè spiritu accepisse, & dedisse Senioribus, quia auctoritatem, quam in Moysè formaliter collocauit, transfudit à Moysè ad reliquos. Eandem sententiam significauit Nicol. 1. Epist. ad Michaël. applicans Episcopis in Pontificem restructatis, illud Isaiæ 10. *Nunquid gloriabitur securis contra eum, qui fecit in ea? Aut exaltabitur serra contra eum, qui trahit eam?* Spectare Eodem potest, quod S. Optatus lib. 7. ait, solum S. Petrum accepisse Claves cælorum, ab eo communicandas aliis. Nec multum abest, quod Gregorius Nyssenus Orat. in agrè ferentes reprehens. *Sub medium*, ait, clauas à Domino Episcopis datas esse per Petrum. Refertur itidem huc possunt illæ aliæ locutiones, apud Pontifices, & Patres crebræ. Vnitus Sacerdotalis è Petri Cathedra est exhorta; quo pacto loquitur S. Cyprianus Epist. 55. num. 90. Alios addam in Epilegomenis subnotatione 2. veritæ 11.

Denique faciunt ad hanc rem quàm maximè, quæ habet S. Leo Epist. 89. docens, in S. Petro Apostolorum omnium summo, principaliter collocatum à Christo esse diuini muneris, hoc est Pontificij Sacramentum, vt ab ipso quasi quodam capite, dona sua velut in corpus omne diffunderet. Et sermone 3. de Anniuers. suæ assumpt. ait de S. Petro. [Ab ipso omnium christumatum fonte, tam copiosis est irrigationibus inundatus, vt cum multa solus acceperit, nihil quemquam sine illius participatione transferit.] Et insuetius, [magnum, & mirabile dilectissimi, huic viro confortium potentia suæ tribuit diuina dignatio. Et si quid cum eo commune cæteris voluit esse principibus, nunquam nisi per ipsum dedit, quidquid aliis non negauit.] Denique infra. [Dicitur Beatissimo Petro, *tibi dabo clauas Regni Cælorum. Et quacunque ligaueris super terram, erunt ligata & in Cælis, & quacunque solueris super terram, erunt soluta & in Cælis.* Transiuit quidem in alios Apostolos ius potestatis istius, & ad omnes Ecclesiæ Principes decreti huius constitutio commeaui. Sed non frustra vni commendatur, quod omnibus intimatur. Petro enim idè hoc singulariter creditur, quia cunctis Ecclesiæ Rectoribus Petri forma præponitur. Manet ergo Petri priuilegium vbiunque ex ipsius fertur æquitate Iudicium; nec nimia est vel seueritas, vel remissio, vbi nihil erit ligatum

nihil solutum, nisi quod S. Petrus aut soluerit, aut ligauerit.]

Quod si vt omnibus proximè dictis præferatur, Iurisdicção quoruncunque Antistitem inferiorum à S. Petro, eiusque successoribus immediatè promanet; non est obscurum quanto perè iudicaria S. Petri Cathedra cui Romani Pontifices insidēt, emineat supra quascūque cæterorū Ecclesiasticorum Iudicium siue inferiorum Antistitem sedes, quod ostendendum receperam Porro quacunque de Cathedra S. Petri dicuntur, de sedente in ea affirmari per metonymiam, notius ferè est, quàm vt moneri oporteat. Et verò neminem lateat, Cathedram, siue materialiter sumatur, siue etiam formaliter, pro auctoritate iudicaria, & rectoricè, non posse per se ipsam iudicare, sed id esse tenentis Cathedram, siue possidentis auctoritatem; quem insinuari posse nomine *Cathedra* monstrat illud ex Psal. 121. *Illic sederunt sedes in iudicio.* Vbi D. Augustinus obseruat idè sedes dici sedere, quod attento nudo verbi cortice possēt videri absurdum, quia Apostoli, & eorum successores, dicti sedes sedentes in iudicio, siue Cathedra, aut Throni, habentes iudicandi de Christi subditis potestatem.

Quia ergo Romanus Pontifex Pontificia, & vniuersali in Ecclesiam totam, B. Petri auctoritate potitur, meriti tituli omnes è S. Petri Cathedra petiti, vel ei Cathedra attributi, intelliguntur dicti de Pontifice quocunque S. Petri successore, in quo B. Petrus censetur viuere, quia tota potestas B. Petro collocata ad bonum vniuersalis Ecclesiæ, in isto hodieque perferatur. Hoc ferunt illa apud antiquos Pontifices ac Patres, & in Concilijs creberrima de S. Petro post mortem regente, docente, tutante à Lupis Ecclesiam. Signo nonnulla. Strictius Papa Epistola ad Himerium Tarraconensem. [Portaueris onera omnium qui grauantur. Quinimò hæc portat in nobis B. Apostolus Petrus, qui nos in omnibus, administrationis suæ protegit, & tætur hæredes.] Nempè, & intercessione sua, & quatenus vi muneris, quod idem est cum munere, quod gessit S. Petrus, dum viuere, communicatur cuique successor à Deo, robur ad portandum creditorum sibi fidelium onera. S. Leo diuine in hanc rem philosophatur serm. 2. de sua Assumptione. Concludit verò. [Manet ergo dispositio veritatis, & B. Petrus in accepta fortitudine Petræ perseverans, suscepta Ecclesiæ gubernacula non reliquit.] S. Innocentius I. Epist. ad Concil. Mileit. (est 93. inter Augustinianas) testatur S. Petrum, Romæ, quo tempore ipse talia scribebat, sedisse, & de dubiis circa fidem consultum esse cum ipse Innocentius consultus esset. In 6. Synodo Agato Papa Epist. ad Imperatores, ait, S. Petrum edidisse Tomum S. Leonis, verbis ipsius S. Leonis. Item in 7. Synodo Adrianus Papa Epist. ad Tarsium, egregiè confirmat, suæ rectionis tempore perstitisse S. Petri principatum.

Ex Patribus idem habet Petrus Chrysologus, scribens ad Eutychem. [In omnibus (Græcè ἐν παντι, id est *super omnia*), hortamur te frater honorabilis; vt his quæ à Reuerendissimo papa Romanæ ciuitatis scripta sunt; obedienter attendas. Quoniam Beatus Petrus, qui in propria sede, & viuunt, & præsidet, præstat quærentibus fidei veritatem.] D. S. Eulogio Alexand

Alexandrino Episcopo, sic scribit sanctus Gregorius lib. 6. Registri Epist. 31. indict. 15. Suauissima mihi sanctitas vestra, multa in Epistolis suis de S. Petri Apostolorum Principis Cathedra, locuta est dicens, quod ipse in ea nunc vsque, in suis successoribus sedeat. In Concilio Ephelino Philippus Cælestini Papæ Legatus, idem magnitè confirmat tomo 2. cap. 16. Concilium item Chalcedon. Actio. 2. post auditam S. Leonis Epistolam, exclamauit, Petrum in Leone locutum esse, & ibidem actio. 3. in Dioscori damnatione, sic habetur. [Sanctissimus, & beatissimus Archiepiscopus magnæ, & senioris Romæ Leo, per nos & per præsentem S. Synodum, vnà cum ter beatissimo, & omni laude digno B. Petro Apostolo, qui est petra, & crepido Catholicæ Ecclesiæ, & ille qui est rector fidei fundamentum, nudauit eum tam Episcopatus dignitate, quàm etiam ab omni Sacerdotali alienauit ministerio.] Rursus in fine eiusdem Concilij in exemplari Epistolæ Paschalini, & aliorum de damnatione Dioscori, sic habetur de eius deiectione per S. Petrum, hoc est per S. Leonem in Petri Cathedra sedentem. [Sanctissimus, ac Beatissimus Papa, caput vniuersalis Ecclesiæ Leo, per nos, vt Legatos suos, Sancta Synodo consentiente, Petri Apostoli præditus dignitate, qui Ecclesiæ fundamentum, & Petra fidei, & cælestis Regni Ianitor nuncupatur, Episcopali eum dignitate nudauit, & ab omni Sacerdotali opere fecit extorrem.] Similiter in 6. Synodo Actio. 17. de Agathonis litteris dicitur. [Charta, & atramentum videbatur, & per Agathonem Petrus loquebatur.] Petrus denique Bles. Epist. 146. [Princeps Apostolorum, adhuc in Apostolica sede regnat, & imperat.] Liqueat ergo iuxta Concilia, & patres, S. Petrum censeri, viuere in eo, qui pro tempore ei succedit in Cathedra Romana, quæ est ipsius S. Petri Cathedra; quisquis in ea sedet, eandemmet vniuersalem totius Ecclesiæ regendæ facultatem adipiscitur, quam habebat sanctus Petrus, dum illam suam sedem superstes teneret, & cum Romano Episcopatu Catholicam quoque Ecclesiam regeret. Ad Sanctos quoque Pontifices ex sensu Veterum, idem transfert S. Odo lib. 1. Collat. cap. 27. quod præclaro viso S. Gregorij confirmat. Et apertè idem habet Petrus Cluniac. lib. 4. Epistol. 18. sic alloquens Cælestinum papam. [Lætabitur sub vmbra alarum eius, vobis à modò subditus orbis tetarum, & se tantos fidei suæ patres Apostolicos viros, Confessores dico, & quod maius est martyres; vel quod excellentius est, ipsos Apostolorum Summos, petrum, & paulum, imò ipsum Christum, in vobis solo, se habere glorificabitur.] Itaque, & S. Petrus, & Sancti quique Romanæ Ecclesiæ hodiernum præcedentes Pontifices, viuunt & regunt in Pontifice S. Petri Cathedram hodiè tenente.

Egi semper de Cathedra S. Petri, nec eam nominari Cathedram SS. Petri, & Pauli, quod aliqui insinuant, vel etiam expriment. Refert quidem Anonymus Dominicanus Tract. contra Græcos dist. 4. parag. *Item Dominicus*, cum Germanus Nicanus odio Romani Pontificis S. Paulum æquè ac S. Petrum nominasset, *Κεροφατον τὸν Αποστόλων*, restitisse ei Græcum quandam Episcopum Catholicum, & negasse, id vnquam *Theophili Raynaudi Pontificia.*

esse auditum illucque; Ed quod sedes Apostolica, & Principatus super cæteros omnes Apostolos eminens; sit solius S. Petri de omnium Catholicorum sententia. Hoc inquam Græcus ille Catholicus, aduersus Græcum Schismaticum contestatur. Tamen non nemo Catholicorum in ea vniuersali Ecclesiæ præfectura, atque aded in sessione Cathedra Apostolicæ, videtur sanctum Paulum adiungere sancto Petro. Sic S. Cyrillus Hierosol. Catech. 6. vocat SS. Petrum, & Paulum, *Præsides Ecclesiæ*. sanctus Chrysostomus in Encomio SS. Petri, & Pauli, sic eos affatur. [O par Beatum, cuius fidei totius mundi animæ sunt concreditæ] Theodoretus Epist. ad S. Leonem, sic habet de Vrbe Romana. [Ciuitas vestra, Petri & Pauli (quos communes omnium parentes, & Magistros veritatis habemus) seruat corpora, vnde lumen animis fidelium accenditur. Hi duo in Oriente orti sunt, & radios in omnes mundi partes circumquaque porrexerunt; in Occidente autem libenter occasum vitæ cœperunt. Hi igitur vestram sedem collustrant.] Disertè Dorotheus Thessalonicensis, scribens ad Hormisdam, vocat sedem Romanam, *Sedem SS. Petri & Pauli*. Venantius Fortunatus lib. 3. vitæ sancti Martini, describens hos Sanctos Apostolos; B. Martino exhibitos, insinuat primam sedem, eorum esse coniunctam, cum eos vocat.

*Prima Ministerij radiantia vasa superni Aurea, pulchra nimis, geminata, vetusta, cornuosa.*

Mox ibidem quoque, eos vocat geminos fidei principes, de quibus item ait.

*Prima tenent terris, & vtrique priora suspens.*

*Dogmatis ore pares, & sedis honore euerules Ambo triumphantes, spargunt noua dona per orbem.*

*Vna nempè die, quos passio Sancta beauit.*

*Et sacra sic geminus signauit tempora Consuli* Petrus Damiani Opuic. 35. cap. vlt. & in vita S. Vitalis, ait, Romam per duos lumos Apostolos Petrum, & Paulum, totius Orbis sibi vendicant principatum. S. Bernardus epist. 237. monet Eugenium, vt sit verus sancti Pauli successor. [Quasi in capite corporis duo oculi, ita in capite Ecclesiæ Petrus, & Paulus] ait Arnobius lib. 2. conflictus cum Serapione: quam item comparisonem de his Apostolis agentes, adhibent S. Leo serm. 1. de Natali Apostolorum, Chrysost. tom. 32. in epistol. de Rom. Nicol. 1. Epist. 1. ad Mich. Imperat. Fortunatus l. 3. de vita S. Martini, Bernardus S. 1. de Apostolis. Petrus Damiani serm. 17. Videntur igitur hi omnes agnoscere Paulum esse petro in Romana Ecclesia parem, cum dicantur hi duo Apostoli, se habere in ea Ecclesia vt duo oculi in capite hominis, qui sane sunt pares, Similiter Anonymus Dominicanus Tract. contra Græcos, agnoscit Romanum Pontificem non tantum Petri, sed etiam Pauli esse successorem [petro succedendo in potestate clauis, & paulo in discussione causarum. Nam sicut Petrus auctoritatem ligandi, atque soluendi accepit à domino: ita Paulus scientia plenitudinem.] Quod videtur tradidisse quoque Carolus Magnus lib. 1. Imaginibus cap. 6. non illo notho Caroli opere, ex Calviniana in eude, sed legitimo, quod extare in Bibliotheca

PRÆNO. 3.  
De similitudine  
Pontif. ex  
sede Apost.  
& Cath.  
Petri.

Vaticana Longobardicis characteribus exaratum, scribit Augustinus Steuchus lib. 2. contra Vallam pagina mihi 272. hæc præter cætera inde exscribens. [ B. Petro non incongruè B. Pauli Doctoris gentium est attributa societas, ut illius Sanctæ Ecclesiæ omninò firmaretur auctoritas. Quatenus altero ad pacendas animas electo, ex Piscatore, altero ad muniendam Ecclesiam, ex persecutore, ut in altero Dei filij vera confessio, in altero apparet diuini verbi sacra prædicatio: cum alteri concessit idem Dei filius Claves Regni cælorum, alteri clauem aperientium legalium verborum, utriusque tamen virtutem signorum, quo alter ad eum cruce, alter gladio pergens, fidelibus arrhabonem corporalis sarcinæ relinquentes, & exempli fulgore, & verbi decore, & Sancto cruore, supradictam Ecclesiam Romanam ei dicant, quam supra solidissimam petram fundatam, nec descendens pluvia, nec venientia flumina, nec flantes venti, ruere compellerent. ] Tandem Alexander III. Episcopus ad Vpalsensem Episcopum, cuiusque suffraganeos, incumbere sibi ait, [ vniuersum corpus Ecclesiæ curare institutione Apostolica; ut sicut in omnem terram exiit sonus Apostolorum, & in fines orbis terræ verba eorum; ita quoque nos, qui eorum Cathedræ præsidemus, qui eis non in vitæ merito, non in operum sanctitate, sed in pastorali cura, & dignitate successimus, verbum salutis, Euangelium Christianæ, atque Catholice, veritatis, annunciemus, & iis qui longè, & iis qui propè nomen Apostolicum, non inane, neque nudum, & in sola voce gerentes, sed in executione officij, & veritate operis, in quantum nobis Deus dederit, adimplentes. ] Proferitur Alexander conceptis verbis, se successorem, non vnus sancti Petri, sed amborum, antonomastice dictorum Apostolorum, eorumque se Cathedræ præsidere agnoscit. Sicut sanctus Epiphanius Hæresi 27. quæ est Carpocratianorum, seriem contexens Romanorum Pontificum, ponit primo loco SS. Petrum, & Paulum, tùm Linum, Cletum, ceterosque deinceps, qui sederunt in Romana Ecclesia. Eodemque modo, in quadam reuelatione cuius narratio præfigitur Moralibus sancti Gregorij, Beatus hic Pontifex apparens Tagioni Cæsari-Augustano pernoctanti in Basilica sancti Petri, dixit Linum, Cletum, & ceteros deinceps Pontifices esse successores SS. Petri, & Pauli, qui præcedentes cæteris omnibus seque inuicem manu complectentes, exhibitum sunt in fronte serici omnium Pontificum, qui illas Episcopatu sunt secuti, cum procederent ad sancti Petri altare, per visum Tagioni oranti obiectum.

Nihilominus, rectè semper in superioribus, facta est mentio Cathedræ solius sancti Petri, & ei soli, non autem coniunctim sancto Paulo, succedere Pontificem, merito suppositum est. Neque enim Ecclesia duos illos habuit simul supremos moderatores, etiam si ambo in eadem Vrbe Romana, plantatæ inibi, communi opera Ecclesiæ, seu cœtui fidelium, totam cum sanguine doctrinam profuderint, ut dixit Tertullianus lib. de Præscript. cap. 36. Quinimò S. Paulus fuit verè Ovis sancti Petri, eique, ut Patro

quam rem fusè disserit Bellarminus lib. 1. de Pontif. cap. 27. Optimeque Viclefium hac in parte resellens, Thomas Valdensis lib. 2. doct. cap. 3. Et habuit quidem sanctus Paulus à Christo ipso, vniuersalissimam Iurisdictionem, sed Petro subordinatam, (qualis etiam cæterorum Apostolorum fuit,) nec ipsi personalem; Vnde B. Paulo expirante euauit. Solius verò B. Petri auctoritas fuit ordinaria, id est cum iure transmissionis ad successores. Nam quamuis B. Pauli, & aliorum Apostolorum potestas, non fuerit propriè delegata à sancto Petro, sed à Christo collata illi, æquè ac Petro, & quidem Romæ etiam exercenda si videretur, quamuis adesset sanctus, (cum subordinatione tamen ad eum) quod vnum voluit sanctus Epiphanius, Paulum statuens Romæ Episcopum: Nihilominus ea potestas non fuit ordinaria, propterea ista vox fert, transfusionem ad successores, talis quippè fuit solius sancti Petri auctoritas: vnde etiam si B. Paulus nunquam fuisset Romæ, vel etiam si obiisset valde procul ab Vrbe Romana, Pontifex eo ipso, quod sancto Petro succederet, haberet plenam, & summam potestatem in vniuersam Ecclesiam

Quare omnia in contrarium adducta, ita mollienda sunt, ut tantum significant egregiam operam, quam sanctus Paulus coniunctim cum solo eorum Episcopo, eodemque vniuersalis Ecclesiæ moderatore, nauauit in cultura Romanorum. Et sic illorum vterque fuit fidei Princeps, id est Doctor egregius, ac plantator fidei; vterque item fuit spiritualis Consul, id est Apostolus Vrbs Romanæ, missus à Deo, ad annuntiandum ei Euangelium. Esse enim Apostolatium, Consulatum quendam spiritualem, sanctus Chrysostomus homil. in illud vocatus Apostolus egregiè prosequitur: vterque denique illi Ecclesiæ, & orbi vniuerso præsedit; sed Petrus, ut Episcopus proprius simul ac vniuersalis, cum potestate ordinaria, & iure successionis: Paulus verò, ut pennatus Agricola, orbi vniuerso cum sola potestate personali peragrando destinatus, iuxta modum loquendi, usurpatum ab Isidoro Pelusota lib. 3. Epist. 176. Quod autem Anonymus aiebat, pontificem à sancto Petro habere claves regiminis, & à sancto paulo claves scientiæ, non est quod molliatur, cum sit iniuriam sancto petro, qui ea ratione spoliaretur præcipua Vicarij Christi potestate: nempe magisterio infallibili de rebus fidei, quo continetur clavis scientiæ. Sanè Cyrillus Hierosolymitanus loco in contrarium prolato; tametsi S. paulum agnoscit fuisse præsidem Ecclesiæ, quia (inquit) raptus erat ad tertium Cælum, quod est sanctum paulum statuere non verè præsidem, & Episcopum proprium, sed ut Doctorem diuinitus egregiè instructum, quod est præsidere eruditione, atque ad eam eminentiam duntaxat donorum cælestium: Tamen solum sanctum petrum statuit S. Cyrillus Ecclesiæ præsidere, quia portabat claves Regni Cælorum; non igitur eorum alteram habuit paulus seiuicium à petro, vel etiam coniunctim, eo modò, quo petrus habuit, id est cum iure successionis. Itaque sit suus sancto paulo honos, sed tanquam nauo & strenuo operario, salua soli sancto petro apostolica Cathedra cum iure successionis, quod agnouerunt Græci, ex quibus ista refert adductus proximè

proximè Anonymus. [ Collaudemus diuini orum Prædicatorum Præpositos: Petrum quidem tantum Apostolorum Principem; Paulum verò tantum præ cæteris laborantem. ] Accedit Latinus suffragator Prudentius hymno de Sancto Laurentio.

Roma iam regnant duo  
Apostolorum Principes.  
Alter vocatur Gentium;  
Alter Cathedram possidens  
Primum; recludit creditas  
Aternitatis Ianuas.

En solus petrus, statuitur ab vno apostolorum Princeps, atque aded Pastor vniuersalis ordinarius; ab altero possessor primæ Cathedræ, & Ianitor ostiorum æternitatis, siue Cælorum. Eius ergo solius fuit, Romana Cathedra, non etiam S. Pauli.

Fuit hæc apertè mens Venantij Fortunati, qui perperam in contrarium adducebatur ab iis qui dissentiunt, ut supra retuli. Eius enim hoc est Epigramma de his SS. apostolis, lib. 3. carminum.

Cælorum porte, lati duo lumina mundi:  
Ore tonat Paulus, fulgurat arce Petrus.  
Inter Apostolicas radiant luce coronas,  
Doctior hic monitu, celsior ille gradu.  
Corda per hunc hominum radiantur, & astra  
per illum;  
Quod docet iste stylo, suscipit ille polo.  
Paudit iter cælis hic dogmate, clauibus  
alter;  
Est via cui Paulus, ianua sibi Petrus.  
Hic Petra firma manens, ille architectus  
habetur:  
Surgit in his templum quo placet ara Deo.  
A facie hostili, duo propugnacula præstant,  
Quos fidei turres, vrbs caput orbis habet.  
Hi radiant oculis pretioso in corpore Christi:  
Lumina qui proprio cætera membra  
regunt.

Audin, Petrum gradus celsiorem? Item ei soli claves tribuit, & arcem id est auctoritatis sublimitatem, ac rationem ianua & petra firma, cum sola docendi prærogatiua Paulum honestatit? Et idem breuius dixit lib. 1. ad Chilper. Regem scribens, eo versu.

Princeps clauis Petrus, primus quoque dogmate Paulus.

Itaque non æquat Paulum petro quoad munus pastorale, eo alio loco qui proferebatur. Et agnouisse sanctum paulum in æqualitatem hanc suam & ad petrum subiectionem, grauius contestatur Gregorius IX. Epistola ad Germanum Patriarcham Constantinopolitanum de primatu Romanæ Ecclesiæ. Obiicientibus enim Græcis, paulum petro restitisse, postquam id latè discussit Gregorius, nec nisi dispensatiuè gestum monstrauit, teipsaque ambo idem semper docuisse ostendit; subdit: [ Fuit enim paulus ex verbo Domini petro & cæteris Apostolis vniuersaliter sic dicentis, quorum remisistis peccata, remittantur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt, cum petro mysterium dignitatis exercens; & ex verbis eiusdem auctoritatis, singulariter petro propositis, quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in Cælis, in petro auctoritatis officium recognof-

Theopholi Raynaudi pontificia.

ens. Et idè ad eum tantum primatem, & euangelij Domini fontem, venit Hierosolymam, & postmodum cum ipso & aliis, secundum reuelationem contulit Euangelium, ne in vacuum curreret, vel etiam cucurrisset. ] Interferit alia non nulla. Tum addit. [ Si petrus propter excellentiam fidei, qua in vnico Christo duas naturas veraciter recognoscens dixit, Tu es Christus filius Dei viui, claves regni cælestis in terris solus accepit, cum vnus sit Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnum corpus Ecclesiæ militantis; & corpus cum pluribus capitibus monstratum, & sine capite acephalum censeretur; restat ut ad regimen generalis ecclesiæ quam ipse cum paulo & cæteris, de Gentibus Græcis, Latinis, Barbaris, congregauit; caput eiusdem, suumque Dominus per ea, quæ præmissa sunt, manifestè ostenderet successorem. ] Non potuit disertius asserere, vel etiam robustius confirmare, solum Sanctum petrum, excluso Sancto paulo, fuisse caput Ecclesiæ, eiusque claves eo primario sensu, qui Vicarij Christi proprius est, solum accepisse. Breuissimè rem tetigit Arator lib. 2. histor. apostol. sic canens.

Coniulit ut petro paulum gerat Ordo secundum,  
Qui fundamentis manet architectus in illis.  
Nec dissimiliter Adam de S. Victore in rythmo apud Clystouæum in Elucidat Eccles.  
Petrus præit Principatu,  
Paulus pollet Magistratu  
Totius Ecclesiæ.  
Principatus vni dauit,  
Vniæque commendatur  
Fidei Catholice.


Magistratum lege rythmi arctatus, dixit pro Magisterio, in quo verum est sanctum paulum fuisse eximium, Benè Hugo Victorinus illud Adami dictum nobis exponit sermo 64. qui est de SS. petro, & paulo. [ petrus cæteris eminet excellentia potestatis; paulus excellentia prædicationis. petrus Sol, paulus Luna per collatam sibi cælestis sapientiam. Luminare maius fecit Deus, dum dixit petro, Caro, & sanguis, fidei Sacramentum non reuelauit tibi, sed pater meus qui est cælis, & illum tunc lucere in cælis, & illum tunc lucere in cælo præcepit cum illi claves regni cælorum tradidit; luminare minus fecit, dum Saulum strauit, & paulum erexit. ] Ibidem Hugo diffusè prosequitur diem, cui petrus docendæ præfuit, signare Iudæam, noctem cui paulus radios effudit, gentes. Tum addit. [ Luminare maius petrus, luminare minus paulus. Quamuis autem paulus prædicator fuerit gentium, quamuis electionis vas, quamuis omnibus plus laborauerit, quam uis nihil minus à magnis Apostolis fecerit, quamuis ad tertium cælum & in paradysum Dei raptus, arcana ibi verba, quæ non licet homini loqui, audierit, non me tamen arbitror sublimitati eius in aliquo derogare, in eo quod ipsum, minori luminari, id est Luna, petrum verò maiori, id est Soli comparo, cum petro soli dictum esse constet, Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam: & tibi dabo claves Regni cælorum: & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in Cælis: & quodcumque solueris super terram,

C. 3 erit.



PRÆNO. 3. erit ligatum & in Cœlis: & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in Cœlis: Et cum soli Petro iubente Domino cum super aquas maris ambulare concessum sit, Petroque soli inter cæteros & præ cæteris à Domino cura pastoralis principaliter & specialiter iniuncta sit, ubi dicit, *pasce agros meos.* ] Et quanquam subdit quoad merita dubium esse posse vter alteri præcellerit; (de qua etiam præcellentia sermo est S. Odiloni Sermone de Vigilia SS. Petri & Pauli, cum Paulum æquat Petro) sed in munere & potestate Pontificia Hugo dubitare non sinit quin solus Petrus emineat omnibus Apostolis, ac etiam Paulo, magistro licet Optimo, cuius (vt ait) magisterium, fidei plenitudo est. Vnde infra concludit. ] Licet omnes Apostoli sint magni, & omnes pariter & communiter gratia cœlesti sint donati, nescio tamen quo pacto Petrus & Paulus præ cæteris peculiari quadam in cœlo fidei virtute videntur præcellere, dum Petro quasi bono dispensatori clausas regni cœlestis dedit: Paulo tanquam idoneo Doctore, magisterium Ecclesiasticæ institutionis iniunxit. Vnde ista duo maxima luminaria velut Sol & Luna, vno in loco non videntur fixa, dum Petro vniuersalis Ecclesiæ cura iniungitur: & Paulo omnium gentium doctrina committitur. Cæteri omnes velut stellæ in firmamento, vno singuli fixi videntur in loco, dum eorum vnusquisque vno prædicauit in regno. ] En cuiusmodi sit *Magister* ille quo pollere sanctum Paulum, quamuis sanctus Petrus præeat, aiebat Adam de S. Victore, Hugonis in Christo germanus. Itaque saluus manet soli sancto Petro principaliter Ecclesiæ, cuiusque vnus est absque Pauli participatione, Cathedra suprema in Christi Ecclesia. Videtis inferiùs in Onomastico V. *Sedes SS. Apostolorum Petri & Pauli.*

Hæc pridem edideram. Postea verò prodiit à S. D. N. Innocentio X. definitio, aduersus propositionem contrariam, decerptam ex libro Arnaudi de frequenti communione, damnans hæreseos supremum sancti Pauli Pontificatum, cuius damnationis iustitiam fusè postea stabiliri eodem Pontifice mandante, edito opere aduersus bicipitem Ecclesiam.



#### PRÆNOTATIO IV.

*Claues Ecclesiæ, & Gladius Petri pro Pontificia potestate, de quibus inde petitis Pontificiis Titulis.*

ET apud Patres, & in communi vsu Catholicorum, mentio sæpè est clauium Ecclesiæ, & gladij B. Petri, quibus metaphoris exprimitur suprema B. Petri in Dei Ecclesia potestas: Atque aded tituli inde petiti, sunt proprij Romani Pontificis, meritoque ei tribuuntur. Vtrumque stabilio, & enucleo.

Prior Metaphora, à qua Pontifex, *Clauiger*, aut *Ianitor Cœlorum*, sæpè appellatur, ducta est ex illis Christi verbis Matth. 16. ad Petrum, fidem insigniter professum; *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ec-*

*clesiam meam, & tibi dabo clausas Regni Cœlorum: & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in Cœlis: & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in Cœlis.* Hoc esse [ *tonitru numeris singularis, quod totius mundi latitudinem, omniumque vbi que fidelium ora compleuit;* ] scitè dixit Petrus Damiani serm. 1. de sancto Marco. Et similiter S. Leo IX. Epist. 1. quæ est ad Michaëlem, & Leonem, ad hunc Mathæi locum respiciens, vocat [ *Euangelicam veritatem, ad cuius tonitruum quisquis non expergiscitur, non dormit, sed omninò est mortuus, cui iam frustra ab hominibus clamabitur.* ] Seruasse porrò Christum fidem ibi datam, & implese quod tunc spondit, nemo sanus reuocavit in dubium. Dirigi autem sermonem à Christo ad sanctum Petrum, cumque esse petram illam, super quam Christus dicit, edificandam Ecclesiam, est Catholicis extra controuersiam. In primis enim ita fert certa, & constans traditio Patrum, quos adducunt Robertus Arboricensis tom. 1. de vtroque gladio, *sub initium*, Maldonatus, ad eum Marci locum. Suarez lib. 3. defens. fid. cap. 10. à num. 3. Stapletonius lib. 6. de Princip. à cap. 1. Valent. 2. disp. 1. quæst. 1. punct. 7. parag. 28. Azot. tom. 2. lib. 4. toto cap. 9. Bellarminus libro 1. de Pontific. à capite 10. ad 13. & Mancler. par. 2. de Monarch. lib. 2. c. 2. & 3. Nec refert, quod vnus, aut fortassis alter ex Patribus, subobscurè significet aut disiunctiuè dicat, Christum esse illam Petram. Nam idcirco sensus, cœterorum omnium vnanimi interpretatione constans, non vacillat. Præterquam quod illi ipsi, qui aliò spectasse videntur, admittunt idoneam expositionem, itavt non refragentur veritati, pro qua satagimus V. G. Diuus Hilarius lib. 1. de Trinit. agens de Christo, ait. [ *Vnum igitur hoc est immobile fundamentum. Vna hæc est felix fidei petra, Petri ore confessâ. Tu es Christus filius Dei viui, tanta in se sustinens argumenta veritatis, quantæ peruersitatum quæstiones, & infidelitatis calumniæ mouebuntur.* ] Hic sanctus Hilarius memorat locum Mathæi, in quo versamur, & Christum vocat *petram*; Neque tamen ait, Christum esse illam petram, super quam ipse Christus dixit se edificaturum Ecclesiam; vel professioni fidei hoc tribuit, vt Erasmus perperam margini illiuit. Durius est, quod sanctus Augustinus serm. 22. ex 40. nouis pag. 248. petram super quam ex Christi oraculo edificanda erat Ecclesia, accipit de ipso Christo. Verùm idemmet 1. Retract. cap. 21. & alijs locis quæ signauit vir eruditus ad psalmum contra partem Donati *liera S.* Vel amplectitur simpliciter quod diximus, vel aequè probabilem agnoscit interpretationem receptam, & multorum (vt ait) ore cantatam; tantumque vult significare Christum esse petram primariam, & fundamenti huius secundarij ad substitutionem Ecclesiæ, primarium fundamentum; quod probè coheret cum recepta interpretatione à nobis proposita, cui sex supra viginti testes omni exceptione maiores, cum totius octauæ Synodi Patribus, suffragatores adhibet Hieronym. Torenensis in Confess. August. lib. 1. cap. 9. parag. 2. Deindè nudus contextus, cuiusque lectio absque animi anteoccupatione, euincit, eam petram, cui Ecclesia in edificanda spondetur, ne-

que

que esse omnes Christianos, quæ fuit Erasmi imaginatio, vt cumque insinuat ab Etherio, & Beato lib. 1. contra Elipandum, *ferè initio*, sed non nisi verbo tenuis: iure autem reiecta à Pamelio ad 55. Epistolam S. Cypriani num. 35. Neque esse ipsum Christum, vt commentus est Caluinus. Neque item esse confessionem fidei, vt voluit Lutherus; Neque esse omnes Apostolos, vt commenti sunt Lutherani, sed verè esse solam sanctum Petrum. Nam particule illæ, *hanc Petram; & tibi dabo*, ad solam sancti Petri personam dirigitur; eique soli postea Ioa. 21. data est potestas adumbrata per clausas, cum Christus promissum exoluit. Nullus sanè notarius (vt rectè notauit Caietanus tom. 1. Opusc. tract. 3. cap. 4.) pluribus aut expressioribus circumstantiis designaret heredem, quam Euangelista designauit delectum à Christo sanctum Petrum eo loco.

His ita suppositis, explicandum breuiter est, quæ notio subiiciatur clauibus Regni Cœlorum, B. Petro, quatenus vniuersalis Ecclesiæ Rectori, eo loco concessis; sic enim perspicuum fiet titulos *clauicularij Cœlorum, vel clauigeri Ecclesiæ*, aut *Ianitoris Cœli*, siue *clausis ad regnum*, quo pacto loquitur sanctus Augustinus serm. 29. de Sanctis: cum v. l. sancto Petro tribuuntur, vel absolute proponuntur, cadere in Romanum Pontificem. Seponenda verò in primis est ab hoc loco, ea metaphora, qua interdum *clausas Cœli* vsurpantur pro merito cœlum referante, siue ad exorandam aliquam gratiam; qua ratione dictum est, *lingua eorum clausas Cœli facte sunt*; siue ad Beatitudinis adeptionem, vel Dei insignem notitiam: Quo pacto clausas accepit S. Augustinus serm. 226. de temp. dicens; [ *Oratio iusti, clausis est cœli* ] Similiter clausas cœli sumpsit sanctus Ambrosius serm. 38. qui est de Ieiunijs, & Quadragesima, monstrans clausas sancti Petri, esse fidem præcellentem. Eucherius quoque homil. de Natal. Apost. quærens quomodò sanctus Paulus, qui clausas regni cœlorum non acceperat, in tertium cœlum subire potuisset; Respondet. [ *agnoscamus Charissimi, veras cœlorum clausas, meritorem esse virtutes.* ] Quantum autem arbitror, omnes in nobis habere possumus clausas Regni Cœlorum, & quidem duplicem vim gerentes, duplicem habentes effectum. Fides, humilitas, patientia, castitas, quasi bonæ clausas, aperiunt Dei portam; sed & superbiam; iracundiam, cupiditatem, non immeritò clausas esse dixerim. Nam claudunt Regna Cœlorum. Primus Angelus per superbiam, & elationem, magnam clauem, & validissimam seram inter se, & cœlum misit: Paulus autem humilitatis, & pietatis clauibus vsque ad tertiam Cœli Regiam penetrauit. ] Videndus qui de his Regni Cœlorum clauibus simul, & portis, agit, Origenes in cap. 16. Matth. ad illud, *tibi dabo clausas.* Has Regni Cœlorum clausas, constat non esse eas, quas Christus specialiter tradidit sancto Petro, & in quarum notitiam aperiendam incumbimus. Itaque dimittenda in presentia sunt, tantumque vestigandum quo spectet expressio potestatis sancti Petri in regenda Ecclesia per clausas.

Iansenius cap. 66. Concord. ad illud Christi, *tibi dabo clausas*, Lindanus lib. 4. Panopl. cap. 81. & Bosius lib. 18. de signis cap. 1. Meta-

phoram clauium petunt ex communi vsu tradendi Oeconomis clausas Domus, & omnia quæ intra eam sunt obsignata, vel clausa. Ad dunt item eam Metaphoram posse referri ad vsum illum, quo principibus aduentantibus asferuntur clausas ad significationem subiectionis, & supremae eorum potestatis; sic enim volunt datas esse sancto Petro clausas Ecclesiæ, expressæ nomine *Regni Cœlorum*. Et quamuis sanctus Petrus propriè loquendo non sit Princeps, & Dominus Ecclesiæ, quod Eugenium admonerat sanctus Bernardus lib. 3. de consider. cap. 1. sed tantum sit Ecclesiæ Moderator, & Rector, tamen neque Ioseph erat nisi præfectus Domus Pharaonis; & tamen de Ioseph scriptum est, quod Pharaon constituisset eum Dominum Domus suæ, & principem omnis possessionis suæ. Quamuis autem ea declaratio Metaphoræ clauium, non est incongrua, tamen non est minis verisimilis alia, quam in hanc rem tradit Sanderus lib. 1. de clau. David cap. 1. dicens in hoc negotio, metaphoram clauium à facultate claudendi, & aperiendi, quam habet is, cui Ianitoris officium commissum est. Ea enim claudendi, aperiendique facultate, exerceatur vsus maxime directus Clauium. Nam quid magis congruit clauibus, quam aperire, vel claudere? Itaque significatur sub ea clauium metaphora, potestas Pontifici concessa ad claudendum Regnum cœlorum propriè dictum, illud referendi per datam, aut negatam absolutionem à culpis cœlum intercludentibus; Iuxta illud S. Maximi homil. 1. de SS. Petro, & Paulo, post præmissam expensionem confessionis de Christi diuinitate à B. Petro editæ: [ *Hæc illi confessio dedit, vt antea clausas regni cœlorum acciperet, quam Cœli Ianuas introiret. Sed ne qua vos, fratres, de creditis Petro clauibus regni, morè nostrarum clauium cogitatio terrena permoneat. Clauis enim cœli, lingua est Petri, quia singulorum merita censendo, Apostolus vniciuque regnum cœlorum, aut claudit aut aperit. Non est ergo clausis ista, mortalis artificis aptata manu, sed data à Christo potestas est iudicandi. Denique ait eis, quorum remisistis peccata remissa erunt, & quorum detinueritis, detenta erunt.* ] Videtur eodem modo sancti Petri clausas accipere sanctus Bernardus serm. 69. in Cant. Ait enim intrari ad Thesaurus sapientiæ, & scientiæ Dei, per clausas petro collatas; quæ aliud non sunt, quam [ *potestas aperiendi, & claudendi, atque intercludendos, & admittendos discretio:* ] quod videtur pertinere ad munus remittendi peccata.

At non eo duntaxat modo S. Petrus per commissas sibi clausas aperire, vel claudere potest Regnum cœlorum propriè dictum, sed etiam, quia aditus in regnum illud siue in æternam beatitudinem, pendet à vera fide, sine qua nemo est aptus ad assequendum cœleste regnum, siue æternam felicitatem. At referatio Mysteriorum fidei, & eorum vera, ac secuta intelligentia, reprobatis extraneis interpretationibus, fit per potestatem sancto Petro concessam sanctus Ambrosius sermone de Ieiunio Eliæ per clausas sancti Petri fidem Catholicam designari docet. Sed omnino præclare in hanc rem Theophanes homil. 45. post datum S. Petro verbis clarissimis titulum capitis vniuersæ Ecclesiæ, quærens quæ

PRÆNO. 4. Tituli Pontificis ex clauibus, & gladio Petri

sunt

PRÆNO. 4. Tituli Pontif. ex clavis, & gladio Petri.

sint claves regni cœlorum, ei à Christo desponsæ, sic loquitur. [ Verùm quæ claves hæc? Quarum portarum claviger constituitur petrus? porta hæc, Christus est ipse, qui dixit, *Ego sum ostium*. Eius verò clavis est fides, quam Dominus discipulorum coryphæo committit. Et fortassis hoc pessulum aperuit coratix sponsa, dilectum suum pulchrum excipere cupiens, atque verba huiusmodi dicebat *Pessulum ostij, aperui ego dilecto meo*. Dat igitur petro & successoribus claves, ut hæreticis quidem imperiis & impenetrabilis sit ianua regni cœlestis; fidelibus verò ad eam pateat aditus: atque ita illa Domini sententia summa permaneat, *Nisi qui renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum cœlorum*. Egitur aduclarij & hostes fidei, porta inferi appellati sunt. Dominus autem Emmanuel ostium & porta regni cœlorum. ] subeunda per fidem cuius cura petro concedita est, qui idcirco cœli claves accepisse dicitur, ipse & successores eius, iuxta Theophanem & quia cura fidei eget adiuncta potestate iudicatiua & perfectè rectoris, omnis ea potestas sub nomine clauium sancto petro eiusque successoribus concessa intelligitur. Itaque bellè per clauium metaphoram sic aptatam, id est per sic expositas claves Regni cœlorum, exprimitur potestas vniuersalis collata Pontifici in Ecclesiam vniuersam, tam ad docendum, quam ad iudicandum, & quomodo libet regendum. Nam Isaiæ 22. vbi Eliakim substituitur pro Sobna, ut significetur conferti illi summam potestatem in templum, adhibetur metaphoram seræ, quæ clauem admota aperit, clauditque ostium.

Et iuxta sic expositam clauium metaphoram, rectè intelligitur, quod de varietate clauium S. petro concessarum legitur apud nonnullos, Quod enim Nicolaus Alemannus dissertatione de infestatione parietinarum Lateranensium c. 10. admonuit, maiores aliquando in tabulis vnius clavis symbolo potestatem S. petri expresserunt, ut videre est in variis antiquis numismatibus quæ idem Autor eiusdem operis c. 9. repræsentat, & in lapide in Basil. S. Michaëlis Ticini à Logobardorum Regibus cælaro, medium Christum hinc verò & inde S. petrum & paulum præferente præfixo hoc lemmate. *Ordo Rex istos super omnia regna Magistros*. Aliàs ut ligandi soluendique potestas distinctius proponeretur, idè clauium symbolum geminatum veteres. Nec raro ut plenitudinem & amplitudinem pontificiæ potestatis explicatissimè exhiberent triplicis clavis symbolo vsi sunt. Exemplum huiusmodi imaginis sancti petri cum clauis triplici suppeditat Christianus Græcus Autor qui sub Iustino seniore scribebat. Similiterque Orthonis secundi sepulchro, quod in crypta Confessionis sancti petri integrum superest, & olim ad introitum Orientalis paradisi ut Ditmarus ait lib. 3. Chron. (hoc est in aditu atij templi veteris Vaticanani) visebatur, musino opere expressa sancti petri imago habetur, cum triplicis clavis symbolo. Memorat quoque ternas illas claves B. Petro in vetustissimis Urbis monumentis appictas, Scholiastes Petri Damiani ad Opusculum 4. Alemannus loco annotato, tunc appictam triplicem clauem censet cum exprimenda fuit potestas pontificia indirectè temperans temporalia. Vnde in Lateranensis apsidis concha à S. Leone

III. fabricata duplicem duntaxat clauem in S. Petri lava pictam, potestatis merè spiritualis indicem testatur. In sinistra verò parte eiusdem Musini Lateranensis in qua translatio Imperij Romani à Græcis ad Francos per eundem S. Leonem tertium facta, repræsentatur; sanctus petrus pontificia veste indutus, hinc Leone III. inde Carolo Magno supplicum specie astantibus, triplici clauis appicta exhibetur, quod Autor allegatus censet spectasse expressionem potestatis pontificiæ spiritualis extentæ ad temperationem imperij ob fidei periclitantis necessitatem. Quid si verò quia ternarius numerus est perfectionis, & consummationem vndeque absolutam designat, dicatur appicta triplex clauis sancto petro ad perfectam potestatis pontificiæ plenitudinem insinuandam? Huc plane reuolui videntur, qui pro triplici actu potestatis interuenientis ad plenè, & integrè obeundam totius Ecclesiæ præfecturam, triplicem sancti petri clauem secernunt; nempe scientiæ, potentie, & Iurisdictionis. Ita Mariannus Victorius lib. de confessione cap. 12. & alij passim. Ad clauem primam, pertinet referatio, siue propositio veræ doctrinæ. Eam quippe propositionem, Christus ipse Luca 11. expressit nomine *clavis scientiæ*, cum dixit, *ve vobis Pharisæi, qui accepistis clauem scientiæ*, id est quibus in vestro supremo capite data est potestas directiua, seu legislatiua, & consequenter correctiua delinquentium. Ad clauem tertiam, pertinent functiones aliæ in rectione adæquata inclusæ, quibus & dispensationes, & sacramentorum administrationes, ac huiusmodi alia continentur. et iuxta hoc, ut significaretur omnes has inadæquatas potestates integræ vnâ plenam sancti petri potestatem in vniuersam Ecclesiam, olim ( seclusa etiam clauis inferiorum, quæ Ecclesiæ præter claves vitæ tribuit creditus Augustinus homil. 2. in Apocal. ea, inquam, clauis seclusa, quæ à Deo non est collata, sed ab vnoquoque sibi peruersè fabricata) ternæ claves S. Petro appingi solebant. passim tamen non nisi binæ claves sancto petro appinguntur, & quidem vna aurea, alia argentea, ut ex multis Ecclesiis Romanis, & portis variatum Italiae Ciuitatum, ac insignibus pontificum, notat Molanus lib. 3. de Imag. cap. 21. auream referens ad potestatem iudiciariam in foro penitentiarum, argenteam verò ad potestatem vibrandi excommunicationem. Dixerim potius hoc clauium binario, exprimi duo illa vulgata membra, clauium scientiæ, & potentie; comprehendendo sub potentia Iurisdictionem, & omnia ad eam paulò ante reducta.

Atque in eum modum exponendo claves, verum erit quod dixit Caietanus tom. 1. Opusc. tract. 7. cap. 5. beneque illustrat Bellarminus lib. 1. de Pontif. cap. 13. Claves Ecclesiæ, esse in sola summa potestate rectoris, quia nulli alij competit, functiones illas omnes exercere, etiam aliis præter summum Ecclesiæ rectorem, March. 18. concessa legatur potestas ligandi, atque soluendi; (vtique in foro penitentiarum, ac Iudiciali) quæ potestas à S. Hieronymo lib. 1. contra Iouin. vocatur nomine clauium, & clauem scientiæ, ac potentie comprehendit, ut Mollendum verò aut condiendum idonea expositione est, quod ex Alliaccensi tradit Gabriel lect. 1. in Canon.

Canon. littera D. Hoc esse Pontificium ligandi atque soluendi, specialiter quidem S. Petro datum, simul tamen omnibus Apostolis, & in eis Catholicis Episcopis collatum, fusè prosequitur Hincmarus in Opusc. ad Hincmarum Iuniorum c. 20. [ Qui Regem Cœlorum ( inquit ) ut Augustinus, & ceteri Doctores exponunt, maiori præ ceteris deuotione confessus est, meritò præ ceteris ipse collatis clauibus, regni cœlestis munere donatus est, ut constaret omnibus, quia absque ea confessione, ac fide, regnum cœlorum nullus possit intrare. Claves autem Regni Cœlorum, ipsam discernendi scientiam, potentiamque nominat, quia dignos recipere in regnum, indignos secludere debet à regno. Vnde manifestè subiungit. *Ei quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in Cœlis*. Quæ soluendi, ac ligandi potestas quamuis soli Petro data videatur à Domino, absque vlla tamen dubietate noscendum est, quia, & ceteris Apostolis datur, ipse teste, qui post passionis, resurrectionisque suæ triumphum, apprensus eis infusillauit, & dixit omnibus: *Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt*. Nec non etiam nunc in Episcopis, ac Presbiteris, omni Ecclesiæ officium idem committitur: ut videlicet agnitis peccatorum causis, quoscunque humiles, ac verè penitentes aspexerit, hos iam à timore perpetuæ inortis miserans, absoluat: quos verò in peccatis, quæ egerunt persistere cognouerit, illos perennibus suppliciis obligandos iussuet, &c. Omni igitur Electorum Ecclesiæ, iuxta modum culpatum, vel penitentiam, ligandi, & soluendi datur autoritas. Sed ideo Beatus Petrus, qui Christum vera fide confessus, vero est amore secutus, specialiter claves Regni Cœlorum, & principatum iudiciariæ potestatis accepit, ut omnes per orbem credentes intelligant, quia quicumque ab vnitæ fidei, vel societatis illius quolibet modo semetipsos segregant, tales nec vinculis peccatorum absolui, nec ianuam possunt regni cœlestis ingredi. ] Ita quidem Hincmarus, sed melius sanctus Leo serm. 3. de sua Assumptione collatione clauium aliis item Apostolis, & Episcopis concessarum, specialiter sancto Petro factam docet, quia cunctis Ecclesiæ rectoribus, Petri forma præponitur, & nihil ab aliis ligatur, vel soluitur, nisi, quod B. Petrus, aut ligarit, aut soluerit, ita vni commendatum, siue principaliter, & quasi son taliter à Christo commissum sit, quod omnibus inimitur. Est verò longè manifestissimum, quomodo claves adæquate sumptæ, ac ut comprehendentes functionem referandi infallibiliter mysteria fidei, siue docendi veritates reuelatas, specialiter soli Petro, eiusque successoribus sint commissa. Aperte tamen, idea admittit libro 2. contra Nouatianos Catholicissimus Scriptor Gregorio Magno laudatus S. Eulogius apud Photium Cod. 280. Vbi idcirco ait, nec Ioanni nec alteri cuiquam discipulo dixisse Christum sed soli Petro, *ubi dabo Claves regni Cœlorum*: ut Petrus qui erat Deum negaturus, & peccatum suum lachrymis ac penitentia expiaturus, suo ipsius exemplo doctus humanior esset erga peccatores. Alij enim non tentati, forsitan seuerius cum peccatoribus egissent. Quæ est etiam

Theophili Raynandi Pontificis.

ratio Theophanis Ceramari hom. 45. Repræhendit hoc S. Eulogij dictum Photius Codice Tituli Pontif. ex clauibus, & gladio Petri. & ceteris Apostolis, talis potestas data est: Quandoquidem & sequentibus illos Sacerdotibus, eandem datam esse soluendi ligandique potestatem credimus. ] Malè ista nec verisimiliter Photius. Tamen enim alibi, datus legitur ceteris quoque Apostolis, & sequentibus illos Sacerdotibus, clauium vsus; non tamen in ea plenitudine ac excellentia qua datus est Petro; ita scilicet ut claves extendantur ad omnes functiones supremæ potestatis fidelium rectoris, & nominatim ad potestatem ordinariam irretinenter tradendi doctrinam fidei.

Claves sic expositas solus sanctus Petrus accepit, ut disertè ait Optatus lib. 7. & insigniter ( si duntaxat sensus attendatur ) Origenes tract. 6. in Marth. Eodemque recidit, quod interdum dicunt Patres, Ecclesiam claves accepisse in sancto Petro. Et si adhuc clauium, ( inquit Tertullianus cap. 10. Scorpiaci ) putas cœlum, memento claves eius, hinc Dominum Petro, & per eum Ecclesiæ reliquisse. ] Similia Beda Ioan. 21. *sub finem*. & Fulgentius lib. de fide ad Petrum cap. 3. potest sanctum Augustinum, qui Tract. 50. in Ioan. & in Psal. 108. enarrat. 1. & alibi frequenter; partim, ait, sanctum Petrum accepisse claves in persona Ecclesiæ; partim sanctum Petrum claves accipientem, repræsentasse Ecclesiam. Quorum verborum sensus non est, vel claves datas esse toti Ecclesiæ, vel datas esse soli singulari personæ sancti Petri, ea obeunte perdendas: neutrum enim verum est. Itaque sensus verborum illorum esse debet, claves datas quidem esse sancto Petro, sed transmittendas ad posteros; ita ut sint vsui quandiu pertabit Ecclesia militans, ad cuius bonum data sunt capiti. Qui sensus habetur ex eodem S. Augustino serm. 114. de temp. & multis illustratur à Hieronymo Torrenti in Confessione Augustini. lib. 1. cap. 9. parag. 1. & à Bellarmino lib. 1. de Pontif. cap. 12. *ad vltimam obiectionem*, & ab erudito viro, qui ad librum 3. S. Augustini de Baptismo, notas apposuit. Monstrant hi Doctores etiam si solus sanctus Petrus claves accepit, dici tamen datas toti Ecclesiæ, quia cum eorum moriente, amittendæ non erant. Doctè, acuté, sed pro more spinosè, id discussit Caietanus tom. 1. Opusc. tract. 3. cap. 3.

Ex his perspicuum manet, quod probandum, & exponendum suscepimus; nempe omnes titulos à clauibus adæquate sumptis, vel simpliciter & absolute dictis petitis; ( qua ratione claves sunt solius summi Ecclesiæ Rectoris propriæ ) siue tribuantur B. Petro, siue simpliciter enuncientur, cadere in Romanum Pontificem, qui S. Petro in totius Ecclesiæ præfectura succedens, ut Iurium, & potestatis, sic titularum, ac decorum inde petitorum particeps; est agnoscendus, exclusis ab æquali participatione omnibus aliis, quantumvis eminentibus Antistitibus, quibus omnem aliquam ut Sacerd. sic potestatis participationem nemo negarit. Quo pacto accipienda est visio S. Petri Claves S. Chryostomo tradentis ad ligandū, atque soluendum, ut referè

D Georgius

FRANO. 4.  
Tituli Pontif. ex clauibus, & gladio Petri.

Georgius Alexandrinus & Metaphrastes vterque in vita Chrysothomi, & Gennadius cap. 5. pro Concilio Florentino sect. 19. Similiter S. Petrus visibiliter apparet S. Huberto consecrato in Episcopum Tungrensem à Sergio papa, [tradidit ei clauem quasi auream in manu gestandam, in potestatem ligandi ac soluendi, & Lunaticis furiosisque sanitatem conferendi, quæ usque hodie seruat in Ecclesia Beati Petri Leodij.] Verba sunt Actorum S. Huberti par. 1. cap. 3. Solus tamen sanctus Petrus, eiusque in Apostolica sede successor, plenum & adæquatam Clauium usum obtinuit: quæ sunt *Clauis illæ intelligibiles*, vt loquitur Theodorus Studita Cath. 15. ad quas representandas, argenteæ clauis, ex argento scilicet, fabricatæ, proponi Romæ solebant ad adorandum, vt idem Studita cum laude memorat. Idem significabat parua aurea clauis, dono mitti solita à Romanis pontificibus, intra quam plerumque aliquid è S. Petri catenis leuiter abrasum includebatur. Nec raro, Deus operibus supra naturam applicationi huiusmodi clauium, astipulatus est, vt fidem per eas clauis exhibitam, à se profectam esse demonstraret. Ita testatur sanctus Gregor. lib. 1. Registri Epist. 25. & 30. qui aliud insigne miraculum aduersus impium Longobardum eiusdem clauis contemptorem editum, refert lib. 6. Indiçt. 15. Epist. 23. Aliam item clauem ad Visigothorum Regem mittens lib. 7. Epist. 126. Indiçt. 2. hortatur, vt eam collo appensam gestet ad assequendam peccatorum absolutionem, interuentione S. Petri. Quod enim ea clauis parua esset, vt frequenter apud S. Gregorium legimus, poterat absque incommodo de collo suspensa gestari, vt sacrum Encolpium, Apud Gregorium Turonensem lib. 1. Mirac. cap. 28. refertur vsus multorum, qui clauis aureas loco vulgarium sepulchri Sancti Petri clauium afferebant, & vulgares illas pro benedictione asportabant, quibus infirmitates Deo fauente tollebant. Affine est, quod clauis Dominici sepulchri, & Ciuitatis Sanctæ, ac Montis Oliuerti benedictionis causa à Patriarcha missas in Occidentem legitur in vita Caroli Magni à Rithæo vulgata: & idem recitant de posteriori tempore Rogerus in Annal. Anglic. anno 1185. & Rigordus in relatione ad annum 1184.

Æquè Pontificiam summam potestatem significat gladius sancti Petri, quo nomine non est intelligendus materialis ille gladius, quo sanctus Petrus vsus est, dum hic viueret; V. G. quo Marco auriculam abscidit: Quamuis cum quoque sancti Petri gladium fuisse olim magno honore asseruatum, docent illa sancti Chrysothomi (verius Procli, cuius tempore facta est illius gladij translatio Constantinopolim) Orat. de Caten. sancti Petri apud Metaphrastem 1. Aug. [Sed quinam gladius? Neque enim hic despiciendus est, quoniam & ipse Apostolica manu eductus, totam Spiritus sancti gratiam, ac diuitias illine attraxit.] Et mox [Ita igitur gladium Petrus possidens, secum, & in prædicatione afferrebatum, vt sicubi opus esset, illo vteretur; tùm vel maximè, vt ipsum videns, ad Magistri admonitionem memoria tenendam reuocaretur: & eo modo tempus illud, quo Iesus Crucem passus est, & ea, quæ postea secuta

sunt, secum cogitaret, inuidiam, scilicet, odium, insidias, prodicionem, iniustum iudicium, iniustioris mortis sententiam, Crucem, sepulturam, & reliqua omnia, quæ homicidæ Iudæi facere ausi sunt. Hæc cum gladium illum Apostolus videret, contemplantur: hæc assidue animo renouebat. Hæc secum reperens, meditabatur, gladio ipso memoriam suggerente, & ad prædicationem exequentiam, illum alacriorem efficiente. Hoc gladio, & ad omne periculum pro Christo subeundum armabatur Apostolus, & ad omnia pericula suscipienda; tùm vel maximè ad sacras illas catenas induendas, & iniquorum hominum carcerem habitandum; denique ad Crucis martyrium subeundum, firmior, ac propior factus est. Quamobrem hic gladius, vt res quædam pretiosa, & omnino veneranda, Apostolicique manibus deseruiens, ac eas tangens, eodem honore, & veneratione, qua & catenæ ipsæ, in regali Palatio, vbi Apostolo Petro sacrum templum erectum est, velut sacratum quidam, & cælestis thesaurus in intimo loco repositus seruat, vt scimus, qui fidelibus Imperatoribus, & fidelium virorum multitudini ad sanctitatem proponi solet. Cælestem enim gratiam confert, variorum curationum copiam suppeditat, sui cultores salutariter custodit, seque amplectentes erigit, animas ipsorum eleuans. Quod si breuis, & informis videtur gladius ille, non est propterea despiciendus. Apostolicam enim mitaculorum vim, & potentiam secum continet. Nam hunc Apostolus, vt potentis Dei frameam possedit, & vt ancipitem gladium cognouit.] Concludit denique inferius. Hunc itaque sacratum gladium cum sacris, & Apostolicis Catenis connectentes, Petrum ipsum mente inspicere nobis videtur, & vtraque tangentes, Apostolum à nobis tangi, existimamus; neque vilo modo ambigimus eo quod hæc per illum mente formantes, & per fidem ipsam in vnum copulantes, ad cum ipsum, qui per hæc passus est, totum referimus.]

Non igitur nomine *Gladij sancti Petri*, in re proposita, intelligendus est gladius materialis, quo S. Apostolus hic superites vsus est. Sed neque ille gladius S. Petri consideratur hoc loco à nobis, quem à Summo Pontifice benedictum & transmissum, ad varios constat. De cuiusmodi gladio S. Petri, puto accipiendum illud Aymoini lib. 5. cap. 36. histor. Francor. [Attulit ei (Ludouico II.) præceptum par quod pater suus (Carolus Caluus) illi regnum ante mortem suam tradiderat, & spatham quæ vocatur S. Petri, per quam eum de regno inuictiret: sed & regium vestimentum, & coronam, ac fustem ex auro & gemmis.] Huiusmodi gladius sancti Petri, hic non attenditur, sed gladius spiritualis. Nam quamuis, vox *gladij* cum sonet quid cruentum, minùs accommodata videtur ad significandam potestatem Ecclesiasticam; vt optimè profequitur Sanderus lib. 1. de clauis David cap. 2. Eile tamen in Ecclesia gladium spirituale, extra dubium est. Non distitior, quin vox *gladij Ecclesiastici*, iuxta communem vsum atçetur ad potestatem plectendi, ac coercendi inobedientes. Nihilominus consequenter, & indirecè, vox illa, potestatem pontificiam adæquatè sumptim, insinuare potest: quatenus potestas plectendi, quæ est coactiua, supponit directiuam, siue gubernatiuam, quæ antecedenter

antecedenter ad poenæ irrogationem, mandauerit hoc, aut illud. V. G. sanxerit sic, aut sic accipiendum esse, quod verbo Dei scripto, aut tradito continetur, cum quibus actibus neuntur alij, in Pontificia potestate adæquatè sumpta, comprehensi, Atque ita gladius sancti Petri, saltem indirectè; id est, vel præsuppositiue, vel per connexionem, complectitur vniuersam potestatem Pontificiam; quamuis extimus verbi cortex solam facultatem animaduertendi in rebelles, & inobedientes sonare videatur. In quo sensu multa de hoc gladio habet Petrus Blefenf. Epist. 145. & Petrus Cluniacensis lib. 6. Epist. 46. Actum alibi de extimescenda vniuersis Ecclesiasticis, limari, & exacuti: Quod S. Ireneus monstrauit, ea sollicitudine quam adhibuit, vt Victorem Papam aduersus Africanos concitatum molliret, & à stringendo, vt cogitauerat, gladio Ecclesiastico auerteret. Quo si vltus huius gladij à quocunque Ecclesiastico iudice vibretur, supra quamcunque materialis gladij impactiorem damnosior est, vt Christus ipse S. Brigittæ reuelauit lib. 4. cap. 99. multo iustius est timorem iniici, cum idem gladius validiore, & potentiore sancti Petri successorum manu educatur; quia infrequentius accidit, vt ea eductio irrita sit, vel iniusta. In quam rem plenè disserit Augustinus Anconitanus in summa de potestate Eccles. q. 27. art. 3. Nos id ipsum breuiter attigimus Tract. de Monito. par. 2. cap. 20. num. 7. exempla sæpè scripsit docuerunt quàm Deo sit exosa contemptio huius gladij sancti Petri. Quod ex annuis literis Missionis Beneuicæ nuper didici, nolo præteritum. Tabula publicæ Vallis Aspensis ritè confecta anno 1348. & in Palensi Parlamento Hæretico post geminam ventilationem ritè comprobata, testantur, Lauedanenses à Romano Pontifice fuisse excommunicatos ob dirè ac perhèdè cæcos Aspensis, per Sauinum Cærelarchan, Magum insignem, actos in Mucipulam. Ex quo tempore intorta est in Lauedanenses Pontificia Censura, nulla mulier vterum tulit: Cæterorum animantium nullius generis femina, vel concepit, vel peperit, nihil omnium stirpe, vel fibra nitentium, vel folio tenuissimo, aut etiam gemma, fruticauit: Tandem post septennem sterilitatem Lauedanenses, Romam miserunt exoratum Pontificiam à censura exsolutionem; quæ concessa est ea lege, vt Lauedanenses in flagitij tristem memoriam, Aspensibus essent tributarij in perpetuum; Itaque viginti tres pagi Lauedanensibus obnoxij, hodieque Aspensibus sunt vectigales, & annuam multam, etiam num dependunt. Petrus de Marca Historiam Bearnanicæ lib. 6. c. 26. hanc ipsam Historiam diffusè refert.

Vnum præterea, & alterum, nec planè recens, nec vulgare, sed omnino illustre exemplum iræ Dei aduersus contemptores huius gladij à Pontifice exerti, ed libentius hic apponam, quod potestati vniuersali Romani Pontificis egregie suffragetur, cum acciderit circa eas personas, quæ, & gradus Ecclesiastici sublimitate, & elongatione ab Vrbe Romana, videri potuissent minùs obnoxia nocumtibus ab exerto communis sancti Petri gladio extimescendis. Scribit ergo Pantaleon, cuius relatio atçetur est in fine operis Anonymi Dominicani contra *Theophili Raynaldi Pontificiam*.

Græcos, fuisse se Constantinopoli anno 1055. Indiçt. 8. cum Stephanus Cancellarius, & Petrus Amalphitanus legati S. Leonis IX. Michael Cerularium, & gregales, autoritate summi Pontificis, exerto in eos Ecclesiastico gladio, absciderunt à corpore Ecclesiæ; postquam omnibus frustra tentatis, etiam excussis de pedibus puluere, iuxta præceptum Domini, Constantinopolitana Vrbe excedere constituerunt. [Ipsis è Ciuitate discedentibus (inquit Pantaleon, contestans se astuisse) stupendum valdè miraculum actum est. Luminare marmoreum Ecclesiæ S. Sophiæ, miræ magnitudinis, dissoluitur: statimque talis est clades subsecuta, vt diebus paucis, sexaginta Græcorum millia morerentur, nec vllus alienæ gentis. Interim, & per triduum, inæstimabiles conuersiones, & tonitrua, & imbrium, ac grandinum multitudines exiterunt.] Illud non minùs illustre, nec minùs attestans vniuersali Romani Pontificis auctoritati, quod Gennadius pro cap. 5. Concilij Florentini sect. 14. Græcos suos appellans, & tentans à maledicentia, & rebellionem in Romanam Pontificem reuocare, sic habet præter cætera. [Græcos excommunicauit Nicolaus I. temporibus Photij & excommunicationi illi non defuit iota vnum, sed facti sunt captiui, (vt is in excommunicatione dixit) in omnes gentes, tanquam Iudæi, &c. At hic quidem sic. Innocentius ante hunc, Eudoxiam ob Chrysothomi exilium, excommunicauit, & intremuit eius sepulchrum, donec reuocato eo, excommunicationem remisit, & statim constitit illus tremor sepulchri. Sed quid euenit nostra memoria? Nunc sub Nicolao V. Pontifice Maximo, cum legati à Constantino Imperatore, qui vocabatur *Draçafes*, ad eum missi, adhuc supersint, quibus literas dedit plenas timoris, & horroris, vbi apertè cum execratione prophetizat excidium, & intencionem extremam infelicium Græcorum. [Toleramus (inquit) in Iesum respicientes, sempiternum Sacerdotem, & Dominum; qui sterilem illam sicum vsque ad annum tertium iussit asseruari, agricola iam ad excidendam arborem fer accingente, quia fructum nullum ferebat. O magnam calamitatem! Anno 1451. hanc conscripsit Epistolam, & 1453. capta est Constantinopolis. Non potestis dicere, hæc vera non esse; Minimè gentium, cum sit id manifestum, & res ipsa apertè loquatur. Tres (inquit) annos expectabimus, si vos fortè à Schismate, & separatione conuerteritis, & verè decreto adiuxeritis, & secundum Saluatoris de sicu præceptum. Si verò non, excindemini, ne terram otiosam, & inutilem reddatis. Hoc miraculum maximum; quod vt in Epistola ipsa scribit Nicolaus Papa, Græcorum gens illa magna, & formidabilis, sapiens, & clara, fortis terrarum Domina, ob diuinam vltionem: ita in barbarorum seruitutem abducta sit.] His recitatis Gennadius ad luctum pro gentis suæ clade conuertitur, iustius quàm fructuosius. Stephanus quoque Patracensis, iustum Dei iudicium Græcos Romani Pontificis auctoritatem detrectantes Turcæ dedentis, & obseruat, & deplorat sect. 21. Concilij Lateran. sub Leone X. iam ante Turcismum Byzantij plantatum, Gregor. IX. Epistola ad Gennadium Patriarcham grauissimè inculcat hoc Dei in Græcos Romanæ Ecclesiæ rebelles


PRÆNO. 4. iudicium, vt subderentur Gentilibus, qui Ecclesie subesse nolissent. Ego Consentaneè ad præmissa, dixerim, inde constare, potestati gladium S. Petri in contumaces vibranti, neminem fidelium subduci, etiam si inter Græcos procul à Romano particulari Patriarchatu degar, aut etiam si Patriarcham agar gentis populosissimæ, vt exempla prædicta docuerunt. Constat denique ex dictis, omnes titulos ex S. Petri gladio petitos, rectè cadere in Romanum Pontificem; quandoquidem is gladius, formaliter, & explicitè nihil aliud est, quàm authoritas Pontificia ad plectendum Rebelles Lumini, eosque vel vsu Sacramentorum, vel fidelium communicatione mulcandos: Implicitè autem & præsuppositiue, vel per connexionem, potestatem Pontificiam vniuersam comprehendit, vt supra est demonstratum.

Habemus ergo multa, & referta promptuaria, ex quibus solida decora, & illustres titulos illos, quibus explicitè afficitur, eo ipso, quod ad eum Dignitatum apicem pertigit, rectè referuntur ad eum quæcunque de S. Petro, pro vt Ecclesie capite pronunciantur à Conciliis, & Patribus; Necnon quæcunque de Ecclesia, vt fidei magistra, & Iudice Religionis, traduntur. Item quæcunque de sede Apostolica, & S. Petri Cathedra, vel Ecclesie clauibus adæquatè sumptis, ac S. Petri gladio extant apud Patres, probatosque Doctores, quorum omnium specimen exhibendum est, digestis per initiales literas, selectioribus, & clarioribus apud Concilia, & Patres titulis Pontificiis. Digestis horum titularum seriem Rutilius Benzoni lib. 1. Speculi Episcoporum disp. 1. q. 2. à pagina mibi 78. Sed stetit in vnderario, parca vberissima materia, vt mox patebit. Idem dixerim de Ioanne Monacho, & Probi ad eum additionibus super proœmium sexti Decretal. ac etiam de Card. Tusco V. Papa concl. 40. qui professi titulos Romani Pontificis colligere, paucos admodum, nec ex Patrum, & Concilliorum scriptis, sed ex longè inferioris notæ autoribus produxerunt.

Quales præterea apud alios aliquando occurrant, sed plerumque minùs solidi, vel de quibus possit ambigi sint ne admittendi; propterea que talium titularum in hunc syllabum illatione abstinere. Eiusmodi vnum comme-

morare iuuat, quem blasphemie insinuat Author Theatri honoris lib. 3. cum de Ordine Militari Andegauensi. Delatum enim à Siculis pacem Pontificis Martini quarti exposcentibus, & exsolui anathemate desiderantibus titulum illum soli Christo proprium, ait, *Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis*: Et post trinam repetitionem, quartò additum, *Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem*. Sicque inflexum Pontificem, Siculos exoluisse testatur. Sed repulso Siculo dato responso ex lectione Euangelij de Passione Domini ait Ciaconius in Martino IV. dicens repositum illis esse Christo dixerunt impij; *Aue Rex Iudeorum, & dabant ei alapas*. Platina, Bzouius, Spondanus, & alij multi hoc totum silentio inuoluunt. Quamquam autem fides narrationis possit nutare, quoad tituli propositi delationem: Tamen ea admissa, non esset difficile amoliri ab ea notam blasphemiam. Interdum enim innoxie per accommodationem aliquam & remotam analogiam, aliqua Christo propria aptantur puris hominibus. Sic Nazianzenus orat. 20. num. 67. S. Basilium accommodat illud de Christo dictum Luca 2. *Prospicebat sapientia & gratia*. Et orat. 21. agens de S. Athanasio, ait; [ Quid vobis hominem describere attinet, quem Paulus anteuertens depinxit (Hebr. 4.) cum Pontificem illum magnum qui celos penetrauit, deprædicat: Huc enim vsque progredi non dubitabit oratio, cum Scriptura eos qui secundum Christum viuunt, pro Christis agnoscat? ] Alium ex Hebr. 7. locum, rauli prolata de Christo verba aptantem ad purum hominem, Amphilocheus suppeditat Orat. de Circuncis. vbi de S. Basilio agens, ait; [ Oues Christi continens & ipse vt bonus Pastor, & vt Pontifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, atque (siquidem aliquid est audendum) sublimior cælis factus, plurimum & ipse in Euangelio operatus salutem, nouissimè humili isto tabernaculo absolutus est. ] Itaque aliqua simpliciter de Christo dicta accommodari homini puro, vacat blasphemiam. Nihilominus tamen nolo hæc esse sollicitus de propugnanda delatione tituli per Siculos attributi Pontifici, nec eum consertum volo reliquis quos ex Scripturis, aut Concil. aut PP. digestum venit.

## DIGESTIO



## DIGESTIO ALPHABETICA

### Selectorum Romani Pontificis Titulorum, apud Concilia & Patres.

Additis glossis, scilicet visæ sunt necessaria.

A



ARON Dignitate. S. Bernard. II. de confid. cap. 8.

Huc pertinent varie inter Aaronem & Romanum Pontificem analogie, non modò quoad nomen Pontificis Maximi, & Summi Sacerdotis, sed etiam quoad attributa & dores. Vterque enim fuit caput religionis; vterque Iudex infallibilis de fide, & religione, ac bonis moribus. Videbis Becanum cap. 7. Analogie quæ 11. & cap. 11. Alias præterea pleraque, inter Aaronem, & Romanum Pontificem peculiare analogias, considerat Rossensis ad art. 25. Lutheri à pag. 279. vt missa faciam, quæ de Aaronis & quorumuis Christianorum Episcoporum consensione disserit Philippus Abbas lib. de dignit. Cleric. q. 2.

Abel primatu. S. Bernard. II. de confid. cap. 2.

Primus, qui gratum Deo Sacerdotem egisse, & fide plurimam hostiam obtulisse legatur, est Abel, Genes. 4. vt benè notauit Agobardus lib. de prim. legio, & iure Sacerdotij inuiso. Nam tamen Adamum prius sanctè Sacrificasse non videtur dubitandum, tamen id non est scripto expressum, sicut de Abele. Quia igitur Rom. Pontifex est primus Sacerdotum, inde ducta videtur denominatio *Abelis*, qua eum S. Bernardus affectit; (vt ait) ob primatum.

Abraham Patriarcham. S. Bernard. II. de confid. cap. 8.

Sacerdotij Christiani paternitas, bellè in Abrahamo elucet, ex Ruperto lib. 6. in Genes. cap. 32. & idem in Pontifice cœnitur. Fuit Abraham omnium Patriarcharum veluti latumia, vt est apud Isaiam. Et è Petra Romanæ sedis, excisi sunt omnes Hierarchæ, vt dicitur subnotat. 2. veritate 11. Abraham à S. Antonio Epistola noua 16. dicitur *Pater Patrum*, quo item titulo honestatur passim Papa. Abraham nomen est, *Pater Gentium*. Et eo ipso nomine, donatur Pontifex. Constat enim S. Franciscum, cum prædixisset Vgolinum Cardinalem fore summum Pontificem, hæc litterarum ad illum datatum inscriptione vsu: *Futuro Patri Gentium, & venerabili in Christo Antistiti totius mundi*: id est, *futuro Romano Ecclesie Episcopo*. Idque euentu est confirmatum, cum mortuo Honorio tertio, Vgolinus Cardinalis Ostiensis,

electus est in summum Pontificem, & dictus Gregorius IX. vt est in S. Francisci opusculis, prophetia 12. Abraham item dictus est *Pater fidei nostre*; qui titulus æquè cadit in Pontificem. Nec minùs aptè cadunt in Pontificem illæ aliæ notationes nominis *Abam* & *Abraham* assignatæ à Philone lib. de Gigantibus in fine, vbi docet *Abam* significare *patrem sublimem*, *Abraham* verò significare *patrem electum sancti*, siue *patrem vocis* docentem rectè & sanctè loqui. Videbis alias analogias quas ex credito Hieronymo Epistola de circuncisione inserta tom. 9. adducit Turrian. lib. 2. contra Magdeb. cap. 6. & 14. Et Sanderus lib. 4. de Claue David cap. 5. & plenius etiam Adam Archidiaconus Babylonis serm. de fide cap. 1. apud Bzouium anno 1330.

Adamas fidei, cuius solida mens aggressionibus, atque consiliis aliena à fide opinionum, non est vulnerabilis. Sexta Synodus in Propheticis ad Constantinum Imperatorem.

Alluditur ad duritiem indomabilem adamantis, de qua in hunc modum Plinius lib. 37. cap. 4. tractans adamantis dotes ex obseruationibus scriptorum Naturalis historie. [ Adamantes Indicus & Arabicus, incudibus deprehenduntur, ita respuentes incum, vt ferrum vitruque dissiat, incudisque etiam ipsæ dissiat. Quippè duritia inenarrabilis est, simulque ignis victrix natura, & nunquam incalescens. Vnde & nomen *indomita vis* Græca interpretatione accepit. ] Inferius vocat inuictam vim, duarum violentissimæ naturæ rerum, ferri ignisque contemptricem. Inde indomabilia quæque & inuicta, *adamantina* denominata. Sic apud Horatium figit adamantinos summis verticibus dira necessitas, clauos. Idem Martem tunica teetum adamantina memorat. Nexus adamantini & vincula adamantina pro indissolubilibus vsurpantur, cum apud Homerum Martis ac Veneris per Vulcanum alligationem ex fabula describentem, tum apud Plutarchum in Dione cum de vinculis quibus senior Dionysius stumissimè relicturum se astrictam Monarchiam gloriatus erat. Non multum remota denominandi causa, Origenem ab ingenio laboribus infracto & indomabili, dictum fuerunt *adamantinum*, quod agnomen retulit quoque ex eadem studendi infatigabilitate Dydimus Grammaticus. Denique rationes, que frangi siue expugnari nequeant; apud Platonem in Gorgia *adamantina* dicuntur;



Onomasticum  
Pontificum.

& quibus animus tenax propositi, & duritiei inuictæ, apud Hesiodum dicuntur duro animo, creato ex solido adamante; ἀλλ' ἄδ' ἀμῶντι ἔχει Κελερόφρονα θυμῶν. Hinc Pontifex Romanus, quia vndequaque infractus in bono, ac præsertim circa Catholicam fidem, dictus *adamantinus*, vt infra rursus dicam. V. *Caput fidei*; dictus est etiam *adamas*. Exempla indomitæ aduersus omnes sæculi & Tartari vires Pontificum constantiæ, proferam infra.

*Adius primus spiritualis adificationis*. Theophranes Ceramæus Serm. de SS. Apostolis.

Representandus est locus integer, vt sit huic titulo vice Glossæ subicientis notionem germanam huius attributi. [Ego inquit] *dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram adificabo Ecclesiam meam*. Tu qui Petrus es, & petra fies verbi, & Ecclesiæ firmatum fundamentum ac spiritualis adificationis primus aditus. Super hanc enim firmitatem tuam, fundamentum Ecclesiæ stabit. Tali namque petra ac rupe collocata, reliqua dogmata firmè ac tutè adificabuntur; [Hactenus Theophranes. Itaque sensus est, sanctum Petrum fuisse in adificio Ecclesiæ lapidem fundamentarium, cui tota deinceps moles innitatur. Et quod de sancto Petro verum fuit per tempus quo rexit Ecclesiam, verum æquè est de eius successoribus pro tempore quo ad clauum sedent.

*Almitas paterna*. S. Ignatius Constantinop. Epist. ad Nicolaum I.

Abstraham pro concreto, ad reuerentiam maiorem, vt in plerisque aliis titulis videbimus. V. G. *Sanctitatis, beatitudinis, Apostolatus, altitque huiusmodi*. *Almitas ergo paterna*, dicitur pro *almo patre*; quod idem sonare, atque *purissimum, siue clarissimum*, ait Seruius ad Eclog. 8. *Festus almu* pro *sancto* accipi docet, vt & sanctus Hieron. Isaïæ 7. consonatque Martialis lib. 4.

*Cæsaris alma dies luceque Sacratior illa, &c.*

Hæ omnes *almis Parris* notiones, optimè cadunt in Pontificem. Nec minùs item in eum quadrat ea notio, qua *almus* correspondet *alumno*; idemque est, quod nutritius. Verè enim vberibus geminorum Testamentorum, (vt loquitur Guericus) Pontifex infantes Dei lactat, & nutrit lacte puræ doctrinæ. Apud S. Maximum Epist. ad Petrum illustrem, inter alios titulos honorificos negandos Pyrrho iam deiecto numeratur, qui in propositum titulum recidit *Almificus*. Notat item eiusdem tituli Splendorem, quod in præfatione Concilij primi Moguntini, Carolus Magnus, à Patribus, vocatus est, *Almifica Reuerentia*.

*Amicus sponsi*. Sancti Bernard. Epist. 161. & 18. & 191.

Alludit ad illud Ioan. 3. *Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi, qui stat & audit eum, gaudet propter vocem sponsi*; Vbi Ioannes Christum cum sponso Ecclesiæ, se verò cum Paranympo componit. Ipse quippè est, qui ibi amicus Sponsi antonomasticè appellatur. Veteres *auspicem* vocabant, sicuti mulierem, quæ ex parte sponsæ præerat nuptiis, vocabant *prombam*. Videndus Gothofredus ad tit. Coel. de sponsalibus *initio*, & quos ibi adducit. Amicum ergo sponsi se vocat Baptista, siue paranympum, qui vniuersum Baptista munus,

perquam affine fuit muneris paranympum, qui conuiuium nuptiali pro sponso præerat; nec mensæ accumbat, vt Vulgares amici atque sodales, sed agebat conuiuij Rectorem, siue Modipertorem & Architrictim, vt notauit Rupertus Ioan. II. ad illud, *Haurie nunc*; & denique sponsum deducebat ad nuptiam, ad Domum fœceri, cum nupta erat Virgo: Nam vidua ad virum deducebatur per Nymphagogum, vt notat Scaliger lib. 3. Poëtices cap. 101. Quæ omnia præstitit suo modo S. Baptista, qui vt insignis Christi sponsi præcipuusque amicus, nuptiali conuiuium, quod à Christi aduentu celebrari ceptum est; præfuit quoad vixit: & circa sponsam Christi, Ecclesiam, vt sponsum admitteret, eique excipiendo aptaretur, sollicitè, fategit. Idem in nuptiali illo apparatu; & super conuiuium audiuit sponsi vocem, siue colloquentis suauissimè cum sponsa, siue concinentis carmina, & melica voce inter conuiuandum omnes exhilarantis, pro illius æui more de quo Cantic. 8. *amici auscultant, fac me audire vocem tuam*; Et Hieremiæ 33. *vox gaudij & vox letitiæ, vox sponsi & sponsæ*: nempe concinentem Christum sponsum, eique succinentem sponsam Ecclesiam, audiens Ioannes, (quod contigit cum Christi prædicationem obaudire aliquos, & conuerterit vidit) stetit & gaudio gaudius est, propter vocem sponsi, gratam & acceptam conuiuii.

Inuit ista præmittere ad elucidationem loci Ioannis, quo respexit S. Bernardus, vocans Romanum Pontificem *amicum sponsi*: quo nomine Baptista ipse, se insigniuit Ioan. III. Affine quippè est ei muneris Ioannis, munus Pontificis, Nuptiale enim conuiuium quandiu volentur sæcula, hic celebratur, in fine autem sæculi, nuptia agni consequuntur. Vide Maldonatum Matthæi 22. & Riberam in cap. 19. Apocal. vers. 7. Ex Patribus Origenem tract. 20. in Marth. Hilarium Canon. 22. Chrysothomum homil. 69. & scitè id persequentem Arnulphum Lexouiensem serm. in Synodo *sub medium* Huic ergo conuiuium nuptiali, amicus sponsi singularis, Rector conuiuij præpositus est, Christi Vicarius: vt & sponsi honoris conuiuuium delictis prospiciat, & sponsum ac sponsam ad Sanctos & æternos hymenæos ritè celebrandos deducat. Quod aliter dixit, is à quo hunc titulum Pontificis hausimus sanctus Bernardus 4. de considerat. cap. 7. Vocans Pontificem, *Amicum sponsi, sponsæ paranympum*. Videtur S. Bernardus, *paranympum* sumpsisse pro Nymphagogo, qui scilicet sponsum viduam deducebat ad maritum. Nam qui simpliciter & propriè *paranympus* dicebatur, idem erat cum Nymphæute seu Patroclo; tot enim nominibus donabant, eum qui ex parte sponsi nuptiis præerat; & sponsum denique deducebat in fœderum ad Virginem sponsam. Bellè autem cum Nymphagogo componi potest, animarum ad Christum Mythagogum primarius Romanus Pontifex, quandoquidem Ecclesiastica virgo est, vt simul sit vidua, iuxta illud *Viduam eius benedicens benedicam*, in quam rem alibi ex D. Augustino in Psalm. 131. tractando titulum *Christi sponsi*.

*Angelus terrestris & cælestis homo*. Philotheus Alexandr. ad Eugenium IV. ex Actis Concilij

Onomasticum  
Pontificum.

cilij Florentini per Horatium Iustinianum editis parte 3.

*Antistes, circa cuius auctoritatem, nullo modo fieri potest, vt res Ecclesiastica dirigantur ad normam*. S. Stephanus Iunior, vt est in eius actis, reprobat Concilium Iconomachorum, eo quod illud ratum non habuisset Romanus Pontifex.

*Antistes Pontificalissimus Apostolicæ summmitatis*. Sexta Synodus Actio. 18. in Proshoneticò ad Imperatorem. Græce est. Ἀποστολικὸς ἀκροπόλεως ἀρχιερωτοκράτορ πριότορος.

*Antistes summa sedis*. Petrus Damiani lib. 1. 1. Epist. 7.

*Antistes Ecclesiæ*. Damasc. Orat. de Transfiguratione.

*Antistes totius mundi*. S. Franciscus Prophetia 12.

*Antistes venerabilis, Apostolicæ sedis*. S. August. Epist. 157.

*Apex Pontificatus*. Iustinianus Nouella 131.

Id est summus inter Pontifices. Est enim apex, summus quælibet, metaphora ducta à summo pileo flammis; sic dictionum Sacerdotum, à gestatione flammis; pileoli inquam, cuius summus lancum cornu erat; Vide *Lanigeri apices*, Virgilio 8. Æneidos. Videtur Paschalius lib. 4. de cor. cap. 21. Quæ ergo summus est inter Pontifices, merito audi apex *Pontificatus*. Idemque apud Ennodium Apolog. *Apex Apostolicus, & dignitatis apex*, dicitur. Alicubi quidem apex *Pontificatus*, vt absolute apex, de quouis Episcopo dicitur, vt videre est apud Sidonium lib. 4. Epist. 24. & 1. ad quem vtrumque locum Sagaro, & Iuretus Epist. 21. Auctarij Symmachi: sed cum ea denominatione aliis quàm Romano Pontifici tribuitur, habeat ratio inferiorum ordinum sacre ierarchiæ, in comparatione ad quos, Episcopus est apex. Qua de causa similiter, Episcopus aulicæ vocatur aliquando *summus sacerdos*, vniuersa dicitur. Antonomasticè tamen, apex, est *apicem sacerdotum apex*, est Romanus Pontifex. Frustra verò monerem, longè alio sensu *apices sacros* dici de literis Imperatoris aut Regis *Sacras* absolute vocat D. Augustinus, & aliquos laudatos Sidonij Scholiastes adducit, c. Epist. 5. lib. Symmachi Epist. 31. Plenè de his vicibus Pancirolus lib. 1. Thesauri variat. Leçon. cap. 77. V. *apices*.

*Apex diuinus*. Basil. Ephes. act. 11. Concilij Chalcedon. *initio*.

Pertinet hic Pontificis titulus, ad eius summam in Ecclesiâ potestatem, iure diuini, non humano inductam: Videtur Epilegum 2. veritate 4. Sanctus Leo IX. Epist. 1. hanc causam vocat Romanum Pontificatum *apicem cælestis dignitatis*. Nisi si in vtroque illo adiecto, allusum volumus ad nomenclationem Imperatorum, quorum & diuina & cælestis summus celebrabatur, vt notauit Iuretus ad Symmachum lib. 5. Epist. 66. & lib. 10. Epist. 37. Aliud autem pertinet quod de sancto Nicetio Treuerensi scriptum est à Fortunato in eius Epitaphio, vbi sic habet.

*Splendor apex fidei, veneranda mente Nicieti. Te totius orbis amor, Pontificumque caput.*

Hæc enim non ad potestatem sancti Niceti;

referenda sunt qua nihil eminebat supra alios Antistites, sed ad præcellentem eius sanctitatem de qua Gregorius Turon. c. 17. Vitæ Patrum, & l. de glor. confess. c. 94. ac Sigebecum in Chron. anno Dom. 518.

*Apex Episcopatus, ad quem referendum est, non solum de omnibus, que possunt aliquando recipere dubitationem, vel quancunque incurrere questionem, verum de cæteris æque maioribus negotiis Ecclesiasticis exequendis*. Nicol. 1. Epistola 32. Ex Epistola Episcoporum Gallia, quam collaudat; Subscribit Rabanus Carm. ad Paschalem Papam, sic canens præter cætera.

*Pontificalis apex, & primus in orbe, sacerdos,*

*Petri successor, Pauli dignissimus hæres. Apex sublimissimus Apostolatus*. Lactantius Epistola ad Nicol. 1.

*Apex supremus Ecclesiarum Dei*. Theodorus Studita Epistola ad Imperatorem Michæilem.

*Apostolatus principatus, cuiuslibet Episcopatus præferendus*. S. August. lib. 1. de Baptif. contra Donat. cap. 1.

Id est potens Apostoli Petri potestate, & eius in præfectura vniuersæ Ecclesiæ successor. Videtur prænotationem primam & tertiam, & Epilegomenon 2. veritate 3.

*Apostolicus*. Iuo Epist. 95. Ionas Aurelian. lib. 3. de Imag. in fine. Tertullianus l. de pudic. cap. 21.

Hunc titulum frequenter (dari Romano Pontifici, fusè sed ferè frustra) probat Ioannes Pecardus ad Epistolam. 65. libri 3. apud S. Anselmum. Et verò exponendo Dimittenda imprimis est, ea ratio huius tituli, quam induxit Alexander à S. Elpidio Tract. de Ecclesiastica potestate c. x. *ferè in fine* exultimans Romanum Pontificem dici *Apostolicum*, quia est Vicarius Christi, qui Magnus fuit Apostolus, & à paulo, *nostra Confessionis Apostolus* est appellatus; de que Christi titulo, pluribus in Tractat. de attributis Christi sect. 2. c. 9. Sed quamuis sit extra dubium, Christum denominari plerumque *Apostolum* siue *Angelum Dei*; tamen negandum est, quod Pontifex Romanus inde denominetur *Apostolicus*; eam dua nomenclationem ferat à Principe apostolorum D. Petro, cuius est successor. Et ita fert communis sensus Ecclesiæ, nec aliud inquam auditum est apud vllum Catholicum scriptorem. Hac ergo *Apostolici* notione allegata, sistendum est in alia passim recepta, qua titulus ille respectum habet ad sanctum Petrum. Eam ergo notionem sic enucleo.

Non præcisè ob excellentiam Apostoli Petri, successor eius dicitur *Apostolicus*, vt philosophatur Rupertus 1. de offic. cap. 27. (sic enim Antiochenus quoque esset tam benè *Apostolicus*,) sed quia Romanus ei successit soli solus, cum pari potestate, vt dictum est prænotatione 8. Et hoc est, quod voluit Ionas Aurelian. lib. 3. de Imag. *ferè in fine*, vbi refellit insanam notionem à Claudio Taurinensi Iconoclasta, huic titulo subiectam; dixerat enim hæreticus mordens Paschalem Papam, *Apostolicus dicitur, quasi Apostoli custos*, vnde inferebat, Paschalem perpetam denominari *Apostolicum*, quia Apostoli custos non esset. Eam notionem *Apostolici*, sic refellit Ionas. [Paschalis vitam, mortu oblocutionis cerneris impetere, cum addis, *Apostolicus*

Onomastico Pontificium.

licus autem dicitur, quasi Apostoli custos, cum non Apostolo tanquam pedagogo, vel certe ædituus adhibeatur, sed tanquam Vicarius Apostolo substituitur: vnde & sequens tua interpretatio quanquam vitiose posita iuxta structuram verborum, proxima tamen inuenitur iuxta veritatis intelligentiam: cum dicere debuisset, *Apostoli fungens officio*, accusatiuum casum pro ablatiuo vitiose posuisti, Apostolicus namque dicitur Apostoli similis. Vnde & *aspectum Angelicum* dicimus quasi Angelorum similem; *orbicum* inus, simile eorum qui Urbibus continentur.] Hæc igitur similitudo cum Apostolo antonomastice dicto, siue cum Principe Apostolorum, hoc est Beato Petro, recedit in illam paritatem potestatis supremæ Petro concessæ, qua munus summi Pontificis constituitur: Ideoque *Apostolicus* cum de Romano Pontifice dicitur, idem sonat quod S. Petri successorem.

Sunt quidem, vel fuerunt pluribus sæculis, alij quidam Episcopi aliarum sedium, quas Apostoli fundarant aut rexerant, quæ sæpe aliquando eam ob causam vocantur *Apostolica*, vt à Tertulliano lib. de præscript. Et ab Augustino Epist. 162. eoque nomine Sacrum quaternionem Sedium Apostolicarum celebrat Ignatius Monachus in Sancti Tarasij laudatione. Et in actis Theodori Sicotæ Sergius Constantino-pol. petijt sede apostolica dignus esse, hoc est Byzantina, quam volunt à S. Andrea constitutam: tamen proprie & absolute, ea tantum sedes dicitur *Apostolica*, & eius Præsul *Apostolicus*, qui successit Apostolo alicui, cum pari potestate vniuersalis & ordinaria, quam vnus habet Rom. Pontif. & idcirco in Concilijs sola B. Petri Ecclesia, hoc est Romana, vocatur absolute, & absque addito *Apostolica*; quod de nulla alia sede, vel Ecclesia legitur in iisdem Concilijs, vt diligenter persequitur Matheus Cariophyllus lib. contra Nilum Theſſalonicensem de potestate Papæ cap. 20. Nec nisi cum restrictione ex adiunctis satis perspicua Episcopatus Hierosolymitanus in Actis S. Anastasij denominatur absolute verbo tanus, *sedes Apostolica*, cum de Modesto Episcopo.

Aliàs etiam vt prænotatione 3. præmissi quilibet Episcopi dicuntur tenere Apostolicam sedem, quatenus Episcopi aliquatenus dicuntur succedere Apostolis iuxta August. in Psal. 44. ad illud, *pro Patribus tuis*, & creditum Ambrosium in c. 4. ad Ephes. Qua ratione S. Bernardus 3. de consid. cap. 4. ait, alias Ecclesias præter Romanam, esse *Apostolicas*. Venantius Fortunatus l. 3. scribens ad Euphronium Turonensem Episcopum, vocat eum *Dominum Apostolicum*, & eundem titulum Gregorio Turonensi tribuit in prologo ad vitam S. Martini. Beda l. 1. histor. c. 27. similiter denominat SS. Germanum ac Lupum; necnon Russus Episcopus Epistola 21. Nicetium Treuirensis, & Sidonius lib. 6. Epist. 1. gratulatur S. Lupo Tricassino, nouem quinquennia decursa in sede Apostolica, id est in Episcopatu; Et de Almado ex Abbate S. Benigni Diuionensis, Lugdunensi Episcopo, scribitur in monumentis illius domus.

*Factus Apostolici confors & compar honoris,*

*Duxit Apostolicam factis & nomine vitam.*  
Constantius Presb. præfat. ad vitam S. Ger-

mani vocat S. Patientem, *Dominum Beatissimum Apostolicum.*

Qui tamen dicitur absolute *Apostolicus*, est solus Romanus Pontifex. Vnde S. Leo IX. sess. 3. Concilij Rhemensis, excommunicauit Episcopum Compostellanum; qui se denominabat *Apostolicum* ex prærogatiua S. Iacobi. Apud Petrum item Chrysol. serm. 107. quidam Episcopus Petrus nomine (quem suspicor esse ipsum Chrysologum, in cuius honorem ea conuocatio sit habita ab alio, idcircoque eius sermonibus sit inserta) videtur denominari absolute *Apostolicus*; Sed non ita est. Quod enim ibi dicitur, contigit illi Episcopo, *Apostolici vocabulum, & summipriuilegium Sacerdotis*: Apostolicus ibi & summus Sacerdos, vocatur Princeps Apostolorum, cuius nomine per Christi priuilegium assignato, hoc est nomine *Petri*, decorabatur ille Episcopus. Hunc esse genuinum sensum illorum verborum, monstrant ista continenter subiecta, [contigit ei *Apostolici Vocabulum, & summi priuilegiū Sacerdotis*. Neque enim absque diuino iudicio iussu credendum est, quod prima illa viuendi ruis infantia, tanti nominis adepta est dignitatem. Quem tunc fuisse, nisi Deum ipsum putamus, cum necij parentes de futuris meritis iudicarent Petrum enim vocari in alijs appellatione nominis est, in hoc prærogatiua Virtutis.]

Videri tiam poterit repugnare huic titulo tanquam peculiari Romanis Pontificibus, quod S. Stephans Rex Hungariæ, vt in eius vita recitat Chamitius, crucem vt apud nos Metropolitanis solet, præferri sibi curabat, appposito hoc lemme, *Ego sum Apostolicus*. Verum hic Regis sanctissimi titulus, non pertinet ad rem præsentem Nam idcirco tantum est denominatus *Apostolicus*, quia sub habitu militari & paludamento ac purpura, gessit opera Apostolorum, tantum populum adducens in Christum. Syluester tamen secundus auditis per Altricium Episcopum sancti Regis meritis vt est apud Cartuicium in sancti Regis actis c. 7. erupit in hæc verba. *Ego sum Apostolicus. At ille merito Christi Apostolus est dicendus*. Vtique quia officium Apostoli est executus, tam multos ad Christum adducens vnde Syluester ei lubens indulgit Regum titulum & coronam pretiosiss. Meisæ Polnorum Duci per Legatos Regium titulum à Pontifice expetenti, destinatum mōnente per visum nocturnum angelo ad sanctum Stephanum transmissit cum Regio titulo, & iure præferendæ ate ipsum crucis, quod memorauit. In eo ergo Insu sanctus Stephanus, potuit apostolicus, et apostolus denominari. Quo ferè modo Græcorum horologio 21. Maij Constantinus Imperator, denominatur *Inter Reges Apostolus Christi*. Et in Concilio 3. Toletano Recharæ Rex Catholicissimus, dicitur, [meritis Apostolicum meritum, qui Apostolicum impleuit officium.] Eius enim studio & opera, Gens Gothica, abiurato Arianismo amplexata erat fidem Catholicam. Vratislao Bohemiarum Duci, concessus eadem ex causa est vltus mihæ Episcopalis, vt scribit Baronius anno 1068. Nimirum Rex bonus, est Episcopus extra Ecclesiam, vt dixit Eusebius lib. 4. de vita Constant. cap. 24. & quia bonus & eo nomine dignus Episcopus, partes exequitur Apostoli,

Rex

Onomastico Pontificium.

Rex bonus, sicut dicitur Episcopus, ita potest quoque denominari eodem sensu, Apostolicus; non autem in eo sensu, quo monstrauimus esse peculiare, atque præcipuum Romani Pontificis.

Præter rationem assignatam, cur successor S. Petri dicitur *Apostolicus* absolute, illa quoque assignari potest, quod & S. Petrus & eius successores, vt muneris Pontificij in Romana Ecclesia, sint capita Apostolorum cæterorum; ita vt quandiu aliqui eorum fuerint superstites, directioni S. Petri & successorum eius subiacerint. Quæ ratione S. Germanus in Theoria rerum Ecclesiasticarum, reddens rationem duplicis coronæ, quæ in capibus Sacerdotum vltur, attonione scilicet comæ, siue capillorum in orbem, & rasura summi capitis, ait, Deum prouidisse, vt duplex illa pilorum lectio, supremo Hierarchæ ab hostibus ad infamiam illata, cederet ei in gloriam, suffecta eidem, duplici gloriosa corona: altera ex duodecim lapidibus pretiosis SS. Apostolorum, qui illum velut caput suum cingunt; altera verò ex Petra fidei, super aurum & quavis genuas fulgentes. [Vertex enim exornatus corona duodecim lapillarum, Apostoli sunt; Petra verò sanctissimus Apostolus est, primus Hierarcharum Christi.]

Cæterum non pugnat contra Catholicam veritatem titulo *Apostolici* delato Pontifici expressam, quod Autor Operis cui titulus *Gesta Dei per Francos* l. 4. c. 29. dicat, *Mophti Turcarum*, esse ipsorum, summum *Apostolicum*. Neque enim aded hebes fuit hic Autor, vt apostolatium aliquem spurcissimo Saracenicæ colluuii capiti arrotatum velle; sed significare voluit, id ipsum esse Mophti inter Saracenos, quod est Papa inter Christianos, nempe summus Antistes & caput religionis; ex qua proportione conatur potius titulus Pontif. pro quo satagimus.

*Apostolicum vniuersalis Ecclesia, & Episcopus omnium Ecclesiarum.* Synod. Chalced. Actio. 6.

*Apostolorum decimus tertius.* Princeps Babyloniarum ad Innoc. IV. anno 1246.

*Apostolus Christi.* Arnulph. Lexouienf. Ep. 19. *Apostolus, in Apostolico throno cõstitutus à Deo, sui inspector, & prædicator orthodoxæ veritatis.* Scripserit exilij S. Martini Pap. in Collect. Anast.

Apostolus & Pontifex confessionis nostræ dicitur Christus Heb. 3. Itaque duo illa *Apostolus & Pontifex* nexa sunt. Quanquam autem Romano Pontifici, titulus Apostoli tanquam principaliter missi, tribui potest, tamen hic videtur *Apostolus*, positus antonomastice, pro *Petro* quo nomine donantur plerumque successores, ob parem potestatem, vt dictum est prænot. 1. Pontifex ergo est alter Petrus, constitutus in throno apostolico, cui primus Sanctus Petrus insedit, non ab homine, sed à Deo constitutus, vt esset inspector sui. An ipsemet Pontificis? Verum id quidem, ne præ tam sublimi potestate dedicat sese & efforatur: vt idcirco S. Bernardus id quoque monuerit Eugenium lib. 2. de consid. cap. 5. & 9. Item est Pontifex *Inspector sui ipsius*, quia ita est aliorum omnium Episcoporum Episcopus, vt careat ipse Inspectore humano, cui Innocentiam debeat. Dicuntur ista non incommode. Reuera tamen videtur potius esse sensus; Pontificem esse à Deo constitutum, vt esset inspector sui, id est ipsiusmet Dei; atque aded non debet respicere vultum potentis, siue *Theophilus Reynandi Pontificia.*

agatur causa fidei, siue sanctorum motum. Fecit id generosè S. Iulius I. pro S. Athanasio. Martinus I. contra Imperatorem Constantem Monothelitam. S. Innocentius I. contra Arcadium & Eudoxiam in causa S. Chrylostomi. Innocentius II. idcirco celebratus à S. Bernardo Epist. 150. & ab Arnulpho Epist. 19. Libertus verò, tametsi semper perstitit Catholicus, tamen quia in causa S. Athanasij respexit personam hominum, nec habuit faciem valentioris faciebatur, male audiuit. Dolebat Alconora Regina Angelorum, suo tempore, maculam fortitudinem Romanorum Pontificum fuisse eneruatam, vt legere est apud Blesensem Epist. 146. *sub finem.* Vide infra V. *Deus Pharaonis.*

Cæterum, alia huius loci in quo versamur, lectio, omnes sensus propositos evertit. Sic enim habet. [In apostolico throno, Dominus cum constituit inspectorem loco suo, Apostolum & Prædicatorem Orthodoxum veritatis.] Ita refert hunc locum ex Epist. 16. inter S. Martini Epistolas Ioannes Seueranus in opere de templis Romanis cum de S. Ioanne Lateranensi, pag. mibi 601. Quæ lectione supposita, titulus propositus, vacat difficultate.

*Arbiter ligandorum soluendorumque.* S. Leo serm. 2. de sua assumptione.

*Arbiter omnium.* Anastasius in præfatione ad vitam S. Ioannis Eleemos.

*Archiepiscopus cunctarum Ecclesiarum.* Synod. Chalced. Actio. 4.

*Archiepiscopus vniuersalis.* Concil. Chalced Actio. 3. Anastasia & Pompeius ad Hormisdam.

Sumitur hic *Archiepiscopus*, iuxta vocis corticem; hoc est pro Præfule cui Episcopi subiaceant, non autem in vulgata nunc notione; pro præfule scilicet, qui subit primati, seu Patriarchæ, varias sub se Metropoles, siue Prouincias, & Archiepiscopatus continenti. Sed sicut Patriarcha habes sub se plures Metropolitanos, attentio vocis cortice dici potest eorum Archiepiscopus, ita & Roman. Pontif. respectu Patriarcharum & omnium Præsulum, dici potest Archiepiscopus.

*Archimandrita probatissimus.* Alcuinus Epistola 72. quæ est ad Leonem Papam.

Quid sibi hoc titulo voluerit affatur. [Ecce (inquit) tu sanctissime Pater Pontifex à Deo electus, Vicarius Apostolorum, Hæres Patrum, Princeps ecclesiæ, vnius immaculatæ columbæ nutritor; in te fides respundet, deuotio fulget, charitas abundat. Congrega nos filios sanctæ Dei ecclesiæ, paternæ miserationis affectu tuis sanctissimis orationibus, & dulcissimis sacrarum literarum exhortationibus, intra firmissimum ecclesiasticæ soliditatis ouile, ne aliquis ex nobis erabundus, lupina rapacitate foris inneniatur deuorandus. Nam splendentia cælestis militiæ agmina, Natiuitatis Domini nostri Iesv Christi gaudia primò pastoribus, qui supra suos deuotè vigilarunt greges, nunciare venerunt. Ecce tuis sanctissimis vigilijs, ad pastorem sollicitudinem, probatissime Archimandrita, Angelicas à supernis sedibus visitationes astare non dubitamus, quorum auxilio quæcumque diuinam poposceris pietatem, impetrare te posse credimus. Vnde ego vltimus sacratissimi ouilis vernaculus, & morbida peccatis ouicula, spe præcipue bonitatis vestræ animatus, ante sanctissimos Paternitatis

E

tu

Onomasticō  
Pontificiū.

tua pedes animo prostratus; suppliciter de-  
posco, quatenus dulcissima peccatorum meo-  
rum vincula, per Ecclesiasticam Apostolica  
auctoritatis potestatem solvere digneris, &  
paternae pietatis precibus, cunctum vitam  
meam qui restat, ad perpetuae portae Civitatis diri-  
gere studeas.] Ex his liquet, (id quod etiam  
Accursius ad l. ultimam, Cod. de summa Trin-  
nit. admonuit, derisus quidem ab Alciato  
libro 1. praetermiss. quem alij ferè sequuntur;  
defensus tamen à Ferrando Adduensi libro 2.  
Explicationum iuris, ad Constitut. de Monachis,  
§. *Si quis autem*.) liquet inquam, Archi-  
mandritam idem esse apud Alcuinum, quod  
praef. etiam & curatorem Oculis. Tamen enim  
Alciatus negat *mandram* significare pecus, que-  
riturque iniuriam fieri viris sanctissimis cum  
dicuntur rexisse oves seu pecora; tamen sicut  
apud Iuvenalem Satyr. 3. & Martialem lib. 7.  
epigram. 23; *mandra*, multorum agmen desi-  
gnat, ut Britannicus ac Farnabius & Raderus  
notarunt: ita alibi, *mandra* idem est quod  
*ovile*; vnde S. Andelmus lib. de Virginit. cap. 17.  
celebrans S. Babylam ait; [Mandras Ecclesiae  
aduersus truculentam Tyrannorum rabiem so-  
lertia pastorali tuebatur.] Caduntque haec in  
Ecclesiae caulam, & eius pastores ac custodes,  
salua vocis extensione metonymica ad conti-  
nens ovile spelam. Facit ad hoc negotium  
quod Theocriti Scholiastes & Constantinus  
Bassus lib. 1. Geopon. docent de veterum man-  
dris, & mandritis, omniumque supremo Ar-  
chimandrita. Mandra enim ut ij autores do-  
cent, vocabant septa quibus oves conclude-  
bantur, quas fidei & curae aliquorum praefec-  
torum committebant, inter quos minoribus  
saltem pecudum quinquagena credebatur, aliis  
verò pro idoneitate aut merito maiore oves  
plures & mandra amplius credebantur. Om-  
nes hi à peculiari sibi concredita mandra, *man-  
drite* appellabantur. Qui verò omnibus & man-  
dris & mandritis praerat, & in omnes habebat  
autoritatem, siue ob dominium proprietatis in  
mandras utrolibet modo acceptas, septa in-  
quam aut oves iis conclusas; siue ob commis-  
sam à Domino ovium & caularum supremam  
curam, dicebatur *Archimandrita*. Variant enim  
sententiae circa veram notionem vocis *Archi-  
mandrita*, quibusdam ad summum inter Pastro-  
res absque dominio in ovile, aliis ad ipsum ovile  
Dominum eam vocem aptantibus. In Dei  
ergo Ecclesia quae iuxta Basilium Seleucia, est  
ovile continens *ovile* *ovile*, si quaeratur Ar-  
chimandrita ovilis Dominus, non est alius quaerendus  
quam Christus Pastor bonus, de quo  
Christi attributo, plene alibi. Si agatur de  
summo sub Christo ovium rationalium pasto-  
re, ipse est Christi Vicarius & S. Petri successor  
Romanus Pontifex. Inferiores Pastores sub  
Christo & Christi Vicario minores aut maio-  
res mandras gregis Christi curantes, ipsi sunt  
Archiepiscopi, Episcopi & Parochi. Sic igitur  
sufficenter illustratur titulus Archimandrite  
tributus Christi Vicario ab Alcuino, quatenus  
omnibus mandris ovium Christi, & omnibus  
mandrarum singularum mandritis praepositus  
est à Christo ovilis Domino, curator ovium uni-  
versalis, nemini praeterquam ipsi Christo sub-  
ordinatus: (cum inferioribus Mandritis secus se

habeant.) Secundum quam vocum notionem,  
subiungunt Archimandrite plane omnes Christi  
oves, cuiuscumque conditionis.

Neque tamen inferior; & *mandra* & Archi-  
mandrite nomina iam pridem ferè tantum ad-  
hiberi cum de praefectis & domibus Religioso-  
rum agitur. De *mandra* nomine liquet ex Actis  
S. Theodosij Canobiarchae, in quibus sic legi-  
tur. [Et iam magnus quidem erat numerus dis-  
cipulorum: spelunca autem exigua & plane  
minor quam vi posset eos capere. Ipsi autem  
ad eum accedentes, sollicitabant ut excitaret  
Monasterium, & amphorem eis faceret man-  
drum ovium spiritualium.] De nomine *Archi-  
mandrite* Iustinianus Nouel. 5. [Hoc perhibent,  
qui dicuntur Archimandrite, id est praefecti  
Canobiorum.] Varia Pontificum ac Concilio-  
rum & Patrum loca, quibus nomen *Archiman-  
drite*, Monasterij praefectum sonat, addensat  
Sauaro ad Sidonium lib. 8. epistola 14. Sed ex  
se voces illae sunt indifferentes, ut ad Praefectos  
quoscumque spirituales accommodentur: qui-  
bus inhonestum non est audire ovium Christi  
praefectos, sicut eos non dedecet audire Pastro-  
res. Neque item ea appellatio Reges dedecit,  
ut Fernandus loco allegato fuisse confirmat ex  
Xenophonte lib. 8. Cypriod. Platone in Politi-  
co ac Minoe, Homero Iliad. 2. & 7. Et Odysseus,  
Suetonio in Tiberio, Strabone lin. 17. Hesy-  
chio; Eusebio, Constantino, & Christo ipso  
Matth. 25. & 26. Adde & Philon. lib. 1. de vita  
Mosis, ac lib. de Agricul. & initio lib. de Ioseph.  
Itaque haud iniuria, Pontifices sicut Pastores  
ajdiunt, ita etiam dici possunt Archimandrite.

*Archipastor Ecclesiae, qui sub caelis est.* Sanctus  
Theodorus Studita Epist. 33. ad Leonem III.  
*Archipontifex primus.* Iustin. ad Hormisdam.  
*Auctor nominis & honoris Episcopalis.* Innoc. I.  
ad Concil. Milevit. Est Epist. 93. apud August.  
Videsis Epilogomen. 2. subnot. 2. verit. 11.

## B

**B**ASIS fidei. Chrysol. homil. 2. in Psal. 50.  
Idem quod fundamentum, & Petra fidei  
Catholicae, de quibus titulis postea. Et verum  
quidem est, Sanctos quoque, potentes esse  
fidei & Ecclesiae bases, ut habetur apud Hiero-  
nymum circa illud Iobi 38. *Super quos bases  
illius solidate sum;* tamen Petrus & eius succes-  
sores, sunt eo speciali modo bases fidei & Ec-  
clesiae, quo dicitur super eos aedificata Ecclesia.  
*Basis immobilis.* Chrysolom. homil. de Petro  
& Elia.

Duplex immobilitas distingui potest, in hac  
fidei Catholicae basi, diminitus prouisa, ne cir-  
cumferamur omni vento doctrina. Prior est im-  
mobilitas in fide; haec est illa indefectibilitas  
fidei, pro qua Petro & suis successoribus obti-  
nenda, Christus rogavit & exauditus est pro sua  
reuerentia. Vnde factum est, ut aliis omnibus  
sedibus etià per Apostolos quandoque stabilitis,  
miserè ac fœdè per varias haereses contamina-  
tis, in sola sede Petri, Beati Apostolorum suc-  
cesso, defenderit suscepta semel religionis in-  
tegritatem, ut pulchrè dixit Lyrin. in commonit.  
cap. 9. Consulendus de hac immobilitate Bel-  
larmin. lib. 5. de Rom. Pontif. à cap. 3. ad 14.  
& Panellius ad epist. 55. S. Cypriani num. 9. r.

Tradunt

Tradunt hoc breuiter, sed bene, Monachi se-  
cundae Syriae ad Iustin. Imper. post Epist. 74.  
Hormisdæ.

Posterior immobilitas sedis petri, est indefec-  
tibilitas eius; Ecclesia enim quandiu voluent  
saecula, egebit Pastore, alioquin non esset  
ei sufficienter prospectum, necessest qui lites de  
Religione decideret, & dubia fidei expediret.  
Itaque necesse est, Pontifices Romanos durare  
vsque ad mundi finem, neglectis breuibis mo-  
ris interpositi intermedium interiectis. Et alia  
quidem pleraque Ecclesiae, etiam Apostolorum,  
dilapsae sunt. Haec sola perstat immobilis, per-  
statque firmante Christo; ita ut quamuis ali-  
quando Imperatores, (quod notat Sanctus Cy-  
prianus Epist. 52. num. 32. malè ibi deflexus in  
alium sensum à Panelio) haud molestis tulerint  
inurgere Tyrannum, quam creati Romae  
Pontificem; sic enim optimè cum Cypriani lo-  
cum accepit Albaspingus lib. 1. obseru. 23. ta-  
men obitare non poterint, quo minus Ecclesia  
basim hanc immobilem retinetet, quippe nixa  
illa sponsione Christi, *Et porta inferi non preua-  
lebit aduersus eam.* Id quod Chrysolomus  
tractans aternitatem Regni Christi super Sion  
montem Dei Sanctam, siue super Ecclesiam,  
egregiè suscipit, homil. cum ageretur de suo  
exilio. Et insigniter quoque Damasc. Orat. de  
Transfig. Valet verò etiam Romanam Ecclesiam,  
maxime per Pontificem, multo magis, quod  
plurique Ethnicorum de aternitate Romani im-  
petij sunt Fabulati, ut latè refert Maluenda l. 4.  
de Antichr. cap. 9. & quod à rutilio de roma  
Ethnica scriptum in hac verba est libro 1. Iti-  
ner.

*Perconsere labor densis decora alta trium-  
phis;*

*Ut si quis stellas pernumerare velit.*

*Quae mox nequeunt, nisi maiore resur-  
gerit,*

*Exiliuntque inis altius alta vadis.*

*Utrique nouis vices sax inclinata resunit,  
Clarior ex humilis fonte, superna petit.*

*Porrigit vulturas Romana in saecula leges,  
So laque fatales non vereare colos.*

*Quamuis sex decies dens & mille per altis,  
Annus praeterea iam tibi nouus eat.*

*Que res sui nullis obnoxia tempora motis,  
Dum stabunt terra, duo polus astra feret.*

*Illud te reparat, quod caetera regna reso-  
lunt:*

*Ordo renascendi est, crescere posse malis.*

En geminam faciem Romanae Ecclesiae, cres-  
centis persecutionibus, & ab ipso ferro ani-  
mum opesque ducentis. En cur verè sit basis  
immobilis, nec periclitetur de euerfione per  
clades, & conuatum in eius ruinam Erebum.  
Magis aedificatur cum caedi videtur, ait Tertul-  
lianus ad Scapulam cap. 5. Nunc in Romae Chri-  
stiane, immobili basi sisto, quae certè defuit  
Romae Ethnicae, toties concussa, toties com-  
moto, tandemque exiit Romano imperio  
Ethnicis, vt ablandiens falso terrarum Deo  
gentiumque roma, cui par est nihil, & nihil  
secundum, (ut ille aiebat l. 12. Epigr. 6.) ce-  
cinerit in Anthologia l. 1. Crinagoras, sic di-  
cens.

*Oceanus totos si montes tollat aequum.*

*Totaeque si Rheni flumina Trento bibat.*

Theophili raynaudii Pontificia.

*Roma tamen stabit, licet oppugnata tot an-  
nis;*

*Dextera dum terras Caesaris alma reget.*

*Sic Iouis Augusta contemnat fulmina quercus.*

*Aridaque impulsæ decutiant folia.*

Imo verò ut folium quod vento rapitur per  
Christi potentiam sublatum & decussum est Eth-  
nicum imperium Romanum; cum è contrario  
Christiana Roma quod ad Ecclesiae regimen ar-  
tinet, sit & fuerit ac futura sit basis immobi-  
lis. Splendide in hanc rem disserit Stapleto-  
nius lib. 1. de magnitudine Romanae Ecclesiae  
cap. 6. 7. & 8. Immobilitatem huius petrae ad-  
uersus quoscumque fluctus exponens.

Fortassis etiam romanus Pontifex *Basis  
immobilis* appellatur, quia sicut omnis mo-  
tus animalis, ex doctrina Philosophi, nititur  
basi immobili, ita omnis motus in negotiis  
fidei, innititur immobilitati Cathedrae Petri.  
Quid si etiam spectata est necessitas constan-  
tiae infractae in recto & honesto, Pontifici  
congruentissimè? Videsis Philippum Probam  
in additionibus ad Ioannem Monachum in Pro-  
logum 6. Decretal. num. 59.

*Beatitudo.* Hieronymi Epistola 57. Augusti-  
stinus libro 1. contra duas Epistolas capite  
1. suo Carnot. Epistola 65. Synodica trium  
Conciliorum Africæ ad sanctum Damasum  
Iustinianus ad Hormisdam. Comprovincia-  
les Arclatensis Episcopi ad Sanctam Leonem,  
Eusebius Mediolan. ad eundem.

Abstractum pro concreto, reuerentiae ergo.  
Cur autem romanus Pontifex etiam  
num viuens, *Beatus* audiat vel etiam *Beatif-  
simus*, (quo pacto denominatur. Sanctus Leo  
in Concilio Chalcedon. actione 3. triplici  
ad eum Epistola, & Damasus in Epistola  
Stephani cum Africanis collegis,) Itemque  
*Beatitudo*, quin etiam, ut sapientè apud  
Anastasium legitur, nominatim in Adriano  
I. *ter Beatitudo*; obscurum videri potest, sup-  
posita mole arumarum quibuscum confi-  
ctari necesse est qui ad illud dignitatis fasti-  
gium prouehitur. In quam rem multa peti  
possunt ex opere sancti Bernardi de conside-  
ratione ad Eugenum, & perpulchrè item de  
eo disserit Ioannes Sarisber. libro 8. poly-  
cr. capite 23. *in fine.* Vbi post diu versatam  
impietatem ambitiosorum, Romanum Ponti-  
ficatum captantium per schisma, concludit;  
[Sed licet omnes summi Pontificatus apicem  
deferant quantum salua religione licet, fugien-  
dum potius quam suspiciendum arbitror sa-  
pienti. Ut enim ex conscientia verum lo-  
quar; illius laboriosissima & quantum ad sta-  
tum praesentis saeculi pertinet, miserima vi-  
detur esse conditio.] Confirmat hoc primò  
ex necessitate vel dedendi se auaritia, & ac-  
cipiendi munera cum Iustitiae conculcatione,  
ut suppetat quod effundatur vel reddendi se  
obnoxium linguis & manibus factiosorum.  
Tum addit. [Si in summa potentia, minima  
licentia est, profectò qui legibus praest, nul-  
li subiicitur, sed ab illicitis aetius coarctat-  
datur. Ergo & romano Pontifici minimum-  
eo ipso quod plurimum, licet. Quid ponde-  
rosius est sollicitudine omnium Ecclesiarum?  
Apostolicum priuilegium tranfit ad successores,  
& planè pars priuilegij est, quam Apost. ad Cor.  
E 2 loquitur.

Onomasticum Pontificum.

loquitur. *Quis*, (inquit), *infirmatur & ego non infirmor? Quis scandalatur, & ego non error?* Si totum non vultis reuolueret, vel istud ventilet qui de primatu contendit; Et ut puto, citò faciet locum. Propterea qui Romanus Pontifex est, eundem pro conditione Ecclesie quæ nunc est, esse seruum seruorum necesse est. Non quidem nuncupatiuè ad gloriam, vt quidam opinantur; sed substantiuè vt potè qui seruis Dei seruit vel inuitus. Omnis enim persona Deo seruit, & dispensatrix est clementie vel iustitie sue. Seruit Angelus, seruit homo, seruiunt boni, seruiunt mali, & ipse princeps mundi Diabolus seruit. Ergo & Romani seruiunt Deo, & Tyranni, quibus Romanorum necesse est seruire Pontificem, adeo quidem vt nisi seruiant, aut ex Pontificem, aut ex Romanum esse, necesse sit. Quis eum ergo seruū seruorum esse ambigit? Dominum Adrianū, cuius tempora felicia faciat Deus, huius rei testem inuoco, quia Romano Pontifice nemo miserabilior est; conditione eius nulla inferior; & licet nihil aliud lædat, necesse est citissimè vel solo labore deficiat. Fatur enim in ea sede, se tantas miseras inuenisse, vt facta collatione presentium, tota præcedens amaritudo, incunditas & vita felicissima fuerit. Spinofam dicit Cathedram Romani Pontificis; in tantum acutissimis vsquequaque confertam aculeis, tantæque molis, vt robustissimos premat, terat, & comminuat humeros. Coronam & phrygium, clara merito videri, quoniam Ignea sunt. Se nunquam à natali solo Anglie malle exisse, aut in clauetro Beati Ruffi, perpetuo latuisse dicit, quàm tantas (nisi quia diuinæ dispensationi reluctari non audeat) intrasce angustias. Dum superest ipsum interroga, & crede experto. Hoc etiam mihi sapissimè adiecit, quod cum de gradu in gradum, à claustrali clerico per omnia officia in Pontificem Romanum ascenderit; nihil vnquam felicitatis, aut tranquillæ quietis vitæ priori adiectum sit ab ascensu. Et vt vobiscum utar, (nihil enim cum præsens sum, sui gratia, vult apud se absconditum ab oculis meis) in incude (inquit) & malleo semper dilatauit me Dominus, sed nunc oneri, quod infirmitati meæ imposuit, si placeat, supponat dexteram, quoniam mihi importabile est. Nonnè ergo miseria dignissimus, qui pro tanta pugnat miseria?

Nec leuius id onus sensit Alexander IV. eo diplomate quo librum Guillemi de S. Amore profecipit. Sic enim dicitur de importabili humanis viribus Pontificatus Romani sarcina. [Sine distinctione prælatus est Pontifex, vniuersalis. Dominicæ quidem vineæ custos generalis & cultor, & totius orbis Catholici, Pastorumque omnium Summus Pastor. Incumbente namque sibi generali sollicitudine super omnes, cum ex eo suæ mentis intuitum per cuncta diffundere teneatur, stupet nimirum ipsius animus, & sub tam graui & difficili curæ pondere contremiscit, quod posse sustinere vt conuenit, ius naturæ occidua vix confidit. Ad eum namque negotia vndique confluunt, perueniunt lites, dubia deferuntur & destinantur implicita & perplexa; nec vnquam horam influens torrens cessat, nec huius alti pelagi, valida & infestæ procellæ quiescunt, sed his, quæ tunc imminent expeditis, mox aliæ subsequuntur. Nec

tot implexarum questionum modi, decisione Apostolica solui possunt, quin & aliæ irretitæ & nodosa superueniant, deliberatione matura, & consulta definitione soluendæ. Imò ex quo de Instantibus difficilibus & obscuris, dubietatis caliginem verbo suæ declarationis amouerit; statim noua & recentia turbulenta ingruunt, Apost. dilucidata oraculo, & ambiguis ac incertis mentibus claræ dissectionis lumine serenanda. Propterea inest Rom. Antistiti sollicitudo sine otio, labor sine quiete, occupatio sine vacatione, exercitium sine tranquillo, & sedula meditatio, & vigilia sine somno; nec ad modicum etiam cura quotidiana intermissionem habet; instantia quæ nec omittitur aliquo tempore, nec aliquod ipsa tempus omittit: Vrget continuè, quia cogitanda materia semper adest, nec successu temporis desinit, sed cum illius diuturnitate perdurat, quia nec decursu temporum deficiunt negotia, sed assidue illis succedentibus renascuntur. ] Satin' laboris & doloris, curarumque & ærumnarum opprimentium, in vnum caput: Quis sub tanto pondere non fatiscat? De hoc Argumento habentur egregie Epistolæ duæ quas est qui Urbano quarto adiecit, est qui Clementi quarto. Leguntur apud Oldericum Raynaldum anno 1261. In literis Pontificis quibus ille sit, recens in Præfecturam totius Ecclesie constitutus, deposcens sibi precum auxilia quantū & quàm impotabile humanis humeris sit munus Pontificatus egregiè & ingenuè aperit. Dixerunt item in hanc rem plenè Rodericus Zamorensis lib. 2. speculi humane vitæ cap. 2. & benè quoque Aluarus Pelagius l. 2. de planctu Eccles. artic. 15. nominatim littera 9.

In tanta ergo ærumnarum mole, quomodo Pontifex dicitur *beatus & beatissimus*? Tres huius de nominationis causas profert F. Iuniperus à Drepano disput. 1. ad Bullam Urbani VIII. quæst. 1. cap. 1. à num. 6. Prima, quod Pontifex debeat esse supra & extra hominem, nec ultra in terris, sed in cœlis conuersans. Secunda, quod terreni simul & cœlestis Imperij, iura à Christo acceperit. Tertia, quia eminere omnibus, vt loco, ita cœlesti vita & zelo diuinæ gloriæ debet. Henricus Kalteisen in oratione de libera prædicatione Verbi Dei, quam habuit in Concilio Basileensi *ferè initio orationis*, & latè in Replicâ postea subiuncta, hunc Pontificis titulum retulit ad excellentiam admirandam Pontificie auctoritatis, qua vt ait, Papa prope attingit Christum.

An sicut Imperatores Romanos, *diuos, ac diuinissimos*. Itemque *salicissimos*, dici, ex vsu fuit, vt prolatis multis testimoniis ostendit Bullengerus lib. 1. de Imperatore cap. 5. & 24. ac 33. Beatissimos item appellari solitos Imperatores, demonstrat Panciroli lib. 1. thesauri variar. Lethio, cap. 1. ex S. Ambrosio, Gratianum, Valentinianum, ac Theodosium AA. denominante, *Beatissimos*; An inquam sicut Imperatores his olim titulis sunt insigniti; Ita placuit Pontificem, *Beatissimum* appellare, cuius maiestas humanam ac temporalem Imperatoris potestatem tanto intervallo superat, quantum est capedinis inter cœlestia, atque terrena sanè si Anton dicitur *Beatificatus in gloria*, Ecclesiastici 45. quia accepto gentis sacerdotio, decoratus est Pontificio ornatu; multo iustius Christianus

Onomasticum Pontificum.

Atianus Pötifex dici potest *beatificatus & beatus*, suo Pontificatu, quia in Aarone non est glorificatus, quod claruit in hac parte, propter excellentem gloriam. Multò enim magis abundat ministerium Iustitie in gloria, vt dicitur 2. Cor. 3. Dicuntur ista haud inuicem, vt & alia, quæ ad huius tituli Romano Pontifici delati defensionem, contra Vicleffum obstreperem adducit Valdensis libro 2. doctrinal. cap. 33.

Existimo tamen germanam causam huius Pontificie denominationis, eam esse quam S. Clemens Epist. 1. *initio*, insinuat; nimirum quod Christus sanctum Petrum designans Pontificem, præfatus est illud, *Beatus es Simon Bariona*, statimque subdidit, *Ego dico tibi, quia tu es Petrus, &c.* Familiari autem auxilio, qui tunc *beatus* dictus est ad honoris & reuerentie plenitudinem, dicitur *Beatissimus*.

Cæterum olim vt nomina *Sanctitatis*, & *Sanctissimi* attributa aliis à Romano Pontifice legimus, ita & nomina *beatitudinis*, & *beatissimi*. De vocibus *Beatitudo*, & *Sanctitas* exemplum dabit sanctus Gregorius lib. 6. Epist. 28. Sed & Constantinus reuocans sanctum Athanasium virgine Constante fratre, vocat eum *Beatitudo vestra*. De hoc nomine *beatitudinis*, frequentia exempla sunt in Concilio Carthag. sub Aurelio Ioannes Diaconus in Actis S. Pelagii c. 8. vocat Episcopum Antiochenum, *Beatitudinem*. Sed & Petrus Cluniacensis lib. 6. Epist. 32. Hugonem Rothomagensem sic affatur. [Valente Sancta & tota iam cœlestis beatitudo tua.] Sanctus item Hieronymus agens cum Theophilo Alexandrino, solet adhibere titulum *beatitudinis*. Eumque etiam adhibuit sanctus Euthimius agens cum Anastasio Patriarcha, vt est apud Cyrillum in sancti Euthimij Actis. Nec non S. Ioannes Monachus, alloquens Archiepiscopum apud Surium 13. Maij, Marcellinus presbiter præfatione ad vitam S. Suiberti, compellat Gregorium Episcopum Traiectensem, *Beatissimum Patrem* S. Bernardus Epist. 249. titulum *beatitudinis vestre* adhibet; scribens ad Cartusianos. Itemque Petrus Cluniac. agens cum S. Bernardo Epistola apud istum 264. Nec non Nicolaus I. Epist. ad Hinemarum Rhemensem apud Iuonem par. 14. cap. 46. Et apud ipsum Nicolaum Epist. 28. quin etiam Alcuinus Epist. 12. & 18. cum Rege agens, donat cum titulo *beatitudinis vestre*.

*Beatitudo excellens humiliter, & excellenter humilis*. Lantfrancus Epist. 3. ad Alexandrum II.

*Beatitudo, quæ est caput omnium sanctissimorum Sacerdotum*. Iustinian. l. 7. Cod. de summa Trinit.

*Beatitudo, cui Episcoporum iudiciaria, & summorum suorum Ecclesiasticorum negotiorum, in honorem beatissimi Petri, Patrum decreta omnium, cum illam referre sententiam.*

Tres Synodi Africana in Synodica ad Damasum.

Non est sensus, SS. Patres constituissè, vt ad Romanum Pontificem de grauibus quibusuis negotiis referretur. Id enim Romanus Pontifex iure diuino obtinet, non ex Patrum concessione ac reservatione. Sed Patres agnoscentes ius diuinum, quo Petrus & eius successores vi Primatus à Christo concessi ea prerogatiua po-

tiuntur, ita faciendum exposuerunt & edixerunt.

*Benedictio vniuersæ Reipublice Christiane*. Moyses Mardenus legatus Patriarchæ Antiocheni ad Iulium. III.

An quia ab omnibus verè Christianis, benedicitur & agnoscitur vt caput? An quia ex coniunctione cum eo vnitas Ecclesiastica & omnis cœlestis benedictio profluit, quatenus ea vnitate seclusa, non deriuaretur benedictio Spiritus in nos, nec remissio peccatorum? (Sanè vt hoc significaretur, clauis Beato Petro sunt concessæ, vt notat S. Fulg. lib. de fide ad Petrum cap. 3.) An denique, quia in Vniuersa Christiana Republica; hoc est vnicum granum in botro, quod non est conculcatum, quia benedictio Domini est, vt propheta dixit? Omnibus enim Apostolorum sedibus dissipatis, hæc sola perstat.

## C

**CACUMEN** mundi. Fulg. de incar. & gratia Christi cap. 11.

Sic nominat Romanam Ecclesiam, cum qua ait totum Christianum orbem sentire. Vt autem Romana Ecclesia sit mundi cacumen, habet per Pontificem. V. prænotationem secundam.

*Cacumen, ac vertex humani generis*. Petrus Damiani Opusc. 23. cap. 1.

*Cancellarius Dei*.

Tribuunt Pontifici hunc titulum antiqui nonnulli Iurisperiti, & ex recentioribus allegatur Homelius in qq. proemial. ad Regul. Cancellar. sed apud eum nihil inuenio. Insinuant hæc ipsum aliqui, affirmantes Vicecancellarium dici non Cancellarium, eum qui apicem dignitatum Romanæ Curie est adeptus; eo quod ex humilitate nolit dici *Cancellarius*, titulo qui est Pontifici soli debitus qui solus est in regno Dei & Ecclesie, quod est Cancellarius à regnis humanis. Patriatus certe dignitatem olim apud Imperatores fuisse supremam, alibi est demonstratum. At Nic. Boërius Tract. de ord. grad. num. 4. benè obseruauit Cancellarium in regno successisse *Patrio*. Amplitudinem muneris Cancellarium petere licet ex Cassiodoro l. xi. Epist. 7. vbi Theodoricus Cancellario tribuit pro munere, Regij consistorij secreta custodire; responsa Principis efferre, accessuros ad Principem præsentare; desideria supplicum Regiis, auribus exponere, iussa Principis expedire. Itaque qui in Dei aula agit Cancellarium, iisdem proportionè titulis gaudere, & eadem apud Deum munera gerere debet. Et agit reuera Romanus Pontifex, cui & Dei eloquia sunt credita, & diuina responsa de fide & Christianis dogmatibus, edit fidelibus, expeditque in negotio rectionis Ecclesie, diuina iussa. Merito igitur denominatur Dei Cancellarius. Et hinc petunt aliqui causam cur in Romana Ecclesia, is qui Cancellarie Pontificie præest, non dicatur *Cancellarius*, sed *Vicecancellarius*. Quamquam mihi quidem eorum sententia non probatur; qui sciam, olim in Romana Ecclesia fuisse qui *Cancellarij* titulo insigniretur. Nam Alexander III. ex Cancellario creatus est Pontifex, ita vt partiarj Federici per contemptum non vocarent eum Alexandrum III. sed Rolandum Cancellarium



Onomastico  
Pontificis.

rium. Substituitque ipse sibi in eo munere, Hecmannum dictum Cancellarium; posteaque etiam sub Alexandri successore Lucio III. Albertus de Mora Cancellarij titulum est nactus, ut & Hemericus ille ad quem aliquoties literas dedit sanctus Bernardus, ut alia exempla præteream. Verius ergo videtur, titulum Cancellarij non Dei sed aulæ vel Ecclesiæ romanæ, intercidiſſe ad tempus cum id munus aliquibus personis non aded eminentibus est demadatum; posteaque cum deferri contigit sublimibus personis non esse resumptum, eo quod inualuisset per longum vsu V. Cancellarij denominatio quid si etiam Typhus Imperatorum causam dedit huic mutationi? Sicut enim quia ipsi aureo sigillo diplomata obſignabant Romana curia memor pristina paupertatis & congruæ patri Christianorum demissionis, plûbium ad obſignanda bullata diplomata adhibuit: sic cum Imperatores Archicancellarios plures induxiſſent, Ecclesia insinuans humilitatem, Vicecancellarij titulo esse contenta voluit: Nec absurdè quis cogitarit, etiam si ad subsidium Pontificis deligatur qui ei sit pro Cancellario, & præſter quæ apud reges obeunt Cancellarij; tamen insinuati ea immutatione tituli, oportere Pontificem quantum fas est, causas Dei & Ecclesiæ per seipsum obire: mouendo inferiores & subsidiarias causas, absque eo quod ostiante Põſtice penes eas sit principalis negotiorum directio. Vt sit de Vicecancellarij appellatione nam id non admodum interest, & videri potest qui hæc diffusius verſat vir doctissimus Andr. de Saussay de mysticis Galliæ scriptoribus in Paulo ritu xi. post §. primum, titulus *Cancellarij Dei*, soli Pontifici est proprius, quia eius solius munus, habet Analogiam cum munere Cancellarij apud terrenum Principem.

*Caput omnium*, lib. 5. vitæ patrurum, num. 88. libelli 15.

Illud *omnium*, quorum caput in eo loco constituitur Romanus Pontifex, videtur dictum de omnibus Episcopis tantum, eo quod Romanus Pontifex sit eorum caput. Et quidem solus, nullo alio Episcopo talem denominationem fortito, propriè ac preſſe. Nam quod S. Nicetius Treuir. apud Venantium Fortunatum in eius Epitaphio, denominatur *caput Pontificum*, de sola virtutis præcellentia accipiendum est, non autem de autoritate in alios Episcopos, in quo sensu Romanus Pontifex eo loco quem signabam, dictus est *caput omnium*. Tamen verissimum etiam est, Romanum Pontificem esse caput omnium planè fidelium. Cur autem eo loco, qui notatus est ex vitis Patrurum, titulus ille restringi videatur ad Episcopos, ratio ducenda est ex adiunctis. Ibi enim narratur, duos Alexandrinos Monachos se castrasse propter regnum cœlorum. Cum ergo eam ob causam essent à suo Antistite excommunicati, adierunt Episcopum Hierosolymitanum, & postea etiam Antiochenum; à quibus repulsi, & iteratò excommunicati; [ abierunt (ait libelli Autor) ad summum Archiepiscopum romanæ ciuitatis, & suggesterunt illi, quæ fecerant eis memorati Archiepiscopi, dicentes, venimus ad te, quia tu es caput omnium ] quæ verba videntur comparare Romanum Antistitem cum aliis Antistitibus, & eum illis assignare pro Capite.

*Caput diuissimum omnium capium*. S. Theodorus Studita Epist. 33. ad Leonem III.

*Caput & Princeps omnium Patriarcharum*. Concilium Nicentium capite 39. apud Pisanum lib. 3.

*Caput omnium Episcoporum*. Episcopi 2. Moëſiæ, Epistola ad Leonem Aug. in fine Concilij Chalced. Hugo Victor. lib. 2. de Sacram. capite 43.

*Caput Sacerdotij quod in Christo est Canonice*. Ioan. Constantinopol. ad Constant. Papam.

*Caput, cui de singulis Prouincijs referre Sacerdotes debent*. Nicol. I. Epist. ad Episcopos Galliæ ex Concilio Sardiceni.

*Caput omnium Christianorum*. Petrus Damia. in Odilone.

*Caput omnium Ecclesiarum, Romana*. Beda lib. 1. vitæ sancti Patricij, Paschasius legatus sedis Apostolicæ in Concilio Chalcedonenſi. Actio. 1.

Luculenter ex hoc titulo differit Ioan. 8. Epist. 32. quæ est ad Carolum Caluum Imperatorem. [ Quid autem (inquit) magis legitimum quam, ut præ omnibus & ante omnia Romanæ curam habeatis Ecclesiæ, quæ ceterarum magistra est & mater Ecclesiarum? quæ vestro in tempore tantis ac tam immanibus succumbit sine cessatione periculis? Denique si hæc Ecclesiæ, quæ caput est viget, cetera membra quamuis languida, recuperandi fiduciam non amittunt; quæ nimirum omni robore carent, si contingat solum caput fortè languere, quanto potius (quod auertat omnipotens) si contingat extingui? ] Videſis in eandem sententiam Auitum Viennensem Epist. ad Faustum & Symmachum. Non excidit ergo vrbs Romana eo ornamento quo in Ethnicissimo potebatur; ut scilicet diceretur orbis caput. [ Roma (inquit autor vitæ S. Fulgentij) autorum secularium consono semper ore laudata, & caput mundi veraciter appellata. ] At nunc per sanctum Petrum eiusque successores, nullo veracius, certè fundatiore & sublimiore titulo.

*Caput totius corporis, cui quicquid fidelium est, ubique submititur*. Ennod. in Apolog.

Corpus ab Ennodio indicatum, est Ecclesiæ, cuius caput primarium Christus est. Vnde S. August. serm. 45. de verb. Dom. queritur de eo, qui reſecto corporis Ecclesiæ capite Christo, volebat Ecclesiæ decollare. Christo tamen digreſſo, visibile caput corporis Christi, quod est Ecclesiæ, aliud non est quam Romanus Pontifex. S. Leo Epistola 98. vocat *quasi quoddam caput*, quæ non sunt particula immutationem sonantes, sed comparationem & Analogiam cum capite physico. Et potest etiam habuisse rationem primarij capitis Ecclesiæ, siue Christi, præ quo Pontifex non est nisi analogicè caput. Præclare analogiam illam capitis in Romane Pontificis, ex vno præter cetera munere exponit Ioannes Constantinopolitanus in Epist. Apolog. ad Constantinum Romanum Pontificem, cum per violentiam Bardanis damnasset sextam Synodum; de quo rursus cum de titulo *Medici*. Ex hoc potè titulo & aliquot sequentibus, videtur merito Canum 6. de locis cap. 3. damnare impudentissimi mendacij Bucerum, ausum negare, titulum, *Capitis Ecclesiæ*, esse vnquam ab vno delatum S. Petro, eiusque successoribus.

Capit.

Onomastico  
Pontificis.

*Caput Ecclesiæ*. Concil. Chalced. Epist. ad S. Leonem. Chrysoſt. hom. xi. & 55. in Martiano. Hieron. in psal. 13. Philo Carpath. in Cant.

Pereruditè & paucis hunc Pontificis vultuſſimum titulum exponit Gabriel lect. 13. in Cano. à littera I. ad litteram O. Non repugnat S. Gregorius lib. 4. regist. Epist. 38. cum ait, præter cetera contundens Ioannem Constantinopolitanum, falsè & arroganter assumentem titulum vanum. [ Petrus Apostolus primum membrum Sanctæ & vniuersalis Ecclesiæ est. Paulus, Andreas, Ioannes, quid aliud quam singularium sunt plebium capita? & tamen sub vno capite, omnia membra sunt Ecclesiæ; Atque ut omnia breui cingulo locutionis altringã, Sancti ante legem, sub lege, sancti sub gratia, omnes hi perficientes corpus Domini, in membris sunt Ecclesiæ constituti. ] Hunc locum aduersus titulum [ *apitis Ecclesiæ* ] sancto Petro & successoribus assignatum, intorquet Caluinus 4. institut. cap. 7. parag. 21. sed est inanis planè obiectio. Nam sanctus Petrus, ita est primum corporis Ecclesiæ membrum, ut simul sit caput. Neque enim ratio capitis, excludit rationem membri. Est tamen Petrus tale membrum & tale caput toto mystico corpori prospiciens; ut quod singulare est corpori huic mystico, inferiora habeant ipsa quoque suum caput particulare, subiunctum & subordinatum capiti illi visibili generali, quod vnà cum omnibus & inferioribus capitibus & membris immediatè iisdem subiectis, comparatur ad Christum caput nunc inuisibile, ut membrum recipiens dumtaxat influxum, non conferens, atque aded non ut caput.

Est ergo Romanus Pontifex, caput Ecclesiæ.

Agnouit hanc capitis Ecclesiæ prærogatiuam in Romano Pontifice, & quò spectare debeat, bene exposuit Ioannes Constantinopolitanus, ipso initio Epistolæ ad Constantinum Romanum Pontificem, his verbis. [ Qui suæ Deitatis & virtutis specimen, Deus, naturæ oculis subiectæ, mirificum condidit opus, præcipua quadam excellentia in nobilissima creaturæ sensilis parte, nostro inquam figmento suæ ipsius gloriæ ac sapientiæ argumenta ostendit; Quamobrem etiam exclamauit propheta, mirabilem factam esse Dei scientiam ex ipso. Is naturæ hominum opifex, toti corpori moliens superius caput prouehere, principalissimis sensibus in eo positus, omnem inde reliquorum membrorum motum ac sanitatem, oriri fecit & conseruari; ac si eorum aliquod contringat offendere aliouè modo malè affici, haud protius eorum sibi curam putat detrectandam: quin potius erga membra etiam infirma naturæ compassionem exhibens, manuum ministerio, oculo duce, curat quod affectum est, nihil ad eorum adiutorium, ceu inutile spernens ac reiiciens. His potè Apostolicam veltam præſidentiam ac Pontificium Sanctissime, comparare habemus, vosque Sacerdotij Christi canonice caput reputantes, per vos querimus, ut solatium aliquod à mœstitia animique languore qui nostro huic Ecclesiæ corpori ex pestifera ac animabus exitiosa Tyrannica potestate accidit, reportemus. Planè siquidem ea quoque vos *capitis* proprie-

tate, inconsultè nihilque volentes laborantes nos, haudquaquam despereritis, aut à vestra necessitudine repuleritis. ] Paschasius item legatus Pontificius cum Collegis, in Epistola de damnatione Dioscori, hic loquitur de S. Leone. [ Sanctissimus ac Beatissimus Papa Leo, caput. Vniuersalis Ecclesiæ, Petri Apostoli præditus dignitate, qui Ecclesiæ fundamentum, & petra fidei, & cœlestis regni iamtor Nuncupatur.

*Caput Christianæ Religionis*. Petrus Damiani Opusc. 4. ex edicto Constantini.

*Caput Ecclesiæ, adamantis naturam firmitate superans*, Chrysoſtom. homil. 55. in Matth.]

Hoc dicit propter insuperabilem portis inferi, firmitatem huius Petræ, quam nulli vnquam inflexere errores, ut profiterentur Monachi secundæ Syriæ in precibus ad Iustinum Augustum, pro exoranda eius intercessionem apud Hormisdam Papam. Luculenter quoque de de omni errore à sede Petri, remotissimo ad suum vsque tempus, Agatho Papa in VI. Synodo Epistola ad Imperatores. Quod autem B. Hildegardis Epistola ad Anastasium papam scripsit, aduersus omnes Diaboli partiaros, etiam extra res fidei, infracti debent esse Romani Pontifices. Est de hac re insignis locus Cypriani Epistola ordine 55. ad Cornelium Papam. Ex hoc insuperabilium Pontificum numero fuit S. Damafus, qui idcirco in VI. Synodo Constantinopol. dictus est *fidei adamas*. Item ex eo numero fuit sanctus Martinus I. qui propterea in Epistola Anonymi ad Occidentales de eius exilio, vocatur *spiritualis pater adamantinus, Sacerdotumque Princeps*, pag. 33. *Collectan. Anastasij*. Valet circa Pontifices, quod de sancto Augustino dixit Facundus lib. 9. in ipso sine. [ Augustinus vir adamantinus, in quo omnes aduersariorum dentes franguntur. ] Addi potest adamantis ab igne non læſo, sed splendor maior, ut notauit sanctus Ambrosius lib. de Elia cap. 7. similiter enim tentata per ignem impugnationum hostilium fides & constantia piorum Pontificum, purior ac splendidior exiuit. V. supra V. *Adamas*.

*Caput fidei*, sanctus Gregorius II. Registri Epist. 42.

*Caput totius fidei*. Philippus legatus Cœlestini Papæ in Concilio Ephesino tom. 2. capite 15.

Mens Philippi, ex eius integro loco perspicitur. Ait ergo. [ Gratias agimus Sanctæ Venerandæque Synodo, quod litteris sancti Beatique Papæ nostri, vobis recitatis, sanctos cantus, sanctis vestris vocibus Sancto capiti vestro, Sanctis etiam vestris exclamationibus exhibueritis. Non enim ignorat vestra beatitudo, totius fidei, vel etiam apostolorum caput, esse B. Apostolum Petrum. ] Sensus ergo est, dignè ac meritò Episcopos in Synodo congregatos, post lectam Cœlestini Papæ Epistolam, omnes simul acclamasse, *Nono Paulo, Cœlestino; custodi fidei Cœlestino, Cœlestino cum Synodo concordia Cœlestino Vniuersa Synodus gratias agit. Vnus Cœlestinus, vna fides Synodi, vna fides orbis terrarum.* ] Hoc gratias ritè agens philippus, ait verè ac benè dictum à Synodo, quæ non ignoraret, Cœlestinum esse caput ipsius Synodi, & in eo confidentium Episcoporum, ipsos verè esse membra. Id verò probat Philippus, quia S. Petrus caput est

*Onomastico Pontificum.*

est totius fidei, vel etiam Apostolorum, hoc est omnium fidelium, non modò ad plebem spectantium, sed etiam eorum qui plebes regunt. Non ait Petrus fuisse caput, sed esse: quia non agit de singulari persona Sancti Simonis Petri, sed de eius successore tunc sedente, qui fictione iuris, ac ob omnimodam potestatis æquiualentiam dicitur ab eo, *Sanctus Petrus*. Sicut alij Episcopi, conferuntur ab eodem, Apostolis: eo quod sicut sanctus Petrus dum viueret, præerat alijs Apostolis, eosque sibi habebat subordinatos, etiam si sumerentur prout congregati, ut manifestum fuit in Concilio Hierosol. cui sanctus Petrus præfuit, ita Episcopi pro tempore regentes Ecclesias particulares quomodocumque spectati, subsunt Romano Pontifici successori Sancti Petri. Locus est ipsius solis radijs scriptus, pro Pontifice Concilij Oecumenici capite, & locato supra quosuis Episcopos quomodocumque spectatos, ac etiam si congregatos. Porro quod fidem, cuius caput nominatum hinc est Cælestinus, intelligendam dixi vniuersitatem fidelium profitentium fidem Christi, metonymia est non admodum violenta vel infrequens. Sic enim *militia* nomen, sæpè usurpatur pro iis, qui militiam profitentur. Dicuntur etiam cedere arma togæ, id est togatis armati.

*Caput omnium professionum.* Gabriel Archiepiscopus Nesno in calce Synodi Orientalium.

*Caput Orbis.* Vincentius Lyrin. Commonit. cap. 42.

*Caput Sanctitatis.* S. Maximus serm. 5. de Nat. Apostol.

Hoc dicitur, quia Ecclesia & Sancta est, & veluti caput Sanctitatis, quæ est quasi anima membrorum viuorum, de Spiritu sancto & increata eius sanctitate viuentium in Christo; Atque ita Pontifex, totius corporis in quo solo humana sanctitas reperitur, caput visibile, est caput sanctitatis.

*Caput canonicè electum Sacerdotij Chr.* Ioannes Constantinopolitanus Epistola ad Constantinum Romanum Pontificem.

Hoc est supremus in Dei Ecclesia, hierarcha cui vniuersum Christianum sacerdotium innititur, vt fufius exponam in Epilegomenis veritate 12. Quod autem ait Ioannes, Constantinum esse canonicè electum in capite Sacerdotij Christi, siue vtrique Christianæ Hierarchie; non significat, Pontificiam dignitatem esse à iure humano, siue à Canonibus. Absurda esset ea expositio verborum Ioannis, & omnino falsa, vt euincam in Epilegomenis Verit. 4. vbi monstrabo dignitatem capitij Pontifici competere iure diuino. Sensus ergo planus Ioannis est, Constantinum non fuisse intrusum in sedem Apostolicam, sed eam subiisse legitimè ac expresscripto Canonum: qua phrasi passim exprimere solemus puram & minime vitiosam alicuius admissionem in beneficium aliquod Ecclesiasticum, dicentes eum fuisse ad id Canonicè electum. Et in Pontificum diplomatis quoties aliquid conceditur vni alicui Prælati, & eius successoribus, semper additur, *Canonicè Eligendis*, id est legitimè, & iis seruatis quæ Canones seruati mandant in electione.

*Caput à quo membra, quid credendum, quid opinandum, quid tenendum sit, querere de-*

*beni.* Sanctus Cyrillus in Thesuro.

Allegatur hic locus à S. Thoma Opusc. 1. & 19. Inciditque in Græcum Codicem integrum Turrianus; è quo Lindanus 4. Panopl. cap. 87. Græca verba representat, vt dicam in Epilegom. Kubnot. 3.

*Caput Apostolicum.* Theodorus Studita Epistola ad Paschalem Papam.

Sensus est, Pontificem esse Caput Ecclesiæ, succedens Apostolo Petro, cum pari potestate, & nunc inter mortales potens Apostolica autoritate. Nisi malimus locutionem esse & Græcis & Latinis admodum familiarem, qua Sinecdochicè caput pro toto homine ponitur; vt cum dicitur *Charum caput, lepidum caput*, &c. Qua ratione caput Apostolicum, idem erit quod *uir Apostolicus*, prout alij appellarunt Pontificem Romanum, adducendi suo loco inferius. Et quamquam vtraque tituli propositi notio, videtur denique eodem recidere, tamen prior expressius ac distinctius præfert potestatem Romani Pontificis, qui toti Ecclesiæ caput sit, auctoritate vtrique Apostolorum communicata, & ad successores transfusa. Et vi huius tituli sic accepti, Pontifices qui vixerunt tēpore quo aliqui Apostoli superstitēs erant, dici quoque poterant, eorum capita; sicut verè sanctus Petrus caput Apostolorum fuit, quandiu aduixit. Et sicut id solius sancti Petri proprium fuit, ita & successorum eius Romanorum Pontificum. Difficultatē duntaxat nonnullam ingerere videtur locus Hesyhij presbiteri Hierosolymitani Oratione de Sancto Iacobo Episcopo Hierosolymitano apud rhorium Cod. 275. qui sanctum Iacobum vocat *Caput Apostolorum, & in capitibus verticem*. Consonatque quod Clemens lib. 6. dispositionum referente Eusebio 2. histor. c. 1. vocat sanctum Iacobum *Episcopum Apostolorum*. Verum ista nihil officium iuribus Sancti Petri & successorum. Nam locus Eusebij manifesta adulteratione sordet; Cum Codices non deprauati, vt Græcus Vaticanus, & Colonienſis, non habeant sanctum Iacobum fuisse *Episcopum Apostolorum, sed Episcopum Hierosolymorum*; quo eodem modo eum locum refert Nicephorus lib. 2. histor. cap. 3. Locus autem Hesyhij, supposito quod à Photio Romano sedis hoste capitalissimo fideliter sit exscriptus, præterquam quod est. Encomiastæ in ipsa Hierosolymitana Ecclesia, de primo episcopo Hierosolymitano elogium, non adeò seuerè ad metiendum ad veritatem, aliud reuera non fert, quam decus S. Iacobi, ex eo quod in Concilio Apostolico plurimum ei sit delatum ab omnibus Apostolis. Ipsoque Petro, cum eius sententiæ qua Petri iudicium firmavit, de modo scribendi ad Neophytos ex Gentibus, acquieuerunt; non quod sanctus Iacobus ibi egerit caput Concilij, ac etiam sancto petro maior fuerit, vt erroneè scripsit Abulensis in cap. 17. Math. quæst. 13. ad 1. Sed quod ob notam viri sanctitatem, quæ ei etiam apud vulgus Indæorum nomen Obilæ, id est *Præsidij & protectionis populi*, peperit, vt scribit Iobius Monachus apud eundem Photium Cod. 222. & ob proprium eius loci Episcopatum eo honore dignus sit habitus. Adscribendus est locus Hesyhij, vt appareat enodationem propositam esse legitimam. [Quomodo (inquit) prædicabo seruum Christi & fratrem,

noxe

noxe Hierusalem summum ducem, Sacerdotem Principem, Apostolorum caput, in capitibus verticem, in lampadibus superfludentem, & inter Astra maximè illustrem? Petrus prædicat, Iacobus decernit, & pauca voces magnitudinem quæstionis comprehenderunt, *Ego iudico non inquisitari eos, qui ex gentibus conuertuntur*. Ego iudico eum, cuius iudicium abrogare non licet, neque deprauare decreta; in me enim omnium iudex viuorum & mortuorum loquitur meo organo, sed artifex supra est. Ego linguam præbeo, sed vocis opifex vocem suppeditat.]

*Cardo summus totius mundi.* Petrus Damiani opusc. 30. cap. 1.

*Cardo & caput omnium Ecclesiarum.* Anaclet. Ep. 3.

Cur Ecclesiam Romanam sic denominarit Anacletus, ex eius verbis intelligi potest, ait enim. [Si quæ causæ difficiliore inter vos ortæ fuerint, ad huius S. Sedis apicem, eas quasi ad caput referre, vt Apostolice terminentur iudicio, quia sic Dominum velle, ab eoque ita constitutum esse, antedictis testimonijs declaratur. Hæc verò Apostolica sedes cardo & caput (vt prædictum est) omnium Ecclesiarum à Domino & non ab alio est constituta. Et sicut cardine ostium regitur; sic huius S. Sedis auctoritate omnes Ecclesiæ Domino disponente reguntur.] Huc pertinent, quæ de notatione Cardinalium virtutum, id est regentium careras, dicta sunt, lib. 1. de virtutibus 229. Sanctus Leo IX. Epist. 1. quæ est ad Michaëlem & Leonem c. 3. egregiè exponit cur Ecclesia Romana honestetur titulo de quo agimus. [Romanæ (inquit) Ecclesiæ fides, per Petrum, super petram ædificata, nec hæcenus defecit, nec deficit in sæcula. Christo eius Domino, rogante pro ea, ceu testatur sub ipsa passione sua; *Ego rogavi pro te Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos*. Quo dicto demonstrauit, fidem fratum, vario defectu periclitandam; sed inconcussa & indeficiente fide Petri, velut firmæ anchoræ subsidio figendam, & in fundamento vniuersalis Ecclesiæ confirmandam. Quod nemo negat, nisi qui euidenter ipsa veritatis verba impugnat: quia sicut cardine totum regitur ostium, ita à Petro & successoribus eius, totius Ecclesiæ disponitur emolumentum. Et sicut cardo immobilis permanens ducit & reducit ostium; sic Petrus & eius successores, liberum de omni Ecclesia habent iudicium, cum nemo debeat eorum dimouere statum, quia summa sedes à nemine iudicatur; vnde Clerici eius Cardinales dicuntur, Cardini vtrique illi quo cætera mouentur, vicinij adherentes.]

*Confor qui Deo auctore, Petri successit in honorem, Apostolicus vir, & Sanctissimus tenens primatum in sacris ordinibus.* S. Emmerannus Episcopus & Martyr, vt habent eius Acta.

*Christus Domini.* Petrus Blesens Epist. 144.

*Christus emulione.* S. Bernard. 2. de Consid. cap. 8.

Sacerdotes omnes, ob sacram vñtionem, appellantur *Christi*, à Pfalte verbis illis,  *nolite tangere Sacerdotes meos*; Tamen vñctio Christianorum Sacerdotum & Episcoporum, est longè fragrantior; vnde & ipsi (præsertim Episcopi) nomen *Christorum* meritò præferre possunt, & verò præferunt apud S. Ambrosium ser.

*Theophilus Raynandi Pontificis.*

83. & apud Ruricium lib. 2. Epist. 3. Hæc cum *Onomastico* ita se habeant quoad Sacerdotes & Episcopos quoscumque, Romanus Pontifex omnium Sacerdotum caput, meritò *Christus* absolute & antonomastice audire potest. Et accedit vicinia ad Christum antonomastice dictum. Salua enim distantia immensa; quantum tamen hominibus indultum est, Papa Christum propè attingit auctoritate; quod à se dictum, ab Hussita verò demorsum, tuetur & latè confirmat Henricus Kalteisen in Republica pro oratione de libera prædicat. Verbi Dei in Concilio Basil. *Consequenter replicans.*

*Cingulum comprehendens vniuersos Christianos.* Patriarcha quidam Orientalis, in professione fidei Latine facta ab Andrea Manſio.

*Ciuitas à Deo electa ad salutis refugium.* Theodorus Studita Epistola ad Paschalem Papam.

Non dicuntur ista de vrbe Roma, (quamquam res eodem recideret,) sed de ipſomet Pontifice, quem sic affatur S. Theodorus. [Vos igitur verè illimis fons ac sincerus, iam inde à principio fidei veræ, vos ab omni hæreticorum procella longè positi, securus totius Ecclesiæ portus: vos à Deo electa ciuitas ad salutis refugium.] Alludit ad ciuitates refugij Deo auctore constitutas, in quibus qui per vim & furorem opprimendus esset, securus degeret. Similiter enim quicumque, vel Episcopi, vel Clerici, vel fideles, alibi iniuste opprimuntur, ad Pontificem tanquam ad munitissimam Ciuitatem adeuntes, refugium inueniunt. Experti hoc sunt ab omni æuo Christiano, innumeri. Sic Basilides in Hispania deiectus ab Episcopatu, Romam ad sanctum Stephanum Papam adit, à quo sedi suæ restitutus est, vt S. Cyprianus Epist. 68. testatur; qui tamen dolet impositum esse S. Stephano à Basilide, tamen tutum ac legitimum fuisse in Stephano perfugium, non diffiretur. S. Athanasius & Petrus Alexandrinus, teste S. Hieronymo Epist. 16. eodem confugerunt. De Theodoro quam suppliciter & fidenter per litteras ad S. Leonis tutelam confugerit, docent eius litteræ, quæ extant. Idemq; de sancto Chrysolstomo produnt litteræ ad Innocentium I. De S. Ignatio Constantinopolitano malignitate Photij oppresso, perfugium nacto apud Nicolaum I. res est vulgarissima. Alia exempla addensat Pamelius ad Epist. 68. S. Cypriani num. 17.

*Ciuitas Regis Magni, ciuitas Dei nostri.* Psalm. 47.

Ibi ad litteram agi de ciuitate Romana ob sedem Pontificiam, monstrat Lucas Tudensis lib. 2. contra Albigeos cap. 12. adducendus infra V. *Dignitas inexplicabilis.*

*Ciuitas sedis Petri, quæ pastoralis honoris facta caput mundo, quidquid non possidet armis, Religionem tenet.* Prosper Caru. de ingratis; & 2. de vocat. gent. cap. 16. & similia S. Leo serm. 1. de Nat. Apostolo.

*Ciuitas per quam Deus dedit, vt ceteris, mens vna sacrorum foret.* Prudent. hymno de S. Laurent.

Frequenter id celebrant Patres, quod vna hæc Cathedra, sit constituta, vt hæreson & schismatum tolleretur occasio. Disertè Sanctus Cyprianus lib. de vnitæ Ecclesiæ. S. Hieronymus lib. 1. contra Iouinian. cap. 14. Creditus Ambros. 1. Corinth. 12. itaque verius in Romanam Ciuitatem cadit, quod de Alexandrina dictum est

F ab

*Onomasticon Pontificum.*

ab Eunapio in *Aedesio*, quod scilicet [ ob illic locatum Serapidis sanum, effert alter quidam orbis terrarum, ad quem undecumque omnes confluerent, & in quo omnes sociarentur. ] Valer etiam multò magis de Roma Christiana ratione Pontificis, quod de Roma profana, ratione Imperatoris, dictum est à Symmacho libro 4. Epist. 28. [ In commune imperij caput undique gentium conuenitur; tum quod Clementissimum Principem in hac parte degentem varia omnia desideria, vel necessitates sequuntur. ] Hoc suo æuo factum, Seneca in consolat. ad Albin. cap. 6. & Ammianus lib. 16. profitentur. De eodem ergo affluxu & concursu undecumque gentium ad Romam Christianam, propter potentiorum ( vt ait ) principatitatem, id est propter Principem Spiritualem, Imperatore potentiorum ibi sedentem, locuples testis est. S. Irenæus lib. 3. contra hæres. cap. 3. vbi plenè Feuardentius.

*Clauicularius ostij, quod Christus est.* Iuo serm. de Cathedra S. Petri.

*Clauicularius regni.* Petrus Damiani serm. 26. *Clauiger athareus, portam, qui pandit ad abram.* Aldelmus Epistola ad Gernuthium.

Verfus quibus Rabanus alloquens Gregorium IV. hoc præter cæteros titulo enim honorificavit, sunt adscripti digni. Sic habent

*Sedis Apostolica princeps, lux aurea Rome, Et decus & doctor plebis, & almus amor.*

*Tu caput Ecclesie es, primus Patriarcha per orbem;*

*Praclarus meritis, & pietate potens.*

*Sol terre, mundi lux, atque urbs in clyta Christi, Perpetua prebens lucis iter populo.*

*Vestra valet cæli referre & claudere lingua, In terra positus CLAVIGER ÆTHERIS.*

*Principi Apostolice Petro, coniunctus in aenum, In terris vicem cuius & ipse geris.*

Non gerit quidè propriè Pontifex hodiernus vices S. Petri, sed Christi. Quomodo tamen in aliquo sensu idoneo, ea locutio hinc à Rabano adhibita possit admitti, dicitur infra *V. Vicarius B. Petri.*

*Clauiger cæli.* Cyillus Hierosolym. catech. 6. & 17. Anastasius Biblioth. in præfatione ad vitam S. Ioannis Eleemos. Nicolaus Lad Consultata Bulg. cap. 5.

*Clauiger beatus vite æterna, cui Deus terreni simul & cælestis imperij iura commisit.* Petrus Damiani opus. 4. sub initium.

Titulus *clauigeri cælorum*, & consimiles iam prolata, fundantur in illis Christi verbis ad Petrum directis. *Tibi dabo clauas regni cælorum.* Ea quippè verba ad S. Petrum dirigi, nemo non videt, & supra monstratum est prænot. 3. Optime verò consilium Christi notauit S. Eulogius lib. 2. de Pœnitentia contra Nouatianos, licens. [ Idèd nec Ioanni, nec alteri cuiquam discipulo dixit Saluator, *Tibi dabo clauas Regni cælorum*, sed soli Petro, qui Deum negaturus erat, & peccatum lachrymis & pœnitentia expiaturus, vt suo ipsius exemplo, erga peccatores humanior esset. Alij enim non tentati, forsitan seuerius cum peccatoribus egissent. ] S. Optatus lib. 7. præclare id retulit ad agnitionem legitimæ potestatis etiam in peccatore. Plures adducti in commonitorio vt sit moderatio quod dicitur, passiulantur S. Eulogio, quoad causam concess-

tionis clauium Petro soli & non cæteris factæ. Et alios quoque in eam rem proferam sub finem Epilegomenorum. Allatrat autem S. Eulogium Phorius Cod. 280. pro odio quo semper in Romanos Pontifices flagrauit. Ait enim, omnibus æquè Apostolis datas esse clauas regni cælorum, non Petro tantum. Quinetiam eandè potestatem omnibus deinceps sacerdotibus esse collatâ. Omnes enim sacerdotes ligant & solunt & ex vi collationis clauium ipsis quoque factæ in persona S. Petri, vt Photius philosophatur. Sed erroneè more suo. Nam tametsi omnibus Apostolis, ac etiam sacerdotibus ad ligandum & soluendum assumendis ab Ecclesia, competunt aliqua ex parte clauas regni cælorum, non tamen cum ea prærogatiua vniuersalitatæ ordinariæ ac independentiæ, cum qua clauas collatæ sunt S. Petro: qui proinde meridè solus & iure præcipuus dicitur *clauicularius regni, & clauiger cæli, ac vite æternæ.* Moschi vt est apud Sigismundum Herbestenum in commentariis Moscouit. pagina mibi. Principem suum vocant *clauigerum Dei* quasi Dei familiarem & ad eius arcana admittum. Idem sensus posset facillè Pontifici accommodari.

*Columna Ecclesie, fundamentum fidei.* Chrysof. homil. 2. in Psalm. 50.

*Columna & stabilimen Christiane Religionis.* Chrysof. homil. 3. in Acta.

*Columna Ecclesie, fidei basis.* Chrysof. hom. 2. in Psalm. 50.

*Columna ac munimentum Ecclesie.* Idem homil. de Petro & Elia.

*Columna incorrupta Ecclesiarum.* Basilii Imperator in Encyclica post 8. Synodum.

Titulum columnæ & sustentaculi Ecclesiarum orbisque vniuersi quoad sanam doctrinam, tribuit specialiter S. Petro Theodoretus orat. de charitate, sed ita vt eius ratiocinatio & oratio vniuersa in omnes æquè successores eius cadat. Expendit ibi Theodoretus illa Christi ad Petrû verba Lucæ 22. *Simon Simon expetisti te satanas vt eribraret sicut viticum. Et ego rogaui pro te vt non deficiat fides tua: sed & tu quoque aliquando conuersus, confirma fratres tuos.* Quæ verba sic glossat Theodoretus. [ sicut ego te non desepxi cum fluctuantes & labares: ita sis tu quoque sustentaculum fratribus qui circumaguntur: & id quod es affectus imperti auxilium; & ne eos pellas qui labantur, sed erige eos qui periclitantur. Ea enim de causa concedo vt tu quoque labaris, sed te non sino cadere, procurans, vt qui labant, per te stent & erigantur. Ita orbem terrarum qui lababat & agitabatur, magna hæc columna fulcitur, & vt omnino caderet non permittit, sed erexit stabilèque reddidit, Dei oues pascere iussus. ] Aio hæc in speciem de S. Petri singulariter prolata à Theodoro, in omnes æquè eius successores cadere. Nam verba illa Christi ad Petrum, de Petro prout capite esse prolata, consensio est grauissimorum Doctorum, Græcorum æquè ac Latinorum. Et ita nominatim sanctus Bernardus Epistol. 190. & Theophilactus ad hunc Lucæ locum. Nec videtur fas esse Catholico homini abhorre ab ea interpretatione cum omnino multi Romani Pontifices quorum est de vero Scripturæ sensu pronuntiare, ita sint interpretati eum locum, & inde intulerint Romanum Pontificem

Pontificem ex Cathedra docentem, errare non posse. Ita enim præter Innocent. III. cap. maiores de baptis. Paschalis II. in Concilio Romano adductus ab Vrspergeni Abbate in Chronico, Agatho Epistola ad Constantinum lecta actio, 4. sextæ Synodi ibidemque à Concilio approbata actio 8. Nicolaus I. Epist. ad Richadem. Leo IX. Epist. ad Petrum Antiochenum. S. Leo Magnus serm. 3. de sua assumpt. Vt taceam ventuosiores illos Pontifices quorum Epistolæ certos planè auctores eos non habent apud nonnullos, vt Marcum Epistola ad Athanasium, Felicem I. Epistola ad Benignum, Lucium I. Epist. ad Episcopos Gall. & Hisp. Ex eo igitur Luca loco ad modum propositum accepto, habemus, qua ratione Romanus Pontifex cuius est fratres confirmare, iure dicatur columna Ecclesiarum ac fidei.

*Columna & vertex antiquissimus Theologorum.* S. Dionys. c. 3. hier. Ecclef.

Theologos ibi vocat sanctus Dionysius, præstantes quosque, & in rebus diuinis maximè illuminatos Doctores, quorum *columnam*, appellat sanctum Petrum, quia omnis Doctrina reuelata, firmitatem & stabilitatem obtinet à S. Petri sede. *Antiquissimus* verò eorumdem Theologorum *vertex* appellatur, quia est omnium summus, & primus.

*Consiliarius necessarius Christianorum.* Chrysof. in encomio SS. Petri & Pauli.

Non potuit breuius & plenius exponi necessitas omnibus Christianis iniecta, recurrenti ad Romanum Pontificem in quæstionibus de religione, dubisque de fide ac moribus, vt agnouerunt passim veteres: Optime sanctus Irenæus lib. 3. cap. 3. & Anastasius sancti Maximi discipulus; ipsique sanctus Maximus, adducti à Gennadio cap. 5. pro Concilio Florent. sect. 8. præmiseratque ex sancto Cypriano & ex Instiniani Epistola ad Epiphanium Patriarcham, insignia in hanc sententiam testimonia, quæ hic adscribenda fuissent, nisi obstatet prolixitas. Pulcherrimum præterea in eandem rem testimonium Theodori Studitæ, ex eius Epistola ad Michaëlem Imperatorem, profert idem Gennadius sect. 17. Addebat alia testimonia Pamelius ad Epistolam 55. S. Cypriani num. 90. Vnum luculentum Andronici Græc. Imperatoris, qui floruit anno 1271. ex eius Epistola ad Ioannem XXI. iuuat adducere, descriptum ex antiquo illius Epistolæ exemplari in Bibliotheca Vaticana asseruato, & Latine simul ac Græcè exhibitum ab Eugubino lib. 2. de donatione Constantini pag. 284. [ Hæc Sacrosancta Romana Ecclesia, supremum, absolutumque principatum potestatemque super vniuersam Ecclesiam Catholicam habet: quam quidem potestatem, in seipsa verè & humiliter agnoscit esse, atque accepisse cum plena auctoritate ab ipso Domino in Beato Petro Apostolorum principe ac vertice, cuius Romanus Pontifex est successor: & quemadmodum præter alias Ecclesias habet potestatem de fide iudicandi: sic & si quæ de fide subortæ fuerint quæstiones, huius iudicio dissoluenæ sunt. Ad hanc vnusquisque vexatus pronocare potest, & in omnibus causis, quæ ad examen Ecclesiasticum spectant, ad huius iudicium potest quisque recurrere, & huic omnes Ecclesie sunt subiectæ. ] Hæc præter cætera Andronicus

*Theophili Raynaudi Pontificia.*

Quod si *Consiliarij*, vox sumeretur pro eo, qui *Monitoris & Correptoris* munere fungitur, vt fit apud Sanctum Chrysostomum homil. de ferendis moderatè reprehensionibus, ne sic quidem hic titulus à Romano Pontifice esset alienus. Nam Pontificis est, monere, arguere, increpare quoscunque fideles aberrantes.

Sed quod maximè est expendendum, hic *Consiliarius* dicitur *necessarius*. Id quippè est summo Pontifici peculiare. Verum quidem est, titulum *Consiliarij* ad omnes Antistites pertinere, eosque ex proprio munere esse *Consiliarios* non Reges, vt per pulchrè explicat sanctus Basilius in cap. 1. *Elia*: ad illud, & *Consiliarios tuos sicut ab initio*. Vt ergo detur, non esse incongruum alios in causa fidei adire Antistites, & illis auscultare cum consilium præbuerint, tamen Pontifex Romanus est *Consiliarius* necessarius fidelium, vt habet titulus propositus. Similiter SS. Patres, à Leontio Byzantino libro 1. contra Nestor. & Eutych. in *proæmio allegationis SS. Patrum*, nominantur, *Admirabiles Spiritus sancti Consiliarij*, quia per eos & in eis quasi consulimus Spiritum sanctum, quo sensu olim Propheta dicti sunt, *Consultores*, vt notat Iacobus Bolduc lib. 1. de Ecclesia ante legem capite 5. sed quamuis Vnanimis de aliquo dogmate Sacro Patrum consensus, præbeat indicium traditionis, ob quam res sit fide credenda, tamen nemo Patrum seorsum sumptus, est necessarius Christianorum *Consiliarius*, sicut Christi *Vicarius*. Denique S. Ioannes Euangelista à Zenone Veroneni serm. de Fide, Spe, & Charitate, denominatur *specialis arcanorum Domini consultor*. Sed hoc propriè non sonat *Consiliarium*, qui potius diceretur *consultus*, sed sonat eum qui consultat, & arcana Dei exquirat ac combibit, quod fecit S. Ioannes vrgente Petro in cæna vltima: & dici etiam potest idem præstitisse, cum applicitus vitali mammae, cælestem sapientiam suxit. Pulchrè id habet S. Gregorius in lib. Sacrament. in præfat. ad festum S. Ioannis Euangelistæ his præter cætera de eo Apostolo. [ In cæna mystica sacrosancto conuiuio, super ipsum vita fontem æternum, scilicet pectus recubuit Saluatoris, de quo perenniter manantia cælestis hauriens fluenta doctrinæ, tam profundis ac mysticis Reuelationibus est imbutus, vt omnem transgrediens creaturam, excelsa mente contempseret, & Euangelica voce proferret, quod in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. ] Nec minus concinnè Gregor. Nyssen. hom. 1. in Cæntic. [ Verbi amavit vbera, qui supra pectus Domini in cæna recubuit, & veluti quandam spongiam cor suum apposuit fonti vitæ, & ex ineffabili quadam traditione repletus Christi mysteriis, nobis quoque exhibet mammillam à verbo impletam, nosque implet bonis, quæ ei à fonte sunt indita, magna voce prædicans, quod semper est verbum. ] Hæc omnia ferunt S. Ioannem consulto Deo euasisse insignem filium Tonitruum, siue eximium prædicatorem diuinorum mysteriorum, quæ fuerant abscondita à saculo. Aliud verò est, quod enunciat de Christi *Vicario*, eo titulo *Consiliarij necessarij Christianorum*, qui scilicet in dubijs circa fidem ac religionem, adeundus ex necessitate sit, vt per eum ambigua explicentur, & nodi omnes expediantur.

F 2

Nec

Onomastico  
Pontificii.

Nec tantum à fidelibus consulendus est hic Consiliarius, sed ipse quoque ex munere omnibus vltro consultit. Iuxta illud Petri Cluniacensis ad Innocentium II. lib. 4. epist. 3. [ Spiritus consilij qui spirat ubi vult, qui per vos Ecclesia suae per totum orbem diffusae assidue consultit, &c. ] Ipse è contrario, neminem ex necessitate consultit quoad doctrinam fidei. Nam etsi cum aliquid magni momenti statuendum est, tenetur adhibere viros prudentes & peritos in consilium; tamen si non adhibeat, & ipse solus aliquid ad fidei doctrinam pertinens proponat, animo obligandi fideles ad sic credendum, eius resolutio tenet. Vnde ceteri respectu eius non sunt Consiliarij necessarii quoad praedicta. Quod addo, quia de rebus temporalibus, & negotiis saeculi alia est ratio. Et de his rebus accipiendum est, quod Ioannes VIII. Epist. 87. scripsit ad Ludouicum Balbum Caroli Calui filium. [ Te quoque Charissime fili, autoritate sancti Spiritus Dei nostri, ad vicem genitoris vestri Domini Caroli perpetui Imperatoris Augusti, à secretis constituto meum Conciliarium; qui vt dici solet, pars animae meae fuit. Et quaeque agenda sunt, cogit, aduanaque concilium, quia in fonte tui cordis primum intrinsecus Calamus, deinde manus nostra formabit characteris apices. ]

*Consortium indiuiduae veritatis.* S. Leo Epist. 89.

Vt intelligatur quo insignis hic Pontificis titulus pertineat, representandus est locus sancti Leonis à quo cum titulum habemus. Sic igitur loquitur. [ Ita Dominus noster Iesus Christus humani generis Saluator instituit, vt veritas quae antea Legis & Prophetarum praecentio continebatur, per Apostolicam tubam, in salutem vniuersitatis excitet, sicut scriptum est, *In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terra, verba eorum.* Sed huius muneris sacramentum, ita Dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, vt in beatissimo Petro, Apostolorum omnium summo, principaliter collocaret; vt ab ipso quasi quodam capite, dona sua velut in corpus omne diffunderet: vt exortem se mysterij intelligeret esse diuini qui ausus fuisset à Petri soliditate recedere. Hunc enim in consortium indiuiduae veritatis assumptum, id quod ipse erat, voluit nominari, dicendo, *Tu es Petrus, & super hanc Petram aedificabo Ecclesiam meam, vt aeterni templi aedificatio, mirabili munere gratiae Dei, in Petri soliditate consisteret; hac Ecclesiam suam firmitate corroborans, vt illam nec humana temeritas posset appetere, nec portae contra illam, inferi praenalerent. ] Vides sanctum Petrum quatenus Ecclesiae caput, atque adeo quemlibet eius successorem, dici à Christo assumptum in consortium indiuiduae veritatis. Corrupte vt Vitacherus controu. 4. de Pōtif. q. 2. sect. 6. Andreas Riuetus l. 4. Critici sacri c. 22. legunt, *Indiuidua Trinitatis.* (quae locutio nullum idoneum sensum faceret;) & vterque admodum petulantur ob haec verba concitatur in sanctum Leonem: sed insanè & per quam indignè. Sensus enim sancti Leonis optimus est; hic nimirum. Voluisse Christum praeter alia nomina quae suis coluit esse participatione communia, Petri & successoribus communicare nomen *Capitis Ecclesiae*: vt sicut ipse est caput supremum*

sed inuisibile nobis à quo deflunt ad membra omnes subministrationes spiritus vitae, & omnes benedictiones spirituales in caelestibus; ita per Petrum caput subalternum atque visibile omnis sacra iurisdicctio, & certae doctrinae fidei communicatio diffundatur per corpus mysticum Christi quod est Ecclesia. Quid huius vnguenti suauitatem muscae morientis Vitacherus atque Riuetus, putidis suis maledictis in Pontificem omni encomio superiorem, exterminare tentat?

*Coryphaeus sacri sodalitiij.* Idor. Pelus. lib. 1. epist. 142. & epist. 58.

Coryphaeum idem esse quod caput, intelligitur ex illis verbis Paulinae in Corinth. [ Supra theatrum, templum est Iouis, quem Capitolinum Romana voce, Graeca lingua Coryphaeum rectè appellaris. ]

*Crepido & Petra Catholica Ecclesia.* Concil. Chalcedon. Actio. 1.

*Crepido immobilis, Petra infragilis, magnus Apostolus.* S. Chrysol. homil. 9. de poenit.

Crepido confessionis Christi immobile fidei fundamentum, totius corporis Ecclesiae caput, fidei pietatisque signifer, & generis humani columna. S. Augustinus serm. 124. de temp.

Quid sit S. Petrum pro vt caput Ecclesiae (atque adeo etiam successores Pontifices) esse crepidinem confessionis Christi (nam caetera, clara sunt) manifestum erit si perspicatur notio vocis *crepido*. Ea ergo voce interdum designatur abruptum saxum praetatum; vt in eo versu libri 10.

*Fortè ratis Celsi coniuicta crepidine saxi  
Expositis Stabac scalis, & ponte parato.*

Alias *crepido* sonat molem obiectam fluctibus, aut ictui fluij, quam notionem ferunt illa Columellae lib. 9. [ Praeciuntur in gyrum moles; hic enim maris atrocitas, obiectu crepidinis frangitur, & in tranquillo consistens piscis, sedibus suis non exturbatur. ] Igitur, dicere Pontificem esse crepidinem confessionis Christi, perinde est ac dicere, & tanquam rupi vel moli summissimae innitendum esse credendo, quippe regulae vitae fidei nostrae, cui quisquis in fide adhæret non emouetur fluctibus dubitationum, nec periclitatur à stabris haereseon.

*Curator Vicarius omnium Christi.* S. Fulgentius nouo serm. 57.

Locus est perelegans, quo S. Fulgent. sic inducit Christum cum S. Petro agentem in provinciu conferendi ei Pontificatum. [ Et tu ouis eras, & es. Praeficio te ouili Pastorem; dimitto te ouibus meis Vicarium Curatorem. Pasce oues meas. Ante pascuam plantat, & sic oues Petro commendat. Plantauit pascuam in ligno viuenti, in cruce non marcescenti. Plantauit vulnerata germina, aperuit pro fonte sanguinem, iundè verò fontem crucem. Ecce habes campum pratorum; passionem vulnerum ac cicatricum, & pro meorum agnorum sollicitudine pusillorum; deduc eos ad pascuam, ad passionem meam. Doce carpere germina, credere vulnera mea. Doce carpere fragrantissimas Rosas; cicatrices in sole Iustitiae patefactas. Ibi oues meae diuersa professione clarescant, vt hac sollicita pascuam, à me redempta non violeatur, Ecclesia. Commendat secundo & tertio, ad caelos sedens in proprio throno. Interpellemus eum, nec Petrus tacet, Legatus, Pastor, Vicarius. ]

Curat.

*Curus & auriga, Spiritus Israelis.* Anast. praefatione in vitam sancti Ioannis Eleemos.

*Custos ante atherae.* Arator lib. in Acta. ferè in fine.

*Custos totius ouilis Sanctae Ecclesiae.* Petrus Dam. serm. 30.

*Custos vineae à Salvatore ipso deputatus.* Concil. Chalced. in fine, & Actio. 3. in Relatione Synodica ad S. Leonem.

Allusio est ad illud. *Posuerunt me custodem in vineis.* Quod de Christo principaliter dictum, accommodari proportionem potest ad Ecclesiae excubitorum, Romanum Pontificem, eo praesertim modo quem de Christo expressit S. Cyprianus in calce libri de montibus Sinae & Sion, quem iuuat adducere. [ Nos sumus vitis vera, quae est vinea Dominica, & Christus custos vineae suae, dicente Salomone, *posuerunt me custodem in vinea.* Iouenimus verò in conuersione huius mundi, in similitudinem spiritalem figuratiter esse vineam, habentem Dominum, & possessorem tuum. Tempore verò maturo, propè dies vindemiae positum in vineam Custodem puerum in alto ligno media vineas confixo; & in eo ligno faciunt speculum quadratum, de arundinibus quassatis, & per singula latera quadraturae speculi, faciunt cauernas ternas, quae faciunt cauernas duodecim: per quam quadraturam cauernarum, custos puer omnem vineam perspicens custodiat, cantans, ne viator ingrediens, vineam Dominicam sibi assignatam vexet, vel fures vnam vineam conculcent. Quod si importunus fur egens, in vineam voluerit introire, & vnam demere, illic puer sollicitus de vinea sua, deintus de specula, dat vocem maledicens & comminans, ne, in vineam viator fur audeat accedere, dicens, *rectum ambula.* Fur autem timens vocens pueri sibi comminantis, refugit de vinea; speculum videt, & timens post viam suam vadit. Hac conuersatio saecularis; similiter gratia spiritalis. Ita est enim & in populo Deifico, sicut in vinea terrena. ]

*Custos vineae & fidei Christianae.* S. Ansel. lib. de Incarnat. Verbi cap. 1.

*Custos fidei.* Petrus Chrysol. serm. 107. Concil. Ephes. tom. 2. cap. 15.

Quid sit Romanum Pontificem esse *custodem fidei*, optimè his verbis expressit S. Martinus I. Epist. 11. quae est ad Ecclesiam Hierosolymitanam & Antiochenam. [ Scire vos volo fratres, de rebus praesentibus, id est de furibus, qui de temporibus nostris insurrexerunt contra orthodoxam fidem; nempe Theodoro qui fuit Episcopus Pharam & Cyro qui Alexandriae, & Sergio qui Constantinopolis, & eius successoribus Pyrrho & Paulo; quod hi per propriam haeresim valde moliti sunt perfodere, & thesauros sine dogmata Ecclesiae expilare. Nos verò, id est huius Apostolicae sedis Pontifices, ad custodiam domus peruigiles, iuxta praecceptum Domini, non permittimus eos hanc effodere, vel fidei furtipere thesaurum; sed ipsos catenis impiae eorum & adulterinae doctrinae constringentes, accurata demonstratione & examinatione eorum, quae ab ipsis contra integritatem Christianae fidei scripta sunt, tum ipsos, tum ea quae impie docuerunt, igne canonicae sententiae veluti mala

zizania exurentes, Synodaliter condemnauimus, vbiq; omnibus eorum haeresim publicè Pontificium. ]

*Custos & Praeful caelestium claustrorum.* sanctus Gregorius in Sacramentario, Praefat. de Cathedra S. Petri.

Caelestia claustra nihil aliud sunt, quam Ecclesia retinens fidem puram & in fermentatam, ac Virginem (vt sic dicam) Inviolatam & integram. Munus autem primum Pontificis Romani est, satagere vt depositum paternum, hoc est fides à SS. Apostolis in praedices depositorium Ecclesiae Romanae illata (vt S. Irenaeus loquitur lib. 3. contra haeres. cap. 4.) & Praesulum eiusdem Ecclesiae studio & curae commissa, seruetur libera ab omni errore. Munus hoc suum expleuisse plenè ac diligenter Romanos Pontifices, monstrare licet verbis Gennadij cap. 5. pro Concil. Florentino sect. 16. qui sic loquitur. [ Romae, fidei clauces Christus apud Petrum Apostolum deposuit, vt Ecclesiam totam pasceret, atque gubernaret. Nec apud illum tantum, sed etiam apud eius successores, ipsi dicens, & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos: quae quidem non soli Petro contigerunt, sed & eius successoribus. Nam Silvester magnus, Papa Romanus, post baptismum Constantini, Arij haeresim aboleuit, & in eadem vrbe Liberius ac Iulius Athanasium confirmarunt, & Alexandriam remiserunt, cum ab Arianis persecutionem pateretur; Damasus Papa, Eunomij haeresim, & Macedonij Constantinopolitani Patriarchae, funditus sustulit. Diuus Caecilius impij Nestorij Constantinopolitani Patriarchae haeresim, per Cyrillum Theoponum deleuit. Leo Sanctissimus, sacrilegum Eutychis & Dioscori haeresim damnauit. Martinus & Agathon Monothelitarum sceleratam haeresim, verbo & operibus sustulerunt. Gregorius Dialogus, Impietatem eorum, qui imagines oppugnabant, anathemati subiecit. Deinde post inobedientiam & schisma, Nicolaus I. ipsemet Constantinopolim profectus est, Photij tempore, vt tolleret & schisma: quem cum non recepissent, excommunicationi ab eo suppositi sunt. Post hunc, summi Pontifices per temporum vices non destituerunt rescribere, & hortari Graecos ad Ecclesiae conuersionem. ] Hac ad suos Graecos, verè ac fidenter Gennadius, additque de caeterum deinceps Romanorum Pontificum studijs, sin conseruanda & instauranda apud Graecos fide Catholica; quibus se studijs claustrorum Ecclesiae ac fidei, veros custodes à Christo constitutos comprobauerunt.

*Custos animarum nostrarum, totius Ecclesiae adhuc in terris peregrinantis; hoc est unica Columba inter cornu gementis Praeful.* Petrus Cluniac. lib. 4. Epist. 18.

*Custos sponsae Domini.* S. Bernard Epist. 49. & 161.

*Custos sedis Apostolorum Petri & Pauli.* Gabriel Archiepiscopus Nefas compellans Romanum Pontificem, in calce Synodi Chalcedonorum.

D

**D**epositor prophanarum haereseon. Sergius Cyprius in Concil. Lateranen. Sub Martino F 3 I. com



*Onomasticon Pontificii.* I. consult. 1. Synodus Alexandrina ad Felicem.

Quod Prosper carm. de ingratis de Pelagiana heresi scribit, Primum à sede Petri fuisse resecam, hoc de omnibus propè heresibus dicere liceat; eaque ratione, heresum depositor audire debet Romanus Pontifex. Sanctus Cyrillus in eadem planè fuit sententia scribens ad sanctum Cælestinum I. Ex quibus literis fragmentum istud repræsentat Artobius iunior confligens cum Scrapione lib. 2. [Apostolica recordationis vir S. Cyrillus, Ecclesia Alexandrinæ Episcopus, cum cognouisset Nestorianum dogma contrarium fidei pullulare, scripsit per totam Ægyptum, & ad S. Cælestinum Apostolicæ sedis Antistitem misit, dicens; ad laudem suam pertinere, si ab eo qui Pontificatus arcem tenebat, fuisset aliquid emendatum.] Id ipsum & cum extensione omnino illustri, fert annotatus locus Synodi Alexandrinæ, cui S. Athanasius interfuit, & Ægypti, ac Thebaidis, & Lybiæ Episcopi. Sic enim ea Synodus affatur Felicem. *Tu prophetarum heresum, & imperitorum, atque omnium infestantium depositor, & Princeps, & Doctor, caputque omnium, orthodoxæ doctrinæ, immaculate fidei existis.* Magna planè Romani Pontificis gloria, quod eius, quippe totius Ecclesiæ principis, sit, omnes hereticos, omnes sanæ doctrinæ imperitores, omnes innoxiorum oppressores, fidem ac innocentiam tegendo & communiendo, coercere.

*Deputatus excubis Ecclesiarum.* Iuo serm. de Cathedra S. Petri.

*Deus in terris.* Bald. cap. de sent. rescind. adductus & approbatus à Felino cap. *Ego N.* de consec. & à Decio in cap. 1. de constitut. nec non à Glossa in procem. Clement. & ab aliis apud Philippum Probum in additionibus ad Ioannem Monachum in Prologo sexti Decretal. num. 54. & à Troilo Malueto lib. de Canonis. SS. dub. 2. num. 12.

Ringitur ad hunc Pontificis titulum, Franciscus Hotomanus, Sectarius lib. contra Bullam Sixti V. cap. 4. allegans eum ex cap. *inter corporalia*, de translat. Episcop. sed est falsa allegatio pro more Sectariorum; verba Baldi ex abjectissimo opere civili affingens contextui Iuris Canonici, deprompto ex rescripto Innocentij III. Unde quamvis titulos Romani Pontificis, non nisi ex Patribus Concilijve decerpentes hinc susceperimus, tamen quia titulus de quo agitur, tanquam Innocentij iactatus est, eum huc adduximus, ut monstraremus, nihil ei titulo subesse, quod iure reprehendi possit; imò optimum sensum continere, quantumque tragice exclamet Leguleius, non iam Christianus, sed Hotomanicus. Nemo enim Catholicorum unquam cogitavit, de diuinitate arroganda Romano Pontifici, ut impie calumniatur aduersarius, corradens in eam rem bene multa, non iam que id conatos Pontificios probent, sed que illam strenuè ac calumniosè impire conuincant. Sicut etiam nemo unquam, Catholicus cogitavit, vel in disputationem adduxit, quod à Theologis disputari ait Erasmus 1. Timot. 1. ad illud, *in Domino loquumur*, propè pudet referre, quod Erasmus non puduit Theologis affingere: *Utrum Papa, simplex homo sit, an quasi Deus, an participet utranque naturam cum*

*Christo.* Et idipsum est, quod in Epistola, sancti Hilarij operibus præfixa, baccharur contra nouum (vrait) commentum *Quæritur* in his, qui nihil aliud sunt quam homines, appposito ad marginem hoc lemma, *De præfate Romani Pontificis.* Apage spiritum blaterentem, & infamen effro ntemque calumniatorem. Quis unquam Theologorum, aut Catholicorum, de hoc disceptauit? Dicam cum sancto Basilio lib. de Spir. sanct. cap. 17. [Ob nimiam istorum absurditatem, videmur oratione destitui, nec habere quibus verbis illorum stultitiã reprehendamus; adeo ut mihi videantur, etiam propter auertiam, aliquid lucrifacere. Quemadmodum in corpora mollia cedentiaque, non possis egregiam plagam impingere, eo quod oblitere contraque niti non queant, ita eos qui palam insanunt, non possis forti validaque redargutione percellere. Superest igitur ut abominandam illorum impietatem silentio prætereamus.]

Nobis certissimum est, Pontificem Romanum, ita esse primum hominem, ut tamen in terris sit Dei Vicarius; & ceterus dicitur *Deus in terris*, nempe representatiuè; & quia diuinas veritates nobis authenticè proponit, ac infallibilitates deducit ex reuelatis; habetque Dei assententiam ne errare possit, docens ut Pontifex, siue ex cathedra, quod est aliquando esse Dei os respectu fidelium. Eius denique sententia in terris, præiudicium est diuinæ sententiæ, ut dixit S. Hilarius, Canon. 16. in Matth. Non plus voluerunt transperiti allegati, & Card. Paris. cons. 63. num. 162. volum. 4. cum dixit. [Papa est quoddam numè, & quasi visibilem quendam Deum præ se ferens.] Fauetque Gregorius II. Epist. 1. ad Leonem Imperatorem, *in fine*, cum dixit sanctum Petrum in omnibus regnis Occidentis, haberi ut Deum terrestrem; quod de sancto Petro, formaliter ut Pontifice dictum, cadit æquè in omnes successores, & eo sensu, tributum Romano cuius pontifici titulum Dei in terris, contra Vicefissi lactatus propugnat Valdens. l. 2. doct. cap. 50. num. 8.

Sed ut Hotomanicus hosce erabrones fortius commoueam, placet subnectere locum Clementis Romani, ex 2. Constit. cap. 26. quo vniuersè de quouis Episcopo, (necum de Episcoporum Episcopo) ita pronunciat. [Qui Episcopus est, hic est minister verbi, scientiæ custos; mediator Dei, & vestrum in iis, quæ ad eum colendum pertinent. Hic est magister pietatis, ac religionis. Hic est secundum Deum pater vester, qui vos per aquam & Spiritum, in adoptionem regenerauit. Hic Princeps & dux vester, hic vester Rex & præfatus. Hic post Deum, terrenus Deus, qui honore vestro sui debet. De his enim, & similibus aiebat Deus, *Ego dixi, Dixistis, & filij altissimi omnes.* Et *Diis populi tui non detrahes.* Episcopus igitur vobis præstet, ut dignitate Dei honestatus, qua ceterum sub potestate sua tenet, & toti populo præest.]

*Deus Pharaonis.* Petrus Blef. Epist. 144.

Alludit ad illud Dei ad Moysen. Exod. 5. *Ece constitui te, Deum Pharaonis.* Quod de Moysè dictum est, quia potenter domiturus erat Pharaonem, in manu potentis & brachio excelso. Similiter enim Romanus Pontifex dicitur Deus Pharaonis, quia in promptu habet viciis omnem

nem inobedientiam: quod ut præstaret in filij sui captiui causa, vrgebat Aleonora Anglorum Regina, cuius nomine ea Epistola cum duabus sequentibus à Blefensi exarata est. Hanc esse mentem Blefensis in illius tituli delatione, perspicuum est ex eo quod S. Bernardus lib. 4. de consid. c. 7. adhortans Eugenium, eique proponens qualis esse deberet, monet postremo, oportere ut sit Deus Pharaonis, & quasi hoc interpretans, addit. [Intellige que dico; dabit tibi Dominus Intellectum; ubi malitiæ potentia iuncta est, aliquid tibi supra hominem præsumendum. Vultus tuus superficialiter mala. Timeat spiritum iræ tuæ, qui homines non vertit, gladium non formidat. Timeat orationem, qui admonitionem contempnit. Cui irascetur tu, Deum sibi iratum, non hominem putet; Qui te non audierit, auditurum Deum, & contra se paleat.] Planè se Deum Pharaonis exhibuit primis illis Christianis sæculis sanctus Fabianus Papa, Philippum Impeatorem multans, non secus ac fidelem quempiam è plebe. Non dissimile peccatoris robur, contra Arcadium & Eudoxium Augustam, prodidit in causa sancti Chrysostomi impie vexati, sanctus Innocentius I. Aequè verò Deum Pharaonis se præstitit Symmachus, fortiter oblitens Anastasio Imperatori, & Nicolaus primus confundens Michaëlem item Imperatorem, ac Gregorius VII. aduersus varios magnos, qui erant in terra ut in eius registro videre est. Esse porò id proprium Romani Pontificis, agere pro Deo confidenter, nec vilius faciem respicere, contestatur Agato Papa, Epistola priuata ad Imperatores in sexta Synodo.

Præiit omnibus successoribus suis in contumendo Pharaone mystico sanctus Petrus. Nam cum Simon Magus alter populi Dei Pharaon, peragenda ac veluti in ortu sunt suffocanda nascenti Christianæ fidei à Satana submissus esset, & omni arte maligna potentiaque de Tartaro suppeditata instructus affuit illico prouisus à Deo Christianæ Fidei defensor, & inimicæ virtutis vitor sanctus Petrus, qui ut in actis Apostolorum c. 8. traditur nefarium illum Samaritæ primùm profligauit in felle iniquitatis deprehensum. Deinde ut est apud Clementem l. constitut. cap. 8. Casareæ cum eo congressus, tertio illum deuicuit. Profugum verò Romam insecutus est, & tamen in urbium capite pro Deo habitum, & fauore nequissimi Principum omnium subnixum, fregit disputationibus primùm; tum præstigijs eius oratione discussis, volare agressem deiecit, & in amplissimo spectatorem confessu ad terram allisum, tanto pudore perfudit, ut Aritiam abductus, vitam non ferens tantis propudijs oneratum, sibi ipse manus intulerit, ut scribit Arnobius l. 2. contra gent. Quod verò aliqui casum & attritionem Simonis per sanctum Petrum demoniaci volatus interuertorem annumerant fabulis, ne illi parum sapiunt, cum sit narratio constantissimè à varijs antiquis propostita; quos inter Clementis loco annotato Egesippus l. 3. de excid. Hieros. cap. 1. Epiphanius l. 21. Philastrius l. de heres. c. 13. Augustinus ad quod vult Deum hær. 1. Theodoretus l. 1. heretic. fabul. Et qui Petri simul ac Pauli orationibus eam deiectionem tribuit Cyrillus

Hierosol. Catech. 6. suffragante prospero in di. midio temp. c. 13. & seuro l. 2. sacrae historia. Est ergo quod demiremur insignem Dei prouidentiam, quæ contra Simonem Diaboli organum primarium, prouidit Simonem Christi sui primùm vicarium, & per eum immanem populo Dei persecutorem Pharaonis typici germanum, prostravit atque euertit.

*Dignitas Romana Ciuitatis.* Theod. & Valentini. in Nouella de ordinat. Episcopor. Sic nominantes, sanctum Leonem proxt Pontificem.

*Dignitas facta toto orbe venerabilis, dum illi quicquid fidelium est, ubique submititur, dum totius corporis caput esse designatur, de qua videtur dictum per Prophetam; si hæc humiliatur, ad cuius confugietis auxilium? & ubi relinquetis gloriam vestram?* Ennodius in Apologetico.

Agit de dignitate Romani Pontificatus. *Faustum dignitatis & celsitudinem honoris, cum pari iunctam periculo, vocat sanctus Bernardus Epist. 237.* Allegatio autem Prophetæ adhibita est quoque à Ioanne VIII. Epist. 21. quæ est ad Carolum Caluum. [Cogitare (inquit) Dei cultor semper Auguste à Porpheta (Isaia 10.) præmoniti, si hæc humiliatur, ad cuius confugietis auxilium, vel ubi relinquetis gloriam vestram? Perpendite, quia si hæc humiliatur, non solum gloria imperij vestri periclitabitur, sed & ipsa profectò Christianæ religionis cultura, maxima ex parte peribit.] Rationem reddit Epist. 32. quæ est ad eundem Carolum, *sub fine.*

*Dignitatis inexplicabilis, cuius inuidia ractus Lucifer ambiuit sedem in lateribus Aquilonis.* Lucas Tudenis lib. 2. contra Albigenes c. 12.

Elogiolum est dignitatis Pontificiæ, quod verbis Luca Tudenis explicandum est. Disputat ille in hanc rem paulò fufius, huc aptans illud Pfaltis, *Mons Sion latera Aquilonis, ciuitas Regis magni*, occasione illius plagæ orbis terrarum, ad quam Christus pendens in cruce obuertus est. [Christus (inquit) faciem versus occidentalem plagam tenuit, contra quam caput etiam inclinavit, quando Spiritum emisit. Hic sumus sacerdos & verè Pontifex oblatione sui corporis & Spiritus, & respectione cruoris facti consecrauit mundum, & præ cæteris partibus, occidentem regionem: qui ligandi & soluedi, Romano Pontifici in occiduo hemisphærio consistenti, præ cunctis mundi Prælati contulit excellentiam in plenitudine potestatis. Hanc inexplicabilem dignitatem, Diabolus (ut videtur) præiuderat, cum sedem suam in lateribus Aquilonis ponere cupiebat, ut Altissimo similis fieret, exercendo diræ Tyrannidis in hominibus principatum, qui primatum gerebat, inter omnes ordines Angelorum. Sed multa turgidus superbia cecidit, quia se contra Deum erexit, Dominium superbiens vsurpare, quod Creator suo dominatui reseruauit. Audiant & tabescant, qui superbè nituntur hominibus dominari. Deus superbiens Angelis non perierit, sed eorum multitudinem, atrocioribus flammis suo iudicio reseruauit perpetuè cruciandam. Et quomodo parcat homini in contumacia superbiæ persistenti, qui est vermis & cinis? Fraudatus est à suo desiderio inimicus, licet arte malitiæ suæ seduxerit hominem, & orbem sibi fraude nequitia subingauerit vniuersum.

*Onomasticum Pontificium.*

uersum. In monte Testamenti, in lateribus Aquilonis, à concepta malitia desistens minime post ruinam; quia in sancta Vrbe Romana, quæ sita est in lateribus Aquilonis ante aduentum Christi, sacrilegis cultibus & nequitia legibus super orbem vniuersum exercuit principatum. Dominus autem noster Iesus Christus, qui præliaturus contra malignum Principem, Crucem ascenderat, & sanctam sibi in lateribus Aquilonis, & occiduo climate præelegerat urbem, contra occidentem capite inclinato spiritum tradidit, vt seruum de potestate dæmonum erueret fugitiuum, qui suggestione Diaboli à iustitiæ recesserat sole: & plus gelidus mente quàm corpore, captus tenebris ignorantia, in Aquilone vel Occasu culturæ dæmonum, se à facie sui absconderat Creatoris. Insecutus est Dominus inimicum immiissione sui spiritus, & eo à throno sanctæ vrbis expulso atque deiecto, vniuersa arma, in quibus confidebat abstulit; & sacerdotis sui atque imperij in ea solum confirmavit. Apertum est præterea versùs illud clima sanctissimum latus eius, de quo exiuit sanguis & aqua. Emisit Dominus spiritum, vt seruum nostrum à peccatorum occiduo suscitaret: produxit sanguinem vt congelatum torpore Aquilonis calefaceret: dedit aquam vt ablueret sordidum, qui computruerat in stercore vitiorum. Dextram contra Aquilonem tenuit, quia virtute sua infidelitatis, odij, auaritiæ, accidiæ, & superbiz principem debellauit; in lateribus Aquilonis, in occidua Regione; situ tamen calenti sita est Roma, mater cunctarum Urbium, & Regina, vt in se flagret per charitatis flammam, frigidus calefaciat sanctitatis exemplo & bona fama; quæ & ignorantes illuminet per diuinam scientiam. Hæc est insignis Regina illa, quæ assistit à dextris filij Dei, non solum dignitate, sed etiam situ pendens in Cruce, in vestitu deaurato circumdata varietate, dum splendorem excellentissimæ potestatis, diuersitate cunctarum gentium, ad salutem æternam pertinentium, varietate linguarum Romanus Antistites, summus princeps & Pontifex, fideliter & deuotissime prædicatur. Romanum dico Pontificem, imò corde credo & ore profiteor, totius orbis animarum & corporum, illum esse post Deum principem & pastorem, quorundam sapientum fideli assertione. Hæc est ad literam illa ciuitas regis magni, ciuitas Dei nostri, in qua magnitudinem suam specialiter Dominus ostendit, incomprehensibilem & laudabilem nimis; & in qua excellenter supereminet cunctis fidelibus Christiani cultus, prælatio dignitatis. Hæc mons testamenti, siue mons sanctus, rectè dicitur, quia in morte sua statuit Dominus Romano Pontifici summæ excellentiæ, dignitatis, pacis & gloriæ testamentum, & principem fecit illum, vt sit illi semper super cunctos Ecclesiæ rectores Sacerdotij dignitas in æternum. Ad hanc urbem sacratissimam conseruandam, & de idolorum spurcitia emundandam, de diuersis mundi partibus Dominus post resurrectionem sui sanguinis sacratissimam, qua vniuersus orbis est consecratus, innumerabiles conuocauit sanctissimos Sacerdotes, vt quilibet patria haberet Romæ, quo illi cultum deuotionis,

etiam quasi naturaliter exhiberet. Dedit itaque Iudæa Apostolorum Principem Petrum. Dedit Cilicia Doctorem gentium Paulum. Dedit Hispania Sanctissimum Leuitam Laurentium, quorum sanguine sanctificauit; & corporibus Urbem desiderabilem decorauit. De omnibus etiam aliis regionibus innumerabiles mundus dedit Martyres, & protulit Confessores, quorum effusione sanguinis, doctrina sacra, quiete corporum, alma Ciuitas consecratur. In tantum illam sanctificauit Dominus, vt quicunque ad eam catholicè de malis perpetratis venisset emendandus, ipsius Pontificis ministerio, qui est specialissimus Vicarius Dei, & loco ac dignitate successor Apostolorum Principis Petri, remissionem percipiat peccatorum, & etiam sanctitatis gratiam conseruatur. Temporibus primis (vt superius prælibauit) Princeps malignorum spirituum ad suæ vesaniae cultum nefandissimum ampliandum, quæque meliora de cunctis gentibus, gemmarum, auri, argenti, marmorum, & cunctorum insignium spolia congregauit. Fortior autem illo superueniens Dei filius, sanctis Apostolis & Martyribus super distribuit vniuersa. Etenim quæcunque erant ad cultum idolorum, omnia cedunt in honorem, & obsequium Sanctarum Ecclesiarum. Theaurizabat Diabolus, & ignorabat cui congregabat ea. Nimirum ipse congregauit effectum, qui multis laboribus & expensis, coegit suos satellites congregare. Dominus congregans affectus, quia ipse elicit de malis bona, cuius voluntati seruunt reprobi, etiam repugnantes. Diuino nutui seruiebat Diabolus, ignarus, sibi æstimans perperam retinere, quæ Iesu Christi famulari parabantur. Deceptus est suis machinamentis deceptor, quia de illius & suorum laboribus, Dei filius sibi thronum gloriæ decorauit. Inde est, quod prærogatiua specialis priuilegij gaudet occiduum clima, eo quod in se cunctarum Urbium & dignitatum continet matrem, per quam exuberat abundantius bonis cælestium mandatorum. Hactenus eo loco Tudenfis. Qui quod supponit, sinistram in Christi latus fuisse compunctum, stipulatorem habet Suarem, quamquam refragatur Tornellus, anno Christi vltimo, & Angelomus, 2. Regum 6. ac Cabasilas in exposit. In turgia cap. 8. Quod verò insuper ait Tudenfis, principatum Romani Pontificis ex quorundam Doctorem sententia, in corpora & animas omnium vniuersi orbis mortalium diffundi, tamen fallum est, nec nisi à quibusdam Iurisperitis assertum, tamen eius pronuntiatu falsitas nihil incommodat elogio proposito.

*Discipulus Crucis, & successor Piscatoris. S. Hieronymus Epist. 57.*

Vt quid Romanum Antistitem, *Crucis discipulum*, appellat? An quia sicut Ioannes, dilectissimus discipulus, hæsit cum Christo suffixo cruci, ibique matrem accepit à Christo in sua; ita quilibet successor S. Petri, non debet esse discipulus Christi ad mensam tantum, vt multi Christiani vsu venit; sed etiam ad crucem; vt dignus sit, cui Ecclesia quæ Deiparæ ex multis capitibus est proportionalis, securè committatur? Christi discipulum ex Pontificio munere Eugenium dixit, necessariumque eius aduersus impios quosque zelum, inde præclare intulit S. Bernard.

S. Bernard. lib. 1. de consid. cap. 11. sed & Synodus Romana acclamauit Nicolaum I. *Discipulum Christi*, vt Anastasius in Nicolao I. prodidit.

Vir Clar. Andreas fauillayus. 1. de pedum Romani Pontificis deosculat. c. 4. ad huius Pontificij tituli illustrationem considerat, summus Pontifex præferre crucem toto habitu; in mitra, in pallio, in calula, in stola, in dalmatica in sandaliis & compagiis. Hoc enim charitatis Christi erga Deum, & homines memoriale, obuersari perpetuò oculis Vicarij Christi, est consentaneum; vt & plura faciat animas Christi crucis sanctificatas, & eius imitatione excitetur ad nihil refugiendum in Dei causa, ac ne crucem quidem & noctem, si bonum animarum, & De gloria id ferret.

*Doctores Apostolorum.* Chrylost. in Encomio SS. Petri, & Pauli.

Videtur hoc dictum de sola S. Petri persona. Per eum enim doctos fuisse Apostolos reliquos, siue substituendus Iudæ Mathias, siue admittende gentes ad Ecclesiam, siue de iisdem onere legalium non grauidis, ageretur; constat ex Apostolica historia. Nihilominus extendi quoque potest is titulus ad alios Pontifices, quia fuerunt Doctores eorum, qui in unum Apostolicum prædicandi, & Euangelizandi obierunt suo tempore, vt S. Gregorius Augustini Dorouernensis, & sociorum, Zacharias Bonifacii, alij aliorum, qui eos sæpe interrogationibus, & quæstionibus pulsasse comperiantur.

*Doctores Ecclesiæ, fidei Petra, regni clauis habens.* Hippolitus orat. de mundi consummat. Abbo Floriac. ad Gregorium Papam, & est in vita S. Abbonis c. 12.

*Doctores Sanctissimi.* Victor Carthag. ad Theodorum Papam secret. 2. Concil. Lateran. sub S. Martino I.

*Doctores supremi orbis terrarum.* S. Damascenus in histor. Barlaam cap. 11. iuxta Græcum Codicem à Hieronymo Donato exhibitum in Apologetico de Romana sedis principatu.

An hoc etiam voluit Moschorum Princeps quem Sigismundus Baro Heberstæus in Commentariis Moscouiticis testatur, non alio quàm Doctores nomine donare Romanum Pontificem? sic ille pag. mibi 17. An profecerunt ex S. Chrylostomo, quem impensè venerant. Sanè S. Chrylostomus collaudans Magnum Ignatium, ex eo illum extollit, quod Antiochenam Ecclesiam rexerit, constitutam in ciuitate maxima, & admodum populosa, cum contineret hominum ducenta millia. Addit verò. [Quamquam & præcipua Deo huiusce ciuitatis cura fuit; id quod, & re ipsa planè declarauit. Siquidem illi totius orbis terrarum Doctorem præfecit Petrum, cui clauis cælorum dedit, cuius arbitrio, & potestati cuncta permisit. Hunc ibi longo tempore iussit commemorari. Quamobrem vniuerso orbi, ex altera parte respondet ciuitas nostra.] Hæc manifestè cadunt in S. Petrum pro vt Pontificem, atque adeò æquè atque attendunt ad omnes successores. Non est omittendus aureus locus ex Gregorij Nysseni Encomio in SS. Petrum & Paulum, quod Greflerus ex Viennensi Bibliotheca edidit. Ibi Nyssenus, post celebratam S. Petri alacritatem in Christi obsequio, necnon docilitatem summam ad Christi doctrinam, & constantiam in perfectionibus pro Ma-

*Theophilis Raynaldi Pontificia.*

gistro amantissimo; Subdit consequenter. *Onomasticum Pontificium.* Propter quæ, hoc etiam honore super omnes alios affectus est. Nam quibus Principibus non est venerabilior, quibus Regibus non augustior? Solus quem sciamus, loco Christi, & Christo, Pator & DOCTOR OMNIUM GENTIUM VBIQUE TERRARVM, constitutus est; Quam dignitatem in perpetuum seruat. Quomodo in perpetuum seruat? Num B. Petrus nunc in cælo, vbi omnes sunt docti à Domino doctrinam qualem viuens omnibus gentibus subministrabat, pergit subministrare? Non ita. Sed in perpetuum, id est vsque ad mundi, & militantis Ecclesiæ finem, B. Petrus dignitatem Doctoris omnium gentium seruat, in successoribus suis Christi Vicariis. Eodem nomine *vniversalis Doctoris Ecclesiæ*, Romanum Pontificem donat, Andreas Abbas Syrus, Vicarius Ioannis Patriarchæ Hierosolymitani, apud Sanderum l. 7. visib. Maur. num. 1121.

*Domina mundi, vniversitati constituta; vindex in iram, iudex in misericordiam.* S. Bernard. Epist. 168. agens de Romana Ecclesia.

*Domus domus Dei, & Princeps omnis possessionis eius.* S. Bernardus Epist. 237.

Allusio est ad illud Psalms de Iosepho, *Constitui eum Dominum domus sue*, vtique Pharaon. Et quamquam non est Pontifex, qui hic cum Iosepho componitur, Dominus Ecclesiæ, sed rector duntaxat, & sapiens ac fidelis œconomus, quo ipso nomine Græci Christum donant per comparisonem ad Patrem, cum mysterium incarnationis, & fundata per Christum Ecclesiæ vocant *œconomiam*; tamen neque Ioseph erat reuera Dominus Ægypti, & vice Domini eam regebat, quod ipsum facit Pontifex Romanus in vniuersa Ecclesia; vice Christi. Cæteroqui enim idem Bernardus Eugenium suum, eo loco grauitè dehortatur à turgida dominatione in Cleris, qualem Reges gentium, super eas exercebant. Ea quippe dominatione Christus, & Apostolis & consequenter Apostolico Pontifici interdixit, & omnibus animarum Receptoribus esse declinandam; Princeps Apostolorum aduenit. Videndus idem S. Bernardus lib. 2. de consid. cap. 6. & lib. 4. cap. 7. & lib. 3. cap. 1. vbi qua in re sita sit hæc Pontificis non tam Dominatio, quàm præfectura, & præsentia ad prouidendum, consulendum, procurandum, seruandum, egregiè exponit. Additque ibidem, huius Pontificij Principatus proprium decus esse debere, non quæ illorum sunt, sed illos quærere, *Dominum* Itaque, & hic, & in multis sequentibus titulis, accipiendum est pro potestate Iurisdictionis subordinatæ vero Ecclesiæ Domino, & Regi super Sion montem Sanctum eius, hoc est super Christianam Ecclesiam, nempe Christo. Equè porro, S. Hieron. Marci 14. ad illud, *dicit Dominus domus*, S. Petrum, *Dominum domus Dei* appellat. [Dominus (inquit) domus, Petrus Apostolus est, cui Dominus domum suam credidit, vt sit vna fides sub vno pastore.] Potho presbiter, ipso initio libri primi de statu domus Dei, rem hanc vniuersam commode enucleauit, verbis illis. [Domus Dei, quæ in terris constituitur; Hæc nimirum Domus, Ecclesia est, columna & firmamentum veritatis, quæ in vnitæ indiuisa firmatur, quæ vna columna, vna perfectæ, Deo vnice dilecta, scriptura teste declaratur: in tota hac

G Domo,

*Onomasticon Pontificii.*

Domo, solus Beatus Petrus cum suis successoribus, plenitudinem potestatis accepit. Vnde quicunque in partem sollicitudinis vocati sunt, ut ea quae in partem regenda susceperunt, prouida dispensatione gubernent; eius auctoritate roborandi, eius exemplis informandi sunt, qui in plenitudine potestatis, toti Ecclesiae praesentem dignoscitur. ] Addit consequenter, quia optima domus Dei rectio, interuentu pacis obeunda est, summi Pontificis esse, paci domus Dei inuigilare, efficiendo ancillam, & filium eius, pacem turbantes.

*Dominus & Pater, totius Ecclesiae in terra peregrinantis.* S. Anselm. lib. de Incarnat. Verbi c. 7.

*Dominus semper beatissimus, & Apostolica semper sede intima ueneratione preferendus, aique Angelicis meritis coequandus, Pater Patrum.* Andreas Praualitanus, in Epiro Episcopus, ad Hormisdam.

*Dominus beatissimus, & Apostolico culmine sublimatus, sanctus Pater, Patrum Papa, & summus omnium Praesulum Pontifex.* Stephanus Mauritanus cum Collegis ad Damianum.

*Dominus sanctus, beatissimus Pater, & Apostolica sedis dignissimus Papa.* Episcopi Gallicani post Epist. 49. S. Leonis.

*Dominus sanctus, & Apostolici culminis, uenerandus Sanctus Romana, & Apostolicae Sedis, atque uniuersalis Ecclesiae Papa.* S. Athanasius & Episcopi Aegypti ad Marcum Papam.

*Dominus, sanctus, beatus, praeclabilis, & Adorandus Apostolicus Pater.* Theodoretus Episcopus ad Hormisdam.

*Dominus beatissimus ac felicissimus, S. Catholicae & Apostolicae Romanae Ecclesiae Praesul.* Ioan. Diacon. in prologo ad vitam S. Gregorij.

*Dominus beatissimus, sanctus Pater, Archiepiscopus, sollicitudinem omnium Ecclesiarum circumferens.* Acacius Epist. ad Simplicium.

*Dominus beatissimus, ineffabiliter mirabilis, & in Christi patria preferendus Papa.* Possessor ad Hormisdam.

*Dominus reuerentissimus, & Apostolatus culmine decenter sublimatus.* Clerici Rhemenses ad Nicolaum I.

*Dominus omnium gentium.* Concilium Nicaenum I. Canon. 44. & uersus ex Arabico.

Reddamus locum integrum, tanquam honorificentissimum summo Pontifici. [Veneramus secundum scripturas, & Canonum definitionem, sanctissimum Romanam antiquaque Ecclesiae Episcopum, primum esse, & maximum omnium Episcoporum; ut autem ditionis suae nationibus imperat Patriarcha & leges incidit, & ut à principio Petrus Christi Vicarius, religioni in Ecclesiis, caeterisque rebus ad Christum pertinentibus praefectus, Principum Christianorum, prouinciarum, & omnium gentium dominus, & rector erat; ita ille cuius principatus Romae est, Petro similis, & auctoritate par, Patriarcharum omnium dominatum, & principatum obtinet. Huic sanctioni si quis repugnauerit, & obistere ausus fuerit, totius Synodi decreto, Anathemati subiciatur.] Insuper hunc Canonem suae collectioni fragmentorum Concilij Niceni, Alfonso Pisanus lib. 3. adductis Francisco Turriano lib. 2. de dogmat. Character. pag. 125. Augustino Steucho Eugubino lib. 2. de donatione Constan. & Alano Copo. In collectione eorundem Ca-

nonum à Francisco Turriano concinnata, hic Canon est num. 39. & paulo aliter quod ad uerba attinet, exprimitur, eadem tamen sententia. Sic enim ibi legitur. [Quamuis sit Archiepiscopus inter Episcopos tanquam frater maior; qui curam habet fratrum suorum, & ei debeant obedientiam, quia praesentem; Est tamen Patriarcha iis omnibus, qui sub potestate eius sunt, sicut ille qui tenet sedem Romae; caput est; & princeps omnium Patriarcharum, quandoquidem ipse est primus sicut Petrus; cui data est potestas in omnes principes Christianos, & omnes populos eorum, ut qui sit Vicarius Christi Domini nostri super cunctos populos, & uniuersam Ecclesiam Christianam. Et quicunque contradixerit, à Synodo excommunicatur.] Hæc secunda Canonis expressio, uidetur commodior. Nam iuxta eam uerba illa, cui data est potestas cadunt in Pontificem, qui tum Constantino gregis nostri Zorobabel (ut Theodoretus dixit) moderabatur Imperium iam Christianum, & in alios deinceps consecutos Pontifices, qui multis principibus iam factis Christianis praefecturi erant tanquam Ecclesiae uniuersae Rectores. In altera autem Canonis expressione uidebantur ea uerba cadere in S. Petrum, quo tamen Pontifice nullus erat Princeps Christianus. Caeterum (ut dixi) sententia, quod ad rem praesentem attinet, est plane eadem. *omnium gentium*, in priore expressione, in altera uero *omnium populorum Dominus*, aut *potestatem habens*, dicitur Romanus Pontifex, intelligendum est de gentibus, & populis Christianis, etiam si hæres aut schismate sordentibus. Nam de Paganis qui plane foris sunt, ac ne per baptismum quidem subierunt Ecclesiae ostium, non est Pontificis indicare, ut de se dixit Sanctus Paulus. Quidquid de his quoque, Romano Pontifici subiectis, perperam statuat Nicolaus Emericus Tract. de potestate Papæ q. 7. considerat. 4. Quod tamen Christiani sint per omnes gentes sparsi, recte dicitur Pontifex, habere à Christo potestatem omnium gentium. Præterquam quod attentio iure remoto, & spectata obligatione quam Pagani habent, subeundi ostium Ecclesiae, dici quoque potest, Pontifex, omnium plane gentium ac populorum Dominus, id est gubernator & Rector, in omnibus animæ salutem spectantibus.

*Dominus sanctissimus, & Coangelicus, maximus, summus sacerdos, & uniuersalis Papa.* Octaua Synodus ad Adrianum.

Quid illud *Coangelicus*? fortassis idem est, quod Angelicis meritis coequandus, ut superius retulimus ex Andrea Episcopo Epiri. Nec abludit, muneris & dotium Antistiti consentaneam similitudo; quæ causa est cur Apocal. 1. Episcopi denominentur Angeli, ut ibidem fuisse profequuntur Recentiores interpretes, nominatim Viegas c. 2. comment. 1. sect. 1. septem ad id rationes adducens. Petrus Damiani ob proportionalem causam, Desiderium Abbatem, Cassinensem, uocauit *Archangelum Monachorum*. Quo eodem Epitheto donat Hugonem Cluniacensem libro sexto Epistola quarta. Specialiter Analogias complures Angeli, & Romani Pontificis, facile esset annotare, si res ferret; siue prout hæc est intelligentia caeli Ecclesiae motrix; siue

prout

prout est praepositus regno Dei in terris, quod munus est Angelicum iuxta S. Basilium lib. 3. Eunom. siue penes alias habitudines Angelorum sanctorum erga mortales beneficiorum, quas in Pontifice erga uniuersam Ecclesiam notare licet. Altius uero Romanum Pontificem prolextit Ludouicus à Cerda in Opere de Excellentia caelestium spirituum cap. 36. num. 4. praestare Angelis Pontificem docens, eiusque praefecturam, Angelica perfectionem esse concedens. Quid si ergo hæc ratio est, cur Pontifex Romanus Coangelicus appellatur, tanquam Angelis coequandus nec eis tantum non concedens de dignitate, sed etiam aliquatenus superior? Ueritatem tamen ratio, cur Antistes dicitur *Coangelicus*, esse uidetur, quæ ducitur ex assistentia Angeli cooperantis Episcopo in obeundo Episcopali munere, ultra assistentiam quam alius Angelus eidem Antisti, prout homini priuato exhibet. Intelligitur id ex Relatione Monachorum secunde Syriae ad Hormisdam, (habetur post 21. Hormisdæ Epistolam) qua sic affatur Pontificem. [Christus Deus noster, Principem, Pastorem & Doctorem, & Medicum animarum, constituit uos, & uestrum sanctam Angelum.] Consonat eidem loco, quod Iustinianus scribens ad eundem Hormisdam, (post 65. eius Epistolam) queritur Monachos Scythas, turbas eieci exoptantes, iter arripuisse ad Angelum eius. Et mox postulat, ut Angelus Hormisdæ, ab eius Apostolatu destituitur dignetur eosdem Monachos, bene multatos ad ipsum Iustinianum. Abbas Georgius apud Moschum cap. 127. excusans se per litteras Petri Hierosolymitano Patriarchæ ait [Ab sit à me mi Domine sanctissime, ut sanctum Angelum uestrum contempserim.] Apud Optatum lib. 1. contra Parmen. *Non nullum à principio*, è quinque dotibus Ecclesiae ibi recensitis, prima numeratur, *Cathedra*; & secunda, *Angelus*. Corrupte quidam *Adices*, primum cum inchoatur disputatio de dotibus, pro *Angelus* legunt *Annulus*. Infra enim expedita prima dote cum uenit ad secundam, disertè uocatur *Angelus*, qui per cathedram duci dicitur. Sic enim ibi habetur. [Igitur de dotibus supra dictis, cathedra est prima, quam probamus per Petrum nostram esse. Hæc ducit ad se Angelum. Nisi forte eum uobis vindicantes, habetis in loculis clausum. Mittite illum si potestis: excludat septem Angelos qui sunt apud socios nostros in Asia, ad quorum Ecclesias scribit Apostolus Ioannes. Cum quibus Ecclesiis nullum communionis probamini habere consortium. Vnde uos Angelum, qui apud uos possit fontem mouere, aut inter caeteras Ecclesiae dotes numerari?] In hoc loco Optati, expendendum est, quod cathedra dicitur Angelum ducere ad se. Est ergo alius Angelus, quam is qui iam aderat Episcopo, priusquam conscenderet cathedram. Nec reuera fuisse alioqui Angelus, numerandus inter Ecclesiae dotes, ut faciebat Parmenianus, nec dissentit Optatus; Admittit cum Angelum Episcopi cooperarium, Origenes, sed non absque fermento corruptæ doctrinae; ut Ribera in cap. 1. Apocal. à num. 114. animaduertit, ægrè purgans SS Ambrosium & Hieronymum, quibus dum Origenis bona mutantur, hæc mix-

*Theophili Raynaldi Pontificia.*

tura uideri potest obrepisse. Ut ut sit, admittere peculiarem Angelum, Antistiti, quæ Antistes est, cooperantem, in Episcopali munere, relecto fermento Origenis ei doctrinae admixto; Catholicum & sanum est, ut agnoscat Suarez lib. 6. de Angelis cap. 17. num. 24. & hinc intelligitur, cur Antistes praesertim summus, uideatur dicitur Coangelicus. Hinc affusa est lux sequenti titulo.

*Dominus Coangelicus.* Anastasius praefatione ad vitam S. Ioan. Eleemosyn. Synodus item Tincinensis, alloquens Ioannem V III summum Pontificem coronationi Caroli Calui instantem, uocat eum *Dominum & Coangelicum Papam*.

*Dominus & omni ueneratione dignissimus.* Iuod Carnotensis Epist. 88.

*Dominus & Pater.* Iuo Epist. 43.

*Dominus Apostolicus.* Ecclesia in formula litaneutica, & passim in Actis sanctorum sequioris aetatis; Petrus Cellensis lib. 9. Epist. 1.

Quorsum Romanus Pontifex dicatur, *Apostolicus*, iam supra tractatum est. Nunc quorsum dicatur, *Dominus*, pauca attingo.

Visa quibusdam hæc *uox Domini* sapere factum Ecclesiastico homine indignum, etiam si Antistite; quod hominis ad Christi familiam pertinentis, non sit imitari reges gentium qui dominantur eorum; uenturque dominari in clericis. Itaque ut obseruat Iuretus ad Epistolam 28. Iuonis, passim cum de secularibus personis agitur, *uox Domini*, usurpata legitur (& fortassis mendum librarij est, quod apud S. Gregorium lib. 4. Epist. 39. Indict. 3. ipse Imperator semel & iterum uocatur *Dominus*.) pro Ecclesiasticis autem; adhibetur *uox omni*, similisque Syncope eadem ex causa inualuit apud Græcos, in uocibus *Κύριος* & *Κύριος*. Utrorumque exempla addensat Hugo Menardus ad cap. 70. Concor. Regul. S. Bened. Anian §. 1. Nec abs re Iuretus ad eam Iuonis Epistol. 28. expoitulat de uocem *Dominus* mutatione in uocem *Domini*, facta à Surrio in editione uitæ sanctorum, variis locis; quæ ipse Iuretus signat; in tam constanti si quidem ac crebra uocem *Domini*, usurpatione apud medij aui autores, praestitisset eam uocem dimittere immutatam, quam à barbarie, contra nonnullos delicatulos Latinitatis Cupediarios tuctur Serarius lib. 1. litaneut. cap. 13. Videndi de ea uoce, eiusque comparatione ad uocem *Domini*, Molanus lib. 3. de Canon. cap. 15. Baronius Anno 146. num. 23. Onuphrius in explanatione uocum Ecclesiastic. obscurior. V. 1. omnes Buseus ad ferm. 4. Bles. Meram tamen Synopen; absque alio mylterio, in uoce Latina, *Dominus*, & in Græca, *Κύριος*, agnoscit Gretserus ad Orationem S. Germani Constantinopol de Cruce Dom. & Ritherusius ad lib. 1. Cyneget. Oppiani, agens de Græca uoce *Σκυρα*, quam Oppianus Contraxit in *Σκυρα*; unde fluxisse uidetur Italicum *Domna*.

*Dux filiorum baptisinaris.* Princeps Babylo-niæ ad Innocent. IV. Anno 1246.

*Dux exercitus, circumiens acies, quærens quæ pars bene apparata, quæ bene instructa, quæ indigens eius praesentia, ubique circumuehatur, & primus se ostendens.* S. Chrysostomus homil. 21. in Acta.

*Dux peregrinantium, qui caeteris uiam salutis ostendit.* Ioannes Alexandrin. ad Eugenium IV.

CS 2. Dux

Onomastico  
Pontificii.*Dux discipulorum Christi.* S. Epiph. hæret. 51.

Hic titulus, duplicem sensum potest facere, & utrumque insignem ad Pontificis dignitatem. Valet ergo imprimis de primariis Christi discipulis, hoc est de aliis Apostolis. Eorum enim omnium Dux & Superior, fuit S. Petrus, quatenus Christi Vicarius. Quod quantum sit S. Petri, prout summi Pontificis decus, egregie attigit Gregorius Nyssenus, eo mirilo in SS. Petrum & Paulum encomio, quod Iacobus Gretserus ex Viennensi Bibliotheca repræsentavit. Ibi tractans suffeccionem Matthiæ in Iudæa locum, auspice Petro, duo se inde eruere ait admiratione digna. Vnum spectat diuitias bonitatis Dei, quæ pro vno Iuda perditæ, duos submisit eo ministerio dignos. [Alterum, (inquit) qualis Petrus, qui Coapostolorum electionem instituit, & ad parem sibi functionem euehit; quod nulli alteri, nisi soli Christo competere scimus. Hoc enim omni honore & dignitate eminentius est, & soli Petro, ex omni mortalium numero hæc felicitas obtigit; quippe qui loco Christi, ALIORVM DVX & Princeps à Christo constitutus erat, eiusdemque locum erga alios tenebat. Propter quæ nullus ex aliis Apostolis, tanta admiratione dignus est, quanta Petrus. Quem enim alioqui, discipulorum omnium feruentissimum discipulum Christi nouimus, eum nunc vice & loco Christi, Apostolis præfectum conspicantes, quo tandem loco reponemus? Inferius quoque, nominatim ipsum S. Paulum, Petro Duci, obnoxium statuit. Præfatus enim sancti Petri ardentissimum in Christum amorem, eamque confessionem, quam excepit facta Petro summæ præfecturæ commissio, subdit. [Ex quo ea dignitas Petro venit, qualis nulli alteri; Et consultissimum fuerit, hanc gratiam, & honorem istum excellentissimum, cum nullo alio comparare velle. Et licet Paulus ad Christum in cælum ascenderit, vt disceret quæ discere, & alios docere decet; at tamen Petrus, eundem iam cælo delapsus, præsentem habebat; & quæ faciendæ essent, & quæ non, exponente; sibi que ouium præfecturam tradentem, coram audiebat.] Tandem inferius obiciens sibi quod omnes Apostoli sint æquales (vtique in Apostolatu, sicut omnes Episcopi æquales sunt ordinis potestate;) respondet. [Eti æqualitatem statuimus, sed non dicimus, quod singuli sint caput omnium, quod meritò posuimus & asseruimus.] Nempe de solo Petro, in cuius ibi celebratione versatur. Non plura de priore sensu quo sanctus Petrus quatenus Pontifex, dux discipulorum Christi, appellatur.

Vt autem secundus sensus proponatur, statuendum est S. Petrum prout Pontificem, omnibus quoque posterioribus Christi discipulis, hoc est omnibus fidelibus, Ducem esse à Christo ipso constitutum. Quod enim Dux discipulorum nominatur, non dicitur id dumtaxat de S. Petro per comparationem ad Apostolos, & alios immediatos Christi discipulos, sed per comparationem ad omnes quandoque in Christum credituros, eiusque doctrina imbuendos. Omnibus enim Dux ad salutem æternam est S. Petrus, in sua vel successorum persona. Et quamuis S. Epiphanius, agere tantum voluisset de immediatis Christi discipulis, tamen si eo-

rū dux debuit esse sanctus Petrus, multò iustius idem cogitandum est de iis, qui fuerint à Christo elongatiores, & egentiores ducatus.

*Dux primorum.* Eulebius 2. histor. cap. 14.

Quasi diceret dux Antistitum, qui aliis ducatum præstant. Admodum porro conuenienter, ducatus etiam militaris (vt ea vox ferè sonat) Pontifici tribuitur. Ecclesiam enim militiæ armata & copiis bellantium conferri, & idcirco dictam terribilem, vt castrorum aciem ordinatam, in confesso est. Pulchrè id præter cæteros tradit S. Gregorius homil. 8. in Ezech. ad illud, *quasi sonus multitudinis, vt sonus castrorum*, & Honorius ad illud Cant. 6. *Terribilis vt castrorum acies ordinata.* His ergo castris vt dux præest Romanus Pontifex, munus sanè arduum & plenum periculi. Nam si S. Chrysostomus lib. 6. de Sacerd. Episcopatus cuiuscunque difficultates ex comparatione Episcopi cum duce militari exprimendas putauit, confertis acieb hostium à duce primum perumpendis graphicè exhibitis, quanto difficilior & periculosior videri debet, non vnus aciei ductum, qui præstat quilibet Episcopus; sed omnium simul directio & totius exercitus cura, Pontifici demandata à summo terrestrium simul & cælestium copiarum Imperatore, quod Christi nomen est apud Eusebium? Arma huius ducis, priuilegium esse, siue potestatem præcipuam & singularem à Deo concessam, sic exponit Petrus Damiani Opusc. 5. *initio.* [Armis priuilegium Romanæ Ecclesiæ non incongruè comparauerim, quia cum hac vna per Cathedram Beati Petri totius Christianæ Religionis caput effecta, cunctis in orbe Terrarum principatur Ecclesiis, velut dux ante aciem, fidelium cuneis sulca, ac specialis prærogatiuæ autoritate munita, Euangelico mucrone veritati resistentiæ ceruices obruncat, & ad inuictissimè dimicandum, totam Christi militiam, in vnus charitatis ac fidei vnanimitate conspirat.] V. infra V. *Magister militie.*

*Dux Apostolica sedis.* Constantinus & Irene in Epistola quæ refertur in Synodo 2. Nicæna, Actio. 1.

Id est dux, qui est in Apostolica sede. Quod aliter dixit apud Cyprianum lib. de Alator. Romanus quispiam Episcopus. [Nobis diuina & paterna pietas, Apostolatus Ducatum contulit, & Vicariam Domini sedem cælesti dignatione ornauit: & originem authentici Apostolatus super quem Christus fundauit Ecclesiam, in superiore vestro portamus, accepta simul potestate soluendi.]

*Dux vniuersalis Ecclesiæ.* Damascenus Orat. de Transfigurata.

## E

**E**CCLESIA caput omnium Ecclesiarum. Eugenius Carthagin. apud Victorem Vitiensem.

*Ecclesiæ caput Ecclesiarum omnium, à quo vniuersas credentium, doctrinam exquirat, integritatem fidei deponit, criminum solutionem qui digni sunt, & gratia Dei redempti, exorant.* Nicol. I. Epist. 6.

Quod ait criminum solutionem, à Romana Ecclesia, id est ab eius Pontifice exoratum, insinuat

Onomastico  
Pontificii.

insinat veterem usum, insignes quosque criminolos remittendi ad Romanum Pontificem pro absolutione. Hoc de Hæreticis est perspicuum ex vita S. Kyliani apud Surium 8. Iulij: notatumque vniuersè est à Baronio Anno 438. *ad finem.* Sanè Felix III. Epist. 7. vt notum assumit, Petrum Alexandrinum Hæreticum, non potuisse ab Acacio Constantinopol. absolui, sed à solo Romano Pontifice, & idem habet Gelasius Epistola ad Orientales.

*Ecclesiæ caput matris Ecclesiæ.* Calixtus I. Epistola ad Benedictum.

Mater Ecclesiæ, est Ecclesiæ toto orbe diffusa, prolem sanctam vbique procreans Christo. Nam vulgè quoque ita audit; *Nobis Mere S. Filie.* Eius Ecclesiæ caput, est Romana Ecclesiæ per suum Episcopum. Itaque vides in hoc titulo, Ecclesiam, sub variis considerationibus, & vnâ & plures esse, iuxta illud S. Hilarij in Psalm. 14 ad illud, *Quis habitabit in tabernaculo tuo*, quod accipit de tabernaculo Ecclesiæ, quale & vnum, & multiplex ab Apostolis constructum agnoscat. [Eti in orbe Ecclesiæ vna sit, tamen vnaquæque vrbis, Ecclesiam suam obtinet, & vna in omnibus est, cum tamen plures sint, quia vna habetur in pluribus.] Sanctus item Cyprianus, vnitatem Ecclesiæ cum pluralitate probè cohæret, scilicet docet lib. de vnit. Eccles. num. 17. [Ecclesiæ (inquit) vna est, quæ in multitudinem latius incremento fecunditatis extenditur; quo modo solis multi radij, sed lumen vnum, & rami arboris multi, sed robur vnum tenaci radice fundatum; & cum de fonte vno riuo plurimi defluunt; numerositas, licet diffusa videatur exundantis copie largitate, vnitatis tamen seruat in origine. Auelle radium solis à corpore, diuisionem lucis, vnitatis non capit. Ab arbore frange ramum, fractus geminare non poterit. A fonte præcide riuum, præcisus arefcet. Sic & Ecclesiæ, Domini luce perfusa, per orbem totum radios suos porrigit, vnum tamen lumen est, quod vbique diffunditur, nec vnitatis corporis separatur. Ramos suos in vniuersam terram, copia vbertatis extendit, profluentes largiter riuos latius expandit, vnum tamen caput est, & origo vna, & vna mater, fecunditatis succubibus copiosa.] S. Optati in eam rem comparatio elegans est. [Ecclesiæ (inquit) lib. 2. *sub initium*) constat ita sibi connexas & indiuiduas esse, vt intelligatur vna ab altera separari non posse. Etenim numerantur in nomine, sed vno intellectu, suo iunguntur in corpore, vt in manu digiti, quos interuallis singulos videmus esse distinctos. Vnde qui tenet vnum, totos tenet necesse est, cum vnusquisque à partibus separari non possit.] Denique Tertullianus lib. de præscript. cap. 20. [Tot ac tanta Ecclesiæ, vna est illa ab Apostolis prima, ex qua omnes.] In hac ergo vna Ecclesiæ, in qua tam multæ sunt Ecclesiæ, vna eminet principalis, quæ cuiusuis matris Ecclesiæ vbilibet designandæ, caput est. v. gr. Ecclesiæ Mediolanensis, mater est fidelium qui sunt Mediolani. Lugdunensis, mater est eorum qui sunt Lugduni, & sic consequenter de omnibus. Sed omnium illarum particularium, intra vnâ generalem & Catholicam Ecclesiam conclusarum Ecclesiarum, caput est Romana, per sedentem in ea Pontificem.

*Ecclesiæ Apostolica, nunquam à via veritatis*

*in qualibet sua parte deflecta, adnitente præsidio B. Petri Apostoli, cuius auctoritatem, vtpote Apostolorum omnium Principis, semper omnia Catholica Christi Ecclesiæ, & vniuersales Synodi fideliter amplectentes, in cunctis secuta sunt.* Agatho Papa in 6. Synodo Epistola priuata ad Imperatores.

Hanc Ecclesiæ Romanæ prærogatiuam, quod nullis vnquam sit fuscata tenebris errorum, egregie aperit idem Agatho in suggestione Synodica ad Imperatores in eadem 6. Synodo. Et optime Rupertus lib. 2. de offic. cap. 12. ac Beron Augiensis lib. de rebus ad Missam spectantibus cap. 2. adducendi in Epilegomen. subnot. 2. verit. 7.

*Ecclesiæ nullis Synodicis constitutis prælatæ ceteris, sed Euangelica voce Domini & Saluatoris nostri, primatum obtinens.* Gelas. in decreto de libris.

Videfis Epilegomena subnotat. 2. verit. 4.

*Ecclesiæ principalis, vnde vnitas Ecclesiæ exorta est.* S. Cyprianus Epist. 55.

Videfis Epilegomena subnot. 2. verit. 11.

*Ecclesiæ sanctificata, & illuminata, & quæ præsidet in loco Romano regionis, Deo æterna, deuotissima, beatificanda, laudanda, digna qua quis potiat, castissima, & eximia charitatis, Christi & Patris nomine fruens, Spiritusque plena.* S. Ignatius Epistola ad Romanos.

Pro illis verbis *digna qua quis potiat*, Græcè *ἀξιοπρεπὴς*, legi poterat *σὺν δὲ α*, vt fert Græca vox, *ἀξιοπρεπὴς*, quæ in aliis Codicibus habetur. Quamquam *ἀξιοπρεπὴς* in eo S. Ignatij loco, iuxta Bosium lib. 18. de signis cap. 3. idem sonat, quod *digna super quam adificetur*, consentaneè ad illud, quod supra retulimus, de aditu spiritualis ædificationis in Romana Ecclesiæ quaerendo. Omnia hæc Epitheta, quadrant appositissimè in Ecclesiam Romanam ratione Pontificis. Nam ipsa est, quæ per eum absolutè præsidet vniuerso orbi Christiano, quæ est digna cui fides præbeat tanquam infallibili in causa fidei & morum; quæ est fundamentum firmum veræ & sinceræ fidei. Et Græca quidem Ecclesiæ, prius credidit quàm Romana; tamen illico nutauit in fide, imò prolapcionem confestim est passa in varias hæreses, quarum ipse S. Ignatius cum detestatione sapè meminit. Romana autem aded semper puritatis fuit amans, vt S. Cyprianus constanter negarit, perfidiam ad eam accessum habere potuisse; Epist. 55. num. 91. vbi Pamelius multa in eam sententiam ex antiquitate corrogat. Et videtur S. Ignatius, suo illo Romana Ecclesiæ encomio, spectasse ad hunc Romanæ Ecclesiæ in fide summum nitorem, præmaculis Ecclesiæ Græcicæ in qua ipse degebat. Nam iam ab initio, incredibile est quàm forduerint Græci, vt ex S. Epiphanius liquet. Pulchrè verd Lucas Tudentis lib. 2. contra Albig. cap. 12. *in fine*, notauit id fuisse adumbratum Ioan. 20. Præfatus enim partem orbis Occidentalem, quæ vltima excepit prædicationem, factam esse dignitate primam, subdit. [Hoc videtur innui in illa trepidatione Ioannis Apostoli, quando audita resurrectione Domini, currebant duo simul; & ille discipulus (scilicet Ioannes) præcurrit citius Petro, & venit prior ad monumentum; non tamen introiuit. Subsecutus est Petrus;



Onomastico  
Pontificum.

statim introiuit. Post Petrum autem, Ioannes qui prior venerat, introiuit, & vidit, & credit. Primus venit, vltimus introiuit, vltimus vidit, & vltimus credit. Quia licet Orientalis Ecclesia vel Græcorum, ad fidem Christi venerit prima, tamen statim, exorbitauit secuta Pseudo-Apostolos, seditione hæreticæ prauitatis, vbi verò Ecclesia Romana vocatione Apostolica venit ad Christum, fidem Catholicam inter persecutiones Gentilium læuissimas, tenuit inconcussam, & meruit obtinere acerbissima pugna, quam sibi Dominus gratia contulerat dignitatem. Docuit Petrus Romam, Ioannes verò eursum in Græcia consummauit. Certa fide Roma corpus tenet Petri, & deuotissime veneratur, Græcia verò dubitat de Iohanne. Renuit ad præfens Græcia, Deo & Romano Pontifici Vicario eius, debitam obedientiam exhibere, atque diuersis erroribus miserabiliter implicatur. Tandem largiente Domino, in spiritu humilitatis ad vnitatem Ecclesiæ Catholicæ reuertitur. ]

*Ecclesia Magistra & Præfens reliquarum, contra quam vltimè pandere, proiecta est audacia.* Synodus Romana sub Nicolao I. contra Photium colloquio 1.

*Ecclesia statu felix, cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt.* Textullianus lib. de præscript. cap. 36.

*Ecclesia super petram fundata, & portis inferi, hoc est insidiis Hæreticorum, ex prædicatione Christi nunquam succubitura, ex qua tanquam ex conuexis cælorum sermo vera confessionis, & Christi amanti animas illustravit, & Orthodoxam fidem, que refrigerat refocillauit.* Constantinus Pogonatus ad Leonem Papam.

*Ecclesia que ab olim huc vsque, omnibus præfens, vtpote, senior cunctarum, que sub Sole sunt Ecclesiarum, ac nullis propter Pontificatus prouentionem scriptis, aut Synodicarum editionibus charitarum subiecta, sicut etiam in his omnes ex æquo ei secundum ius sacerdotale subiecti consistunt.* Sanctus Maximus ad Abbatem Thalaissium ex Responso Apocriphariorum Romanorum, quod approbat.

En Papam supra quæcunque Concilia. Quomodo verò Romana Ecclesia, Senior est cunctarum orbis Ecclesiarum? An non enim Antiochiæ primùm cognominati sunt discipuli, Christiani? Hierosolyma quoque mater Christiani nominis, & omnium orbis Ecclesiarum, à Damasceno orat. de Assumpt. appellata est, ob exortam ibi professionem huius fidei. Ratio videtur habita dignitatis & potestatis, vt Senior, dicatur, quæ præfens, & in omnes habet potestatem. Verbum Senioris, pro Domino, Gall. *Seigneur*, frequens est in Capitularibus. V. Pithæum in Glossario. V. Seniores.

*Ecclesia vniuersalis.* Innoc. III. Epist. ad Patriarcham Constantinopolit. Pappugit hic Romanæ Ecclesiæ titulus Patriarcham Constantinopolitanam. [ Quæ fuisti, ( inquit Innocentius, ) qua ratione Romanam Ecclesiam, vnam & vniuersalem, in nostris litteris vocauerimus, velut in quâdam species specialissimas iam diuisam, cum & vnus sit pastor, & vnus vnus, sed sub vno pastorem principe Christo, plures sint constituti pastores. ] Respondit Innocentius. [ Ecclesia duabus ex causis vniuersalis vocatur.

( Intelligentia namque dictorum, ex causis est assumenda dicentis, cum non res sermonibus, sed rei sit sermo subiectus. ) Dicitur enim vniuersalis Ecclesia, quæ de vniuersis constat Ecclesiis, quæ Græco vocabulo *Catholica* quoque nominatur. Et secundum hanc acceptiōnem vocabuli, Ecclesia Romana non est vniuersalis Ecclesia, sed pars vniuersalis Ecclesiæ, prima videlicet & præcipua, veluti caput in corpore, quoniam in ea plenitudo existit, ad cæteras autem pars aliqua plenitudinis deriuatur. Et dicitur vniuersalis Ecclesia, illa vna, quæ sub se continet Ecclesias vniuersas: Et secundum hanc nominis rationem, Romana tantum, vniuersalis Ecclesia nuncupatur: quoniam ipsa sola, singulari priuilegio dignitatis, cæteris est prælata. ( Sicut & Deus vniuersalis dominus appellatur, non quasi iam diuisus in species, aut specialissimas aut etiam subalternas: sed quoniam vniuersa sub eius dominio continentur. ) Est ergo vna generalis Ecclesia, de qua veritas inquit ad Petrum. *Tu es Petrus & super hanc Petram adificabo Ecclesiam meam.* Et sunt multe particulares Ecclesiæ, de quibus Apostolus ait, *Præstantia mea quotidiana sollicitudo omnium Ecclesiarum.* Ex omnibus tamen vna consistit, tanquam ex particularibus generalis: & vna præminet omnibus, quoniam cum vnus sit corpus Ecclesiæ, de quo dixit Apostolus, *Omnes vnus corpus sumus in Christo.* illa velut caput cæteris membris excellit. ] Ex hac Innocentij responsione, dissoluta manet dubitatio quæ Constantinopolitanam Antiquitatem tenebat, circa titulum vniuersalis Ecclesiæ, assignatum Romanæ per Pontificem.

*Eminentia.* Petrus Blef. Epistol. 68. Sarisb. Epistol. 30.

Petri Blefensis locus, est per breuis, sed pulcher: [ Sicut ( inquit ) eminentiam Apostolicæ sedis, Magistrum omnium Ecclesiarum profitemur, sic ab ipsa, consilia in ambiguis, in angustiis solatia, responsa in iudiciis expectamus. ] Et inferius. [ Hæc ad aures Eminentis Vestræ, Reuerende Pater, communi deploratione deferimus. ] Itaque titulus quem nuperimè ad Cardinales & paucos sublimes Antistites restrictum vidimus, olim non modò in sæculi potestates, vt apud Gregorium VII. lib. 8. Epist. 10. in Oriocium Iudicem Caralitanum, & apud Gregorium Magnum lib. 1. epistol. 7. in Gennadium Patricium & Exarchum Africæ, sed etiam in summum Pontificem cadebat, ac etiam in Episcopos longè inferiores. Vt enim taceam Elipandum Toleranum, cui Etherius ac Beatus opus suum inscribere, vocantes *Eminentissimum*, & Guillelmum Archiepiscopum Remensem quem Blefensis Epistol. 122. donat nomine *Eminentis*, Gregorius Nazianzenus, alloquens Episcopos in fine Orationis de Episcopis. [ Vos ( inquit ) qui thronos coronatos consequimini, & ob fluxas eminentias clari estis, Iustitiam illam extremam & inquitabilem intuemini; omnino nihil vsquam esse, quod illam effugere possit considerantes. ] Itaque indiscriminatum, Episcopos, titulo honestat *Eminentis*, sed fluxæ & quæ tumorem create nequaquam debeat. Præfert eam Eminentiam sublimis Sedes Episcopi, de qua in Epilegomenis subnot. 3. Quantò verò differentius præ omnibus Antistitibus,

Onomastico  
Pontificum.

Antistitibus, nomen Episcopi, hæreditauit Romanus Pontifex, tantò iustus in eum cadit *Eminentis* ac *Eminentissimi* titulus, quo cum Blefensis ac Sarisberienfis donarunt.

*Episcopus.* Sæpè apud S. Leonem in Titulo Epistoliarum, & cap. *Saluator*, ac cap. *Ex multis* 1. quæst. 3. Aluarus Pelagius lib. 2. artic. X I. & Rebuffus explicans formam signaturæ simplicis, in praxi benefice.

Nomen *Episcopi*, in Ecclesiam inductum est ab Ethnicismo. Nam apud Tullium lib. 7. Epist. ad Atticum, *Episcopus* dicitur, qui toti alicui orator datus est excubitor, ad quem delectus & negotij summa referatur. Quamquam non modò præfecti Prouinciarum, sed quotquot variis muneribus inuigilabant, vt rectè obiterentur, leguntur dicti *Episcopi*. Sic enim, qui hospitiorum militarium designatoribus præerant, & vt omnia rectè ac conuenienter ab eis perficerentur, aduigilabant, dicti habentur *Episcopi*, vt apud Calliodorum videre est lib. 4. Sic etiam, qui panibusque venalibus ad victum quotidianum, spectantibus præerant, dicti sunt *Episcopi*, vt Budeus in Pandect. & Brillonius notauit, ac Viues ad 1. Ciuit. cap. 1. Quos Lacademonijs *Armostras*, eos Athenienses dicere soliti *Episcopos*, qui considerarent quæ singulis opus erant in ciuitatibus subditis ad quas mittebantur, ait Scholiastes Aristophanis in Auitibus. Apud eisdem, ex Postello l. de Magistrat. Athen. cap. 18. qui ex Ephelis excefferant, per biennium circuire cogebantur regionem, non vt magistratus, sed vt locorum periti essent, indeque dicebantur *ἐπισκοποι*. Apud Indos ex Ariano lib. 8. Episcoporum erat, videre quid in quaque regione fieret, vt cognita, ad Reges, vel Magistratus referrent. Apud Romanos *inspectio* à qua denominabantur Episcopi, non ferebat nudam lustrationem ocularem, sed etiam prouidentiam. Vnde apud Tullium Augures obnuntiationem solum habuisse dicuntur: Consules verò, & reliqui Magistratus, etiam *inspectionem*, id est prouidentiam & curam. Sic Scipionem Africanum, à Senatu missum esse Regem ac gentium Episcopum, Plutarchus est autor. Qui item in Numa eodem sensu *ἐπισκοπος* Virginium memorat. Sed & apud Græcos, eadem vocis notione dictum *Episcopum*, liquet ex Iliad. 2. vbi Nector quod potissimum Troiæ prospiceret, denominatur *Episcopus*. Ex Græcis Scholiographis, id notauit Ludou. Cœlius l. 18. c. 3.

Nobis Christianis, autore S. Paulo, qui docet Spiritum Sanctum super gregem Christi posuisse Episcopos, donantur *Episcopi* nomine, qui Ecclesiam superinspiciunt, vt loquitur Sidonius lib. 6. Epist. 1. & lib. 9. Epist. 3. qui inquam regunt Ecclesiam: ita vt Episcopatus simul & Episcopus, vt rectè differit D. Augustinus lib. 19. Ciuit. cap. item 19. [ Nomen sit operis, non honoris. Græcum est enim atque inde ductum vocabulum, quod ille qui præficitur, eis quibus præficitur, superintendit, curam eorum, scilicet gerens; *ἐπί* quippe *super* *σκοπος* verò *intendere* possumus dicere, vt intelligat non se esse Episcopum qui præfisse dilexerit, non prodesse. ] Audiant illi non *ἐπισκοποι*, sed *ἐπιτροχοποι*, *tenebriones*, vt est in actis S. Stephani Iunioris, quales notantur in calce Actorum S. Ba-

nonis 1. Octob. Impetuntur etiam ex D. Augustini redargutione, nonnulli quos S. Athanasius sub finem Epistolæ ad solitariam vitam agentes, negat dicendos *ἐπισκοποι*, sed vult dici *κατασκοποι*. Sed ad rem.

Quandoquidem Episcopus, vt rursus ait D. Augustinus in Psal. 126 est *Superintensor*, merito inter omnes verè Episcopos Rei Christianæ superintendentes, qui vniuersis superintendit, dicitur absolute *Episcopus*, non semel apud S. Leonem & alios Pontifices, in ordinariis diplomatibus superferri. Quæ nominis *Episcopi* adhibitio, nota est illimitati Episcopatus, & vniuersalissima iurisdictionis spiritualis. Sicut eandem ob causam, Psaltes vt notauit S. Chrysost. in Psal. 44. *initio*, de Deo absque illimitatione regnante dixit: *Dominus regnauit, & dico ego opera mea Regis*, id est Deo, soli Domino: contra quam accidit Regibus mundi huius, qui non denominantur Reges, absque addito restringente eorum potestatem. Idem ergo est de eo, qui absolute dicitur *Episcopus*. Et est sanè tota Ecclesia vnus Episcopatus, & vna Ecclesia, vt à S. Cypriano dictum est l. de vnit. Eccles. num. 17. concinitque Symmachus Papa, cum ait Epist. 1. [ Ad Trinitatis inlat, cuius vna est atque indiuidua potestas, vnus esse per diuersos, aut etiam vniuersos Antistites Sacerdotium. ]

*Episcopus Apostolica sedis.* Marcianus ad Sanctum Leonem.

*Episcopus beatissimus & Apostolicus.* Legati Romani in Concilio Chalcedon.

*Episcopus Catholica Ecclesia.* S. Cyprianus Epist. 46. & S. Leo Epist. 97. & 66. ac sæpè Pontifices in adscriptionibus grauis momenti.

*Episcopus Ecclesiæ vniuersalis.* Sixtus I. Epist. 2. Victor. I. Epist. 1. Pontianus Epist. 2. Stephanus I. Epist. 2. S. Leo Epist. 54. 57. 62. 69. 75. 97. Pompeius, & Anastasia ad Hormisdam.

Alio sensu Episcopi particulares interdum dicuntur curare & commissam habere vniuersalem Ecclesiam, quatenus scilicet cum Ecclesia sit vna, qui vnâ eius partem inuât, omnes quadantenus inuare censetur. Sic accipiendus est, ita locutus S. Eleutherius Epistola ad Episcopos Galliæ, & S. Clemens 6. Constit. 6. 14. & S. Ignatius cum Episcopum Philadelphensem, vocat *Communis Ecclesiæ Episcopum*, ac Sidonius agens cum Lupo Tricassino, de quo mox sequenti titulo. Videtis pluribus hæc illustrantem Baronium Anno Christi 187. qui profecit ex Turriano, plenè & de morte pereruditè, ista versante, l. 2. contra Magdeburg. cap. 9.

*Episcopus Episcoporum.* Acta S. Tiburtij, Tertull. de pudic. *initio*. Arnobius in Psal. 138. Geruadius Remensis Epistola ad Paschalem Papam.

Tertullianum per ludibrium sic appellasse Pontificem, atque aded nihil inde solidè colligi, affirmat Cuiacius ad cap. vlt. de foro compet. & Sadeel reiectus à Turriano lib. 1. de Eccles. & Pastore cap. 18. nec non Iunius castigatus à Grefero in notis contra animaduersiones ipsius Iunij in Tertullianum. Fateor Tertullianum mordaciter ea verba in Pontificem intorsisse, tamen ex vsu tunc recepto locutum dico. Sicut si quis succensens Episcopo diceret; pudendum esse, quod is qui audit *Reuerendissimus Præsul*, hoc aut illud probrosum designaret, non esset sensus,

*Onomastico Pontificium.*

senfus, Episcopum per ludibrium ac iocum, vocari, *Præfulem Reuerendissimum*: sed sensus esset, abhorrere à dignitate hominis talem titulum verè preferentis, sic se gessisse. Vt ut sit, Acta S. Tiburtij xuo Tertulliani conscripta, non per iocum, sed seriò appellant Pontificem Romanum, *Episcopum Episcoporum*, tanquam caput omnium Episcoporum.

Verùm est S. Clementem Epist. 1. in fronte *Epistole*, donare S. Iacobum titulo *Episcopi Episcoporum*: cuius amulatore S. Lupum, S. Sidonius Appollinaris lib. 6. Epist. 1. ita affatur. [ Benedictus Spiritus Sanctus, & Pater Dei omnipotentis, quod tu Pater Patrum, & Episcopus Episcoporum, & alter sæculi tui Iacobus, de quadam specula charitatis, nec de inferiore Ierusalem, tota Ecclesiæ Dei nostri membra super inaspicis, dignus qui omnes consolers infirmos, quique meritò consularis ab omnibus. ] Et mox, vocat eum. [ Primum omnium toto qua patet orbe, Pontificum, qui in Apostolica sede nouem iam decurrerit quinquennia. ] Et tamen S. Lupus, Tricassinus erat Episcopus, non Romanus Pontifex. Aliud tamen, est, quod per proprietatem & vi muneris, citra omnem auxesim de aliquo dicitur, (Qua ratione solus Romanus Pontifex est Episcoporum omnium Episcopus: ) aliud quod dicitur de quopiam, ad designandam eius super aliquos sibi subiectos Episcopos auctoritatem. Qua ratione in fine Actorum Sancti Danielis Stylitæ, Ephraemius Constantinopolitanus, vocatur Antistes, siue *Episcopus Episcoporum*. Et ita interpretatur Clementem S. Iacobo tribuentem titulum amplissimum de quo agimus, in Epistola allegata, Turrianus l. 2. contra Magdeburg. cap. 13. Vel certè dicendum est eam denominationem inferiori cuiquam Episcopo aliquando deferri, ad insinuandam insignem in obcundo Episcopali munere excellentiam, ita ut præstantissimus Episcoporum & omnium Præfulem velut exemplar, & idea, haberi possit, qui est germanus sensus quo S. Iacobus, & S. Lupus, dicti sunt Episcoporum Episcopi, salua illius tituli prærogatiua soli Romano Pontifici, vi muneris, ac quamcunque vitam viuat.

Nec refragatur sanctus Cyprianus, cum initio Concilij Africani cui præerat, negat, quemquam debere se Episcopum Episcoporum dicere; Rectè enim S. Hieronymus dialogo contra Lucifer. & D. August. lib. 2. de baptis. contra Donatistas cap. 2. obseruauit, hæc à S. Cypriano dicta esse, comparando inter se collegas suos in Concilio Carthaginensi congregatos, quos animare volebat ad liberè ferendam sententiam. Id ita esse, perspicuum erit representato loco integro. [ Superest (inquit) ut de hac ipsa re, singuli quod sentiamus, proferamus; neminem iudicantes, aut à iure communionis aliquem, si diuersum senserit, amouentes. Neque enim quisquam nostrum, Episcopum se Episcoporum constituit, aut tyrannico terrore, ad obsequendi necessitatem collegas suos adigit, quando habeat omnis Episcopus, pro licentia libertatis & potestatis suæ, arbitrium proprium, tanquam iudicari ab alio non possit, quam nec ipse potest alterum iudicare; sed expectamus vniuersi Iudicium Domini nostri Iesu Christi, qui vnus & solus habet potestatem,

& præponendi nos in Ecclesiæ suæ gubernatione, & de actu nostro iudicandi. ] Tantum abest; ut ista primatum Romani Pontificis impetant, tories à Sancto Cypriano assertum, (quod Pamelius ad Sancti Cypriani Epist. 71. num. 17. obseruauit) ut reuera nulla ratione ad eum pertineant. Et idcirco Hincmarus sub finem Opusculi de diuortio, adducto hoc S. Cypriani loco, post illa verba, *quando habeat omnis Episcopus*: interserit de suo ista: *Saluo per omnia priuilegio Sanctæ & Apostolicæ, prima in toto orbe terrarum, Romanæ Sedis, & ipsius Pontificis, Domini Nicolai Pape.* Potiatur ergo Romanus Pontifex titulo *Episcopi Episcoporum*, quem profanissime Arriani apud Luciferum Calariz, quod moriendum sit pro Dei filio, Constantio Imperatori acclamantes dixerunt.

*Episcopus orbis.* Petrus Blefensis Epistol. 145. S. Bernard. Epist. 239.

Longè alio sensu Romanus Pontifex vocatur Episcopus orbis quam Constantinus Magnus ab Eusebio lib. 1. de vita Constantini c. 37. dictus est *Episcopus communis à Deo constitutus*. Hoc enim non est de Constantino pronuntiatum, quasi ipse esset verè Episcopus communis, aut quod idem est Episcopus orbis; hoc quippè solis S. Petri successioribus est à Christo attributum. Dicitur ergo est Constantinus, *Episcopus communis*, siue *Episcopus orbis*, ob sollicitudinem singularem omnium Christi Ecclesiarum, quibus per Antistites prospiciebat pro viribus, ita ut etiam Concilia indici curaret, & alia obiret affectu Episcopi ductus, quæ Episcopum saperent, sed extra Ecclesiam, ut loquitur Eusebius lib. 4. eiusdem vitæ cap. 24. Affine est quod S. Venenceslaus anno 1068. Alexandro II. concedente, vsum mitræ Episcopalis obtinuit, tanquam si esset Bohemiæ suæ Episcopus: & S. Stephanus Hungariæ suæ Apostolus, est denominatus; cum facultate curandi præferri sibi crucem, ut assolet præferri Archiepiscopis.

*Episcopus Patriarcharum.* Cassiodorus Epistola 15. lib. 9.

Accepi hunc titulum, de Romano Pontifice; id quod etiam postea adueri factum à Ioanne Tourreto in dissertatione de Notitia Episcoporum pag. 8. Et verè plana lectio loci Cassiodori, videtur hunc sensum ferre. Erit tamen qui existimet, illud *Patriarcharum Episcopum*, non designare Pontificem Romanum, sed quemcunque Patriarcham. Egerat enim Cassiodorus in persona Athalarici, de simonia eliminanda ab Electione Romani Pontificis, & cæterorum Patriarcharum. Tum post varia in eam rem prolata, subdit. [ Quapropter si quis Apostolus Præfulem Ecclesiæ, vel Patriarcharum Episcopum crediderit ambitione promouendum, &c. ] vbi post vocem *Patriarcharum*, videtur desiderari comma quo significetur damnari eum qui tentauerit promouere in Episcopum, per ambitum, siue designatum aut à se concupitum Romanæ Ecclesiæ moderatorem siue alium quempiam à Patriarchis. Quo pacto interpunctus Athalarici locus non suppeditaret titulum Pontificis Romani propositum. Sensum tamen planum, cui titulus Pontificis propositus innititur, non conuello, sed Lectoris considerationi permitto.

*Episcopus*

*Episcopus Sedis Apostolicæ, sanctus, & cum adoratione vocatus.* Concilium Ephes. de Cælestino I.

*Episcopus vnice summus, & singulariter generalis.* Petrus Blefens. 27. in fine.

Quod vnice summm Episcopum, vocat Romanum Pontificem, pertinet ad supremam in Ecclesia Monachiam eiusdem Pontificis. Idem verò dicitur eandem ob causam singulariter generalis, quia est vnicus cui pro munere incumbat in omnes quaquaersum vniuersæ Ecclesiæ necessitates, animum intendere.

*Episcopus vniuersalis.* In tribus Epistolis, quæ habentur in Concil. Chalcedon. Actio. 3. S. Leo sic denominatur.

Vitus est S. Gregorius superbiam Ioannis Ieiunatoris, Episcopi Constantinopolitani condempnans (quem antè quædam in parte expresserat Pelagius Papa, teste eodem S. Gregorio lib. 4. Epist. 36. indict. 13.) vitus inquam est S. Gregorius, refugere titulum *Vniuersalis Episcopi*. Imò ait hoc esse nomen profanum, sacrilegum, Antichristi prænuntium, quo nemo prædecessorum suorum uti voluerit, tamen si delato sibi in Concilio Chalcedonensi. Ita S. Pontifex lib. 4. Registri Epist. 42. cui Caluinus lib. 4. Instit. cap. 7. §. 3. impudenter impingit mentitio em, negans tale quicquam legi in Actis Concilij Chalcedonensis. Sed mentita est iniquitas sibi. Nam Actio illa 3. S. Leo frequenter, denominatur *Archiepiscopus vniuersalis*, quod est deferre Pontifici Romano titulum *vniuersalis Episcopi*, ut S. Gregorius in Concilio Chalcedonensi factum verè asseruit, ut S. Thomas rectè monuit, Opusc. 19. c. 4. Noluitem S. Gregorius, noluerunt item alij Pontifices cum titulum, passim inducere in vsum, (tamen si vna quæpiam eius notio optime in ipsos cadebat) ut subduceretur occasio lapsus, iis qui fortassis inde colligerent, nullum esse præterea in Ecclesia Episcopum; sed alios omnes, qui Episcopi dicuntur, non esse reuera, nisi Vicarios Romani Pontificis, quod falsum est, & coniuinctum cum euerfione Hierarchiæ Ecclesiasticæ à Christo instituta; quæ fert vt plures sint Episcopi, & Pastores suorum gregum, tamen cum subordinatione ad Romanum Pontificem. Sicut etiam Episcopi, qui subsunt Metropolitanis, non sunt eius Vicarij, sed sunt verè Episcopi tamen cum subordinatione debita Metropolitanis. Hac maxime ratione, titulum *vniuersalis Episcopi* à Constantinopolitano Antistite vsurpatum, solet impetere S. Gregorius: ut lib. illo 4. Epist. 32. & 34. & 36. Et lib. 7. Epist. 69. Siquidem aded infanuisse Ioannem illum Ieiunatorem, vt se hoc sensu vocaret *vniuersalem*, existimat Sanderus lib. 7. visibil. Monar. num. 447. ac Franciscus Agricola lib. de primatu Petri cap. 16. Et tamen suam ad sedem Apostolicam subiectionem agnouisse, testatur S. Gregorius lib. 7. Epist. 64. vnde coherenter non potuit se vocare *Episcopum vniuersalem*, nisi in sensu quem à S. Gregorio impetratum diximus, & in quo talem titulum, sibi ipsi vendicare noluit S. Gregorius; Quamuis si notio subiecta ei titulo non excluderet particulares Episcopos, solamque generalem & vniuersalem totius Ecclesiæ & omnium inferiorum Antistitum curam Romano Pontifici incumbentem, ferret; verè

*Theophilus Raynaudi Pontificis.*

ac legitimè, titulus *vniuersalis Episcopi*, quædatet Romano Pontifici, æquè ac titulus, *Episcopi Ecclesiæ vniuersalis*, quem complures SS. Pontifices, adhibuisse supra vidimus; obstrepente nemine.

Siue autem titulus, *Vniuersalis*, aut *Oecumenici Episcopi*, sumatur priore illo modo, (quod ne in Romanum quidem Pontificem quadrare diximus, & sumptum re ipsa esse à Ioanne Constantinopolitano censet Sanderus supra, atque Lindanus 4. Panopl. cap. 93. siue sumatur secundo modo, quo admittimus talem titulum Romano Pontifici competere, rectè & meritò S. Gregorius, titulum *vniuersalis Episcopi*, per comparationem ad Ioannem Constantinopolitanum Episcopum, dixit esse profanum titulum, atque sacrilegum: in quod consentire, idem sit, quod fidem perdere, scelestum, superbum & characterem bestie, ac prænuntium Antichristi, quia hæc (vt S. Birgitta ex diuina Reuelatione scriptum reliquit lib. 7. cap. 19.) fuit radix prima, inuchenda in Ecclesiam Constantinopolitanam, abominationis desolationis, sub qua iacet oppressa & euerfa, à duobus propè sæculis, DEO iuste vlciscente proteruiam & fastum Græcorum, vt qui se abiecto legitimo Pastore constituto à Christo, vniuersales Patriarchas dicere voluerunt, gemant sub inmani iugo truculenti Tyranni, & omnes eorum exemplo, dictam subiecti capiti diuinitus constituto. Nec id Græcis fuisse peculiare, sed aliis item nationibus iam olim Christianis contigisse, credit Thomas Bosius lib. 1. de statu Italiæ cap. 1. cui præiuerat Ioannes Rossensis ad Artic. 25. Lutheri sub finem. De hoc titulo Romani Pontificis plenius alij, nominatim Baronius Anno quingentesimo quinto, à numero trigésimo sexto. Turrianus libro quarto contra Magdeburg. capite primo, & ad librum sextum Constitutionum Clement. capite decimo quarto, & libro primo prioris defens. contra Sacerdotem capite decimo octauo. Remundus Russus contra Molinæum, Iustinianus, 1. Petri 5. versu primo à numero nono, & Azorius tomo 2. lib. 4. cap. 4. q. 3. Non est potè omittendum, *Oecumenici* titulum ab Antistite Constantinopolitano vsurpatum, non posse conditi ea interpretatione qua titulum *Catholicus* siue *vniuersalis* à Summo inter Armenios Antistite adhibitum condit Otho Frisingensis l. 1. hiltor. c. 12. Ait enim eum nuncupari *Catholicum* siue *Vniuersalem*, [ propter infinitum numerum, id est amplius quam mille Episcoporum quos subiectos habet. ] Eoque pertinere potest quod Theophanes ad annum septingentesimum quadagesimum quintum, quatuor sedes Patriarchales vocat *thronos vniuersales*, quia suberant eis plurimi Episcopi. Et posset etiam censeri *doctus Catholicus* quia in tota illa regione primas tenet. Qui vterque sensus cum sana doctrina posset coherere nec excluderet subiectionem illius Metropolitanis ad Christi Vicarium.

At vox *Oecumenici* orbem totum quam late patet, comprehendere, nec potest arctari ad primatum supra omnino multos Episcopos aliquius regionis, sed supra omnes qui sunt in vniuerso orbe. Quo pacto is titulus in nullum alium quam in Christi Vicarium, salua fide potest cadere.

H

*Episcopus,*

*Onomastico Pontificium.*

Onomastico  
Pontificis.

*Episcopus, solus vniuersalis omnium Ecclesiarum.* Petrus Damiani Opuscul. 23. cap. 1.

Videri possit repugnare Philotheus Constantinopolitanus. Orat. in Triadem Theologorum, ubi de S. Basilio sic ait. [ Qui magnæ Cæsariensis Ecclesiæ tunc præclare præfuit Basilius; & quasi sacrum quoddam Prytanæum, aut omnium orbis Ecclesiarum speculum & curiam eam habuit, hinc verbo & opere præest vniuersis, omnibusque viribus & ingenio cum excellenti quadam spiritus virtute, eas administrat; scribendo, docendo, admonendo, mandando, disputando, confutando, hortando; Reges, Præfectos, Duces, Principes, Clerum, populum, communem vitam traducetes, & solitarios, viros petindè ac mulieres, regiones totas, & vrbes; pro nequam pastoribus, & propagatoribus impictaris, seipsum subiiciendo; sermone & scriptis, Oratorem, Philosophum, Theologum agens, spirituque adiuuante, libris conficiendis crudè defendendo; vt nihilominus ipsi cum Magno Paulo, dicere liceat, *Instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum.* ] Hæc de S. Basilio dicta, non abiudicant Romano Pontifici titulum *Solus Episcopi omnium Ecclesiarum.* Aliud enim est de iure & potestate præesse toti Ecclesiæ, quod solus habet Romanus Pontifex, aliud voluntariam sollicitudinem assumere ex charitate, iurandi omnes quod insigniter præstitit S. Basilius, tamen vnus tantum particularis Ecclesiæ Episcopus. Imitatus i ordo est Philotheus Nazianzenus, qui orat. 20. num. 28. de Basilio dixit. [ Per vnâ Cæsariensem ciuitatem, vniuerso terrarum orbi præluet. ]

*Exarchus diæcesos.* Concilium Chalcedon. can. 9.

Ita nominatur Pontifex in Græco contextu Concilii Chalcedonensis. [ Si Clericus (inquit Canon) habet causam aduersus Episcopum proprium, vel aduersus alterum, apud Synodum prouinciæ iudicetur. Quod si aduersus eiusdem prouinciæ Metropolitanum, Episcopus vel Clericus habet querelam, petat aut primatem Diæcesos, aut sedem regie vrbis Constantinopolitanæ, & apud ipsum iudicetur. ] Qui ab Interprete dictus est, *Primus Diæcesos*, Græcè dicitur *Ἐπίσκοπος τῆς Διοκείας* *Exarchus, vel Princeps diæcesis*, quem vides secerni ab Episcopo Constantinopolitano, apud quem quoque, Concilium indulget, vt quibus placuerit, è Patriarchatu Constantinopolitano Episcopis, aut Clericis (nam de eis solis agebat eo loco Concilium Chalcedonense) si lis eis cum Metropolitanis incidere, possent querelas suas aduersus eundem Metropolitanum ipsorum, fortè enatas deponere.

Et quamuis (quod aliqui censuerunt) admitteremus agi eo loco de Episcopis & Clericis cuiuscunque Patriarchatus, hierique potestatem omnibus quibus placuerit adeundi Romanum Pontificem, vel Constantinopolitanum; adhuc tamen nulla haberetur exaquoatio Patriarchæ Constantinopolitani cum Romano: quasi Constantinopolitanus possit omnes vndeunque ad se ex orbe vniuerso accedentes, audire, & lites iudicare, vt potest facere Romanus Pontifex: quod fituolè admodum, imò malignè, inde collegit Nilus Thessalon. scribens ad-

uersus primatum Romanum; contritus potenter à Bellarmino lib. 2. de Roman. Pontif. cap. 22. Nam iuxta sententiam, quæ admittit eo canone agi de omnibus Clericis & Episcopis, Constantinopolitanus Patriarcha ex mera indulgentia id accepit, saltem quoad sitos extra territorium sui Patriarchatus. Nec quoad ad omnes id accepit, sed tantum quoad Clericos & Episcopos, aduersus Metropolitanum litigantes. Romanus autem Pontifex, non ex indulgentia Synodi, sed iure diuino per Synodum exposito, quoad quoscunque ex toto orbe laicos, etiam à Patriarchis & Conciliis violatos, eam facultatem habet.

Reuera tamen (vt dixi) notauitque Turrianus lib. 3. pro Epist. Pontif. cap. 4. Clerici & Episcopi litigantes cum Metropolita, de quibus ibi agit, erant tantum ex Patriarchatu Constantinopolitano. Atque ita Exarchum ad quem vel ad Patriarcham Constantinopolitanum conceditur prouocatio, in Canone prædicto Chalcedonensi, alium esse non posse, quam Romanum Pontificem, rectè vidit Nicolaus I. Epistola ad Michælem Imperatorem, & est perspicuum ex contextu. Quamuis enim in Concilio Sardicensi, Metropolitanus dicitur Exarchus. Can. 6. & apud Enagrium 4. histor. cap. 11. hoc tamen loco, Metropolitanus est is contra quem supponitur deponenda querela. Patriarcha autem Diæcesos, quem Zonoras, ait dici Exarchum in eo Chalcedonensi Canone, non potest esse alius quam Patriarcha Romanus, quia nullus aliorum Patriarcharum in Patriarchatu Constantinopolitano, tale ius vnquam præterit, præter Papam Romanum. Patriarcha autem alius Patriarchis superior, distinctus à Papa Romano à Balsamone ad huius Canonis, iudificationem ac peruerisionem, verius quam interpretationem inuectus, est plane commentitius. Nec satis solidè Habertus in Archierat. ad edicta pro Archimandr. obseruat. 1. part. 2. censet Exarchum hic dici Metropolitanam sedis, quæ sit antiquissima totius regionis. Sed hoc non potest subsistere. Quid si enim in aliqua Diocesi & regione vnicus esset Metropolitana? Quid si inter plures nulla esset sedes antiquior? Vel si lis esset cum Metropolitana sedis antiquioris? Quare adhareamus Nicolao Canonem Chalcedonensem exponenti, de Exarcho, qui sit ipse Romanus Pontifex.

Tantum mouere quempiam possit, quod is vocetur. *Exarchus diæcesis* in singulari, cum videretur potius denominandus fuisse *Exarchus diæcesos* in plurali; quandoquidem omnes Diæceses subsunt Romano Pontifici. Verum rectè obseruauit Nicolaus I. scripturam ipsam scaturere similibus locutionibus, quibus numerus singularis adhibetur pro numero multitudinis; vt cum dicitur, *Fons ascendebat de terra*, qui tamen erant fontes bene multi, loca & regiones quisque suas, copiosè rigantes. Igitur quia totus orbis est velut vna generalis diæcesis Pontificis Romani, rectè Synodus eum vocauit Exarchum diæcesis, cum vniciuscunque diæcesis in quali fuerit oborta; tum vniuersalis; Catholicum orbem vniuersum complectentis. Quo sensu Synodus Africana eo Canone, qui in Cod. Canonu Africarum est 39. (apud Fer-

randum

*Figura singularis summi capitis nostri, Vica- riiusque eius.* Sancto Leo IX. Epistola prima, *Pontificum* cap. 38.

*Figuram* hinc accipio pro representante; quæ ratione locum tenens Principis, eius *figura* dici potest, quia representat Principis personam. Alibi ea nouo *figura*, est satis frequens. Sic enim Sanctus Ambrosius lib. 2. de virg. ait speciem externam disparat, fuisse simulachrum mentis, figuram prohibitis, id est emicuisse in externa forma, internam virtutem; & representatam fuisse virtutem internam, per externam compositionem. Eodem sensu dixisse Apostolum, de antiquis Hebræis, *omnia in figura contingebant illis*. 1. Corinth. 10. monstrat Vaquez 1. part. disp. 14. cap. 6. post Adamum præfuit in Eliam; Neque enim sensus Apostoli fuit, omnia quæ Hebræis contigerunt, fuisse typos & adumbrationes rerum nostrarum; (quamquam id quoque verum est, vt fuse profecquitur Sanctus Chrysostomus homil. in illud, *Nolo vos ignorare fratres*;) sed sensus Apostoli eo loco fuit, præcessisse in antiquis Hebræis, exempla ad quæ componere res nostras debeamus, inde proficientes. Ita enim fert testura contextus Apostoli eo cap. 10. 1. Corinth. Alium Apostoli locum Hebr. 1. quo filius dicitur *figura substantie Patris*, Anastasius Sinaita lib. 1. de rectæ fidei dogmat. ita accipit, vt *figura* idem sit, quod Imago viva, & representatio expressa. Qua ratione potestas S. Petri, est representatio viua potentie Christi, & eatenus Sanctus Petrus, qua Pontifex, dicitur est singularis figura Christi, supremi Pontificis futurorum bonorum. Quamquam non est hæc figura intelligenda de omnimoda æqualitate potestatis; sed de proportionalitate commensura gubernationis Ecclesiæ per Christum ipsam constitute quoad substantialia. Et qualitate in hanc (vt sic dicam) æqualitatem inæqualem, vocem *figura*, optime monstrat creditus Augustinus l. 1. de Incarn. c. 2. aptans illud, *figura substantie Patris*, ad Christum hominem, in quo, similitudine indiffereta, moles immensa absque magnitudinis immensitate exhibeat. Vt si immanis statua, per pusillam lineamentis contumilem exhiberetur, & figuraretur. Nam eam expectionem rei magnæ per paruum, Autor ille vocat, *figuram*.

*Firmamentum omnium.* S. Augustinus serm. 6. de Sanctis. Hoc est, basis immobilis supra quam Ecclesia est edificata, vel certe *firmamentum omnium Antistitum*, iuxta illud Felicit III. Epist. 5. [ Per Apostolicam sedem, omnium solidatur dignitas Sacerdotum. ] Quod vsurpauit etiam Celsus in tract. pag. 183. addens, Omnes Episcopos cum creabantur, fatigisse confirmari à Romano Pontifice.

*Firmamentum Ecclesie corporis Christi, principatus & caput, pastor humani gregis, petra Ecclesie, clauicularius regni.* S. Isidor. lib. de vita & morte Sanctorum cap. 69.

*Firmamentum à Deo fixum, & immobile.* Athanas. & Episcopi Egypti ad Felicem.

*Firmamentum à Deo fixum, & immobile, ac tituli forma lucidissima sub diuinitus constituta.* Sergius Cyprius ad Theodorum Papam, adductus in Concilio Lateranensi, sub S. Martino I. Secretario 2.

randum est 82.) vtrius vllum Afrum Episcopum asserere nomen *Principis Sacerdotum*. Græca veritas habet *πρίξωρ*. Intelligebat enim Synodus, principatum siue Exarchatum Sacerdotij, nemini intra Africam Antistiti, sed soli Romano Pontifici conuenire. Confirmat doctrinam propositam de vera notione Exarchi Diæcesos, quod Duarenus lib. 1. de sacris ministerijs cap. 22. obseruat, Iustinianum Nouell. 133. inter Monachos vocare Exarchum, cum qui omnium Monachorum suprema potuit præfectura; ita vt non singulis modò Præfectis, sed etiam Archimandritis præfideat. S. Hieronymus vocasse videtur *ἐπίσκοπος*. Nunc *Generalis* nominatur. Quod ergo est generalis quispiam respectu totius Religionis, cui supremus moderator præest, hoc respectu omnium Diæcesos, & omnium Episcoporum, est summus Pontifex. V. infra verbo, *Primus Diæcesos*.

Hic ipse titulus Exarchi S. Petro à Christo delatus est iuxta Theophilactum Luc. 22. Inducit enim Theophilactus, Christum sic Petro loquentem. [ Tu Petre conuersus, bonum exemplum penitentia, eris omnibus; qui cum Apostolus fueris & negaueris, iterum receptor primatum omnium & præfecturam orbis. ] Græcè est *Exarchus*, quo nomine olim Græci dignitatem Summi reliquiarum Italia præfecti Rauenne sedem habentis denotabant. Et similis erat in Africa Exarchatus, eius qui summus erat pro Imperatore Præfectus Africa vt is Gennadius ad quem sub hoc titulo litteras dedit Sanctus Gregorius: Memorat quoque Iulius Pollux Atheniensium Exarchum qui erat Magistralus supernus, qualis Roma *Dictator*, & Carthagine *Suffes*. Ex quibus liquet, quam sublimis sit hic titulus Romano Pontifici respectu vniuersæ Ecclesiæ delatus.

*Excellencia.* Iuo Epist. 65. & 94. Petrus Cluniac. lib. 6. Epistola. 26. S. Bernard. Epistola. 330. Lantfrancus Epist. 8.

F

*Fastigium maiestatis Apostolicæ.* Arnulphus Lexouensis Epist. 21.

Agnoscebat hoc fastigium dignitatis, in Romano Pontificatu Sanctus Bernardus Epistola 237. quæ est gratulatio ad Eugenium, ipsius quondam Sancti Abbatis spiritalem filium. Quo autem inde affectu tactus esset super dilecto filio, sic exprimit. [ Exultauit, fateor, sed cum tremore exultauit, sed in ipso meæ exultationis articulo, timor & tremor venerunt super me. Ego enim etiam nomen Patris deposui, sed non timorem, sed non anxietatem, postremo nec affectum, nec viscera Patris. Considero gradum & casum vereor. Considero fastigium dignitatis, & intueor faciem abyssi iacentis deorsum. Attendo celsitudinem honoris, & è vicino periculum reformido. ]

*Fastigium sublime Sacerdotij.* S. Cyprianus Epist. 52.

Idem quod *Summum Sacerdotium*, vel *principatum Sacerdotij*.

*Fax diuinitus lucens, ad Ecclesie, quæ sub celo est illuminationem in Apostolica sede constituta.* Theodorus Studita ad Paschalem libro secundum, Epist. 13.

*Theophili Raynaldi Pontificia.*

F 2

F 3

*Onomasticum Pontificium.*

Hic Titulus Romani Pontificis, æquè legitur in Epistola S. Athanasij, & Ægyptiorum ad Felicem, nisi quod in hac Ægyptiorum Epistola habetur paulò aliter. Vocant enim sedem Apostolicam, *sermone lucidissimam vniuersorum titulorum*, Sergius autem vocat Apostolicam sedem, *tituli formam lucidissimam fidei*; [Tu enim (inquit consequenter, rationem huius tui dicti reddens Theodoro Papæ) sicut diuinum veraciter pronunciat verbum, Petrus, & super fundamentum tuum, Ecclesie columna confirmata sunt. Tibi & clauis Cælorum committit, atque ligate & solute potestatem, quæ in terra & in cælis sunt, promulgauit. Tu profanarum hæresion depositor existis, vt Princeps & Doctor orthodoxæ, & immaculatæ fidei, &c.] Sensus ergo esse videtur, Romanum Pontificem esse veluti titulum lucidissimum, æpositum puræ fidei vt seruetur, nec ab hæreticis corrumpatur, vel auferatur. Quod enim notauit Festus V. *titulus*, sicut milites *inuli* olim dicti sunt, *sue tituli*, quod tuerentur Patriam: ita adiectione, *tituli* tutum securumque reddebatur, id cui adiciebatur; siue esset velum nomine, aut imagine Principis inscriptum; siue esset inscriptio in cartha, vt ferunt illa Sancti Augustini serm. 62. de verb. Dom. [In ipsis prædicationibus suis, titulum illius posuerunt; vt prædæ ipsorum quasi defenderentur, per titulum potentis.] & in Psalm. 21. [Ne domum ipsius innadat aliquis potens, ponit ibi titulos potentis, titulos mendaces; Ipse vult esse possessor, & frontem domus suæ de titulo alieno muniri, vt cum titulus lectus fuerit, conterritus quis potentia nominis, abstineat se ab inuasionem.] Videndus Gretserus lib. 2. de Cruce cap. 7. vbi multa de huiusmodi titulis. Vt ergo significaretur, Romani Pontificis esse tueri fidem, eamque seruari impollutam & inderannem à futuribus, & laronibus, sedes Apostolica quam tenet, dicta est *forma tituli fidei lucidissima*; id est ratio quadam aut species tituli munitis, neminem latens, vt ab omnibus possit aduerri. Quo rectè quadat ratio, ducta ex verbis Christi ad Petrum, prout futurum Pontificem, *Tu es Petrus, &c.*

*Fons magnus & indeficiens, omnibus Christianis fluens, de quo rivuli procedunt affluenter, vniuersum largissime irrigantes orbem Christianorum.* Episcopi Africani ad Theodorum Papam, vt refertur in Concilio Lateranen. sub S. Martino I. consule. 2.

Episcopus Mosconia, scribit Sigismundus Baro Herbstenus in Commentariis Mosconit. pag. mibi 30. in vsu quotidiano gestare pallium nigrum, quod habet à pectore in vtramque partem tres limbias albas; inflexas instar riuuli de fonte fluentis, in significationem quod ex corde & ore illorum, fluunt riuuli doctrine fidei, orbem rigantes. Hæc quanto iustius in Episcoporum Principem cadant, nihil attinet dicere.

*Fons verè illimitatus ac sincerus, tam inde à principio vera fidei.* Theodorus Studita Epistola ad Paschalem Papam lib. 2. Epist. 13.

Spectant ista ad puritatem doctrinæ Romani Pontificis, nulla vnquam luci admisione turbidam, semper puram, semper pellucidam; cum aliorum quorumvis Patriarcharum plerique, Hæretico cæno sint maculati. Locus est in hanc

rem egregius, his verbis conceptus apud S. Innocentium I. in Epistola ad Carthaginensium Concilium. Est 91. Inter Augustinianas. [Quod Patrum instituta, Sacerdotali custodientes officio, non censetis esse calcanda, quod illi non humana, sed diuina decreuerunt sententia, vt quicquid de disfundis remotisque prouinciis ageretur, non prius duceret finendum, nisi ad huius sedis noticiam perueniret, vbi tota huius auctoritate, iusta quæ fuerit pronuntiatio firmaretur, indeque fumeret exercere Ecclesie; velut de naturali suo fonte aquæ cunctæ procederent, & per diuersas totius mundi regiones, puri capitis incorruptæ manerent, quid præcipere, quos abluere, quos velut in cæno inmundabili sordidatos mundis digna corporibus, vnda vitaret.] Similiter Ioannes VIII. Epist. 76. cum præmississet super Petram confessionis S. Petri, fundatam esse Ecclesiam, & hanc esse petram illam, supra quam vt Salomon ait, serpentis non inuenitur vestigium, subdit. [Aqua nunquam potest alibi, tam munda, vel tam limpida, quæ admodum in fonte vnde originem protrahit, inueniri; ita & fides nunquam omninò poterit alibi tam puræ, vel tam nitida reperiri, sicut in Ecclesia nostræ Viuarii, vbi tam non tecla persillantia, quibus litigiosa mulier; id est hæretica prauitas comparatur; sed ille polum clauiger, vberim & purissimè congregauit, qui ex ipso fonte viuo hanc cœlitus hausit, & limpidißimam conseruandam mandauit.] Hæc omnia ferunt, re ipsa, *Caput fluminum*, vocari posse Romanum Pontificem: quo ipso nomine S. August. in Psalm. 92. ad illud, *Eleuauerunt flumina Domine*, Christum appellat, vnde eant cuncta flumina, quæ locuta sunt, & eleuauerunt voces suas, profundèdo per orbem doctrinam Christi. Hæc sunt flumina in deserto posita, ratione quorum exitus aquarum est in suum, ita vt [qui de Petri Ecclesia exierit, si peccat] verba sunt Arnobij in Psalm. 106.

*Fons perennis, corruptis fontibus præligendus.* Carolus Magnus apud Ioannem Diaconum lib. 2. vita S. Gregor. cap. 9. Locus est concinnus in Actis Caroli Magni per Monachum S. Eparchij, pag. mibi 250. Disceptabant Cantores Gallicani cum Romanis allegantibus institutionem S. Gregorij. Gallicanos verò Cantores quod essent domestici Imperatoris inflabat fauor. At tamen auditis eorum contentionibus Carolus Magnus, suos cantores sic est affatus. [Dicite palam, quis purior est, & quis melior, aut fons viuus, aut riuuli eius, longè decurrentes? Responderunt omnes, vna voce, Fontem velut caput & originem, puriorem esse. Riuulos autem eius, quanto longius à fonte recesserint, tanto turbulentius fluere, & sordibus ac inmunditiis corruptos esse. Et ait Dominus Rex Carolus, reuertimini ad fontem Sancti Gregorij, quia manifestè corruptis cantilenam Ecclesiasticam.] Id ipsum de quouis ritu Ecclesiastico, ac multo magis de quouis fidei dignitate occini potest, cuiusque à sensu & vsu Romanæ Ecclesie deficienti.

*Forma & fundamentum Ecclesiarum, à quo omnes Ecclesias principium sumpsisse, nemo rectè credentium ignorat.* Vigilus Papa Epist. ad Enther.

*Fundamentum æternum fidei.* S. Chryostomus homil. in 12. Apostolos.

*Fundamentum*

*Fundamentum fidei.* Petrus Damiani serm. 26. Andreas Cretensis orat. de Trâsfigur. Fœdèntur recidit, quod Stephanus Dorensis Epistola ad Synodum Lateranensem sub Martino I. vt ibidem refertur. Confutat. 2. ait, in sede Apostolica esse dogmatum fidei fundamentum.

Vnum quidem est primarium fidei nostræ fundamentum, de quo Apostolus, *fundamentum aliud, Nemo potest ponere, præter id quod posuit est, quod Christus.* Nihilominus fidei fundamenta secundaria, sunt SS. Apostoli, iuxta illud eiusdem Apostoli, *super edificati supra fundamentum Apostolorum.* Et illud S. Ioannis. Apocal. 21. *Murus ciuitatis, habens fundamenta duodecim; & in ipsis duodecim nomina, duodecim Apostolorum, Agni.* Super omnia tamen hæc fundamenta, Christo, (vt D. Augustinus in Psalm. 86. vocat) *Fundamentum fundamentorum*, innixa; est vnum sub Christo, primarium fundamentum; nempe S. Petrus, qui est lapis probatus, de quo accipiet per accomodationem liceat, illud Isaiæ 28. *Ecc. ego ponam in fundamentis Sion, lapidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamento fundatum.* Quamuis enim locus ille, de Christo intelligendus directè sit, vt constat ex 1. Petri 2. & ex Rom. 9. tamen sæpè monent. PP. Christum voluisse, vt nomen *Petra* sibi proprium, esset Petro participatione commune. Atque ita, quæ de illa *petra*, seu lapide angulari fidei nostræ dicuntur, per se primo; de Petro quoque; dici possunt secundariò, vt optime tradit Gregorius IX. Epistola ad Germanum Constantinopolitanum. Est igitur Petrus lapis angularis; probatus, pretiosus, in fundamento fundatus, id est locatus, in fundamentum, (vtique secundarium) fidei nostræ. Bellè S. Ambros. serm. 2. de SS. Petro & Paulo, vel Augustinus serm. 26. de Sanctis, huc accomodat primum miraculum à S. Petro paratum. Sic enim habet. [Primum ergo signum mirabilium suorum Petrus fecit, claudo pedum restituendo vestigia. Diximus frequenter, ipsum Petrum, à Domino *Petram*, nuncupatum, sicut ait, *Tu es Petrus, & super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam.* Si ergo Petrus Petra est, super quam edificatur Ecclesia; rectè prius pedes sanat; vt sicut in Ecclesia, fidei fundamentum continet, ita & in homine membrorum fundamenta consistunt. Rectè inquam primum in Christiano pedes curat, vt iam non trepidus, nec imbecillus, possit super petram Ecclesia, sed robustus, & fortis incedere. ] S. Leo IX. Epist. 1. quæ est ad Michaellem, Leonem Acriæ, applicat eodem, S. Petri crucifixionem, capite deorsum verso. Præfatus enim Christum esse primum vniuersalis Ecclesie fundamentum, subdit. [Quod vtique deuotissimus ille Petrus, non solum viuens, sed etiam moriens demonstrauit, quando nimia humilitate, congrua significatione, se crucifigi deorsum verso capite petiuit, profectò diuina inspiratione præfigurans, se esse primum, & quadrum lapidem, in fundamento, quod est Christus Ihs vs compaginatam, coherentem, atque connexam, qui vt potè superpositus angulari lapidi, totum pondus Ecclesiasticæ fabricæ, incorruptibili soliditate sustinet, ac proprii capitis suppositione, omnia membra corporis Christi, per aptas, & naturales compages vs-

que ad consummationem sæculi, quasi vsque ad pedes crescentia inflexibili collo ad cælos sustolleret. ] En qua ratione S. Petrus est fundamentum; qua ratione Ecclesia non habet præ fundamento alios Apostolos, quamuis super ipsos quoque tanquam super primos Ecclesiastici edifici lapides, fundata aliquando legatur Ecclesia, vt retulit notatque Hieronym. in c. 4. ad Gal. Cyprius de hoc S. Petri, atque aded summi Pontificis titulo; Isidorus de Holanis l. 2. de Imperio militantis Ecclesie tit. 1. quæst. 4. Præiuratque Turrecremata de multiplicibus fidei fundamentis, & quatenus inter ea S. Petrus numeretur, egregie differens lib. 2. de Eccles. à cap. 17.

Hunc titulum S. Petro quatenus Christi Vicario, atque aded omnibus æquè Pontificibus tributum, videri possit conuulsisse Hesychius Orat. in S. Andream Apostolum, vocans S. Andream *Fundamenti fundamentum, & Petrum ante Petrum*, quod est re ipsa negare, S. Petrum esse simpliciter fundamentum, cum alij extra Christum innitatur, si alter est eius fundamentum. Cæterum sensus Hesychij aliò spectat. Neque enim negare voluit, S. Petrum esse fundamentum respectu S. Andree, quod attinet ad stabilimentum, & confirmationem æquè S. Andree, ac cæteris Apostolis emendicandam à S. Petro, ne in vacuum curerent, vt de seipso prodidit Apostolus Paulus. Tantum ergo voluit Hesychius affirmare, S. Petrum vt priuata personam, fidei suæ initia ad vocationem, & adductionem ad Ihs v m, à B. Andree sciam, referre. Ferunt id manifestè verba Hesychij, quæ sic habent. [Andreas primò est in Apostolorum cõonam vocatus, qui quasi columna primum affixus est in Ecclesia, & ante Petrum Petrus, fundamentique fundamentum, qui primitiarum fuit principium. ] Hoc aliter dixit S. Athanasius Orat. de S. Andree. ] Andreas Apostolorum prima plantatio. Hic Christi disciplinæ portus aperuit, hic prophetiæ agriculturæ fructus primus vindemiauit, speique dono præstans cæteris, primus eum quem omnes expectabant, amplectitur; primus veteris Instituti præcepta constituto terminari tempore comprobauit; Primus Moysi linguam colubuit, ægrè ferens post Christum eum iam amplius loqui, &c. Fratrem manducit ad eum quem repererat, nescienti Petro thesaurum ostendit. ] id quod subtilimè prosequitur. Manet igitur saluus S. Petro prout Pontifici, titulus fundamenti respectu totius Ecclesie, ipsiusque etiam S. Andree; Tametsi quod attinet ad primam Christi noticiam, B. Petro vt priuato homini communicatam, S. Andreas, qui cum docuit Messie aduentum, & adduxit illum ad Ihs v m, habeat aliquatenus rationem fundamenti, verius myltagogi.

Cæterum quod Hæretici, vt hunc S. Remi, atque aded etiam successorum titulum quantiant, toti sunt in infirmitatibus ac defectibus; & S. Petri, & successorum exaggerandis, ludunt illi operam. Nam præterquam quod plerique malignè obtorquent, & plura mendaciter affingunt, meminisse eos oportuerat quantacunque sit infirmitas ac veluti nigredo, & fecditas horum secundariorum fundamentorum Ecclesie; inde augescere Dei potètiã qui per infirma, &

H 3 ignobi



*Onomasticum Pontificium.*

ignobilia tantam fabricam sustentavit ad hanc diem. Templum Dianæ Ephesiæ ducentis viginti annis à tota Asia factum ut ait Plinius l. 36. c. 14. calcatis carbonibus substratum ac vellere lanæ est inædificatum. Potuit illud humanæ magnificentiæ ostentum tam infirmo inniti fundamento. Quid enim lana tenuius? Quid carbonibus fragilius, quorum iuxta S. Augustinum 21. Civit. cap. 4. [Tanta est infirmitas ut icu l. uissimo frangantur, pressu facillimo conterantur, & tanta firmitas ut nullo humore corrumpantur, nulla ætate vincantur vsque adeo ut eos substerneret silcant qui limites figunt ad convincendum litigatorum, fixumque lapidem, limitum non esse contenderit?] Quidni ergo potuit Doges in summa infirmitate stabilire secundum Christum Ecclesiæ suæ firmitatem.

*Fundamentum Ecclesiæ.* S. Dionysius ad Timoth. S. Clem. Epist. 1. ad Iacob. S. Hilar. in Psal. 131. S. August. serm. 15. de Sanctis. Vicarius apud S. Augustinum Epistol. 86.

*Fundamentum felix Ecclesiæ, dignaque edificatione illius petra; que infernas leges, & Tartari portas, & omnia mortis claustra dissolueret.* S. Hilar. can. 16. in Matth.

*Fundamentum magnam Ecclesiæ, & petra solidissima, super quam Christus fundavit Ecclesiam.* Orig. hom. 5. in Exod.

*Fundamentum supra quod edificij Ecclesiastici altitudo confurgit.* S. Augustin. serm. 15. de Sanctis.

*Fundamentum per quod in caelum ascenditur.* Ibidem.

*Fundamentum super quod columna Ecclesiæ confirmata sunt.* Sergius Cyprius ad Theodorum Papam, adductus in Concil. Lateran. sub S. Martino I. consultat. 2. S. Athanas. cum Collegis Epistola ad Felicem Papam.

Columnæ Ecclesiæ, intelliguntur eo loco Episcopi reliqui, ut S. Damasus interpretatur Epist. 4. Hi quippe confirmati sunt siue stabiliti super Petrum, eiusque successores; Quo ipso sensu Gregor. Nazianz. orat. 26. ait fundamenta Ecclesiæ, commissa esse fidei S. Petri. Dicitur porro videntur Episcopi, columna imitatione Apostoli, qui primarios in Ecclesia describens, ait, qui videbantur columna esse. Videndus de hac Episcoporum nomenclatione Turcremata ad cap. Accusatores 3. q. 8. num. 1. Et quamquam confirmatio huiusmodi columnarum, potest ab aliis quoque quam à Petro, & eius successoribus præstari, iuxta illa que S. Thomas disputat in Vestibulo Commentarij in Epistolam ad Ephesios, tamen præcellentissime, & singulari quodam modo, S. Petrus eiusque successores confirmant vacillantes, quia ne circumferantur omni vento doctrinæ, & ut certò sciant, quid firmiter sit tenendum, habent à sede S. Petri; qui iussus est confirmare fratres suos, Lucæ 22. ad quem locum pulchre in hunc modum Theophilactus. [Planus huius loci intellectus est; Quia te habeo ut Principem discipulorum, postquam negato me, fleueris, & ad penitentiam veneris, confirma ceteros. Hoc enim te decet, qui post me Ecclesiæ petra, & fundamentum es.] Optime porro ex hoc titulo, defensor Romanæ Ecclesiæ apud Petrum Damian. Opusc. 4. sub initium, colligit in hunc

modum. [Cum beatitudo vestra venerabiles Patres, super Apostolicæ sedis negotio disputat, ad cunctas Ecclesias pertineret, quod versatur in manibus, non ignorat. Hac enim stante, reliquæ stant, si autem hæc, quæ omnium fundamentum est & basis, obruitur, cæterarum quoque status, necesse est collabatur.] Idem admonuit S. Leo IX. Epist. 1. quæ est ad Michaëlem, & Leonem sub finem, inculcans grauius conuulsa Romanæ Ecclesiæ autoritate omnes Ecclesias laburatas, nimirum quia omnes ei innituntur, & super ea tanquam fundamento secundatio, sunt constitutæ. Id ipsum supra iam notavi ex Ioanne VIII. Epist. 32. V. Caput Ecclesiarum, Romana.

## G

*Gubernator magnificus Romana sedis, summus Pontifex, & vniuersalis Papa.* Episcopi Germaniæ ad Ioannem VIII.

*Gubernator Throni Apostoli.* Concil. Chalced. Actio. 1.

Non est sensus, thronum, siue Sedem Apostolicam, dirigi per gubernationem Pontificiam. Nam, Thronus, siue Sedes, aut Cathedra, nihil aliud in hoc negotio sonat, quam potestatem, quæ non est suppositum rationale, cui soli competere gubernare. Itaque gubernator Throni, dicitur gubernator, qui Throno insidet, & eum obrinet, ad gubernandum eos, qui gubernationis suæ sunt capaces.

*Gubernator nauis Petri.* Ioan. Sarisb. 8. polycr. cap. 23. S. Auitus Epistol. 31.

Hic titulus, supponit Ecclesiam Catholicam assimilari nauis, quod per pulchre exponitur in Epist. 1. Anacleto Papæ, verbis illis. [Ut ait B. Clemens Antecessor noster, similis est omnis Ecclesiæ status, nauis magna, quæ per vndosum pelagus diuersis è locis, & regionibus viros portat, ad vnam potentis regni urbem properare cupientes. Sit ergo nauis, huius Autor, Dominus ipse omnipotens Deus: Gubernator verò sit Christus. Tum deinde proteta officium, Episcopus impleat; Presbyteri nauarum; Diaconi dispensatorum locum teneant: Hi qui catechizant, nauologos conferantur. Epibatis autem totius fraternitatis multitudo sit similis. Ipsum quoque mare, hic mundus habeatur: Ventorum verò varietates & turbine, diuersis tentationibus conferantur; Persecutiones; tribulationes, siue pericula, fluctibus exæquentur. Terreni verò spiritus, qui vel de torrentibus, vel de conuulsibus spirant, Pseudo-Prophetarum & seductorum, seu prauæ doctrinæ verba dicantur. Promontoria verò, & loca confragosa, hi qui in potestibus saculi sunt Iudices, & qui pericula nominantur ac mortes. Bitalia verò loca, quæ duplicibus vnda fallacis artibus verberantur, dubijs mente, & de reptomissionum veritate nutantibus, conferantur, atque his qui irrationabili fidem nostram ratione discutunt. Hypocrite verò & dolosi, piratis similes habeantur. Iam verò rapidus vortex, & Tartarea Charybdis, & faxis illis naufragiæ ac mortiferæ submersiones, quid aliud estimanda sunt quam peccata: Restat igitur, ut hæc nauis cursu prospero tuta possit portum desideratæ vrbis intrare, ita Deo preceam fundere, ut nauigantes

*Onomasticum Pontificium.*

nauigantes mereantur audiri.] Locus ex Clemente ab Anacleto allegatus, legitur apud Clementem Epist. 1. ad Iacobum Fratrem Domini. Pulchre quoque eandem nauis, & Ecclesiæ analogiam, his verbis expressit S. Chrysostomus homil. 1. de Symbolo. [Velut nauis est in mari posita hæc Ecclesia; portat epibatas, portat credentes, in vna charitate, in vna modulatione, in vno remigio sanctitatis, in funibus charitatis, in velo orationis, in arbore crucis, in pice poenitentiae, in stupa castitatis, in tabulis pacis, in anchora fidei. Ita ergo Ecclesia, in vna modulatione cantans, peruenit ad portum æternitatis, ad ciuitatem pacis.] Huius itaque nauis, quæ est Dei Ecclesia, gubernatorem supremum agit Romanus Pontifex. Eius est in medijs fluctibus curam indefessam adhibere, ut nauis portum tute subeat; quod ut præstet, debet in aquis sicca permanere, & subuenire omnibus per hos fluctus transeuntibus, ut pie ac pulchre profectur. Petrus Bles. sermon. 40. agens de nauiculariis subordinatis.

## H

*Hæres regni habenas, quibus impetum cordis tanquam pullum indomium refranet, & passibus ordinatus ambulare compellat.* Petrus Cellensis Epist. 113.

*Hæres Apostolorum.* S. Bernard. 2. de confid. cap. 8.

Quid sit hæres esse Apostolorum, intelligi potest ex egregia oratione Tertulliani libro de Præfer. cap. 37. nomine Catholicæ Ecclesiæ sic affantis hæreticos. [Qui estis? quando & vnde venistis? quid in meo agitis? non mei? Quo denique Marcion iure sylum meam cædis: qua licentia Valentine, fontes meos transfueris? qua potestate Apelles, limites meos commoues? Mea est possessio, quid hic ceteri ad voluntatem vestram seminatis & pascitis? Mea est possessio, olim possideo, prior possideo, habeo origines firmas, ab ipsis authoribus, quorum fuit res. Ego sum hæres Apostolorum, sicut cauerunt testamento suo, sicut fidei commiserunt, sicut adiurauerunt, ita teneo. Vos certe exheredauerunt semper & abdicauerunt, ut extraneos, & ut inimicos; Vnde autem extranci, & inimici Apostolis hæretici, nisi ex diuersitate doctrinæ, quam vnusquisque de arbitrio suo aduersus Apostolos, aut protulit, aut recepit?] *Hæres Patrum.* Albinus Flaccus qui, & Alcuinus ad Leonem Papam Epist. 72.

*Hæres S. Petri.* Petrus Bles. Epist. 145. S. Leo serm. 2. de anniuers. suæ assumpt.

Id est potens eadem autoritate ad gubernandam Ecclesiam, qua S. Petrus potitus est. Sicut hæres succedit iuribus, testatoris. V. mox, *Hæres mirifica potestatis.*

*Hæres cui orbis hæreditas.* S. Bernard. 3. de confid. cap. 1.

Glossam huius Tituli quo Eugenium Papam honorat S. Bernardus, ex ipso S. Bernardo petere operapretium est, sic Eugenium affante. [Orbe excundum ei, qui forte volat explorare, quæ non ad tuam pertinent curam. Parentes tui destinati sunt, non aliquas regiones, sed ipsum debellatum orbem. Itæ in vniversum orbem, dictum est illis. Ipsi verò vendentes tui

cas, emere gladios, ignitum eloquium, & spiritum vehementem, arma potentia Deo; Quò non perueniunt victores inclyti filij excultorum? Quò non sagittæ potentium acutæ, cum carbonibus desolatoriis? Et quidem in omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum. Penetrabant & incendebant. Verba illa, incensa igni, quem Dominus misit in terram. Occumbebant strenuissimi bellatores, sed non succumbebant; triumphabant & mortui. Nimis confortatus est principatus eorum; Constituti sunt principes super omnem terram. Eis tu successisti in hæreditatem, ita tu hæres, & orbis hæreditas. Videndus Aluar. Pelag. lib. 2. artic. 14. littera B.

*Hæres mirifica potestatis, sicut Vicarius sanctissima sedis B. Petri.* Alcuinus Epist. 8. ad Hadrianum, quæ est 63.

Cur Romanus Pontifex dicatur, Vicarius Sedis Petri, infra suo loco exponetur. Hæres verò mirifica potestatis qua S. Petrus à Christo donatus est, idcirco dicitur, quia succedit in eius sede siue Episcopatu, cum pari potestate, de quo in Epilegom. subnot. 2. verit. 3. Insigniter in hanc rem differit Eunod. in Apologetico pag. 324. Quanta hinc cura maneat Pontificem, egregie S. Bernard. lib. 2. de consider. cap. 6. Quanta item cum deceat cultus simplicitas, & pompæ negligentia, eruit lib. 4. c. 3. Nunc satis est nobis, agnoscere Romanum Pontificem esse S. Petri hæredem, ad modum propositum. Sicque Hæreditatem S. Petri, in se, tametsi indigno hærede non defecisse, gloriatur in Domino; S. Leo serm. 2. de sua Assumpt.

Nullius porro alterius Episcopi est hoc decus, quia nemo eorum est hæres ex ass. Petrus quidem Blesensis in Episcopi institutione, agens cum Episcopo Vigornienfi, vocat eum hæredem, & Vicarium S. Petri, sed sicut is Vicariatus consistebat tantum in munere Præfulis, eaque participatione particulari, & diminuta plenissima potestatis S. Petro tradita, ita & hæreditas. Intelligitur id apertè ex verbis Blesensis. [In ædificandis (inquit) palatijs, molendinis, & furnis, in augendis redditibus, tota Pontificum sollicitudo feruescit. Nunquid vox Saluatoris est ad Principem Apostolorum & Præfulum, si diligis me, excole terras, ædificas domos altas? Legimus eum dixisse ad Patrum, Si amas me, pascue oues meas. Hæres es, & Vicarius Petri; pascue oues meas Euangelizando, fac opus Euangelistæ, & Pastoris; non erubescas Euangelium, si erubescendum non credis Pastoris officium.] Sed disertè Innocentius III. scribens ad Calloianum Regem Bulgarorum, eumque Regio titulo insigniens, multa luculenter præfatus, de S. Petri autoritate, addit; [Eum in officio Vicarium sibi substituit Dominus, & in magisterio successorem; sic hæreditatem in cuius præclaris funes eius ceciderant, transferens in eundem, ut aliis post eum, & sub eo quasi partialia faceret de hæreditate legata.] Præmiserat porro, hæc omnia Romano Pontifici in B. Petro esse tributa. Itaque alij Præfuli non sunt hæredes ex ass. sed duntaxat legatarij.

*Hierarchia.*

Donatur absolutè, & absque addito, hoc nomine Melchisedech Papa à Constant. Magno, ea ad ipsum Epistola quam refert Eusebius lib. 10. histor;

*Onomasticō Pontificium.* histor. cap. 5. Vbi enim nonnulla Latina exemplaria corrupte legunt, *Constantinus Augustus Melchiodi Episcopo Romano*, & *Marco*, S. genuina & emaculata lectio habet, *Constantinus Augustus Melchiodi Episcopo Romano*, & *Hierarcha*. Nata verd est inde macula, quod in Græco idiomate quo Epistolam retulit Eusebius, magna affinitas sit vocum illarum, *ἱεραρχία*, *καὶ Μάρκος*. Sed vera lectio est *ἱεραρχία*. Nam quis ille Marcus esset ad quem simul & ad Melchiodem Constantinus iudicium Cæciliani & Schismaticorum Donatistarum deferret, nemo nisi diuinando explicarit. Vir quidem insignis & purpureæ suæ ætate decus, aliter eum locum emaculandum censebat; legendo scilicet *καὶ Μάρκος*, quasi Constantinus longam vitam Melchiodi in Epistolæ vestibulo apprecaretur. Verum emaculatio proposita, vt simplicior, ita facilius videtur. Neque modus ille salutationis in fronte Epistolæ, alibi facile occurrit, & batrologice adderetur salus expressa per S. maiusculum. Quare Constantinus optime edoctus, vbi esset fons & principatus Christianæ religionis, Melchiodem non modò appellauit Episcopum Romanum, sed etiam simpliciter & absolute, ac remoto quouis obice restringente, *Hierarcham*. Quæ de re plenius in Epilegomenis sub. not. 2. verit. 11.

*Homo hominum præcipuus.* Petrus Damiani Opusc. 23. cap. 1.

*Homo hominum omnium excellentissimus.* Gerbertus Episc. 23.

Aliter eodem tamen sensu id Eugenio dicebat S. Bernard. lib. 2. de Consid. cap. 1. [Parens super terram non habes.] Optime quoque Gelasius Papa Episc. 8. Exscriptus à Pothone lib. 3. de Statu-Domus Dei. [Sedis illius (vt scribit Gelasius ad Anastasium Imperatorem) Præsuli consensus est adhibendus, quem cunctis Sacerdotibus & diuinitas summa voluit præminere, & subsequenti Ecclesiæ generalis pietas celebravit. Vbi prudentia tua euidenter animaduertit, vnquam quolibet penitus humano consilio æquare se posse quemquam illius privilegio, vel confessioni, quem Christi vox Prætulit vniuersis, quem Ecclesia confessa seraper est & habet deuota primatem.] Non asserit, Pontificem Romanum præferri solis Episcopis; vt videntur sonare illa verba *cunctis Sacerdotibus*; sed ex eo quod Romanus Episcopus omnibus aliis Præsulibus manifeste præferatur; Præsulum autem ordo præcellat etiam Principibus sæculi; Infert nullum esse mortaliū, qui possit se æquare Christi Vicario, Romano Pontifici. Eoque tendit disputatio quam eo loco instituit Gelasius. Et sanè nullius mortalium, tametsi Imperatorem potentia, æquat potentiam Vicarij Christi, quæ ad animas quoque & cæcos peruenit; Cum potentia cuiusuis sæcularis Monarchæ, ad summum sistat in corporibus, & terra concludatur. [Ergo (aciebat Nicolaus I. Episc. ad Michælem Imperatorem potentia suæ ostentatorem) ne velit minari puluis & vermis, sicut scriptum est; *quid superbit terra & cinis*? Ne velit ampulla in aquis inflari, quia post paucillam dicitur, ecce non est. Quid gloriatur in malitia, qui potens est in iniquitate? Quid facturus est? Occidit est, vt verbi gratia dicamus, hominem, quoniam amplius non

habet quid faciat; hoc & vnus fungus facit malus. O Imperator, in hocce redacta est malitia hominis in iniquitate potentis, vt fungo malo comparetur? Heu quàm inutilem potentem? heu superuacue gloriantem?] Non est ergo par potentia Imperatoris, & Pontificis. Autor sermonis ad Concilium Remense apud Bernardum, vniuersalius ait. [Præter Deum, non est similis ei (Eugenio Pontifici) nec in cælo, nec in terra.]

## I

*Ianitor cælorum.* Petrus Chrysologus sermon. 127. Vrbicus apud Sanctum Augustinum Episc. 86.

Notionem huius tituli Pontificij, tametsi satis perspicuam, iuvat illustrare adducto ex parte lemmate, quod in quadam Ecclesia S. Petro dicata extra Romam, Achilles Episcopus eius fundator adscriptis refertur in Append. Antiqu. Inscript. pag. 172.

*Quidnam igitur mirum magno si culmina Petro,*

*Quolibet existant edificata loco?*

*Cum qua per totum celebratur Ecclesia mundum*

*In fundamento fixa Petro maneat;*

*Numque illum Deus ipse caput, qui corporis extat,*

*Propterea Petra nomen habere dedit.*

*Dicens esto Petrus, quoniam fundatus super te*

*Quam mihi nunc totæ molior orbe domum.*

*In te per cunctas consistit Ecclesia gentes,*

*Vincit & inferni carceris Imperium.*

*Nam clauibus sacras cælorum claudere portas*

*Et referare dedit pro meritis hominum.*

*Quæcumque in terris fuerit sententia Petri,*

*Hæc erit in cælis scripta, notante Deo.*

*Dixit enim, tu es magno mihi nomine Petrus,*

*Et tibi cælorum sortita claustra dedit.*

*Hæc diuine potens cælo, terraque Petrus stat*

*Arbiter in terris, Ianitor in superis.*

*Ianitor regni cælestis.* S. Hilarius in Psalm. 137. Agapetus ad Iustinianum. Hugo Victor. lib. 1. de Sacrament. cap. 43.

*Ianitor beatus cæli, cuius arbitrio clauis æternæ aditus traduntur, cuius terreste iudicium præiudicata auctoritas sit in cælo, vt quæ in terris aut ligata fuerint, aut soluta, statim eiusdem conditionem obtineant & in cælo.* S. Hilarius can. 16. in Matth.

*Ianitor oculis Christi.* S. Ambrosius cum Synodo Mediolanensi ad Syricum.

*Inspector Apostolus, & prædicator orthodoxus veritatis.* Anonymus in Episc. ad Occidentales de Exilio S. Martini Papæ.

*Inspector & Episcopus omnium.* Pamphylus Episc. Abydorum Episc. ad Petrum Fulionem.

Non alia Episcopi & inspectoris norio. Inspector verd omnium, quantum homini purè creato fas est, maximè accedit ad Deum, qui dictus est *πρωτεύων*.

*Interpres Christi.* Inscriptio litterarum per Xa, legatum Regis Persarum ad Paulum V.

Tametsi litterarum, quibus hic Titulus cum aliis Pontifici perhonorificis continetur, nuperæ sunt;

sunt; Tamen non fuit hic titulus reticendus, cum delatus sit ex antiquo apud Persas sensu, de sublimissimo in Dei Ecclesia munere Romani Pontificis. Adscribenda verd videtur integra litterarum illarum inscriptio, quippe contexta ex variis splendidissimis Pontificis Elogiis. [Domino nostro, summæ Maiestatis locum præ cæteris Deoque proximior omnino, atque amplitudine sua totius orbis magnates præcellenti; sub cuius vmbra primates omnes, amplissimi ordines, & copiosæ nationum protegentur turmæ; cuius exercitus præ multitudine numerari non possunt. Omnium, Christi, noui Prophetæ legem profitentium capiti, & eiusdem Christi interpreti; Concilium Prælatum, vniuersæ magnitudinis mundi, Soli, dilecto atque ab omnibus obseruato, felici & beato Domino Papa.] Corolla est (vt vides) ex insignibus plerisque titulis textis compacta, & capiti Pontificis imposta. Ex qua hic suauandum vnus illum flosculum carpo, quo Pontifex dicitur *Interpres Christi*. Hoc duobus modis accipi posse video.

Nam & *Interpres* dicitur, qui voces vnus idiomatis aliis incogniti, transfert in vulgare idioma, notum iis cum quibus agitur; quales Romanis permulti erant, cum semper responsa darent Latina lingua omnibus gentibus, ex Valerio lib. 2. cap. 1. Et *Interpres* etiam dicitur, qui rem implexam tametsi verbis vulgaribus expressam, aperit & manifestam facit, Quo pacto Ioseph, dicitur interpret fuisse somniorum; & præpositus pincernarum, succedentibus prosperis oblitus est interpretis sui. Priore modo, vsus est interpretum in aditione orarum remotarum, aut in agendo cum personis è remota regione: quo pacto S. Marcus, iuxta D. Hieronymum, fuit B. Petri interpret: Passimque Legati Principum ad procul distitos, adhibent interpretes, vulgo *Truchemens*. Genus hominum discrimenibus grauibz obnoxium, vt Turcici commentarij testantur. Scribitque Plutarchus in Themistocle, quod homo Græcus à Persis adhibitus ad eorum mandata Græcis exponenda eo quod vtriusque idiomatis peritus esset, Græcam linguam eo vsu dederat vsus visus esset, iussum esse interfici. Per se tamen loquendo, munus est honestissimum, & pernecessarium; quippe absque quo inutilis esset alterius gentis sermo, nec posset cum ea siue verbo, siue scripto tractari quippiam. Et hac ratione, superiores omnes Ecclesiastici, sed maximè supremus, habent se vt interpretes inter nos & Deum, referentes nobis eo idiomate, quod à nobis possit intelligi, diuina oracula, iuxta illud, *Labis sacerdotis custodiunt scientiam & legem requirunt de ore eius, quia Angelus Domini exercituum est.* Posteriore modo proposito, interpretum vsus est in exponendis textibus obscuris. Sic habemus tot scripturæ, totque legum Ciuiliū, & Canonicarum interpretes. Et hoc maximè modo, Romanus Pontifex est interpret Christi. Habemus enim verbum Dei scriptum & traditum, quorum verus sensus plerumque est obscurus; ita vt iure ambigi possit, quæ sententia verbis scriptis subsit; aut quem habere sensum debeat traditio per manus ad nos vsque transmissa. Et Sacerdarii quidem, de verbis scripti, aut traditi sensu

su pronunciant ex spiritu priuato fallacissimo. *Onomasticō Pontificium.* Nos autem Catholici adimus tabernaculum, & inde petimus diuina responsa. Pontifex inquam Romanus, Ecclesiæ præses; certos nos reddit de vero sensu verbi Dei; eaque regula viua adhibita, stabiles sumus in Christi oraculorum intelligentia, qua de re pluscula inferius.

*Interpres vocis R. Petri omnibus constitutus.* Concilium Chalcedonenſe Episc. ad S. Leonem.

*Iudex vice Christi, nisi secundum magisteria diuina obtemperaret fraternitas vniuersa, nemò aduersus sacerdotum Collegium quicquam moueret.* Sanctus Cyprianus Episc. la 55.

Nomine *fraternitatis*, intelligitur eo loco; cæcus vniuersus Christianorum, qui si Romano Pontifici auscultaret omnes præcluderentur sceleris perditionis, Dei Sacerdotibus infestæ. Diuine hoc ait S. Cyprianus hoc ipso loco, quidcirco integer abscribendus est. [Quales putas esse eos, qui sacerdotum hostes, & contra Ecclesiam Catholicam rebelles, nec præmonentis Domini comminatione, nec futuri Iudicij ultione, terrentur? Neque aliunde hæreses obortæ sunt, aut nata sunt schismata, quàm inde quod Sacerdoti Dei non obtemperatur, Nec vnus in Ecclesia ad tempus Sacerdos, & ad tempus Iudex vice Christi cogitatur. Cui si secundum magisteria diuina obtemperaret fraternitas vniuersa; nemò aduersum Sacerdotum Collegium quicquam moueret; nemò post diuinum iudicium, post populi suffragium, post Cœpiscoporum consensum, iudicem se, non iam Episcopi, sed Dei faceret. Nemò sibi placens, ac tumens, seorsum foris hæresim nouam conderet, nisi si ita est aliquis sacrilegæ temeritatis, ac perditæ mentis, vt putet sine Dei iudicio fieri Sacerdotem, cum Dominus in Evangelio suo dicat; *Nonne duo passeret assè uenerunt, & neuter eorum cadit in terram sine patris uoluntate?* Cum ille nec minima fieri sine uoluntate Dei dicat; existimat aliquis; summa & magna, aut non sciente, aut non permitente Deo, in Ecclesia Dei fieri, & Sacerdotes, id est dispensatores eius, non de eius scientia ordinari? ] Si S. Cyprianus (vt ei aliàs interdum vsuuenit & nominatum in Episc. 10. Zozimi Papæ) restrinxisset eo loco fraternitatem ad Episcopos; sensus esset, omnia Episcopis bene cessura, & non effundendam super eos à subditis contemptionem, si ipsi suo Episcopo ac superiori, reuerentes ac obediētes essent, nempe Romano Pontifici. Quod enim vniuersè sæpè monuerunt Patres, quoties contemnitur superior & subalternans potestas, à subalterna potestate; toties iusto Dei iudicio, inferiores aduersus hanc se præbere petulantes & immorigeros (vt manifestissimum fuit in Adamo, in quo vt bene notauit Fulgentius lib. de prædestinat. & gratia cap. 13. caro spiritui oblectari cepit, cum primùm spiritus, Dei ductum abiicit;) hoc in re præfenti, omnibus retrò Christianis sacculis, factum est indubiis experimentis euidentissimum. Nam quorquot Antistites, Romanum Pontificem, cui iure diuino subsunt excutere conati sunt, ipsimet à subditis indignè sunt habiti; & qui aduersus Christū Domini cornua erigere ausi sunt, vlcis-

*Onomasticò Pontificiù.*

cente Christo Vicarij sui iniuriam, deieci sunt infra eos, qui subiectionem illis, ac reuerentiam debebant. Non est opus recentia exempla proferre, cum in omnium incurrant oculos. Porro in hoc S. Cypriani loco, Dei Sacerdotem ad tempus in Ecclesia vnum, & vnum vice Christi Iudicem, alium non esse quam Romanum Pontificem, accuratè variis adiunctis libratis monstrat Pamelius ad hanc 55. S. Cypriani Epist. num. 27.

*Index cæli in terreno iudicio.* S. Hilarius in Psalm. 131.

Hoc quantum sit, iuvat exponere verbis Petri Damiani serm. 26. *initio.* Agens enim de festa S. Petri luce, sic loquitur. [ Sacra profectò dies, quia sacratissimo homini consecrata, & illius assignata præconiis quem conuentus Angelicus non mediocriter reueretur. Vnus est enim quem prænobilitant singularis primatus insignia, clauicularius Regni, Cælorum lingua, fidei fundamentum & consummator. Honor & condignatio gloriosa, hominem in terris positum cælis imperitare, & inter Angelorum choros Iudiciaria potestatis exercere virtutem. Sedet Dominator Dominus inter agmina lucidiore luce fulgentia, & de Thronis ad Cherubin transuolans, vices sessionarias intermutat. Quamobrem admiranda quidem sessionum mutatio, longeque rationis humanæ superducta conspectibus, cum modò Thronos, modò Cherubin infideli legatur. Et licet adstant Angeli, præsentis imperium expectantes, & administratorij spiritus assignata sibi ministeria fortiantur: nullus tamen eorum ligandi, atque solvendi possidet potestatem; Adest Petrus, & ad eius arbitrium, orbis vniuersitas soluitur & ligatur, & præcedit Petri sententia sententiam Redemptoris, quia non quod Christus, hoc ligat Petrus, sed quod Petrus, hoc ligat Christus, ipso id ipsum attestante; *Quodcumque* (inquit) *ligaueris super terram, erit ligatum, & in cælis.* O quam potens dignitas, quam digna potentia? Iudicat Petrus, & Petri iudicia confirmat omnipotens? Est et in manu Petri manus altissimi, solusque ille efficitur familiaris Christi, qui Petri familiaritatem habuerit. Quid est, quod Angelorum, & hominum agminibus exclusis, solus Petrus in consortium diuinæ Maiestatis, & cum Domino residet præsentem? Dulce colloquium, sancta conuersatio? Consilium speciale Petri, & Dei, vbi secretorum indifferentia, mortalem hominem Deo copulat & coint. ]

*Index Episcoporum.* Melchisedes Epistola ad Episcopos Hispania.

Res est in Pontificum Decretalibus decantatissima maiorem causas, (vt habet canon 73. & 74. Apostolorum) atque aded causas Episcoporum, esse ad Sedem Apostolicam referendas. Verùm quia id S. Melchisedes explicatissimè loco annotato tradit, iuvat eum audire. [ Episcopos nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare, vt non condemnemini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Episcopos nolite iudicare, nolite condemnare absque sedis huius autoritate. Quod si feceritis, irrita erunt vestra iudicia, & vos condemnabimini. Hoc enim priuilegium, huic Sanctæ Sedi, à temporibus Apostolorum statutum est seruare, quod illa sum manet vsque in hodiernum diem.

Episcopus ergo quos sibi Dominus tanquam oculos elegit, & columnas Ecclesiæ esse voluit, quibus etiam ligandi, & solvendi dedit potestatem, suo iudicio seruauit, hocque priuilegium Beato clauigero Petro sua vice solummodò commisit, quod eius iuste prærogatum successit sedi futuris hæreditandum, atque tenendum temporibus; quoniam & inter Apostolos beatos, fuit quedam discretio potestatis. Et licet cunctorum par electio foret, Beato tamen Petro, concessum est, vt aliis præmineret, eorumque quæ ad querelam venirent, causas & interrogationes prudenter disponderet. Quod Dei ordinatione taliter ordinatum esse credimus, ne omnes posterorum cuncta sibi vindicarent; sed semper maiores causæ, sicut sunt Episcoporum, & potiorum curæ negotiorum, ad vnam Beati Principis Apostolorum Petri sedem confluerent; vt inde suscipiant finem iudiciorum, vnde acceperunt initium constitutionum, ne quandoque à suo discreparent capite. ]

*Index de cuius iudicio disceptare nullus audeat.* Zozimus Papa Epist. 10.

Et hoc quoque, passim contestantur Pontifices & Concilia, vt dicitur Epilegom. 2. verit. 10. Locus tamen Zozimi Papæ annotatus, percommodus est ad id illustrandum. [ Quamuis (inquit) Patrum traditio, Apostolicæ sedis auctoritatem tantam tribuerit, vt de eius iudicio disceptare nullus auderet, idque per canones semper regulasque seruauerit, & currens adhuc suis legibus Ecclesiastica disciplina, Petri nomini, à quo ipsa quoque descendit, reuerentiam quam debet, exoluat; Tantam enim huic Apostolo canonica antiquitas, per sententias omnium voluit esse potentiam, ex ipsa quoque Dei nostri promissione, vt & ligata solueret, & soluta vinceret; par potestatis data conditio in eos, qui hæreditatem ipso annuente meruissent. Habet enim ipse, cum omnium Ecclesiarum, tum huius maxime vbi sederat, curam; nec patitur aliquid priuilegij, aliqua titubare aura sententiæ; cui ipsa sui nominis, firma, & nullis hebetata motibus constituit fundamenta; & quæ sine periculo temerè nullus incesset. Cum ergo tantæ auctoritatis Petrus caput sit, & sequentia omnium maiorum studia firmauerit, vt tam humanis diuinisque legibus, & discipulis omnibus firmetur. Romana Ecclesia, cuius locum nos regere, & potestatem nominis obtinere non latet vos, sed nostis, fratres charissimi, & quemadmodum Sacerdotes scire debetis: Tamen cum tantum nobis esset auctoritatis, vt nullus de nostra possit retractare sententia, nihil egimus, quod non ad vestram notitiam, nostris vltro literis referremus. ]

*Index mundi.* Petrus Blesensis serm. 26.

*Index omnes iudicans, ipse à nomine iudicandus.* Synodus Romana sub Nicolao I. contra Photium colloquio. 1.

Videfis Epilegom. 2. verit. 2.

*Index populi Christiani.* Princeps Babylonæ ad Innoc. IV. anno 1246.

Præclarè hunc titulum illustrat Potho Præmianensis libro 3. de Statu Domus Dei *sub firmem.* Affirmans sicut Pater omne iudicium dedit filio, sic filium omne iudicium in Ecclesia, & populo Christiano dedisse suo Vicario.

Ad

Ad quid astringatur Romanus Pontifex vi tituli quem ei hæctenus astruximus hoc est vi dignitatis Iudicis populi huius, attingit egregiè S. Bernardus Tironensis agere causam suam apud Paschalem Papam in Cluniacenses quibuscumque Bernardo erat, propensionem. Bernardi verba sunt. [ Nostris loci conuentus, cuius legatione fungor, meæque paruitatis humilitas rogat, vt vestræ Maiestatis præcellens sublimitas quæ in eminentiori parte locata est Corporis Christi quod est Ecclesia, more capitatis, cæteris inferioribus membris, regimen impendat, totiusque corporis compagem securum regulas iustitiae reddentis vnicuique quod suum est, in pace teneat, membro patienti condoleat, Vtriusque partis causam attentè discernens iustum iudicium faciat, nullius transitorij commodi considerans emolumentum, sed æternæ retributionis interminabilem fructum. ]

L

*Lingua cælorum.* Petrus Damiani serm. 26.

Sensus est, hanc esse cortynam, è qua funduntur mortalibus cælestia oracula de fide, & religione. Quamuis enim habeamus in canonicis scripturis, & in traditione Patrum diuinam sententiam, tamen in eorum apicibus multa occurrere possunt implexa & ambigua, quæ regulam fidei viam, & tertestrem diuinorum consiliorum internuncium nobiscum colloquentem deponant. Et huiusmodi est Romanus Pontifex, merito proinde dictus *Lingua cælorum.* Affine est, quod Petrus Blesensis Epist. 151. scribens ad Innocentium III. sic præter cætera eum affatur. [ Lingua vestra, clauis cæli facta est. ] Rupertus quoque lib. 2. in Ionam, de lingua Pontificis sic scribit. [ Roma eo quod B. Principis Apostolorum Petri, sedes facta sit, eiusdem, & consortis eius Pauli, sicut prædicatione illustrata, ita & martyrio coronata, cunctis Ecclesiis caput aliis extulit, latiusque dominatur, per omnes gentes sacra Pontificum eius lingua, quam dominata fuerit Cæsarum, sive Augustorum purpura. ] S. Bernardus, Goffridus Monachus priore suo de eius rebus gestis libro, vocauit *linguam Ecclesiæ*, quia eo Pontifex vsus est ad exponenda mandata, quæ ibi Goffridus refert. S. Paulum ob prædicationem, *linguam Ecclesiæ* vocat Chrysostom. homil. in illud, *Salutate Priscillam.* Gebuinum Archidiaconum, *linguam vrbis Trecentis* dixit Nicolaus S. Bernardi Notarius Epist. 5. Et proportionem eodem sensu, Petrus Damiani serm. de S. Stephano, vocauit S. Augustinum *linguam Ecclesiæ.* Ipse verò Pontifex est lingua Dei quoad nos, & lingua cælorum. Eodem referri potest, quod Paulus Emesenus, apud Ephremium Cod. Phot. 229. vocat S. Petrum Principem, & linguam Apostolorum.

*Locum tenens S. Petri.* Vigilus Papa Epistola ad Rusticum & Sebastianum.

Non est sensus, hoc esse Romanum Pontificem per comparisonem cum S. Petro, quod est subpræfectus respectu Præfecti; vel Vicarius propriè dictus, respectu Episcopi. Hic quippè sensus falsus esset, cum Romanus quilibet Pontifex, pro sui Pontificatus tempore, par sit S. Petro, & eum æquet auctoritate, sitque æque

principaliter Vicarius Christi ac S. Petrus fuit, *Onomasticò Pontificiù.* Idcirco igitur dicitur *Locum tenens S. Petri, Pontificium.* quia ei succedit in eodem munere, Sicut filius, qui Patri in munere publico subrogatur, rectè dicitur tenere locum Patris; quia etiam in eo munere nullatenus, iam pendet à Patre, tamen eodem loco nunc est, quo Pater antea fuit.

*Locum tenens in terris, Regis æterni, verumque & iurium omnium conditoris,* Iulius II. in Monitorio contra Pragmaticam.

Hoc aliter accipiendum est, quàm cum Pontifex dicebatur, *Locum tenens S. Petri.* Neque enim Christus Rex æternus, habet successorem, præsertim; cum pari potestate, quia & sempiternum habet Sacerdotium, & supereminens Pontificatus, nullam cum aliis habet comparationem. Quæ est causa, cur displiceat creditus S. Thomas (alius quippè est eius operis germanus patens, vt Bellarminus l. de Scriptor. admonuit) quum lib. 3. de Regim. Princip. cap. 10. Romanum Pontificem statuit Christi successorem; quamuis accipi vtrumque possit quoad Pontificatum visibilem, & nobis conspicuum, absolute tamen loquendo, improprie & falsò dicitur. Sensus ergo huius tituli esse debet, Romanum Pontificem, esse Christi Locum tenentem, id est Vicarium generalem, & subpræfectum. Tribuit S. Petro ac per eum Pontificibus hunc titulum S. Asterius hom. in SS. Petrum, & Paulum his verbis. [ Cum Saluator sponte assumpta morte, humanum genus sanctificaturus esset, seu peculiare quoddam depositum ac peculium, vniuersalem ac orbe toto diffusam viro huic ( Petro ) commendat Ecclesiam, vbi tertio interrogasset illud *Amas me?* Cumque is multa alacritate singulari interrogationibus totidem professiones adiecisset, mundi curam accepit velut vnum gregem vnus Pater, quibus audiuit *Pasce agnos meos:* Fereque sui loco, dedit Dominus fidelissimum discipulum, in Patrem, Pastoremque ac Magistrum iis qui essent accessuri ad fidem. ] En Petrum fere *Christi loco.* Vbi ferè Græcè *σὺ δὲ* verri poterat *propè sicut cominus,* ita vt non aliqualis *Locutenentia* (vt sic dicam) sed propinquissima Christo sit expressa ab Asterio. Optimè verò insuper hunc S. Petri titulum proposuit Leo sapiens Orat. in S. Petrum, His præter cætera. [ Post resurrectionem ter Petrum Dominus percontatus an ab eo diligeretur, Principem eum Apostolorum constituit, &c. Petrus verò cum intelligeret principatum eum, magnum esse, & magnis indigentem viribus, videretque Ioannem sequentem, illum dico quem IESVS vehementer amabat; Hic ( inquit ) quid? Quod perinde erat quasi diceret, *Mene præfici vis caput discipulis? Hunc verò à te dilectum qui voluit sedere ad dexteram, hunc inquam quid facere iubes? &c. Tu me sequere.* Id est sequere me hoc baculo Pastoralis: & sicut ego cum eram vobiscum seruabam vos vt Pater, & caput & Magister, vigilans pro vobis, sic tu EST O M E O L O C O, & sequere me principatu ac potestate tua fratres confirmans. Te enim volo ESS E M E O L O C O. ] Videndus pro hoc titulo Bermondus Chouer, ad titulum Concordatorum de publicis Concurbinariis. V. etiam *Regali*, num. 2.

*Locus Petri & gradus Cathedræ Sacerdotalis.* S. Cyprianus Epist. 52. Vide Prolegomena prænotat. 3. & 4.

I 2

Loquela

**Onomastico Pontificum.** *Loquela vniuersalis Christianorum.* Princeps Babyloniae ad Innocentium IV. anno 1246. V. infra verbo *Os Ecclesiae.*

*Lucerna & speculum à Deo in Romana sedis cathedra ordinatum, per quod & lapsa reparari, & restituta restitui mereantur.* Innocent. III. lib. 3. Epist. 155.

In Epistola Imperatoris Palaeologi ad Gregorium X. in Concilio Lugdunensi leguntur haec verba, in hunc locum bellè quadrantia, [Nobis fuit à vobis destinata Epistola, quem supremum profitemur Pontificem, quem tanquam lucernam lucentem puritate conuersationis & vitae diuinitate, super maximam Pontificatus sedem veluti super candelabrum Deus constituit, vt in omnibus finibus fulgeret.] Habetur ea Epistola in vita Gregorij M. S. cap. 12.

*Lumen magnum, Princeps sacerdotum primus.* Theodorus Studita lib. 2. Epistola 12. ad Paschalem.

*Lumen supremum.* Idem ad eundem lib. 2. Epistola 13.

Vocat quidem Theodorus lib. 2. Epistol. 14. Patriarcham Alexandrinum *lumen luminum.* Sed id eò non pertinet, vt Alexandrinus Pontifex Romano adaequetur, sicut adaequaretur, si lumen luminum diceretur, eadem loquendi forma qua *Canticum Cantorum*, id est *Canticum procellensimum* pro vsu Haebreorum, de quo in Glossario in Nomenclatorem Marianum. V. *Virgo Virginum.* Vocat igitur Theodorus, Alexandrinum Antistitem *lumen luminum*, quia lumen erat illuminans subiectos sibi Antistites, qui & ipsi lumina concederant sibi plebium erant, quamuis non idcirco Alexandrinus Antistes esset lumen supremum, & habens rationem Solis, qui solus est lumen supremum corporeum; Quo titulo Romanum Pontificem infra insigniemus, cum facundo.

*Luminare maius quod illuminat terram.* Nicolaus Monachus S. Albani Epist. 7.

Idem quod Sol, creatus in potestatem dei, sicut Luna, quae est luminare minus, confertur cum potestate mundana. Comparatio est apud Iuris Canonici peritos, solemnis.

*Luscinia assidue canens orbi terrarum.* Chryso- st. in Encomio B. Petri & Pauli.

Sanctum Basilium, Nyssenus frater in Encomio S. Ephremi, vocat *auream doctrinam luscini- am*, quia doctrinam sacram melicè admodum promebat. Simili de causa, Lusciniam S. Petrum vocat Chryso st. & quidem indefessam & continuam. [ Petrus ( inquit ) orbi terrarum continuus, quemadmodum, luscinia assidue canens. ] Nimirum melos sacrae doctrinae, è Petri gutture assidue insonat Ecclesiae, in responsis successorum. Non sic Doctores mortalium placitorum, homines seculi, quos merito Sanctus Ambrosius Epistola 6. vocat *ciadas in diem strepentes.*

*Lux vitae, religionis decus.* Alcuinus Epist. 72. ad Leonem Papam.

*Lux, decus egregium, populorum lumen am- num,*  
*Pastor Apostolicus, venerandus in orbe Sa- cerdos.*

Autor Poematis de gestis Leonis III. cum Carolo Magno.

In antiquis inscriptionibus legitur Epitha-

phium Agathonis Papae in append. pag. 1166. ex quo colligitur, hanc lucem non esse qualemcunque, sed fulguris coruscantis, non ab- que adiuncto orationis tonitru, ita vt omnes Romani Pontifices sint Boanerges Plagulam re- praesentato huc facientem.

*Pontificalis apex, virtutum pondere fulsum,*  
*Vt subar irradiat, personat vt tonitru.*

## M

**M**agister orbis terrarum. Chryso st. homil. de Petro & Elia.

*Magister orbis totius.* Damascenus in Hist. Barl. cap. 11. Chryso st. homil. vltima in Ioannem. Euthym. in cap. vltimum Ioannis.

Hoc summi Ecclesiae Rectoris, Magisterium, quo vniuersam imbuat Ecclesiam, aliquando videtur tribui S. Petro obiectiue tantum, quatenus videlicet fideles, credendo & fidem profi- tendo, id ipsum credunt, quod S. Petrus possessus est. Sic S. Leo serm. 22. de annuati. suae Assumpt. [ In vniuersa Ecclesia; *Tu es Christus filij Dei vini*, quotidie Petrus dicit; & omnis lingua, quae confitetur Dominum; magisterio huius vocis imbuatur. ] Verissimum est eam S. Petri confessionem fuisse illustrissimam, & omnium eruditioni circa Cardinalia fidei mysteria, satis esse potuisse. Magnificè in eam rem disserit Sanctus Damascenus Orat. de Transfig. & Cassia- nus lib. 3. de Incarnat. cap. 12. 13. ac 14. necnon S. Maximus homil. 2. in Natali SS. Petri & Pauli. Omnes haereses hac Petri confessione esse iugulatas optime tradit Theophanes homil. 45. Scite item Paulinus in Sacro Syllabo, ait S. Pe- trum illius suae confessionis pugno, attriuisse ora Haeticorum omnium. Tamen Magiste- rium, quod in S. Petro prout Pontifice eiusque successoribus agnoscendum est, latius patet, & ad omnia fidei dogmata pertinet. Nihil enim fide credimus, quod non tradat, vel ex fide cre- dendum esse ratum habeat, vna fidei regula, quae est Romanus Pontifex S. Petri successor, in quam rem iam dicta sunt nonnulla superius praenot. 3. agendo de S. Petri cathedra, & alia addam in Epilegomenis subnotat. 2. verit. 7.

Et quia hoc Magisterium est cum obligatio- ne audiendi talem Magistrum docentem, eiusque doctrinae credendi, agnoscendum est, istud Ma- gisterium longè discrepare à Magisterio totius orbis, quod aliquibus insignibus Doctoribus adscribitur, pro eorum eximia sapientia orbi vniuerso proficua. Necnon ab eo Magisterio, quo Sancti illustri exemplo praecedentes vni- uerso mundo, dicuntur interdum orbis Magi- stri. Alterutro horum modorum, vel etiam vtro- que, longè aliter quam S. Petrus, S. Hilarius Arelatensis Magister orbis dictus legitur, in fra- gmento tabulae marmorea, quae Arelatis in Ec- clesia S. Honorati extra muros, subtus altare maius, etiamnum visitur, his praeter cetera car- minibus,

*Spernit opes dum quarit opes, mortalia vi- tans,*

*Perpetuis calum donis terrestribus emit;*  
*Gemma Sacerdotum, plebisque orbisque*  
*Magister.*

Eodem modo accipiendum est, quod refert Dun- galus ex S. Paulino Natali 11. S. Felicis.

*Martyres*

*Martyres ad proceres Deus ipsos manibus*  
*amplis,*  
*Intulit & paucos sanctos diuisit in oras,*  
*Quos tamen ante obitum, tota dedit orbe*  
*Magistros.*

Eodem denique sensu S. Hieronymus à Prospe- ro in Chronico, dicitur *Magister mundi.* Et San- ctus Chryso st. in Prato Spirit. dicitur *Orbis*  
*Magister.*

Placet de hoc Magisterio fidei per Roma- num Pontificem, adducere versus in Arelatensi S. Trophimi Ecclesia exaratis iam olim, literis Visigothicis, autore vt volunt Vigilio Arela- tensi ad quem extant literae S. Gregorij Magni. Versus sunt isti.

*Terrarum Romae, gemina de luce Magi-*  
*stra,*

*Ros missis semper aderit: velut incola Io- seph*

*Olim contrito Letheo contulit Orco.*

Commentarium de his versibus elucubrauit Franciscus Rebatu, Regius in Arelatensi Curia Consiliarius, existimans tunc exaratos cum Monothelitarum haereticis Orientem vniuersam vastaret auspiciis Heraclij Imperatoris. Signifi- casse itaque Virgilium perstandum esse in anti- qua nec vnquam defectura Romanae Ecclesiae doctrina, quae duplici luce id est directa spiri- tuali & indirecta temporali vtrique collucens, iuxta phrasim Innocentij Tertij ad Constanti- nopolitanum Imperatorem scribentis & Pon- tificatum cum sole, Imperium cum Luna com- ponentis; assulgebit vsque ad mundi metam subministrans doctrinae sanae pabula, illa ipsa quae Christus rediuius docuit Apostolos cum eis loquens de regno Dei. Hac magisterij ab vrbe Roma per Pontificem vbiuis semper dif- fundendi assertio, verissima est. Et doctrinam significari rore vt raeam quae Pierius lib. 38. cap. 14. & 16. adducit, monitrat euidenter illud ex Cantico Moysi, *Concresecat vt pluuia doctrina* mea, sicut vt ros eloquium meum. Christum item rediuium, symbolice dici Iosephum è carceris fouca & Orco educum, Prosper in prae- dicationibus & promiss. lib. 1. cap. 29. & Rupertus in caput 39. Genesios; alique omnino multi teete tradiderunt. Sed minus placet quod *gemi- na de luce* dicatur Roma Magistra, id est ob du- plicem potestatem directam spiritualem vbiuis semper ac ex officio competentem, tempora- lem verò directè in solo B. Petri patrimonio, indirectè autem in tota Ecclesia collatam Pon- tifici. Hanc illius geminae lucis interpretationem non puto quadrate menti Virgilij versusum Autoris: Estque ad manum longè facilior & non longè petenda interpretatio, de doctrina SS. Apostolorum Petri & Pauli, quasi alludere voluerit ad locum Tertulliani l. de praescript. cap. 36. [ Statu felix Ecclesia Romana, cui to- tam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt. Vbi Petrus passioni Dominicae adaequatur, vbi Paulus Ioannis exitu corona- tur. ] Idem illustrissime tradit S. Irenaeus lib. 3. cap. 1. & 3. Quamuis autem magisterium vi cuius Romanus Pontifex spargit infallibilem doctri- nam, eandem cum ea quam Christus tradidit, sit magisterium solius S. Petri qui solus est ca- put Ecclesiae, & cui soli in eo munere succedit Romanus Pontifex; tamen doctrina quae tra-

ditur à Pontifice vi potestatis docendi infallibi- liter in qua succedit S. Petro, est illa ipsa doctri- na quam Romanis tradidit S. Paulus cum apud eos praedicaret & lucem doctrinae diffunderet, quam doctrinam perpetuo retinuit Romana Ecclesia & puram semper ac synceram in suo capite conseruabit, & ad omnes fideles pro oc- casione transmittet.

*Magister vniuersalis Episcoporum.* S. Bonifa- cius, vt refertur in vita S. Burchardi l. i. c. 9. apud Surium 14. Octobris.

*Magister Christiana fidei.* Innocentius III. Epistola ad Catholicum Armeniorum (sic vo- cabant Primatum inter eos & omnium inibi Antistitum primum, vt ex Theoriani Legatio- ne perspicuum est) egregie hunc Pontificis ti- tulum expresse & enoluit, ex quo propterea, iuuat plagulam adscribere. [ Sicut didicimus ex verbis Apostolicis, quod omnes vnum cor- pus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra; & quod cunctos sacri B. prisina- tis vnda regenerat, fratres facit, quoniam vnus est Pater noster, qui est in caelis, prout in Euan- gelio veritas protestatur; in nobis tamen, qui B. Petro succedimus, Christianae fidei Magiste- rium recognoscis. Vnde secus fontem scientiae fidei nostrae, ac praceptorum legis & Ecclesiae quiescere desiderans & nutriti, fugas mammil- las nostras quotidie, & inebrieris lacte doctri- nae, ex vberibus Apostolicae S. dis emanantis. Et licet loco quidem à nobis remotus existas; fide tamen nobis gaudens antequam Armeni- cam Ecclesiam committi nobis contingeret; cum ouili de quo Dominus in Euangelio pro- testatur. *Alias* ( inquit ) *oues habeo, quae non sunt ex hoc ouili, & illas oportet adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile & vnus Pastor.* Oues enim huius ouilis, vni Dominus Pastori commisit, Petro videlicet, cum ( inquit ) *Pasce oues meas;* Innuens per Verbum tertio repetitum, quod quicumque fidem habuerunt Trinitatis, in quacumque orbis partium re- gione; ac Trino fidelium ordine, Noè, Iob, & Daniele, siue in lecto, siue in agro, siue in mola consistant, Petri Magisterio sunt com- missi. ] Cernitur in hac praesertim parte *Cul- men Magisteriale*, quod in Pontifice Romano agnoscit Synodus Sueffionensis, scribens ad Nicolaum I. quamquam Synodus potius spe- ctabat dispositionem causarum Ecclesiasticarum, maiorum: quas, *copiosius multoque lumino- sius clarere*, Pontifici Maximo proficetur.

*Magister inter Magistros.* S. Cassianus 3. de Incarnat. cap. 12.

Non dissimiliter de Paulo Theodoretus Dia- log. 2. vocans eum *Magistrum Magistrorum*, si- cut Dialog. 3. vocat Diabolum, *Magistrum Ma- gistrorum iniquitatis.* Communiter porro hi duo SS. Apostoli, vocantur *Magistri Magistrorum*, à praecellencia super alios quosvis fidei Magi- stros, ipsorum caelesti doctrina imbutos. Vnde Chryso st. in Encomio horum SS. Apo- stolorum, sic eos affatur. [ Nemo ante vos, neque post vos, talis apparuit. Quis enim Magistri of- ficio fungens, dicere quicquam citra vestram traditionem ausus fuerit? Cunctos Doctores vos perfecistis. ] Diceret explodere voluisse bru- ta somnia Ioachimi Abbatis, si vera refert Gui- do Carmelita, S. Benedicti sapientiam supra ho-

**Onomastico Pontificum.**



*Onomastico Pontificum.*

rum Magistrorum sapientiam extollentis, necnon Petri Ioannis, qui idem de S. Francisco effutit, reiectus ab Alphonso de Castro. V. *Apostoli hær. 1.*

*Magister militia Dei, primorum Princeps & Dux.* Eusebius II. histor. c. 14.

Hoc Magisterium, non est doctrinæ, sed Præfecturæ quale obeunt plerique ordinum Militarium Magni Magistri. Sic enim nominant Melitensem, & alios supremos sacrarum militiarum Moderatores. Itaque Pontifex Romanus, est Magister siue Summus Præfectus sacræ militiæ, id est totius ordinis Ecclesiastici, & primorum, siue Ducum in eo ordine, primus ipse ac Dux existit. Vel quia vniuersa Ecclesia assimilatur choris castrorum (de qua comparatione, plenè lib. 5. de Christo sect. 4. cap. 4. tractando titulum *Rogis virtutum*) Romanus Pontifex est Magister militiæ Dei, quia est exercitus sacri, ex vniuersa Ecclesia adunati *ἀρχιερωσύνη*. Affine est, quod S. Anitus Epist. 3. 1. vocat Romanum Pontificem, *Magistrum & Gubernatorem nani Ecclesia.*

*Magistra Ecclesiastica rationis, Romana Ecclesia.* Concil. Tribur. cap. 30.

Id est modi agendi ac docendi consentaneè Ecclesiasticis.

*Maieſtas Apostolica.* Iuo Epist. 8. 147. 157. 159. 101. 238. 150. Ioannes Sarisber. lib. 7. Polycrat. cap. 21. & Epist. 131. & 15. 28. 29. 30. nec semel alibi. Sanctus Bernardus Epist. 161. & 268. & in prologo operis de confid. Arnulphus Lexouienſis Epist. 8. 26. 27. 45. 62. 64. Petrus Damiani Opusc. 17. *in initio.* Hildeb. Epist. 18. Petrus Cluniac. ad Innocentium II. *passim.* & ad Eugenium lib. 6. Epist. 10. & 12. ac 42.

Tamen est *Maieſtas*, verbum regium, tamen Romanus Pontifex, præter spirituales Consulatam quem gerit, vt Chrysostomus de Apostolatu loquitur; præter summam inquam sub Christo Imperatore spirituales potestatem plenè regiam, quippè parem Apostolicam, quæ Psal. 67. *regia* dicitur iuxta D. Augustinum ibi, verba illa *dum discernit celestis, Reges sper eam*, de Apostolis interpretantem, præter eam inquam spirituales potestatem: Est insuper in Romano Pontifice maieſtas Regia externa & temporalis, attingenda inferiùs V. Rex. Paschalius lib. 9. de Coronis cap. 14. agens de Corona Pontificis, quam vulgo *Regnum* appellant, Romanum Pontificem magnis Regibus annumerari meritò posse, asseuerat. Quare non abhorret ab eo hæc etiam ex parte, Regium *Maieſtatis* vocabulum; cui planè astipulatur, eius sceptrum & diadema Imperatorium de quo Pamelius ad librum Tertulliani de Pudic. cap. 1. n. 5. ex Edicto Constantini quod propugnat, vt & Petrus Damiani Opusc. 4. & Leo IX. Epistola ad Michaëlem. Imò si notionem *Maieſtatis*, ad rigorem vocis exigamus, in nullum veriùs, quam in Romanum Pontificem, cadit nomen *Maieſtatis*; id quippè nomen propriè sonare participationem aliquam diuinæ autoritatis, intelligitur ex illis, quæ de Maieſtate disputat Causaubonus ad Trebellium in Gallienis: Et ex eo quod Traianus, referente Plinio in Panegyri, contentus *magnitudinis* titulo, *maieſtatem* repudiavit, ne suam ad Deum viciniam profiteri videretur. Robertum Legeſtræ Comitem in

Britannia Proconsulem, cenſuisse, ex eo dici *Crimen Maieſtatis*, quod persequatur illius imaginem, qui solus veræ & ingenuæ maieſtatis retinet veritatem, affirmat Ioannes Sarisber. lib. 6. Polycrat. cap. 25. vbi plura de Immanitate criminis læsæ Maieſtatis, eam ob causam, quod insurgat in terrenam Deitatis imaginem. Atqui nulla est in terris Deo propior potestatis imago, quàm Summus Pontifex, cum omnes quotquot sunt terreni Principes, iurisdictione potantur merè humana & naturæ finibus conclusa, nec delata, nisi à subditis, saltem radicaliter: Quæ omnia fecus habent in iurisdictione Summi Pontificis; ac proinde est perfectior diuinæ potestatis participatio & veriùs digna *Maieſtatis* titulo, quàm omnes terrenæ potestates Regiæ, vel Imperiales. Et ita Gigas lib. 1. de Crimine læsæ Maieſtatis cap. 2. num. 3. 4. & 5. ac Nicolaus Boërius Tract. de Seditiosis præsuppositione 6. num. 17. Maieſtatis notionem Henningus Amisæus lib. 1. de Maieſtate cap. 3. aperit per potestatem absolutam nemini monalium obnoxiam; & à nemine iudicandam. Hoc in nullum veriùs cadit quàm in Pontificem. Cadit ergo in eum nomen Maieſtatis.

Neque tamen prætereundum est, interdum apud aliquos nomen *Maieſtatis* non sonare quid Regium, sed idem esse, quod *magnitudinem*; aut *precellentiam*. Sic enim Hugo Archiepiscopus Viennensis, scribens ad Petrum Cluniacensem, (est Epist. 9. lib. 6. Epistolatum eiusdem Petri) sic eum affatur; *Si in aliquo maieſtatem vestram nos offendisse præsensissimus &c.* Equè Pertus Cellenſis lib. 2. Epist. 5. scribens ad Hugonem Cluniacensem, ait, *Illum vt secundum excellentiam maieſtatis vestra cogitet &c.* Et hæc quoque ratione, non est ambiguum, nomen *Maieſtatis* aptè cadere in Romanum Pontificem, cuius iam olim magnus fuit splendor, ita vt fulgor tantæ dignitatis ipsos quoque Ethnicos præstringeret. Notus Ammiani sensus de Pontificum Romanorum suæ ætatis maieſtate, quam cohibere se non potuit quin fugillaret. Vnebat autem sub Iuliano Apostata. Non diffimiliter Romani Pontificis maieſtatem agnouit Prætextatus de quo sic S. Hieronymus Epist. 61. [Miserabilis Prætextatus, qui designatus Consul est mortuus, homo sacilegus, & idolorum cultor, solebat ludens Beato Papæ Damaso dicere, Facite me Romanæ vrbis Episcopum, & ero protinus Christianus.] Quæ verba monstrant quantum apud illum etiam Romæ primarium, splendet & magnus appareret Romanus Pontificatus.

*Mater dignitatis Sacerdotalis.* Concil. Tiburienſe cap. 30.

V. Epilegomena subnotat. 2. verit. 11.

*Mater & caput omnium Ecclesiarum Romana Ecclesia.* S. Athanasius cum Concilio Epistola ad Marcum Papam.

Hunc Romanæ Ecclesiæ per Pontificem luculentissimum titulum, euertri abs se putant Nouatores, causando Epistolam istam Athanasij & Concilij Ægyptiorum, esse suppositam, argumentum petentes ex octimestri dumtaxat S. Marci Pontificatu, quo tam exiguo tempore negant potuisse ad eum litteras dari ex Ægypto. Ridiculum profectò & indecorum telum, vt rectè pronunciauit Albertus Hungerus orat. de antiqua

antiqua fide S. Athanasij. Nam neque est, quod prohibeat intra illud tempus audiri in Ægypto creatum esse Romæ Romanum Pontificem Marcum, & dari ad eum litteras, saltem post eius obitum Romam peruenturas; neque octimestris dumtaxat S. Marci Pontificatus adeò rarus est, quin adiecto insuper biennio diffusior fuisse agnoscat in libro de Pontificibus, nomen Damasi præferente, & apud Onuphrium alioſque probatos historicos. Sanè eam Epistolam non modo Gratianus & Isidorus genuinam Athanasij esse agnouerunt, sed ne inficiari quidem id ausus est Marcus Ephesinus in Concilio Florentino, cum eius Epistola autoritate grauaretur. Quare titulus Pontificis ex ea petitus, ratus esto.

Non officit iuribus Ecclesiæ Romanæ hoc titulo expressis, quod Sanctus Euthymius Abbas, post mortem apparens Phœido, in horrendo naufragio, dixerit ei, iter quod susceperat dupliciùs Deo, nec profecturum *Matri Ecclesiarum*, sic appellans Ecclesiam Hierosolymitanam pro qua Phœidus satagebat. Et idem habetur in Liturgia S. Iacobi, & in Actis S. Sabæ. Vnde in insigni Epistola Innocentij Tertij ad Patriarcham Constantinopolitanum, (extat in eius gestis pag. 41.) refertur questio illius Patriarchæ, cur cum Pfaltes dixerit, *Mater Sion dicit homo, & homo natus est in ea*, constetque ibi docuisse, & salutem nostram operatum esse Christum, atque adeò ea Ecclesia meritò dicatur mater Ecclesiarum, cum ex ea doctrina processerit Saluatoris; Romana tamen Ecclesia qui à Hierosolymitana Orthodoxæ fidei fundamenta recepit, indiget te *matrem omnium Ecclesiarum*. Respondet Innocentius. [Ecclesia Romana dicitur mater, non ratione temporis, sed ratione dignitatis. Nam et si secundum Ioannem, Andreas priùs venerit ad fidem quàm Petrus; prælatus est tamen Petrus Andream, cum & in Apostolorum Catalogo, semper primus, quasi præcipuus præmittatur; non quod Petrus prior sit tempore, sed potior dignitate. Ad omnem tamen dubitationem tollendam, tua Fraternitas debet distinguere, secundum diuersas nominis rationes, inter Romanam & Hierosolymitanam; quod ista dicenda sit, *mater fidei*, quoniam ab ea Sacramenta fidei processerunt: Illa verò dicenda sit *mater fidelium*, quoniam priuilegio dignitatis, vniuersis fidelibus est prælata. Sicut etiam Synagoga dicitur mater Ecclesiæ, quoniam ex ipsa processit Ecclesia, iuxta quod eadem dicit in Canticis, *Filij matris mee pugnaverunt contra me*; responsùque; *Paululum cum petri, ansissim eos, inueni quem diligit anima mea tenui cum nec dimittam, donec introducam illum in dorsum matris mee.* Nihilominus tamen Ecclesia mater est generalis, quæ nouo semper sætu concipit, parit, & nutrit. catechizando quos instruit; parit baptizando quos abluit; nutrit communicando quos reficit.] Ex his patet quod Ecclesia Hierosolymitana dicatur mater Ecclesiarum, alio sensu fieri quàm quo hic diximus hunc titulum Romanæ Ecclesiæ conuenire: Atque adeò eadem voce tenus, demonstratio Ecclesiæ Hierosolymitanæ. Non officit Ecclesiæ Romanæ, quæ per Pontificem, est *mater & caput Ecclesiarum omnium*, vt audisti loqui Athanasium. Hierosolymitana autem Ecclesia mater dumtaxat Ec-

clesiarum, dicta est quoad originem, quia de Hierosolymitana exiit lex, & verbum Domini de Hierosolymitana. Non est autem dicta Ecclesiarum mater quoad autoritatem, sicut Romana. Eodè modo accipiendus est Damascenus orat. de Assumptione, cum agens de lectulo in quo Beata Virgo ad mortem se composuit, Ecclesiam Hierosolymitanam eo loco postea constructam, vocat *matrem Ecclesiarum omnium*. Sic quidem ibi Damascenus de eo templo Hierosolymitano cui inditum nomen *Matris Ecclesiarum*, in Epistola tamen Antiochi Monachi ad Eurtathium Daralenæ Monasterio Præpositum, inserta eiusdem Antiochi Pandectis, inter laudes Modesti, siue Episcopi, siue Proëpiscopi Hierosolymitani, Ecclesiarum instauratoris; ponitur; quod refecisset [Ædem S. Caluarie, ac S. Resurrectionis; domum insuper dignam omni honore venerandæ Crucis, quæ mater Ecclesiarum est. Sed & S. Assumptionis ædem à fundamentis ædificauit.] Quibus verbis exprimi videtur, Hierosolymis titulum *Matris Ecclesiarum*, non esse delatum ei templo quod est constructum in loco è quo Deipara est Assumpta, sed templo S. Crucis. In vtrumlibet verò templum Hierosolymitanum ceciderit titulus de quo agimus, notio eius tituli legitima, illa est quam proposui, quæ itidem aptanda est eidem denominationi Ecclesiæ in Sion constructæ, apud Theodorum Studitam Catech. 12. 1. At quod Nazianzen. orat. 20. num. 69. Ecclesiam Cæsariensem in Cappadocia vocauit *matrem Ecclesiarum*, dictum est dumtaxat per comparationem ad alias minuscule Cappadociæ Ecclesias, quarum Cæsarea erat Metropolis. Idem proportione dicendum est de Ecclesia Constantinopolitana, quam Nicetas Choniates in Alexio Murzafflo n. 5. matrem Ecclesiarum appellat, sic alloquens Constantinopolim. *O vrbis, vrbis omnium vrbium oculus, per orbem terrarum celebris, spectaculum vltimum, Ecclesiarum mater, princeps religionis, recte sententia dux, eruditionis alumna, omnis pulchritudinis diuersorium, &c.*

Quid verò hic *Matris Ecclesiarum* titulus ferat, cum Romanæ Ecclesiæ tribuitur, egregiè expressum est à S. Gregorio VII. lib. 8. Epist. 21. ex quo decerpo plagulam. [Potestatem Petri diuinitus sibi concessam, quantò quisque per electionem ferre denegat, tantò duriùs ad damnationem suam in Iudicio portat. Hanc itaque diuinæ voluntatis institutionem, hoc firmamentum dispensationis Ecclesiæ, hoc Priuilegium B. Petro Apostolorum Principi, cœlesti Decreto traditum, atque firmatum, SS. Patres cum magna veneratione suscipientes atque seruantes, Sanctam Romanam Ecclesiam tam in Generalibus Conciliis, quàm etiam in cœteris scriptis & gestis suis, *vniversalem matrem* appellauerunt, & sicut eius documenta in confirmatione fidei, & eruditione sacræ religionis, ita etiam Iudicia susceperunt; in hoc consentientes, & quasi vno spiritu & vna voce concordantes, omnes maiores res & præcipua negotia, necnon omnium Ecclesiarum iudicia, ad eam quasi ad matrem & caput debere referri, & ab ea nusquam appellari, iudicia eius à nemine retractari, aut refelli debere vel posse.] En ius maternum Romanæ Ecclesiæ vniuersale. Cur autem Ec-



*Onomastico Pontificii.* clesia dicatur *mater*, diffusè tractatum est in Tractatione de Cerezo Agno cap. 2. Pulchrè & breuiter rem attingit Petrus Dam. Opusc. 4. verbis illis. [ Romana Ecclesia multò nobiliùs, atque sublimiùs, quàm mater carnis, mater est Regis. Illa si quidem peperit, vt per eius tradicem reuertatur in puluerem; ista genuit, vt Christi sine fine regnantis efficiat cohæredem. ] Genuit autem lauacrum aquæ, quod est perplexi secretique vulua mysterij, vt Bracharius ad Ianuatum loquitur.

*Mater Ecclesiarum omnium, quæ totum orbem sua irradiat claritate.* Innocent. III. Epistola ad Catholicum Armeniorum, agens de Romana Ecclesia.

*Mater & Magistra vniuersorum Christi fidelium, Romana Ecclesia.* Concil. Lateran. sub Innocent. III. cap. 51.

*Mater & Magistra omnium Ecclesiarum.* Alexan. III. ad Episcopum Vpfallensem. Hincmarus Opusc. 55. Capitulum cap. 45. S. Iuo Carnotensis Epist. 48.

Acriter aduersus hunc titulum Romano Pontifici tributum, concitatur Cuiacius in cap. vltim. de foro competen. Si tamen Cuiacius, qui semper vixit Catholicus, & non potius deprauator Commentariorum eius in Decretales post mortem Cuiacij editorum, vt meritò suspicatur Greferus in animaduersionibus ad Notas Iunij in Tertullianum c. 9. Eo itaque Commentario, multa in Romanum Pontificem conuicta eam ob causam intorquentur, quod Ecclesiam Romanam omnium Ecclesiarum matrem & magistram depredicet: id quod perindè est (ait author) ac si diceretur, Episcopum Romanum esse Episcopum Episcoporum. Id verò de Romano Antilibite affirmari, illi authori videtur intolerandum, allegatque pro suo sensu Tertullianum apud quem (vt ait) est elegans verbum, edictum illud quo se quis Episcopum Episcoporum appellet, nominans edictum peremptorium, cui adscribi non possit *bonum factum*. Verùm vniuersa hæc consuetio tituli Pontificij in quo versatur, malè omninò materlata est. Sic enim idem, *Ecclesiam Romanam esse omnium fidelium Magistram*, & Episcopum Romanum esse Episcopum Episcoporum; Quid vitij in hoc titulo perantiquo (vt supra monstratum est) deprehendi potest? Tertullianus enim planè ridiculè contra eam Pontificis Romani nomenclationem adducitur, cum eam denominationem non vocauerit *Edictum*; vt fatendum esset si probatio adducta subsisteret; sed *Edictum* vocauit, legem S. Zephyrini, de venia Mœchis poenitentibus concedenda, cui edicto Tertullianus ferus & austerus homo, negat adscribi posse *bonum factum*, quantumuis manasset ab Episcopo Episcoporum; sic denominans Romanum Pontificem, pro sensu & vsu fidelium illius aui. Ex quo optimè stabilitur, titulum *Episcopi Episcoporum* Romano Pontifici meritò attribui. Tantum abest, vt ex eius tituli conuulsione à Tertulliano ibi facta; sequatur malè asseri, Ecclesiam Romanam, esse omnium Ecclesiarum & vniuersorum Christi fidelium matrem & magistram, quod exprimo luculento loco Hincmari Opusc. 55. Capitulum cap. 45. [ Roma etiam in Paganismo orbis caput extitit, & ex quo Petrum Apostolorum Cepham

(quin Caput & Principem cui Dominus dixit, *Tu es Petrus & super hanc petram*, id est super hanc firmam & solidam confessionem fidei, quam tu es confessus, *adificabo Ecclesiam meam*, Et, *tu aliquando, conuersus confirma fratres tuos, & si diligis me, pascie oues meas*, videlicet, quæ sunt in vniuerso mundo, quaquaersum se Catholica diffundit Ecclesia, licet per terrarum plagas dispersa, sub vno tamen pastore ac pastorum Principe Christo, vnitate fidei in omni vno conclusa: ) suscipere meruit, prima sedes & omnium Ecclesiarum in toto orbe terrarum, mater atque magistra. ]

*Mater vniuersalis.* Potho Prumiensis l. 3. de Statu domus Dei.

Hunc titulum, Romanæ Ecclesiæ ab omnibus Patribus esse delatum, affirmat Potho, cum aduersus insanam quorundam Monachorum contumaciam disputans, probat Monachos quoque, astringi canonibus Pontificiis. Iactabant enim; [ Quid nobis & Canonibus? Habemus regulam nostram, hac contenti sumus. ] Affines hi videntur fuisse veterum illorum Monachorum, qui regularibus suis obseruantis contenti, negabant se adstringi lege quadragesima Christianos omnes vrgente, vt Sacrorum Canonum, vt scribit Cassianus collat. 21. cap. 3. Monachos ergo ad Sacrorum Canonum à Romana Ecclesia, id est à Summo Pontifice editorum obseruationem adstringi, & eatenus Romanam Ecclesiam esse Matrem vniuersalem, sic tradit Potho. [ Ad regendam domus Domini disciplinam, in omni religionis proposito, in omni ordine ac dignitate, Canonum obseruantiam esse necessariam, Apostolicæ sedis auctoritas affirmat, quæ omnibus filiis Ecclesiæ illam quam Sacris Canonibus exhibere debet, indicit obediendam. Ecclesiastica autem disciplina instrumentum est, Canonice auctoritatis privilegium, quod in Apostolica sede fundatur, vbi diuinæ voluntatis institutio, omnibus principaliter Ecclesiæ Prelatis, eorumque subditis traditur, vbi firmamentum dispensationis Ecclesiæ specialiter collocatur. Hoc namque privilegium, B. Petro Apostolorum Principi, cœlesti decreto principaliter traditum atque firmatum, Sancti Patres cum magna veneratione suscipientes, atque Sanctam Romanam Ecclesiam obseruantes, tam in generalibus Conciliis, quàm & in cæteris scripturis, & gestis suis. VNIVERSALEM MATREM appellauerunt; & sicut eius documenta in confirmatione fidei, & eruditione sacræ religionis, ita etiam iudicia susceperunt; in hoc consentientes & quasi vno spiritu & vna voce concordantes, omnes maiores res, & præcipua negotia, necnon omnium Ecclesiarum iudicia, ad eam quasi ad matrem & caput debere referri: ab ea nusquam appellari, iudicia eius à nemine retractari, aut rescelli debere, vel posse. ]

Neque verò simplicium duntaxat fidelium mater est Romana Ecclesia per suum caput sue Pontificem, sed etiam eorum quæ cæterorum Patres sunt & dicuntur, hoc est Episcopum, vt propterea S. Petrus non agnos duntaxat, sed etiam oues pascendas suscepit, vt infra docebo V. Pastor. Et hanc ob causam eadem Ecclesia, non quomodocumque mater denominatur; sed mater vniuersalis, quam scilicet omnes planè

fideles,

fideles, non exclusis Episcopis, agnoscant matrem. Hincmarus c. 4. Operis contra Prædestinationarios, luculenter se huius matris filium agnoscit, tametsi nobilissimæ Ecclesiæ Episcopus. Itaque sic ibi scribit. [ Sequimur quæ Catholica, & Apostolica nos docet S. Romana Ecclesia, quæ nos in fide genuit, Catholicæ lacte aluit, vberibus cælo plenis ad solidum cibum nutritiuit disciplina Orthodoxa ad perfectum vinum perduxit, & ad alios instruendum sua probatione instituit atque in doctrinali Cathedra, fautore & adiuuante Domino, sublimando constituit. ] Eadem de se dicat quilibet Episcopus.

*Materia omnium spiritualium personarum.* B. Hildegardis ad Alexandram Papam.

Ipsè locus integrè representatus, lucem huic titulo affundet. [ O summa (inquit virgo sancta alloquens Pontificem) & gloriosa persona; quæ primùm constituta es per Verbum Dei, per quod omnis creatura rationalis, & irrationalis in genere suo facta est. Tibi spiritualiter idem Verbum, clauis regni cœlestis per indumentum humanitatis suæ, scilicet ligandi atque soluendi potestatem, concessit. Tu quoque Excellentissime Pater, materia omnium spiritualium personarum existis, quæ tuba iustitiæ Dei sonat in Ecclesia, quæ variis ornamentis circumamicta fulget; dum alij alijs bona exempla, vitam Sanctorum imitando, præbent; quæ & si quid rectè agunt, Deo, & non sibi attribuant, & de bonis imitatoribus suis gaudent, sequentes priores Sanctos, qui carnem suam domabant, & seiplos cum manifesta victoria cœlestis militiæ, contra vitia Diaboli pugnantibus roborabant, & cum bona voluntate velut Angeli in Deum respiciebant. ] Hæc tenus B. Hildegardis alloquens Christi Vicarium. Videtur ergo Pontificem vocasse *materiam omnium spiritualium personarum*, quia pij quique, & spiritales viri, materiam imitandi, & similia sanctè præstandi inueniunt, in vero, ac eo nomine digno, Christi Vicario. Item quia Pontifex est, qui omnes tubicines Euangelij, & spirituales operarios, subministrata mediare aut immediate iurisdictione, ad Euangelizandum præstat idoneos: quod est quasi subministrare materiam de qua formentur.

*Matrix Ecclesiæ Catholicæ.* S. Cyprianus Epist. 45. vide infra. V. Radix.

Sicut S. Cyprianus loco annotato, Ecclesiam Romanam, Catholicæ Ecclesiæ matricem, & radicem appellauit, sic Tertullianus l. de præscript. c. 21. Ecclesias Apostolicas vocauit, *matrices & originales fidei*; quasi per quas progenita sit fides, quæ eodem sensu l. de veland. virg. c. 5. Eam nomin. *matricem generis feminini*. Et quia nihil dignius, quam vt quæ mater prolem genuit, eadem alat, & curet susceptam prolem, idcirco *matricis* nomen, & in hominibus, & in brutis, ad matrem educatricem extendi ex vsu est. Nam Columella l. 7. c. 3. & l. 8. c. 2. & 8. matricem appellat, cum gallinas tum columbas quæ ouis vel pullis incubant, natòsque pullos educant. *Sint matricæ*, (ait c. illo 2. agens de gallinis) *probi coloris, robusti corporis, quadrata, peccorosa, magnis capitibus*: Et de columba capite illo 8. *Quies anno pullos educat, si est bona matricis*. Laxauit vocis vsum, & ad plantas quoque extendit Suetonius, agens de palma, in Augusto c. 94. *Ex ea* (inquit) *congruo nata soboles, adeo in paucis diebus* Theophili Raynaudi Pontificia,

*adoleuit, vt non equipararet modo matricem, sed Onomastico etiam obiegeret.* Hinc liquere potest, de vera nominatione tituli propostis. Dicit enim est Romana Ecclesia, *matrix Catholica Ecclesiæ*, quia in Christo Iesu per Euangelium, & maxima ex parte initio progeniuit omnes fideles, & progenitos fouet ac educat, suppeditans sanam doctrinam, & sacra iura administrans, per omnes Ecclesias. Quod ipsum in suo ordine præstant primariæ quæque Ecclesiæ, alijs minoribus sibi subiectis: quæ idcirco *matricæ* appellantur, vt videre est in Breuiariis Canonum Ferrand. c. 11. & 17. ac 38. 8.

*Medicus vnus singularis præcellens Catholicissimus, id est vniuersalissimus, à Deo prouisus sanandis Christi membris.* S. Ignat. Cōstan. ad Nicol. I.

Nota rō singularis. Sensus enim est, peculiari quadam ratione, munus Medici, Petro & eius successoribus competere. Omnes quidem Apostoli, & qui Apostolis suffecti sunt in Ecclesiis, particularium ab eis fundatarum regimini, *Medicorum* titulum ferunt; cadit in omnes, quod de SS. Petro & Paulo, dictum his verbis est ab Eucher. Hom. de eocilic Natali. [ Putares duos Medicos cælo lapsos, qui officinam sanitatum aperientes, diuerso noisnt genere variis opem ferre languoribus. Aliorum oculis incredulitate cœcatis, ac nubilo infidelitatis hebetatis, iucundissimam claritatem infusa fidei luce reddebant. Aliorum auribus, quæ ad vocem Christi obsurdauerant, auditum mirabiliter imperabant. Aliorum interiores venas, carnalium incentiuorum febribus æstuantibus, prædicatione; & castitatis refrigerijs irrorabant. Ex aliorum visceribus, malitiæ, superbiæ, iracundiæ sagittas, ac diuersorum iacula peccatorum, à diabolo infusa euellabant, curantes adiutorio Diuinitatis, omnem languorem & omnem infirmitatem. Ac sic per Verbum sobrietatis, euacuantes crapulam veterum passionum, æternæ vitæ sitim indigestis, ac defœcatis mētibus imperabant; & temperato poculo cœlestis antidoti, obliuionē præsentium, & futurorū desiderium propinabant. ] Sit igitur hæc medendi ratio, S. Petro, & eius successoribus verè tributa. Est tamen communis omnibus Apostolis & piis, eoque nomine dignis Præsulibus ac sacris Doctoribus. Quod Theodorus Ancyranus tom. 6. Concilij Ephesi c. 9. scitè tradit. *At singularem Medicum*, dixit S. Ignatius, Romanum Pontificem: ac proindè peculiari aliqua medendi ratio ei assignetur necesse est, quam ipse S. Ignatius benè expressit. Locus est omninò insignis, describendus ex 8. Synodo Actio. 3. vbi S. Ignat. sic compellat Nicol. I. [ Eorum vulnerum atque liuorum, qui in membris hominum consistant, multos medicos protulit ars; hanc quidem passionem alio accipiente, & alteram altero per experientiam amputante, & medicante. Eorum verò, quæ in membris sunt Christi, & Dei Saluatoris omnium nostrum capitis, & sponsi Catholica, & Apostolicæ Ecclesiæ, vnum & singularem præcellentem, atque Catholicissimum Medicum, ipse Princeps summus, & fortissimus sermo, & ordinator & curator, & solus ex toto magister Dominus omnium produxit; videlicet tuam fraternitatem, & paternam almitatem, propter quæ dixit Petro magno, & summo Apostolorum, *Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, &c.* Et iterū: *Tibi dabo clauis regni cœlorū:*

*Onomasticum* & quacunq; ligaueris super terram, erunt ligata Pontificiū. & in caelis: & quacunq; solueris super terram, erit solutum & in caelis. Tales enim beatas voces, non secundum quandam vtique sortem, Apostolorum Principi solum circūscripsit, & destinauit, sed per eum, ad omnes qui post illum secundum ipsum efficiendi erant summi Pastores, & diuiniſſimi ſacrique Pontifices, ſenioris Romæ tranſmiſit. Et idē ab olim, & priſco tempore, in exortis hæreſibus, & præuariationibus eradicatores, & interemptores malorum zizaniorum, & tabefactorum, & penitus inſanabiliter ægrotantium membrorum multoties facti ſunt, eorum, qui ſanctitatem, & ſummam paternitatem tuam illic præceſſerunt. Suceſſores ſcilicet Principis Apoſtolorum, & illius zelum in fide, quæ ſecundum Chriſtum eſt imitantes; & nunc noſtris temporibus Beatitudo tua dignè tractauit datam ſibi à Chriſto poteſtatem. ] Similia ( aliis licet verbis ) habet Stephanus Doreniſis Epistoſa ad Concilium Lateranenſe, ſub S. Martino I. quæ in eo Concilio reſertur Secretario 2. 24.

Placet eundem Romani Pontificis titulum, aliunde quoque illuſtrare. Synodalis data à 6. Synodo ad Agathonem Papam ( habetur in ea Synodo Actio. 18. ) ſic alloquitur Pontificem. [ Maximi morbi, maioribus indigent auxiliis, vt ſcitis, Beatiffime. Atque idcirco Chriſtus verus Deus noſter, virtus verè rerum omnium conditrix & gubernatrix, ſapientem dedit Medicum, veſtram à Deo honoratam ſanctitatem contagia hæretica ſuis fortiter propullſantem remediis orthodoxiæ, ac ualitudinis robur membris Eccleſiæ largientem. Itaque tibi, vt primæ ſedis vniuerſalis Eccleſiæ Antiftiti, quid gerendum ſit permiſimus. Stanti ſupra firmam fidei petram, acquieſcentes veræ conſeſſionis literis à veſtra paterna Beatitudine ad piſſimum Imperatorem miſſis, quas vt à Summo Apoſtolorum vertice diuinitus ſcriptas agnoſcimus; per quas exortam nuper multiplicis erroris hæreticam ſectam depulimus. ] Petrus Cellenſis Epist. 145. Romani Pontificis proprium eſſe, ait, non ſolum morbos diſcernere, ſed etiam quæque morboſa ſecare aut ſanare. In Concilio Lateranenſi ſub Leone X. ſeſſ. 7. Balthazar Delrio, concione in illud, *nihil impoſſibile erit vobis*, alloquens Leonem Pontificem, vocat eum, *Chriſtiani greę animarum, Protomedicum*.

Ex manere capitis, officium, *Medici*, Romano Pontifici congruere, egregiè tradit Ioannes Conſtantinopolitanus Epistoſa Apologetica ad Conſtantinum Papam, quam è 6. Synodi Græcis exemplaribus deſcripſit, & vertit Franciſcus Turrianus lib. 1. de Eccleſia, contra Andream Freyhub. cap. 8. ſic igitur habet Ioannes. [ Deus qui diuinitatem, ac potentiam ſuam in eorum, quæ cernuntur magnifica fabrica declarauit; in natura noſtra, quam ſinxit omnium quæ ſub ſenſum cadunt, nobiliſſima; gloriam & ſapientiam ſuam præcipuè oſtendit. Vnde Propheta admirabilem ex ſe factam diuinam ſcientiam, elamauit. Ipſe ergo natura noſtræ author, caput toti corpori præfecit, ac præcipuis ſenſibus in eo collocatis, fecit, vt omnes inde reliquorum membrorum motio, & integritas exiſtat ac conſeruetur; & ſi quid horum labi, aut aliter quomodocunq; offendi contingat, non

inaccuratam diligentiam eis adhibet: quin potiùs naturali cognatione, etiam cum extremis membris oſtenſa, partem ægrotam miniſtris manibus, & ducibus oculis curat; non ipſe, neque reſecto horum auxilio, ceu inutili. Cum his veſtrum Apoſtolicum præſidendi munus, poſſumus ( ſanctiſſime ) comparare. Et quia vos caput Sacerdotij ſecundum Chriſtum reputamus, meritò damus operam, vt à vobis, corpori Eccleſiæ noſtræ alienationem offenſionis, quam ex peſtifera animarum tyrannide accepit, feramus. Sanè quidem vos, vt capitis proprium eſt, non deſpicietis nos, qui præter voluntatem noſtram in morbum incidimus, nec à veſtra coniunctione alienabitis: quin potiùs triſtitia de noſtris vulneribus affecti, ( *ſi quid enim patitur vnum membrum, cætera compatiuntur*, vt Apoſtolus ait ) recuperata valetudine, reſtituta ſanitate, meritòſſimò congaudebitis. ]

*Medicus Apoſtolicus*. S. Siluerius Epistoſa ad Vigilium.

*Medicus languentium*. Ioannes Alexandrinus ad Eugenium IV.

Inſigniter ſpecie languentium, ſeipſas, Pontificem verò ſub Medici imagine, exhibent Eccleſiæ Illyrici, in libello ſupplice ad Symmachum Papam. Idem de Eccleſia Deruenſi, & Alexandro Papa, legere eſt apud Petrum Cellenſem Epist. 1.

*Melchisedech ordine*. S. Bernard. 2. de conſid. cap. 8.

Fuit Melchisedech Sacerdos Dei Altiffimi, & in Canone Miſſæ ( cui nullum ſubſeſſe errorem, dixit Concilium Tridentinum ) vocatur *ſummus Sacerdos*; non tam à præminentia ſuper ſubiectos ei Sacerdotes, ( qua ratione nunc Pontifex dicitur *ſummus Sacerdos* ) quam ob eximia merita virtutis & dignitatis, Regiæ ac Sacerdotalis, quibus potebatur Melchisedech. Reprehendit hanc Melchisedech in Canone denominationem, auctor qq. veteris & noui Teſtamenti in 109. ratur nomē ſūmi Sacerdotis deberi ſoli Chriſto, non autem Spiritui ſancto, quem cenſebat eſſe Melchisedechum filio inferiorum. Quæ ſacri Canonis redargutio, quam ſit caſſa, nihil attinet dicere. Fuit ergo Melchisedech Sacerdos Dei, nec obſcura Chriſti Imago, quatenus panē & vinum obtulit; quod fuit incrementum Sacerdotium, quale Chriſtus inſtituit, dictus idcirco, *Sacerdos ſecundum ordinem Melchisedech*, Heb. 7. & Plal. 109. & quidem non ſemel, in æternum, ſeu quamdiu durabit Sacrificium, ita vt nullum vnquam ei ſuccedat Sacrificium, quamuis Chriſtus non per ſe ſacrificet, ſed per Sacerdotes, in perſona ipſius, & verbis eius ſacrificantes. Videndi in eam rem Alanus lib. de Sacrific. cap. 9. Coccius tom. 2. lib. 6. art. 5. Suares tom. 3. 3. par. diſp. 46. ſeſſ. 4. Bellarmin. lib. 1. de Miſſa cap. 6. & latiffimè Pamel. initio tom. primi Liturgicorum. Pontifex ergo, qui eſt Chriſti Vicarius, & ſecundum ordinem Melchisedech inſtitutus, non ſecundum ordinem Aaron, per carnalem propagationem, dicitur *ordine Melchisedech*. Videndus S. Leo ſerm. 2. de Annuerſ. ſuæ aſſūpt. Sanè Melchisedech ab Apoſtolo dicitur fuiſſe abſque genealogia, id eſt interprete S. Hieronymo lib. 1. in Iouinia. *Abſque nuptiis*; vt eius Sacerdotium carnali propagatione non continuandum, ſignificaretur.

*Membrum*

*Membrum eminentiſſimum Sacre Eccleſiæ, cui clauis regni caelorum ſunt tradita, vt per illum ad cæteros hæc dignitas tranſſeret*. Ionas Aurelian. lib. 3. de Imag.

Vocabatur hic titulus difficultate, ſi cæteri illi quorum in eo fit mentio, tantum ſunt ſinguli quique ſucceſſores S. Petri, quibuſcum eius dignitas, & poteſtas pariſormiter communicatur. Suberit autem difficultas nonnulla, ſi cæteri illi, ſint etiam quicunq; Sacerdotes. Sed eo poſto, dicendum erit, valere quoad illos, quatenus partialiter, & inadæquatè accipiunt clauis in ſoto pœnitentiæ; ſeu iuriſdictionem ad abſolucendum; quam illis Pontifex reipſa conferat, vt habet quorundam ſententias vel cum auferre, aut reſtringere poſſet, permittit ſingulis ea vtentibus expeditam & liberam. Eatenus enim cenſeri potèſt, per eum ad Sacerdotes quocunq; tranſſe dignitas, & poteſtas prædicta. Quod autem Pontifex, qui caput eſt Eccleſiæ, dicatur eius membrum, non debet mirum videri. Nam etiam in corpore Phyſico, caput numeratur inter membra corporis. Et ipſe Chriſtus, iuxta multorum interpretationem, dictus ab Apoſtolo eſt, membrum corporis, quod eſt Eccleſia, cum dixit, *Vos eſtis corpus Chriſti, & membra de membro*. Optimè porò aduertit Thomas Illyricus lib. de Poteſtate Papæ §. non igitur, Romanum Pontificem non ſe habere, ſicut membrum Eccleſiæ quoad poteſtatem iuriſdictionis, quaſi tota iuriſdictione ſacra ſit in Eccleſia, nec niſi eius pars in Pontifice; id enim falſum eſt, quandoquidem vniuerſa iuriſdictione ſpiritualis pendet à Pontifice; ita vt vel ab eo dimanet, vel ſaltem eius diſpoſitioni, & regimini ſubſit. Eatenus ergo Pontifex dicitur membrum Eccleſiæ, quatenus Eccleſia eſt quoddam totum, integratum ex multitudine hominum eandem fidem profitentium, & eodem ( vt Auguſtinus dixit ) viſibile ſacramento conuoluto colligatum. Qua ratione ipſemet Chriſtus, quem liquiddò conſtat non gaudere ſola portione iuriſdictionis Eccleſiaſtica, eſt membrum Eccleſiæ, iuxta illud iam allegatum ex 1. Cor. 12. *Vos eſtis corpus Chriſti, & membra de membris*; quod poſtremum, Gloſſa de Chriſto exponit. Rectè igitur Pontifex membrum Eccleſiæ dicitur, & membrum eminentiſſimum, quia eſt totius corporis caput. Conſtituitur, ex ſequenti titulo.

*Membrum primum ſanctæ vniuerſalis Eccleſiæ*. S. Gregor. lib. 4. Indiēt. 13. Epist. 38.

*Metropolis pietatis, Romana Eccleſia*. Orientales Epistoſa ad Iulium I. apud Sozomenum lib. 3. cap. 7.

Metropolim propriè dixere, urbem illam, quæ matris loco coloniciſ vrbibus habebatur, vt ſcribit lib. 4. Halicarnalleus. *Urbem matricem*, vocat Thucydides lib. 4. Nec ferè aliter D. Auguſtinus lib. 3. de conſenſu Euangel. cap. 25. [ Agri ( inquit ) nomine, non caſtella tantum, verum etiam municipia, & coloniæ ſolent vocari, extra ciuitatem, quæ caput, & quaſi mater eſt cæterarum; vnde Metropolis appellatione. ] Laxata tamen poſtmodum vocis notione, Metropoles quoque dictæ ſunt quæcunq; vrbes, quibus decus, ac prærogatiua competeret, capitatis alicuius prouinciæ. Vtramvis amplectamur notionem, meritò Romana Eccleſia, *Metropolis*, dicta eſt pietatis. Eius inquam pietatis, quam

*Theophilus Raymundi Pontificis.*

Tullius 1. de Nat. Deor. religionem & cultum *Onomasticum* numinis interpretatur. Veracem veri Dei cultum dixit D. Auguſt. 4. Ciuit. cap. 23. & lib. 10. cap. 1. vbi pietatem propriè Dei cultum intelligi ait, quam Græci *εὐσεβεία* vocant. Religionem quippè Catholicam, quæ ſola eſt ſincera, & vera religio, Romana Eccleſia, veluti ex ſinu ſuo propagauit per vniuerſum orbem, vt dictum eſt prænotat. 3. Et eadem tanquam caput omnium orbis Eccleſiarum, iuxta quoad Religionem orbi vniuerſo dicit, ac proinde meritò audit *Metropolis pietatis*, ſue Religionis.

Quod ſi pietatis nomine, intelligere placeat ſanctimoniam, qua homo omnibus ritè deſurgens officiis, iuſtus vſque quaque eſt, prout ſæpè pietatem deſinit Clemens Alexandrinus, nominatum lib. 7. Strom. ne ſic quidem deſt Romana Eccleſiæ, vnde dicatur *Metropolis pietatis*. Certum quippè eſt, puritati & ſinceritati religionis, adiungi vitæ ſanctitatem, niſi veritas Dei in iniuſticia detineatur. Vnde qui pro veritate fidei, & religionis Chriſtianiæ aduerſus eius hoſtes argumentantur, merito huc conſugiunt, oſtendentes non poſſe non eſſe veram, & ſanctam religionem ac fidem, cuius profeſſores ex huius fidei, & religionis principiis ſumma ſanctitate claruerunt. Ita Tertullianus in Apolog. cap. 45. & 46. Eufebius 1. Præpar. cap. 3. & Minutius in Octauio. Ipſeque S. Paulus inde argumentatus eſt pro ſui Euangelij veritate, vt expendit S. Chryſoſtomus in cap. 1. ad Galat. circa illud; *Nequum vobis facio, &c.* Fuille hoc decus Chriſtianiæ religioni perpetuum, demonſtrat Boſius lib. 7. de Signis cap. 1. Nec duntaxat quomodolibet pios profeſſores habet fides, & religio Catholica, ſed quantumuis priùs peſſimè moratos, ſi eam qua par eſt docilitate excipiant, & ex eius principiis vitam conforment, commutat illic in valdè pios, ſubita & potenti in corda efficacitate, de qua plenè, & benè Clemens Alexandr. initio Protepretrici, S. Cyprianus Epist. 2. S. Eucherius ho. 2. de Epiph. in ſin. S. Chryſoſtomus hom. 18. in ad Rom. initio partis moralis. Illuſtrat idipſum multis Thomas Boſius lib. 2. de Signis cap. 10. & 11. & lib. 12. à cap. 12. Quia ergo Romana Eccleſia, veræ fidei Magiſtra eſt, ac probatæ religionis; quam huiusmodi pietas affectatur, moderatrix & arbitra à Chriſto eſt conſtituta; rectè hoc quoque nomine, *mater pietatis*, dici potuit.

*Moderatrix & domina Chriſtianiſtatis, Romana Eccleſia*. Petrus Cellenſis Epist. 112.

*Moderator Sedis Apoſtolicæ, & cæleſtis imperij apicem regens*. Ennodius libro 5. Epistoſa 10.

Pontifex, *Moderator ſedis*, eodem ſenſu dicitur, quo *Gubernator Throni*, de quo titulo ſupra. Et eodem modo Pontifex dicitur *Reſtor cæleſtis Imperij*, quia Pontificia poteſtas non eſt origine humana, ſed natione cæleſtis, & à Deo promanans.

*Moderator & dux vniuerſe Eccleſiæ*. Damasc. Orat. de Tranſſig.

*Moyſes auctoritate*. S. Bernard. 2. de conſid. cap. 8.

Non erat Moyſes præfectus populo ordinarius in iis, quæ ſunt ad Deum, id eſt cum iure ſucceſſionis, ſicut Aaron. Pontifex

K 2 tiebatuſ;

*Onomasticō Pontificum.* tiebatur tamen Moyses, summa (tametsi extraordinaria) autoritate, etiam in spiritualibus, de quo infra in Epilegomenis subnotat. 2. verit. 3. & difertè id tradit Durandus de S. Portiano l. de Iurisd. Eccles. q. 3. Pontifex ergo, circa Ecclesiam Catholicam est summus Dux, & mediator erga Deum; quæ fuerunt Moysi attributa: fuitque Moyses, Pontificis imago quoad summam autoritatem, quamvis modus potiundi ea autoritate, fuerit longè diuersus in Moysè, qui non habuit potestatem, nisi temporariam, & absque iure successione. Optimè porò Petrus Cellensis Epist. 1. Moysi & Pontificis analogiam ea ex parte expressit, scribens ad Alexandrum Papam. [In grauissimis quaestionibus, sicut olim ad Moysen, sic nunc Pater Venerande, ab omni Ecclesia Dei, recurritur ad B. Petri, & vestram sedem. Tam enim communiter communis imponitur vobis sollicitudo omnium Ecclesiarum, quam singulariter, & specialiter Petro videtur dictum, *Et in conuersus, confirma fratres tuos.*] Idem Epist. 145, ex eo quod totius (vt ait) Christianitatis onus, humeris Apostolicis sit impositum, Aaronem & Hur ei subleuando ne deficiat, esse adhibendos docet, alludens ad Moysen. Fauet huic negotio, quod Nazianzenus Orat. 6. num. 6. Moysen in Dei Sacerdotibus recenset allegato Dauidè Psalm. 98. & addit, eum fuisse Israelitarum Antititem, & Sacerdotum Sacerdotem, & in iis, quæ ad Deum coniunctim cum Aarone operam nauantem; nempe extraordinaria potestate; Nam ordinaria solius erat Aaronis.

Tametsi verò nonnulla fuit proportio inter typicum Moysi Pontificatum, ratione cuius dici potuit summus Pontifex, & Sacerdos Sacerdotum, sicut Romanus Pontifex à Moysè utrumque expressus, dictus est à S. Bernardo Moyses autoritate: tamen negari non potest, quin Pontifex esset præ Moysè longè differentius nomen hereditariu. Vidit hoc perspicaciter Author sermonis ad Concilium Remense coram Eugenio III. perperam creditus S. Bernardus, cum Author ille sub initium sermonis apertè se profiteatur Episcopum, vocans Episcopos in Concilio illò adunatos, Fratres suos, quod S. Bernardus non dixisset. Nec est verisimile eum sermonem fuisse à S. Bernardo conscriptum in persona alicuius Episcopi cum tanquam suam habitari. Est enim stylus sermonis illius fellitus, & admodum acerbis, vt præsertim liquet ex calce, vbi ea opponit Episcopis, quæ turpe est & dicere; quod non fecisset S. Bernardus, etiam latens sub aliena persona. Vt vt sit, Author illius sermonis, ipso initio, cum Eugenio qui præfens aderat, Moysen vocasset, mox subiicit, quantoperè Eugenus à Moysè discreparet. Verba eius sunt. [Graue est, quod mihi iniungitur, videlicet vt doceam Doctores, instruam Patres, præsertim cum scriptum sit, *interroga Patres tuos, & annuntiabunt tibi.* Sed præcipit mihi Moyses ista, cuius manus graues sunt, cui obediendum est, non solum à me sed etiam ab omnibus. Et plus quam Moyses hic. Moysi commissa fuit vna plebs Israelitica, isti autem vniuersa Ecclesia.]

*Mons Magistracionis valde ornate ciuitatis, que constituta est in dispensatione Christi.* B. Hildegardis ad Anastasium Papam:

Logogryphus est & anigma, cuius hic vide-

tur sensus. Ciuitas in dispensatione Christi constituta, valde ornata, alia non est quam Sancta Ecclesia, Christi sponsa, parata sicut sponsa ornata viro suo. In ea Ciuitate Dei, est mons sanctus magistracionis, siue celestis magistrerij, atque doctrinæ: nimirum Pontifex, qui vt mons supereminet reliquæ Ecclesiæ, & ex editissimo suggesto magistrerij sui, erudit omnes infideles disseminans doctrinam fidei.

*Murus inexpugnabilis, contra omnes hæreses.* Rupertus lib. 2. offic. cap. 22.

Digna est, quæ hic adscribatur Ruperti sententia, ex annotati capituli calce. [Cum monumentum sit sinceritatis, & veritatis eius, in cuius azimis nos epulari hortatur, Apostolus expurgato veteri fermento, vt sumus noua conspergio, iure inter vtilia legis antiquæ signa, reuerentia sunt azima, auctore magno Pontifice Christo, & per succedentem sibi Beatum Petrum, Romanæ Ecclesiæ fideliter delegata. Quæ beata, quod in fundamento suo Petram illam excepit quam suo veritatis ore laudauit & beatificauit, tali structura super illam edificata est, vt contra omnes hæreses perferret murus inexpugnabilis. Et quacunque mundi ex parte periclitata fides ad illam confugit, mille clypeos ex ea omnemque armaturam fortium, qua se defenderet, pendentes & preparatam inuenit.] Hanc securitatem fidei puræ & incontaminatæ, in Romana Ecclesia semper retentæ & retinendæ, ostentabat aliis verbis adhibitis, eundem tamen sensum facientibus Nicolao cuidam cum quo certabat, Petrus Cellensis Epist. 111. dicens de seipso. [Sum nomine Petrus, Petrinus, radicans & fundatus in montibus sanctarum autoritatum, & in medio petrarum, vbi mater Ecclesia nidificat in foraminibus Petræ, & in cauernis maceræ. Hinc non ex eo, nisi ad vocem totarum, quæ in se habent spiritum vitæ, & stant ac mouentur tanquam volubiles cum animalibus senas alas habentibus, & oculos ante & retrò; securus sequor, quia facies Leonis præcedit ne aliquid noceat, facies hominis ne aliquid decipiat, facies vituli ne vanitatis aliquid interueniat, facies aquilæ ne aliquid dubietatis remaneat, vel tarditatis præpediat. Regula veritatis tornauit Rotas istas in circino, & orbe veritatis æternæ, quæ de mente diuina procedens, tantæ apud Deum maiestatis est, vt in summo vertice lucis inhabitabilis resideat; tantæ autoritatis, vt nullius ditioni subiaceat; tantæ maturitatis, vt nunquam vultum Deificum deponat; tantæ certitudinis, vt nulla mutatio, aut vicissitudinis obumbratio in eam incurrat.] Quæ ex parte possit irreperere error, in doctrinam Ecclesiæ sic communitam?

N

*Noë primatus.* S. Bernard. 2. de Considerat. cap. 8.

Respexit ad Arcam Noë, cuius rector fuit Noë. Vnde S. Augustinus in Psalm. 132. monstrans in tribus sanctis veteris Testamenti Noëmo, Daniele Iobo, expressas esse, Ezech. 14. tres hominum classes, nimirum Rectorum Ecclesiæ cœlibum siue Ecclesiasticorum late sumpta voce, prout etiam Monachos complectitur, atque secularium laicorum, Rectorum Ecclesiæ ait signatos esse per Noëm. [Noë (inquit) significat re-

tores

tores Ecclesiæ, quia ipse arcam in diluuiò gubernauit.] Præter eam verò generalem analogiam in Noëmi persona fundatam, quia scilicet vterque Rector fuit, est alia specialis, fundata in Ecclesia, extra quam nemo potest saluus fieri, in quo belle respondet arca Noëtica, extra quam nemo saluus factus est. Vnde vt S. Petrus admonuit, fuit imago Baptismi nostri & Ecclesiæ, per eam sacram aquam nos subducens ira Dei. Quia ergo sicut Noë arca præfuit, fuitque secundi rursus orbis creator, vt loquitur Origen. homil. 4. in Ezech. & eate-nus noui illius sæculi primas; ita S. Petrus & eius successores, Arca Ecclesiæ præfunt, & populi qui nascetur quem fecit Dominus, primates ac in Christo principes sunt, nec nisi sub hoc Ecclesiæ Pastore salus obtingere potest à diluuiò aquarum multarum, vt optimè profertur Innocentius III. scribens ad Calloianum Regem Bulgarorum: (extat pag. 58. Gestorum eius:) meritis S. Petrus & eius successores, Noëmi L. n. m. l. c. i. titulum gerunt. Videlicet de Evangelico Noëmo, Turrianum contra Andream Freyhab. lib. 1. cap. 5. de arca verò Noë, ac Ecclesiæ comparatione, Rupertum lib. 4. in Genes. cap. 17. Hugonem Victorinum lib. de mystica arca expositione, & lib. 1. de arca Morali cap. 4. S. Ambrosium serm. 11. Latè & eruditè id versat, Commentarius ad Extrauag. 1. Bonifacij VIII. de maiorit. & obedient. littera B. & singulari planè modo S. Chrysost. serm. 2. de Pœnit. sub initium, ac S. Hieronymus Dialog. contra Luciferianos à num. 49. & lib. 1. contra Iouinian. cap. 9. Fnsè denique Bartholomæus Ferrar. lib. 4. de Christo abscondito, & Vossius ad Epistolam Gregorij IX. de duplici gladio, à pag. 39.

Ex eo autè quod Ecclesia collata legatur cum arca Noëtica quæ omnino vasta fuit, vt posset excipiendis tot animantibus sufficere, Erasius Matth. 8. vellicandum censuit vulgatum Interpretem, qui nauiculam Petri dixerit, quam nauis nomine donare par fuerat, vt correspondentia cum arca Noëtica haberet locum. Græca enim vox est *πλοῖον*, non *πλοῖον*. Vnde non nauiculam, sed nauem siue nauis, quæ non est vox diminutiua, vertendam fuisse vocem Græcam, ab omnibus Evangelistis narrationem illam contextibus adhibitam, confirmat Erasmus. Esse tamen hanc vulgati Interpretis fugillationem, vanam, mihi non est dubium. Nam quamuis vox Græca possit significare nauim magnam, tamen potest etiam denotare paruam nauem, quæ sola vsui esse solet ad piscandum vel transfretandum; vnde huiusmodi duntaxat nauem habuisse videntur S. Petrus & filij Zebedæi, cum essent piscatores. Atque aded cum Christus nauem ad transfretandum adhiberi solitam conscenderit, rectè Interpretes vertit nauiculam: quamuis alibi agens de nauicula Petri vertit nauim, cum narratur iussim Christi ad Petrum, vt duceret in altum. Ea enim nauicula de qua Matth. 8. circa quam Erasmus argutatur, non erat Simonis qui iam omnia sua abdicauerat, sed erat conducticia. Et quamuis inde petita esset denominatio nauiculæ attributa Ecclesiæ, vt vult Erasmus, nihil tamen inde officeretur veritati neque induceretur disproportionem cum arca Noë capacissima, & naues

magnas æquante, vel etiam superante. Nam plerumque voces quoad extimum corticem diminutiua, vsurpantur ad designandas res non paruas: vt de voce *conciabuli* notauit ipse Erasmus ex Hieronym. Epistola ad Gerontium. Deinde Ecclesia tametsi excreuit in molem propè immensam, filijs eius multiplicatis super numerum, tamen initio pusilla fuit, vt propterea potuerit cum nauicula conferri: quo etiam facit fragilitas & imbecillitas Ecclesiæ ex se spectatæ, in tot procellis haud argè euerendæ, nisi diuino auxilio fulciretur: quæ omnia nauiculam potius, quam nauem resipiunt. Itaque denominatio nauicula S. Petri pro Ecclesia, improvidè ab Erasmo est vellicata, quamuis arcam Noëticam demus huic nauiculæ respondere.

*Nauicula & parens fidei ac morum Romana Ecclesia, que non potest ab homine iudicari, & argui celesti privilegio munita.* Ioan. Sarisber. lib. 8. polycrat. cap. 17.

*Nutritio cui commissa est Ecclesia.* S. Bernard. Epist. 237. quæ est ad Eugenum.

Fidelis seruus & prudens quem constituit Dominus super familiam suam, vt det illi cibum in tempore, alius non est quam bonus Antistes, iuxta S. Iulianum canon. 27. in Matth. Sed particulares Antistites, singulis scortim plebibus cibum suppeditant. Generalis Ecclesiæ nutritor, dicitur Romanus Pontifex; quia viuifica Dei familiæ, toti inquam Sanctæ Ecclesiæ; subministrat cibum probatum, cum doctrina sincera & innocua, tum sacramentorum non adulteratorum, quæ sunt alimenta quibus, infantes Dei nutriuntur in vitam æternam: & omnes quidem Sancti Patres Iudice D. Augustino lib. 2. in Iulia. fuerunt Ecclesiæ nutritores, vtique singuli in suo gradu ac finibus. At Romanus Pontifex omnes vniuersum fideles nutrit sanæ doctrinæ pabulo.

*Nutritio vniuersi immunitate columbae.* Aletinus Epistola ad Leonem Papam. Est numero 72.

*Nutrix Pontificij, cathedra.* Ennod. in Apologia.

Cum Pontificium, vt infra attingam verbo Pontifex, idem sit, quod ius & potestas quippiam præstandi & ex vsu insolito apud Christianos, restringatur ad summam potestatem in rebus religionis, meritò Cathedra Romana ab Ennodio dicta est *nutrix Pontificij*; quia sedenti in ea confert summam, in sacris orbe vniuerso potestatem. In quam rem plura in Epileg. subnot. 2. verit. tractando qua ratione Romanus Pontifex sit supremus Hierarcha.

*Nutrix & doctrix omnium Ecclesiarum, Romana Ecclesia.* Hinc matris initio operis de diaortio Lotharij, ac Tetbergæ.

Nutricem dicere Romanam Ecclesiam, perinde est atque *mammillariam* appellare, quo cognomine Arelatensem donarunt. Lego in columna ab Auxiliare Præfecto Galliarum posita, anno Christi 435. Etque idem cognomen cum eo quod eam urbem sortitam esse cum Græcis subisset, ait Aletianus, notans dictam *Thebinem*. *Θήνη* enim Græcis *mammilla* est, meritoque insignitam hoc nomine esse Arelatensem ab vbertate quæ vicinas quoque provincias nutrebat, docent quæ in rescripto ad Agricolaum P. P. Galliarum,

K 3 rum,

Onomasticon Pontificium.

rum, habent Valentina. & Teodof. AA. indicentes anniuerfariū conuentum Arelatis. Vir doctus Andreas Saxius, in Arelatenfis Pontificij præludio, putat Christianos Imperatores respexiffē, non modò ad haustum inde lac cibariū præ foli vbertate, fed etiam ad lac doctrinæ fidei haustum per Gallos ab ea vrbe. Quod fi verum est, multo magis Romana vrbs & Ecclesia, poterit denominari cæterarum nutritrix & mammillaria. Si autem titulus ille vrbs Arelatenfis petitus est à foli feracitate tantum, vt est verifimilius; idem tamen titulus rectè ob proportionalem causam, aptabitur Romanæ Ecclesiæ, tanquam verè nutritrix fidelium omnium; vt factum est ab Hincmaro cum loco annotato, tum in epe de Prædestinatione cap. 4. verbis illis. [ Sequimur quæ Apostolica & Catholica nos docet S. Romana Ecclesia que nos in fide genuit, Catholico lacte aluit vberibus cælo plenis ad solidum cibum nutrit, disciplina Orthodoxa ad perfectum vitum perduxit. ] Hoc verè est quod titulo proposito præfertur.

Quid ex hoc Romanæ Ecclesiæ per Pontificem titulo colligat Hincmarus, interest nosse, recitato integro eius loco. [ De omnibus (inquit) dubiis vel obfcuris, quæ ad rectæ fidei tenorem, vel pietatis dogmata pertinent, Sancta Romana Ecclesia, vt omnium Ecclesiarum mater & magistra, nutritrix ac doctrix, est consulenda; & eius salubria monita sunt tenenda, maximè ab his, qui in illis regionibus habitant, in quibus diuina gratia per eas prædicationem omnes in fide genuit, & Catholico lacte nutrit, quos ad vitam præordinauit æternam. Vnde quoniam (sicut B. Innocentius ad Decentium, Eugubinum scribit Episcopum) manifestum est in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam, atque Siciliam, Insulasque interiacentes, nullum instituisse Ecclesias, nisi eos quos Venerabilis Petrus, aut eius successores constituerint Sacerdotes; Oportet ergo eos hoc sequi, quod Ecclesia Romana custodit, à qua eos principium accepisse non dubium est; ne dum peregrinis institutionibus student, caput institutionum videantur amittere. ] Vides quàm auidè accurrendum ad papillam eius matris, non è numero dimidiatarum illarum quas suffillat apud Gellium Phanorinus lib. 2. cap. 1. Quos enim in Christo procreauit, educat sincero doctrinæ lacte, quod proinde studiosè sugendum est, repudiato lacte meretricio lupæ illius, quam Diaboli coniugem pronunciat S. Anastasius Sinaita lib. 1. hexaem. cuiusuis inquam peruersæ sectæ. Idque seruantes Geniui Ecclesiæ filij, præstant quod singulari munere de S. Roberto Molifmenfi narratur, qui scortivbera, infans nunquam sugere sustinuit.

**Oculus totius corporis, ostendens rellam veritatis semitam.** Tarasius Constantinopol. Epistola ad Hadrianum Papam.

Insignis metaphora, qua Episcopatus vniuersalis & excubatio super orbem vniuersum optimè exprimitur. Est enim oculus, Prælati inuigilantis eximium symbolum, vt perpulchrè prosequitur Raymundus Jordanus, in opere de oculo,

quod nuper vulgauimus, cap. 12. & Gigas lib. de residentia Episcop. cap. 11. Et idcirco Isaia 29. vers. 10. Prophetæ & spiritualia populi capita dicuntur oculi, *Claudet oculos vestros, prophetas, & principes vestros.* Est enim Episcopi maximè proprium, oculum esse totum, iuxta Chrysoftomum; qui 1. Timoth. 3. vbi Apostolus *in oculo* vult esse Episcopum, (quam vocem vulgarus vertit *sobrium*,) exponit, *habentem innumeros ex omni parte oculos.* Debere Episcopum esse totum oculum, siue omni ex parte oculum, ait Isidor. Pelus. lib. 1. Epist. 149. & 151. Insigniter de munere oculi in Episcopo, Ambrosius l. de dignitate Sacerdotali cap. 6. Esse igitur oculum totius corporis Ecclesiæ, est esse Episcopum & Directorem vniuersalem Ecclesiæ, quod de Romano Pontifice, vi muneris affirmatur. De aliis autem quibusdam Sanctis, tale quid interdum pronunciatum est, ratione illustrium exemplorum, aut doctrinæ, quibus vniuersæ Ecclesiæ præluxerunt. Sic Isidorus Pelus. lib. 1. Epist. 157. nominat S. Chrysoftomum, *Bizantinæ Ecclesiæ, atque adeò Ecclesiarum omnium oculum.* Sic S. Athanasius à Gregorio Nazianzeno Orat. 23. dicitur esse *Sanctissimus orbis oculus*, & in Sancti Basilij Epitaphiis, vocat eum *Clarissimum Christianorum oculum.* Andreas Cretensis sic habet de S. Tito Orat. de eo. [ Cherubicus oculus, os Seraphicum, vigil obtutus, insuperabilis mysticæ pernoctationis pro pastoris munere palpebra. ] Petrus Cellenfis Epist. 29. Hugonem Abbatem Cluniacensem, vocat *oculum Monachorum.* Ob assistentiam quoque iugem, & veluti excubias circa orbem, Nicetas Orat. de S. Michaële & Gabriele, vocat eos, *Duos mundi oculos.* Quo ipso modo, de Sole & Luna locutus est Theophilus Alexand. Epist. 1. Palch. Patres Trullani in allocutione ad Iustinianum Iuniorum, vocant eum, *orbis terrarum oculum.* Sed est putidissima assentatio, nisi ad temporalia restringatur, quod Græci passim non faciunt, etiam in sacris superiorum statucentes Imperatorem, qua de re aliàs.

Sensus ergo quo Romanus Pontifex oculus corporis Ecclesiæ dicitur, est ei planè peculiaris, nec vllis aliis Sanctis congruit. Sanctus quidem Paulus alter oculus capitis Ecclesiæ dicitur est, ab Arnobio Iuniorum lib. 2. conflictus cum Serapione. Nec abs re, ac etiam circa diminutionem decoris, quod B. Petro vindicauimus. Nam dici de his duobus Apostolis proportionem possit, quod Philo Iudæus lib. de special. leg. ait de geminis oculis. Natura [ inter cæteros sensus, imperium penes oculos esse voluit; idèd hos quoque in sublimi collocavit, vt Principes, & quidem variis modis honoratos, sed præcipuè loco tam insigni & conspicuo. Quantam verò vtilitatem ex his genus humanum percipiat, recensere, longum fuerit, Vnam tamen dicemus eximiam. Philosophia defluxit quidem è cælo in hominum animos, sed oculis sequestris deducta est in id hospitium. Nam hi primi conspexerunt vias, quæ è cælo ad nos tendunt, regias. Bonorum autem omnium, quæ verè bona, fons est Philosophia. ] Si locum sublimem & conspicuum præ omnibus in quo locati sunt hi SS. Apostoli, nempe vrbiū metropolim, quis consideret; quodque Christiana Sapientia, quæ verè sola est Philosophia

Philosophia, & incedens charitatem germanissimam, qua Deus diligitur, ab his maximè fontibus dimanarit in genus humanum; facillè deprehenduntur, quod Philo de oculis corporeis dixit, in hos Beatos Apostolos respectu corporis Ecclesiæ cadere. Haud igitur abs re dicti sunt ab Arnobio Iuniorum, *duo oculi Ecclesiæ.* Sed hoc quomodò iuribus S. Petri non officiat, dictum est Prænotat. 3. & rursus attingetur infra. V. *Sedes SS. Apostolorum Petri & Pauli.*

*Officina fabricilis, moneta probata.* Petrus Damiani Opusc. 5. in fine. Erat antiquis (vt nunc quoq;) locus certus signandæ monetæ addictus vt ex Coarctua, Petro Gregorio, Basil. Poncio & aliis notare memini l. 3. de virtut. num. 180. vbi ex Strabone l. 4. obseruauit Romanis Imperatoribus in vsu fuisse vt monetæ omne genus Lugduni Cæltarum signarent. Christus in Ecclesia locum probatæ monetæ quoad doctrinam fidei & sanctos mores signandæ, constituit Ecclesiam Romanam, quod ferunt illa Petri Damiani. [ Nos si quid errauimus, ad Beati Petri Magisterium corrigendi suppliciter accedimus, & retractationis opprobrium non veremur. Hæc est enim illa (vt ita loquar) officina fabricilis; cui nimirum is qui Fabri dicebatur filius præfideat; ad cuius regulam omnis meritò monetæ reducitur; ad cuius rectitudinis lineam quicquid vsipiam deprauatum fuerit, reformatur. ] Hanc officinam Cadaloi Pontificis ambitione, factam esse officinam Simonis, in qua tenerent incudem mallei ad conficiendos numeros tartareos, plangebatur idem Petrus Damiani lib. 1. Epist. 20. Euaserat scilicet Cadalous ex Parmensi Episcopo, interuentu pecuniæ in Antipapam. Eam talem nunc attendimus; sed tantum consideramus probatam fidei & sanctorum meram doctrinam, eam dumtaxat haberi quæ Romanæ Ecclesiæ, (hoc est præfidentis in ea Pontificis) iudicio legitima habeatur; quæ verò ea comprobatione caruerit censetur reproba & adulterina. Et eam internoscendæ vsuarie in Dei populo legitima pecuniæ formam, & antiquis regulis sancitam iudiciorum iustorum rubricam, firmantem aut infirmantem quæ vbilibet fuissent constituta, celebrat Anastasius Patriarcha Hierosol. Epistola ad Felicem Papam.

*Origo Christiane religionis, & Sacerdotalis mater dignitatis, Apostolica sedes.* Episcopi Germaniæ ad Ioan. VIII.

*Os Apostolorum, & princeps, ac vertex carnis.* Chrysoft. homil. 87. in Ioan.

Videri potest hic titulus esse S. Petro personalis. Reuera enim S. Petrus, non modò vt Sanctus Athanasius dixit serm. de S. Andrea, fuit *Interrogatorum lingua discipulorum*; cum Christus de eis percunctatus esset, *quem dicunt homines esse filium hominis?* Sed etiam in quibuscunque alicuius momenti negotiis, primus loquutus est, & tanquam præcedens, ac (vt ita dicam) os cæterorum. Sic in electione Matthiæ Acto. 1. non Iacobus, (tametsi Hierosolymitanus Antistes, saltem designatus) sed Petrus tanquam cui præfidentia discipulorum commissa erat, (inquit ibi Occumenius) orsus est sermonem. Acto. 1. quoque 15. primus Petrus in Concilio loquitur. Paulus denique (vt Chrysoftomus ea homil. 87. aduertit) Petrum nominatim adiit,

quia erat os Apostolorum, vt ipse Chrysoftomus ait. Quia ergo Petrus dicitur esse *os Apostolorum*, non vt persona priuata, sed vt caput Ecclesiæ; patet, deinceps quoque Apostolos, id est Episcopos, Apostolorum suo modo successores, habuisse pro ore Romanum Pontificem; ac proinde hunc esse legitimum eius titulum; cum quo recidit ille alius; quo denominatur à Chrysoftomo serm. de S. Petri Catenis, *os Ecclesiæ*, tanquam is per quem Deus oracula sua fundit Ecclesiæ. Sanctus quidem Basilus ab Hefychio Centur. 1. num. 65. dicitur esse *os Ecclesiæ*, sed hic spectauit tantum eius summam sapientiam, non autem potestatem infallibilem proponendi Ecclesiæ Verbum Dei. Qua ratione, solus Romanus Pontifex inter sacros Doctores est *os Ecclesiæ*. Quo proportionaliter sensu Leo Monasteriota, dicitur esse *os Senatus*, ex Niceta Chron. lib. 1. de rebus Andronici num. 11. Et S. Felix Presbyter in Natali S. Felicis, dicitur esse *os Quinti Episcopi*. Affine est, quod impium Hæreticum Leonem Armenium, aucta Sanctæ Nicetæ vocant *os Diaboli*. Quo item nomine, calumniatorem donat S. Chrysoftomus homil. 79. in Matth.

*Ostiarium, cuius obediendum est statutis, ne aduentibus ad fores regni cælorum, non sit qui referet, auerso illo, qui clauas tenere probatur.* Osvvi Rex Saxonum apud Bedam lib. 3. histor. Anglor. cap. 25.

*Ostiarium ostij, quod Christus est.* Iuo Carnot. serm. de Cathedra S. Petri.

Christus ipse Ioan. 10. se *ostium ouium* nominat, & ostiarium memorat præbentem aditum ad oues. Tarnetsi verò is ostiarium à variis variè exponitur, consequenter ad expositionem, de aliis similitudinis ibi à Christo propositæ partibus assignatam; (hi si quidem Moysem, illi Spiritum Sanctum, alij alium volunt esse eum ostiarium) tamen dici non incommode potest, in Ecclesiæ ouili ostiarium esse Petrum, eiusque successores, per quos Christus ad oues ingreditur; ita vt si quis dixerit, *Eccce hic est Christus; aut illic*, hæc inquam est genuina Christi doctrina aut opposita; nolit Christus quicquam suscipi, vel admitti tanquam Christi, nisi quod ab hoc ianitore fuerit introuissum. Non repugnat huic veritati, quod S. Gregorius lib. 28. Moral. cap. 16. S. Petrum *ostij* nomine donat. [Quia & ingressum fidelibus aperit, & se perfidis ne ingrediantur, opponit.] Mysticè quippè, idem esse ostium, & ostiarium, nihil est quod prohibeat.

*Ouis primogenita gregis Christi.* Chrysoft. homil. in 12. Apostolos.

Si sensus esset, S. Petrum esse primum, qui in Christum credidit, agrè stabiliretur hic titulus S. Petri; ac vt stabili posset, non esset nisi personalis, nec pertineret ad successores. Sed sunt alij modi exponendi cum titulum, qui in Petrum prout personam publicam cadunt. Dici enim potest *ouis primogenita*, quia ita est pastor gregis Christi, vt simul ipse per comparationem ad Christum; sit ouis. Et quidem egregiè omnibusque præcellitior. Omnes enim electi, imò & omnes, qui intra Ecclesiæ caulas continentur, veniunt nomine *ouium*, per comparationem ad Christum, bonum & optimum Pastorem. Sed inter eas oues vna eminet, estque longè



Onomastico  
Pontificii.

longè præstantissima; nempe S. Petrus propterea Pontifex, reliquisque deinceps, ei suffecti in eodem munere. Nam quod est primogenitum, solet esse eximium, & reliquis foetibus exhausta iam naturali virtute subsequenter, anteferendum. Leges Titaeque Præfatione ad opus de Iure primogenitorum. Talem fuisse inter Apostolos, atque aded etiam inter omnes fideles S. Petrum; monstratur variis eius prerogativis ac privilegiis, in quibus enumerandis multus est Bellarmin. lib. 1. de Roman. Pontif. à c. 17. ad 24. & hic sensus tituli propositi, consonat sensui quem plerique assignant ei Christi attributo, *primogenitum in multis fratribus*.

Verùm maximè genuinus sensus, quo & Christus *primogenitus fratrum*, & Petrus *omnis primogenita gregis*, dicitur, petendus est ex S. Ildoro Pelusota, qui lib. 3. Epist. 3. i. vocem Græcam Latinæ voci *primogenitus* respondentem, nimirum *πρωτόγονος*, si secunda syllaba acuat, notat significare *primò productum*. Si verò acuat penultima, significare ait, eum *qui primùm genuit*. In quo sensu, Christum omnis creaturæ primogenitum ab Apostolo dictum; obseruat. Similiter ergo Chrysostomus, *omnem primogenitam* appellat S. Petrum; tum quia primus omnium post acceptum Spiritum Sanctum, promulgavit Evangelium Iudæis, & multos filios ea ipsa die Christo procreavit, Act. 2. Primus item Gentilibus post ostensam de cælo visionem Evangelium intulit, Act. 10. Salutem gentium dedicante Cornelio per Petrum baptizato, vt S. Hieronymus dixit Epistola ad Saluinam, agnouitque Chrysostomus homil. 22. in Acta; Tum verò maximè, quia S. Petri & successorum eius est, per omnes Patres, qui filios Deo per Evangelium generant, procreare cælo liberos. A Petri namque cathedra, & iurisdictio omnibus ad munus illud obeundum, & probata doctrina ad legitimam prolem procreandam necessaria, suppeditatur. Berengosius lib. de Luce visibili & invisibili *in fine*, Romanum Pontificem eodem sensu confert cum capra, Imperatorem cum agna.

P

**P**apa. Tertullianus, Sanctus Cyprianus, & alij passim.

Non modò Tertulliani ævo, (quod notauit Pamelius ad Tertullianum lib. de Pudic. cap. 13. num. 101.) Romanus Pontifex dictus est *Papa*, sed etiam longè antè. Sic enim S. Anacleto titulo *Papa* decorat S. Ignatius Epistola ad Mariam. Quamquam olim nomen *Papa*, sonabat dignitatem omnibus Venerandis Clericis communem, vt scribit Vvalafridus lib. de rebus Eccles. cap. 7. ita vt etiam minimi Clerici dicerentur *Pissimi Papa*, id est pusiones & minimi. & in bulla aurea Isaacii Comneni, *Lector* vocatur *simplex Papa*. Sicut etiam Corona Clericalis vniuersè apud Græcos dicta est *Papaletra*, vt notat Balsamon ad 6. Synodum can. 21. Postea ad solos illos, qui in Clero eminent, hoc est ad Episcopos, restricta est ea nomenclatio, omnibus tamen Episcopis attributa. Singulare est & vix alibi vsquam vsurpatum quod Clodouæus Rex Francorum, in Epistola quæ legitur initio Concilij Aurelianensis, vocat

Episcopus Gallia: *Sedis Apostolicæ Papa dignissimus*: Nimirum quia Episcopi succedere Apostolis, appellauit eos Clodouæus, *Sedis Apostolicæ Papa*. Vt autem Episcopi absolute donarentur nomine *Papa*, anterioribus plerisque seculis fuit frequentissimum. Innumera exempla vbiuis occurrunt, & benè multa signant Ferrarius lib. 3. de Epistolis Eccles. cap. 1. Duarenius lib. 1. de Sacri. minist. cap. 10. & Sauro ad lib. 6. Sidonij Epist. 1. durasseque eum vsum ad annum vsque nongentesimum à Christo, obseruat Baronius ad Roman. Martyrol. 10. Ianuar. vt propterea certum sit hallucinari Nicephorum cum lib. 14. cap. 34. scripsit Cælestinum I. vices suas delegantem Cyrillo Alexandrino in Concilio Ephesino, concessisse illi vsum mitræ, ac vt Papa diceretur. Quod de Phrygio à solis Romanis Pontificibus inter sacra assumi solito, & concessio S. Cyrillo, accepit Theodorus Balsamon ad Nomocan. tit. 8. cap. 1. Nam de nomine *Papa*, quis non videt, si tunc & diu post, omnibus Episcopis commune fuit, non potuisse ex privilegio tribui S. Cyrillo? Sed non eo vno loco oscitanter scripsisse Nicephorum Callistum, docebit pro Florentina Synodo scribens Gennadius ad cap. 2. sect. 7. Nihilominus postea, (fortè primùm ab Ennodio, vt ad eius Epist. 1. lib. 4. notat Sirmondus, nec displicet Rosuedio in Onomastico V. *Papa*, vel vt censet Remundus Ruffus ad cap. 17. Molinæ à Iustiniانو) vsu receptum est, & Decretis Gregorij VII. anno 1073. in Synodo contra Schismaticos firmatum; vt solus Romanus Pontifex, *Papa* diceretur. Id quod apud Græcos quoque inualuisse, non quidem iam ab ævo Iustiniani, vt scripsit post Ruffum Pamelius ad Epist. 3. S. Cypriani, sed longè seriùs, docemur ex Nicetæ Choniata: & aliorum scriptis. Soli Hæretici nuper ab hac Romani Pontificis appellatione abhorruerunt: Sed omnium maximè Henricus VIII. Rex Angliæ, ex quo per mulierem infatuatus, Deo & auitæ fidei renunciauit. Sanderus sanè in schismatis Anglicani historia ad annum 1534. cum narraffet vsurpatum ab eo titulum capitis Ecclesiæ Anglicanæ, & eiuratum Romani Pontificis auctoritatem, perduellionis damnato, si quis honorem ei deferret tanquam Ecclesiæ capiti, subdit. [Quinimo ipsum *Papa* vocabulum persecutus, edici curauit vt de cætero nullus Pontificum Romanorum vocaretur *Papa*, sed tantùm *Episcopus*. Quam legem tanta sanctia executioni mandauit, vt capitis damnaretur, si cuius in libro, vel solum nomen *Papa*, non deletum extaret. Per Calendria. per Indices, per scripta Patrum, per totum ius Canonicum, per Scholasticos Doctores, *Papa* vocabulum, lituris vndique obducebatur.] Tanti apud hominem impium fuit, à Papa reiectas cum filia incestas nuptias fuisse; nec matrimonium legitimum, cum superstitè vxore permultos iam annos constans, & prole donatum, rescindere voluisse, quasi id fuisset in vilius hominis potestate. Et quidem excecatio in scedis hęc natalibus, exitiali à veta fide abiunctione statuendis, miseranda prolix & referta sceleris fuit. Sed hæc nudi vocabuli exagitatio, & de eo abolendo sollicitudo, ad insaniam furialem, atque maniacam mentis impotentiam pertinuit. Quid enim rationibus Hentici officiebat, peruersans in tot

Codicibus

Codicibus iam olim exaratis, *Papa* vocabulum? Sed ab homine furioso, & in rabiem aduersus Pontificem verso, quod se lenorem tum tetris spurcitiis esse posse negasset, conuenientem cæstri causam exigere, supernacum est imò absurdum. Eo ipso tamen, quod ab impio cuiusvis sanctæ rei inimico, & persecutionis in Catholicos dedicatore efferatissimo, tantum odium in *Papa* vocabulum conceptum est, non poterit ea appellatio non probari piis quibusque, vt in simili de religione Christiana à Nerone exagitata pronunciauit Tertullianus c. 5. Apolog. c. 1.

Quæ sit hinc Pontificio titulo subiecta notio, non conuenit inter omnes. Sunt qui à Pappo carduorum flore in laniginem abeunte, nec diu durante id nomen detinuit ob breuem Pontificum Romanorum vitæ periodum, de qua Petrus Damiani Opusc. 23. Videndus de ea notione vocis *Papa*, Corrales lib. 5. Miscell. cap. 5. quem hæreticum, Tolosæ in Sanbartholomæana tragædia successum, hæc de Romano Pontifice obtulisse, minùs mirum, sed hæc vana esse, liquet. bit ex dicendis.

Plerique putant, nomen *Papa*, esse nomen complexum ex duplici *Pa*, quod Monosyllabum, in Saliari carmine vsurpatum pro *Patre*, Festus est author. Quia ratione *Papa*, idem sonaret, quod *Pater patrum*, qui titulus bellissimè cadit in Romanum Pontificem, vt postea videbimus. & ita Bernardinus Gomefius l. 5. de Sale n. 40. Papam dici censet, quia facit aliorum Patres, atque aded est Pater patrum. Idem dixit Remigius Altissiod. de celebratione Missæ, & Thomas Illyricus Tract. de potestate Papæ §. Non igitur, qui præmissa confirmatione multiplici, quod omnes Sacerdotes dicantur *Patres fidelium*, addit, vt pateat Romanum Pontificem esse patrem cæterorum Patrum, inditum illi esse nomen *Papa*, idque Decreto Synodi Nicænæ, quam referente Eusebio edixisse ait, vt sicut Rex Romanorum antonomastice dicitur *Augustus*, ita & Romana vrbis Antistes dicitur *Papa*. Verùm hoc totum est commentitium. Nihil enim tale habet Eusebius, neque Acta Nicænæ Synodi, contra cuius decreta SS. August. & Hieron. & longè post alij, nunquam vocalent *Papa* nomine inferiores Episcopos, vt sæpè faciunt. Adhæc ea notio vocis *Papa*, vt sic dictus sit, quasi *pater patrum*, ægrè potest subsistere & monstrari solida; tum quia vt argumentatur Cellus Mancinus lib. 3. de Iuribus Principatum c. 5. plerisque locis, ac nominatim in Synodali Epist. Episcoporum Epiri ad Hormisdam, idem simul & *pater patrum*, & *Papa* appellatur, quod absque labe battologia non fieret, si Papa idem esset, quod *pater patrum*. Tum etiam quia olim, omnibus Clericis, posteaque omnibus saltem Episcopis, commune fuit nomen *Papa*, tametsi non dicerentur *patres patrum*, demptis per paucos insignis nota: Præsulibus de quo postea.

Qui idem nomen *Papa* ab interiectione admirantis *Papa*, ductum volunt, quasi denominaretur admirabilis. Sed hoc nullo modo solidum est, tametsi probasse eam notionem vocis *Papa*, visus est Gabriel lect. 23. in Can. *littera G*, & antè eam alij apud Remigium Antissiodorensis libro allegato de celebratione Missæ, subscripsitq; Siluester. V. *Papa*, & Ambrosius Noudius l. 2. sacerdotum Factor. ac Hieronymus Vida Hymno de Theophilis Raynandi Pontificia.

Cathedra S. Petri, & Nicol. Eymericus Tract. *Onomastico* de potestate Papæ quæst. 2. & 3. ac multos adducens F. Iuniperus à Drepano disput. 1. pro Iuris Pontif. defen. q. 1. c. 4. à n. 11. Videtur etiam maximè inclinare in hanc notationem vocis *Papa*, Duardus l. 1. in Bullam Cæne c. 4. q. 7.

Quid si dicamus, nomen *Papa*, idem significare, quod *directorem*, aut *Custodem* prisco Idioma te apud Italos, siue aliunde obrepleat, siue ab Olsis manarit? Certè impostor Adelbertus Epistola quam è cælo delapsam fingebat, sic habet præter cætera. [Duodecim Papati, qui sunt in Romana Ciuitate triduanas fecere vigilias.] Ita refertur in Concilio Romano sub Zacharia, contra planum illum celebrato. *Papatos* autem ibi, significare *custodes*, aut præfectos morum, vel moderatores & paedagogos, habetur ex Actis SS. Viti atque Modesti, vbi ea vox disertè ita accipitur, cum de S. Vito, sub cura B. Modesti constituto agitur, & idem coniecto ex Petro Damiani Opusc. 23. c. 4. qui agens de custodia Angelorum nobis à Deo attributa, ait; [Si Rex potens, cui libet de suis Principibus. Impuberis filij velit delegare custodiam, & ille postmodum in furem versus infantiæ, saluis se fluentibus, nariumque mucoribus oblinat; & vel in ignem se phrenetica temeritate proiciat, vel certè in squallentis cœni volutabrum, sordida suis se more prooluat, nonnè protinus ille deposeat, & reconstituatur depositum; & Papatis abiicere famulatum?] Eo loco, *Pappas*, aperte sonat custodem, cui concredita est puelli cura. Similiter idem Petr. Opusc. 57. differat. 1. c. 4. [Puer in medio, sine Papate, vel gerula cœpit.] Est ergo *Papas*, custos. Romanum autem Pontificem esse custodem Ecclesiæ, siue infantium Christi, monstratum est superius. Quia verò huiusmodi custos & moderator Infantis, est eius director ac veluti Dux, potest quoque nomen *Papa* similiter accipi. Est in hanc rem optimus locus in Actis breuiatis S. Cypriani antiquitùs conscriptis & exhibitis à Surio 13. Septemb. vbi Galerius Maximus Proconsul sic refertur allocutus S. Cyprianum. *Tu Papam te, sacrilege mentis hominibus præbuisi?* Vbi esse *Papam*, idem est, quod esse Ducem ac Directorem ad negotium de quo agebatur. Eodem sensu apud Innocentium III. l. 3. Epist. 60. Archiepiscopus Corinthi, expostulat sibi circumuentio ablatam esse medietatem Decimarum, omnium, Monasteriorum & Papatum, in quibus tres Monachi, vel pauciores morantur. Vbi *Papatus*, aperte sumitur pro *Recloria*, vt vocant, in qua pauci Monachi sub vno *Papa*, siue *Reclore*, vitam exigunt, longè minores numero quam in Abbatia aut Prioratu.

Non inepta ratio denominandi Romanum Pontificem, *Papam*, cui potest ex Polluce, apud quem *Pappus*, idem est, quod præcipuus inter seruos. Sic enim habet. *Ο μὲν πάππας, μόνος τῶν θεραπόντων πόλιος, καὶ δῆλοι ἀπελευθεροῦν, ad differentiam μέγα καὶ τεττιγῆ.* Erat enim hic seruus inter seruos Dominus. Quia enim erat cæteris seruis in herili domo antiquior, & eius fidelitas magis erat probata, præponebatur omnibus famulis. Eiusmodi famulum habuit Abraham Genes. vigesimo quarto, vbi ita legitur. *Dixitque Abraham ad seruum seniorent domus sue, qui præerat omnibus, quæ habebat.* Hebræa habent, *qui dominabatur omnibus ye-*

12

buss

Onomastico  
Pontificum.

*bus, quæ ei erant.* Et hinc ducta est denominatio *Senioris*, pro *Domino*, Gallicè *Seigneur*. In libris Feudalibus & Capitularibus, creber est huius vocis vsus. Et nominatum in Capitulis anno 956. ad Francos & Aquitanos transmissis, ita habetur. [Mandat vobis noster Senior, quia si aliquis de vobis talis est, cui suus senioratus non placet, &c.] Singulare est, quod de *Sene*, id est Domino Prouincie Tyrensis, notatum est à S. Antonino 2. par. histor. tit. 17. c. 9. §. 7. Ex hoc vsu ab Hebræis deriuato, vt seruus qui cæteris, vt Oeconomus præfesset senior diceretur, Christus Dominus, domus suæ Rectorem Romanum Pontificem, nomine serui fidelis & dispensatoris prudentis constituti super familiam suam, designauit Luc. 12. & Matth. 24. Nam quamuis S. Ambrosius Luc. 12. & SS. Hilar. ac Hieron. Matth. 24. de Episcopo absolute ea loca exponunt, tamen quod de Episcopo quocunque dicitur, multo magis & principalius cadit in Episcopum antonomastice dictum, hoc est Episcopum Episcoporum. Insigniter S. Ambros. in proem. lib. 5. de fide. [Quisnam fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, vt det illis in tempore cibum? Non vilis hic seruus est. Magnus aliquis esse debet. Est Petrus, ipsius Domini ad pascendum gregem iudicio electus.] Et disserit quoque S. Chrysostomus sub initium libri secundi de Sacerdotio, de Petro & eius successoribus huiusmodi locum interpretatur. Et locus ipse aperte ferre videtur, vt potius de Romano Pontifice solo intelligatur, quam de alijs Præsulibus. Cum enim Christus præmisisset seruos vigilantes fore beatos, & Petrus percontatus esset, an hæc parabola ad discipulos pertineret, an ad omnes; respondit Christus: *Quis putas est fidelis dispensator & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam?* Quasi diceret; Ad te pertinet ò Petre, hæc oratio; tibi quippe incumbit cogitare, qualem oporteat esse fidem Oeconomum super vniuersam Dei familiam constitutum. Sanè paulò post, vt ostenderet se de vno singulari & primario seruo, domus ac familie suæ dispensatore egisse; subdit; *Quod si dixerit malus ille seruus in corde suo, moram facit Dominus meus venire, & ceperit percutere seruos & ancillas, & manducare & bibere cum ebriosis, veniat Dominus serui illius in die qua non sperat, & hora qua nescit, & diuidet eum, partemque eius cum infidelibus ponet.* En, agit perpicue de vno seruo, qui nemini infra Deum subdit, & à nullo iudicari possit; qui alius non est, quam Romanus Pontifex, qui soli Deo debet innocentiam. Cum igitur Romanus Pontifex sit seruus Dei constitutus super omnes confertos, & à Christo delectus, vt vniuersæ eius familie det cibum in tempore, pascens eam doctrina & celestibus dapibus, meritò *Pappus* dicitur, quod est nomen serui primarij omnibus sub hero in familia præpositi, quod reuera est in Ecclesia Catholica vniuersa, munus Romani Pontificis, de cuius notione & administratione domus Dei, solius Christi est iudicare si labatur. & contra Dei mentem, ac bonam familie Christi segerat. Habent quidem ista locum quoad omnes Episcopos per proportionem, quatenus quilibet eorum est super totam familiam sibi concreditam, & ab ea iudicari non potest: Et

in hoc sensu post varios Patres quos adducit, de Prælati omnibus proposita verba exposuit Tolet. in c. 12. Lucæ ab annot. 70. Absolutè tamen & proprie seruus senior, totius familie iudicio subductus, eique toti præpositus, est solus Romanus Pontifex, id quod Toletus ibidem post annotat. 71. subolsfecit. Quominus tamen hinc petum credam nomen *Papæ*, obstat quod olim omnes Episcopi donabantur *Papæ* nomine; cum tamen seruus ille senior toti familie Christi præpositus, sit solus Romanus Pontifex. Hæc & alia à varijs in hanc rem excogitata, profertur in hanc rem non inuenisimiliter possint, nec dum tamen explent animum.

Germana itaque notio vocis *Papa*, illa est quam suppediat Marianus Victorius in Indice ad Hieronymum V. *Papa*, assertens Romanum Pontificem dici *Papam*, quia est omnium Pater. Πάππας enim & Πάππας Græcè Patrem significat qua voce Homerus sapè vitur A Syracusanis autem inuentam primò proditur. Ita quidem Marianus. Addendum verò est, nomen *Papa* non quomodolibet exprimeret Patrem apud Græcos, sed peculiari quodammodo. Nam Græcè *πάππας* vel *πάππας*; vt ex Eustathio refert Henricus Stephanus, V. *πάππας*; ducitur ex antiquo & Græcorum & Latinorum vsu quo paruuli balbutientes, veluti naturali voce (vt disserit Goropius in Gotodanis) *pappare*, id est cibari auidi, vt Aristophanis Trigeus in Comœdia *επίππυ* profertur abblandiendo Patri, vocant *Papam*; id quod etiamnum in his oris receptum videmus. Minuscula enim ætas, laud aliter patrem compellat, quam vocando, *non Pappæ*. Apud Athenæum lib. 8. Philemon inducitur dicens *πάππας* *πάππας* *φίληται*. Item Odeysia 3. filia Nauicaea sic patrem affata refertur, *πάππας* *φίληται*. Æquè apud Iuuenal. Satyr. 6. de patre dicitur.

— *Timidus prægisset pocula Pappas.*

Quæ postrema vox, est masculina, non autem (vt ibi male censuit Britannicus) femina, & casus accusatiui pluralis. Aufonius, pro auo qui patris pater est, & veluti pater maior ac interior, vsurpauit id nomen, eo versus ad Nepotem.

— *Pappos auisæque videntes*

*Anteferunt patribus, serui noua cura nepotes.* Et esse eam *Papi* notionem germanam, tradit in Onomastico Iulio Pollux, & Suidas. Sic etiam *pappas*, infantile verbum est, Inuocantis auum, qui nepotibus solet esse lenior, & indulgentior, vt notauit Ioannes Britannicus ad locum citatum ex Iuuenali Satyra 6. qui *Pappas* quoque, idem esse quod cibum infantilem; (sic cut *buæ* est potus) ex Carone obleruat; & *pappare minimum* apud Persium idem esse tradit, quod comedere vt infantes faciunt. Eodemque Nuperus Taciti interpres lib. 3. Annal. refert, quo Varro & Aufonius habent de *papis senibus*. Dictos enim censet *papas senes*, calca ætate viros, quibus eadem cura sit impendenda, quæ infantibus. Sic ille exponens quid sit *paparinum*, Blandum ergo illud vocabulum, quod teneri infantes Patrem, aut auum nominare iam olim soliti, vsus Christianorum, sensum soli Romano Pontifici accommodauit, tanquam antonomastice & per excellentiam Patri; prætermissio Euphonia gratia altero π, pro cuius substitutione frustra sagagit Remundus Rufus supra, Bithynos eo nomine Iouem vocare solitos, Arrianus

Onomastico  
Pontificum.

Arrianus est author. Nec dissonat, quod de Ioue, *Pappo* apud Scythas dicto, scribit Herodotus lib. 4. Quod de summo apud Mexicanos Pontifice, nomine *Papa* insignito, refert Iosephus à Coste l. 5. histor. c. 14. non videtur ad antiquum: Sed à fatana inductum ad appellationem Romanis Pontificis, ex quo illi facta est propria, adulterandum. Nam quicquid est pulchrum sequitur Momus, ait Clemens Strom. 7.

Prodiit recens Ioannis Seldeni opera, liber Eutychiej Ægyptij cui titulus, *Origines Ecclesie Alexandrinæ* cuius operis n. 25. narratur, à fidelibus sub Heracla Alexandrino, inductum esse. Vt Patriarcha diceretur *Papa*, voce sonante *auum*. Nam cum quilibet Episcopus, diceretur *Abbas* siue *Pater*, dignum vsu est, vt Antistes Patribus superior, diceretur *auus* siue *Papa*, quia est Pater Patri: Quæ est illa ipsa notio vocis *Pappus* quam ab Aufonio adhibitam vidimus, probantq; circa vocem *Papa*, Autor Magni Ethnolog. & Meurtius in Glossario V. *Pappus*, & *Protopappas*. Vt autem admittam verum esse, Ægyptiis vocè *Papa* significare *auum* id quod in eo Eutychiej libello affirmatur, is tamen libellus tot & tantis ineptiis est suffarcinatus, vt non sit operæ pretium autoritatis eius multum deferre. Quale enim est quod refert nomen *Papæ* esse Alexandrino Antistiti abrogatum ab Sancto Alexandro S. Athanasij in mediato decessore, cum ipse S. Athanasius, postea dictus sit *Papa*, nec non Ioannes Alexandrinus à Sophronio l. 3. Anthol. cap. 6. Quid verò causæ esse poterat cur S. Alexander *Aui* siue *Patrius Patrum* in Ægypto, nomenclationem refugeret, tunc ad omnes Episcopos, per comparationem ad Patres inferiores siue sacerdotes simplices, accommodatam? Quomodo item posteriores Antistites Alexandrini ante S. Cyrillum, cui ex priuilegio ad successorem manatu id esse à Cœlestino concessum, nungatur Nicephorus (vt præmissi), adeo flocci fecerunt Sanctissimi Pontificis & Martyris instituta, vt iis calcatis, *Papa* audire voluerint? Itaque hoc commentum annumerandum est alijs benè multis quibus hic Tages, recens refoffus scatur, vt quod S. Marcus non præfuerit Alexandrinæ Ecclesie, quod non scripserit Euangelium ei inscriptum, sed à S. Petro exaratum, Marco sit suppositum; quasi dedignante Petro titulum & munus Euangelistæ; quod primus Episcopus Romanus fuerit S. Linus, & alia non pauca quæ homini inter nebulas schismaticis Græcicis incubantis Orientali Ecclesie sub annum 900. scribenti excidisse, præsertim cum Medicinam potius versasse videatur quam doctrinam sacram, nec tam cum peritis Theologis consuetudinem habuisse prodatur, quam cum Saracenis & Astrologis. Albategnio, Alchindo, Albumasare, & eiusdem futurus alii. Cæterà ad ré præsentem, non ob est quod *Papa* significet *Auum*, sine *Patrem Patrum*, vt Eutychieus asserit, & recidit in assignatam proximè notionem vocis *Papa*.

His pridem conscriptis, vir de studiis nostris bene meritissimus, D. Philippus Laigneau, cum inaudisset hunc laborem colligendi & enucleandi Pontificis titulos à nobis esse susceptum, transmisit è sua litteraria penu libris non vulgaribus optime instructa, Opus Italicum Ignatiij Braccij de Etymologia nominis *Papa*, qui de hac voce disserit plenissime. Quamquam hic author, *Theophili Reynaudi Pontificis*.

potius refert quam excutit varias de huius vocis notatione sententias. Illud verò consideratione dignum apud eum occurrit quod non modò admittit nomen *Papa* olim fuisse datum alijs quæ Romanis Pontificibus, sed etiam cap. 2. obferuat datum esse aliquibus nomen *Papa Romani*, etiam si non essent Episcopi Romane Ecclesie. In quæ rem profert caput sanè 24. q. 2. vbi de Dioscuro Episcopo (vt ait) vrbis Constantinop. quæ noua Roma dicta est, sic habetur. *Kommorum enim Ecclesias, ante annos paucos, Dioscorum qui fuit Papa eiusdem Ecclesie, & post mortem anathematizauit.* Hæc tamen minùs attentè scripta sunt. Nà eo loco aperte agitur de Dioscuro non Constantinopol. sicutio Patriarcha, sed Romano Pontifice, alioqui non fuisset eiusdem Ecclesie, quæ illum anathematizauit. Fuit ergo is Dioscorus Romanus Pontifex schismaticus, qui à Bonifacio, iam defunctus est percussus anathemate. Itaque ex eo loco, non probatur quod assumptum erat probandum.

In magna parte reliquæ disputationis micat potius Authoris ingenium & multiplex eruditio quam quæ possit placere soliditas. V. G. quæ c. 8. disputat, vt probet vocem *Pappa* posse duci à voce Hebræa *Abba*, mutato b, in π, eo quod apud Callimachum Hymno de Diana, Iupiter à filia vocetur, *pappaninis* arguta videntur. Nec magis arident, quæ habet c. 9. de huius vocis deriuatione, à *pappilla*, quod Pontifex sit veluti mamma Christianitatis. Meram item diuinationem sapit, quod refert cap. 10. nomen *Papa* ductum esse, ex compendio expressa ad descriptionem antiqua in Pontificis decretis *Pa Pe*, hoc est *Paulus & Petrus* præmissio Pauli nominis; quod vnde confirmetur, non liquet. Non enim si Imago B. Pauli collocabatur ad dexteram, vt supra tactum est Prænot. 3. sequitur nomen Pauli fuisse scriptum ante nomen Petri. Tandem quod Pontifex Romanus dictus sit *Papa*, quasi *Pater patriæ*, vt volunt quos Author refert, nec improbat c. 12. nimirum Paulus Middelburg. Epist. ad Leonem X. & Lazijs l. 3. Comment. Reipub. Rom. c. 17. Vel quod dictus sit *Papas*, quasi *Pater patrum*, vt Author prosequitur c. 13. Hoc inquam vtrumque, eo argumento refellitur, quo æquè quatuor alij quidam ex adductis dicendi modis; nempe quod significata iis notationibus prædictæ vocis respondentia, non potuissent cadere in alios Antistites, vel minores Sacerdotes, quos tamen nomine *Papa* olim donatos vidimus, priusquam illud nomen decreto Gregor. VII. restringeretur ad Episcopum Romanum. Itaque hæreo in vocis notatione & subiecta ei notione quæ proposui.

*Papa Apostolicus.* Vita S. Gregor. apud Metaphr. & passim alibi, id est Pater Apostolicus.

*Papa Apostolicus & vrbicæ.* Hypomnestico de Anastasio Apocristar. in Collectan. Anastasij.

*Papa beatissimus sanctissime Romanorum Ecclesie, id est Apostolica sedes, qua ab ipso incarnato D. i. verbo, sed & ab omnibus sanctis synodis, secundum sacros Canones, & terminos vniuersarum, qua in toto terrarum orbe sunt, sanctorum Dei Ecclesiarum, in omnibus & per omnia, percepit & habet imperium, auctoritatem, & potestatem ligandi, atque soluendi.* S. Maximus Epist. ad Petrum Illustrum.

*Papa benedictus & Pater bonus.* Tertul. l. de pudic. c. 13. Deridet quidem eo loco Romanum Pontificem Tertull. eo quod mæchos in Ecclesiam

Onomasticon Pontificii.

reduceret si eos pœniteret. Vnde non iam ouium sed caprarum Pastorem nominat. Ridento tamen vel subannando, titulum deferri solitum Pontifici vsurpat. Sicut superius cap. 1. quamuis subannando dicat Pontificem vocari Episcopum Episcoporum, nihil tamen derogat veritati illius tituli, vt supra est annotatum.

*Papa Cathedra Apostolica.* 8. Synodus Actio. 10. cap. 11. Id est pater, sedens in Apollonica Sede.

*Papa sanctissimus, summus, & Apostolicus, qui omni, qua sub caelo est, precellit Hieraticæ dignitati.* Hypomnesticon de Anastasio Apocriphario.

*Papa vniuersalis, prima ac summa sedis Apostolica, Dominus sanctissimus & reuerendissimus Pater Patrum.* Hincmarus ad Nicolaum I. Concil. Chalced. Actio. 16.

*Papa vniuersalis, ter beatissimus.* Sexta Synodus Actio. 17.

*Papa vnicus, atque singularis Pastor.* Anastasius Praefatione ad Nicolaum I. in vitam S. Ioannis Eleemosynarij abs se versam.

*Papa summus.* Sexta Synodus Actio. 18. acclamans Agathon.

*Papa vrbis aeternae.* Theodof. & Valentin. in Nouell. de Ordin. Episcop.

*Aeternam urbem,* dicitur Romam, norunt Grammaticorum pueri. Bene multa loca ex Symmacho, & alijs in hanc rem addens Iuretus ad lib. 3. Symmachi Epist. 55. Et vt vides ex Nouella allegata, etiam Christianos Imperatores non puduit huius nomenclationis, quam profecindit S. Hieronymus quaest. 11. ad Algal. & Prosper in dimidio temp. cap. 7. Aeternitatem tamen, quam ex Imperio sine fine dato Romana Vrbis obtinere non potuit, toties eo deicta, verè ac solidè per Pontificiam sedem illic à Christo plantatam consecuta est, quia portæ Inferi non praeualebunt aduersus eam. Porro constat titulum *Episcopi vrbis aeternae* ad designandum Pontificem summum, esse Theodosio quem adduximus antiquiorem. Nam Ammianus lib. 15. agens de ardenti desiderio Constantij, vt Liberius Romanus damnaret Athanasium, ait id ab Imperatore expositum, vt damnatio Athanasij in Pseudo Synodis iam constituta. [Autoritate qua potiuntur aeternae vrbis Episcopi per Liberium firmaretur.]

*Parens prima, Ecclesia Romana.* Photius Epistola ad Nicolaum I. *in uia apostolorum.* Ecclesia enim qualibet, mater est fidelium, qui ei subsunt, vt habet etiam vulgata loquendi formula. At prima inter illas matres, omnibusque superior tatione Pontificis, est Ecclesia Romana.

*Pastor.* Chrysof. hom. 55. in Matth. Antonomastice hunc titulum, S. Petro competere, docet in hunc modum Arnobius in Psal. 138. [Ecce Apostolo pœnitenti succurritur, fitque Episcoporum Episcopus, & maior gradus redditur ploranti, quam sublatus est deneganti. Quod vt doceam, illud ostendo, quod nullus Apostolorum, nomen *Pastoris* accepit. Solus enim Dominus Iesus Christus, dicebat: *Ego sum Pastor bonus.* Et iterum, *Me* (inquit) *sequuntur oves meae.* Hoc ergo nomen Sanctum, & ipsius nominis potestatem, post resurrectionem

nem suam Petro pœnitenti concessit, & negatus negatori suo hanc quam solus habuit, tribuit potestatem, vt non solum recuperasse, quod amiserat probaretur, verum etiam, & multò amplius pœnitendo, quam negando perdiderrat, acquisisset. Itaque S. Petrus est ouium Christi Pastor, singulari quodam & eximio modo, ita vt quamuis alij etiam sint Pastores, quibus dictum est, *Pascite qui in vobis est gregem Dei,* absolute tamen & antonomastice, vnus sit Pastor vnus ouilis, iuxta ipsius Christi oraculum, *siet vnum ouile, & vnus Pastor,* quod de Romano Pontifice totius Gregis Christi ipsorumque subordinatorum Pastorum vno Pastore, accipiunt Michaël Aninyon toto opere de vnitatem ouilis, & Toletus ibi & Bellarminus lib. 1. de Romano Pontifice cap. 9. post Innocentium III. ad Catholicum Armeniorum, & S. Cyprianum Epist. 76. Bene ac breuiter S. Asterus homil. in SS. Petrum & Paulum. [Mundi curam accepit (Petrus) velut vnum, gregem, vnus Pastor, quibus audiuit *pascite agnos meos*: ferèque sui loco dedit Dominus fidelissimum discipulum, in Patrem, Pastoremque ac Magistrum ijs qui essent accessuri ad fidem.]

Inferitur porro ex hoc titulo, Pontificis esse doctrinæ sanæ pabulum Christi ouibus exhibere, & in eorum bonum & pacem inuigilare, itemque cum res tulerit & ouium exerratio postulauerit, adhibere Virgam percipientem, vt deuiantes reuocet. Quod ex Augustino & varijs iuribus illustrat Ioannes Lupus Tract. de Confederationibus Principum, membro 1. num. 16. & Michaël Aninyon lib. de vnit. ouilis & Pastoris cap. 3. vbi de comparatione Ecclesiae & ouilis, multa. Franciscus autem Turrianus l. 1. de Pontificis autoritate supra Concilia, de huiusmodi pastione accipit illud Prouerb. 17. ad pastorem pecoris rationalis, vt curam habeat viridium; id est vt Religio vireat, & Dei cultus, in ijs quorum cultura tanquam agri cuiusdam praepositus est à magno Patre familias. Congregationem verò sceni montani, vt habeantur oues; & honorem campi, vt suppetant agni, de quibus continenter praecipit Salomon, exponit idem author de doctrinæ pabulo cuius conditioni accommodato, prouidè administrando per eundem pastorem, vt grex Christi sobolescat, & fructificet Domino. Porro nomen & munus Pastoris, quantam sollicitudinem pro commissis ouibus deposcat, tradit egregiè creditus Ioannes III. in Epistola ad Episcopos Galliae, atque Germaniae.

*Pastor generalis ouium Dei.* Iuo Carnot. serm. de Cathed. S. Petri.

*Pastor Ecclesiae.* Chrysof. hom. 55. in Matth. S. Gregor. lib. 9. Epist. 39.

In Actis S. Godofredi ex Carthusiano Episcopi Ambianensis narratur, cum vir sanctus adisset Paschalem II. pro iuribus suae Ecclesiae aduersus Monachos S. Valerici, vidissetque caustidicos Romanos muneribus corruptos, causam Monachorum praefere iustitiae, liberè compellasse Paschalem verbis illis. [O Pastor Orthodoxae matris Ecclesiae, ea causa Christus te voluit suo loco illi praefere, vt lucem à tenebris, verum à falso discerneres. Vt enim à capite membra regnifur & ad illius nutum, membrorum vitia contriguntur, sic etiam à te Christianorum

Onomasticon

orum omniura non facta duntaxat, sed etiam mala voluntates comprimenda sunt, &c.]

*Pastor humani gregis.* Alia lectio habet *generis.* Sanctus Ildorus libr. de obitu & vita Sanctorum.

*Pastor Pastorum.* Creditus Emiffenus serm. in Vigilia S. Petri, & serm. de S. Ioanne Euangel. Moses Mardenus legatus Patriarchae Antiocheni ad Iulium III. Ioannes Beccus Patriarcha Constantinop. ad Nicolaum III.

Erant creditus Eusebium, hunc titulum ex Ioan. 21. verbis illis. [Respondente Petro, *Domine tu scis quia amo te,* ait Christus, *pascite agnos meos,* pascite oues meas. Prius agnos, deinde oues ei commisit, quia non solum Pastorem, sed pastorem pastorem eum constituit. Pascit igitur Petrus agnos, pascit & oues, pascit filios, pascit & matres, regit & subditos & praelatos. Omnium igitur Pastor est, quia praeter agnos & oues, in Ecclesia nihil est. Nihil inquam, quod non suis Pastoribus, Christus commiserit. Sui Pastores, antonomastice appellat Petrum & Petri successores, de quibus solis egerat. Quamuis altis quoque Episcopis per aliquam ad Petrum proportionem, aptatur mandatum pascendi, triplici pastione Petro datum, vt differit Petrus Cellenfis Epist. 8. vbi etiam triplicem pastionem fecerit, doctrinæ nimirum, exemplorum, ac miraculorum. S. Eulogius lib. 3. de Pœnitentia apud Photium cap. 280. praedictum Ioannis locum expendens, & magnum Christi in suas oues amorem ex triplici Petri interrogatione eruens, distinguit tres gradus pecotum rationalium Petro commissorum; agnos scilicet, ouiculas & oues, perfectos & imperfectos, ea triplici serie subditos Sancto Petro demonstrans. Quamquam Latina editio non nisi agnos & oues praefert. Ceterum quod S. Titus ab Andrea Cretenfis in eius Encomio, denominatur *Pastor Pastorum*, accipiendum est restrictè per ordinem ad solos Episcopos & Sacerdotes, quibus iure Metropolitanis praerat. non autem absolute per ordinem ad omnes planè Pastores, quo pacto dicitur de Romano Pontifice, cum in proposito crediti Emiffeni hoc est Brunonis Significis loco, tum in Encyclica Urbani Quarti recens in Pontificem electi, vbi rationem reddens dicit dilatae electionis, vt maturius fieret, ait: [Nam cum de summo & vniuersali Praefule, de Patre Patrum, de Pastore pastorum & Christi Vicario, ac successore praefati Apostolorum Principis ageretur, maiorem vtique prouidentiam, & ampliore deliberationem, res tam ardua requirebat.]

*Pastor piissimus, in cuius beatissima lingua est aeterna medicina saluis, per quam caeli aperiuntur credentibus.* Alcuinus Epistola ad Adrianum.

*Pastor & Episcopus omnium, qui Christiano nomine censentur.* Arnulphus Lexouicensis Epistola 19.

*Pastor splendore plenus, pastor & Dominus gregis Christi.* Missa Christianorum Angamallensium tom. 6. Bibliothec. Paris.

*Pastor summus & Apostolicus, atque praecipuus omnium Christianorum.* Anonymus Epistola ad Occidentales in Collectan. Anastasij, & conuenit Arator lib. 1. histor. Apostol. dicens de S. Petro,

Cui tradidit Agnus

Quas passus saluauit oues, totumque per orbem,

Hoc auget Pastore gregem, quo munere summus

Surgit....

*Pastor vnus ouium, & pastorum omnium.* S. Bernard. 2. de Considerat. c. 8.

Locus Bernardi dignus est, qui ascribitur. [Tu es (inquit Eugenio) cui clauis tradita; cui oues credita sunt. Sunt quidem & alij caeli Ianitores, & gregum pastores, sed tu tantò gloriosius, quanto & differentius vtrumque praeter ceteris nomen haereditasti. Habent illi sibi assignatos greges, singuli singulos; tibi vniuersi crediti, vni vnus. Nec modò ouium, sed & pastorum tu vnus omnium pastor. Vnde id probem quavis? Ex verbo Domini. Cui enim non dico Episcoporum, sed etiam Apostolorum sic absolute & indifferetè, totae commissae sunt oues? *Si me amas Petre, pascite oues meas; Quas?* Illius, vel illius populos ciuitatis, aut regionis, aut certi regni? *Oves meas* inquit; Cui non planum, non designasse aliquas, sed adsignasse omnes. Nihil excipitur, vbi distinguitur nihil; Et fortè praesentes ceteri condiscipuli erant, cum committens vni, vnitatem omnibus commendaret in vno grege & vno pastore, secundum illud, *Vna est Columba mea, formosa mea, perfecta mea.* Vbi vnitatis ibi perfectio. Reliqui numeri perfectionem non habent, sed diuisionem, recedentes ab vnitatem. Inde est quod alij, singuli singulas sortiti sunt plebes, scientes sacramentum. Denique Iacobus, qui videbatur columna Ecclesiae, vna contentus est Hierosolyma, Petro vniuersitatem cedens.]

*Pater Apostolicus.* Celer ad Hormisdam.

*Pater beatissimus.* Senator Praefect. praetor. ad Ioannem Papam, inter Epistolas Cassiodori l. 1. Epist. 2. quam stylus docet esse Cassiodori. V. Supra latè. V. *Beatitudo.*

*Pater Christianae plebis.* Sanctus Augustinus Epistola 162.

*Pater communis.* Petrus Cluniacens. lib. 4. Epistola 24. Acta S. Lutgardis lib. 2. cum de morte Innocentij III. Michaël Palaeologus Epistola ad Gregorium X.

Eodem proportione modo Romana Ciuitas per Pontificem dici potest, *mater communis*, aut *patria communis*, quo olim nomine dictam Romanam ratione Imperij politici, constat ex bene multis Symmachi locis, quae Iuretus notauit ad lib. 5. Epist. 94. *vnam esse ciuitatum gentium in toto orbe patriam*, dixit Plin. lib. 3. cap. 5. *Totius orbis ciuitatem vnicam*, vocat Sidonius lib. 8. Epist. 6. Negatque Cassiodorus eam vlli posse dici alienam. Quia scilicet communis erat omnium patria; humanumque genus, communi nomine fouit, matris non Dominae ritu, vt Claudianus cecinit lib. 3. de laud. Stilico. Ad eum ergo modum proportione; nunc Romania Vrbis per Pontificem, communis Patria, & ipse Pontifex communis pater, meritò denominatur: Laurentius Iustinianus serm. de S. Hieronymo, eum nuncupauit *communem patrem*, sed sentit longè alio. Nempe quia omnes communiter informat, vt Doctor:

*Pater Ecclesiae.* Petrus Cluniac. lib. 6. Epist. 27. Carol. Magnus in Epitaphio Adriani I.

K. 3

Quid

Onomasticō  
Pontificiū.

Quid ferat in Pontifice, titulus *Patris Ecclesie*, paucis attingit Petrus Cellensis Epist. 6. scribens ad Alexandrum III. [Ad sinum (inquit) vestrae pietatis, qui debita humilitate recurret, non solum maternae lenitatis blandimenta, sed & paternae sollicitudinis soler invenire indubia tutamina. In manu namque vestra est, post Deum, pax omnium simul Ecclesiarum & nostra.] Similia habet Epist. 2. Radix verò prima huius tituli, est generatio in Christo per Euangelium & potestatem S. Petro collatam, in quam rem pulchrè differit Reginaldus Polus lib. de Concilio ad quæst. 26. Longè alio sensu Clemens VI. Aegidium Cardinalem Albomortium, *Ecclesie patrem* appellavit; ut scribit Genesius Sepulveda l. 2. de rebus eius *ad finem*. Nimirum quia Aegidius Ecclesiam Romanam à Tyrannide qui per occasionem Gallicanæ commorationis Pontificum tota propè ditone Ecclesiastica infurrexerat, miserè spoliatam restituit in integrum receptis tanto numero urbibus & arcibus ut cum rationem quinquennii administrationis reposeretur, claves urbium arciumque à se receptarum, vix capiente curru, pro ratione obtulerit ut scribit eodem opere Sepulveda l. 3. Hoc igitur fuit cur Pontifex Aegidium denominavit *Ecclesie Patrem*, utique Romanæ particularis, cuius ditionem recuperarat, non autem Ecclesie vniuersalis, siue fidelium omnium, quibus in Christo pater est summus Pontifex, ut dixi, & plenius firmavi Tractatione de Paternitate spiritali puncto 2. à pag. 84.

*Pater excellentissimus, atque Apostolicus Pontifex, & ex auctoritate S. Petri Principis Apostolorum magister fretus.* Sanctus Bonifacius ad Zachariam.

*Pater mundi, dignus prænominis Petri.* Episcopi Germaniæ ad Ioannem VIII.

*Pater noster sanctissimus, Deo beatissimus, & fidelis, sacerdotum princeps & Apostolicus vniuersalis Papa.* Anonymus Epistola ad Occidentales in Collectan. Anastasij.

*Pater omnium.* Sarisber. lib. 6. polyerat. cap. 24.

Gravissimè hic titulus Romano Pontifici vendicatur in Concilio Florentino sess. ult. verbis illis. [Definimus Sanctam & Apostolicam sedem, & Romanum Pontificem, in vniuersum orbem tenere primatum; & ipsum Pontificem Romanum, esse successorem B. Petri Principis Apostolorum, & verum Christi Vicarium, totius Ecclesie caput, & omnium Christianorum Patrem ac Doctorem existere, & ipsi in B. Petro pascendi, regendi, & gubernandi vniuersalem Ecclesiam, à Domino N. Iesu Christo plenam potestatem traditam esse, quemadmodum etiam in gestis Oecumenicorum Conciliorum, & in Sacris Canonibus continetur.]

*Pater orbis.* Petrus Damiani Opusc. 23. c. 1.

Hunc titulum suis Imperatoribus per putentissimam adulationem dedere Romani. Sic enim Statius lib. 7. Sylu. Domitianum appellat. *Tenè ergo regnator terrarum, orbisque subacti, magne parens.* Et ibidem. *Salve magne parens mundi.* Hoc quàm falsò sit pronuntiatum, nouit quisquis Domitianum non ignorat. At in Christi Vicarium optinè cadit ea appellatio attentis muneribus ei consentaneis. Secundùm Roma-

nos Pontifices, eodem iure quo boni Principes dicti sunt *Patres patriæ* (quia cum subditis non ut Tyranni agebant, sed ut patres cum filiis, in quam rem disputatum late est in Tractatione de Obsecratione;) Imperatores probatissimi aliquando absque attentione leguntur *Patres Orbis*. Sic enim Monachus S. Eparchij in Actis Caroli Magni *ad finem*, ait de eo. [Nemo referre potest, quantus planctus pro eo (defuncto) fuerit per vniuersam terram. Etiam inter Paganos plangebantur quasi PATER ORBIS.] Multis Principibus è vita excedentibus non soluantur ut cum Ambrosio in Valentiniani Monodia dicam, hæc stipendiariæ lachrymæ quia non sunt Patres orbis, sed ea præstant quæ deplorant Cassiodorus l. 1. var. Epist. 22. & Ennodius Epist. 24. Cæterum sensus quo Carolus dictus est Pater orbis, longè ab eo differt quo Pontifex similiter denominatur.

*Pater Patrum reuerendissimus.* Iuo Carnot. Epist. 12. S. Athanasius Epistola ad Liberium, & ad Felicem, Trias Conciliorum Africanorum Epistola ad Damasum, Geruasius Rhemenfis ad Paschalem.

Id nomen vlli vnquam præterquam Romano Pontifici esse communicatum, negat Bellarminus lib. 2. de Roman. Pontif. cap. 31. Sed sicut alias plerasque Romani Pontificis per se primò proprias nomenclaciones, ita hanc quoque, ad alios plerumque Antistites inferioris gradus extensam esse, diffiteri non licet. Nam Clemens, Iacobum initio Itinerarij S. Petri, & Epist. 1. vocauit *Patrem Patrum*. De Gregorio Nysseno in II. Nicæno Concil. sess. 6. dicitur, *quem omnes Patrum patrem vocant*. S. Chrysostomus à Theodosio apud Nicephorum lib. 14. cap. 43. *Pater patrum*, dicitur, iis litteris quas ad eum euocandum tanquam viuentem ad ipsum scripsit. Eodemque nomine donatur S. Ioannes Alexandrinus, in libello supplicis Cosmæ, ut retulit Anastasius in eiusdem S. Ioannis historia cap. 13. Taceo de S. Eutychio Patriarcha Constantinop. cuius Acta eum appellant *magnum Patrem patrum*. Quo eodem modo denominatur apud Balsamonem ad interrogata Marci Patriarchæ. De hoc silere malo, ne quis opponat, id schismatico, vel etiam hæretico sensu prolatum. Fortunatus, Magnericum Episcopum sic compellat. *Culmen honorificum, Patrum Pater, alme Sacerdos*. Sidonius lib. 6. Epist. 1. vocat S. Lupum Trecentem Episcopum *Patrem Patrum*. Et eodem recidit, quod S. Athanasius Osiu Cordubensem *patrem Episcoporum* nominavit. Nam Episcopi patres sunt populorum, ut est apud Sidonium lib. 4. Epist. 17. & apud Cassiodorum in Psal. 109. Itaque *pater Episcoporum*, quo nomine donatus est Osius, idem sonat, quod *Pater patrum*: ac proinde ea appellatio *Patris patrum*, tametsi per excellentiam & autonomasticè, debetur Romano Pontifici, tamen aliquando aliis quoque Pontificibus communicata reperitur.

*Pater patrum excellentissimus.* Geruasius Rhemenfis Epistola ad Paschalem.

*Pater pauperum.* S. Bernardus in prologo operis de considerat. & Epist. 257.

*Pater reuerendissimus, dilectissimus Dominus, cum timore & honore venerandus, Magister Apostolici honoris privilegio præditus, Pontificatus insula*

*insula Apostolica sedis sublimatus.* S. Bonifacius Epist. 4. ad Zachariam.

*Pater reuerendus.* Petrus Blef. Epist. 68.

Simile est, quod Philipp. Abbas Epistola 12. scribens ad Eugenium Papam, vocat *Reuerentiam*.

*Pater sanctissimus.* Alcuinus Epist. ad Adriannum. V. infra. V. Sanctitas.

*Pater sanctissimus, & per beatissimus.* Lotharius ad Nicolaum I.

*Pater sanctus.* Moschus in Limonario capite 150.

Hanc vulgarem Pontificis appellationem, à sanctitate muneris quod gerit, repetendam esse, perspicuum videtur. Ex quo fit, ut quantumuis improbus sit, qui succedit S. Petro in eo munere, tamen non excidat veri & legitimi Pontificis gradu, si cætera non desint. In quam rem bene differit, Eberthus ferm. 10. aduersus Catharos *sub initium*, & multa addam in Epilegum. subnotat. penult. Cæterum est, qui eam Pontificis denominationem alio referat. Nam Ignatius Braccius lib. de Etymologia nominis Papa cap. 13. idem esse ait, quod vulgo dicitur, *Pater Sanctus*, ac quod olim dicebatur, *Pater patrum*; quia *patrare*, est verbum antiquum, quod idem sonat, ac *sanctus*, ut notant Fenestella lib. de Sacerdotiis Rom. cap. 10. & Volfang. Lazius lib. 3. comment. Reip. Rom. cap. 15. sicut ergo caput Fœcialium, quorum erat fœderibus faciendis dare operam, *Pater patrum*, siue *Pater Sanctus*, appellabatur: ita nunc apud Christianos, qui inuigilat in fœdera & pacem Christianorum, *Pater Sanctus* appellatur, quasi inter nos Pater Patratus; cui quod & antiora, & futura spectanda sint, & Patrem superstitem, & iam natos, ac superstites liberos esse oportebat, ut Plutarchus in Problematis dixit. Certum est maximè dicere Pontificem, fœderibus inter Christianos faciendis (quod Pater Patratus cum suis Fœcialibus curabat) incumbere. Idque alibi monstratum fuisse est, & facile à multis iam saculis Christianis deprehenditur. Videtis Stapletonium lib. 2. de Magnitud. Rom. Eccles. c. 2. Quomodo tamen cadat in Pontificem, altera & quidem præcipua Patris Patris & Fœcialium functio, quæ spectabat bellorum Indictionem, viderint qui ista obtudunt circa notionem *Patris Sancti*. Itaque laudanda est argutola, non tamen amplectenda.

Si placeret ab Ethnicis hanc denominationem repetere, prætare voces *Patris Sancti*; accipere ita ut idem sonarent, quod *Patrem Sanctum & sacrum atque nullatenus violandum; & quodammodo diuinum*. Eiusmodi quippe est notio *Patris Sancti*, apud Ethnicos, qui proinde, cum genitorem, aut qui pro genitore esset, tum Imperatorem Sanctum Patrem appellabant. Sic Vopiscus in Floriano huiusmodi refert Epistolarum initia. [Antonio iusto patri, Antonius Tiberianus salutem. Nunc te Sancte Pater, interesse decuit Senatui amplissimo.] [Claudius Capillanus, Cereio Metiano patruo salutem. Obtinuimus Sancte Pater, quod semper optauimus.] Liberi ac liberi, patrum ac patronorum personas debere Sanctas esse, quia nullo pacto ferendum est ut violentur, habetur ex l. *Liberto*, ff. de obseq. à lib. patron. præst. Quid quod, omne ad

Deum quoquomodo pertinens, Sanctum est; vt non modo Clemens Alexand. lib. 7. Strom. sed etiam Macrobius 3. Saturn. cap. 3. ex Trebatio & aliis Ethnicis pronunciauit? Indèque ortum, quod Marcianus l. C. lib. 8. ff. de rerum diuis. *Sanctus*, ait dicta, quæ ab iniuria hominum, defensa atque munita sunt, quia ad Deum attinent. Vnde per fugium tutam præstant omnibus, ita ut inde abripi aliquem, vel ibi iniuriam pati, nefas habeatur; quæ ferè est *Sancti*, notio, apud Tullium orat. pro domo sua. Denique ex eadem radice oritur, quod Theophilus l. C. l. *Sanctum est*, ff. de rer. diuis. *Sanctum*, pro honorando & veneratione digno accipit. Hæc omnia nullo negotio, ad titulum *Patris Sancti* Pontifici Romano delatum, accommodare licet. Sed illud maximè in eum quadrat, quod habet his verbis Pausanias in Laconicis, cum de ara Augusti. [Cognomen Augusti idem planè sonat, quod Græcorum lingue *σεβαστος*, id est Sanctus, ac ipsa quasi numinis cuiusdam maiestate colendus.]

*Pater peregrinorum.* B. Hildegardis ad Eugenium III.

Est quidem Pontifex Romanus, eorum qui specialiter *peregrini* audiunt, pater; quos & ab iniuriis inventato anathemate tegit, & multiplici beneficentia plerumque subleuat, ut docent sacra pleraque narrationes, nominatim de gestis Pontificum per tempora magni Iubilæi. Non videtur tamen eo respexisse B. Hildegardis, nominans Pontificem, patrem peregrinorum; sed attendisse potius videtur conditionem omnium in terra fidelium, quia viatores, atque aded peregrini denominantur. In quam rem luculenter differunt Sanctus Ambrsius ferm. 51. agens de agro sanguinis in sepulturam peregrinorum, Chrysostomus homil. 24. in Epistolam ad Hebr. Gregorius Nyssenus lib. de vita Moysi, Sanctus Augustinus ferm. 32. de verbis Dom. & in Psal. 118. & ad illud Psal. 218. *Incola ego sum in terra*. Sanctus Gregorius lib. 15. Moral. cap. 27. & lib. 18. cap. 17. Quia ergo Romanus Pontifex omnium fidelium, hæc in terra peregrinantium pater est, ite dicitur *Pater peregrinorum*.

*Pater orphanorum, & Iudex viduarum.* S. Bernardus Epist. 156.

*Pater summus.* Episcopi Germaniæ ad Ioannem VIII.

*Pater summus, summus Pastor & Vicarius Sancti Petri.* Amator Epistola ad Siluerium apud Liberatum.

*Pater spiritalis, solico innocentiæ debens.* Goffridus Vindocius lib. 1. Epistola 20. & lib. 2. Epist. 27. & 30.

*Spiritualem Patrem*, iuxta Apostolum, intelligere possumus, Doctorem. Quod enim ad Corinthios scripsit, *Si quis propheta est aut spiritalis, cognoscat quæ scribo*, Vincentius Lytin. c. 40. communito sic exponit. [Spiritalis, id est spiritalium rerum magister.] Sanè apud Barbaros quoque, ut notauit Clemens Alexand. lib. 3. Strom. instruere ac erudire, idem est quod esse Patrem, & generare. Quod tamen spiritalibus præfectis manus instruendi tribuit Apostolus verbis illis, *Vos qui spiritalis estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis*, alio videtur pertinere, quàm vocis ceteræ præferat, ut diligenter expendis



Onomastico Pontificii.

expendit Turrianus lib. 1. de Eccles. & ordinar. contra Andream Freyhub. c. 9. Quadrabit autem optimè ea Spiritualis Patris notio, in Romanum Pontificem. Apostolus ergo ad Gal. 6. admonet, vt si quis præoccupatus fuerit in aliquo delicto, (id est, si ceciderit ex anticipatione deliberationis, siue ex surreptione, hoc enim est, *περὸν ἄρτιον*) talis curetur leniter ab iis, qui ad hoc præstandum *πρὸς τὸν καταρτισμὸν*, charisma diuinum sunt nacti. Quod verbum Græcum, ab Apostolo adhibitum est Ephes. 4. cum enumerans varios gradus sacre hierarchiæ, ait eos positos esse *πρὸς τὸν καταρτισμὸν, ad consummationem sanctorum*; Ita enim ibi vertit vulgatus, tamen si loco quem adduximus, verbum *καταρτίζετα*, à quo deducitur *καταρτισμὸς* vertat in speciem longè aliter, id est, *instruere*. Clemens Rom. 2. Constat. cap. 4. Informans Medicum spiritualem, & lenem curationem ab Apostolo præscriptam ei commendans, monet, vt tanquam medicus misericors, vtatur salutaribus ad auxiliandum mediis, non solum scians & vrens, aliaue aspera remedia adiuuens, sed etiam applicans medicamenta lenia, quæ obducendæ cicatrici sint accomodata; ac si vulnus cauum fuerit & hiet, vult adhiberi emplastrum, ad carnis accretionem & integrationem opportunâ, *ὡς ἴσον τῷ ἀρτίῳ ὀποτελεσθῆναι*, id est, vt vulnus carne oppletum assimilaretur parti integræ. A. *πὸν* dixit *pro integro*, seu *pleno ac consolidato*. Vnde *καταρτίζετα* (quæ verbo Apostolus vtitur eo loco quem vulgatus vertit *Instruite in spiritu lenitatis*) idem est, quod *Integrate, complete, consummate quod hiat*: Nam curatio lenis, non truncans, sed integrans vulnus, integratio quædam est, & consummatio eius, quod decrat. Hoc igitur est, viri spiritualis munus, ad quod charisma diuinum collatum est animarum curatoribus, integrare & consolidare, siue consummare vulnus, expleta carne, quæ decrat. Vtriusque autem modo proposito placeat exponere spiritualem paternitatem, manifestum est, Romanum Pontificem, præ omnibus, & specialissimo iure, dici potuisse *patrem spiritualem*. Nam & est eius, per doctrinam probatam erudire, atque ad eodẽ generare Deo filios verbo veritatis; & eiusdem est dirupta consolidare, & in spiritu lenitatis consummare, ac obducere vulnera omnium Ecclesiæ membrorum.

*Pater spiritualis, beatus, & adamantinus, sacerdotumque Princeps Dominus*. Exilium S. Martini Papæ apud Anastas.

*Pater vniuersitatis*. S. Bernardus Epist. 130.

*Pater vniuersalis*. Petr. Cluniac. lib. 6. Epist. 43.

Longè alio sensu tribuitur hoc nomen Pontifici, quàm tributum sit S. Dionysio, cum ab Oeco dictus est *πῶντος παγκόσμιος*, quia eius eruditio omnes ei fecit filios, iuxta modum loquendi Scripturæ de Magistris.

*Paternitas communis*. Vvillelmus Abbas, Romanensis, Epist. ad Ioannem Papam XIX. apud Glabrum 4. histor. c. 1.

*Paternitas beatissima summa auctoritatis*. Alcuinus Epistola ad Adrianum.

*Paternitas summa*. Iuo Epist. 271.

*Patriarcha vniuersalis*. Concil. Chalced. Actio. 3. & in acclamationibus ad S. Leonem.

Quid ferat vox *Patriarchæ*, dictum est in Prolegomenis prænotat. 3. ex quo loco patet, Ro-

manum Pontificem meritissimè appellari Patriarcham. Nec verò rectè Rupertus lib. 1. de diu. Offic. cap. 27. velle videtur, Romanum Pontificem non esse dicendum *Patriarcham*, cum is sit titulus eorum, qui aliis Apostolis successerunt. Ipsum verò, quia S. Petro successit, esse denominandum *Apostolicum*. Hoc non rectè statuit Rupertus, cum potius liquidè monstratum sit loco prædicto, eos tantum dici posse in rigore Patriarchas, qui obtinent aliquam & sedibus quas aliquando tenuit S. Petrus. Romanum ergo Pontificem dici posse Patriarcham, ratum est ex ibi dictis. Nunc considerandum est, quod dicitur esse Patriarcha vniuersalis. Ac primum videri potest contrarium edici dist. 99. cap. *Prime sedis*, quod est petium ex Concilio 6. Carthag. Ibi enim habentur hæc verba. *Vniuersalis, nec etiam Romanus Pontifex, appellatur*, & statim additur decretum Pelagij, vetantis ne vllus Patriarchatum dicat se vniuersalem. [Quia si vnus Patriarcha vniuersalis dicitur, Patriarchatum non solum cæteris derogatur.] Verum additamentum illud, *Vniuersalis, nec etiam Romanus Pontifex appellatur*; malè aslutum est Canoni Africano, quo vetabatur ne Episcopi primates Africa, (cuiusmodi olim erant Africani omnes Metropolitanis teste Leone IX. Epistola ad Petrum, & Ioannem Afros Episcopos, tamen si omnes essent obnoxij Episcopo Carthaginensi) vocarentur *Principes Sacerdotum*. Vt enim benè notauit Turrianus lib. 1. prioris defens. contra Sadecælem aslumentum illud, est titulus, siue summarius, aut vt passim loquuntur *rubrica*, subsequens decreti Pelagij Papa, contra Ioannem Ieiunatorem, qui primus Patriarchatum Constantinopolitanorum, superbum nomen, *vniuersalis Patriarchæ* usurpauit, cum atroci iniuria, & Romani Pontificis, cuius subiectionem eo titulo reipsa excutiebat, & aliorum Patriarchatum quos sibi ea ratione subdebat: cum non possit dici *vniuersalis*, siue *Oecumenicus* Patriarcha, qui certos limites habet Patriarchatus, nec in omnes Patriarchas ius habet. Non me later, circumferri Epistolam Theodosij Iunioris ad S. Chrysostomum iam defunctum, in qua S. Ioannes appellatur *Oecumenicus Patriarcha*, longè ante Ioannem illum Ieiunatorem. Sic enim habet Epistolæ titulus *τῷ Οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ, ἢ διδασκάλῳ, καὶ πνευματικῷ πατρὶ Ἰωάννῃ τῷ Χριστοῦ ὁμοῦ, ὁμοδοξοῦ, βασιλεῦς*. Referunt eâ Epist. Menæa 27. Ianuar. & Nicephor. Theodosij curam in referendo S. Chrysost. corpore describens, & Cosmas Vestiarum in calce vitæ S. Chrysost. per Georg. Alexandr. ex quibus Raderus in aula Sæcta c. 13. Quamuis ergo verum sit, nunc in ea Epistola legi titulum *Oecumenici Patriarchæ*, S. Chrysostomo delatum à Theodosio; reipsa tamen Theodosium non sic scripsisse, patet ex Cosma, qui hoc modo refert titulum Epistolæ: *Οἰκουμενικῷ διδασκάλῳ καὶ πνευματικῷ πατρὶ, Orbis totius Doctori, & spirituali patri*. Qui titulus nullo modo colliditur cum suprema, & sola vniuersali Romani Pontificis in Ecclesiam vniuersam auctoritate. Aliqui porro Græci, vt cum titulum suo Constantinopolitano Antistiti saluum facerent, nec Romanam Ecclesiam violarent, nouam notionem tituli illius sunt commenti; dicentes, Antistitem Constantinopolitanum appellari *Oecumenicum Patriarcham*.

Onomastico Pontificium.

*Patriarcham*, non à præfectura orbis totius, sed eo quod præsit cuidam per Christianos inhabitatæ orbis parti, quæ dicitur *Oecumene*. Refert ista Anastasius in præfatione ad 8. Synodum. Sed sunt ad eodẽ insulsa, (quod rectè notauit Caryophyllus in Antirrhethi contra Nilum Theffalonicensem,) vt vix refelli debeant, cum ea regio *Oecumene* dicta, nusquam in tabulis Geographicis compareat: clarumque sit ea ratione titulum Patriarchæ Oecumenici, non responsurum vniuersali in Ecclesiam totam potestati, quam Græci eidem Antistiti arrogatam volunt. Aliam præterea notionem cudisse (si tamen aliam & non hanc ipsam) & tentasse Græcos per mura mercari à Ioanne XIX. (aliàs XX.) Romano Pontifice, titulum *Oecumenici in suo orbe*, Pontifici Constantinopolitano, scribit Glaber lib. 4. histor. cap. 1. Illud autem in *suo orbe*, continet nonnullam restrictionem, quasi contra vocis notionem, vellent Græci Antistitem Constantinopolitanum esse Oecumenicum in Oriente duntaxat. Forres literas ad Ioannem non ad eodẽ laudatum Pontificem, datas à sancto Vvillelmo Reomaens Abbate, quibus vrgebat, ne aliqui Græcis ea in parte concederet, recitat ibidem Glaber: qui ibidem omnia tunc Romæ fuisse venalia expoſtulat, estque etiam querela Iuonis Epistol. 133. pag. *nibi* 235. Tumultu tamen eam ob causam excitato Romæ, cum essent eneruis Pontificis lucro inhiantis; audita consilia; nihil ab eo Græcis esse concessum, Baronius anno 1024. colligit ex literis sancti Leonis noni ad Michaellem Constantinopolitanum, post annos ferè viginti conscriptis, quibus nunquam sedem Apostolicam, profano illi titulo consensisse affirmat. De hac re latissimè Remundus Russus ad cap. 5. Molinæ, & nos supra circa titulum *Episcopi vniuersalis*; & ex ibi dictis liquet, Romanum Pontificem meritè dici *vniuersalem Patriarcham*, non item Constantinopolitanum; cui quod post Photium conuenientibus Romanis Pontificibus, delatum eum titulum affirmat Ioannes Azorius tom. 2. lib. 4. cap. 4. quæst. 3. consentiente (vt videtur) Haberto in Archieratico obseruat. 4. ad professionem fidei Episcoporum, reiciendum est. Semper enim reclamauerunt Pontifices Romani aduersus eam superbiam, ita vt Adrianus I. damnet hæresos, tribuentes Episcopo Constantinopolitano eum titulum, vt videre est in eius Epistola ad Constantinum, & Irenem, quæ legitur apud Anastasium in præambulis ad Concil. 2. Nicænum. Additque ibidem Adrianus ridiculum omnibus fidelibus futurum qui ita censuerit, quandoquidem si Episcopus Constantinopolitanus dicitur Patriarcha vniuersalis, fatendum erit, Romanum quoque Pontificem ei subiciendum fore: quod nemo fidelis ignorat, & falsum esse & ridiculum, Christo Petrum, & Petri successores, super omnes oues suas Pastorem statuente. Hinc verò perspicitur, titulum *Patriarchæ Oecumenici*, delatum Tarasio Constantinopolitano in Epistola Adriani ad ipsum Tarasium, non esse manu Adriani delatum. Quomodd enim Adrianus titulum à se tantoperè improbatum deferret? Græcus Codex septimæ Synodi in qua ea Adriani ad Tarasium Epistola legitur Act. 2. non habet titulum *Oecumenici*. Sed alicubi sic habet.

Theophilis Raynaudis Pontificia.

*τῷ ἡγαπημένῳ ἀδελφῷ Ταρσίου Πατριάρχῃ, Dilecto fratri, Tarasio Patriarchæ*. Quæ videtur genuina lectio. Titulus autem *Oecumenici*, passim eidem Epistolæ præfixus, ab aliquo Græculo pro more gentis fallante, appositus haud dubiè est. Nec is titulus alij cuiquam à Romano Pontifice distincto, deferri iure potest. Pontifici autem Romano, iure iam olim delatus est, & deferri debet.

Potest tamen contra hunc titulum vniuersalis Patriarchæ, delatum Romano Pontifici, opponi Nouella Iustiniani qua recensens quinque Patriarchas, ponit primo loco Romanum Pontificem, quem vocat *Patriarcham Hesperiarum & Romæ*, secundo Constantinopolitanum, tertio Alexandrinum, quarto Antiochenum, quinto & vltimo Hierosolimitanum. Quomodo ergo Romanus Pontifex est Patriarcha vniuersi si est Patriarcha solius Hesperiarum, & Romæ? Dyonisius Gothofredus ad eam nouellam, interpretatur *Hesperiam, Italiam*; qua ratione Pontifex solius Italiæ, & vrbis Romæ esset Patriarcha. Alij *Hesperiam* exponunt partem orbis Occidentalem. Nam frequens est vt ab Hesperia vel *Hesperij* dicantur Occidentales; Videfis Theodoretum lib. 5. histor. cap. 23. & Socratem lib. 2. cap. 29. Sed neque sic tollitur difficultas, cum aliud sit, esse Patriarcham Occidentis, aliud vniuersalem Patriarcham. Igitur genuina lectio est *καταλαβὼν* ablata particula copulatiua; vt sensus sit Papam esse Patriarcham Romæ Occidentalis ad distinctionem nouæ Romæ siue Constantinopolis, cuius alius erat Patriarcha particularis. Pontifici tamen cum particulari Patriarchatu Occidentis, competit insuper Patriarchatus vniuersalis ratione cuius reliqui quatuor, qui per comparisonem ad sibi suppositos, dicuntur Patriarchæ, eidem Romano, & Occidentis Patriarchæ subiacent, qui proinde est *Patriarcha vniuersalis*, vt rectè statuebam.

*Patriarcha sanctissimus, & beatissimus vniuersi orbis terræ, continens sedem principis Apostolorum Petri*. Monachi secundæ Syriæ ad Hormisdam.

*Continens sedem*, id est *tenens sedem*. Cæteroque enim non est sedentis continere sedem, sed potius in ea contineri. Nisi si eodem modo dicitur Pontifex continere sedem, quo Apostoli, qui sunt sedes Dei, dicuntur à Psalte, Sedes sedentes in iudicio, vt B. Augustinus acutè attingit Psal. 121.

*Perfectio Sacerdotij*. Ioannes Alexandrinus ad Eugenium Papam IV. Ex Sanderò lib. 7. Monarch. num. 1121. & in Actis Concilij Florentini ab Horatio Iustiniano editis parte 3.

Sacerdotium, vt optime ratiocinatur Hefychius in Leuit. *sub initium*, est perfectio nis exemplum. Quod verò sublimissimum est, Vicarius Christi, Sacerdotij perfectio appellatur. Porro meritè Pontifex Romanus dicitur *Sacerdotij perfectio*, quia est supremus omnium Sacerdotum, & (vt ibidem continenter addit Ioannes) est Apostolicus Pastor omnium Ecclesiarum, cui omnes particulares Pastores subsunt: nec nisi in eo consummatur ministerium Sanctorum, & Christiana Hierarchia, & ei vni commissa est tota Ecclesia. At vbi vnitas, ibi perfectio, vt in hanc rem philosophatur sanctus Bernardus libro 3.

M de

Onomasticō  
Pontificiū.

de Consideration. capite 8. Ipsum dixisse videtur Rodericus Zamorensis Episcopus libr. 2. Speculi vitæ humanæ capite 1. declarans eminentiam Romani Pontificatus, quia eius motu & dispositione, omnes actus hierarchici ordinantur, & ad debitum ordinem, indeque ad perfectionem suam rediguntur. Ordo quippe Hierarchicus non est consummatus, nisi totus desineret in vno, referretque cœlestem Monarchiam cuius dispositio & coordinatio, in vnum denique Deum desinit. De illa Analogia videndus sanctus Bernardus libr. 3. de Consideration. cap. 4. Nunc satis est, quod constet esse desinendum in vno. Nam ubicunque est multitudo, & varietas graduum ordinata, necesse est pettingere ad vnum, & ibi desinere. Sic igitur Sacerdotium, siue totus ordo Hierarchicus, perficitur & consummatur in Romano Pontifice, tanquam in apice, & vertice ordinis sacri, ideoque rectè dici potuit *Sacerdotij perfectio*. Gregorius Senior à filio Nazianzeno oratione 41. dictus est *Sacerdotij perfectio*. Id quod ibi Nicetas factum putat, vt significaretur ipsum fuisse instructissimum omnibus dotibus, quæ ad Sacerdotium requiruntur. Subditurque ibidem alia Glossa, qua sic cognominatus exponitur, vt significaretur, ipsum perfecisse, & instituisse Sacerdotes. Quod secundum perbellè potest accommodari ad rem nostram, longè aptius quàm ad Tarasium Constantinopolitanum, quem ea ex causa Ignatius Monachus in Encomio, vocat *Basim Sacerdotij*. Cæterum tituli propositi quo Romanus Pontifex denominatur Sacerdotij perfectio notionem adauxisse videtur Ioannes Sarisburiensis Epistola 123. quæ est ad Alexandrum Papam. Nam non Sacerdotij duntaxat, sed totius Ecclesiæ perfectionem, ad eum his verbis reuocat. [Ad hoc excellentiam vestram, capiti omnium Ecclesiarum dispositio diuina præfecit, vt ex terminatis vitis in hanc domo Domini, virtus iucundum capiat incrementum: & vt imperfectum totius humanitatis, vestra maiestatis suppleat consummata perfectio.]

*Perfugium extremum in terra post Deum.*  
Acta S. Roberti Cicestrensis.

*Persona præfulgens armatura.* S. Hildegardis ad Anastasium Papam.

Similia habet sancta Virgo scribens ad Eugenium III. quem vocat *fulgentem lorica*: & vtrobique sensus est, Pontificem tanquam præfectum Generalem exercituum Domini, omnis generis armis, & ad offendendum, & ad resistendum pro causa Dei, instructum esse oportere.

*Petra.* Matth. 16.

Dignum videtur, huic titulo illustrando attexere egregium locum sancti Asterij, homilia in sanctum Petrum & Paulum. Cum enim constituisset, Christum esse lapidem angularem cui tanquam fundamento primario inniteretur Ecclesia, subdit. [Quin & rursus Vnigenitus, vti sacris Euangelij libris conscriptum est, Petrum Ecclesiæ fundamentum dicit; *Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam*. Primus enim reuera hic, ceu grandis quidam ac durus lapis in mundi huius caua demissus est, siue in

*conuallem plorationis* (quemadmodum David ait) vt Christianos omnes superædificatos portans, in sublime, nempe ad spei nostræ domicilium, subuehat. *Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus*. Sed & simili quoque Saluator noster appellatione primum suum discipulum honestandum duxit, nominans *fidei petram*. Per Petrum ergo verum ac fidelem pietatis Doctorem effectum, Ecclesiarum stabilis inflexaque firmitas consistit. Iusti porro ædificatione, radicati itamus, qui ab ortu solis ad vsque occasum, sumus Christiani. Planè cum à tempore annunciationis Euangelicæ, multa increuerint tentationes, Tyrannique nos innumerabiles, ac illis prior Diabolus, funditus destruere, atque à fundamentis euertere conati sint; decurrerunt flumina velut torrentes, inquit salubris ac sacra Scriptura; vehementes Diabolicorum Spirituum venti irruerunt; copiosi ac immensi persequentium Christianos imbres, impetu defluerunt, nec quicquam tamen diuini potentius visum est Numine, quod nimirum fidei ædificatio, sacris primis Apostolorum manibus extracta esset. Hæc porro dicenda habui ob vnum illud verbum benedictionis eius qui Euangelistam ac sacrum præconem, *PETRAM* nuncupauit. ] Videtis infra V. *Petra Ecclesiæ*.

*Petra fidei.* Damascenus in histor. Barlaam.

*Petrus.* Sergius Cyprius ad Theodorum Papam; adductus in Concilio Lateranensi sub S. Martino Consult. 1. S. Petrus Chrysologus serm. 175.

Ita vocant Pontificem Romanum, quia S. Petro succedit cum pari potestate. Similes loquendi formulas adduximus prænotation. 1. & aliquas quoque mox subiiciam. Apud Blesensem Tractat. de acceleranda Hierosolym. peregrinatione. Est locus in hanc rem luculentus. [Principes (inquit) & magnates terræ, signum crucis nuper acceperant. Priuilegio si quidem Petri Apostoli, & autoritate Ecclesiæ generali, proposuerat Dominus in hoc signo verbum reconciliationis, vt viæ Hierosolymitanæ assumptio, esset pœnitentiæ consummata, & sufficiens satisfactio de commissis. ] Manifestissimè *privilegium Petri Apostoli* vocat, indulgentiam plenariam, transmissam à Romano Pontifice iis, qui ad expeditionem in Saracenos crucem susciperent. Qui nomen *Petri*, à petra Christo deriuant, haud grauatur hoc nomen commune omnibus Pontificibus Petri successoribus, ac Christi æquè Vicariis, esse stauerent. Tradit eam deriuationem Arator libro 2. in Acta, *serè in sine*. Sic enim canit;

*Nomen Petrus habens, æterna vocabula portat,*

*Fundamenta gerens nunquam passura ruina.*

Non nemo, *Petrus* Hebraicè ait dici *cognoscentem*. Ita Hieronymus de nomin. Hebræorum ex Actis Apostolos, & Hugo Victor. libro de Medicina animæ cap. 5. Hugo Cluniacensis apud Cellensem Epistola 31. & quamquam hæc vocis notio non videtur vera, tamen iuxta

6876

Onomasticō  
Pontificiū.

eam quoque, Romanus Pontifex est Petrus, vt monitant quæ Arator lib. 1. in Acta tradit de hoc nomine dicens de Petro;

*De merito qui nomen habet, nam Petrus Hebræo,*

*Agnoscentem sermone sonat: pro munere Christus.*

*Sic vocitare dedit, quo cognoscente patet.*

Vides quàm hæc notatio sit honorifica, & iure omnibus debita Romanis Pontificibus.

*Petrus, Petri sedem exornans.* Theodorus Studita Epistola ad Paschalem Papam libr. 2. Epist. 11.

*Petrus potestate.* S. Bernard. 2. de Consider. cap. 8.

*Petrus temporis nostri.* Patriarcha Nestorianorum Orientalium, in professione fidei quam Romæ emisit anno 1553. interprete à Syriaco, Andrea Masio.

Iurat adscribere integrum locum, tanquam Pontifici perhonorificum. [ Patri Patrum, & Pastori maximo, concinnanti mitras, vngentique Sacerdotes, & cingenti Zonis, Petro temporis nostri, ac Paulo dierum nostrorum, & cingulo comprehendenti cœtum Christianorum, qui es loco Petri Domini nostri. Tu sedes in sede alta, & sublimi Principis Apostolorum, tenentis clauis regni cœlestis, cui ore suo salutari Dominus noster dixit: *Quicquid ligaueris in terra, erit ligatum, & in cœlis, & super eum fundauit Ecclesiam suam, & aduersus quam portæ inferi non præualebunt in generationem & generationem*. Nunc porro tibi eam dedit Christus Deus noster, & Seruator noster, vt sedes super eam. ] Faciunt eundem sensum illa ex Canone Nicæno, quem ex vetusto Cod. Arabico Marcelli Cœncini postea Pontificis, his verbis representat Alfonso Pisanus l. 3. Concilij Niceni. [ Veneramus secundum scripturas, & Canonum definitionem sanctissimum Romanæ antiquæ Ecclesiæ Episcopum, primum & maximum omnium Episcopum. Vt autem cunctis ditionibus suæ nationis imperat Patriarcha, & leges indicit, & vt à principio Petrus Christi Vicarius, religioni Ecclesiæ cæterisque ad Christum pertinentibus præfectus, principum Christianorum, Proninciarum & omnium gentium Dominus, & rector erat; ita ille principatus Romæ est, Petro similis, & autoritate par, Patriarchatum omnium dominatum, & principatum obtinet. Huic sanctioni si quis repugnare, & obistere ausus fuerit, totius Synod. decreto, anathemati subiicitur. ] Paulo aliter hic ipse Canon adducitur à R. P. Francisco Roz Angamalensi siue Thomæorum Archiepiscopo literis datis anno 1605. Decembris 11. testatus hunc, & alios 46. Nicænos Canones abs se lectos vetusto Codice Chaldaico M. S. [ Sic sit potestas Patriarchæ Romano super omnes Patriarchas sicut B. Petro super terram vniuersam. Quo loco Petrum obseruat omnis Ecclesiæ, & illum qui Romæ est, & horum transgressorem anathematizat S. Synodus. ] Ita hunc Canonè abs se lectum testatur prædictus Antistes i s literis quas representat Petrus Iaricius lib. 6; histor. Indict. Orient. cap. 26. Et in col-

Theophili Raynandi Pontificiū.

lectione Canonum Nicenorum ex Arabico edita per Franciscum Turrianum, est numero 39.

*Petra Ecclesiæ.* S. Ambrosius in hymno, adductus, & approbatus à S. Augustino 2. Retract. cap. 21.

Est quidem Christus petra Ecclesiæ, sed primaria. Vt autem notauit S. Basilius homil. de pœnit. Christus Axiomata sua largiri voluit aliis, vt sicut ipse est ex se petra; ita Simon propter Christum petra esset. Quod imitatus de more S. Ambrosius lib. 6. in Lucam ad cap. 9. & alibi. [ Ecce ( inquit ) consortium meretur nominis, qui consortium meretur & operis, & pro soliditate deuotionis, Ecclesiarum petra dicitur. ] Idest pro ea pietate, & deuotione qua confessus est Christum filium Dei viui, meruit constitui à Deo petra Ecclesiæ, participans nomen illud Christi; In quam rem pereleganter quoque S. Leo serm. 3. de sua Assumpt. Et scitè in hunc modum S. Paulinus Epistola 4. ad Seuerum. [ Petra est Christus. Bibebant enim de spiritali sequente eos petra: Petra autem erat Christus. Etiam discipulo suo huius vocabuli gratiam non negauit, cui dicit, super hanc petram, edificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Sed quid miramur eum famulis suis indulgisse sua nomina, quibus & patrem suum participat & regnum? ] Hoc est illud fidei fundamentum nationibus à S. Petro positum, de quo D. Augustinus serm. 16. de Sanctis. [ Petra ( inquit de Petro ) eo quod primus nationibus fidei fundamenta posuerit, & tanquam saxum immobile, totius corporis Christiani compagem molemque contineat. ] Aliqui Codices, & apud Augustinum, & apud Ambrosium, cui etiam sermo ille adscribitur, legunt, *primus in nationibus*: quo pacto sensus erit, idcirco S. Apostolum, accepisse nomen *Petra*, quia iecit prima fidei fundamenta, non modò apud Iudæos, quibus primus post acceptum Spiritum sanctum prædicasse legitur; sed etiam apud Gentiles, etiam ante S. Paulum, & ante Philippum Diaconum, vt ostendit Bellarminus lib. 3. de Rom. Pontif. cap. 22. Iuxta quam rationem huius denominationis, attributum *Petra*, esset personale, nec transiret ad successores.

Alia tamen est ratio cur Simon sit denominatus *Petrus*, quod nomen Interpretes Latini seruans vsui Latino & perspicuitati, secundo loco vertit Petrum, cum iuxta Syriacum idioma quo Christus locutus est, vtrobique *petram*, potuisset dicere; *Tu es Petra, & super hanc Petram*. Syriacè ad verbum erat, *Tu es Cepha, & super hoc Cepha*: quod bene ex Elia Germano in Thisbite notauit Pontus Thyardus sub finem libri de recta nominum impositione. Ratio in quam genuina tributi Simoni nominis *Cephas*, seu *Petra*, aut quod Græcè idem est, *πέτρος Petri*, est illa alia, quæ ex sancto Augustino, vel sancto Ambrosio tacta fuit posteriore loco; Nempè quia super hunc beatum Apostolum, perillustri diuinitatis Christi confessione id promeritum, placuit Christo, Ecclesiam Christianam edificare, eique velut saxo, & rupi immobili, structuram fidei nostræ imponere; quatenus omnes fideles, habent pro pertinente ad fidem, probant-

M 2 que

Onomastico Pontificii. que & tenent vt Catholicum, quod Petrus, & Petri successores proposuerint.

Esse porro vocem *Cepha* Syriacam, cuius notio sit *saxum* seu *rupes*, bene profecit Ribera Ioann. 1. ad illud *Tu vocaberis Cephus*. Hallucinatur enim qui putant *Cephas* esse nomen Græcum ductum à Græco nomine *κεφαλη*. Ita Vigilus Papa Epistola ad Eutrum Episcopum, ac Lyranus Ioann. 1. ac Mantuanus lib. 6. Pastorum sacrorum. Sed indubitatum esset debet, vocem *Cephas* non sonare *caput*, nec esse Græcam vocem, sed Hebræam siue Syriacam. Lingua enim Hebræa qua Christus loquebatur non erat illa Hebræa recondita quæ procul erat ab vsu plebis, sed erat illam. Et Hebræa lingua vulgaris quæ passim ab aliis quoque quam Doctoribus Hebræorum vsurpabatur, vt bene probat Adamus Gotzeu prologo in Euang. q. 4 §. 6. *Cephas* igitur vox Syriaca, est idem sonans quod Latine *Petra*, vt bene docet S. Hieronymus ad illud Gal. 2. *cum venisset Cephas*, & l. de nomin. Hebr. ac Iansenius cap. 17. & 66. Concord. signatis variis locis quæ Latinus interpres expressit adhibito nomine *Petra*, vel *rupis*, vbi Hebræicè erat vox *Cepha* vt Hieremias 4. vbi habetur *super rupes ascenderunt*, & numer. 20. cum agitur de *petra soluta in fontes aquarum*, & Psal. 39. vbi nos legimus, & *statuit si prapetram pedes meos*; nec non Isaia 55. in illis verbis. *Attendite ad petram* verba Hieronymi in cap. illud 2. ad Galat. breuiter rem consiciunt. Reiciens enim eos qui *Cepham* à Paulo reprehensum volebant esse dicendum à Principe Apostolorum, ait se non scire *Cepha*, nomen. [Nisi eius qui & in Euangelio, & in Pauli Epistolis, & in hac quoque ipsa (ad Galatas) modò *Cephas*, modò *Petrus* scribitur: non quod aliud significet *Petrus*, aliud *Cephas* sed quod quam nos Latine & Græcè, *Petram* vocamus, hanc Hebræi & Syri, propter linguæ inter se viciniam, *Cepham* nuncupent.] Iure igitur præmittendam, Simonem Apostolorum principem, dictum esse *Cepham* voce sonante *saxum* seu *petram*, quia super cuiusmodi firmam petram aedificata est Ecclesia. Et Christus quidem est *Petra* primaria super quam Ecclesia est aedificata, vt propterea S. Leo IX. Epist. 1. quæ est ad Michaëlem & Leonem, dicat; [Sancta Ecclesia super petram, id est Christum, & super petram, vel *Cepham* filium Ioannis, qui prius Simon dicebatur, aedificata est.] Tamen S. Petrus est secundaria *petra* per quam reliqua structura confurgit.

Quæ Erasmus Matth. 26. ad eam denominationem, *Petra super quam aedificatur Ecclesia*, S. Petro, & eius successoribus eripiendam, velut admirabundus, quod id alicui in mentem venerit, effutit iam reiecta sunt prænotat 4. & rursus attrahentur in Epileg. subnot. 2. verit. 1. tamen reuera; tam supina sunt, vt confutatione vix egeant, eam tamen abundè suppeditabunt, qui hoc verè admiratione dignum Erasmi paradoxum disiciunt; Iansenius cap. 66. Concor. ad illud, *Et ego dico tibi*. Bellarm. lib. 1. de Pontif. cap. 10. Franciscus Agricola lib. de Primatu Petri, & successorum eius cap. 1. Franciscus Lucas ad eum Matthæi locum, Marianus Victorius ad Epist. 54. S. Hieronymi Maximil. Sandaus in Grammatico profano

Commentatione 14. à num. 23. & Pamelius ad S. Cypriani Epist. 5. num. 35. Nobis eas dogmatis Catholici officias, plenè dispellit, planucontextus literæ Matthæi, & communis consorsque interpretatio Patrum, quorum octo supra viginti, pro hoc genuino sensu profert, Hieronymus Torrens in confess. Augustin. lib. 1. cap. 9. §. 2. [Iuxta hanc secundam expositionem, & rationem nominis *Petra*, liquet omnes quoque B. Petri successores, Petras esse, & in omnibus perstare saxeam illam immobilitatem, à qua primus eorum accepit *Petra*, seu *Petri* appellationem. Placet ad huius tam insignis, tamque necessariæ veritatis illustrationem, locum perelegantem adscribere ex S. Leone serm. 2. de sua Assumpt. [Etsi (inquit de Christo) multis pastoribus (vique sibi ordine temporum succedentibus) eorum suarum omnium delegauit, ipse tamen dilecti gregis custodiam non reliquit. De cuius principali æternoque præsidio, & Apostolici operis munimen accepimus, quod vique ab opere suo non vacat; & firmitas fundamenti, cui totius Ecclesiæ superstruitur altitudo, nulla incumbens sibi templi mole lacesset. Soliditas enim illius fidei, quæ in Apostolorum Principe est laudata, perpetua est, & sicut permanet, quod in Christo Petrus credidit, ita permanet, quod in Petro Christus instituit.] Et mox. [Manet ergo dispositio veritatis, & Beatus Petrus in accepta fortitudine petra persequens, suscepta Ecclesiæ gubernacula non reliquit. Sic enim præ cæteris est ordinatus, vt dum *petra*, dicitur, dum *fundamentum*, pronunciat, dum *regni colorum ianitor*, constituitur, dum *ligandorum solvendorumque abiter*, mensura etiam, in cælis iudiciorum suorum definitione præficitur, qualis ipsi cum Christo esset societas; per ipsa appellationum eius mysteria noscimus. Qui nunc plenius, & potentius ea quæ sibi commissa sunt peragit, & omnes partes officiorum atque curarum, in ipso, & cum ipso per quem est glorificatus, exequitur. Si quid itaque à nobis rectè agitur, rectèque discernitur, si quid à misericordia Dei quotidianis supplicationibus obtinetur, illius est operum, atque meritorum; cuius in sede sua viuit potestas, & excellit autoritatis; Hoc enim obtinuit, dilectissimi, illa confessio, quæ à Deo Patre, Apostolico inspirata cordi, omnia humanarum opinionum, incerta transcendit; & firmitatem petra, quæ nullis impulsionibus quateretur, accipit.] Impia fatuitas Iudaorum ab Agobardo memorata lib. de Iudaicis superstitionibus, quæ Petrum à Christo magistro suo *Cepham* denominatum dixerunt, à duritia & hebetudine, indigna est, quæ resellatur, vel etiam referatur.

*Petra Ecclesiarum*. S. Augustin. serm. 26. de Sanctis. Olim apud Ambros. serm. 47. reuera S. Maximus Taurinensis.

Notio huius tituli, eadem est quæ superioris; Obseruatione tamen videtur dignum, quæ ratione de eo philosophatus sit Author, postquam de S. Petri profectu ex casu nonnulla præmisit; [Tanquam bonus Pastor (inquit) tuendum gregem accepit, vt qui sibi ante institum fuerat, fieret omnibus firmamentum: & qui ipse interrogationis tentatione nutauerat, cæteros fidei stabilitate fundaret. Denique pro soliditate deuotionis, Ecclesiarum *petra* dicitur, sicut

ait Dominus, *Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam*. *Petra* enim dicitur, eo quod primus in nationibus, fidei fundamenta posuerit, & tanquam saxum immobile, totius operis Christiani compagem molemque contineret. *Petra* ergo pro deuotione Petrus dicitur, & *Petra* pro virtute Dominus nuncupatur, sicut ait Apostolus; *Ribebant autem de spirituali consequente eos petra; Petra autem erat Christus*. Rectè consortium meretur nominis, qui consortium meretur & operis. In eadem enim domo, Petrus fundamentum posuit, Petrus plantat, Dominus incrementem dat, Dominus irriguum subministrat. Hæc ratiocinatio aptè intelligenda est. Nam S. Petrum, primum in nationibus posuisse fundamenta fidei, si accipiat (vt verba sonare videntur) de prima ad gentes fidei prædicatione per S. Petrum, verè dicitur; sed minus accommodatè ad mentem Christi, hoc nomen tribuentis Principi Apostolorum. Omnino enim Christus respexit tantum ad aedificationem Ecclesiæ super hunc Apostolum & eius successores, quibus in aedificanda erat fides eorum post Christum fidelium ad Ecclesiam aggregandorum. Horum quippe lapidum viuorum, fundamentum est S. Petrus, pro Pontifice, factus omnium firmamentum. Et eodem modo accipiendum est, quod Author dixit, Sanctum Petrum dictum esse *Petram* pro soliditate deuotionis. Non enim hæc verba referenda sunt ad S. Petri deuotionem, vt cortex vocum ferre videtur, sed sunt referenda ad soliditatem deuotionis Ecclesiarum, subnixam veræ fidei, cuius firmamentum constitutus est S. Petrus, quatenus Pontifex.

Non difficilè tamen ad hanc mentem flecti posse videtur S. Basilium in cap. 2. *Etsi* cum ait Petrum esse appellatum nomine *Petra* propter firmitatem maximam fidei, & propter infraactum robur animi ad non cedendum plagis tentationum, ac periculorum. Quamuis enim hæc si accipiantur de personali firmitate fidei & infraactum robore in tentationibus, non consentiant cum scopo Christi donantis Simonem nomine *Petra*; tamen facile accipi possunt de firmitate fidei publicè tradita & infraacta constantia in ea ritè & incorruptè tradenda: ita vt portæ inferi ob huius rupis firmitatem & inconcussum robur non praualeant aduersus Ecclesiam. Quæ ratione intellectus S. Basilium, optimè consentit cum iis, quæ protulimus, & bellè attigit mentem Christi. Et ita S. Basilium intellexisse videtur Franciscus Turrianus l. 1. de potestate Pontificis supra Concilia, ante medium.

*Petra fidei verbi, & Ecclesie firmata fundamentum, ac spiritualis aedificationis primus adiutor*. Theophanes Ceramaus homil. de SS. Petro & Paulo.

*Petra firmissima*. Chrysostomus homil. de Petro & Elia.

Optimam huius tituli Illustrationem, expositione, vniuersæ humanæ potentia ad hanc petram illisæ, suppeditabit Thomas Bosius l. de dependentia imperiorum à veris virtutibus capite 13.

*Petra quam non vincunt superbe Inferorum porta*. Sanctus Augustinus Psalmo contra partem Donati.

*Petra super quam fundata Ecclesia regnauit, Quam nec strabra mouent, neque vertit turbo procellas, Nec trahit undiuagam pluuiaribus imber arenam*.

Venat. Fortunat. libro tertio de Vita Sancti Martini.

*Petra vna tenens fundamenta salutis*. Ibidem.

Ita quidem credentibus super hanc Petram stabilitis. E contrario autem discolis contingit. Nam vt de Romano Pontifice dixit Melchisedech Armenorum Confidicus, siue Patriarcha; Ita est *petra* de qua scriptum est, *Qui ceciderit super lapidem istum confringetur. Super quem verò ceciderit, contereit eum*.

*Petra à qua fons salutis era confessionis emergit*. Sanctus Maximus homilia 1. in Nat. SS. Petri & Pauli.

Alludit ad Petram bis silice percussam, vt aquas daret, quæ Iudice Apostolo, non alia erat quam Christus ipse. Tamen voluit Christus, quæ sibi præcipua erant, fieri Petro, & ei sufficiens participatione communia, vt ex S. Basilio, Ambrosio, ac Leone supra diximus, tractantes titulum *Petra* spectantis immobilitatem fundamenti Ecclesiæ. Nec duntaxat circa hanc denominationem, sed circa omnino multas alias id ipsum vsu venit; quod quia Hæretici non attendunt, & idcirco iuges sunt in obicienda Catholicis imminutione iurium Christi, dum ea homini puto tribuunt quæ Christo sunt propria, prouidè Franciscus Agricola opus cui titulus est, *Paralleli Bibliorum* addixit huic negotio, demonstrans tota secunda parte, nouem supra triginta Christi titulos quos appendit, participatione esse communes aliis, id quod nominatum cap. 30. ostendit de nomine *Petra*. Nec aliter priore eiusdem operis parte philosophatur de quinquaginta & vno Dei prædicatis, quæ participatione communia effici hominibus tradit; vt liqueat profectò eam criminationem de inminutis ea titulorum extensione Christi viribus quæ assidue à Sæctariis occiditur, euanidam protulisse ac friuolam esse.

Nunc quando Christus, est quoque illa *petra* spiritalis, conseqens populum in deserto, audiamus quomodò id etiam nomen, S. Maximus. B. Petro aptet. [Hic est Petrus (inquit) cui Christum esse confidentissimum subiecta eius vestigijs maria præbauerunt. Nam à Domino suo, nouos sibi dari in fluctibus gressus, vt fidelis poposcit, & vt dilectus emeruit; Qui ob hoc solum, trepidasse visus est, vt fragilitas humana cognosceret, quanta esset inter Dominum seruunque distantia, dum aggrauata peccatis caro mergitur, & immaculati nescit planta decidere. Similiter & illud, ne dum super aquas ambulans Petrus, pede intrepido peruenisset ad Christum, Domini fortè sui virtutibus æquaretur. Sed quid illum tantoperè dicimus trepidasse, cum parua trepidatio sua, maiorem profecerit ad fidem? Vt enim credidit Petrus imperio Domini sui posse se à fluctibus sustentari, ita nihilominus dum mergitur, credidit, ipsius Domini sui se virtute saluandum. Verè B. Petri & dum trepidat mirabilis fides, quam nec perurgentis periculi potuit turbare formido; Claman-

Onomasticò  
Pontificiū.

do enim dum mergitur, *Domine libera me*, de se diffusus est, non de Domino dubitavit. Ne quis ergo timorem hunc gloriosissimi Petri ducat in vitium, quoniam timor iste quamvis eius primam turbaverit fidem, confidentiam tamen in eo reparatæ credulitatis ornauit. Hic est Petrus, cui Christus Dominus communionem sui nominis libenter indulgit. Ut enim sicut Apostolus Paulus edocuit, *Petra erat Christus*, ita per Christum, Petrus factus est petra, dicente ei Domino: *Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam*. Nam sicut in deserto Dominico, sitienti populo aqua fluxit è petra, ita vniuerso mundo perfidiae ariditate lassato, de ore Petri fons salutiferæ confessionis emerfit. Hic est Petrus, cui Christus ascensus ad Patrem, pascendas ouiculas suas agnosque commendat, ut quos ille pietatis miseratione redemerat, hic fidei suæ virtute seruaret.]

At seruatur grex Christi, non modò porrecto pabulo doctrina probatæ, sed etiam suppeditato potu quo depellatur sitis Verbi Dei. Qui potus emergit de fonte salutiferæ confessionis B. Petri: non illius duntaxat personalis confessionis, qua confessus est Iesum esse Christum filium Dei viui, qua confessione nobis (vt ibidem præmiserat S. Maximus) validissima inuitæque credendi fundamenta constituit; sed illius confessionis quam ad eius imitationem, omnes de hoc sacro fonte potati, corde ad iustitiam, ore ad salutem effundunt.

*Petra refugij*, Concil. Chalcedon.

Legitur hic Canon apud S. Thomam Opusc. 1. *sub finem*, verbis illis. [Dicit Canon Concilij Chalcedonenfis, Si quis Episcopus prædicatur Infamis, liberam habeat sententiam appellandi ad Beatissimum Episcopum antiquæ Romæ, quia habemus Petrum petram refugij; & ipsi soli, libera potestate loco Dei, sit ius discernendi Episcopi criminati infamiam secundum clauces à Domino sibi datas, &c. Et omnia ab eo definita, teneantur, tanquam à Vicario Apostolici throni.]

*Platea in qua fons fuit unde potantur aquis doctrinae, greges Domini*, Gabriël Archiepiscopus Nesno in calce Synodi Chaldæorum.

*Pons animarum*.

In antiquo marmore quod Lugduni est ad pontem Rhodano impositum beneficio Innocentij IV. Romani Pontificis, legitur inscriptio, quam cum alij qui res Lugdunenses consignarunt, tum etiam Massonus in Opere de fluminibus Galliae, cum de Rhodano & Arari, repræsentarunt. In ea inscriptione incultam æui scabritiem referente habetur præter cætera quod subicitio.

*Virtutum capax, vitiorum framea, Papa Progenis magnus, serus vt Leo, mitis vt agnus;*

*Innocuus verè dictus, de nolle nocere, Posses vt hic fieri pons, sumptus fecit habere,*

*Pontem petrarum, construxit pons animarum.*

*Vt plebis nemo partem portaret utramque.*

Itaque Romanus Pontifex denominatur *pons animarum*; quo ipso Epitheto decoratam à variis Græcis Deiparam retuli in Nomenclatore

Mariano. Sed Virgini hoc defertur, partim ob Christum quem genuit, vnde nostra in cælum transuectio, partim ob subsidium quod interuentione sua confert mortalibus, vt flumen vorticofum huius vitæ securi pertranscant: Romano autem Pontifici defertur *pontis animarum* nomenclatio, quia caput est Ecclesiæ, extra quam quisquis progreditur, mergitur & hauritur fluctibus. Pontificis item est docere veritates fidei, & præstare vt absque erroris discrimine, tuta sit progressio qualis est incendium in parte; quibus mediis cum Deo necimur, & vt ad eum perueniamus indemnes inter tot pericula, assequimur. Itaque sicut D. Chrysostomus homil. 12. in ad Coloss. vt liberos vocabat *pontem amicitiae coniugalis*, eo quod soboles è coniugio procreata, conciliet coniugum amorem, in pons salutis æternæ animarum censerit potest supremus Ecclesiæ Antistes, vias ad salutem securè capeflendam aperiens, & exitio per fluctus inuehendo subducens.

Pulchrè S. Bernardus Epistola ad Henricum Senonensem (est num. 41. alias inscribitur Tractatus, de Moribus & officio Episcopi ac Prælati) egregie exponit quid sit Antistitem esse pontem animarum. Sic enim ibi disserit cap. 3. num. 10. [Puritas cordis in duobus consistit; nempe in quærenda gloria Dei, & vtilitate proximi; vt in omnibus videlicet actis suis vel dictis, nihil suum quærat Episcopus, sed tantum aut Dei honorem, aut salutem proximorum, aut vtrumque. Hoc enim agens, implebit non solum Pontificis officium, sed & Ethymologiam nominis, pontem vtique seipsum faciens inter Deum & proximum. Pertingit pons iste vsque ad Deum, ea fiducia, qua non suam, sed illius gloriam quærit. Pertingit vsque ad proximum illa pietate, qua & ipsi, non sibi prodesse desiderat. Offerit Deo bonus mediator preces & vota populorum; reportans illis à Deo benedictionem & gratiam. Supplicat maiestati pro excessibus delinquentium; vindicat in peccantes, iniuriam Dei. Ingratis impropere beneficia pietatis; contemnentibus potentia seueritatem infinuat. Vniusque tamen nihilominus, placare studet indignantis furorem; nunc quidem hominum obtendens infirmitatem, nunc diuinæ magnitudinem pietatis. Denique siue excedat Deo, siue sobrius sit, nobis; aut Deo semper quantum in se est, placere gestit, aut præstare nobis; non quod sibi omnino vrile est, quærens, sed quod multis.] Hoc iuxta S. Bernardum, est Antistitem, esse & se facere Pontificem.

*Pontifex à Deo electus*, Alcuinus Epist. 72. quæ est ad Leonem Papam.

Hoc proprij & ad rigorem loquendo, in solum Romanum Pontificem cadit. Alij quippè Pontifices, ab hominibus, siue per hominem eliguntur. Romanus autem Pontifex, non item, sed à Deo solo. Neque dicas eligi à Cardinalibus. Nam neque hoc verum est, loquendo de electione presb. & propriè dicta, vt monstrabo in Epilegomenis subnotat. 2. veritat. 4. Verè enim Cardinales duntaxat nominant; (vt loquuntur) & præsentant Deo, personam cui ipse Deus autoritatem in vniuersam Ecclesiam clarigitur, non Cardinales, qui eam vniuersalem potestatem non habent, atque aded neque dare, cuiquam possunt. Non me latent, quæ fusè disputat

Onomasticò  
Pontificiū.

disputat Franciscus Turrrianus Opusc. de residentia Pastorum, vt contra Catharinum ostendat, alios quoque Prælatos immediatè à Deo accipere gratiam, & munus Episcopale, non autem tantum à summo Pontifice, vt Catharinus affirmabat; inde inferens Episcopos solo Iure humano Pontificio ad residentiam obstringi; cum à solo Pontifice accipiant iurisdictionem, de qua vanissima illatione, alibi est dicendum. Nunc affirmo duntaxat, Turrrianum verè contendere, munus aliorum quoque Episcoporum quatenus sacro caractere constituitur, à solo Deo conferri, æquè ac gratiam collationi illius muneris coniunctam. Iurisdictionem tamen aliorum Præsulum, probatissima sententia ad solum Summum Pontificem immediatè refert; quamvis non idcirco teneantur residere solo Iure Pontificio, sed etiam iure diuino scripto, ac etiam naturali, & electionem humanam. At alia planè est Summi Pontificis Electio, qui non tantum gratiam, & Characterem Episcopalem à Deo immediatè accipit; (vt cæteri Episcopi) sed etiam iurisdictionem; Hanc autem alij habent limitatam, & derivatam immediatè à solo Papa. Vnde propterea solus à Deo electus dicitur.

*Pontifex Maximus*, Tertull. de pudic. cap. 1. Hoc vnum est è vocabulis, quæ Christiana religio sanctificauit, vsurpans ea ex vsu Ethnicorum. Erat enim apud Ethnicos Pontifex Maximus, cuius etiam supra Consules insignis omnino erat autoritas, vt videre est apud Tullium 2. de leg. & iusto opere apud Gutherium de Iure Pontificio Romanorum. Ipsos Imperatores etiam iam Christianos, vsque ad Gratianum, Pontifices Maximos Ethnicismi esse voluisse, ne quis abutens summa illa potestate, nouaret quippiam in imperio, dixi in Mantissa ad Indiculum SS. Lugdunensem, cum de Gratiano. In exercitio illius autoritatis, situm erat *Sacrum Pontificium*. Sic vocabant ius, & potestatem agendi statuendiue sacra. Nam *Pontificium*, vniuersè loquendo idem est, quod potestas faciendi, vt multis exemplis monstrant Iuræti ad lib. 7. Symmachi Epist. 27. Alciatus lib. 2. Patreg. cap. 62. Baton. ad Martyrolog. Rom. 9. Aprilis Ludou. Carrion lib. 1. emendat. cap. 9. Ludouicus à Cerda Aduers. sacro. cap. 127. num. 12. Lælius Bisciola tom. 1. subsec. libro 8. 8. cap. 10. & Corraf. lib. 1. Miscell. capite 10. num. 13. latè ibidem, & lib. 3. cap. 22. num. 8. differens de inde petita notatione vocis *Pontifex*, quam Varro lib. 4. de ling. lat. & Dyonis. Halicarnas. lib. 2. antiq. Rom. & posteriores multi, deriuant à sacro, vel refecto ponte sublicitio supra Tibetum ad sacrorum commodum. Alij melius cum Scæuola, quem Varro allegat, peti volunt ab eo, quod est *posse facere*, cum prius esset nomen Pontificis, quam esset pons sublicitus. Nam tempore Anci Martij factum voluit pontem sublicitum, cum iam sub Numa creatus esset, cum quatuor Pontificibus minoribus, Pontifex Maximus. Videndus citatum Varronis locum, excutiens Turnebus, & Onuphrius in 5. libro Factor. Ab eo ergo, quod est *posse facere*, deriuatum est nomen *Pontificis*; quod & Pontificis cuiusvis sit *facere*, id est *sacrificare*, iuxta vsum illius vocis, non modò apud Ethni-

cos, vt latissimè prosequitur Ignatius Braccius lib. de Ethymologia nominis, *Pontifex* cap. 3. 10. 11. & 12. Sed etiam in sacris literis, vt 3. Reg. 18. vbi Elias; ait, *Ego faciam bonum alterum*; & Christus *hoc facite*, id est *sacrificate*, vt tradunt Baton. in Martyrolog. Rom. 9. April. *litera L. Gauantus* in Rubricas Miss. 2. par. tit. 16. & Gaspar Scioppius lib. de cult. adorat. cap. 6. Dicitur item est Pontifex, ab autoritate, & potestate in spiritualibus, siue eo quod Pontificis sit *Pontificium*, (vt dicebam) & quidem Maximum, Pontificis Maximi, cuius erat ius, & facultas in spectantibus ad religionem amplissima. Itaque cum in iis, quæ ad Deum sunt, Episcopus Romanus inter Christianos plenissima potestatur autoritate, quippè qui ipseus Dei vice, regat Ecclesiam, merito dicitur *Pontifex Maximus*. Tametsi olim eo nomine insignitos fuisse quosuis Episcopos, liquet ex Claudiano Mamercio, qui lib. 2. cap. 10. Eucherium vocat, *Pontificum longè Maximum*, qui tamen non nisi Lugdunensis erat Episcopus. Vnus tamen postea tulit, vt nomen illud ad solum Romanum Antistitem restringeretur: sicut apud Ethnicos, solus supremus Pontifex Romanorum, quos enumerat Alex. Neapolit. 2. Genial. cap. 8. vocabatur *Pontifex Maximus*. Sic igitur dicitur de notione subiecta titulo Pontificis Maximi, qui tribuitur Episcopo Romano Christi Vicario. Tametsi non me latet, quam procul inde abierint alij, quos missos hactenus feci; obiter tamen in hac meta attingere non erit inutile.

Imprimis ergo dimisi somnium Göttopij Becanij lib. 9. Hermathenæ qui detiso & Varrone, & Scæuola quos retulimus, nomen *Pontifex*, ad suos Cimbros refert, idemque significare vult, ac fcederum purgatore, quod erat munus Regis sacrorum inter Romanos; à summo autem Religionis Christianæ Antistite idem præstari ait, quatenus fcedus istum inter Deum & homines, emundat ab omnibus maculis, quibus culpa nota conspurcatur. Hoc tamen quid sit, ægrè intelligitur, & difficilior persuadetur, nomen Pontificis ad tam longè petitam originem esse reuocandum.

Æquè dimittendum censui ingeniosum commentum Ignatij Braccij lib. de Ethymol. nominis Pontifex cap. 2. qui Pontificem dictum putat, eo quod sit *Spondifex*, siue *Pacifex*, vel *Fæderifex*. Nam *σπονδία* Græcis fcedera sunt, siue pacta: & *σπονδίοφορος* apud Plutarchum in Problematis, *fæderigeri*, siue *pacificatores*. Vocis autem Latina permissione cum Græca, *spondifices*; quam mixturam, & quasi communicationem Idiomatum, non esse improbandam longa excursionem demonstrat idem Braccius ex Quintiliano libr. 1. cap. 5. & aliis addensatque etiam multa huiusmodi nomina Ludouicus à Cerda Aduers. sacror. cap. 144. Hæc tamen omnia, quoad vocem *Pontificis*, nimis longè petita videntur: & accommodata ad nostros Pontifices, ægrè subsistunt. Talis quippè notatio, & notio vocis, functiones Pontificias plus iusto arctaret. Quasi enim totum munus nostrorum Pontificum sit, fcedera inter bellantes constituere, inde dicti per ambages tam multas staturerentur. Vix alio loco habeo, quæ præterea adducuntur de notatione eiusdem vocis *Pontifex*, à cura pontium, vel *quasi pontium*, (vt est apud Paulum



Onomasticum Pontificium.

Paulum Manutium lib. de leg. Rom.) qui subinde erigebantur ad Comitata; unde appellatio *Depontanorum*, hoc est eorum, qui iure suffragij excluderentur, vel liberi erant ad huiusmodi Pontes subeundos causa ferendi suffragij, iuxta Lipsium Cent. 5. Epist. 28. Alij pontem à quo dictus sit Pontifex, accipiunt, de simili ponte (verius mensa) in aede sacra constituto, ad accipienda sacramenta, id est depositas à litigatoris pecunias, quas lite adiudicata refunderent victores; eius pecunia, quia causa cecidisset fisco attributa. Zozimus lib. 4. histor. alium quæsitur pontem cui nomen *Pontificis* superstrueret, nempe pontem Penei fluminis in Thessalia, ubi primum Deorum simulachra proponi contigit, sed præfectura Sacerdotum, qui inde *Gephyrai*, id est *Pontani* sunt nuncupati, unde postea Romani primariorum suorum Sacerdotum nomen hauserunt, subtrus quem in scrobe profunda consecratur, (verius conspurcatur) summus inter Ethnicos Sacerdos, eo ritu quem describit Prudentius Hymno 10. Peristeph. & esse mimicè à Sathana expressum ex ritibus cap. 19. Exodi præscriptis, obseruauit Fortunatus Scacchus Mirothecio 2. cap. 87. Nullus horum pontium satis firmus, atque fundatus videtur, vt ei tunc ac securè superstruatur notio & notatio *Pontificis*. A ponte sublicio in quo perageretur antiquissima sacrificia dictum Pontificem dixit non nemo. Sunt qui à potentia dictum somniant Pontificem, eo quod sit famulus diuinæ potentiae. Qua ratione omnes homines & Angeli essent Pontifices. Similes nugæ congerit Camerar. decuria 1. problemat. Ethymol. in 2.

Quare hæreamus in constituta prius sententia, ex qua habetur, Romano Pontifici, quandoquidem est summus Pontifex, competere in Ecclesia Dei summum Pontificium, hoc est supremam de omnibus statuendi potestatem loco Christi, iuxta notionem *Pontificis* supra propositam. Ea tamen summa & vniuersalissima potestas, vt bene prosequitur Petrus Ioannes Oliui quodlib. 1. quæst. 18. non est sumenda in tanta amplitudine, quin restringenda sit quoad aliqua. Nihil enim Pontifici est concessum quoad honestationem, essentialiter ac per se malorum; & deonestationem eorum, quæ bona sunt per se & essentialiter. Non item potest Pontifex dogmata fidei conuellere, vel diuina mandata labefactare. Nullus eidem directus ordo iudicialis in eos qui foris sunt; Iudæos inquam vel Ethnicos competit. Omnes verò baptizatos regere quoad spiritualia, ac si delinquant in viam reducere, & à quibusuis animæ nexibus expedire, penes Pontificem est. Id enim ligandi, atque soluendi Pontificio, quod diuinitus obtinet, continetur; Vt rectè statuit Author prædictus, meritò in consequentibus refellens nonnullos, quos refert dixisse, ad Pontificium Vicarij Christi pertinere Dominium proprietatis in omnia. Ita vt quicquid dederit, acceperit, vel alienauerit, rectè datum, acceptum, ac alienatum, sit censendum. Quod tribus rationibus ab eis confirmatum testatur, quas tamen postea ad quinarium diffundit, & subtextat hepta de contrariarum rationum refellit. Ea verò opera nobis necessaria non est, cum tanta Pontificij

diffusio, sit planè voluntaria, nec ab ipsismet Pontificibus agnoscat.

*Pontifex Christianorum*. Eusebius in Chronico anno 44.

*Pontifex præter cuius sententiam non oportet concilia celebrari, iuxta Ecclesiasticam regulam*. Vita S. Athanasij cum de Iulio.

Contestati hoc sæpè sunt Romani Pontifices Iulius I. Epist. 1. Gelasius II. Epist. 1. Nicolaus I. Epist. 1. ad Michaelem Imperat. Damasus Epist. 3. Quinetiam Pelagius Papa cap. *Multis* dist. 17. asserit multis Apostolicis, Canonicisque & Ecclesiasticis regulis tradi, Concilia absque nutu Romani Pontificis celebrari legitime non posse. Marcellus Papa Epistola ad Episcopos Antiochena Prouinciæ, testatur Apostolos condidisse ea de re Canonem, de quo videndus Turrianus lib. 1. contra Magdeburg. cap. 21. Vsum Ecclesiæ perpetuum id confirmare, ostendunt Sanderus l. 2. de visib. Monarc. cap. 2. & 3. & lib. 4. de Clauæ David cap. 1. Bellarminus l. 1. de Conc. cap. 13. & Duallius Tract. de Pontif. par. 4. q. 2. Quamuis ad hunc modum possit accipi, quod de Ecclesiastica regula traditur in titulo proposito, ita vt *Regula*. idem ibi sit, quod vsus perantiquus ritè præscriptus, tamen videtur potius, eo nomine signari Canon Nicænus, ea de re editas, qui tametsi intercederit, memoratur tamen à plerisque veterum: vt à Iulio Papa Epist. 1. & 2. Damaso dicta Epist. 3. S. Leone Epistola 14. Gelasio Tomo de Vinculo Anathem. & Epistola ad Episcopos Dardaniæ, & disertissimè à S. Athanasio in Synodica ad Felicem Secundum verbis illis. [Scimus ab omnibus in Nicæna Synodo concorditer constitutum, non esse Concilia celebranda, nec Episcopos damnandos, absque Romani Pontificis sententia.]

*Pontifex Apostolica sedis*. Iuliana Anicia ad Hormisdam.

*Pontifex Summus*. Stephanus Carthaginensis cum Collegis Epistola ad Damasum, Hildebertus Epist. 68. & 69.

Nomen *Summi Pontificis* cuius Episcopo deferri posse sic tradit Petrus Rauennas Iurif. consultus in dictis suis notabilibus. [Semel reprehensus à quodam qui se tenebat sapientiam & doctum in iure, quod appellasset Episcopum, *Summum Pontificem*, ita inuasit me, & dixit: Et ego etiam, sum Iurista, habemus iura in quibus Episcopi appellantur *Summi Pontifices*. In c. si officia c. qui Ecclesiasticis 59. dist. c. si Episcopus 18. dist. Fuit necesse quod deueniremus ad libros. Volebat tamen pertinaciter suum errorem defendere, nec potuit.] Vt vt verò sit de iuribus. A plerisque olim, Episcopum quemcumque dictum esse *Summum Pontificem*, exempla docent. Sic enim Zozimus Papa scribens ad Hesychem Salonitanum, quem aliqui perperam vocant Hierosolymitanum, autorem Commentarij in Leuit. ait de Clerico gradatim promotio, iure eum inde sperare debere locum Summi Pontificis, id est Episcopatum. In Encyclica octauæ Synodi, S. Ignatius Constantinopolitanus appellatur *Summus Pontifex*. Concilium sextum Toletanum in præfatione. [Conuenientibus nobis, Hispaniarum, Galliarumque Pontificibus Summis, &c.] In Concilio item Agathensi cap. 35. Inuitari per Metropolitanum ad ordinationem

Onomasticum Pontificium.

nationem Summi Pontificis, est inuitari ad consecrationem Episcopi. Sidonij Epitaphium de eo Amed. Episcopo facto, ait, *Summi Pontificis sedens Cathedrali*. Ad quæ verba Sauaro, signat alia loca Raucennium factum Arclatensem Episcopum, pronuntium ad *Summum Pontificem* dicunt Episcopi con-provinciales in precibus ad S. Leonem. Petrus Cluniac. l. 6. Epist. 32. Hugonem Rhotomagensem, vocat *Summum Pontificem*. Plato Epitaphium Valentianis à Fortunato lib. 10. c. 20. appellatur *Summus Antistes*, vt etiam Ragnemodus Parisiensis ab eodem l. 9. c. 13. vocatur *Summus Pontifex*. Curia, in aede S. Lucie legitur Epitaphium Valentianis Episcopi Curienfis, in quo ipse Valentianus denominatur *Summus Pontifex*. S. Isidorus lib. 7. Orig. c. 12. de Episcopo hæc habet. [Pontifex, princeps Sacerdos, ipse & Pontifex maximus nuncupatur. Ipse enim efficit Sacerdotes atque Levitas; ipse omnes ordines Ecclesiasticos disponit.] In hoc sensu locutum esse Innocentium III. c. cum ad monasterium de statu Monachorum, cum dixit *abdicationem proprietatis adeò annexam esse regulæ Monachali*, vt contra ipsam nec summus Pontifex possit licentiam indulgere, existimauit Ferdinandus Mendoza l. 2. pro Concilio Illiriano cap. 30. Cum enim certum sit Pontificem Maximum simpliciter dictum sine Romanum multis Monachis indulsisse, vt possent aliquid tanquam proprium possidere, eo deductus est autor prædictus, vt in dicto textu vox *Summi Pontificis*, denotet solum Episcopum. Quamquam ea interpretatio non est legitima, vt bene proferunt Thomas à Iesu in c. non dicatis parte 2. c. 3. & Thomas Sanchez lib. 8. de Matr. d. 8. n. 12. ac Suarez tract. 7. de relig. l. 8. cap. 18. Sat itaque sunt alia loca ad firmandum eum vnus vsus adducta. Sic igitur olim nomen *Summi Pontificis* commune erat omnibus Episcopis.

Nunc voces illæ *Summus Pontifex*, æquæ ac illæ, *Pontifex Maximus*, restringuntur ad Romanum Episcopum. Cum autem etiam inferioribus Episcopis denominationem *Summi Pontificis* (alio licet sensu) tributam videamus; mirum est cur Ioannes Patriarcha Antiochen. Opusc. de Papæ & Concilij comparatione in Concilio Basilienfi eum titulum voluerit Pontifici Romano abrogatum, quem passim ei tribuunt omnes Catholici, eo tamen sensu quem optime his verbis expressit S. Bernard. l. 2. de consid. c. 7. agens cum Eugenio. [Noueris te, vt inter angustias quæ nõ desunt, fruatis conscientia bono. Magis autem, vt scias quid desit tibi. Nam cui non desit: Omnia illi desunt, qui nihil sibi desit putat. Quid si Summus Pontifex sis? Nunquid quia Summus Pontifex, ideo summus? Insuper notis esse, si summum putas. Quis summus? Cui addi non possit. Grauius erras, si te illum existimes. Absit. Non tu de illis es, qui dignitates, virtutes putant. Tibi ante experta virtus, quam dignitas fuit. Angustis relinquo illam sententiam, alii que qui diuinis coli honoribus non timuerunt; V. G. Nabuchodonozori, Alexandro, Antiocho, Herodi. Tu verò considera, non consummatione te summum dici, sed comparatione. Nec me putes comparationem dicere meritorum, sed ministeriorum. Sic te existimet homo, vt ministerium Christi, & quod absque præiudicio sanctitatis cuiuspiam

Theophili Raynaudi Pontificia.

dixerim, summum planè inter ministros.]

Vix verò relatu dignum est, impie Fratricellos, (genus hominum impurissimum & flagitiosissimum) in hunc titulum inuolasse; eumque conspurcasse, attribuendo illum alteri quam Episcopo Romano. Nimirum vt scribunt Blondus in Italia Illustrata describens urbem Fabrianum, Sabellicus, Bergomas, Prateolus V. *Fratricelli* & Genesius Sepulveda l. 3. de rebus Ægyptij Albornotis pag. mibi, 47. porcini homines in nocturnis suis virorum simul ac mulierum conuentibus specie orandi, post extinctas lucernas promiscuo cõcubitu irruentes quisque in quam maxime adamasset, & oculis prænotasset, infantem si ex eo congressu extitisset, ad cœtum popparum asportatum, flammis absumebant, & cineres vrna exceptos, vt sacros asseruabant, ad vsum initiandorum Sacerdotio, quibus ij cineres vino immiscebantur in potum. Quod si Pontificem eorum summum mori contigisset, vt omnis abesset inuidia, & res non humano sed diuino consilio agi videretur, hic erat in demortui locum successorum eligendi modus. Infantem illo flagitio conceptum, ad locum sceleribus destinatum, iussu matris haud inuicta asportabat; & ubi vulgo astante Sacerdotes confederant, tamdiu illum per comprimentes manus in orbem tradebant, donec infans necaretur, & in cuius manibus infans exhalasset animam, is habebatur *Summus Pontifex*. Non erat munus illud summum Pontificium, sed summum & horrendissimum maleficium.

*Pontifex Summus magna sedis Apostolicæ*. Synodus 2. Constantinopol. Actio. 4.

*Pontifex Summus totius Christiani nominis*. Lantfrancus lib. contra Berengar.

*Pontifex Pontificum Apostolicæ sedis*. Guilhermus Dux Aquitanie in suo Testamento.

Ad eummodum Pontificem compellat pius Dux, & sensus est. O tu qui in Apostolica sede es constitutus, & es Episcoporum Episcopus, muni hanc meam supremam voluntatem, & ratam esse lubereis verò violatores coërce.

*Portus fidei*. Chryostomus homil. de Petro & Elia.

Quid sit in hoc portu & fida statione quiescere, quid è contrario in fluctibus extra hunc portum agitari, aperit egregie pauca ille Vincentij Lyrinensis in Commonitorio de extorribus ab Ecclesia. [Heu miseranda conditio, quantis illi curarum æstibus, quantis turbinibus exagitantur? Nunc etenim qua ventus impulerit, incitato errore rapiuntur, nunc in semetipsos reuersi, tanquam contrarij fluctus reliduntur; nunc temeraria præsumptione, ea quæ incerta videntur, approbant; nunc irrationali metu, etiam quæ certa sunt, expauescunt: incerti quæ eant, quæ redeant, quid appetant, quid fugiant, quid teneant quid dimittant. Quæ quidem dubij & malè penduli cordis afflictio, diuinæ erga se miserationis, est medicina si sapiant. Idcirco enim extra tutissimum Catholicæ fidei portum, diuersis cogitationum quatuntur, verberantur, ac penè necantur procellis, vt excussa in altum elatae mentis vela deponant, quæ malè nouitarum ventis expanderant, seseque intra fidissimam stationem placidæ ac bonæ matris reducant ac teneant, atque amarus illos turbulentosque errorum fluctus primitus renouant, vt possint deinceps, viue & salientis aquæ fluenta potare.]

N

Portus

Onomastico  
Pontificium

Portus securum totius Ecclesie. Theodorus Studita Epistola ad Paschalem.

Portus inexpugnabilis. Chrysostomus hom. de Petro &amp; Elia.

Portus periclitantium. Ioan. VIII. Epist. 21.

Quod Romanus Pontifex dicatur portus fidei & totius Ecclesie, & quidem inexpugnabilis, idcirco factum est, quod qui seclata Pontificis assistentia omni vento doctrinae & flabris ac turbinibus variorum motuum de naufragio periclitantur; in definitionibus Romani Pontificis, velut in statione fida, placidi ac securi conquiescant. Gennadius cap. 5. pro Concilio Florent. sect. 16. optime id attingit, excutiens verba illa Theodori Studite ad Paschalem Papam.

Vos ab omni hereticorum procella longe posui, securus totius Ecclesie portus. [Intelligis (inquit Gennadius) quo pacto securum portum appellat, totius Ecclesie, Romanum Pontificem? Ad quem ut nauigia ab undis in medio maris agitata, in portum perfugiant, ne foris relicta, a fluctibus atque aestu mergantur. Sic & omnes Ecclesie ab hereticis tanquam a fluctibus vexatae, ad Romanum Pontificem veluti ad portum salutis confugiunt, ubi tranquillitatem, & quietem omnem nanciscantur. Nam eo loci, fidei claves Christus apud Petrum Apostolum deposuit, ut Ecclesiam totam pasceret atque gubernaret: nec apud illum tantum, sed etiam apud eius successores, ipsi dicens, & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos: quae quidem non solum Petro contigerunt, sed & eius successoribus.]

Portus tutissimus Catholicae communionis. Sanctus Hieronymus Epist. 16.

SS. Athanasium & Petrum, Alexandrinos Antistites, Romam ad Pontificem confugisse, tanquam ad suam, id est Catholicae communionis portum tutissimum, dixit S. Hieronymus. Id quod aequè ab aliis bene multis factum monstrat Pappilius ad Epist. 68. S. Cypriani num. 17. Et fuit illis omnibus, Romana Ecclesia, eiusque Pontifex, portus tutissimus, & expers turbium. Non habuit S. Chrysostomus, quo aptiore modo efferret quale in Summo Pontifice Innocentio I. expertus esset praesidium, quam dicendo, fuisse sibi portum absque fluctibus. Extrema enim Epistolae, ex distantissimi exilij oris Romam ad eum datae, sic habent. [Terrium nunc annum in exilio versamur, expositi pesti, fami, bello, continuis obsidionibus, solitudinis indicibili, quotidianae morti & Isauricis gladiis: Et non mediocriter nos consolantur, solida vestra fides & Caritas, quae se in me tam tenui & simplice oblectant. Hic noster murus, haec securitas, hic Portus absque fluctibus, hic multorum bonorum thesaurus, haec latitiae, misericordiaeque voluptatis causa est, & si in desolatiorem quam iste est, locum iterum abigemur, non paruum hinc habentes nostrarum afflictionum consolationem, abibimus.] Aldricus Cenomanensis Gregorium I. V. Rothaldus Sueffionensis Nicolaum I. tanquam portum tutissimum expetierunt. Neque id sibi nomen deberi negat Nicolaus Epist. 28. agens pro Rothaldo praedicto, cum Hincemaro, sed queritur non satis delatum profugis. Petrus Cluniacensis lib. 6. Epist. 28. tametsi non adhibet corticem vocis portus, rem tamen ipsam non reticet, agens de Clerico mi-

serè imò reterrimè à Briuatenibus oppresso. [Ad illud (inquit) vnum praecipuum, & singulare oppressorum praesidium confugit: illud vnum & vltimum miserorum asylum, Apostolicum dico auxilium, elegit; Tabernaculum scilicet, quod est in umbraculo diei ab aestu, & in securitatem, & in absconsonem à turbine & à pluuia.] Securitas & absconso à turbine, quid aliud est quam portus? Ioannes VIII. [Sedet in tristitia Domina gentium, Regina Urbium, mater Ecclesiarum, consolatio tristium, portus periclitantium.] Sed discretissime Petrus Damiani lib. 2. Epist. 1. post descripta tempora periculosa, de quibus Apostolus 2. Timoth. 3. subdit. [Inter ergo haec tam profunda periclitantis mundi naufragosa discrimina, inter tot immanè patentes perditionis humanae voragines, vnicus & singularis portus, Romana patet Ecclesia, & ut ita fatear, pauperuli piscatoris est parata sagena; quae omnes, ad se sincerè confugientes, de procellarum intumescens fluctibus eripit, & in litore salutiferae quietis exponit.]

Securitatem à turbine, quam viri proximè recensiti experti sunt in Romano portu, ibidem quoque experiri contigit variis matronis, etiam Reginis aut Imperatricibus, quae maritorum infidelitate per subintroducendas pellices grauatae, alios vindices, de honestati sacri coniugij & maculati thori non intuerunt, quam Romanos Pontifices: à quibus spurcae pellices abactae, vt Valdrada, Theuberga, Bertranda, Berta; Mitto antiqua. Superiore saeculo, Catharina Aragonia, contra Henrici Octauo mariti incestas nuptias, se superstitè initas, aequè interpellauit Romani Pontificis auxilium. In summa, omnes vbiuis Catholici, iactati fluctibus iniustarum persecutionum, placidè conquiescunt in portu Romano. Quomodo autem, qui illuc auxilij & leuaminis gratia confugiebant, exciperentur, docemur ex historia exilij Sancti Martini Papae, quam Anastasius suis collectaneis inseruit. Ibi enim cum narratus esset aduentus Pyrrhi Constantinopolitani Romam, ad Theodorum Papam; quaesissetque Demosthenes cum Sancto Martino colloquens, vndenam Pyrrhus Romam appulsus sumpsisset necessaria ad vsum corporis, respondit ei Sanctus Martinus. [Manifestè de Patriarchio Romano.] Subintulit concertator Demosthenes. [Qualis panis dabatur ei? Respondit honorabilis vir, (vltimo S. Martinus) Vos Domini mei, nescitis Ecclesiam Romanam? Dico enim vobis, quia quisquis venit illuc miserabilis homo hospitari, omnia ad vsum praebentur ei, & nullum immunem suis donis Sanctus Petrus repellit ventientium illuc: sed panis mundissimus, & vina diuersa dantur, non solum ei, sed & hominibus eius pertinentia. Si ergo in miserabilibus hominibus haec sunt, qui venit etiam honorabilis, sicut Episcopus, qualem sumptum habet suscipere? Hoc est esse portum viatoribus, vt de domo Iobi dixit S. Chrysostomus Epistola 7. quae est ad Olympiam. Cum enim bene alicubi excipiuntur, ibi placidè & tranquillè quiescunt, quod est in portu degere. Eodemque modo idem Sanctus Chrysostomus ferm. 5. additio in Genesim opitulantium, ait esse pauperum potus. Et Symmachus Episto-

la

la ad Patruinum (est 109. lib. 7.) [Est in te portus omnium quos fortuita sollicitant.] Leo Imperator oratione de S. Chrysostomo accepit in eundem sensum vocem portus, cum inscripsit eam orationem, De magno Pontifice & communi portu orbis terrae Ioanne Chrysostomo.

Citra Metaphoram, quod hoc titulo continetur, expressit Fulbertus Epist. 22. scribens ad Ioannem Romanum Pontificem, his praeter caetera eum alloquens. [Omnipotens Deus, tuam Patrum humilitatem respexit, & summo, vt decebat, dignitatis apice sublimauit. Proinde totus mundus ad te conuertit oculos, teque vnum omnes beatissimum praedicant. Contemplantur altitudinem tuam Sancti viri, & gaudent quod eis similitudine omnium virtutum alludis. Respiciunt persecutores Ecclesiae, distractionis tuae baculum formidantes. Suspiciunt ij, qui flagellantur ab impiis & respirant; sperantes adhuc sibi restare consolationis remedium. De quorum numero sum ego, magna & praclarè Ecclesiae pusillus Episcopus, qui tibi Pater, de angustiis meis querimoniam scribens, auxilium tuae pietatis implo-ro.]

Praeceptor Christianae fidei. Rupertus Epist. ad Rom. Pontif. praefixa libris de glorificat. Trinit.

Quod sit munus Praeceptoris in choro, vel ipse vocis cortex praefert. Molanus lib. 2. de Canon. cap. 11. in iure Canonico, frequenter nomine Praeceptoris notat designari eum qui alibi Cantor vocatur, vel Magister cantus sacri, qualem Beda lib. 2. histor. cap. vltimo Eboraci fuisse ait Iacobum Diaconum, virum sanctum, & magni in praeda satanae eripienda sollicitudinis. Praeceptor ergo dicitur qui hymnodiam sacram dirigit, & publico cultui numinis rectè ac conuenienter ex dicendo nauat operam. Itaque Romanus Pontifex cuius est praere verba in negotio fidei, & moderari eam harmoniam quae ex ritè composito fidei negotio suauissima apud Deum exiit, meritò appellatur Praeceptor Christianae fidei: cui qui non inhaerent, non secus ingratae edunt cantilenam quam illi inculci cantores apud Ioannem Diaconum lib. 2. vitæ S. Gregorij cap. 7. qui naturali quodam fragore quasi plaustra per gradus confusè sonantia, rigidas voces audiant, ex asperandis potiùs quam mulcendis audientibus accommodatas.

Praecipuus, generalis Ecclesiae. Sanctus Auitus Epistola 31.

Praeo superrenu Ecclesiae. Cyvillus Hierosol. Catech. 11.

Vocem praconis, pertinere ad liberam veritatum Christianarum euulgationem, nemini ea in parte parcendo, annotat Glossa ad c. Agapitius de Consecrat. dist. 11. vbi ex antiquo scripto de vita & morte Agapiti Papae, nomen ei indicitur praconis iustitia. Adducit Glossa in eam sententiam, cap. Sit Reitor dist. 43. vbi ex S. Gregorio part. 2. Pastor. cap. 4. multa adducuntur, ad sanctam libertatem Antistitis tanquam praconis Evangelicis confirmandam.

Neque tamen repudio illam aliam per se obuiam vocum illarum notionem; quod scilicet Romanus Pontifex dicatur praeco supremæ Ecclesiae, quia eius est praconem Verbi Dei agere, annunciano Veritates Evangelicas in omnem terram, & quantumuis abiunctas oras. Id quod Alexander III. egregiè professus est scribens ad

Theophilis Raynandi Pontificis.

Vpfallensem Episcopum & Suecos ac Gothos Antistites ei subiectos. [Constituti (inquit) à Domino, licet insufficientibus meritis supergentes & regna, ex iniuncta nobis administrationis officio debitoque compellimur; aciem nostrae considerationis ad vniuersum commissi gregis corpus extendere, atque omnium fidelium corda Institutionis Apostolicae ac doctrinae salutaris imbre perfundere. Vt sicut in omnem terram exiit sonus Apostolorum, & in fines orbis terrae verba eorum; ita quoque nos; qui eorum cathedrae praesidemus, qui eis non in vitæ merito, non in operum sanctitate, sed in pastoralis cura & dignitate successimus, verbum salutis, Euangelium Christianae atque Catholicae veritatis, annuntiemus, his qui longè & his qui propè; nomen Apostolicum non inane neque nudum, & in sola voce gerentes, sed in executione officij & veritate operis; in quantum nobis Deus dederit, adimplentes.] Hoc Pontificis praconium, continetur annunciatione veritatum Evangelicarum.

Verum potest Pontifex Romanus statui supremus Ecclesiae praeco, non modò proponendo, quae sunt ex fide credenda; (qui est maxime proprius & peculiaris praconij Evangelici modus, pertinens ad Pontificem;) sed etiam, cum res fert, Verbum Dei pro concione tractando; Nam id etiam est esse Euangelicum praconem. Si enim sic agere pracones in Ecclesia, maxime proprium est Episcoporum, vt tradit Concilium Tridentin. sess. 5. c. 4. & sess. 24. c. 4. lateque confirmat Michaël Medina l. 3. paræp. c. 15. & Bartholomæus de Martyr. 2. part. Stimuli Pastor. cap. 7. quantò magis non abhorrebit à supremo Ecclesiae Pastore, agere quoque ad eum modum, praconem Ecclesiae? Bene & pulchrè id profequitur Innocentius III Epistola ad Arnulphum Abbatem, qua ei inscribit suorum Sermonum collectionem. Sanctus item Bernardus 4. de Consider. cap. 3. Eugenium Papam vrget ad praedicationem Verbi Dei, vt rem minimè nouam, etiam longè post, SS. Leonis & Gregorij tempora. Quae attigisse placuit, ad reuincendum Nicephori & Graeci, & Haeretici in Romanam Ecclesiam mendacium lib. 12. histor. cap. 34. quo Romanos Episcopos praedicationi operam dedisse negauit. Sed vt cumulatiùs esset mendacium, addidit, ne vllum quidem alium Romae solitum praedicare Verbum Dei. At facillè esset, molibus concionum sacrarum ad Nicephori vsque tempora Romae habitatum, quarum pleraeque etiamnum supersunt, illum non grauare modò, sed & opprimere. Consonant huic sensui, proximè sequentes tituli.

Praedicator orthodoxus veritatis. Exilium Sancti Martini Papae.

Praedicator primus Ecclesiae. S. Gregorius l. 13. moralium cap. 8.

S. Petrum primum omnium praedicasse Euangelium post Christi in caelum subuectione, tradit disertè S. Asterius homil. de SS. Petro & Paulo. [Docendi (inquit) partes Euangelij suscepit; atq; sociis omnibus prior, pro Episcopi ac Praepositi munere, os aperiens audentis animi fortitudinem contra populos aduersus pietatem furentes ostendit.] Addit multa de insigni dicendi facultate in Petro & fecunditate suadae eius. Qua in parte, successores S. Petri, etiam si non possunt lingu-

N 2

Ornamentis Pontificiis.

late hoc eius decus exprinere, quia prima absolute Evangelij referatio, tranfacta est, nec iterari potest; habent tamen quoad plerasque gentes ad quas necdum pervenit Evangelium, aut in quibus obsecutus est eius fulgor, quomodo emulentur primum Christi Vicarium prouidendo praeter ac supra omnes alios Antistites, vt Christus vbique annuncietur.

Praefectus toti orbi terrarum, clauiger colorum, cuius arbitrio & potestate cuncta Lenu permittit. Chrysoft. homil. de S. Ignatio.

Praefectus religioni, Ecclesiis ceterisque rebus ad Christum pertinentibus. Canon Nicenus, inter octoginta versos ex Arabico.

Praefectus orbis. Theophilactus in capite 22. Lucae.

Praefectus vniuersis fidelibus. Theophilactus Ioannis vlti.

Praefectus supereminens omnium Praefectorum. Ioannes Becius Patriarcha Constantinopol. ad Nicolaum III.

Propositus vniuerso orbi terrarum, non vt Hieremias vni genti. Chrysoftomus in Matth. homil. 11. & hom. 55.

Praefes Ecclesiae totius orbis terrarum. Chrysoftom. homil. 80. ad pop. Petrus Damiani Opusc. 46. cap. 5.

Praefes Ecclesiae diuina prouidentia praordinatus. Damascenus Orat. de Transfig.

Praefes primus Ecclesiae Christi. Gennad. pro Concil. Florent. c. 5. sect. 17.

Praefes Cathedrae Oecumenicae. Synodus Romana sub Nicolao Primo; contra Photium Colloquio 1.

Praefidens Ecclesiae totius orbis terrarum. S. August. l. 1. contra Iulian. c. 2.

Praefidens Ecclesiae sub illius nomine, cuius a Domino Iesu Christo est glorificata confessio, & cuius fides omnes haereses destruit. Sanctus Leo Epistola 32. quae est ad Martianum & Faustum praesbyteros.

Praeful Apostolicus in summitatis arce constitutus; cui Deus omnium Ecclesiarum curam habere praecipit. S. Athanasius cum Collegis Epistola ad Felicem Papam.

Idem olim praeful, qui praefes; atque Praefectus alicui Prouinciae, vt est apud Lazium lib. 2. Reipub. Rom. cap. 2. ex Cassiodoro lib. 3. Epist. 46. Qui etiam Praefectum Vrbis vocat Vrbis Praefulem lib. 1. Epist. 32. & lib. 2. Epist. 34. Rutilius in Itiner. laudans Proradium, Romae Praefectum aut Iudicem, ait.

Testis Roma sui Praefulis esse potest. Solebat Cassiodorus agens de Iudicibus eos vocare Praefules: vt videre est lib. 6. var. form. vlt. & l. 7. form. 28. Notauit ista Iuretus ad 4. Symmachi Epistola 23. suntque aha apud externos exempla. Aurelianus item Episcopus Epist. ad Theudebertum Regem, inculcans Regi memoriam diuini iudicij, vocat eum Praefulem sacratissimum. Qui igitur vniuersae Ecclesiae praefectus, aequè ac olim primus Apostolorum, iure dicitur esse Praeful Apostolicus. Sunt tamen, qui vocem Praefulis, ex primaua sua notione, sacram apud Ethnicos esse velint, sed vsu Ecclesiastico sanctificatam. Erat enim Romae Collegium duodecim Saliorum, qui vt Varro Plutarchus & alij referunt, a saliendo, siue saltando sunt dicti. Nam gestantes ancilia ex Nume institutis, saltabant,

siue saltabant Veturium Mamurium, seu verius Veterem memoriam inclamantes, ambruantem Praefule, & redunduantibus caeteris, vt habet ex Lucilio Festus. Horum ergo Sacerdotum primus, quia praeter alios & ante alios saliebat, Praeful dicitur esse, indeque ad Christianos manasse voluit, vt caput Sacerdotum, Praeful, diceretur, & qui in Sede Apostolica locatus est, vocaretur Praeful Apostolicus.

Praeful summus a nemine indicandus, quia non est discipulus super Magistr. Concil. Roman. sub Siluestro.

Praeful Sedis Apostolicae, gubernacula traclans omnium penes Ecclesiarum. Ennodius in praepito de Cellulianis Declam. 7.

Cur penes omnium, & non simpliciter omnium? cum sit Praefes vniuersalis Ecclesiae, vt tamen immediatorum Antistitum, cuiusque particularis Ecclesiae gubernacula tractantium, sollicitudinem non excludat. Sic enim Pelagius Papa, & S. Gregorius profanitatem Ioannis Ieiunatoris repellentes, negarunt se esse Episcopos Oecumenicos, aut vniuersales, quasi nullus praeter ipsos esset Episcopus, nec essent Pontifices Summi, sed soli. Ita ergo omnibus particularibus Ecclesiis, inuigilat Romanus Praeful, vt cum omnia in illis rectè geri animaduertit, nec ab aliquo circa earum negotia interpellatur, (quod tamen frequentissime & ex omnibus propè Ecclesiis contingit) sinat Rectores earum immediatos, obire partes suas, & suae quemque Ecclesiae gubernacula tractare. Quia tamen frequentè vndequeque pulsatur petitionibus, & penes ex omnibus Ecclesiis exquiruntur Romanae coetyne oracula, cogitur ferè perpetuò Romanus Pontifex, omnium penes Ecclesiarum negotia aliqua attingere; Et hoc est, quod ait Ennodius, eum omnium penes Ecclesiarum gubernacula tractare.

Primpilus Christianae militiae & signifer Imperatoris aeterni. Petrus Dam. sect. 37. Exornans S. Stephanum Papam & Martyrem Petrus Dam. sect. 37. sic de eo habet, postquam proposuit edita Tyranica in profitentis Christi fidem. [Tunc B. Stephanus vtpote primpilus Christianae militiae & signifer Imperatoris aeterni, congregauit cuneos bellatorum, & telis aggressus est armare virtutum.] Impedit autor Vmbrae Virginiae Excursu 11. num. 159. eum censuit haec dicta esse de S. Stephano lapidato à Iudaeis. Petrus enim disertè agit de S. Stephano non leuita sed Pontifice; quia Pontifex quae talis, est archistrategus Christianae militiae, vt supra dictum est V. Magister militiae, & V. Dux primorum. Totà textura discursus apud Petrum Damiani, hoc clamat. Sanè S. Stephanus Protomartyr, non adunauit bellatores Christianos, nec eos esse adhortatus ad perstandum contra furorem Tyranici, sed id fecit S. Stephanus Papa, quem eo sermone exornat Petrus Damiani. Manifestum igitur est, titulum propositum deferri à Petro, non Sancto Stephano Protomartyri, sed Sancto Stephano Pontifici pro vt Pontifici, atque ad id is titulus in omnes aequè Pontifices cadit.

Primas Primatum. Gregorius IX. Epistola ad Gennadium Patriarcham Constantinopolitani de Primatu Romanae Ecclesiae.

Locus est perillustis. Sic igitur ibi Gennadium

Ornamentis Pontificiis.

alium affatur Gregorius, postquam praemisit Christum esse fundamentum primarium, Apostolos verò & Prophetas secundarium. [Inter quos primus & praecipuus B. Petrus, non sine causa; sed ex prerogatiua speciali à Domino audire meruit; Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur caput, vt sicut in capite sensum plenitudo consistit, à quo ad singula membra occultis meatibus pars aliqua tanquam à fonte riuulus derivatur: Sic tres fidelium Ordines in Ecclesia; Noè, Daniel, & Iob, Praelati videlicet, continentur, & coniugati, quos Ezechiel vidisse legitur in visione saluandos; à Petro petra, super quam non domum salus Libani, non porticum columnarum, nec domum filiae Pharaonis, sed Ecclesiam suam edificauit Dominus fidelibus, velut de omni genere piscium in eius rete conclusis; Tanquam à PRIMATE PRIMATVM, qui de fonte Domini pectore, fluente potauit, & suae salutis debent postulare remedia, & cum omni patientia & doctrina, non contentiosè vel superbe in aliquo resistentes, à mentis suae tenebris, dubitatis scrupulis remouere.] Quod Cepham à Graeca κεφαλή deducere videtur, non est hic nobis necessarium. Discissum verò abunde est in Heteroclitis Spirit. 2. sect. 4. p. 2. quod est de Nominum mutatione.

Primas omnium Episcoporum. S. Leo Serm. 2. de sua Assumpt.

Neque hic Pontificis titulus, neque sequentes ascripulantur recens euse distinctioni titularum Episcopatum Romani Antistitis: Aiunt enim aliqui, in vno Papa quinque distingui Episcopales titulos primum Episcopi Romani, secundum Archiepiscopi Romanae Prouinciae; tertium primatis Italiae; quartum Patriarchae occidentis, quintum & supremum, summi Catholicae Ecclesiae Antistitis. De ceteris his Episcopalibus Romani Pontificis titulis, nihil dico. Tertium tamen non admitto, neque video ab antiquis admissum. Quotquot enim primatum aliquem tribuunt Pontifici, spectant ad primatum totius Ecclesiae, nemo primatus Italiae tributi Romano Pontifici meminit. Quod verò eius ei primatus responderet? Nam primates, certa iura in Prouincias Metropoles sibi subordinatas sortiuntur; quorum nullum exerceri à Pontifice, vt Italiae primate, videmus. Praeterea primus, idem est quod Patriarcha. Quis autem vnquam appellauit Romanum Pontificem, peculiariter Patriarcham Italiae? Ago de synecris Catholicis. Nam quid nutiat vnus aut alter de Synagoga libertinorum, nihil attrinet vel referre, vel referre. Itaque dicamus absolute eum omnibus antiquis, Pontificem Romanum esse primatem omnium Episcoporum, vel tenere primatum vniuersalis Ecclesiae, vt loquitur Ferrandus Epistola ad Pelagium & Anatum, Diaconos Romanae Ecclesiae.

Primas dioeceseos. Concilio Chalcedonensi. cap. 9.

De Romano Pontifice eum locum esse necessarium intelligendum, probauit Nicol. I. Epistola ad Michaellem. Eum quippe esse primatem Dioeceseos, id est Dioeceseos prae in Scripturis frequentè; docet Nicolaus, vt iam dictum est in titulo Exarchi Dioeceseos. Et ex ibi dictis liquet, perperam Hincmarum Opusc. 55. capitulum. c. 23. aliter eum Canone Chalcedonensi inuen-

hentem appellationes ad Primatem Dioeceseos, non esse receptum à Romana Ecclesia. Item Iudidem liquet, cum Canonem Chalcedonensem longè aliud ferre quam quod Iustinianus Imperator, Nouella Constit. 123. cap. 22. edidit, approbat. à S. Gregorio L. X. I. registri Epist. 54. quod non satis dispexit Iustellus ad Canonem 19. Ecclesiae Africanae; confundens decretum illud Iustiniani, cum decreto Chalcedonensi; hoc est. existimans idem re ipsa decerni vtrobique. Qua ratione primas Dioeceseos, in Canone Chalcedonensi, non esset Romanus Pontifex, de quo non agit decretum Iustinianum, sed de Patriarcha. Atque ita colliderentur SS. Gregorius & Nicolaus. Primas ergo dioeceseos, dicitur esse Romanus Pontifex: & quamuis dioeceseos interdum sumatur pro vnici Episcopi territorio, vt apud Sidonium lib. 7. Epist. 6. & in Col. lat. Carthag. cap. 65. & 117. ac 125. Nonnunquam verò sumatur pro parocchia, vt Sirmondus ad Sidonium admonuit; Plerumque pro prouincia, vt apud Hincmarum Epist. 5. Alias etiam pro multis prouinciis, quod multis exemplis illustrat Iustellus ad Canon. 56. Africanum, & ad Canon. 165. Ecclesiae vniuersae: Tamen iuxta Glossam Nicolai Papae, Dioeceseos pro Dioeceseos, dictum censentis, perinde est quaecumque statuatur, eius vocis notio; quia pluralis numerus, Dioeceseos, omnia aequè loca comprehendit.

Autoritas Nicolai circa verum sensum Canonis Chalcedonensis, non potest haberi terminis; cum constet, sicut est Pontificis de vero sensu Scripturae & traditionum statuere, ita & de omni propositione continente doctrinam fidei, cuiusmodi sunt Canones Conciliares dogmatici. Quia tamen Canon de quo agitur, non est perpicue dogmaticus, potest que ad solam dispositionem Oeconomiae Ecclesiasticae referri, propterea non desunt Catholici qui alium sensum canonis Chalcedonensi subternant. Id vt perspicatur, Canon ipse adducendus est. Sic ergo habet. [Si aduersus eiusdem prouinciae Metropolitanum, Episcopus vel Clericus habet querelam, petat primatem Dioeceseos, aut sedem Regiae vrbis Constantinopolitanae & apud ipsam iudicetur.] Idem repetitur can. 17. & vtrobique qui Latine dicitur primas Dioeceseos Graecè dicitur Exarchus Dioeceseos. Dioeceseos hoc loco sumi volumus pro tractu diuersarum prouinciarum coalescentium in vnum corpus. Cuiusmodi iuxta seculi formam, erant quinque in Imperio Orientali, nimirum Dioeceseos Aegyptiaca, Orientalis specialiter dicta, Aiana, Pontica, & Thracica. In Occidentali Imperio erant Dioeceseos septem; Vrbicaria, Italica, Gallicana, Hispanica, Britannica, Africa, & Illyricana. Porro quod attinet ad Ecclesiasticam administrationem, in Occidente, nulla Dioeceseos praeter Africanam, habebat Antistitem Metropolitanis praepositum diuersum à Romano Pontifice. Secus verò res habebat in Ecclesia Imperij Orientalis: Vnamquamque enim dioeceseos Exarchus moderabatur, hoc est Episcopus cui tota dioecesis suberat, puta Aegyptiaca Alexandrino, Orientalis Antiocheno, Aiana Ephesino, Pontica Casarcensi, Thracica primatum Heracleensi tum Constantinopolitano Antistiti. Canones ergo Chalcedonenses supra adducti, statuunt, vt si quis habeat querelam aduersus

Onomasticō Pontificiū.

aduersus Metropolitanum, actionem intendat apud illius Diocēses Exarchum cui subest ille Metropolitanus, optione tamen data Actori, vt si malit agat coram Regiæ vrbis Antislite dimisso Diocēseos Exarcho, iure collato Constantinopolitanis Episcopis per Concilium Constantinopolitanum can. 11. quod nullomodo extendebatur ad Diocēses Occidentales in quibus Antistes Constantinopolitanus nulla vnquam poritus est autoritate: quamuis Exarchus Diocēseon Occidentalium, non in Diocēses tantum Occidentales, sed etiam in Orientales summum ius haberet, tanquam vniuersalis Christi Vicarius. Iuxta hanc ergo interpretationem Canonum Chalcedonensium, Romanus Pontifex non dicitur Exarchus Diocēseon, siue Exarchus Exarchorum cuiuslibet Diocēsi præfectorum, quæ erat mens Nicolai primi; Sed Exarchus Diocēsis dicitur Episcopus præpositus vni toti Diocēsi ad quæ prouocare licuit si quis aduersus aliquem illius Diocēsis Metropolitanum querelam deponeret. Fusè & pereruditè hanc Canonum Chalcedonensium, & memorati in eis Exarchi Diocēseos interpretationem persequitur Petrus de Marca singularis doctrinæ, & ingenij Antistes, dissertatione de primatu Lugdunensi à num. 10. in quem post ista pridem Romæ edita incidi. Nec dubium, quin nisi authoritas Nicolai præualuerat. Hæc interpretatio sit admodum verisimilis. Ad Nicolaum autem dici posset, quod ipse ibi intendit (nempe ius appellationum ad Sedem Apostolicam) esse certissimū, probationem tamen quam adhibet ex Canone Chalcedonensi non esse ineluctabilem. Nam neque omnes probationes quas scriptura ipsa interdum adhibet sunt demonstretiuæ consulto solo naturali lumine, vt notauit Basil. Poncius quæst. 3. Epist. & Hieron Farau. libr. 3. de Trin. capite 1. parte 3. ad 4.

*Primus omnium, & Præfatus orbis.* Theophilactus in cap. 22. Lucæ.

Agnouit apertè hunc titulum Romani Pontificis Concilium Nicænum, cano. 6. Sic enim allegatur à Paschasino Legato Sedis Apostolicæ in Concilio Chalcedonensi Actio 16. [ Trecentorum decem, & octo sanctorū Patrum Canon. 6. Quod Ecclesia Romana semper habuit primatum ἡ Ἐκκλησία Ῥώμη πάντοτε ἔχει τὰ πρωτεία. Teneat autem, & Ægyptus vt Episcopus Alexandriae &c. ] Statim autem ex Codice per Ætium Archidiaconum Constantinopolitanum porrecto, Constantinus Secretarius eundem Canonem legit, reciso illo principio, primatum Romanæ Sedis agnoscente: vt extra dubium sit, scalprum Græcicum iam tunc admotum fuisse truncandis sacris Canonibus. Certè nemo Græcorum qui aderant ingenti planè multitudine, Paschasinum Legatum, mendacij, vel falsi Canonis Nicæni arguit, vt proinde de comperita Veritate illius particulæ, qua Romani Pontificis primatus statuitur, non videatur dubitandum. Videtis Baronium anno 325. à num. 123: Itaque habet Rom. Pontifex iuxta Canonem Nicænum, πάντοτε τὰ πρωτεία: & semper habuit, vt ibidem dicitur. Hæc πρωτεία Latinus Interpretes Concilij Chalcedonensis, vertit *primatus*, nec incommode vt notauit Couarr. 4. var. cap. 14. num. 11. Si enim primas vel secun-

das, (supple partes,) obtinere quis dicitur; Ita & primatum obtinere dici potest, vt Plinius lib. 13. capite 12. & Varro. 2. de re rust. cap. 7. loquuntur signantes primi loci prærogatiuam. Apud alios Græcos, primatus notatur Græca voce *πρωτεία*, numero multitudinis: Quæ vox in Canone. 6. Nicæno vulgato, cum igitur de Ecclesia Antiochena, Latine exprimitur per, *privilegia*: Quod intelligendum est de privilegijs, ad prælationem subalternam siue ad primatum Romano vniuersalissimo subordinatum pertinentibus. In Concilio Constantinopolitano cap. 3. vocantur *πρωτεία τῆς τιμῆς*, prælationes siue prærogatiuæ aut primatus honoris dignitates. Sic enim Plutarchus lib. an seni sit gerenda Respublica, interpretatur *πρωτεία* (quod ab alijs ait *πρωτεία* vocari,) prærogatiuam honoris atque primatum.

Hinc vides, quo sensu, primatus omnium tribuatur Romano Pontifici, verè primati primatum, longè eminentiùs, quàm sit Archiepiscopus Viennensis qui eum titulum præfert. Non enim est primatus qualiscunque, cuiusmodi est qui competit nonnullis Metropolitanis super aliquas Prouincias; V. G. Archiepiscopo Lugdunensi super quatuor Prouincias ex cõfirmatione. Greg. VI. S. Gebuino, & Urbani II. Hugoni Lugdunensi, itemque Archiepiscopo Viennensi super alias septem Prouincias, ex concessione Callisti II. sed est *Apex primatus à solis ortu usque ad occasum*, vt dixit Pelagius I. Epistola ad Sapanidum. Videtis etiam ex dictis, privilegium, vel priuilegia Romani Pontificis à sancto Gregorio vel Nicolao aliisque celebrata, recidere in primatum Romano Pontifici iure diuino delatum: Franciscus Turrianus lib. 3. contra Magdeb. cap. 3. putat, eodem sensu Apostolorum 2. Corint. 5. vltim Verbo *πρωτεία*, cum dixit, *pro Christo legatione fungimur* Græcè *πρωτεία* vobis, vnde sicut *διδασκαλία* doctrinam *διδου* & *διδου* verò Scholam vbi docetur significat, ita cum eo quod est *πρωτεία* *functi* prælatione, neci putat Turrianus *πρωτεία* seu diocēsim; in qua prælatio, vel vt Apostolus ex Interprete dixit legatio obeunda est; per inferiores quidem Patriarchas cuiuslibet in ordine, & terminis suis; Romano autem Pontifici, vbilibet acillimitatè. Non videtur tamen hæc verbi illius notio, quadrare loco proposito Apostoli, qui verbo *πρωτεία*, se Oratorem nomine Dei postulantem atque adeo legatum significare voluit, vt antecedentia, & consequentia demonstrant. Faciliùs huc flesteretur notio illa τὰ πρωτεία apud Demosthenem Orat. In Boëtium qua regnum accipere *κατὰ πρωτεία*, idè est quod *iure primogenitiuæ*. Præcipuum quippè decus, siue prærogatiua ac prælatio, & primatus, defertur primogenito, quem locum inter omnes fideles obtinet Rom. Pont. Videtis V. *Onis primogenitiuæ*.

*Primitiuum Ecclesia in qua populus acquisitiuus conuenit.* Iuo Carnot. serm. de Cathedra sancti Petri.

Ipsò S. Petro Interprete, *populus acquisitiuus*, est vniuersus cõtus fidelium. Huius cõtus, Romanus Pontifex dicitur *primicius*, eo traducta notione vocis qua olim designabatur Principis Notarius, qui concessis à Principe decretis ac honoribus apponbat sigillum, siue ceram; vt videtur

Onomasticō Pontificiū.

habetur ex Cassiodorio 6. Variat. cap. 7. & 16. Vnde Primiceriatus, siue Domesticatus, erat summa dignitas, vt apud eundem Cassiodorum lib. 10. cap. 11. videre est. Similiter ergo Romanus Pontifex sublimissimum in Dei Ecclesia locum obtinet, cum sit Dei Princeps Notarius, & vultu Cancellarius obsignans respectu nostri diuina Decreta de fide. Potest etiam Primicerius accipi simpliciter, pro primo. Qua ratione S. August. serm. 21. de Sanctis vocat sanctum Stephanum, *primicerium Martyrum*, & Baldricus Dolensis in Historia Hierosolimitana, vocat S. Petrum, *primicerium Apostolorum*. Et hoc etiam modo, Romanus Pontifex est *in Ecclesia primicerius*, quia est primus per omnia, vt mox dicemus.

*Primus per omnia.* Theodoretus Epistola ad sanctum Leonem.

Quod hoc sibi velit, ex loco integro Theodoretis discendum est: Grauius igitur imo oppressus ab Orientalibus Theodoretus, & accurrens ad S. Leonem, sic cum eo agit. [ Si Paulus prædicator Veritatis, & Spiritus sancti Buccina, ad Petrum accurrit vt is qui Antiochiæ, de viuendo secundum legem Moysis disceptabant, quæstionem expeditam, ac solutam ab eo ferret; multo magis nos, qui pusilli sumus, ad solium Apostolicum accurremus, vt à vobis medicinam viceribus nostris feramus. Si quidem vobis conuenit, in omnibus rebus primas tenere. Vestra enim sedes, multis prærogatiuis ornata est. Nam ceteras ciuitates, vel amplitudo, vel pulchritudo, vel ciuium frequentia decorat; alique verò quæ his carent, ex quibusdam gratijs spiritualibus splendorem, & dignitatem habent: vestra verò Ciuitati, vberissimam copiam bonorum, ipse dator bonorum largitus est. Est enim ipsa omnium amplissima, splendidissima, & Orbi præfideret. Præterea ipsa principatum Imperatorum profudit, ac nomen suum ( idè Romanum, ) cum his, qui in ditione eius sunt communicauit. Fides verò præcipuè eam ornat Testis est Paulus, qui clarissima voce ait, *Fides vestra annunciat in vniuerso mundo.* ] Quomodo Romanus Pontifex sit *primus per omnia* ac proinde absolutè primus, & primas, eruditè monstrat Remundus Ruffus. lib. pro Pontifice contra Molinæum ad numerum eius 4. & seqq.

Non me lateat, Nestorium Constantinopolitanum, homil. in principium ieiuniorum, & in S. Theodorum, sic scribere de Episcopo Constantinopolitano, cui S. Theodorus aperuit fraudem Iuliani Apostate. *Pontifici orbis huius, primoque Christianorum pastori impium facinus declarauit.* Sed hoc non est multum curandum; quia & à Græco, eoque rei politicæ, quàm iuris Ecclesiasticis peritiore, prolatum est. Et potest vt cunque molliori admittendo, Episcopum Constantinopolitanum in Oriente, quoad pompam & opes, ob Sedem in Regiâ, habitum esse primum pastorem Christianorum, salua subordinatione ac subiectione ad Episcopum veteris, Romæ.

Fuerunt qui aduersus propositum Pontificis titulum intorquerent illud Hieronymi Epistola 57. quæ est ad Damasum, Romanum Pontificem. [ Ego nullum primum, nisi Christum sequens, Beatitudini tuæ, id est Cathedra Petri, communiōne confocior. ] En ( inquit ) Hieronymus

liberè Damaso in faciem ingerit, se alium primum præter Christum, non agnoscere. Igitur ex sententiâ Hieronymi, Romanus Pontifex, non est in Ecclesia primus. Non nemo Catholicorum, ad hoc telum declinandum, confugit ad aliam lectionem. Ita enim legit, *nullum primum nisi Christum sequens.* Aliam verò lectionem propositam, contendit esse per Hæreticos vitiatam, vt primatui Pontificis offerent. Sic Franciscus Garassius diluens hanc Monchi obiectionem lib. 3. contra Paschasium lect. 14. Non initio tamen huic solutionis, quia antiqui Codices, & passim scriptores Catholici eo Hieronymi loco vtentes legunt *primum non primum.* Et ita videtur legendum si proprietate locutionis tenenda sit. Magis enim propriè dicitur quis *sequi primum*, quàm *sequi primum*, quod potius *consentari* vel *captare* quis dicitur. Itaque fateor, Damasum & quemcunque Romanum Pontificem præ Christo non esse primum. Præ ceteris autem omnibus Christo inferioribus, Pontifex est *primus*, quod sufficit ad præsens institutum, & optimè confirmatur iis quæ ibidem insigniter tradit Hieronymus, deponens à Damasi Pontifice doctrinam fidei, & proprium Episcopum suum Paulinum qui Patriarcha Antiochenus erat abiiciens nisi quatenus Damaso inhaereret. Et hunc locum esse pro Romani Pontificis primatu luculentum, agnoscit inter Epicæne fidei Scriptores Erasmus.

*Primus prædicatorum veritatis.* Petrus Damian. Opul. 46. cap. 5.

Etiã si S. Petrus personaliter fuit primus in prædicationibus veritatis, quia primus Christi diuinitatem professus est; & primus etiam Veritatem Christianam, & Iudæis & Gentibus prædicauit, vt aliquoties dictum est superius cum Bellarmino lib. 1. de Pontific. cap. 22. prærogat. 13. & 17. Tamen quia varia decora quæ ibi adiungit Petrus Damiani spectant sanctura Petrum prout Pontificem, vt quod esset is, cui *ad reprehendendum, & corrigendum commissi sunt omnia regna terrarum*; Item quod esset is, cuius *ad imperium ianua regni celestis aperitur*, & is cui *speciali iure concessum est vniuersali totius orbis Ecclesie præsidere*; Quæ omnia cadunt in Petrum prout personam publicam, siue prout Pontificem; Videtur vrgeri, ad eum quoque titulum *primus prædicatorum Veritatis*, de sancto Petro prout Pontifice accipiendum. Et sanè S. Petrus fuit primus inter Apostolos non ordine vocationis cum eum præcesserit sanctus Andreas, sed ordine dignitatis quia ceterorum Apostolorum caput erat, & Christi Vicarius. Et sic accipitur quod Matth. 10. lib. 8. Marci 3 dicitur, *Primus Petrus*. Lepidus verò est Beza Matth. 10. qui percussus eo Apostoli titulo, appingit ei hoc glossema. [ Quid si hoc vocabulum *primus* ab aliquo additum est qui Petri primatum vellet stabilire? ] Ain? Itaque ad omnia quæ incommodare videbis tuæ hæresi, similiter fingere poteris, quid si hoc irrepsit è margine in textum? Reuera hic est stupor mirabilis. Fateretur hic blatero paulo post, ita inueniri in omnibus exemplaribus; & tamen non erubescit ingerere suspensionem intusfusionis illius titulum subdit plane ( ridicule premi ad confirmationem primatus quem inter Apostolos concedendum Petro fateretur, sed *ordinis inter pares,*



*Onomasticō  
Pontificiū.*

*non gradus supra inferiores.* At nos satis superque cuiusque contendimus Petri supra totam Ecclesiam ipsosque etiam Apostolos primatum gradus supra inferiora capiti membra. Primatum verò ordinis inter pares in subiecta materia nullū agnoscimus, supposita priore Andreae vocatione, & implicare in adiecto contendimus. Regrediendo itaque ad institutum, cum munus Apostoli maximè proprium sit prædicare veritatem Evangelicam, & Petrus quatenus Christi Vicarius sit dictus primus Apostolus, iure ut sic dicitur primus prædicator veritatis. Atque ita is titulus, cuius æ què Romano Pontifici communis erit; Est enim Pōtīfex primus inter prædicatores Veritatis, quia cum Antistitum maximè proprium sit prædicare Veritatem Evangelicam, ipse autem primus sit Episcoporum; consequens est, ut primus sit horum qui ex suo officio & munere, sunt prædicatores Veritatis. Idque in eo etiam sēsu quem cortex Verbotum præfert, verum iam olim fuisse de Romanis Pontificibus (quidquid Græculus falsus aut volens fallere falsò in contrarium scripserit.) Attingi supra, & cū de tractatione anomala Verbi Dei, docemurque ex SS. Leonis, & Gregorij Concionibus. Maximè verò prædicator primus Veritatis audire debet Romanus Pontifex, quia Veritates fidei, solus certè, & infaillibiliter proponit populis. Nam tametsi alij quoque Antistites & Doctores, prædicant veritates Christianas, & eo pabulo pascunt oves Christi, nemo tamen id citra periculum erroris præstat, præter Pontificem Romanum Christi Vicarium.

*Princeps* Chrysostronus homil. 21. in 1. ad Corinth.

Tractans Chrysostronus illud Pauli de circumducentibus sororem mulierem, sicut & ceteri Apostoli, & fratres Domini, & Cephas sic habet. [Intuere sapientiam Pauli. Principem posteriori in loco addidit quid enim vehementissimum est, postremo loco ponitur, Neque enim rum mirum erat ostendere, hoc fecisse alios, quàm principem ipsum, & cui claves cælorum erant credita.] Manifestè, Petrum prout Christi Vicarium (atque aded omnem Romanum Pontificem,) appellat, absolutè ac simpliciter *Principem*.

*Princeps Episcoporum.* Synodus Epitri ad Hormisdam.

*Princeps pastorum, & Doctor ac Medicus animarum.* Monarchi secundæ Syriæ ad Hormisdam.

Christum, pastorum principem, vocavit S. Petrus, & meritò. Nam præ Christo, omnis pastor, etiam Summus quilibet Pontifex, ne Sancto quidem Petro excepto, ovis est, non Pastor. Tamen per comparationem ad vulgares pastores, rectè Romanus Pontifex dicitur, *Princeps pastorum*. Sicut ei nemo negat titulum Pastoris & Episcopi, tametsi antonomasticè S. Petrus Christum vocavit *pastorum & Episcopum animarum nostrarum*. Thomæ Valdenis verba sunt in hanc rem insignia lib. 2. doct. cap. 37. num. 5. [Ipse, (inquit de Pontifice Romano,) primus pastor est, & Pastor pastorum, Succesor & socius piscatoris. Ipse vena maior militantis Ecclesiæ, apotheca cælestium munerum, cisterna supernorum imbrium, & primum re-

ceptaculum sublimium gratiarum.] Nemo porò dubitauerit, quin Romanus Pontifex iure dicatur Princeps Pastorum, si recoluerit Synodum magnam Nicenam, quàm sicut Anastasius Sinaita in 172. Spiritus sancti Vnigenitam filiam appellauit Canone 39. ex octoginta, conuersis ex idiomate Arabico, quos Tertianus ad calcem Constitutionum Clementis vulgavit, & habentur etiam lib. 3. Concilij Niceni ab Alphonso Pisano adunati, ita edicere. [Vt cunctis ditionis suæ nationibus imperat Patriarcha, & leges indicit: & ut à principio Petrus Christi Vicarius, religioni, Ecclesiis, cæterisque ad Christum pertinentibus rebus præfectus, principium Christianorum, prouinciarum, & omnium gentium Dominus ac Rector erat: ita ille cuius principatus Romanus est, & Petro similis, & auctoritate par, & Patriarcharum omnium dominatum, & principatum obtinet. Huic sanctioni si quis repugnauerit, totius Synodi decreto, anathemati subicitur.] Si Patriarcharum omnium princeps, & Dominus est Romanus Pontifex, (ut habet hic Nicænus Canon fortè à Græcis interpolatus in Græcis Codicibus, ne fulgore suo perstringeret luciferos eorum oculos,) quanto magis minusculorum Episcoporum infra Patriarchas, agnoscendus est princeps ac Dominus?

*Princeps Episcopalis corona.* Nouella Valentiniani inter Nouel as Theodosij tit. 24. Episcopi Arelat. Prouinc. Epistola ad sanctum Leonem.

*Corona Episcopalis*, potest exponi de cœtu Episcoporum omnium, iuxta illud, *In medio eius corona fratrum*, id est omnes eius fratres. Simplicius tamen accipietur, & in idem recidet, si dicamus, coronam vsurpari metonym cè pro gestante coronam. Coronantur enim iam olim sacri homines in signum regni quod à Christo sunt sortiti, ut dicitur cap. duo sunt genera 12. quæst. 1. & ob alias plerasque causas, de quibus in Hipparcho. Episcopalis ergo coronæ, id est Episcopalis dignitatis, atque aded Episcoporum illa dignitate potentium Princeps, est Romanus Pontifex, omnium Episcoporum caput. Falsus ergo est, qui ad literas, & preces Comprovincialium Arelatenisium ad S. Leonem pro Rauennio, existimauit coronam esse speciale Epitheton Romani Pontificis, eo quod ibi dicitur Rauennium [meruisse gratiam coronæ sancti Leonis, motum suorum mansuetudine & sanctitate.] & inferius [obsecramus coronam Sanctimonie vestræ, per nomen Domini.] Hinc inquam non habetur, *coronam esse speciale Rom. Pontificis Epitheton*, quale reuera est quod proposuimus *princeps Episcopalis coronæ*.

*Princeps Sacerdotum.* Blesensis Epist. 144. Anonymus Epist. ad Occidentales de S. Martino Papa in Collectan. Anastasij, Synodus Epitri in Synodica ad Hormisdam.

Grunit aduersus hunc Romani Pontificis titulum Caluinus 4. Instit. cap. 7. §. 3. allegato Canone 76. Concilij tertij Carthaginensis, quæ ea appellatio *Principis Sacerdotum* decernitur exterminanda, mandaturque ut etiam qui primam Sedem obtinet, nominetur *prima Sedis Episcopus* abrogato quouis tumido, & typhum redolente nomine. Verum Caluinus de more agit per calumniam. Concilium enim Prouinciale

ciale quod allegat, cum nihil ei iuris esset, non modò in Romanum Pontificem, sed etiam in quemcumque Antistitem transinarum, non ponit quicquam statuerè nisi quoad Episcopos Africa, in quos multi erant primates subiecti Episcopo Carthaginensi, omnium Africanorum primatum primati, saluo Romani Pontificis Superiore iure. Quod ergo inter varios illos primates, obnoxios supremo primati Africano, contentio fortè orta esset; dum quilibet aduersus alterum instatur pro alio; aut etiam ne procedente tempore Carthaginensis Antistes, sicut postea fecit Constantinopolitanus, tentaret iugum sui Superioris nempe Romani Pontificis excutere, pellectus Illecebra superbæ illius appellationis independentiam sonantis, quæ solius Romani Pontificis est propria, per comparationem ad mortales; merito appellatio *Principis Sacerdotum* abrogata est cuius Antistiti infra Romanum Pontificem: Ipsi tamen salua manet, & ita diserte habet Collectio Canonum Africanorum per Adrianum I. In calce namque huius Canonis Africani, additur. [Salua semper in omnibus Auctoritate Beati Petri Apostoli.

*Princeps cunctis sacerdotibus totius mundi, cuius iudicio quoque ad cultum Dei, vel fidei Christianorum stabilitatem, procuranda sunt rini, disponuntur.* Constantinus Magnus in Edicto.

*Princeps Ecclesiæ.* Chrysostronus Homilia de Petro & Elia. Albinus Flaccus siue Alcuinus Epist. ad Leonem Papam, est 27.

Verisimile est, Petram Chrysostronem serm. 175. vrgentem fideles ad obediendum Petro, & Principi Christiano, exemplo Christi, obediens Casari, Principi terreno atq; Pagano, obediens professionem in propria ciuitate, per *Principem Christianum*, intellexisse ipsummet Romanum Pontificem, ut discimus Epilegomenis subnotat. 3. fructu 3. circa finem.

Quid si verò, malignè amulatum dixerimus hunc titulum *Vicarij Christi* Mahumetem? Homo impurissimus, vltimis Testamenti tabulis, non hæredes scripsit, non successores, sed qui Messiam & Magnus Prophetam ac Christum audire affectauit, instituit hinc in cælos abeuntis Vicarios, qui suam in superstitutionem traductos regerent; Hos subditos *Muminie* appellauit, id est *rectè credentes*, & veluti *Orthodoxos*. Vnde Regius apud Saracenos titulus, duplex. Vnus quo *Amir Muminie* per comparationem ad populum denominabatur, hoc est *rectè credentium Princeps*; alter quo per comparationem ad ipsum Mahumetem Legillatorem, denominabatur *Califa*, hoc est *Vicarius*, vtique Mahumeti, tametsi procedente tempore, posteriores Babyloniorum Principes, Califatum suum Deo addixerunt, cuiusque se Califas siue Vicarios, non autem Mahumetis, dici voluerunt. Turcæ Califatum sui Regis non agnoscunt. Et audire quidem volunt *Muslimanni*, hoc est *rectè credentes*: (quod Epitheton æquiualeat illi quo donatos referebam Saracenos, Calife Babylonio, siue *Amir Muminie*, aut *Amerummo* obnoxios;) suo tamen Imperatori, titulum *Califa* Babyloniorum Principum familiaritatem non deferunt, dedignato (ut videtur) eorum Imperatore, Vicarium potestatem. Apud Saracenos tamen Turcis anteriores, *principatus credentium* siue *Amerummanis* cum *Califatu*, siue *Theophili Raynandi Pontificis*.

*Vicariatu*, primùm Mahumetis, deinde Dei, comitanter sectatuere in eadem persona Regia. *Onomasticō Pontificiū.* Mahumetes ergo sicut pro Christo se gessit, ita *Principem credentium*, & *Vicarium suum*, habere post se voluit. *Amerummo*, & *Califam*, vocabant Saraceni Babylonis, tempore S. Georgij Decaplitæ, ut videre apud eum est in historiola Pachumij ex patruela Amerumnis Syriæ, monachi probatissimi, ac denique Martyris. Qua in parte Satan, ut semper Mimum Dei agit æmulatus videtur institutum Christi, in eadem Romani Pontificis persona, *Principatum spiritualem* summum rectè credentium, & *Vicariatum suum* necentis.

*Princeps in Ecclesiæ sacro corpore.* Arator. lib. 2.

[Sicut Moyses (ait S. Ephrem sermon. de Transfigur.) Societatis illius & coniunctionis Hebræorum, iussu Dei Princeps fuit, ita Petrus, Ecclesiæ Christianorum. Atque vtille veteris, sic hic noui Testamenti Princeps.]

*Princeps regni cælorum.* Petrus Damiani serm. 27.

Hinc principatus regni cælorum, alius non est quàm principatus Ecclesiæ. Nam præter varias notiones *Regni cælorum* in Euang. frequenter, quas ex Photij Scholiis in Matthæum commemorat Tertianus lib. 2. prioris defen. contra Sadelem cap. 2. vna creberrima est, qua Christiana Ecclesiæ, vocatur *Regnum cælorum*, quia homines infert & transcribit cælo. Atque ita S. Petrus qui est Princeps Ecclesiæ, est eodem iure princeps regni cælestis. Alicuius quidem particularis Ecclesiæ princeps, dici potest Episcopus eius. Quæ ratione S. Epiphanius electus in Episcopum Ticinensem, dixit de seipso. [Nemo ut Ecclesiæ principem admonere timeat, si probat errantem;] Simpliciter tamen & absolutè, *princeps Ecclesiæ* (vtique vniuersalis,) est solus Romanus Pontifex.

*Princeps fidei Catholice.* Goffridus Vindoc. lib. 1. Epist. 7.

An quia S. Petrus primus professus est diuinitatem Christi, qui articulus, est in vertice Christianæ fidei? An quia à Petri cathedra petendum est, quid fide credendum, quid repudiandum sit circa fidem? Id confirmat sequens titulus.

*Princeps & doctor immaculata & Orthodoxa fidei.* Damasus Epist. 4.

*Princeps communis Christianorum omnium.* Michaël Palæologus Imperator Græcorum ad Gregorium X.

Ita quidem hunc Pontificis titulum ex Epistola Michaëlis refert Matthæus Vvestmonaster. anno 1274. In Breuiario tamen tunc conscripto rerum Concilij Lugdunensis sub Gregorio X. quo prædictæ litteræ habentur descriptæ Græcè & Latinè, Pontifex non vocatur princeps communis, sed *pater communis* *Koude* *patris omnium Christianorum*. Quod si principatum illum communem admittere placeat, (ut sanè admittendus est,) intelligendus est eo modo quem ex transmissis ad se Gregorij litteris & formula profitendæ fidei, sic exponit idem Michaël inferius his verbis, quæ præclare omnino expriment spiritualem Romani Pontificis principatum. [Ipsa quoque S. Romana Ecclesiæ, Summum & plenum primatum & principatum super vniuersam Ecclesiam Catholicam obtinet, quem se

*Onomasticō Pontificiū.*

ab ipso Domino, in B. Petro Apostolorum principe, siue vertice, cuius Romanus Pontifex est successor, cum potestatis plenitudine, recepisse veraciter & humiliter, recognoscit; & sicut præ cæteris tenetur fidei veritatem defendere, sic & si quæ de fide subortæ fuerint quæstiones, suo debent iudicio definiri. Ad quam potest grauius quilibet super negotiis ad Ecclesiasticum forum pertinentibus appellare, & in omnibus causis ad examen Ecclesiasticum spectantibus, ad ipsius iudicium potest recurri, & eidem omnes Ecclesiæ sunt subiectæ: ipsarum prælati obedientiam & reuerentiam sibi dant. Ad hanc autem sic potestatis plenitudo consistit, quod Ecclesiæ cæteras ad sollicitudinis partem admittit, quarum multas & patriarchales præcipuè, diuersis priuilegiis eadem Romana Ecclesia honorauit, sua tamen seruata prærogatiua, tum in generalibus Conciliis, cum in aliquibus aliis, semper salua. ] Quid quod Apostolatus apex in Summo Pontifice superstes est? At Apostoli cõstituti sunt Principes. Quod si Episcopi quique, Principes sunt, vt tradit Parisiens. Consil. 14. num. 27. & Panuinius de potest. Capituli Sede vacante prælud. 6. num. 15. Latèque Andreas Barbatia de præst. Cardin. q. 5. parte 1. num. 13. & quæst. 1. num. 20. quanto magis Episcopus Episcoporum eodem titulo gaudet? Sic expositus Romani Pontificis principatus, subducitur criminatiõni qua titulum *Principis*, Romano Pontifici delatum, grauat Corraus in Paraphrasi Sacerdotium pag. 2. c. 1. n. 3. ex Theophylacto Ioannis 21.

*Principatus Apostolatus, cuiuslibet Episcopatus præferendus.* S. Augustinus lib. 2. de baptis. contra Donat. cap. 2.

*Principatus Sacerdotum.* P. Damiani Opus. 4.

*Principium Sacerdotij, & caput Christianæ religionis à Rege caelorum traditum.* Constantinus Magnus in Edicto.

*Principium Orthodoxæ fidei.* Chrysoft. in Encomio. SS. Petri & Pauli.

*Procurator mundi & clauiger caelorum thesaurorum.* Sopht. in breuiulo gestorum S. Petri.

*Propugnator firmus veritatis, accinctus verbi gladio, cuius est omnes hæreticorum auditum atque doctrinam præcideret, sicut & Petrus olim Iudaici auditus sensorium gladio percussus abstulit, & attolere securim Spiritus & omnem arborem ferentem fructum hæreseos, vel institutionibus transplantare, vel canonicis penis excindere, & igni futura gehenna transmittere.* Constantinus Pogon. Epist. ad Leonem Papam.

*Propugnator impenetrabilis ab omni errore (alia interpretatio habet, errore insauciabilis) quem Deus prouidit, doctrinæ eum per omnia veritatis astringens, vt quemadmodum Petrus, ita & hic, assecellu feruentiore decernens omnem ad Deum qua sensum, intelligentiam, perducet.* Concil. Chalcedonens. Actio. 19. in Prothphetico ad Marcianum Imperatorem.

*Prouisor summus Ecclesiæ.* Rothaldus Sueffionensis Nicolaum Papam, post Epist. Nicolai 37.

*Prouidere, id ipsum est quod superindere, atque adeo idem quod, agere Episcopum.* Vnde 1. Petri V. *Pascite qui in vobis est grex Dei, prouidentes non coacti sed spontanei.* Græcè est ἐπινοῦντες, cuius verbi vim optime expendit eum Apostoli locum versans S. Hieronymus. Igitur

Romanus Pontifex, qui est summus Episcopus, iure dicitur, *Summus prouisor*, quia eius est prouidere & superinspicere, non speculatiue tantum, ac vt sciat, sed etiam practicè & vt remedium adhibeat; & quidem in manu potenti & brachio excelso: hoc enim demum est *prouidere* per efficaciam media, obstitendo malis aduersantibus, curare bona generosè ac intrepidè. Talem Romani Pontificis tanquam summi prouisoris sollicitudinem pro Ecclesia, suo tempore deposcebat Petrus Blesensis verbis illis in calce Epist. 27. [ Respiciat Dominus in faciem testamenti sui, & non det in conculcationem vineam quam plantauit dextera eius, Ecclesiam quam acquisiuit sanguine suo. Suscitet Spiritum Moysi, & erigat cornu illius vnicornis Episcopi illius vnicè Summi, & singulariter generalis; quatenus arripiat iudicium manus eius, vt cornu suo ventilet Syriam, intonet contra Edom, fulmineet contra Vitulos Bethel, contra idola Ægypti, contra pingues Vacas Samariae, contra Sacerdotes Baal, contra Pastores pascentes seipfos, contra Iudices qui condunt iniquas leges contra canes mutos non valentes latrare, contra amphoram Zachariae, contra vasa Pastoris stulti, contra ambitionem Simonis Magi, contra Tyrannidem sæculi, & ambitionem claustrij, contra præuaricantes, contra arrogantes, contra oppressores pauperum, contra turbatores Ecclesiasticæ pacis, & fidei subuersores. ] Equè S. Bernardus lib. 2. de Confid. cap. 6. monet Eugenium, eius esse, orbem vniuersum citare mentis prouidentia, & leuando oculos considerationis, videre regionis si non sunt magis sicca ad ignem quam abæ ad melleum, si non pro fugibus quæ putabatur, appareant vepres, aut veterinosæ arbores, non fructiferae, nisi siliquarum porcinarum aduersum quas stringenda sit securis. De eadem prouidentia vniuersalissima, Pontificis Romani propria ex Pontificatus munere, luculenter idem S. Bernardus lib. de Confid. cap. 1. Facitque eodem, quod Petrus Cellensis Epist. 95. egregiè tradit, Romani Pontificis esse, per vniuersam Ecclesiam excipere desideres, & vrgere pigritantes; Additque Epist. 195. Eiusdem esse Ecclesiam reformare, sicuti reformationis necessitas ingruerit.

Q

*Quasi quoddam caput Ecclesiæ.* S. Leo Ep. 89. Hoc quomodo non officiat veræ dignitati capitis, Romano Pontifici competentis, respectu corporis mystici, Christi, monstratum est. V. *Caput totius corporis*, & vno Verbo sensus est, Pontificem non esse caput, nisi sub Christo.

*Questor caelorum.* S. Chrysoft. in Encomio SS. Apostolorum Petri & Pauli.

Non existimo spectasse S. Chrysostrum, quæsturam qualis erat apud Priscos Romanos, tamen si varias muneris illius partes ab antiquariis recensitas, & fusè apud Alexandrum lib. 2. genialium cap. 2. cum Sancti Petri & Romanorum Pontificum eius successorum munere haud difficilè fuerit componere. Existimari ergo potius, S. Chrysostrum Constantinopoli agentem, spectasse quæsturam sacri palatii sub Imperatoribus Constantinopolitanis, quam qui obibant,

*Rektor summus Ecclesiæ Dei.* Petrus Cluniac. *Onomasticō Pontificiū.* 1. 4. Epist. 25.

Aduerto Concilium 1. Moguntinum sub Rabano in Synodica ad Ludouicum Regem, hac vt inscriptione *Domino Serenissimo & Christianissimo Regi Ludouico, Rektori, ac Defensori Sanctæ Dei Ecclesiæ*: vbi Imperator dicitur *Ecclesiæ Rektor*, nimirum quoad temporalia Ecclesiæ, subiaccntis eius Imperio. Fideles enim Imperio subiaccntes, sunt portio Ecclesiæ, & Ecclesiam quandam determinatam siue Partialem constant, cuius Rektor quoad res sæculi, erat Ludouicus. Itaque ea rektio Ecclesiæ, erat longè alia quàm rektio & quidem summa, totius Ecclesiæ quoad spiritualia, quam Petrus Venerabilis tribuit Romano Pontifici.

*Rektor domus Dei.* Creditus Ambrosius reuera Hilarius Diacon. 1. Timoth. 3.

*Rektor fidei Apostolicæ.* Epitaphium Pelagij primi.

*Rektor omnium gentium.* Concilio 1. Nican. canon. 44.

*Rektor apicis caelestis imperij.* Ennod. 1. 5. Ep. 10.

*Rektor propriè omnium.* S. Leo serm. 2. de sua Assumpt.

Quid illud *propriè*? [ De toto mundo, ( inquit S. Leo ) vnus Petrus eligitur, & qui vniuersarum gentium vocationi, & omnibus Apostolis cunctisque Ecclesiæ Patribus præponatur, vt quamuis in populo Dei, multi Sacerdotes sint, multique Pastores, omnes tamen propriè regat Petrus, quos principaliter regit & Christus. ] Videtur illud *propriè*, contraponi ei quod *est principaliter*. Qua ratione *propriè*, idem sonaret quod *Instrumentaliter*, vel *ministerialiter*. Comparationem enim ad Christum, primi qui que in Ecclesia, etiam Apostoli, non sunt nisi ministri Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Diuiscule tamen, ea notio Instrumentalis & ministerialis rektionis, accommodatur voci *propriè*. Itaque simplicius dici posse videtur, Petrum, atque adeo etiam Successores, *propriè regere*, id est tanquam proprios subditos & verè obnoxios suæ spirituali iurisdictioni habere, qui Christum agnoscunt principalem & supremum procretam, suæ in caelum nauigationis.

*Refugium commune.* S. Bernard. Epist. 198.

Scribens ad Innocentium II. S. Bernardus, sic habet præter cætera, cum reddit rationem cur ad eum esset prouocatum. [ A vobis id omnimodis flagitamus, quod aliunde frustra tentatum est. Circumspeximus, & non erat auxilium. Ventum est ad commune refugium. Illo confugimus, vbi confidimus liberari. Tantum ad sit pietas, nam facultas non deest. Et quidem ex priuilegio Sedis Apostolicæ constat, summam rerum, ad vestram potissimum respicere summam auctoritatem & plenariam potestatem. Verum hoc inter cætera vestri singularis primatus insignia, specialius illustriusque nobilitat vestrum, & inelytum reddit Apostolatam, si eripitis pauperem de manu fortiorum eius. Nulla meo iudicio, in corona vestra pretiosior gemma zelo illo vestro, quo amulari consueuistis oppressos, nec relinquitis virgam peccatorum super fortem iustorum. ] Liquet ex his, cur Romanus Pontifex dictus sit *commune refugium*. De re ipsa Videtis supra. V. *portus*, & Nicolaum I. Epist. 20. & 21.

O 2

Rektor

obibant, iis planè respondebant, quos Cancellarios appellamus; vt videtis est in notitia officiorum Constantinopolitanorū, & apud Præteium. V. *Questor sacri Palatii*: qui notat, idcirco quæstorem dictum esse custodem Iustitiæ & legum, & thesaurum famæ publicæ, ac iuris armarium, Concilij Regalis participem, legum dictatorem, & precum porrectarum responsumque subnotatorem. Apud Cassiodorum lib. 6. Epist. 4. eadem est Quæstoris notio. Pro qua etiam videndus Ioannes Montaigne Tract. de auctoritate Magni Concilij cap. 1. num. 5. & Petrus Belinus Tract. de re militari tit. 22. ac Schedulare Magistratum Ciuiliū cap. de quæstore tom. 16. Tract. iuris. Nihil congruentius cum munere Summorum Pontificum, in Dei Ecclesiæ, vixque altius subuehi potest potestas, & dignitas, quàm si dicantur in aula cælestis Imperatoris Cancellarios agere, & subnotare diuina ad mortales oracula.

*Quoammodo fons caelestis Sapientiæ.* Petrus Damiani Opus. 7. Initio.

R

*Radix & matrix Catholica Ecclesiæ.* S. Cyrtianus Epist. 45. B. Hildegardis ad Eugenum III.

Cut *radix* dicatur, siue Romanus Pontifex, siue propter eum Romana Ecclesia, ratio est, quia sicut radicem arbor fugit nutrimentum, indeque ei aduenit totus succus, quæ vegetatur, vnde bella proportione Deus à Synesio hymno 2. vocatur *radix mundi*; ita totum corpus Catholicæ Ecclesiæ, percipit interuentu Romani Pontificis succum vitæ; hoc est, probatam fidei doctrinam, ex qua iustus viuunt, iuxta Apostolum. Atque ita Gelasius Papa Epist. ad Anastasium Augustum, de Romana Ecclesia, agens, ait, [ Sedes Apostolica magnopere cauet, vt quia mundo radix est, Apostoli gloriosa confessio, nulla rima prauitatis, nulla profusa contagione maculetur. ] Quod si Ennodio lib. 1. Epist. 18. licuit dicere, *doctorum radix Maro*, quum non nisi ob præcellentiam qua omnibus imitatione exprimentus est, radix doctorum dici possit, quanto iustius Romane Ecclesiæ ea denominatio quadrabit?

Eadem verò Ecclesia Romana, eiusve caput Pontifex Summus, denominatur; *matrix Catholica Ecclesiæ*; ( *μητρικὴ* dixit Photius Epistola ad Nicolaum I. ) quia & est mater dignitatis Sacerdotalis, vt supra dictum est; & per baptismum sibi concreditum, qui iuxta Bracharium Epist. ad Ianua. est secreti perplexique vulua mysterij, omnibus Dei liberis in sola Catholica Ecclesia procreatis, præbet esse. Nam quamuis infantes apud Hæreticos fructuosè baptizentur, & gignantur Deo, tamen illi ipsi filij ancillæ, & concubinae, suscipiuntur de coniugis primariæ, Catholicæ inquam & Romanæ Ecclesiæ voluntate, iuxta modum ex D. Augustino expositum, in Tractatione de Cereò agno consecrato cap. 2. num. 18.

*Rektor Dominica plebis.* Ioannes X. Epistola ad Herimannum Coloniensem.

*Rektor Pontificum, Dominus, & summus Pater Patrum.* Hincmarus Laudunensis in libello suæ reclamatiõnis ad Ioannem V I I.

*Theophili Raynaudii Pontificia.*

Onomasticō  
Pontificium.

Rektor vniuersitatis Valentinian. August. inter Nouell. Theod. tit. 25. de Episc.

Rektor summus vniuersæ Christi Ecclesie. Lantfrancus Epist. ad Alexandrum II. Rex. S. Bernardus Epist. 168.

Agens cum Episcopis & Cardinalibus Romanæ Curie S. Bernardus, & memorans quæ & quanta in Schismate Petri Leonis pro Innocentio II. egisset, sic habet præter cætera. [ Vos scitis, si dignum ducitis recordari, qualiter vobiscum in tempore malo conuersatus sum, egressus & regressus & pergens ad Imperium Regis, &c. ] Regem eo loco aperte nominat ipsum Papam Innocentium pro quo varia itinera indefesso studio susceperat vir Sanctus. Itaque perspicue Pontificem vocat Regem. Eodem pertinet longa disputatio S. Leonis Noni Epist. 1. quæ est ad Michaëlem & Leonem, qua monstrat, Pontificatum Romanum esse Regale Sacerdotium, etiam spectata terrena Dominatione; ideoque notat, Pontificem à Constantino Magno donatum esse insignibus Imperialibus, & cap. 38. contestatur; [ Successores S. Petri, iam in terris retinere specialem dignitatem terreni cœlestisque Regni, ] monetque Græcos, ne inuideant. Quod perspicue habetur in edicto Constantini de donatione facta S. Syluestro, ad verbum recitato & approbato à Balsamone ad titulum 8. Nomenclonis Photij, Et quanquam Laurentius Valla puriginosi ingenij Grammaticus, valentanter admodum illud edictum insectatus est, veriusque videtur, quod Baronius tradit anno 324. Et anno 1191. edictum illud prout iacet, esse figmentum Græcicum; Tamen aliquam eius partem, & hanc nominatim de regis insignibus Pontifici à Constantino attributis, ex alicuius edicti verè à Constantino editi naufragio, superstitem esse, aut vix vocis oraculo ab eodem Constantino ita esse constitutum, nihil est quod dissuadeat. Imo id efficaciter suadet autoritas S. Leonis Noni, sic fuisse à Constantino constitutum agnoscentis, vt referebam. Frendeat quantum cœtrum hominem emouens tulerit Laurentius Valla, cuius ferociam Eugubinus forti lupato compefcuit, duplici inquam libro de Constantini donatione, quam etiam edicto scripto comprehensam agnoscent legitimum Græci omnes; & multi Latinorum, vt obiter Bellarminus l. 2. de Rom. Pontif. c. 17. fustissimè Eporicus l. 1. q. 9. Ecclesiasticarum q. 3. Michaël Alfordus in Britannia illustris cap. 2. sect. 2. §. 1.

Inter ea potèd regia potestatis insignia quæ à Constantino collata Romano Pontifici prodit S. Leo, calceos purpureos discrete recenset Balsamon. Erant enim calcei purpurei nota cultus principalis, iuxta ea quæ habet Basilius Imperator in capitibus ad Leonem filium cap. 63. & iuxta illud Corippi lib. 2.

*Purpureo sua resonant fulgente corborno  
Cruraque puniceis induxi regia vinculis  
Parthica campano dederant qua teygora  
fuo*

*Qui solet edomitos victor calcare Tyrannos*

*Romanus Princeps, & barbara colla domare,  
Sanguineis pralata vestis, laudata rubore  
Lectus, pro sacris tactu mollissima plantis,  
Augustis solis hoc cultu competit vti,  
Sub quorum est pedibus Regum cruor.*

Procopium Imperio inhiantem, ad calceos vsque purpuratum exhibet Ammianus lib. 26. Rubra talaria cum pyramide margaritis distincta in cuius summitate lapis purpureus resfulgebat, fuisse Regum insignia, ait Georgius Logotheta in Chron. Constantinop. pag. 41. & 42. Patriarcha Constantinopolitanus referente Cuiuspalate in Historia Isaaci Comneni, purpureos calceos sibi deberi, inde confirmabat, quod inter Sacerdotium & regnum nihil interesse diceret, vel admodum parum. Alia dabit Balduinus lib. de calceo cap. 10. Debetur ergo multo magis Romano Pontifici, inter cuius Pontificium & quodcumque regnum, tantum distat, quantum inter humana & supernaturalia. Vel ex hoc ergo antiquo cultu Pontificis Romani, apparet eum meritò accenseri Regibus. Quanquam piè, & sapienter Pontifices calceis illis Regalibus crucem adiunxerunt ob causas recensitas à Balduino lib. de calceo cap. 17.

Tantum verò abest, vt decus tituli propositi excedat Pontificiam dignitatem, vt ne attingat quidem. Nam Sanctus Hieronymus in Epitaphio, Nepotiani, componens Episcopum cum Rege, & contentionem faciens dignitatis vtriusque, antefert Episcopalem. [ Ille enim (Rex) nolentibus præest, hic (Episcopus) volentibus; ille terrore subicit, hic seruituti donatur; ille corpora custodit ad mortem, hic animas seruat ad vitam. ] Hæc si de simplici Episcopo valent quanto iustius de Episcopo Episcoporum? Habet similiter hic locum alia argumentatio æquè à minori ad maius ducta ex Origene sic disserente homil. 12. in Num. [ Quod Reges dici possint etiam Apostoli, puto ex eo facile probari posse quod de omnibus credentibus dicitur; Vos autem genus Regale, Sacerdotium magnum, gens sancta. Si ergo illos dicunt Reges qui per verbum ipsorum crediderunt, quanto magis ipsi Reges habendi sunt qui faciunt Reges? Sed & inde facile colligitur. Si enim Reges à regendo dicuntur, omnes vtrique qui Ecclesias Dei regunt, Reges meritò appellabuntur: multo autem rectius illi, qui & illos ipsos, dictis atque scriptis suis regunt à quibus reguntur Ecclesie. Et propter hoc meritò Dominus Rex Regum dicitur. Nisi enim isti, & cæteri qui eos imitantur, Reges fuerint, ille non videbitur Rex Regum. ] Hæc pro Regio omnium Apostolorum titulo ab Origene adducta, multo fortius vrgent pro Apostolorum Principe & eius successoribus Romanis Pontificibus, quorum est Ecclesias particulares & earum immediatos Rectores siue Episcopos verbo & scripto regere, & qui verè faciunt Reges, cum spirituales, tum etiam temporales. Neque enim est obscurum quam multi terrenorum Principum, Regium titulum acceperint à Romano Pontifice. S. Stephanum Hungarorum Principem Regis titulum ac coronam periiisse à Romano Pontifice & obtinuisse Caruius in eius vita & Bonifacius in Historia Hungarica tradunt. Qui addunt cum eodem tempore idem expetiisset Dux Polonia, non esse factum voti compotem. Demetrius item Dalmatiæ ac Croatiae Princeps, Regium nomen exortauit à Pontifice anno 1076. nec non Edganes Scotus ab Vibano II. anno 1098. vt scribit Lessæus l. 7. histor. Scotor. & Alfonso Lusitanus ab Eugenio III. anno 1112. itemque à Ioanne XXII. Venceslau

Venceslau

Onomasticō  
Pontificiū.

Venceslaus Dux Poloniae Cromero teste; qui item Danielem Rhuscorum & Mindanum Lithuanorum Principes, similiter honestatos à Romano Pontifice scriptum reliquit: Igitur iuxta Originis ratiocinationem Pontifex Romanus quandoquidem alios facit Reges, meritò Rex denominatur, præter eos mysticos titulos quos item Origenes attigit, penes quos Regis denominatione potest in aliquem cadere.

Addo Regis nomen etiam prout temporaliter sonat, Romano Pontifici tribui: probat hoc multis argumentis Celsus Mancinus lib. 4. de iuribus Principat. cap. 2. Idem confirmat Antonius Mazzaronus Tract. de tribus coronis Roman. Pontific. cap. 3. ex cap. Aliis 15. quæst. 6. & ex cap. Solite de maiorit. & obediens. Sed neutro loco quicquam inuenio. Non dubitabit tamen de veritate illius nomenclationis, etiam spectata (vt S. Leo Nonus affirmabat,) dominatione terrena, quisquis perspexerit ambitum dominatus Pontificis temporalis. Quod si olim in Scripturis quoque. Regis nomen ad permodicos Dynastas porrigebatur, vt disserit Sherlogus Anteloq. V. sect. 6. à num. 128. multo iustius est, non negari Pontifici ditionem obtinenti omnino amplam ac diuitem. At regnum eius præcipuum non est de hoc mundo. Placet potèd admonitio Aluari Pelagij lib. de potestate Eccles. notantis, quamuis Romanus Pontifex non rapinam arbitratus sit, titulum Regis assumens, tamen ad insinuandam humilitatem, eo titulo piè, & sapienter abstinere.

Rex Regum, & Princeps Christianorum Principes. Ladislaus Rex Hungariæ orat. ad Nicolaum V. Apud Cochlaum lib. 11. hist. Hufstatum.

Non est hic titulus accipiendus cum exclusionem Domini, in Principibus quibuslibet temporalibus, quod de Christo ipso dictum ab Auctore operis de Regim. Princ. libro 3. cap. 13. meritò passim exploditur, multo enim magis de Romano Pontifice dicendum est; cui ne illud quidem dominium directum supernaturale creatum concedendum est, quo Christus Dominus iure ac titulo filij naturalis, in omnia creata potitur, vt disputatum est tractando Christi Dominium. Nullus sanè idoneus titulus Domini vniuersalis illius directi supra alios quoscumque Principes, in Pontifice assignari potest, quantumuis ita visum sit nonnullis Canonum peritis apud Nauarrum in cap. nonit ille de Iudic. & apud Couarruiam Reg. peccatum 2. par. §. 9. num. 7. Alios præterea adducit, & sequitur Petrus Andreas Canhonetius in 7. Hippocr. Aphorism. à pag. 238. & Thomas Bosius lib. 4. de Statu Italiæ cap. 5. & Franciscus Bosius libris quinque de Monarchia, nec nou Celsus Mancinus lib. 2. de iuribus principatum à cap. 6. & toto libro 3. & 4. Nonnullos Patres pro eadem sententia allegat F. Giuniperus à Drepano disp. 1. pro defens. Iuris Pontif. quæst. 1. cap. 2. num. 4. Sed perperam. Nam nihil tale cogitarunt S. Bernardus, & sanctus Augustinus, ac Tertullianus; & quos perperam Sanctos prænominat, Titus Bostremus homo hæreticus, ac Hildebertus. Itaque ea sententia non est nisi Canonistarum, & quidem non omnium, meritòque prout sonat, reicitur a Suar. s lib. 3. defens. cap. 5. & 3. de legibus cap. 6. & à Bellar-

mino lib. 5. de Pontif. à cap. 1. nec non à Ioanne Salas 1. 2. Tract. 14. disp. 7. lect. 4. Dixi prout sonat, quia Suares libro illo 3. defens. cap. 16. num. 2. & Bellarm. loco annotato cap. 5. exponunt Doctores illos de tali Dominio vniuersali, quale est animæ in corpus; qua similitudine in hanc rem vtuntur, Naz. orat. 17. num. 15. Isidor. Pelus. lib. 3. Epist. 249. Iuo Epist. 106. & S. Thomas 2. 2. quæst. 60. Art. 6. ad 3. eamque diffusè explicant Bellarm. lib. illo 5. cap. 6. Bernardus Chouer ad titulum Concordat. de publicat. concubinar. V. etiam Regali Binseleddius ad cap. 7. de iniuria, & damno dato quæst. 1. conclus. 2. & Mauclerc in opere de Monarch. pag. 2. lib. 1. cap. 2. & par. 4. lib. 1. toto cap. 3. Itaque Romanus Pontifex, non est dictus Rex Regum, & vnicus Christianorum Princeps, ratione Domini jurisdictionis temporalis in omnia regna, & principatus fidelium Regum & Principum; quasi isti subalternentur Pontifici tanquam directo Domino; sed tantum dictus est Rex Regum, ratione jurisdictionis spiritualis plenissima qua potitur in omnes plane fideles. [ Sicut ad hodiernam vsque diem, cernimus mundanos principes, regi & instrui ab Ecclesiasticis. ] Verba sunt Cyrilli Hierosolimitani catech. 17. quæ maximè valent de Romano Pontifice.

Rex Regum, & Princeps Imperatorum, præcipuus hominum. B. Petrus Damiani Opuscul. 23. cap. 1.

Operæpretium videtur, representare partem loci quo ista tradit Petrus Damiani vt Maiestas Pontificia quæ in eo maximè splendet, deprehendatur liquidius, & insignis fructus moralis quem idem Auctor inde exhibet, decerpatur. Tractat eo loco Petrus Damiani, quid sit, cur Romani Pontifices præ omnibus terræ Principibus celeri morte defungantur, ita vt nemo post sanctum Petrum, qui annis circiter viginti quinque sedit Romæ Pontifex, pettingere ad eam Pontificatus durationem potuerit: Respondet ad hoc dubium Petrus Damiani. [ Videtur nobis, quia idcirco hoc cœlestis Iudicij ordo disponit, vt humano generi metum mortis incutiat, & quàm despicienda sit temporalis vitæ gloria, in ipso gloriæ principatu euidenter ostendat, quatenus dum præcipuus hominum tam angusti temporis compendio motitur, tremefactus quisque ad præstolandum sui obitus custodiam prouocetur: & arbor humani generis, dum cacumen ac verticem suum tam facile corruisse considerat, flatu concussa formidinis, in suis vndique ramusculis contremiscat. ] Et mox addit, Deum id potius assequi morte Pontificis, quàm morte cuiuscunque Regis aut Imperatoris. [ Quin cum vnus omni mundo Papa præsideat, Reges autem plurimos in Orbe terrarum, sua cuiusque regni meta concludat; quilibet Imperator, ad Papæ vestigia corruit: Tanquam Rex Regum, & Princeps Imperatorum, cunctos in carne viuentes honore ac dignitate præcellit: Vnde quolibet Rege defuncto, administratione eius, regnum tantummodò cui præerat, destituitur. Cum verò Sedis Apostolicæ Pontifex moritur, vniuersus tanquam communi Patre mundus orbatur. Quid enim Africa de Regibus Asiæ, aut quid Æthiopia de Principibus sentit Hesperia? Nam siue moriantur, siue viuant, qui procul à

3 fe

*Onomastico Pontificia.*

se remoti sunt, utrunque indifferenter ignorant. Est & aliud cur mors cuiuslibet Regis non magnopere sit terrore, quoniam seculares principes qui turbis popularibus præfunt, sæpe gladiis perimuntur, &c. Sæculares ergo Principes quia diuersæ mortis casibus exponuntur, cor audientium eorum exitum, non atteritur; Papa verò vita, quia sola naturalis obitus lege concluditur, eius ex hac vita transitus, sine graui formidine non auditur. Porro quia terreni Principes, regni sui quisque (vt dictam est) limitibus includuntur, causa non est, cur per alienas mundi prouincias, eorum obitus diffundatur: Papa verò quia solus est omnium Ecclesiarum vniuersalis Episcopus, cum luce priuatur, mors eius per ampla terrarum regna diffunditur. Et sicut sol, quia solus lucet, si Eclipsim fortè sustineat, præsto necesse est, vt tenebras totus vbique mundus incurrat, sic Papa cum ex hac vita recedit, illico quia vnus in mundo est, longinqua regnorum spatia mortis eius fama percurrit, & conuolvens est vt quos tam sublimis singularisque personæ casus obturbat, propriæ quoque vocationis exitum tremefactis visceribus expauescant. Vbi notandum, quam velit Omnipotens Deus, Romani Pontificis vitam hominibus in ædificatione prodesse, cuius etiam mors perhibetur ad Creatorem suum animas reuocare: vt dum se Patrem orbi esse considerat, ab inculcanda tot filii hæreditate, desidia non torpescat. ] Benè & optimè, ac citra glossam omnem, perspicue.

Illustrari verò potest mens Petri Damiani ex eo quod Geographus Nubienfis parte 2. Climatis V. hæc verba habet. [ In vrbe Roma sunt ædes Regis, Papa vocati: nec est supra Papam superioritas in dignitate, & Reges sunt inferiores ipso. ] Refert hæc verba Selden ad Origines Alexandrinæ Eutychij Aegyptij num. 21. & ex Leuenteclauio addit, Turcas Romanum Pontificem vocare *Rumbeg* & *Rumschab*, id est *Roma Regem*. Et quanquam Selden, (quippè Sectarius) ringitur ad eam Regum sub Papa Romano collocationem à Geographo factam, dicens; eam nomenclationem aut assertionem, esse factum ignauitæ, aut ambitionis, vel assentationis; vt ea ratione repellens sensum fidelium quos refert Geographus: tamen iudicium probrosum, hominis corrupta fide effluentis quæ non vult intelligere, nihili pendendum est; præsertim cum ratio manifesta sit in contrarium. Nam omnes Reges qui sapiunt, vltro agnoscunt, non ignauia neque assentatione ducti, Pontificiam spiritualem potestatem, cum sit supernaturalis, eos vt filios in Christo, habere inferiores: & vt oues Pastori diuinitus constituto lubentes subiiciuntur, & vocem eius audiunt. Faciunt ad hunc item locum, quæ proximè adducentur.

*Rex plusquam omnes Reges.* Episcopus Pataræ apud Liberatum in Breviario c. 22.

Cum Iustinianus, instinctu Eux suæ, pessimæ Theodoræ, truculenter ageret cum S. Syluero, monuit eum Episcopus Pataræ, videret quid ageret; indignissimum esse contellans, sic tractari tantum virum. Nam (inquit,) [ multi in hoc mundo sunt Reges, & non est vnus, sicut ille Papa, est super Ecclesiam totius mundi. ] Hoc ipsum est quod post SS. Leonem & Prosperum, aiebat S. Gregorius V I I. lib. 2. Epist. 75.

[ Plus terrarum, lex Romanorum Pontificum, quam Imperatorum obtinuit. In omnem terram exiit sonus eorum, & quibus non imperauit Augustus, imperauit Christus. ] Vtique non per se tantum, sed etiam per suos Vicarios, Romanos Pontifices, à quibus proinde, ait docerem olim solitas vniuersas nationes, & corripitem ab eis solitos omnes Reges & Principes, in iis quæ arguenda essent; nimirum agnoscentes in Christo Vicario ministerium & administrationem regni illius, quod Christus super Ecclesiam à Patre accepit supremum simul ac fundatissimum.

Qua de re, quia veritas est grauissima, & maiestatem Pontificis Romani radicis exhibens, placet egregiam S. Thomæ disputationem ex lib. 1. de regim. Princ. cap. 14. huc transferre. [ Hunc (inquit,) dici Regem, supponimus cui summa regiminis in rebus humanis committitur: Tanto autem est regimen sublimius, quanto ad finem vltiorem ordinatur; semper enim inuenitur ille ad quem pertinet vltimus finis, imperare operantibus ea quæ ad finem vltimum ordinantur. Sicut gubernator ad quem pertinet nauigationem disponere, imperat ei qui nauem constituit, qualem nauem nauigationi aptam facere debeat: Ciuilis autem qui vitur armis, imperat Fabro qualia arma frabricet. Sed quia finem fruitionis diuinæ, non consequitur homo per virtutem humanam, sed virtute diuinæ, iuxta illud Apostoli Rom. 6. *Gratia Dei, vita æterna*, perducere ad illum finem, non humani erit, sed diuini regiminis. Ad illum igitur Regem huiusmodi regimen pertinet, qui non est solum homo, sed etiam Deus, ad Dominum nostrum Iesum Christum, qui homines filios Dei faciens, in cælestem gloriam introduxit. ] Et mox. Huius ergo regni ministerium, vt à terrenis essent spiritualia distincta, non terrenis Regibus, sed Sacerdotibus est commissum, & precipue summo Sacerdoti, successori Petri, Christi Vicario, Romano Pontifici, cui omnes reges populi Christiani oportet esse subditos, sicut ipsi Domino nostro Iesu Christo; sic enim ei ad quem finis vltimi cura pertinet, subditi debent illi ad quos pertinet cura antecedentium finium, & eius imperio dirigi. Quia igitur Sacerdotium Gentilium, & totus diuinorum cultus, erat propter temporalia bona conquirenda, quæ omnia ordinantur ad multitudinis bonum commune, cuius Regi cura incumbit, conuenienter Sacerdotes Gentilium Regibus subdebantur. Sed & quia in veteri lege promittebantur bona terrena, non à Demonibus, sed à Deo vero, religioso populo exhibenda, inde & in lege veteri Sacerdotes Regibus leguntur fuisse subiecti. Sed in noua lege est Sacerdotium altius, per quod homines traducentur ad bona cælestia; Vnde in lege Christi, Reges debent esse Sacerdotibus subiecti. Propter quod mirabiliter ex diuina prouidentia factum est, vt in Romana Vrbe quam Deus præuiderat Christiani populi principalem sedem futuram, hic mos paulatim inolefceret, vt ciuitatum Rectores Sacerdotibus subiacerent. Sicut enim Valerius Maximus refert, omnia post religionem ponenda, semper nostra ciuitas duxit, etiam in quibus summæ maiestatis decus conspici voluit. Quapropter non dubitauerunt sacris imperia seruire, ita se humanarum

humanarum rerum habitura regimen existimando, si diuinæ potentia bene atque constanter fuissent famulata. Quia verò etiam futurum erat, vt in Gallia Christiani Sacerdotis plurimum vigeret religio, diuinitus est permittum, vt etiam apud Gallos gentiles Sacerdotes, quos Druidas nominabant, totius Gallia eius definitent, vt refert Iulius Cæsar in libro quem de bello Gallico scripsit. ] Similia pleraque de aliis Ethnicis addensat Petrus Gregorius lib. 15. Syn-tagm. cap. 1.

Ex quibus vides, haud potiore iure Pontificem *Maximum* in Ethnicismo à Tertulliano lib. 1. ad Vxor. dictum esse *Regem saeculi*, (quod quidam nuper disput. 1. pro defens. Iur. Pontif. q. 1. cap. 2. num. 5. ridiculè censuit dictum de Christiano Pontifice Maximo,) quam inter Christianos eo nomine dici debeat Romanus Pontifex, cui omnes inclinare caput & obedire debent, etiam quibus alij omnes obediunt: iuxta illud S. Ignatij Epist. 9. quæ est ad Philadelphios. [ Presbyteri atque omni clerus, simul cum omni populo, cum militibus & principibus, sed & Cæsares obediunt Episcopo. ] Quem sanctissimi viri locum aduersus Scluteri Sectarij canillos, benè tutatus est Martialis Mæstræus, quod tamen cum ea S. Ignatij scriberet, nulli essent Cæsares Christiani, tamen regulam præscriberet, futuris temporibus seruandam, cum Cæsares Christum agnouissent; ad quam etiam iam tunc fuissent astricti; si mens non læua fuisset.

Ex his omnibus manet perspicuum, Romanum Pontificem esse *Regem plusquam omnes Reges*, quippe cui & iurisdicchio sit longè nobilior, (nempe spiritualis & supernaturalis, collata immediate à Christo ipso,) & longè protensior; quandoquidem est diffusa per vniuersas sub cælo nationes, vbicunque reperuntur fideles non exclusi ab ea spirituali ad Pontificem subiectione, Regibus quoque & principibus terræ. [ Non Rex (aiebat Cælestino III. Eleonora Regina Angliæ,) non Imperator, aut Dux, à iugo vestra potestatis eximitur. ] Ita legitur apud Blesensem Epist. 145. Agnouisse id præcos plerosque Reges ac Principes, subiectis exemplis monstrat Bellarmin. cap. 3. Apolog. contra Iacobum V I. Vltra communem verò subiectionem spiritualem, benè multa regna, ex pietate Regum facta esse peculiari Summo Pontifici obnoxia, constat ex longo eorum syllabo, quem exhibet Eugubinus lib. 2. de Donatione Constantini à pag. 285. & Iacobus Gretserus in Commentario de Imperatorum, Regum, ac Principum munificencia in Sedem Apostolicam, præsertim à cap. 1. ad 36. Sunt autem huiusmodi regna tam ampla & tam multa, vt inde euidētissimum fiat, Papam plus esse Regem, quam omnes Reges, id est nullum esse Regem qui ei possit exæquari, vt aiebat Pataræ Episcopus. Nec dissimiliter Eugenio S. Bernardus 2. de Confid. cap. 1. [ Parem super terram non habes. ] Sed & Michaël Imperator, tamen malignè, vt Leonem II. in necessitate summa desereret, tamen sic de eo dixit apud Monachum Sangallensem lib. 1. de Rebus Caroli Magni cap. 28. *Ille Papa, regnum habet per se & nostro præstantius. Ipse se per se ipsum vindicat de aduersariis suis.* Copiosus in Regni huius Pontificij

amplitude ac prerogatiuis, est Bosius lib. 3. de Statu Ital. cap. 7. Valet itaque multo iustius per Pontificem de Roma Christiana, quam de Roma Ethnica per Consules, aut Imperatores, quod dixit Rutilius lib. 1.

*Omnia perpetuos que seruant sydera motus,*

*Nullum viderunt pulcherrima Imperium.*

*Quid simile Assyriis conuelleret contigit,*

*arma,*

*Medi finitimos cum domuere suos?*

*Magni Parthorum Reges, Macedonumque Tyranni,*

*Munia per varias iura dedere vices.*

Nec multò antè de eadem Romani Imperij diffusionem.

*Nam solis radiis aequalta munera tendis,*

*Qua circumfusis fluctuat Oceanus.*

*Voluitur ipse tibi qui continet omnia Phœbus,*

*Equè tuis ortus, in tua condit equos.*

Accedit duratio regni Pontificij quod non est inter peritura regna vt dictum à Poëta obseruat S. Augustin. serm. 29. de verb. Dom. monstrans quod Iouis persona alibi dixerat, *Aspice ego nec metas rerum nec tempora pono, adulando dictum esse.* At hoc regnum quod Pontifici vendicamus, æternum est, nec portæ Inferi aduersus illud præualebunt.

*Robur & petra Ecclesia.* Theophylactus Lucae vigesimo secundo.

Dicitur Petrus *Robur Ecclesie*, quia ex Christi mandato, munus eius est, confirmare fratres suos. Id quod Synodus Ephesina scribens ad Cælestinum Papam, in consuetudine fuisse Romanorum Pontificum testata est, adhibens Græcam vocem *σπικρον*. Franciscus Turrianus lib. 2. contra Magdeburg. cap. 4. exhibet varia exempla huius confirmationis per Pontificem, à grauissimis quibusque Antiquis cum sedes inibant expetitæ, missa ad eum fidei suæ confessione, vt confirmaretur, si benè haberet. Ob hoc robur cæteris conferendum, S. Petrus nomen à robore & firmitate accepit, vt scribit ad S. Eulogium S. Gregorius, confirmatque S. Leo serm. 3. in Anniuers. suæ assumptionis, illis de S. Petro verbis. [ Specialis à Domino Petri cura suscipitur, vt pro fide Petri propriè supplicetur, tanquam aliorum status certior sit futurus, si mens Principis victa non fuerit. In Petro ergo omnium fortitudo munitur, & diuinæ gratia ita ordinatur auxilium, vt firmitas quæ per Christum Petro tribuitur, per Petrum Apostolis conferatur. ] Egregium in hanc rem S. Cyrilli locum adducit his verbis Paludanus l. de causa immediata Ecclesiast. potestatis art. 1. initio. [ Dicit Cyrillus super illud 22. *Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos*, q. d. postquam me negato ploraueris, & sic penitueris, corrobora cæteros, cum te Principem Apostolorum deputauerim. Hoc enim decet te, qui mecum robur es & petra Ecclesiæ. Vnde sequitur; Hoc autem intelligitur, non solum de Apostolis qui tunc erant vt roborarentur à Petro, sed de omnibus qui vsque ad finem mundi futuri sunt, & fidelibus. ] Hunc locum apud S. Cyrillum, adhuc quæro, habetur autem apud Theophylactum ad eundem Lucae locum, quanquam cum additamento totam sententiam peruertente; nempe quod Petrus



Onomastico Pontificii.

Petrus conuersus & respiciens à peccato iubetur esse omnibus deinceps fidelibus exemplum salubris penitentiae & cauedae desperationis, cum is qui aded turpiter ceciderat, respiciens creatus sit totius Ecclesiae Rector. Aio, hoc additamentum peruertere totam sententiam quia roboratio & confirmatio fratrum per Petrum ex Christi mente per Patres exposita, non fuit fidelium animatio ad non desperandum cum peccauerint, sed roboratio in fide quam roborationem & confirmationem, Christus Petro ipsi exorauerat, & ut ab eo sic confirmato ad alios permaneret, voluntas Christi ferebat.

S

**Sacerdos magnus, summus Pontifex, princeps Episcoporum.** Sanctus Bernardus 2. de consider. cap. 8.

*Sacerdos Christi.* Petrus Blesens. Epist. 144.

Tamet si est hoc nomen omnibus Sacerdotibus commune, tamen antonomastice, praecipuus ac Summus Christi Sacerdos, nomen tulit *Sacerdotis Christi*, estque nomen *Sacerdotis*, sumendum maxime proprie, pro eo scilicet, qui ut definiuit Apostolus, ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur, in iis quae sunt ad Deum. Hac quippe ratione, Romanus Pontifex est Christi Sacerdos antonomastice, & supra omnes in lege noua sacerdotes. Quamquam si *Sacerdotium* sumeretur pro dignitate & veluti gloriae antistitio, ne siquidem Romanus Pontifex defineret esse eminentissimè *Sacerdos Christi*. Notionem illam *Sacerdotij*, pro dignitate, legimus quandoque apud profanos, ut cum Poetae dicuntur Musarum Phœbique Sacerdotes. Imo sacrae Litterae ab eo loquendi modo non abhorrent. Nam quod 2. Reg. 8. dicitur *filij autem David, Sacerdotes erant*, clarè 1. Paral. 8. exponitur de hoc Sacerdotio, cum dicitur, *Porro filij David, primi ad manum Regis*; Itaque etiam si *Sacerdotis* nomen in hoc minus proprio sensu acciperetur, salua semper esset Romano Pontifici, antonomastice dicta ratio Sacerdotij.

*Sacerdos mundi.* Constantinus in Edicto.

*Sacerdos magnus, sacerdotum praeter Christum opinatissimus.* Iuo sermone de Cathedra Sancti Petri.

Id est celeberrimus, & nominatissimus omnium Sacerdotum infra Christum.

*Sacerdos primus inter Christianos Sacerdotes.* Facundus lib. 4. cap. 3.

*Sacerdos vnus, Sacerdos Dei.* Sanctus Cyprianus Epist. 55.

Sicut omnes Ecclesiae particulares, variis Episcopis particularibus obnoxiae, iuxta Cyprianum, sunt vna Ecclesia; ita omnes illi particulares Episcopi, nexi cum supremo à quo omnes dependent, vnum Episcopatum gubernant, cuius portiones singulae sunt penes quoscumque Episcopos particulares; totalis autem summa, penes Romanum, cuius est super omnem Ecclesiam, omnesque Episcopos, excubias agere, vnde denominatur *vnus Episcopus*.

*Sacerdos sacerdotum diuinitus omnibus praeminens.* Pater Patrum dominus noster, ter beatissimus Papa. Abbates & Monachi Graeci in Concilio Lateranensi, sub Sancto Martino I. Secretario secundo.

*Sacerdos summus.* S. Hieronymus in Praefatione Euangel. ad Damasum.

Fuit olim vsus, ut quilibet Episcopus, *Summus Sacerdos* diceretur, & quilibet Episcopatus, *Summum Sacerdotium*. Diaconatus autem *tertium*, & Presbyterium *secundum Sacerdotium*, ut loquitur Optatus lib. 1. Sic S. Hieronymus Epist. 99. quae est ad Asellam, de seipso ait; [Omniū penè iudicio, dignus summo Sacerdotio decernebat.] Id est Episcopatu. Eodem sensu Concilium Agathense cap. 6. [Pontifices (inquit, quibus in summo Sacerdotio constitutis, &c.) Tertullian. libro de Baptis. [Dandi baptisimi ius, habet summus Sacerdos, qui est Episcopus.] S. Ambrosius ad Felicem Comensem quae est Epist. 60. [Suscepisti gubernacula summi Sacerdotij.] Idem habet Innocentius I. Epist. 12. Latè ad Sidonium id monstrat Sauro lib. 4. Epist. 11. versiculo *Nam de Pontifici, &c.* Et ut innumera similia testimonia praeteream, creditus Augustinus quæst. 101. ex vtroque Testamento mixtum, disputans contra quendam Falcidium, Lectas Sacerdotibus exaequantem, probat ex Apostolo, Presbyterum siue Sacerdotem dici, qui est Episcopus. [Quid est enim Episcopus, nisi primus Presbyter, hoc est summus Sacerdos?] Denique non aliter quam *compresbyteros hic (Episcopos)* vocat consecratos suos. Non vult asserere, quod aliqui asserunt D. Hieronymo, Presbyterum & Episcopum vnam rem esse, solo honore & gradu humano differentem; sed ita locutus est, quia ut praemiserat. [Maior ordo intra se & apud se, habet & minorum. Presbyter enim, & Diaconi agit officium, & Exorcistae, & Lectoris. Presbyterum autem intelligi Episcopum probat Paulus.] Itaque hic Auctor, perspicue agnoscit ordinem Episcopi esse maiorem; quamuis quia id ipsum potest Episcopus quod Sacerdos, dicatur ipse quoque, *Sacerdos*, non tamen qualicumque, sed *summus*. Ita quidem iuxta antiquum vsum: quamuis iam pridem appellatio *summi Sacerdotis*, aequè ac *summi Pontificis*, restricta est ad omnium Episcoporum supremum siue Romanum. Quare in Capitulis ab Adriano Papa traditis Ingehranno, postquam vetitum est ne quis vocetur *summus Sacerdos*, aut *princeps Sacerdotum* subditur, *salua semper in omnibus auctoritate B. Petri Apostoli*; quod est dicere, Pontificem Romanum non comprehendi ea prohibitione.

*Sal omnium Ecclesiarum.* Ioannes Sarisber. Epist. 129.

Allegat hoc decus Romanae Ecclesiae, & Pontificis eam regentis, Ioannes Sarisberienensis, ut monstrat, inde habere, omnia Ecclesiae membra quod vigeant: Indidemque concludit, necesse esse, omnes incumbente necessitatis articulo ad Pontificem recurrere, ut inde velut conditi ac saporem haurire possint. Facere haec possunt quae Patres & Doctores circa illud Christi ad Apostolos commentati sunt, *Vos estis sal terra*: & referri quoque ea, quae circa saltem in Baptismate adhibuit dixerit Iesse Ambianensis in Encyclica *de sale*. Item quae de sale in omnibus victimis adhibendo, temore melle, quondam sunt constituta. Illud, S. Chrysostomus ad putorem arcendum corruptionemque amouendam petruisse, existimauit homil. 15. in Matth. (consentaneè ad Originem, qui

homil.

Onomastico Pontificii.

homil. 27. in Num. ea ex causa, tentationem, *saltem animarum* vocauit, quod, putredinem arceat, & ut Apostoli intelligerent, debere ipsos non sibi dumtaxat sapientes esse, sed quod sal habet, defutuare quoque debere omnes; nec id praetandum ab illis palpando & mulcendo, sed (quae salis propria vis est,) vrendo atque vellendo: nam neque vera sapientia quae de sursum est, placere affectat, sed vbi opus est, mordet quoque & erodit. Quod sui muneris esse profusius est Romanus ille Pontifex qui verus parens fuit Libri de Aleatoribus, peperam tributi sancto Cypriano. Agnoscit enim se tanquam saltem terrae, debere alex putorem arcere, & idcirco, contra eum stylum stringere. De huiusmodi item sapientia accipit Petrus Damiani sermone 64. mandatum Dei de sale omnibus Sacerdotibus apponendo. Ut omne boni operis Sacerdotium, rationis, discretionis, ac caelestis sapientiae sale sit conditum. Vnde insipientes insulsofque dicimus, ait sanctus Bernardus sermone de obedientia, patientia & sapientia; Quod ergo caelestem sapientiam à putredine praeseruantem, & sanctè erodentem, suppediter omnibus Romanis Pontifex, iure audit *Sal omnium Ecclesiarum*, nec plus potest orbis vniuersus Christianus additione & consultatione Pontificis carere, quam humana vita, salis vsu potest destitui. Speciatim verò Orientales, ut rectè notauit Gennadius ad caput quintum Concilij Florentini sect. 12. hunc saltem conseruandae apud eos fidei fuisse, debent agnoscere. Id quod penè persequitur Stapletonius libro 2. de magnitudine Romanae Ecclesiae cap. 7. Ceterum de salis & Romani Pontificis comparatione, fusè ac pereruditè Bernardinus Gomelius 1.5. de sale à num. 35. ad 51.

*Sanctus indicatu.* Sanctus Bernardus 2. de consideratione cap. 8. Clarus omnino inter Iudices populi Israelitici fuit Samuel, extra ordinem, à Deo, (quamuis non esset de tribu Leui,) annumeratus Dei Sacerdotibus, iuxta illud Psal. 98. vers. 6. *Moses & Aaron in Sacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui innocant nomen eius.* Vbi Lorinus, varios profert, quibus Samuel tametsi ad summum Leuita, & ex progenie Caath, non autem è Sacerdotum stirpe (quod vnum quincunt, quae adducit sanctus Hieronymus lib. 1. in Iouin. cap. 13. & acriter Hilarius Diaconus autor qq. veter. Testament. in 46. vbi stultos vocat qui sic sentiunt,) dispensatione tamen & ex Dei voluntate extraordinaria, Sacerdos agnoscitur; cuius probitas, & sanctitas in exemplar omnibus Sacerdotibus ac Iudicibus statui potest & potuit. Potestas verò eius, eximia omnino fuit, cui Deus primi & secundi Regis inungendi, & ceterorum in ea gente principum munerum curam demandauit, ut 1. Regum videre est. Fuisse autem Summum Sacerdotem, quamuis diffitetur Iustinianus prolegomen. Paul. disputatione prima, capite decimo, numero tertio, tamen admittit sanctus Augustinus 2. Retract. capite quinquagesimo quinto, & 17. Ciuitat. capite quinto, & valde multi Patres quos longo agmine recentè Franciscus Bozius libro quinto de Monarchia capite decimo septimo. Videndus item Serarius in capite septimo, primi Regum quaestione prima. Hac de causa sanctus Bernardus,

*Theophilus Raynaldi Pontificia.*

Romanum Pontificem cum Samuele, penes munus Iudicis quod cum extraordinario Sacerdotio nexum habuit, compositum voluit.

*Sanctitas.* Theodoretus ad Sanctum Leonem.

Abstractum pro concreto, maioris reuerentiae gratia, ut saepe in similibus, supra annotatum est. Hodie titulus *sanctitatis*, ad Summum Pontificem arctatur, nec vlli alteri siue Episcopo, siue Magnati tribuitur. Olim tamen res aliter habuit. Nam sanctus Augustinus passim, quoscumque Episcopos *sanctitatis* titulo honestat, nec raro eos quoque qui fidei oblecta erant, quamdiu eorum causa non erat desperata, ut notauit in defensione Valeriani Cemeliensis capite decimo, vbi de huius olim tituli ad quoscumque extensione plenissimè. In Epistola prima reclamationaria ad Ludouicum piuum Imperatorem, quam Quercetanus tomo secundo Miscellae suae Francicae inseruit, post Epist. Frotharij Tullensis, Auctor agens cum Ludouico Pio, semel & iterum eum vocat *sanctitatem vestram*. Nunc (ut dixi,) vsus eam vocem arctauit ad Summum Pontificem.

*Sanctitas quae caput est omnium Ecclesiarum.* Iustinus Senior, ad Ioannem II. Papam, ut est in Cod. Iustinia.

*Sanctum, sanctissimum.*

Stupendus est stupor nonnullorum quos obiter perstringit Bossius libro vigesimo de signis capite quinto negantium olim Pontificem Romanum his titulis fuisse decoratum. Quod adeò luculentum mendacium ex mera malignitate & capitis Catholicae Ecclesiae odio tam gratis est confictum, ut confutatione non egeat, cum nihil frequentius occurrat in quibuslibet antiquorum siue Parrum siue Conciliorum ad Romanos Pontifices Epistolis, quam ij tituli. Nec mirum delatos esse Principi Episcoporum, cum apud Cassiodorum, Theodoricus & Athalaricus Reges Arxiani, frequenter iisdem titulis honestent quoscumque Episcopos; quod item passim fieri videmus à Sidonio, & aliis antiquis. Ipse sanctus Gregorius in Epistola increpatoria ad Ioannem Iouanetorem, non negat eum talem compellationem *sanctissimi, & sanctitatis vestrae*. Libri quarti Registri Epistola trigesima octaua indit. 13. Sanctitatis item titulo, Episcopum honestat Innocentio I. Epistola decima quinta. Sanctus verò Chrysostomus in Psal. 13. expostulat quod Haereticis non vocarent suum Catholicum Episcopum, *Sanctum*. Sed vsus inualuit, ut Romano Pontifici speciale esset hoc decus, attenta persona quam sustinet Vicarij Christi, quae cum obstringit ad omnem Sanctitatem & facit omnibus Sacrosanctum & peruenerabilem, ut ferunt iura quae ad huius tituli illustrationem addensat Troilus Maherius lib. de canonizat. Sacerdotum dub. 1. num. 16. Videndus item Fortunatus Sacchus in Opere de Notis Sanctitatis sectione prima, capite quarto, & iam olim Alexander de S. Elpidio Tract. de Ecclesiast. potest. in prooemio. Pugnat latè pro illo vsu restringendi hunc titulum ad Pontificem Henricus Kaletsein in orat. de libera verbi Dei praed. in Concilio Basil. *Sub Initium*. Ennodius in Apolog. à Sancti Petri Romanorum Pontificum primi, Sanctissimo

P

Sanctissimo

Onomasticō  
Pontificium.

Sanctimonia, repetit decus hoc Successorum, quantumvis aliquando noxiorum. [ Ille ( inquit de Sancto Petro ) perennem meritum dotem cum hereditate innocentia misit ad posteros; quod illi concessum est pro actu luce, ad illos pertinet, quos par conuersationis splendor illuminat. Quis enim sanctum esse dubitet, quem apex tantæ dignitatis attollit? In quo si desint bona acquisita per meritum, sufficient, quæ à loci decessore præstantur. Aut enim claros ad hæc fastigia erigit, aut qui eriguntur illustrat. Prænoscit enim quid Ecclesiarum fundamento sit habile, super quem ipsa moles innuitur. ] Hunc locum ex decretis Beati Symmachi Papæ allegat S. Gregorius V. II. lib. 9. Epist. 21. præmiseratque ( quod hanc Pontificum Sanctitatem valde illustrat, ) à tempore S. Petri vsque ad ipsum Gregorium, Romanos Pontifices ferè centum inter Sanctissimos esse numeratos, quot à mundi principio non sunt recensiti Reges terræ, qui eximia sanctitate sint celebrati. Ino idem Gregorius in dictato quod extat apud eum lib. 2. Registri, proposit. 21. 22. asserit quemcunque contigerit canonicè eligi in Romanum Pontificem, meritis B. Petri indubitanter effici sanctum. Quod confirmat ex S. Ennodio, ac ex decretis Symmachi Papæ locus Symmachi exscriptus est à Gratiano cap. Non nos distin. 40. vbi Symmachus Calumniam passus de scædo opere, & criminantibus aduersariis existimare Pontifices, se cum sede peccandi licentiam suscepisse, respondet haud quaquam ita esse: sed B. Petrum perennem meritum dotem cum hereditate innocentia, transmittit ad posteros. Subiungitque illa insignia verba. [ Quis enim sanctum dubitet esse, quem apex tantæ dignitatis attollit? In quo si desint bona acquisita per meritum, sufficient, quæ à loci decessore ( B. Petro ) præstantur. Aut enim claros ad hæc fastigia erigit; aut qui eriguntur, illustrat. ] Non dissimilia Ennodius agens pro Symmacho in Apologético: quæ Glossa ad cap. Non nos existimat dicta, quia semper Pontifex præsumi debet bonus donec contrarium perspicue constet. Iuxta quam interpretationem, fruunt omnia quæ Casaubonus in Baronium, & Petrus Molinæus in probroso Opere de vocatione Pastorum aduersus Symmachum, & Gregorij pronuntiatum ingenti cum Baubatio effutiuerunt, existimantes iactari sanctitatem vitæ Pontificum ex quo insident cathedræ Sancti Petri: cum tamen nemo Catholicus id vnam somniarit, etiam si Pontifices, audiant Sancti, vel à munere quod est sanctissimum & diuinis vsibus profus addictum; vel à debito sanctitatis tali muneri adiunctæ, vt etiam agnoscit inter Sectarios Illyricus in Clau Scripturæ V. Sanctus. Nec est quod veter idem accipere de sanctitate precibus B. Petri adueniente per adiunctionem ad tot sanctos Pontifices. Itayt quod Sauli inter Prophetas prophetanti contigit, diuina benignitate accidat electo in Pontificem, & cooptato tot sanctis decessoribus, ad quos adiunctus sensa & mores vt plurimum mutet, transfæctque in virum alterum: quod potest illustrari ex subita animi mutatione in Felice ac Vigilio, ex quo fiere veri Pontifices. Pugnata latè pro hoc Romani Pontificis titulo contra Vicicissum Thomas Valdensis lib. 2. doct. cap. 36.

Quod autem Alexander III. scribens ad Præstetianem, eum vocat *Sacerdotum sanctissimum*, spectauit ad morem patriæ, cui Alexander in re humana seruitum voluit, nullo modo componens eum qui solus vi muneris est Sacerdotum Sanctissimus cum Rege laico.

*Sapientia senilis, Ecclesia.* S. Chrysost. in Encomio SS. Petri & Pauli.

Omnes quidem Apostoli sunt in Ecclesia, vt senes, de quo Rupertus in capite 4. Apocalyp. cum de 24. Senioribus. Tamen peculiari titulo à senectute celebratur sanctus Petrus quæ Pontifex, & eius successores. Nam nihil commendatius est Romanis Pontificibus, quam vt antiquitatem Doctrinæ constanter retineant, ab actis nouitatibus quas heretici consecretantur. In quam rem, luculenter præ cæteris, Vincencius Lyrinus in Commonit. cum de sancto Stephano Papa. Et sane nihil esse posse perniciosius quoad dogmata, quam si quis nouare audeat, etiam si quoad pleraque alia non sit nouitas improbanda, trado latè in Opere de iusta confixione librorum partit. 1. Erotem. 20. Romanus ergo Pontifex, quia traditæ à Christo atque aded antiqæ Doctrinæ tenax est, meritò dicitur *Sapientia senilis Ecclesia*. Quamquam non refragabor, si quis id referre malit ad sapientiam planè defecantam, qualis est senum, atque aded meritò ab omnibus adeundam gratia exquirendi consilij de fide & moribus. Ludolphus 2. part. vitæ Christi cap. primo, vocans Petrum *Seniorem ac Principem & caput aliorum*, Seniorem vsurpauit pro *Domino*. Ea tamen notio ab hoc loco est extranea, quamuis in libris Feudalibus sit frequentissima.

*Saxum immobile, totius Christiani operis compagem, molemq; continens.* S. Augustin. serm. 16. de Sanctis.

Allusio est ad verba Christi Matth. 16. *Tu es Petrus, &c.* Et Ioan. 1. *Tu vocaberis Cephas.* Nam Cephas vox est Syriaca ( quod erat Christi Domini idioma, ) significans saxum seu rupem immobilem. Hallucinantur autem, qui putant Cephas esse vocem Græcam, & significare caput. Nam tamen κεφαλή Græcum nomen est, significans caput, tamen aliunde ducta est vox Syriaca eique gemina Hebræa, nec caput sed saxum significat. Incommodè igitur Bunderius in Compendio Concertat. titulo 31. articulo 1. prolatis SS. Anaclero & Isidoro, probat sanctum Petrum fuisse caput Ecclesiæ, quia dictus est à Christo *Cephas*, siue κεφαλή, id est caput. Ad quod etiam articulo decimo quarto, profert Vigilium capite septimo Constituti. Et addendus est Optatus lib. 2. contra Parmenianum, ac Gregorius IX. Epistola ad Germanum Patriarcham Constantinopolitanum. Quamuis enim ex eo quod Sanctus Petrus dictus sit à Christo *Cephas*, rectè inferatur, eum fuisse caput Ecclesiæ, eo quod metaphora saxi fundamentarij, eodem reuoluatur, & eundem efficiat sensum; ac si dictum fuisset: *Tu es caput*: tamen in actu signato & hærendo in notionibus immediatis vocum, aliud est esse caput, aliud verò esse *Cephas*. Non nego tamen, quod pereruditè prosequitur Turrianus libro 2. pro Epistola Pontif. cap. 3. idem hic proportionem contigisse, ac circa vocem *Pascha*, quæ ad transitum pertinet iuxta notationem Hebraicam: & tamen prælecta

prælecta passim est deriuatio ex Græco, petri-nens ad passionem vt Nazianzenus admonuit. Quod ipsum circa Græcas notiones vocis *Jesus*, & vocis *Christus*, obseruarunt sanctus Epiphanius & sanctus Iulianus. Prior enim ad medicinam relata est, posterior ad vtilitatem, vt ferunt Græcæ voces Hebræis affines. Idem haud incongruè contigerit in deriuatione vobis *Cephas*, ex Græco potius quam ex Syriaco aut Hebreo. In vsu namque vocum, multum datur consuetudini, quæ sæpè pietatem potius quam Grammaticam consecretatur.

*Schola Apostolorum Romana Ecclesie.* Orientales, Epistola ad Iulium I. apud Sozomenum lib. 3. cap. 7.

Nomine *schola Apostolorum*, intelligi potest, vel Regia, siue palatium regale, quod Apostoli incoluerunt, vel locus traditæ ab Apostolis doctrinæ. Apud antiquos siquidem, *scholam* pro Regio Palatio esse vsurpatam, docet Epistol. Episcoporum ad Ludouicum Regem Tit. 23. Capitular. Caroli Calui. num. 12. vbi disertè habetur, Domum Regis dici *scholam*, quia in Domo Regis omnia debent esse correctæ. An vero eo referri possit *schola Palatina*, cuius mentio est L. *properandum*, §. *si autem* & §. *illo proculdubio ff. de Iudiciis*, ita vt corpus illud officialium Palatij, dictum sit Metonymicè nomine *scholæ*, adhibito continente pro contento, viderint alij. Cum ergo Palatium regium, dicatur *schola*, haud abs re videri posset, Romanam Ecclesiam dictam esse *scholam Apostolorum*, quia eam incoluerunt Apostoli. De beato Petro res est explorata, vt dixi Prænotat. 3. Suamque animi emotionem, ac auersam à vero mentem prodidere Hæretici, qui id diffiteri aut reuocare in dubium non erubuerunt. Sanctus Paulum Romæ fuisse, ac non exiguo temporis spatio, liquet ex Act. 28. De sancto Ioanne Euangelista, idem constat ex immissione eius in feruentis olei dolium ante Portam Latinam, vt testantur Tertullianus lib. de præscript. Eusebius lib. 3. de demonstr. cap. 7. & sanctus Hieronymus: Matth. 20. ac lib. 1. in Iouin. De sancta Barnaba, plerique prodiderunt fuisse Romæ, tamen primus Romæ Euangelium prædicauerit, magis ambiguum est. Negat Baronius 11. Iunij; censet autem non inuerisimile Mastitius lib. 5. vitæ Pauli cap. 8. Ex his ergo liquet, Romanam Ecclesiam fuisse *scholam*, siue Palatium, plucium Apostolorum habitatione nobile. Fuerunt quippè Apostoli, Reges, iuxta illud de eis Psalm. 67. pronuntiatum. *Dum discernit caelestis, Reges super eam.* Nec minore iure potuit Christus, quam Rex ille superbia tumens Isaiæ 10. dicere, *Nunquid non Principes tui, simul Reges sunt?* At liquet, confortatum esse principatum Apostolorum; & hos esse, Deos fortes, id est Principes siue Reges terræ, vehementer eleuatos, & super omnem terram constitutos Principes, vt Chrysostomus Psalm. 44. ritè expendit.

Planior & vulgatiore scholæ Apostolica notio esse videtur, quod sit locus in quo Apostoli docuerunt: quod decus est Romanæ Ecclesiæ à Tertulliano celebratum lib. de præscript. cap. 36. [ Felix ( inquit, ) Ecclesia, cui totam doctrinam Apostoli cum suo sanguine profuderunt. ] Egregiè verò S. Irenæus lib. 3. cap. 4. Eccl. *Theophilii Raynaldi Pontificia.*

cleſiam Romanam vocat. [ Depositorium dines, in quod Apostoli, plenissimè contulerunt quæ sunt veritatis; vt omnis quicumque velit, sumat ex ea potum vitæ. ] Ad Romanam quippè Ecclesiam spectare ea Verba, monstrat quod statim subiicit, agere se de antiquissimis Ecclesiis, in quibus Apostoli conuersati sunt: proximè verò capite 3. præmiserat, omnium maximam & antiquissimam, & omnibus cognitam esse Romanam Ecclesiam, à gloriosissimis duobus Apostolis Petro, & Paulo fundatam, & constitutam, & instructam, habentem ab Apostolis traditionem, & annunciatam hominibus fidem. Hunc sensum tituli Pontificij propositi, intendebant Orientales allegati. Nam vox Græca quam Interpres vertit *scholam*, est *επισκοπιον*, id est *Locus erudiens*, & ex *insipiente reddens sapientem*. Et idcirco Plato, carcerem vocauit eo nomine. Vide Lælium Bisciolam tom. 1. subsec. lib. 6. cap. 7.

*Sedes Apostolica.* V. prænotationem 3.

Optimè Innocent. III. lib. 3. Epist. 194. de Sede Apostolica exponit quod Ioannes in Apocalypsi habet de quatuor animalibus; plenè oculis ante & retrò, quæ erant in medio, & in circuitu Sedis. Ea enim quatuor animalia, interpretatur quatuor Sedes Patriarchales, Sedem Agni viuentis in sæcula sæculorum circummeantes, quasi filias astantes matri.

*Sedes sanctissima qua vniuersali Ecclesie iura sua transmittit.* Ioannes Rauennas Epistola ad S. Gregorium.

*Sedes Petri, qua pastoratis honoris solèis caput mundo.* Prosper. Carm. de Ingratis.

*Sedes toto orbe mirabilis, qua licet generalis mundo sit præstita, Romanis tamen cognoscitur localiter attributa.* Cassiod. lib. 11. Epist. 2.

*Sedes in qua semper extra maculam seruuata est Catholica religio.* Iustinianus, ad Agapetum Papam.

*Sedes non habens maculam neque rugam.* Gelasi in decreto de libris Apocryp.

*Sedes sancta & summa.* S. Bernard. Epist. 180.

*Sedes qua à nemine iudicatur.* Concil. Roman. in causa Leonis Tertij.

*Sedes princeps, in qua Christus claves fidei posuit, aduersus quas non preualuerunt, neque preualebunt porta inferi.* Theod. Studita Epist. ad Naukrat.

*Sedes qua sacerdotalis mater est dignitatis.* Iul. I. Epist. 1. ad Orientales Innocent. I. Epist. inter Augustinianas 91.

*Sedes sacratissima, qua de omnibus Ecclesiis fas habeat iudicandi, neque cuiquam liceat de eius iudicare iudicio, quorumlibet sententiis ligata, Pontificium ius habet soluendi, per quos ad vnam Petri sedem vniuersalis Ecclesia cura consistit, & nihil vnquam à suo capite dissidet.* Adrianus I. Epist. ad Carolum Magnum. Est 85. in Collectaneis Gretseri.

*Sedes vnde Religionis nostra fons, & origo manauit.* Episcopi Gallicani ad S. Leonem.

*Sedes sanctissima, omnium per orbem Ecclesiarum Ducatum & principatum, multis quidem de causis habens, præcipuè verò quod hæretica labor immunis permansit, & nullus qui contraria sentit veritati, in illa vnquam sedit, sed Apostolicam gratiam integram, & immaculatam seruauit.* Theod. Epist. ad Renatum Cardinalem, est num. 116.

P 2 Sedens

Onomasticō  
Pontificiū.

Onomasticò Pontificiū.

*Sedens in principali cathedra Domini.* Hildergardis ad Anastasium Papam.

*Sedes primasqua, & vnamquamque Synodum sua auctoritate confirmat, & continuata moderatione custodit, pro suo principatu, quem B. Petrus Apostolus Domini voce perpetua, Ecclesia nihilominus subsequente, & tenuit semper & retinet.* Gelaf. Epist. ad Episcopos Dardaniæ.

*Prima sedes,* absolute loquendo est Romana tantum, & ita præterea appellatur in titulis Adriani ad Angiltanum num. 3, & in illo frequenter repetito quasi effato de quo infra, in Epilegomenis, *Prima sedes à nemine indicatur.* Aliquando tamen, in quacunque provincia, Sedes metropolitana siue Archiepiscopalis, appellatur *prima sedes.* Exempla ad id accumulata Gasias Loayla in notis ad 13. Concilium Toletanum; qui inde putat haberi, quemcumque Archiepiscopum, esse primatem suæ provincie, quia in sua provincia est primus omnium Episcoporum in ea sedentium. Ideoque in 2. Concilio Carthag. cap. 12. vetatur, ne quis Episcopus ordinet, inconsulto illius provincie primate, quod constat iuris esse Metropolitanum, siue Archiepiscopum. Vnus tamen inualuit, ut *Primas,* non dicitur nisi qui super plures provincias siue Archiepiscopatus ius habet, cuiusmodi est Antistes Lugdunensis, Toletanus, & alij. Et hoc sensu Iuo Epist. 61. Hugonem Lugdunensem vocat *primæ sedis Episcoporum.* Meritissime ergo Sedes Romana, quæ omnes planè orbis Antistites habet subiectos, dicitur *sedes prima.*

*Sedes Iustitiæ.* Petrus Cluniacensis libro 5. Epistola 4.

Oppressus ab Arelateni ac Nemaufensi Episcopo Iudicibus delegatis Abbas Casæ Dei, ad Summum Pontificem Eugenium prouocauit, & ut de eo ad Eugenium scribit Petrus Cluniacensis. [Ad iustitiæ sedem recurrit, ad Patrem ab hostibus fugit, apud vos qui Petri, imo qui illius vices in terris geritis, qui facit iudicium iniuriam patientibus, querelam tantam deponit.] Illustrare præterea hunc titulum licet, prolato alio eiusdem Petri loco ad ipsummet Eugenium lib. 6. Epist. 28. contra violentiam Canonicorum Briuateni aduersus quemdam Clericum; vrgens enim Petrus ad oppressi leuamen Eugenium Papam, quem super quolibet minores, sed & super ipsos Imperatores imperium habere proficitur, subdit. [Oro ut causam pauperis, vobis assumatis & contra potentes & violentos aduersarios, defendatis. Nostis enim quod sedes vestra, sedes est illius cui dicitur, *Iustitia & Iudicium preparatio sedis tue,* & cui rursus dicitur, *Iustitia plena est dextera tua.* Et de quo iterum: *Qui facit iudicium, iniuriam patientibus.* Quod si alteri quàm vobis loqueret, adderem illud Esaiæ, *querita iudicium subuenite oppresso, Iudicate pupillo, defendite viduam.*] Idem l. 4. Epist. 4. agens de appellatione Petri Abelardi ad Innocentium II. vocat: [Iusticiam Apostolicam, notum & commune refugium, quod nulli vnquam etiam extraneo vel peregrino defuit.]

*Sedes Beatorum Apostolorum Petri & Pauli.* Dorotheus Thessalonicensis ad Hormisdam.

Non quod reuera S. Paulus fuerit Episcopus Romanus, & ei succedant Romani Pontifices sicut succedunt S. Petro, quod voluisse videtur Ioannes Capistranus Tract. de potestate Papæ

part. 3. secundæ partis principalis num. 57. Id enim falsum est, sed quia S. Paulus totam doctrinam suam cum sanguine profudit Ecclesie Romanæ, simul cum Sancto Petro, vero eius Episcopo, propterea aliquatenus sedes Romana dicitur sedes Sancti Pauli; sicut quod vbiq; tanto ardore laborauerit, & cum Sancto Petro (ut loquitur S. Augustinus serm. 29. de Sanctis.) Fundator Christiani nominis fuerit, ambo dicuntur Ecclesiarum Principes serm. 27. de Sanctis, apud eundem Augustinum. Nec aliter accipiendum est, quod Petrus Cluniacens. lib. 5. Epist. 5. dixit, Eugenium Papam gerere vices S. Pauli. Itemque quod de S. Paulo dixit his verbis Petrus Damiani Opusc. 23. cap. 4. [Vnum in B. Paulo videtur egregium, quia cum omnes Apostoli, distributi terrarum regionibus, proprias obtineant cathedras, iste dum nullam specialiter teneat, videtur aliquatenus communiter omnibus præsidere. Planè quia ipse roto terrarum orbe, vniuersalem fundauit Ecclesiam, dignum est, ut sicut in omnibus fidei semen spargit, sic etiam in omnibus ius teneat præfidentis. Dicit enim ad Corinthios. *Gratia Dei, sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit; sed abundantius illis omnibus laboravi; Non ego autem sed gratia Dei mecum.* Ad Romanos autem: *Habeo,* (inquit) *gloriam in Christo Iesu ad Deum, in obedientia gentium; verbo & factis in virtute signorum & prodigiorum in virtute Spiritus Sancti; Itaque ab Hierusalem per circuitum usque ad Illyricum, repleuerim Euangelio Christi. Sic autem hoc prædicavi Euangelium, non ubi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum edificarem, sed sicut scriptum est; quibus non est annunciatum de eo, videntur & factis in virtute signorum & prodigiorum. Hæc igitur causa est, cur Paulus nullam specialiter cathedram teneat; quia si audemus minora conferre, ad instar Christi, saluo cæterorum Apostolorum iure, videtur omnibus Ecclesiis præfidere.]*

Expende particulas diminuentes, *aliquatenus, & videtur.* Benè verò quod negat Paulum vllam specialiter propriam cathedram tenere. Inde enim habetur, eum non tenere Romanam particularem cathedram, tanquam propriam. Atqui Romano Episcopatu particulari, iunctus & confertus à Christo est Episcopatus orbis vniuersi, quo ius præfidentis omnibus Ecclesiis obtinetur. Igitur S. Paulus etiam expositis à Petro Damiani, non est dicendus habuisse sedem Romanam. Et quamuis tunc cum viuebat, poterat Romæ, (dummodò Petrus non refragaretur,) quod alibi poterat; tamen quia ea potestas non erat ordinaria, & cum iure successione, sed tantum personalis, sedes Romana non potest nunc proprie loquendo, dici sedes S. Pauli, siue solius, siue iuncti cum S. Petro, sed tantum dicenda est sedes S. Petri. Videtis prænotationem tertiam ad finem.

*Semita Sacerdotis, constitutor Ecclesiarum, & Christianitatis, Præfectus thesauri spiritus.* Gabriel Archiepiscopus Nesio compellant Romanum Pontificem in calce Synodi Chalcedonorum.

*Septem medianum Orientis & Occidentis, & tanquam paries intergerimus.* Gregorius II. Epist. 1. ad Leonem Ilaurum.

Sensus

Sensus est, Pontificem Romanum vtrique imperio, cum staret, & populis vtriusque oræ, fuisse pacis moderatorem & arbitrum, ut mox ibidem subditur, eoque veluti coagulo, animorum nexum coaluisse. Nihil enim frequentius, quam ut interuentu Pontificum concilietur pax, & incantur fœdera inter Catholicos Principes, pro ea veneratione quam Christi Vicario deferunt qui inter se dissident. Itaque quod Nazianzen. orat. 9. aiebat de SS. Martyribus, eos esse nodos communes orbis terrarum, huc bellè aptari potest. Est item Pontifex alio sensu, paries intergerinus, & septem medianum faciens vtraque vnium; quatenus & Orientis & Occidentis populi, ad eum veluti ad Rubricam fidei & Sanctorum morum confugiunt; quodque ille tenendum faciendumve præscripsit, vnam imiter amplectuntur, seruientes Deo humero vno, & vnam Religionem profitentibus sub eius ductu.

*Serenitas.* Ioan. Satisber. Epist. 22. S. Bernardus Epist. 166. Ioan. VIII. in Decreto de Sacriligijs, in Concilio Tricassino. Guigo Cartusianus præfatione ad vitam S. Hugonis Gratianopolitani, agens cum Innocentio II.

Non fuit hic Pontificis titulus prætermittendus, vel ut constaret, Romanum Pontificem numerari inter Reges, vel etiam inter Imperatores, quorum esse peculiarem titulum *Serenitatem*, si antiquus vsus consuleretur, est exploratum. Multorum ad id antiquorum testimonia addensat Iulius Bulergerus lib. 1. de Imperat. cap. 25. Videtur autem *serenitas*, pro clementia & imperturbata placiditate vsurpari, quæ sunt Regum & Imperatorum dotes propriæ, à quibus sæpè trahuntur denominationes. Vnde Sanctus Bernardus Epist. 218. Serenitatem accipit pro benignitate. [Redcat (inquit) Serenitas, blando & benigno vultui, ac suo denud sole læta facies induatur.] Eodemque sensu Maximus Tyrannus Epistola ad Valentinianum Imperatorem, donat eum titulo *Tranquillitatis.* Potuit item spectari serenitas & exhilaratio quam vel suo solo conspectu, subiectis conciliat bonus Imperator, præsertim si ea sit facilitate qua Titus, generis humani delicia. Erat enim Tito solenne illud veluti effatum, *Neminem à Principe tristem oportere discedere.* Quia ergo Romanus Pontifex maiestate præfulget, & est Rex plusquam omnes Reges, haud abs re *serenitatis* quoque titulus in eum cadit. Quamquam ut eum titulum in seculo alijs quoque Regibus aut Regia Celsitudine conspicuis, laxato vocis rigore tribui videmus; ita inter Antistites, S. Anselmus à Valeramo *serenissimus* dictus est. Nec S. Anselmus qui augustiores titulos à Valeramo delatos, putà *Minerva,* & *mons Celsitudinis Vestra,* humiliter repudiat, de titulo *serenissimi*, sollicitus fuit, ea ad Valerammum responsione, cui titulus est, *de Sacramentorum diuersitate.* Sed & Fulbertus Epist. 57. Episcopum Lexouientem, *serenitatis* titulo honestat. Guigo item Cartusianus Epistola ad Petrum Cluniacensem, cuius fragmentum exhibet ipse Petrus lib. 7. Epist. 3. *serenitatis* titulo, donat eundem Petrum. Sicut Hugo Cluniacensis Monachus Abbatem suum, vocat *serenissimum Patrem.*

*Seruator aureæ fidei catena, præcepto legislatoris*

*ad nos vsque deducta, omnibus B. Petri vocis con-* *Onomasticò*  
*stitimus Interpres.* Synodus Chalcedon. Epist. ad *Pontificiū.*  
Roman. Pontif.

*Seruus seruorum Dei.* S. Gregorius, & omnes deinceps Pontifices.

Hunc Pontificis Romani titulum Caluinus in cap. 9. Genes. num. 25. repetitum vult ex illa Noëmi ad Chanaan maledictione. *Atalediellus Chanaan seruus seruorum erit.* [Quia Papa (inquit) tantoperè contendit, se interdum Prophetare sicut fecit Caiphas; ne omnia illi negare videamur, titulum quo se ornat, à Spiritu Sancto dictatum esse, non nego. Sit igitur *seruus seruorum,* quemadmodum Chanaan.] Mentitur hic nequam, & cum effudit, Pontificem contendere se prophetare; & cum titulum quo Pontifex se ornat, ait esse illum quem Noë nepoti reprobo indidit. Neque enim Pontifex se vocat *seruum seruorum* simpliciter, quo pacto denominatus est Chanaan: sed vocat se *seruum seruorum Dei.* Quæ denominatio est longè alia, ut benè paucis illis verbis expressit Rupertus lib. 4. in Genes. cap. 37. [Dixit Noë de Chanaan *seruus seruorum erit.* Quo additamento seruitus extrema, imo seruilis nequitia solet exprimi, nisi cum subiectione Dei; dum per egregiam humilitatem, seipsum proficitur quis, seruum seruorum Dei.] Quando igitur ei titulo *seruus seruorum,* subicitur siue appingitur vox *Dei,* ut sit à Pontificibus, is titulus non sonat quod sonabat cum à Noëmo attributus est nepoti suo Chanaan; Atque adeò tota Caluini scurrilitas euanescit. Viderit verò Caluinus, quomodo retundat similem clauum infamum titulo alumnae suæ, Elisabethæ Anglicanae, quæ corrumpens terram in prostitutione suâ, & Papissam vel Capitissam Ecclesie Anglicanae se vendicans, audiuit ab illius temporis Poëta, benè in eam quætere titulum illum concedi solitum Papæ.

*Seruum seruorum, quis denegat Elisabetham?*

*Se certè seruis subiicit ipsa suis.*

Apage spurcitiam: Origo tituli quo Pontifex se seruum seruorum Dei appellat, non à Noëtica nepotis Chanaan maledictione repetendus est, sed ex S. Gregorij facto quo subiicitio.

Arrogantiam Ioannis Ieiunatoris Constantinopolitani Patriarchæ, qui superbum nomen *Patriarchæ Oecumenici,* siue *Vniuersalis* assumpsit, modestiæ insigni specimine contunderet volens S. Gregorius, ut scribit Ioannes Diaconus lib. 3. de vita cap. 1. & Anonymus apud Henricum Canisum tom. 6. antiq. lectio. necnon Aluarus Pelagius lib. 2. de planctu Eccles. art. 13. itémque Archidiaconus & Ioannes Andreas ad proœmium sexti Decretalium, & Ioannes de Anania ad proœmium primi Decretalium ac Genebrardus in Chronico anno 604. alique passim; (malè refragante Francisco Ferrario lib. 3. de antiq. Eccles. Epist. cap. 1. Eusebium Emissemum tanto anteriorem S. Gregorio, in hanc rem allegante homil. in Dominic. 21. post Pent. cum ea homilia sit S. Brunonis Signientis Auctoris Latini longè posterioris;) dimisso eo splendido titulo, quem vsurpare iure poterat, in sensu non excludente particulares Episcopos, cepit vsurpare titulum *Serui seruorum Dei.* Imitatione fortè Damasi, qui se ita inscripserat, rescribens Stephano Carthaginensi, & tribus

P

3

Conciliū

Onomasticō  
Pontificiū.

Conciliis Africanis. Exemplo sanctissimi Gregorij, omnes deinceps Pontifices adhibuerunt eum titulum non iam obiter vt Damasus fecerat imitatione ab aliis non expressus, sed tanta constantia, vt rescriptum quod eo titulo careat, habeatur adulterinum, vt scripsit Ioannes de Anania ad proœmium libri primi Decretalium. Non fuisse porrò verborum folia quæ S. Gregorius assumpto hoc titulo prætulit, patet ex variis eius factis, & nominatim ex eo quod Abbas Ioannes Persa apud Moschum cap. 151. Limonarij his verbis prodit. [Cum iuissim Romanam, vt adorarem ad sepulchrum SS. Apostolorum Petri & Pauli, statemque die quadam in medio ciuitatis, audio Papam Gregorium per illum locum transiturum; cogitavi itaque adorare illum. Cum autem prope me esset Papa, videretque me progredi vt adorarem illum; (loquor Deo teste, Fratres;) primus ipse prostrauit se humi coram me; neque ante surrexit, quam me primò surrexisse cerneret. Et cum multa humilitate salutans me, manu sua mihi tria munuscula tradidit, iubens mihi dari quæcunque erant necessaria. Glorificauit itaque Deum, quod tantam illi contulerat humilitatem, & misericordiam, & charitatem ad omnes.] Hoc verè fuit, esse seruum seruorum Dei, & dignum se exhibere eo titulo quem omnes posteriores Pontifices prætulerunt tanquam ipsi singularem.

Verum est, quod ab eodem S. Gregorio informatus S. Augustinus Angliæ Apostolus, inscribat se ipse quoque seruum seruorum Dei, vt habent eius acta, id quod etiam sapè facit Desiderius Caturcensis in Epistolis; & eundem sibi titulum adscribit Diedericus Aletensis Epistola 31. inter Gerberti Epistolas, necnon Sanctus Ioannes Eleemosynarius in suo Testamento, & S. Augustinus in inscriptione Epist. 121. quorum vestigijs institit videtur S. Bonifacius Epist. ad Fidradum Abbatem, & S. Anselmus adhuc Abbas, Epistola ad Helinandum, necnon Rabanus scribens ad Hinemarum contra Gothescalcum, rursusque S. Anselmus, iam Archiepiscopus lib. 3. Epist. 16. & 18. ac 19. libri tertij, ac etiam S. Eligius scribens ad Desiderium Cadurcensem. Constatque omnes re ipsa posse ac debere præferre quod continetur hoc titulo. Tamen vsus inualuit, vt in actu signato, nemo se seruorum Dei seruum appellet, præter Romanum Pontificem, qui vt ait Gerbo lect. 3. de vita Spirit. non ficta humilitate, sed Metaphysica & Morali ac Theologica veritate, seruum se omnium nominat. Consentaneè ad Origenem homil. 6. in Esaiam, & S. Hieronymum in Epitaphio Nepotiani, qui docent, Episcopos ad seruendum non ad dominandum assumi. Quod maximè valet de Episcopo Episcoporum. Explodendus verò est Castaldus lib. de Imperatore quæst. 43. in fine, vbi cum Ioanne Fabro in Præfat. ad Instit. & Henningo Arniseo lib. 1. de Maiestate cap. 1. num. 3. & Papyrio Massonio in Rapsodijs de vita Benedicti 12. ait, Papam per iocum se vocare seruum seruorum Dei. Hoc falsò dicitur, nam ex animo & verè S. Gregorius eum loquendi modum induxit, & usurpant fauces. Sicque impletur videmus quod Christus prædixerat, qui se exaltat humiliabitur. Vnde scitè Glossa c. quoties 1. q. 7.

Roma tibi quondam suberant Domini Dominorum:

Seruorum serui, nunc tibi sunt Domini.

Argumentum quo Massonius subdolè hunc Pontificis titulum suggillat ex persona Ioannis Fabri, dicitur ex eo quod Pontifex ita se dicat seruum seruorum, vt tamen oscula figi calceo suo patiat, more Italij potius quam alijs nationibus accepto. Sed hoc esse argumentum stramineum benè renincit Iosephus Stephanus leg. de osculatione pedum Romanis Pontificis cap. 18. Et abundè profigatur vel ex eo tantum quod osculum non calceo vel pedi sed Cruci figatur, Crucem autem pedum calceis intexere non est crucem in pavimento describere contra antiqua decreta iam à tempore Tiberij piissimi Imperatoris. Aliud enim est in pavimento aut solo crucem pedibus ambulantium proterendam & conculcandam inscribere, aliud calceo intexere, in quo sanè non calcatur. Sed ad venerationem per osculorum impressionem exponitur. Hunc porrò vsum non esse nuperum, & alijs nationibus extra Italiam probari, contra quam gannunt aduersarij, & ex dictis intelligitur, & clariùs perspicitur ex dicendis in Epilegomenis subnotat. 3. fructu 3. tractado summa obedientiam Vicario Christi debitam. Vbi etiam cum Ioanne Leshæo lib. 9. de libert. Christi. c. 7. dicam, ex eo quod Pontifex se dicat seruum, non subruì fundamentum obedientiæ ipsi debita.

Signifer noui Testamenti, & in creatione eius primogenitus. Autor Epistolæ de vera circumcissione t. 9. Hieronym. longam collationem decorum Abraham & S. Petri aspiciatur hic Autor ab hoc titulo: cuius prima pars vacat difficultate & legitur quoque apud Petrum Damiani serm. 27. Secunda verò accipienda est eodem sensu quo Ecclesia primitiuorum Hebr. 12. vbi primitiui dicuntur primo editi in Ecclesia Christiana. Petrus ergo est primitiuus in creatione Ecclesiæ, quia est nobilissimum totius huius mystici corporis caput.

Sol luce veritatis irradians, in sue dignitatis ac fidei firmamento. Facundus l. 12. c. 2.

Sol æterni luminis. S. Maximus Epist. ad Marinum Diac.

Aureum planè & omnino cedro dignum fragmentum huius Epistolæ S. Maximi (non Constantinopolitani Episcopi Anno Christi 380. florentis, vt perperam allegat Onuphrius lib. 1. de primat. Petri parte 1. cap. 9. sed Monachi & Martyris anno 656. clari) representare hoc loco iuuat. Exhibet eo loco S. Maximus, Pontificem Romanum, vt solem æterni luminis, siue eum exhibere velit vt partem quoddam solis iustitiæ Christi Domini, siue alludat ad Platonicum de sole dictum, quo sol, *Filius boni, & splendor ex æterno Dei lumine procreatus* describitur. Et vero cum Philo lib. de Creat. Princ. Pontificem Hebræorum dicat habere in se verum solem intelligibilem, ac lucem vmbra carentem, quis neget idem multo magis dici posse de Pontifice summo Christianissimo, in quo lux plena depulsis vmbri ac tenebris micare debet? Adhortans ergo Sanctus Maximus amicum, vt concors, & consentiens Romanæ Ecclesiæ semper persistat, sic ad eum scribit *sub Epistole finem.* [Omnes termini terræ, & quicumque vbi-

que

Onomasticō  
Pontificiū.

que terrarum Christum Dominum pura mente & Orthodoxa fide confitentur, quasi ad solem æterni luminis, ad sanctissimam Romanorum Ecclesiam, & eius confessionem ac fidem, intenti respiciunt, ex ipsa rutilantem splendorem recipientes spiritualium & Sanctorum dogmata quemadmodum sex illæ sanctæ Synodi sacra, & à Deo dilectæ, disceris verbis, & magna cum religione exposuerunt, apertissimè pronunciantes fidei Symbolum. Ab initio enim aduentus Incarnati Verbi, vniuersæ vbiq; terrarum, Christianorum Ecclesiæ, hanc originem habuerunt, & fundamentum solum & maximum, contra quod nullo pacto portæ Inferi præualebunt, iuxta ipsiusmet Saluatoris nostri proniositionem, vt habeat scilicet clausus orthodoxæ in ipsam confessionis, & aperiat illis qui ad ipsam Romanam Ecclesiam cum pietate accedunt, veram & realem, & solam pietatem quærentes, & claudat è contra, & obstruat omne os hereticum, quod loquitur iniquitatem in cælum.] Alludit ad hanc solaris lucis in Romano Pontifice sedem, Synodus Chalcedonensis, Epist. ad S. Leonem, cum ait, Apostolicum radium, suam sedem habere in Romano Pontifice, idque sepe spatium esse in Orientem. Recentiore memoria anno scilicet 1610. Melchisedech, Catholicus id est Patriarcha Armenorum, presertim per litteras obedientiam Paulo V. per analogias varias viginti quatuor capitibus comprehensas, Romanum Pontificem soli comparat. Exhibet eam Epistolam Bzouius in tom. 17. ad annum 1471. illius Elogij capite vigesimo septimo.

Speculator summus, totius Christianæ religionis. Lantfrancus Epist. 3. ad Alexandrum II.

Speculator Christiano populo præsident. Cassiod. lib. 11. Epist. 2.

Omnes quidem Christiani Antistites, consentaneè ad illud Ezechielis, *speculatorem dedi te domui Israhel*, titulum *speculatoris*, præferre possunt. Idque quid ferat, egregiè exponit sanctus Chrysostronus serm. 57. Tomi V. Græcol. breuiterque à S. Auito expressum est Epist. 49. verbis illis. [Speculator sum, tubam tenco, tacere mihi non licet.] Tamen omnium maximè idem competit Romano Pontifici, vt disertè docet sanctus Augustinus lib. 1. contra duas Epistolas. Pelag. cap. 1. dicens, omnibus quibus Episcopatus officio fungentibus commune esse, prospectare è specula, vt arceantur lupi ab ouili, sed Romanum Pontificem (cuiusmodi erat Bonifacius ad quem scribebat,) in eo præminere, speculi pastoralis fastigio. Perpulchrè vero Cælestinus I. Epist. 2. ad Episcopos Galliarum, *initio*, quid hoc titulo Pontificis significetur, expressit, dicens de seipso. [Silere non possumus; cum ad hoc vt ab illicitis reuocemus aliquos, officij nostri prouocemur instinctu; in speculis à Deo constituti, vt vigilantia nostræ diligentiam comprobantes, & quæ cõcedenda sunt recedemus, & quæ obseruanda sunt sanciamus. Circa quamuis longinqua, spiritualis cura non deficit, sed se per omnia qua nomen Dei prædicatur extendit: nec notitiam nostram subterfugium, qua in euerfionem regularum, nouellæ præsumptionis auctoritate tentantur.] *Notitiam* videtur sumere pro cura & prudentia: quæ frequens est verbi

*nosco*, in scripturis notio; vel certè *notitiam* accipit, pro prospectu & contuitu, qui speculatoris est proprius. S. Bernardus lib. 2. de considerat. cap. 6. idem speculatoris munus egregiè exponit, dicens. [Blanditur cathedra: specula est. Inde denique superintendis: sonans tibi Episcopi nomine non dominium sed officium. Quidni loqueris in eminenti vnde prospectes omnia, qui speculator super omnia constitueris? Enim verò prospectus iste, prociuctum parit, non otium.] Sic ille alloquens Eugenium. Nec dissimiliter Petrus Cluniacensis lib. 2. Epist. 2. alloquens Petrum Lugdunensem Episcopum, ex nomine *speculatoris* quo donari Episcopos animaduertit, & variis scripturis demonstrat, è quibus infinitum opus contexi posse contestatur, eruit quanta sollicitudo sit Episcopo necessaria. Vnde excurrit in deterrimam multorum Antistitum sortem, qui nihil minus agunt, quam quod maximè deberent; speculati scilicet & excubare super gregem suam. Id quod Petrus Cluniacensis à Lugdunensi præsertim Episcopo deposcit, quem non tantum Episcopi, sed Primatis vel Patriarcha nomine insignitum, ait vt non tantum populi, sed etiam ipsorum Principum se Principem agnosceret. Hoc Episcoporum plurimorum caput; *inter quos*, (vt superius præmiserat,) non minimum, imo magnum, & præcipuum, Dei dispositione obtineret locum, ita vt in omnibus Christiani populi spiritualibus principibus, nullam omnino haberet maiorem, nisi sanctæ & summe sedis Apostolicæ præfulem. Nimirum iste non aliorum intra paucas prouincias, sed omnium absolute spiritualium principum princeps est, & super omnes planè speculatores, speculator est constitutus. In summa specula positum, dixit S. Athanasius Epist. 2. ad Felicem, inde colligens, eius esse cæteris Episcopis & omnibus Metropolitanis inuigilare atque prospicere. Et eandem ob causam diligentior & ardentior tantisque onerosior ei incumbit in vniuersam Dei Ecclesiam prospectus.

Audi Alexandrum IV. eo diplomate quo proseripsit librum de periculis nouissimorum temporum. [Romanus Pontifex de summi Apostolatus specula vrbs & orbis, debita seruitute prospiciens, curis occupatur innumeris, & cogitationibus rapitur infinitis, quia eminentior cæteris sedes eius, sollicitudines sibi vehementiores accumulatur, & ipsius auctoritas potior, meditationes ei multiplicat ampliores. Quo enim altius præsidet, eo longius latiusque circumspicit; & quanto plus potest officio, tanto maioris vigilantia sibi sarcina incumbente plus pensat, quoniam maximæ dignitati potissima sollicitudo cohæret, & altiore honore onus grauius comitatur, curaque profusior ardentioribus stimulis mentem urget. Vnde cum alijs plebium fidelium pastoribus quibus grex Dominicus particulariter est commissus, inuigilet de suarum Ecclesiarum eminentia vigilantem ad suas oues attendere; incumbit vtique Romano Præsuli, cui est grex ipse generaliter creditus, de sublimi Ecclesiarum vertice, sede scilicet Apostolica, propensius ad illum, & instanter intueri: quia cum hi suis limitatis populis præfunt, singuli quidem singulis, hic sine distinctione prælatus est Pontifex vniuersis; Dominicæ quidem vineæ custos generalis & cultor,

&



*Onomastico Pontificii.*

& totius oculis Catholici, Pastorūq; omnium summus Pastor.] Et quidem ex amore Christi, & eius ouium. Nam idcirco Ceretius, Salonius & Veranius ad S. Leonem scribentes, aiunt Romanum Pontificem esse constitutum in specula Charitatis. Ex eodem speculatoris titulo, argumentatus Paschalis II. Epist. 3. quæ est ad S. Anselmū, sic ait. [ Si nostro silentio pateremur Ecclesiā felle amaritudinis & impietatis radice polui, qua ratione possemus apud æternum Iudicem excusari, cum Dominus sub specie Sacerdotis dicat Prophetæ, *speculatorem dedi te domui Israël?* Non bene custodit urbem, qui in specula positus, dum non obstitit, eius hostibus deridendam exponit.]

Possumus hunc Pontificis titulum accipere præterea in eo sensu quem suggerunt verba ista S. Hieronymi ad Heliodorum Episcopum in Epitaphio Nepotiani. [ In te oculi omnium diriguntur. Domus tua & conuersatio, quasi in specula constituta, magistra est publicæ disciplinæ. Quidquid feceris, id sibi omnes faciendum putant.] Hæc si de simplici Episcopo verè dicuntur, quanto iustius de supremo? Nam & ipse Rex est in Ecclesia, ad cuius exemplum totus componitur orbis. Reginam allòquens S. Bernardus Epist. 189. [ Attende (inquit) Reginam, cuius digna indignaque, non possunt latere sub modio. Super candelabrum sunt ut appareant omnibus.] [ Non patitur claritas illa, committere quod possit mobilis turba nescire.] Ut in simili ait Cassiodorus, Epist. 11. Differit luculenter in hanc sententiam Ioannes Sarisberienfis l. 3. de nugis Curial. c. 12. & breuiter id complexus est Guntherus eo Versiculo.

*Abcondat solem, qui vult abscondere Regem.* Similiter ergo omnia Regum spiritualium, etiam si arcana videantur, facillimè vulgantur, suntque proinde velut in specula, è qua pateant omnibus, prostentque in exemplum.

*Sponsus Ecclesiæ.* Concil. generale Lugdunen. adductum cap. *Vbi periculum* de electione in 6. & ibidem cap. *quoniam*, de Immunitate, & Alensis p. 4. q. 83. membro. 3.

Propriè quidem ac per se primò, sponsus Ecclesiæ est Christus Dominus, vt Baptista admonuit Ioan. 3. Nam & eius semine seu spiritu fecundata Ecclesia, salua integritate, (ac proinde sponsa non vxor,) gignit Deo liberos; qua de re plenè in Tractatione de Cereò agno c. 1. & 2. Idque volebat S. Bernardus Epist. 237. cum Eugenium monebat, cauere ne se sponsum Ecclesiæ arbitraretur, qui duntaxat esset sponsi amicus. Tamen qua ratione Pontifex dicitur Pater filiorum quos Christus ex Ecclesia suscipit, nempe extrinsecus per doctrinam & sacramenta, cooperationem aliquam adhibendo ad filiorum Dei procreationem de Ecclesia; eadem protus ratione dici potest sponsus Ecclesiæ, matris eorundem filiorum. Qui enim est legitimus pater filiorum, est sponsus matris illorum. Pulchrè in hanc rem differit S. Thom. Opus. 19. c. 4. sub *finem*. Sanè ob hanc causam S. Ambrosius lib. 2. in Lucam, agnoscit quemcumque Episcopum esse Ecclesiæ suæ sponsum. Exponens enim B. Mariæ cum Iosepho coniugium, & ostendens salua parentis virginitate, prolem inde extitisse, ait. [ Verè desponsata, sed virgo; quia est Ecclesiæ Typus, quæ est immaculata sed nupta. Concepit

nos virgo de spiritu, parit virgo sine gemitu: & ideò forsasè S. Maria alij nupta, ab alio repleta, quia & singulæ Ecclesiæ spiritu quidem replentur & gratia, iunguntur tamen ad temporis speciem Sacerdoti.] Id est, sicut in tempore, & quamdiu tempus erit, volenturque secula, sunt connubia, & sponsæ traduntur sponis; ita ad speciem eius quod fit in seculo & in temporali connubio, quælibet singularis Ecclesia suo Episcopo copulatur, tanquam sponsa viro. Rata hæc habent benè multi Iurisperiti quos adducit Gigas lib. de resid. Episcop. cap. 10. inde inferentes, causam cur Episcopus, (non autem inferiores Prælati.) Annulum gestet: est enim Annulus nota coniugij; & ideò ille iam olim dixit omnis annulatus, aut Episcopus, aut vxoratus. Ad hæc, inde inferentes, Episcopum teneri residere, sicut vir tenetur adherere vxori suæ. Indidem quoq; inferentes, non posse Episcopum ab Ecclesia sua diuelli. In quam rem, argumento præsertim ducto ex hoc connubio, latè differit Vasques 3. p. d. 241. c. 2. 3. excussus à Suare tractatu 7. de Relig. lib. 1. c. 16. Item inferentes, non licere vni Episcopo duas simul obtinere Ecclesias, cum nemini liceat duas simul vxores obtinere. Quamquam quod Gigas, in hanc rem adducit illud Pauli, momentis oportere Episcopum esse vnus vxoris virum, non est ad mentem Apostoli Brigamos ab Episcopatu excludentis, non autem vnum Episcopatum duntaxat habendum esse, statuentis. De proportione inter huiusmodi connubium Episcopi cum sua Ecclesia, & viri cum vxore, videndus Euaristus Papa Epist. 2. & Turrecremata in c. *sicut vir* 7. q. 1. An autem spirituale hoc connubium contrahatur ante confirmationem, vt multi contendunt cum Hostiensis & Cardinale ac Abbate ad cap. *Cum inter canonicos*, de elect. an verò duntaxat contrahatur accedente confirmatione, vt latè contendit Gigas cap. illo 10. parum refert ad rem præsentem. Satis quippè nobis est, quod Episcopus saltem confirmatus dicatur sponsus suæ Ecclesiæ. Hoc si de quouis Episcopo rectè dicitur per comparisonem ad suam Ecclesiam cui præest, quidni Episcopus vniuersalis Ecclesiæ, dicendus consequenter sit vniuersalis Ecclesiæ sponsus? Hinc habetur, absurdè profus ac insanè Horomanum, lib. contra Bullam V. cap. 2. effutuisse, *vocare Romanum Pontificem sponsum Ecclesiæ, esse Blasphemiam, qua nulla vnquam ex Erebo prodierit capitalior aut detestabilior, cum id sit Pontificem statimere procum Regine & Regi Regum cornua appingere*. Responso vno verbo est: Hæreticus es, graris furis, & peruersè zelus sponsam Christi, qui ab ea es alienus. Nos neque Reginæ procum, neque Christo rituale inducimur, qui Christum & vnum, & solum primarium Ecclesiæ sponsum nouimus, cuius nos Patris semine cælesti fatos, & in spem æternæ hereditatis ab eo solo obuenturæ, progenitos gratulamur. Sicut tamen alios suos titulos Christus, qua est erga genus nostrum benignitate, cum plerisque puris hominibus communes esse voluit, ac nominatim qua est erga Romanum Pontificem, Vicarium suum gratia plerisque; titulorum sibi principaliter proprium, illi communicare dignatus est. (vocat enim Christo ipso auctore, pastor ouilis, & Ecclesiæ caput, vtique visibile ac Christo per omnia subordinatum;) ita de sponsi Ecclesiæ titulo

titulo eidem Pontifici attributo philosophamur, citra Christi iniuriam, imò cum summo eius honore, & summa erga nos prouidentia suspectione. Differit de hoc Pontificis titulo plenè, Turrecremata lib. 2. summa de Eccles. à c. 27. ad 31.

*Sublimitas cui omnium Ecclesiarum sollicitudo à Deo commissa est.* P. Cluniac. l. 4. Epist. 10.

*Sublimitas Apostolica.* Conc. Triburienf. c. 30. *Succesor Petri, in arce summi Pontificis possum.* Ino Epist. 288.

*Succesor & Vicarius Petri Apostoli.* S. Anselm. lib. ad tres Valeriani qq. initio.

*Succesor Piscatoris.* Hieronymus ad Damasum Epist. 57.

*Succesor B. Petri, celo tantum debens innocentiam.* Ennod. in Apolog.

Benè & legitimè Roman. Pontifex *succesor S. Petri* vocatur, non modò quia Episcopatu Romano particulari, quem S. Petrus per seipsum tenuit, ipse quoque specialiter præest, qua ratione Episcopus Ephesinus, est succesor S. Ioannis Euangelistæ, & Hierosolymitanus S. Iacobus; sed etiam quia S. Petro subrogatur, cum pari potestate Apostolica plenitudinis; quo pacto neque Ephesinus neque Hierosolymitanus Antistes, succedit ei Apostolo qui aliquando eandem sedem obtinuit. Auctor Operis de Regim. Princ. l. 3. c. 10. vocauit quoque Romanum Pontificem Christi successorem; vt & Gennadius in respò. pro Synodo Flor. art. de Papa sect. 2. quod simpliciter loquendo non esse affirmandum, cum Christus eo quod maneat in æternum, sempiternum habeat Sacerdotium iam supra monui. Et tradit etiam Lælius Zechius l. de Republica Eccles. c. 1. n. 4. Quare illius operis Auctorem non esse S. Thomam qui propriissimè loquisset, rectè statuit Bellarminus lib. de Script. Eccles. in S. Thoma; Impegit verò ad eundem, & Pontificem S. Petri successorem; Sanctum verò Petrum, Christi successorem appellauit, Henricus Kalcisen in replica pro Oratione de libera prædicat. Verbi Dei, in Consilio Basil. §. *consequenter replicans inuehit*. Sed hæc locutiones scatenat improprie P. Blesensis Epist. 113. Episcopum Eboracensem vocauit successorem & vicarium S. Petri, non ea ratione qua Romanus Pontifex succesor S. Petri, nec rarè eodem sensu, eius Vicarius dicitur, sed quatenus omnes Episcopi in suis Diocesis vocantur ad pascendas Christi oues, sicut S. Petrus vocatus est ad vniuersum ouile regendum atque pascendum. Quid porò ferat vox *successoris S. Petri*, intelligi potest ex luculenta expressione successoris S. Marci, quam exhibuit Nazianz. agens de S. Athanasio orat. 21. [ Apostolico (inquit,) & spirituali modo, ad Marci thronum euehitur, non minus pietatis quam principatus succesor. Vt enim si hunc spectes, remotissimus ab eo futurus est, ita si illius rationem habeas; statim illi proximus inuenietur. Quæ quidem proprie successio existimanda est. Nam qui eandem fidei Doctrinam profertur, eiusdem quoque throni socius est: qui autem contrariam sententiam tueretur, aduersarius quoque in throno censei debet. Atque hæc quidem nomen, illa verò rem ipsam & veritatem habet successiois. Neque enim qui per vim irrupit, succesor habendus est, sed qui vim perpeffus est; nec qui leges violauit, sed qui modo legibus consentaneo electus est: nec qui contraria do-

*Theophili Raynaudi Pontificia.*

gmata tenet, sed qui eadem fide præditus est. Nisi quis forsasè ita successorem dicat, quemadmodum morbum sanitati; & tenebras luci, & tempestatem tranquillitati, & mentis alienationem prudentiæ succedere dicimus.] Quod S. Gaudentius Tractatu in die suæ ordinationis, vocauit S. Ambrosium S. Petri successorem, aliò pertinet. Significare enim voluit S. Gaudentius, B. Ambrosium idipsum tunc facturum alloquendo populum pro omnibus Episcopis ibi adunatis, quod fecit S. Petrus cum os fuit omnium Apostolorum, respondens Christo pro omnibus. Quæ ratio denominandi S. Ambrosium successorem S. Petri, est planè extranea huic negotio.

T

**T**Enens principatum sedis in Ecclesia per cunctum orbem patente. Sexta Synodus Epist. ad Agathonem.

*Terra super quam fundata est Ecclesia.* Origenes in c. 6. ad Romanos.

*Terra Sancta, locus Petri, locus illius quem constituit Dominus. Dominum Domus sua, principem omnis possessionis sue.* S. Bernard. Epist. 237.

*Thronus supernarum potestatum.* S. Chrysoft. in Encomio SS. Petri & Pauli.

Dixit hoc de S. Petro provt Pontifice B. Chrysoftomus; quia in hac eminentissima orbis præfectura, quæ Angelis olim concedita sedebatur, locum occupat supernarum potestatum. Non enim Angelis commisit Deus orbem terræ futurum; hoc est Ecclesiam, sed quamuis ei adint tutores ac curatores, præpositum tamen habet solum S. Petrum, eique pro tempore sufficiens in eodem munere. Itaque concinnè ibidem sanctus Chrysoftomus, S. Petrum vocat *Angelico- rum ordinum expoliatores*.

*Thronus supremus verticalis, in quo Christus fidei clauis posuit, aduersus quem non praualebunt, usque ad consummationem porta inferi, ora scilicet Hæreticorum.* Theodorus Studita Epist. ad Naucratum.

Additissimum fuisse Romano Pontifici Theodorus Studitam, & quam Christus contulit Vicariam totius Ecclesiæ præfecturam differtissimè esse, constat ex eius plerisque Epistolis, nominatim ex l. 2. Epist. 12. 62. 63. 86. 129. Nec vnus duntaxat S. Theodori ea ætate is sensus fuit, sed aliorum quoque S. Archimandritarum, fortium fidei pugilum contra tunc rugientem in Catholicam fidem Leonem furentium, & reliquos Iconoclastas quorum in hanc rem præclare dicta profert Gennadius Scholarius ad c. 5. Concilij Florentini sect. 16. & 17.

*Tranquillitas via Christiana.* Gabriel Archiepiscopus Nesno in calce Synodi Chalcedorum.

*Tuba Evangelii.* Acta sancti Agapeti quorum plagula est apud Gratianum cap. *Agapetus*, de Consec. distinct. 1.

*Tuba sanctissimi Spiritus.* Theodoretus Epist. ad S. Leonem.

Omnes quidem Christiani Doctores sunt tubæ Spiritus Sancti; tum quia per eos insonat verbum salutis nostræ, cuius cura Spiritui Sancto appropriatur. Et hac ratione Origenes homil. 7. in Iosue, tubas quibus euerfa est Hiericho, Apostolis & Apostolicis viris accommodat. Item Prosper lib. 1. de vocat. gent. c. 20. verba illa Christi,

Onomasticō  
Pontificiū.

Christi, quibus facti prædicatores ad excitandos fideles vtuntur, *Venite ad me omnes, & c.* vocat, pietatis tubam, toto terrarum orbe resonantem: Tum etiam quia sicut tuba sonum non spargit, nisi inflata à tubicine, ita neque qui aliis erudiendis incumbunt, possunt reuera aliquid præstare ad salutem pertinentes, nisi mouente Spiritu Sancto. Quod circa sacras tibias in simili metaphora pulchrè attigit S. Basilius in Psalm. 29. Sicut verò etiam qui legitime tractant Dei verbum tubicines in bello sacro, vt consideratum est agendo de Christo Rege virtutum, & primario exercituum Dei Imperatore. Tamen hæc omnia antonomasticè & præcipuo quodam iure, cadunt in Romanum Pontificem, cuius solius est proponere infallibiliter sacram doctrinam assistente ipsi ea in parte Spiritu Sancto: Et cuius etiam est, omnes ad bellum sacrum contra errores & vitia potenter animare. Vnde si S. Hilarius à sancto Hieronymo in Apolog. aduersus Rufinum, iure dicitur est, *Vir eloquentissimus, & contra Arianos Latini sermonis tuba*; Insinuando alias fuisse aduersus os tubas Græci sermonis, putà Athanasium, Nazianzenum, Basilium, & alios: merito S. Leo, præsertim quatenus Romanus Pontifex, tuba Spiritus Sancti audire potuit. Neque verò desideratur in hac parte ea analogia, qua tuba bellicum instrumentum est, assumptum ad incendendos omnes ad prælium. Quod esse Romani Pontificis maxime proprium, Alexandro III. in hunc modum denunciabat P. Cellensis Epist. 95. [Sic iam totius nostræ Christianitatis religio in tepeuit, vt vix in toto grege Christiani populi aliqui inueniantur qui non malint sub sicco & oliua terreni honoris & delectationis delitescere, quam procul odorari bellum, & audacter occurrere in occursum cum filiis Benjamin & dimidia tribu Manasse, expediti, armatis inimicis Christi. Ad vos itaque Pater sanctissime, qui estis in corpore Ecclesiæ caput de quo oleum non deficit, & qui australe sufflatorium habetis, respicit desides excitare, excitatos verò, ad meliora, & viciniora salutis iuare & impellere.]

*Turris stabilis.* Chrysostomus homilia de Petro & Elia.

*Turris fortitudinis.* S. Bernard. Epist. 257.

V

*Vas Catholicum.* Acta S. Agapeti, quorum fragmentum habet Gratianus c. *Agapetus*, de consecrat. distinct. 1.

Sanctus Augustinus, SS. Apostolos Petrum & Paulum collaudans serm. 26. de Sanctis, S. Paulo titulum *Vasis* attribuit, non S. Petro: respiciens ad illud Christi de Paulo, *Vas electionis, est mihi iste*; Cæterum ita nomen *Vasis* exponit, vt iure ab Auctore Actorum Agapeti, potuerit ad Romanum Pontificem, quatenus Pontificem supremum, aptari. Sic enim loquitur S. Augustinus. [Paulus à Domino vas electionis est nominatus. Bonum vas, de cuius plenitudine substantia vitæ populis semper erogatur, & plenum est. Optima Apostolorum nomina, *petri* & *vas*, necessaria sunt Domui Saluatoris. Domus enim petrarum fortitudine construitur, vtilitate vasis ornatur. Petra ad firmitatem, ne labantur, sustentat populos; vas ad custodiam, ne tententur, operit Christianos.]

Nihil expeditius quam perspicere, qua ratione verum sit, plenitudine vasis Catholici, à Deo in Romana sede pronisi; Domum totam Saluatoris, accipere substantiam vitæ; doctrinam inquam fidei sanam, ex qua iustus viuunt: In eodem item, vt in vase ad custodiam, teneri Catholicos omnes. Itaque haud absurdè Auctor Actorum S. Agapeti, imitatus fortassis hunc S. Augustini locum, aptauit ad Romanum Pontificem, quod de S. Paulo dictum legerat. Accedit Analogia inter Paulum & Romanum Pontificem in conuersione gentium. Nam sicut Paulus fuit vas electum ad portandum Christi nomen in gentibus, ita Romani Pontificis maxime proprium est, inuigilare gentium conuersioni; idque vt efficerent præfici Romani Pontifices, nulli labori pepererunt vt diligenter prosequitur Stapletonius l. 2. de magnitud. Rom. Eccles. c. 5.

*Vertex Apostolicus Præsulum.* S. Athanasius cum Collegis, Epistola ad Felicem II. Episcopi Africani ad Theodorum Papam, adducti in Concil. Lateran. sub S. Martino, Consultat. 2.

S. Petrum, dicitur *Vertex Apostolorum*, frequens admodum est. Sic enim præter ceteros cum nominat S. Chrysost. homil. 83, in Matth. & homil. de Petro & Elia, & Auctor Hypomnestici de Anastasio Apocrifario in Collectaneis Anastasij, Proportione ergo, Successor S. Petri, *Vertex Apostolicus* denominatus est, præsertim ob continuatam in eo, Apostolicam verticis Apostolorum potestatem.

*Vertex Apostolicus Præsulum, cuius vetusta sollicitudo est, iam mala damnare, quam reuelare laudanda.* Episcopi Africani Epist. ad Damasum.

*Vertex Ecclesiarum, super cuius firmamentum, Ecclesia columnæ, qui Episcopi intelliguntur, confirmata sunt.* S. Damalus Epist. 4.

*Vertex membrorum omnium Ecclesiæ.* S. Augustinus serm. 124. de tempo.

Id est caput Ecclesiæ. Vertex, quippe membrorum, & supremum omnium, aliud non est, quam caput.

*Vertex sacer, firmamentum à Deo fixum, & immobile, & tituli fidei forma lucidissima.* Sergius Cyprius Epist. ad Theodorum Papam, adductus in Concil. Lateran. sub Martino Consult. 1.

*Vertex sacer & immortalis.* Concil. Chalcedo. Sæpè Actione 8. 9. & 10.

Solus Deus habet immortalitatem, id est Interpretate D. Ambrosio, indefectibilitatem, moralem & impeccabilitatem. Ea ergo ratione, Pontifex Romanus in rebus fidei & doctrina morum, dicitur *Immortalis*, quia errare non potest docens è cathedra. Accedit indefectibilitas sedis, quam diu mundus perstabit. Vno enim auulso Pontifice, prouidente specialiter Deo ad bonum Ecclesiæ, non deficit alter. Itaque sicut olim cohors cui perpetuo sufficiebatur milites cum primùm aliqui obibant, retulit appellationem *cohortis Immortalis*; ita Romanus Pontifex, (quod alia quedam Ecclesiæ non habuerunt, etiam si Apostolos habuerint Episcopos,) ob perpetuam nec vnquam interitalem successionem, dici potest *Vertex Immortalis*.

*Vicarius amoris Christi, ab eo in cælum eleuato relictus.* S. Ambrosius Lucæ vlt. Augusti Tract. 123. in Ioan.

*Vicarius Apostolica Sedis.* Symmachus in Apologético,

logético, Gelasius Epist. 8. Concil. Romanum in cæli Leonis Tertij.

Non est sensus, Pontificem Romanum tenere vices Apostolica Sedis, quæ aliud non est quam auctoritas ipsiusmet Pontificis. Sensus ergo est, Pontificem esse Vicarium, supple Christi, & tenere eodem Apostolicam q. d. *Vicarius Christi qui est in eade Apostolica.* Et ita quoque accipiendus est, ille alius, (quamquam non alius,) titulus, quo Pontifex denominatur, *Vicarius ibidem Apostolica*, insigni loco Concilij Chalcedonensis, qui habetur apud D. Thomam Opule. 1. sub *f. c. m.*, in hæc Verba. [Si quis Episcopus prædicatur infamis, liberam habeat sententiam appellandi ad beatissimum Episcopum antiquæ Romæ, quia habemus Petrum petram et fugij, & ipsi soli ab. ra potestare loco Dei sit ius discernendi Episcopi criminari infamiam, secundum clausuram Domini sibi datas, & c. & omnia definita ab eo, teneantur, tanquam à Vicario Apostolici throni.] Hic locus non extat quidem in vulgaribus Concilij Chalcedonensis exemplaribus. Tamen de fide S. Thomæ allegantis, in eo sanus dubitaret. Præsertim cum Græci quibus cum agebatur, nunquam legantur obiecit locum esse supposititum. Necessè igitur est, admittere, vel vitio Librariorum, vel Græcorum solito flagitio, locum à S. Thoma citatum intercidisse. Ait Canus 6. de locis cap. 6. Iam olim S. Gregorium l. 5. Registri Epist. 4. quæstum esse de huius loci oblatione sine rasura, facta per Græcos. Sed si tempore S. Gregorij iam facta erat erasio, vbi potuisset eundem locum legere sanctus Thomas? Depravatio autem quam S. Gregorius Græcis obiecit, spectat Canonem ab Anatolio subintrusum de prærogatiua Sedis Constantinopolitana post Romanam; non autem Canonem propositum de Romani Pontificis suprema auctoritate, tanquam Vicarij Apostolici throni.

*Vicarius Christi.* S. Ambrosius lib. 10. in Lucam. cap. 24. S. Bernard. 2. de Consid. cap. 8. & l. 4. cap. 7. Eugenius cum Concil. Florent. in litteris vnionis.

Confirmant hunc Romani Pontificis ritum, benè multi Doctores quos collegit Cenedo 1. Collectaneorum iuris Canonici tit. 47. num. 3. Est enim peruulgatissimum. Quamquam aliquando alij Antistites legantur dicti Vicarij Christi, vt S. Thom. Cantuariensis apud Blesensem Epist. 27. Et in libello supplic. Colinae ad S. Ioannem Alexandrinum in huius Sancti viri historia per Anastasium Biblioth. c. 13. S. Ioannes vocatur Sanctissimus & ter Beatus Pater Patrum, Vicarius Christi. Sed Romanus Antistes, differentius præ aliis omnibus hoc nomen hereditauit. Non enim ea tantum generali ratione dicitur Christi Vicarius, qua omnes Antistites ac Sacerdotes exhibent aliquatenus Christum, & qui eos audit Christus audit: sed ea insuper singularissima, quod Christus externa ac visibili conuersione à nobis elongandus, vices ei suas generaliter super gregem vniversum commisit, cum ea potestatis plenitudine quæ & necessitatibus omnium accommodata, & Vicario Summi Pontificis Christi, esset non indecora quod solus inter omnes Antistites habet Romani Pontifex, & propterea à S. Bernardo, *vicarius Christi* denominatus est lib. 2. de consid. cap. 8. Verbis illis *Theophili Raynaldi Pontificia.*

[Discipuli nauigabant, & Dominus apparebat in littore; quodque incundius erat, in corpore rediit. Sciens Petrus quia Dominus est, in mare se misit, & sic venit ad ipsum, aliis nauigio petentibus. Quid istud? Nempe signum singularis Pontificij Petri, per quod non nauem vnã vt ceteri quique suam, sed sæculum ipsum suscepit gubernandum. Mare enim sæculum est; naues, Ecclesiæ. Inde est quod altera vice instar Domini gradens super aquas, vnicum se Christi Vicarium designauit, qui non vni populo, sed cunctis præesse deberet. Si quidem aquæ multæ populi multi, ita cum quisque ceterorum habeat suam, tibi vna commissa est, grauissima nauis facta ex omnibus, ipsa vniversalis Ecclesia toto orbe diffusa.] Hoc aliter dici potest, Romanum Pontificem esse vnicum Christi Vicarium generalem, quamuis idcirco non excludantur alij subordinati & particulares Christi Vicarij, quales sunt omnes Antistites. De hoc munere Vicarij Christi, agnoscendo in Romano Pontifice, insigniter philosophatur Cardinalis Polus lib. de Concilio ad q. 23.

Aliud autem pertinet, quod P. Blesensis Epist. 91. pauperem quemlibet, ait esse Christi Vicarium. Neque enim Blesensis, spectauit iurisdictionem ratione cuius Pontifex Maximus dicitur Christi Vicarius simpliciter & absolute; ceteri autem Antistites, cum addito diminuentur: sed significare tantum voluit, Christum sibi ipsi, pro sua bonitate factum ducere, quod sit pauperibus ex Christiana charitate, iuxta illud Matthæi 25. *Quandiu vni ex minimis meis seris, mihi seruus.* Et quo capite, immensam Christi erga nos condescensionem qui se in omnibus egentibus egentem præstitit, demitur Saluianus lib. 4. ad Ecclesiam *sub modum*. Benè etiam S. Chryl. hom. 15. in ad Romanos, in *moralis*. Similiter aliud pertinet, quod Origenes hom. 22. in Lucæ vocat Spiritum Sanctum, *Christi Vicarium*, quem ait effecisse, vt qui valles eramus, impleremur, & montes efficeremur; nimirum exequendo in nobis per suam gratiam post Christi abcessum ex hac vita mortali, quod Christus hęc viuens faciendum docuerat, parato ad faciendum per sua merita supernaturali subsidio. Quæ vicaria Spiritus Sancti opera, longè alia est quam ea de qua agimus. Et proportione seruata omnes Apostoli quia post Christi abcessum, vice eius prædicauerunt & docuerunt mortales, dicti aliquando sunt Christi Vicarij. Ita etiam loquitur creditus Ambros. 1. Cor. 3. & in caput 1. ad Rom. Sed qui vices Christi principaliter & antonomasticè tenet, est solus Petrus, & quilibet pro tempore successor Petri. Quod denique S. Ignatius initio Epistolæ ad Trallianos; ait, *Diaconum esse Christi Vicarium*, sicut Episcopus est typus Patris æterni, non fert Diaconum esse Christi Vicarium eo modo quo nunc loquimur: sed pertinet ad honorificandum ministerium Diaconi, qui diuinum calicem populo ministrabat, sicut Christus illum porrexit Apostolis.

*Vicarius Generalis Christi, solus in mundo.* Sancta Birgitta l. 7. reuelat. c. 19.

*Re. c. s. s. s.* Alios quippe Vicarios particulares, omnes legitimos superiores; habet in mundo Christus Dominus, sed nemo illi est Vicarius Generalis in mundo toto, præter Pontificem Romanum. Hinc peruulgatum est apud iurisperitos;

Onomastico Pontificii.

risperitos, Christi & Pontificis Romani vnum esse tribunal; sicut non nisi vnum tribunal est, Episcopi, & Generalis Vicarij. Multos de Pontifice ita locutos, adducit Ricciullus lib. 9. de iure person. extra Ecclesiam c. 2. n. 11. & Hieronymus Gigas l. de residentia Episcoporum c. 5. ac Troilus Malucius l. de Canonizat. Sanctorum dub. 1. n. 10. vbi nominatim adducit Baldum ad l. Barbarius Philippus, ff. de offic. Prætor. dicentem [Papa est supremus Dei Vicarius, & qui contrarium dicit mentitur.]

*Vicarius crucifixi.* P. Blesens. Epist. 144. Ioan. Sarisber. Epist. 193.

*Vicarius B. Petri.* Mathildis Regina Anglorum apud S. Anselmum lib. 3. Epist. 99. Felix III. Epist. 4. ad Zenonem, Vigilius in Encyclica ad omnes fideles, Stephan. III. *sub finem* Epistola, data nomine S. Petri. Leo IX. Epist. ad Michaëlem & Leonem c. 12. Ennodius in Apolog. c. 4. S. Bonifacius in professione suæ fidei. Autor vitæ Ludouici Pij, cum de aduentu Stephani Papæ ad ipsum Ludouicum. Guigo Cartusianus cum suis Epistola ad Innocentium II. S. Bernardus Epist. 83. Arnulphus Luxon. Epist. 19. Idem habetur cap. *Ego Ludouicus* dist. 63. & c. *Constantinus* dist. 96. & cap. *quoties* 1. q. 7.

Hic titulus tametsi à multis vsurpatus, improprietate loquendi laborat, vt rectè asserit Sbrozizius lib. 1. de Vicario Episcopi q. 3. n. 7. & F. Nicolaus Eymericus tract. de potestate Papæ *serè Inizio*, qui M. S. habetur apud Prædicatores Auenionenses. Vt autem bonus sensus ei titulo subicit, accipiendus est de Vicario, non qui locum alterius teneat à quo dependeat, & iurisdictionem adhuc habeat, sed cui sufficiatur independentem, & cum pari potestate. Sic filius qui patri subrogatur in munere Iudicis, dici potest Iudex vice Patris, ac proinde audire potest eius Vicarius; non tamen eo modo, quo Vicarius Episcopi superstitis, dicitur Vicarius eius; quia ita habet cum eo idem tribunal, vt tamen ei subiciatur, pendeatque ab illo in suæ iurisdictionis vsu, sed tantum quia post eum gerit munus illud. Sic Glossa Clement. 1. de Iure in verbo *Vicarium* & Nauar. comment. de Iudicio c. 20. in fine. Imo Suidas & Phanorinus, hanc esse proteritam illius vocis notionem apud Romanos prodiderunt *Βικαριος ὁ δὲ δίδωσκει ἀρχὴν ὁ ἀρχιεπίσκοπος*, id est, Vicarius, apud Romanos successor. Hac ratione sanctus Cyprianus Epist. 67. *ad finem*, vocat S. Stephanum Papam, Vicarium & successorem SS. Lucij ac Cornelij, anteriorum eiusdem sedis Pontificum; à quibus liquet eum nulla ratione dependisse. Sicut neque nunc Pontifex, vlla ratione dependet à S. Petro, in vsu suæ potestatis. Nec quod sæpè contestatur, se aliquid indicere aut vetare, *auctoritate SS. Apostolorum Petri & Pauli*, eam dependentiam confirmat. Sensus enim tantum est, edictum vel interdictum quod fertur, manare ab auctoritate Pontificia suprema, qualem habuit ordinariam S. Petrus, extraordinariam verò B. Paulus. Eodem sensu Adeodatus Papa in Priuilegio concesso Monasterio S. Martini; ait, Romanos Pontifices S. Petri, auctoritatem, successione ac vice nactos esse.

Fortassis tamen aliter titulum propositum acciperent, qui cum Iona Aurelianensi l. 3. de Imag. *sub finem*, arbitrarentur S. Prælatos iam vita functos retinere illam ipsam potestatem iurisdictionis

nis qua in hac vita potiebantur. Verba Iona excutientis illa l. Psalmi 44. à Claudio Taurinensi allegatum, *pro patribus tuis nati tibi sunt filii*, ita habent. [Nec tamen credendum est, vel istos, (vice iustorum defunctorum substitutos, à quibus S. Ecclesia pastoralis auctoritate gubernatur,) percipere prædecessorum dignitatem, nisi in quantum æquitas libramen tenuerint; nec illos amittere iura iudicialia, cum hominem exuentes ad vitam transeunt potiores.] Iuxta quam doctrinam, Pontifex Romanus dici potest Vicarius S. Petri, quia loco S. Petri exerceat eandem iurisdictionem, qua S. Petrus absens etiamnum potitur. Qua ratione Vicarius Generalis, superstitite præsertim sed absente Episcopo, omnia in Episcopatu adiuuans loco Episcopi, dicitur eius Vicarius. Hæc tamen explicatio tituli propositi, est omnino repudianda, cum inuitantur ruinoso fundamento perseverantis in S. Antistitis vita functis eiusdem iurisdictionis qua potiti in vita fuerant. Itaque persandum est in notione proposita tituli prædicti.

Porrò cur aded frequenter, & Patres, & præsertim Pontifices, præfecturam S. Petri ingerant, & eius Vicarios esse Romanos Pontifices, ad sensum propositum dicant, nec raro etiam in diplomatibus profiteantur, se auctoritate B. Apostolorum Petri & Pauli aliquid statueri; ratio est, quia ea ratione conceditur S. Petro primum, ac post eum reliquis Pontificibus, suprema in Ecclesiam potestas, reuocatur in memoriam, prolatis eius veluti titulis, ac Christi diplomate quod est exhibitum S. Petro. Accedit quod ad huius dubij extricationem considerat Nicolaus Eymericus Tract. de potestate Papæ q. 5. quod S. Petrum post huius tabernaculi depositionem, vt ipse olim spondit, eum omnium fidelium, tunc præsertim suorum in sede Pontificia successorum, singularem ac præcipuam habere curam & suis apud Deum precibus curare, vt non deficiat in sede sua fides vera, persuasissimum omnibus semper fuit. Itaque quodammodo videtur in successore viuere, & cum eo regere Ecclesiam, iuxta illud S. Leonis ferm. 2. de sua Assump. [Qui (*S. Petrus*) nunc pleniùs & potentiùs ea quæ sibi commissæ sunt peragit, & omnes partes officiorum, in ipso & cum ipso per quem est glorificatus exequitur.] Nec ita multo post. [Cuius in sede sua viuunt potestas, & excellit auctoritas.] Subdit denique [in persona humilitatis meæ, ille intelligatur, ille honoretur, in quo & omnium pastorum sollicitudo cum commendatarum sibi ouium custodia perseverat, & cuius etiam dignitas in indigno herede non deficit.] Apertissimè quoque Petrus Chrysol. in Epist. ad Eutychem. [B. Petrus qui in propria sede viuunt ac præsidet, præstat querentibus fidei veritatem.] Quæ verba mutatis est Nicol. I. ad Consulta Bulgaro. cap. 106. Non dissimiliter Patres primi Concilij Arelatensis in Synodica ad S. Siluestrum sic eum affantur. [Recedere à partibus illis non potes, in quibus Apostoli sedent.] Ob ea ergo quæ dixi subdia à S. Petro successoribus exorata à Deo, S. Petrus fisione iuris censetur etiam nunc in sede sua viuere, eique præsidere; atque ita ob reuerentiam tanti Apostoli, Pontifex successor, etiam si pari cum eo potestate planèque independentem ab illo (nisi ratione precum, & protectionis,) regat Ecclesiam, appellatur

Onomastico Pontificii.

latur *S. Petri Vicarius*, laxato vocabulo. Aliter, sed eodem sensu, idem expressit Pelagius I. Papa Epistola ad Vigilium Episcopum, cum dixit, [Memor summe sub illius nomine Ecclesiæ præsidere, cuius à D. N. Iesu Christo, est glorificata confessio, & cuius fides, omnes quidem hæreses destruit, sed maxime impietatem præsentis erroris expugnat.] Agebat de hæresi inficiante Patrem & filium esse vnum Deum.

Ceterum alij aliquando Episcopi præter Romanum, dicti leguntur Vicarij B. Petri, vt sanctus Modoaldus in eius historia l. 2. c. 11. & Episcopus Bantonienis à P. Blesensi Epist. 138. nec non Eboracensis ex eodem Epist. 113. Imo quilibet Antistites à P. Celsen l. 7. Epist. 8. vt ex his eius verbis apparet. [Quando & vbi simile factum est in regno Franciæ, vt remoris omnibus simoniae speciebus, nullis munerum suffragiis incumbentibus, nullis clientum sollicitudinibus pruricum aurium excitantibus, solus Dei honor, & populi salus, in Episcopali electione quaeretur? Certè hoc in rationali & superhumerali tuo, (Pater amantissimè,) stylo ferreo, vngue adamantino scriberetur, quod in Vicarij Petri eligendis, nulla te mouet humana gratia, nullus carnalis affectus, nulla pecuniæ auaritia.] Scribit ad Vvillum Metropolitanum Senonensem atque Rhemensem, qui alios B. Petri Vicarios non potuit eligere, quam Episcopos inferiores; quales ibi P. Celsen recenset benè multos. Hos ergo vocat *R. Petri Vicarios*. Id quo sensu dicatur expositum est V. Suet. *offor B. Petri*.

*Vicarius sanctissima* s. *du B. Petri*. Alcuinus Epist. 63. quæ est ad Adrianum I.

*Vicarius summus S. Petri, cuius principatus sicut eminet, ita ab omnibus metuentus est & amandus.* Synodus Tarraconensis Epist. 2. ad Hilarium.

Ecclesia tota, est vnus Episcopatus vniuersalis, iuxta S. Cyprianum, cuius partes singulae per Episcopos reguntur; Ipse verò totus, S. Petro & eius Successoribus tanquam vniuersalibus moderatoribus est conceditur. Sicut ergo Romani Pontifices, dicuntur Vicarij S. Petri, ob eam curam quam S. Petrus adhuc impendit Ecclesiæ vniuersali rectoribus sua apud Deum protectione & intercessione: ita alij quoque Antistites, in quorum sollicitudinis partem venit simili modo S. Petrus, dici possunt eius Vicarij. Eaque ratione Romanus Pontifex qui omnium Episcoporum summus, dici potest *summus S. Petri Vicarius*, id est supremus inter S. Petri Vicarios, Hincmarus Opusc. 45. Capitulum cap. 16. *vocat specialem sancti Petri Vicarium*.

*Vicarius Apostolorum in sede B. Petri.* Luitprandus lib. 6. rerum per Europam gestatum in vita Othonis Primi.

*Vicarius SS. Apostolorum Petri & Pauli.* Episcopi provincie Turon. Epistola ad Nomenclium, quæ est num. 84. apud Lupum Ferrariensem. Auctor vitæ Ludouici Pij anno 779. & anno 806. Luitprandus Ticinensis l. 1. rerum per Europam gestatum c. 8. Vide Superius, V. *Sedes Sanctorum Petri & Pauli*.

*Vicarius Apostolorum.* Alcuinus Epist. 27. quæ est ad Leonem Papam.

*Vice Christi fungens & summo Pastorum in Apostolica dignitate succedens.* Petrus Damiani Opusc. 17. cap. 4.

Summus ille Pastor, est sanctus Petrus. Nam

Christo qui sempiternum habet Sacerdotium, nemo succedit.

*Vices B. Petri gerens, in totius Ecclesiæ apice sublimatur.* S. Gregorius l. 2. Epist. 33. Vvalafrius l. de rebus Eccles. c. 1.

*Vir sedis Apostolicæ qui vniuersam plenitudinem Catholica Ecclesiæ benè ducit, & ordinatè secundum diuinam legem deducit.* S. Maximus Epist. ad Petrum illustrem.

*Vir Apostolicus & Sanctissimus, tenens primum in sacris ordinibus.* S. Emmerannus vt refertur in eius Actis.


Videtur Vir Sanctus, Ecclesiam sibi repræsentasse, vt statum Imperij aut Regni, in quo sunt varij ordines, quorum omnium caput est Imperator aut Rex. Equè in Ecclesiæ Imperio sunt varij ordines, quorum caput est Romanus Pontifex. Iustum volumen de hoc imperio & variis eius ordinibus, edidit superiore sæculo Isidorus Isolanus: Breuem summam quæ huic titulo posita esse pro Glossa, accipe ex Vvalafrido lib. de Rebus Eccles. c. 3. rescissis nonnullis. [Ostendamus ordinationes mundanæ sapientiæ, in spirituales Ecclesiæ vniuersalis Rempublicam sacris distinctionibus commutatas, in similitudinem antiquæ historiæ; quæ vel pecuniæ Aegyptiorum in vsu tabernaculi, vel cedi de Libano cæsæ, in templi adificationem profecit; Rahab, quoque, & Ruth, & Achior in numerum populi Dei translati narrantur, &c. Comparetur ergo Papa Romanus, Augustus & Cæsares. Patriarchæ verò patricii, qui primi post Cæsares in Imperiis fuisse videntur. Ita & isti, qui satis pauci sunt, primi post trium sedium præfules, habentur. Deinde Archiepiscopus, qui ipsi Metropolitanis præminent Regibus conferamus, Metropolitanos autem Ducibus comparemus, quia sicut Duces singularum sunt prouinciarum, ita & illi in singulis prouinciis singuli ponuntur. Vnde in Chalcedonensi Concilio iubetur, ne vna prouincia in duos Metropolitanos diuidatur. Quod Comites vel Præfeci in saculo, hoc Episcopi ceteri in Ecclesia explent. Fertur enim in Orientis partibus, per singulas vrbes & præfecturas, singulas esse Episcoporum gubernationes. Sicut Tribuni militibus præerant, ita Abbates, Monachis Athletis spiritualibus præesse noscuntur, quemadmodum sunt in palatijs præceptores, vel comites palatii, qui secularium causas ventulant, ita sunt & illi quos *summos Cappellanos* Franci appellant, Clericorum causas Prælati, Cappellani minores ita sunt, sicut hi, quos Valfos Dominicos Gallica consuetudine nominamus, &c. Porrò sicut Comites quidam missos suos præponunt popularibus, qui minores causas determinent, ipsi maiora referunt; ita quidam Episcopi Cœpiscopos habent, qui in rebus sibi congruentibus, quæ iniunguntur, efficiunt. Centenarij qui & centuriones, vel Vicarij, qui per pagos statuti sunt, presbyteri plebium, qui Baptismales Ecclesias tenent, & minoribus presbyteris præstant, conferri queunt. Decuriones, vel Decani, qui sub ipsis Vicariis quædam minora exercent, minoribus presbyteris titularum, possunt comparari. Sub ipsis ministris centenariorum; sunt adhuc minores qui Collectarij, Quaterniones, vel Duumiri possunt appellari; colligunt populum, & ipso numero ostendunt se Decanis esse minores. Sunt

*Onomasticū  
Pontificium.*

ipſa vocabula ab antiqua conſuetudine mutuata, in qua officia Prælatorum dicebantur ex numero ſubicctorum. Chiliarchi Græcè; Latine Militenarij, Centenarij vel Centuriones, Pentacontarchi, vel Quinquagenarij, Decani vel Decuriones, Quaterniones, Duumviri. Ad honorum ſimilitudinem ſunt Diaconi, Subdiaconi, Presbyterorum adiutores in Verbo, Baptiſmo, & quotidiano officio. Sunt etiam Archipresbyteri, in Episcopis Canonorum curam gerentes. Habent & potestates ſæculi Conſiliarios in domeſticis & liberorum pedagogos ſuorum, habent ipſi procuratores rei familias. Similiter in quibusdam Eccleſiis Archidiaconus quos familiae respicit gubernatio. Sunt in ſæcularibus Quæſtionarij, id eſt qui reos examinant. Sunt in Eccleſia Exorciftæ, Dæmonum excluſores. Habent aulae potentium Ianitores, habet; & domus Dei Oſtarios. Habet mundus Veredarios commentarienſes, Ludorum exhibitores, carminum pompaticos Relatores: habet Eccleſia Acolythos, Lectores, Cantores, atque Pfalmiſtas.]

In hac Vvalfridi doctrina & analogia ordinis Eccleſiaſtici cum ſæculari, difficultatem tantum facit, collatio Patriarchorum, cum Patriarchis; quos addit, haberi primos poſt præſules trium ſedium. At quinam iſti trium ſedium Præſules, præter tres Patriarchas antiquos, Alexandrinum, Antiochenum, Hieroſolymitanum? Quomodo ergo Patriarchæ, primi poſt præſules trium illarum ſedium? Quod ſi Vvalfridus per Patriarchas intelligit qui nunc dicuntur *Prima-*

*tes*, difficultas ſuper eſt, quomodo Archiepiscopos qui Metropolitanis præminent conferat Regibus. Nulli enim Archiepiscopi præminent Metropolitanis, præter Primates, quorum præmiſſa eſt cum Patriiciis comparatio, iuxta prædicta. Quoad reliqua, non malè cohæret analogia ſtatus ſæcularis, ciuiliſ & Eccleſiaſtici, Pontifice iſtius apicem occupante, ſicut illius verticem tenent Anguſti. Et imitacione ſanè ſæcularis diſpoſitionis Magiſtratum vel Sacerdotiorum Ethnicorum, conſtitutam eſſe in variis ciuitatibus ex variis Miniſtris Hierarchiam ſacram, diſſerit optime ſanctus Leo IX. Epist. 4. quæ eſt ad Petrum & Ioannem Episcopos, & fuit Clementis Roman. 2. Conſtitut. cap. 52. Ex euſdem Clementis & Analeti Epistolis, idem tradit Hinemarum in Opusculo Capitem cap. 16. & 25. Videtis Platinam in vita ſancti Eleutherij Papæ, & Lazium lib. 2. Commentar. Roman. Reipubl. Nec colliditur cum hac doctrina, quod fuſè probat Marcus Antonius Capellus diſput. de Succellione Romani Pontificis in Pontificatum ſancti Petri capite tertio, negans Eccleſiaſticam politiam & eius diuiſionem, admenſam fuiſſe politiæ & diuiſionem Imperij Romani. Agit enim ibi contra Sectarios Eccleſiaſticæ monarchiæ Romanæ inſeſtos, & contententes translato Byzantium imperio, translatum eodem eſſe caput Eccleſiæ. Hoc meritò reſicit Capellus, non autem aliqualem vtriuſque politiæ & diuiſionis proportionem, quam cum Vvalfrido admiſiſimus.




EPILEGO



## EPILEGOMENA.

**R**ELECTENDVS est animus, super ad eò vberem messam titulorum ac decorum Romani Pontificis. Et sicut nonnulla præmiſimus ad tot titulos eruendos, vel necessaria vel opportuna, ita nonnulla subiicienda sunt ad eos iam erutos, pernitius perspiciendos, vel ad fructum ex eis decerpendum accommodata.



## DISPUTATIO I.

*Quam magni faciendi Pontificis Tituli,  
à tot Patriibus, ipſisque Conci-  
liis delati.*

**I**T VLOS Pontificis siue à Patriibus, siue à Conciliis delatos, omnino magni, ac etiam maximi esse faciendos, pono extra dubium. Incipiamus à Patriibus. Si magnum est laudari à laudato viro, qui tamen plerumque corrupto est iudicio, & de rebus ex affectu pronunciat, vel per assentationem mentitur; quanto illustrius debet videri, à persona cuius incorruptum sit iudicium laudem referre, & quidem solidam, & pro qua timendum non sit, à fumo adulationis, vel à captati commodi lenocinio? Sunt sanè Patres, vt S. Augustinus lib. 2. in Iulianum rectè dixit, Ecclesiæ plantatores, rigatores, edificatores, pastores, nutritores; leges in hanc sententiam alia apud Simancam in Catholic. Institut. toto tit. 22. Et quod caput est, disertèque agnoscitur in Concilio Ephesino in Epistola Synodi, venientis ad definitionem fidei, *Sancti Patres, loquente in eis Spiritu Sancto protulerunt*, quæ ab eis accepimus. Quis ergo possit titulos ab eis delatos non æstimare per magni? Porro quod locutum in Patriibus Spiritum Sanctum, asserit Concilium Ephesinum, ita passim accipit vulgus fidelium, vt sensus sit, Patres tanquam Vasa perpurpura, accepisse vberem influxum donorum Spiritus Sancti, indeque manasse, quæ in Ecclesiam verbo, aut scripto transfuderunt, non absque proprii intellectus negotiatione. Qua ratione, pronunciata Patrum sunt purè humana, tamen non possint non redolere fontem è quo sunt hausta per naturale mentis opificium. Sicut Conclusiones Theologicae, prout deductæ ex antecedenti reuelato, quamuis non sint certæ secundum fidem, quia interuenit naturalis negotiatio intellectus humani, integrans motuum assentiendi, & diluens puritatem motui diuini, siue auctoritatis increatae: tamen sapiunt antecedentis reuelati

nobilitatem, eiusque tamen admixta, velut fragrantiam inhalant. Rectè ista & sapienter, valentque etiam pro quouis Patrum sigillatim accepto.

Cæterum sublimius quiddam cogitandum est de ea Spiritus Sancti locutione per Patres, quos volo attendi, non sigillatim atque diuisim, sed vniuersè & coniunctim. Agnoscendum enim est, quod à Patriibus vniuersim, & vel nullo ex eis, vel vix vilo contradicente, circa negotia Christianæ religionis affirmatur, pertinere ad fidem. Non quod ipsi Patres exceperint immediatè reuelationem diuinam, cuius interuentu, constituantur obiecta fidei; vel quod motuum credendi aliquid ex fide, sit auctoritas Patrum: (Neutrum quippè est admittendum:) sed quod vniuersim Patrum consensus, sit signum diuinæ traditionis, quæ æquè exhibet internum diuinæ fidei motuum, ac Scriptura Canonica. Et ita rectè Molina 1. part. quæst. 1. art. 8. Gillius lib. 1. tract. 7. cap. 13. num. 10. & Carbo lib. 4. Introd. ad Theolog. cap. 19. præiueratque Vincentius Lyrin. cap. 39. commonit. Cum igitur in re de qua agimus, Patres vniuersi, nemine refragante consentiant, Summum Pontificem gaudere iis titulis, quos exhibuimus; manifestum est notiones illis titulis subiectas, & sensum vnum ac eundem, qui sub diuersis illis verborum formulis proponitur, pertinere ad fidem Christianam. Ex quo habetur sublimior ille sensus, in quo dicebam posse affirmari, locutiones Patrum, quas hinc digessimus, esse locutiones Spiritus Sancti.

Idem verò multo liquidius est de Conciliis. Nam Decreta dogmatica Conciliorum, ex quo sunt confirmata, agnoscenda sunt, continere doctrinam à Deo reuelatam, cui ex fide diuina sit assentiendum, tanquam infallibiliter veræ, persulse diuina auctoritate. Imo sunt qui idem statuunt de decretis Conciliorum legitimorum, etiam priusquam confirmentur, ita enim præter cæteros Castro lib. 1. de iusta Hæretic. puni. cap. 6. Duuallius Tract. de Pontif. part. 4. quæst. 6. & Salaz. l. de Concept. cap. 43. §. 5. Ad rem tamen præsentem satis superque est, quod nemo Catholicus reuocare in dubium audeat: Nempè quod dogmata à Conciliis confirmata proposita, contineant doctrinam infallibilem & diuina fide tenendam. Vnde S. Gregorius lib. 1. reg. Epist. 43. affirmat, se non minus venerari quatuor Oecumenica



**SVBNOT. I.** *Momentum Titulorum Pontificis.* menica Concilia quæ iam tunc celebrata erant, quam quatuor Euangelia, Nicolaus verò I. Epistola ad Michaëlem Imperatorem, decreta Conciliorum vocat, diuinitus inspiratas sententias. S. Cyrillus Alexandrinus lib. 1. de Trinitate, Decretum Nicæni Concilij, vocat diuinum & sanctissimum Oraculum. Nec minus splendide de eadem Synodo S. Ambrosius præfatione ad libros de fide, vbi Patres illius trecentos octodecim, componit cum totidem Abrahæ vernaculis, quibus S. Patriarcha victoriam aduersus impios reportauit. Scitè Nyssenus orat. in suam Ordln. hanc fuisse ait præclaram Ecclesiæ texturam, qua stola fidei prima contexta est, Pulchrè Anastasius Sinaita cap. 9. *ad 17. & initio.* Synodum Nicænam, nominat *Sanctissimam & Beatissimam Spiritus Sancti quasi vnguentam filiam.* Spissum volumen, ex Elogiis cum cæterorum Conciliorum, tum nominatim Nicæni primi contexti posset, si res ferret. Sed non est ludenda opera in eo confirmando, de quo conuenit inter Catholicos absque controuersa, nimirum quod Concilia confirmata faciant ex fide certum, quicquid proponunt tanquam verè credendum. Quandoquidem ergo plerique ex titulis encomiasticis recensitis, non nisi corrice vocum dissepantes, à cæteris omnibus contentis in syllabo proposito, deprompti sunt ex Conciliis legitimis ritè confirmatis, iidemque sunt dogmatici, (nec enim aliud ferunt hi tituli, quam quod variè alibi extantes definitiones irretractabiles de Pontificis auctoritate & infalibilitate continent;) sequitur manifestè, notionem titulis illis subiectam pertinere ad doctrinam à Spiritu Sancto inspiratam, cui ex diuina fide sit assentiendum. Quo genere laudis & encomij, nullum potest esse sublimius aut solidius, & in quo minùs à fraude vel fallacitate sit metuendum. Adde etiam, cui minùs possit obstrepere inimicus quantum felle malvolentie suffusus; quandoquidem vel si rumpatur, non poterit mendacem facere Deum à quo laus illa profecta est.

Ex dictis infero, nulla ex parte, Romani Pontificis decora, potuisse nobiliùs, magnificentiusve exponi, quam ei contextendo florulentam huiusmodi coronam à Patrum vniuersorum areolis, & Conciliorum confirmatorum hortis decerpam. Quis enim supra laudes ab ipso Deo depactas, dicendo possit adiciere, quantumcunque connitatur? [Magnus laudator, & vehementer ambienda laudatio;] ait sanctus Bernardus sermon. 5. in festo omnium Sanctorum, agens de laude, quæ iuxta Apostolum, erit Sanctorum vnicuique à Deo: quod hinc æquè valet, cum laus ista, æquè sit à Deo, vt monstratum est.

\* \*  
\*



## SVBNOTATIO II.

*Indicatio veritatum Theologicarum, recensitis Pontificis titulis abditarum.*

**INDICATIONEM** duntaxat recipio, quia si eadem veritates prosequendæ essent iuxta tractatione, spissum volumen esset conscribendum. Itaque strictim duntaxat & obiter indicabo, quantæ opes in propositis titulis Pontificis delitescant, notatis simul Doctoribus, à quibus singulæ veritates hinc attingendæ, excutiantur diligenter.

### VERITAS I.

*Romanus Pontifex, est visibile caput Ecclesiæ vniuersalis.*

**A**ptè & in actu signato id ferunt plerique tituli recensiti *Lucea C.* idque omnibus esse exploratum, contestatur Philippus Cælestini Papæ in Ephesino Concilio Legatus, verbis illis tom. 2. eiusdem Concilij edit. Pelta. cap. 26. [Nulli dubium, imo sæculis omnibus notum est, Sanctum Beatissimumque Petrum, Apostolorum Principem & caput, fideique columnam, Ecclesiæ Catholice fundamentum, à Domino Iesu Christo Salvatore nostro, humanique generis Redemptore, Cælestis Regni clauis accepisse, soluendique atque ligandi potestate quam acceperat vsum fuisse; necnon per Successores suos huc vsque semper viuere, causasque decernerè, semperque victurum esse. Huius itaque ordinarius Successor & Vicarius, Sanctus Beatissimusque Papa, & Episcopus noster Cælestinus, nos huc pro se, quasi Vicarios, ad hanc Sanctam Synodum misit.]

Idem Philippus eodem loco cap. 15. [Gratias agimus Sanctæ venerandæque huic Synodo, quod litteris Cælestini Sanctissimi Beatissimi que Papæ vobis recitatis, sancta Ecclesiæ membra, sanctis vestris vocibus, piisque præconiis sancto vestro capiti vos exhibueritis. Non enim ignara est vestra Beatitudo, totius fidei, cæterorumque omnium Apostolorum, caput, Beatum Apostolum Petrum extitisse.] Bene item Petrus Damiani Opusc. 5. in serm. ad Mediolan. [Que prouincia per omnia regna terrarum ab eius ditione extranea repetitur, cuius arbitrio, ipsum quoque cælum & ligatur & soluitur?] Alia pleraque adducit Claudius Rangolius 1. Reg. 15. ad vers. 17. quæst. 13. in quem Scriptorem his pridem vulgatis incidit.

Præter titulos porrò quibus veritas proposita exprimitur in actu signato, suppetunt alij multi æquivalentes. Idem enim sonant illi alij tituli, quibus Pontifex dicitur *Rektor Ecclesiæ, Præpositus orbi terrarum, ac Dux populi Christiani.* Item idem ferunt tituli quibus Pontifex dicitur *Christi Vicarius, & Successor S. Petri.* Nam S. Petrus,

S. Petrus, fuit suo tempore viabile caput vniuersalis Ecclesiæ: quod perspicuè ferunt illa ad eum Christi verba, opportuno tempore impleta, *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo clauis, &c.* de quo loco in hanc rem solemnissimo, consulendi varij Patres hanc veritatem inde eruentes, quos signant Turrianus lib. 2. contra Magdeburg. c. 6. Maldonatus in cap. 16. Matthæi, M. Antonius Capellus disput. de Summo S. Petri Pontificatu cap. 3. & 6. Suarez lib. 3. defens. cap. 10. Coarruatas lib. 4. variat. cap. 14. num. 11. Franciscus Agricola in opere de primatu S. Petri cap. 1. & 3. & varij Canonum Doctores apud Cenedo part. 1. Collectan. tit. 47. num. 2. Indidem pro dignitate capitis Pontifici adscribenda, neruose ac valide argumentantur varij, cum Hæreseologi, tum Scholastici, nominatim Caietanus tom. 1. Opusc. tract. 3. cap. 2. Stapleto. 6. de princip. à c. 1. Valent. 2. 2. disp. 1. quæst. 1. punct. 7. §. 28. & in Analyti lib. 7. cap. 2. Inceptè verò Michaël Medina lib. de Indulgent. disp. 5. à cap. 15. eum locum arctari censuit ad potestatem concedendi indulgentias. Nam cum verba sint vniuersalia, certum esse debet, & eam potestatem, & quicquid ad Ecclesiæ regimen necessarium fuit, esse concessum verbis illis, quæ quod hostes Pontificij primatus aliò quàm ad Petrum auertere studuerunt, frustra laborarunt, & se ridiculos demonstrarunt. Verbi gratia Lutherus lib. de potest. Papæ, fidem externa confessione proditam, dixit esse eam petram cui inædificata est à Christo Ecclesiæ. Caluinus 4. institut. capite sexto, §. 6. dixit eam petram esse Christum ipsum, quasi Christus manu pectori appressa dixisset, se designando, *super hanc Petram.* Erasmus Matth. 16. eam petram dixit esse quemcunque fidelem, abusus mystica expositione Origenis tract. 1. in Matth. qui tamen homil. 5. in Exod. disertè ait, super Petrum, tanquam magnum Ecclesiæ fundamentum & Petram solidissimam, ædificasse Christum Ecclesiam. Nec reuera aliud dici potest; Cum constet Christum eo loco dirigere sermonem ad Simonem filium Iona, non ad vllum alium. Ita expressè sanctus Eulogius lib. 2. contra Nouatianos, cui perperam obstreptit Photius Quod. 280. Libat egregiè præter cæteros hunc locum sanctus Alterius homil. in SS. Petrum & Paulum, ex quo decerpo flosculum. [Isaias vaticinio ait, Patrem posuisse filium, lapidem angularem; nimirum significans mundi totam concretionem, illo fundamento ac basi nixam esse. Quin & rursum Vnigenitus, vt sacris Euangelij libris conscriptum est, Petrum Ecclesiæ fundamentum dicit, *Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam.* Primus enim reuera hic, ceu grandis quidam ac durus lapis in mundi huius caua demissus est, (sive in conuallem plorationis quemadmodum Dauid ait,) vt Christianos omnes superædificatos portans, in sublime, nempe ad speciem nostræ domicilium subuehat. Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est quod est Christus Iesus. Sed & simili quoque Saluator noster appellatione primum suum discipulum honestandum duxit, nominans *fidei petram.* Per Petrum ergo verum ac fidelem pietatis Doctorem effectum, Ecclesiarum stabilis inflexaque firmitas consistit. Iusti porrò ædifi-

*Theophili Raynaudii Pontificis.*

ficacione radicati stamus, qui ab Ortus Solis ad vsque occasum, sumus Christiani.] Addit, in tot decumanis atque procellis stetit Ecclesiam quia huic Petræ inædificata erat, tantum ait fuisse efficaciam in vno verbo benedictionis quo Euangelistam & sacrum præconem, *Petram* appellauit: de quo rursus inferius post confessionem Petri expensam. [Haud indonatus abiit ac sine præmio: quin potius ab eo *Beatus* nuncupatus qui eximie beatus est, *Fidei petra* appellatur, *fundamentumque ac basis Dei Ecclesiæ.* Accipit verò per promissionem clauis regni, eiusque portatum efficitur Dominus, vt aperiat quibus voluerit, claudat verò quibus iure claudenda sint; planè verò pollutis ac profanis ac tam negantibus confessionem, cuius ergo ipse, tanquam sedulus gnausque bonorum Ecclesiæ cultos, regni oltius præfectus fuit.] Itaque ex loco Matthæi proposito, iam superius prænotatione 4. tacto, euidenter colligitur sancti Petri & Successorum eius primatus, ac ratio capitis vniuersæ Ecclesiæ.

Nec minùs valida sunt illa alia Christi ad eundem sanctum Petrum verba Ioan. 21. *Pascite agnos meos; & pascite oves meas,* quæ quamuis per proportionem, ad alios quoque Episcopos pertineant, ideoque ad eos omnes accommodentur à Mapinio Epistola ad Villicum, (*inter Francicas*;) tamen directè & per se primò, sicut S. Petro dicta sunt, ita ad sancti Petri Successorem pertinent, vt rectè vidit S. Chrysostomus lib. 2. de Sacerd. & S. Bernard. 2. de consid. cap. 8. & alij Patres, apud Bellarminum lib. 1. de Pontif. cap. 14. 15. 16. & apud Onuphrium lib. 1. de Petri primatu, parte 1. cap. 2. Inde colligentes, Romanum Pontificem esse vniuersalem Pastorem & caput Ecclesiæ. Ex Scholasticis & Hæreseologis; optimè inde argumentantur Caietan. tom. 1. Opusc. tract. 3. à cap. 8. ad 12. Stapleto. 6. de Princip. à cap. 9. Dunallius tract. de Pontif. p. 1. q. 4. Marcus Antonius Capellus disput. de Summo S. Petri Pontificatu cap. 6. Valent. 2. 2. disput. 1. quæst. 1. p. 7. §. 30. & in Analyti l. 7. c. 4. Marcus Antonius Capellus disput. de Summo S. Petri Pontificatu cap. 6. Valent. 2. 2. disput. 1. quæst. 1. p. 7. §. 30. & in Analyti l. 7. c. 4. Franciscus Agricola in Opere de Primatu S. Petri cap. 5. & 6. Sicut enim ex eo loco, euincitur S. Petrum suo tempore fuisse visibile caput Ecclesiæ vniuersalis, ita de eius Successoribus idem colligitur; cum par sit necessitas, vniuersalis Receptoris Ecclesiæ, post S. Petrum. Id quod egregiè persecutus est Lantfrancus apud Vvillelmum Malmesburiensem lib. 1. de gestis Pontif. Anglor. agens de primatu Cantuariensis Ecclesiæ, contra Thomam Eboracensem, qui assumabat primatum S. Augustino Episcopo Dorouernensi siue Cantuariensi, à sancto Gregorio Magno collatam fuisse prærogatiuam personalem, quæ ad eius Successores non transisset. Lantfrancus autem contrarium confirmabat, ex paritate Romanorum Pontificum, qui S. Petro succedunt, & potestate S. Petro collata, ad se quoque per successionem transfusa potuerunt. Id quod ex benè multis Parribus confirmat Pamelius ad Epistolam 55. S. Cypriani num. 90. quibus addit S. Pacianum Epist. 2. ad Sympronianum, in notis ad Librum Tertulliani de pudic. cap. 21. num. 186. refellens errorem Tertulliani eo loco, pronunciantis potestatem collatam Petro fuisse personalem, & cum eo euannisse quamuis enim Tertulliani verba, tantum sonare

R nare

**SVBNOT. II.**  
*Momentum Titulorum Pontificis.*

SVBNOT. II.  
Romanus  
Pontifex  
caput Ec-  
clesie.

nare videantur potestatem remittendi peccata, siue ligandi atque soluendi soli Petro esse a Christo collatam, non autem toti Ecclesie, siue omnibus fidelibus in vnam Ecclesiam adunatis; tamen eò collinabat Tertullianus, vt S. Zephyrino Pontifici (quem ibi titulo *Apostolicus* compellat) adimat potestatem quam Christus Dominus S. Petro contulerat.

Neque verò ex titulo capitis Ecclesie delato Pontificibus Romanis, inferenda est monstruositas Ecclesie, tanquam bicapitis, cum certum sit, caput eadem esse Christum. Hoc inquam malè inferri, rectè præter cæteros demonstrat Thomas Illyricus tract. de potestate Papæ, §. *Magna autem est*. Ecclesia enim non habet Christum & Pontificem pro duobus capitibus ex æquo, sed vnum eorum est principale, alterum verò est duntaxat caput Vicarium, atque subordinatum, & ministeriale per comparationem ad Christum: atque ita non sunt propriè duo capita. Cur autem Christus dicatur caput principale Ecclesie, fuscè versat idem Thomas Illyricus, dicens rationem esse, quia Christus est caput Ecclesie secundum omne tempus, etiam præteritum: nam influxit gratiam in antiquos. Est item caput secundum omnem statum, hoc est tam in via, quam in patria. Et denique est caput secundum omne genus gratiæ distributum hominibus. His quippè, & vitam, & motum, & sensum spiritualem impertit, quod est munus capitis maximè proprium. Horum autem nullum quadrat Pontifici, sed Christo tantum; ac proinde absque Ecclesie monstruositate, Pontifex statuitur visibile eius caput vniuersale; vtique, non nisi secundarium, & Vicarium præ Christo. Ita porrò accipiendum est, quod S. Petri Successor, dicitur *Caput & caput vniuersalis Ecclesie*; vt sensus sit, cum esse caput omnium collectiue Ecclesiarum; ita vt quicquid Christi membris annumeratur, subit Romano Pontifici vt capiti, de quo plenè Isidorus de Hsulanis lib. 2. de Imperio milit. Eccles. tit. 2. quæst. 1. Præces antiquas quibus Romani Pontifices omnium totius orbis Ecclesiarum capita se prodiderunt, exhibet pereruditè & latè Sanders l. 4. de claue David c. 2.

In hac veritate prima omnes ad vnum Catholicos consentiant. Nemo enim in dubium reuocat quin omnes omnino fideles cuius commisi sint curæ S. Petri & Successorum eius, cum verba Christi in eam rem sint ad eò concepta & expressa. Tantum visus est abire aliquatenus in contrarium Caietanus Ioan. 21. cum dixit, institutionem Pastoralis officij Petro primùm concrediti, tendere ad pascendos ac regendos prædestinatos, qui soli sunt agni & oues Christi. Quod Catharinus lib. 3. contra Caietanum ita accepit, quasi voluisset Caietanus, solos prædestinatos esse S. Petro & Romano Pontifici committos; quod multipliciter probat esse falsum. Nam ea ratione, ignoraretur planè quinam subsint Pontifici, cum omnes lateat, quinam sint prædestinati, nec Pontifex posset quoscunque ligare ac soluere: quid si enim, prædestinati non essent? Hoc certum est dici ab homine Catholico non posse; perperam tamen attingitur Caietanum non modò quia Tract. de Primatu Papæ cap. 2. etiam reprobos, disertè ait esse curæ Petri commissos; sed etiam quia eo ipso loco qui in suspicionem vocatur, tantum intendit affirmare,

institutionem Pastoris vniuersalis Christi Vicarij, solis prædestinationis esse fructuosam in æternitatis præmium, eoque principaliter tendere muneris illius ac dignitatis collationem, quamvis ambitu suo omnes Christianos complectatur. Sicut Apostolatus, ac etiam temporales Principatus, quamvis indiscriminatim respiciant omnem animam, & non tantum prædestinatos; re ipsa tamen cedunt in solum fructum æternum prædestinationum, ad quos Deus omnia dixerit cum efficacitate, salua sufficientium ad salutem mediorum prouisione pro reprobis. Adde etiam, præ prædestinatis, dici posse Deum non esse de reprobis sollicitum; sicut non est ei cura de bobus; præ homine. Et hoc sensu dici potest instituisse dignitatem Pontificiam pro electis, nempe principaliter quamvis omnes planè fideles ei Pastori subiciantur, & in omnium bonum (si mens lava non fuerit,) facta sit muneris illius institutio.

### VERITAS II.

*Romanus Pontifex non modo est caput totius Ecclesie, sed etiam cuiusvis intra eam fidelis. Idque non mediè tantum, nempe per particulares Antistites sibi immediatè substantes, sed etiam immediatè ac per seipsum.*

**I**Ta habetur ex titulo *Capiti*, & ex eo quod fideles denominantur membra corporis cuius caput est Romanus Pontifex. Videturque id pulchrè expressum à S. Leone scrm. 3. de sua Assumpt. verbis illis. [De toto mundo vnus Petrus eligitur, qui & vniuersarum gentium vocationi, & omnibus Apostolis cunctisque Ecclesie Patribus præponatur: vt quamvis in populo Dei, multi Sacerdotes sint, multique Pastores; omnes tamen propriè regat Petrus, quos principaliter regit & Christus.] Habet ergo fideles omnes, vt proprias oues, Romanus Pontifex, nò quod excludatur Pastores particulares, assumpti in partem & consortium sollicitudinis ex Christi mandato: sed quod præter particulares, & eatenus immediatos Præfectos, quorum cura aliò non porrigitur, detur Præfectus Generalis, cuius est & omnibus vniuersè, & vnicuique sigillatim, vna cum peculiari Præfecto prospicere. Qua ratione Pontifex est caput cuiusvis Ecclesie in singulari, non tantum mediè vt est Archiepiscopus respectu Ecclesiarum suis suffraganeis immediatè substantium; sed etiam immediatè, ea ratione qua Episcopus est caput & superior immediatus fidelium quibus Parochus Episcopo subalternus præest. Nam etiam si potestas & iurisdicctio Episcopi in Paroecianos, non excludit potestatem & iurisdictionem Parochi in eosdem diciturque Parochum immediatè illos regere, quatenus sub Episcopo illis præest, nec potitur vlla iurisdictione generali ad plures fusa Paroecias, sicut Episcopus. Tamen iidem Paroeciani subsunt quoque Episcopo immediatè, ita vt fiat Episcopo, etiam inuito Parocho, dare operam excipiendis per seipsum eorum confessionibus, aut porrigenda iisdem Eucharistia possitque etiam dare aliis facultatem eadem ac similia præstandi, reclamante licet Parochi qu

quæ non posset facere Archiepiscopus, respectu subditorum Episcopi suffraganei, quia non est immediatus eorum superior, sicut est Episcopus; quamvis in euentibus iure expressis, aliquid in eos possit Archiepiscopus, ob subordinacionem qua subiunctum sibi habet proprium eorum Episcopum. Quod autem habet Episcopus erga suas oues quarum est immediatus Pastor non exclusio iure Parochi; habet quoque generalis Pastor, & generale caput Ecclesie, quoad omnes fideles. Est enim immediatum ac proprium caput, & Pastor non Episcoporum tantum siue ouium, sed etiam Agnorum. Sicut Episcopus non est tantum immediatus Pastor Parochorum, sed etiam Paroecianorum. Idque negare de Episcopo respectu paroecianorum sanctus Thomas Opusc. 19. cap. 4. ait esse *ridiculum, & blasphemie vicium*. Idem ergo est de summo Pontifice vt sanctus Thomas rectè ibi statuit.

Optimè id asserit Bernardus in Apologet. pro decretis Synodi Romanæ sub Gregorio VII. cap. 23. & 24. Idem haberi videtur ex eo quod in libello cui titulus est *Exilium sancti Martini*, Romanus Pontifex vocatur *Summus & Apostolicus, atque præcipuus Pastor omnium Christianorum*. Sed disertè tradere hanc doctrinam videtur Nicolaus I. Epist. 42. vbi probans ad se pertinere iudicia non modò Metropolitanorum qui sunt supra cæteros Episcopos, sed etiam aliorum Episcoporum immediatè subiacentium Metropolitanis, quod Gallicani Episcopi videbantur minùs persequitur habere, subdit; [Tortius enim Ecclesie, Deo auctore, sollicitudinem gerimus, & omnium vtique qui Ecclesiam faciunt, cura constringimur; atque omnium quorum nos maxima cura expectat, nostrum præcipuè debent promereri iudicium, sicut Innocentius ad Alexandrum scribens Antiochenum, testatur. Non scilicet solum Metropolitanorum, sed & omnium omnino Sacerdotum, quinimo vniuersorum, qui se de ouibus principaliter diuinitus Petro commendatis esse non nesciunt; id est non solum cunctorum qui de illorum numero sunt de quibus Dominus Principi Apostolorum dixit, *Tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos*; sed etiam qui de his piscibus sunt qui intra rete quod ab ipso ad litus trahi specialiter iussu esse se recognoscunt.] Vide etiam an non huc spectet illud ex sermone ad Concilium Remense coram Eugenio Papa apud sanctum Bernardum, postquam Pontifex Romanus Moysi præfatus est ad Hebræos regendos restricto, cum Pontifex vniuersæ præsit Ecclesie. [Præter Deum, non est similis ei, nec in Cælo, nec in terra. Hic est Petrus qui misit se in mare, cum alij discipuli nauigarent ad Iesum. Vnusquisque nostrum contentus est nauicula sua, hoc est Archiepiscopatu suo, Abbatia sua, prepositura sua: Iste autem misit se in omnes Archiepiscopatus, Abbantias, preposituras; Hoc mare magnum & spatiosum manibus, illhic reptilia quorum non est numerus.] Est ergo Petri Successor, etiam Agnorum Pastor. Quod esse planè certum, rectè statuit Henricus Tract. de potest. Papæ ad argumenta contra secundam probationem, sanctus Bonauentura in determinationibus circa regulam quæst. 2. & plenius Tractatu cur FF. Minores prædicent & Confessiones audiant. Optimèque S. Thomas

Opusc. 19. cap. 4. Isidorus de Hsulanis lib. 2. de Imper. Milit. Eccles. tit. 6. quæst. 1. & Augustinus *Idem caput* Inconitanus de potestate Ecclesie à quæstione *immediata* 24. ad 28. nec non Malderus 2. 2. quæst. 1. art. 10. *tum cuiusvis fidelis.* disput. 4. dub. 2. & contrarium erroris in fide damnant Vasques 3. part. quæst. articulo secundo dub. 1. & 4. Ioan. Medina Cod. de Confessione facta fratribus, & Daniel à Iesu cap. 1. Apolog. Assert. 2.

Et hinc habetur, Pontificem si congruum ei videatur posse oues aliquas vni particulari Pastori subducere, & ab eius cura eximere; sicut Episcopus, (vt declaratum est à Galtero Episcopo in Synodo Pictauiensi anno 1284.) potest vnum aliquem Paroecianum eximere à cura proprii Parochi, & cum subicere alteri Sacerdoti, vt particulari Pastori. Vnde qui mutant aduersus Pontificem, eo quod exemerit Regulares à iure Episcoporum; vel eo quod concesserit eis facultatem excipiendi Confessiones fidelium Parochis substantium; idem debent affirmare de Episcopo. Debent inquam negare, Episcopum posse eximere aliquem à iurisdictione Parochi; vel posse Episcopum dare facultatem, vt Paroecianos alteri consecratur, reuente Parocho; quod dicere non audent de Episcopo, qui ita blaterant de Pontifice; pro cuius iure in hac parte, videndus Henriques l. 7. Summæ cap. 24. post Valdensem lib. 2. Doctrin. cap. 42. & 43.

Addo argumentum ex praxi antiqua sic enim in actis sancti Theodori Siceoræ, habetur quod eius monasteria per Cyriacum Patriarcham Constantinopolitanum suffragante Mauritio Augusto, exempta sunt à iurisdictione omnium aliorum Episcoporum & Metropolitanorum. Hoc si potuit concedere Cyriacus, quanto magis Romanus Pontifex? Nec ex eo vno exemplo argumentari similiter licet. Nam in Occidente. Idem fecit Lutetie sanctus Landericus Episcopus Parisiensis dato Monachis Sandyonistans in signi diplomate exemptionis quod legere licet in Notis ad eiusdem sancti vitam lib. de sanctis Cancellariis per optimum & pereruditum Patrem Franciscum la Noüe conscripto pag. 18. Andobertus item Parisiensis, Monasterium Fossatense, Nicardus Rhemenis Basilianum exempta voluerunt, vt videre est apud Choppinum lib. 1. Monast. num. 23. Antiquitas exemptionis monasteriorum exemplum suppetit ex sancto Epiphanio Epistola ad Ioannem Hierosolymitanum quæ est inter Hieronymianas sexagesima. Ea epistola cum Ioannes expositularet ob ordinatum in suo territorio Diaconum à sancto Epiphanio, ipsius Ioannis assensu minimè prærequisito, responderet sanctus Epiphanius se nulla Ioannem iniuria grauasse eo quod ordinatio facta esset in monasterio fratrum qui prouincia Ioannis nihil deberent. Rursusque post rei gestæ seriem expositam. [Hæc ita acta sunt vt locutus sum, in charitate Christi, quam te erga pauitatem nostram habere credebam: quamquam in Monasterio ordinauerim, & non in Parochia quæ tibi subiecta sit.] De sancto Fulgentio Episcopo cap. 29. vitæ eius legitur quod habitauerit in monasterio sed contentatione adhibita id sibi de iure & ex potestate non deberi. Timuit enim ne successores inde ius partium in monasterium ostenderent,

Svbnor. II.  
Idem caput  
immediatam  
cuius  
fidei.

obtenderent, & Monasterij exemptio euerteretur. Sanctus Gregorius in Concilio Lateranensi leuandis & Episcopis & Monasteriis exclusa Episcoporum in regulares potestate, promulgato ea de re constituto quod exhibet Baronius anno 601. Monasterij Clauensis in Diocesi Rauenatensi exemptionem legere est apud eundem sanctum Gregorium lib. 7. Epist. 18. Nec non Monasterij Cassillensis in vrbe Schillitana apud eundem lib. illo 7. Epist. 33. De Monasterij Bobiensis exemptione per Honorium I. legenda Acta S. Bertulphi Aug. 19. Adeodatus Papa qui non ita multo post sanctum Gregorium sedit, Monasterium sancti Martini Turonensis, consentiente vrbs Episcopo, exemptione donauit. Refert eius decretum Papyrius Massonius in Opere de vita Pontificum agens de Adeodato. Et quamquam ibi Adeodatus addit, Romanos Pontifices non amplius concedere tales exemptiones, agnoscat tamen potestatem eximendi, & eaque ipsi sibi vitur, & postea etiam variis occasionibus vsi sunt eius successores. Concilium Anglicanum quod Beda refert lib. 4. histor. cap. 5. Monasteriorum ab Episcopis exemptiones sancit & firmat. Est ergo exemptionis Monasteriorum per Pontificis, praxis perantiqua, & iam olim admitta tanquam valida & honesta. Ipse sanctus Godefridus Ambianensis Episcopus vt habetur lib. 2. vita c. 11. agens contra Monachos sancti Vdalrici exemptionem suam exhibitio Apostolico diplomate ratantes, diploma reuicit falsationis & Rhenis in Synodo, & Roma apud Paschalem anno 1109. potestatem tamen eximendi non negauit quod fuisset expeditissimum.

Necque verò probati quidam Doctores quibus Pontificia exemptionis minus probatae sunt negare voluerunt Pontifici hanc eximendi potestatem, in capitis immediati dignitate fundatam; vt sanctus Bernardus aduersus exemptiones non semel conclauans, ac nominatim lib. 3. de Considerat. cap. 4. 8. 9. 10. & Epist. 42. sub finem, ac Epistola 179. & 180. Itemque Petrus Blefensis Epist. 68. & 90. Iuo Epist. 65. & Ioan. Sarisber. lib. 7. polycrat. cap. 19. & 21. & Epist. 95. Non inquam hi Doctores cum visi sunt obtrepere Pontificibus eximentibus, negant Pontificem habere eximendi potestatem: sed tantum asserere voluerunt, exemptiones plerumque sordere; siue penes ambitionem ac superbiam illorum qui eas captant, siue penes facilitatem nimiam, vltro eas concedentium absque causa. Audi Sarisberiensem. [Qui regi velint, perpauci sunt, cum quisque vt emancipetur à iugo rectoris proprii, totis viribus querat. Priuilegio si quidem Apostolico, aut Regio precepto, plurimi tuti sunt, ne iudicibus suis obtemperent, ne iustitiam faciant, ne legi Dei subiecti sint. Non reprehendo clementiam Apostolicæ sedis, sed hanc indulgentiam eius, Ecclesiæ Dei non arbitror expedire. Nihil tale in illa gloriosa familia Christi legimus, licet & in illis contentio facta sit, quis eorum videretur esse maior. Nullam emancipationem huiusmodi ab Apostolis factam meminimus, licet Paulum & Barnabam audierimus ab iniuicem discessisse. Nullam in illa superna ciuitate, quæ futurum est mater nostra, contradictio-

nis materiam credimus, sed nec hinc esse debere nisi vrgentissima ratio flagitet. De his enim (vt pace multitudinis & eorum qui illius fouent iniquitatem, loquar) dicam quid sentio, ne quid subtraham veritati, aut probabilitati. Dico ergo, quod indubitanter credo, quod hi, qui efferebant superbiam, huiusmodi emancipationes querunt, à ceruice sua iugum Christi, & Patris eius, si fieri posset, excuterent. Plus dico, imò & quantum est in ipsis, excutiant, & diuina ordinationi fallaciter contradicunt. Sic Ioannes Sarisberienensis. At hoc non est dissiteri validitatem & honestatem exemptionem ex idonea causa factam, sed contumere superbiam iugi nesciam. Nec plus euenit quæ Agidius Romanus ex Augustiniano promotus in Episcopum, diffusius quam fortius interit, pleno Opusculo contra Religiosorum exemptiones, & obiter Aluar. Pelag. lib. 2. de planct. Eccles. art. 14. *Littera K*, & ipse quoque ex Religioso ordine, prouectus ad infas. Et quamuis qui eximat, si absque causa idonea eximat, peccare possit, tamen quantum non liquet de defectu aut inidoneitate causæ, præsumendum est pro eximentis prudentia simul atque iustitia; censendumque causam esse idoneam.

Quandoquidem verò seminiuerbij quidam, ino litium ac diuisioni factores, munientes Sathanæ viam ad scionem Ecclesiæ, ista subinde resuscitant, & scuis Dei ante multa secula, rectioni Ordinariorum iuste subductis, nulla noua ex causa, sed ex mera tricandi libidine molestiam facessunt, dignum est eis reponere, quod Petrus Cluniacensis lib. 2. Epist. 31. Arauicensi Episcopo. [Cum scriptura dicat. *Dominus iustus concidet ceruices peccatorum*, decuisset (vt mihi videtur,) gladium examinis vestri prius splendescere in colla resistentium impiorum; quam limari vel exeri in iugulos obedientium monachorum. Nec deesse potuisset, mastrandæ nurocni vestro victimæ, cum tot pepererit infelix terræ vestræ fertilitas, diuersorum graduum sacrilegos Schismaticos; vt si parcere non decuisset, ante potuisset hebescere, quam vniuersos extinguere. Quod si fortè ad illa illaso acumine perdurasset, tunc demum iustum fuerat, conuerti ad leuia monachorum, cum fuissent defecta grauia laicorum.]

Idem lib. 1. Epist. 28. cum Cluniacenses arguebantur, quod proprium Episcopum refugerent. [Nos verò (inquit) respondemus, istud veritati contrarium opposita fronte existere, quoniam patet nos proprium Episcopum habere. Quis enim rector, quis verior, quis dignior Romano Episcopo, Episcopus potest inueniri? Nonne ille est, quem ceteris præesse, non humana sed diuina autoritas sanxit? Nonne ille est, cui dictum est, *Tibi dabo clanes Regni Cælorum; & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in Cælis; Et quodcumque solueris super terram, erit solutum & in Cælis*? Hunc vnum solum & maximum, nos habere Episcopum gloriamur: huic soli specialiter obedimus: ab hoc solo, si causa, (quod absit) exigeret, interdici, suspendi, atque excommunicari possemus. Hoc ipsius sanctæ sedis irrefragibilis sanxit auctoritas.] Et non ita multo post: Si autem adhuc persistatis & nos male agere iactatis: illum quem obtendimus impetite, & nobis dimissis, de his cum

cum ipso agite. Nos enim quia contraire non debemus, obedire volumus, nec de eius vniquam (quod nulli mortalium licitum est,) iudicio iudicare. Hoc non solum Cluniacenses obtinent, sed & quam pluribus datum certimus: & longè ante Cluniacum conditam, multis aliis monasteriis ab eadem Apostolica sede concessum videmus. Cuius sedis Præsules, cum magni sapientia & religione fuerint, & quorundam ex ipsis merita miraculorum quoque fulgore soleanniter in mundo claruerint; incredibile est, aut decipi in talibus potuisse, aut contra conscientiam suam talia agere voluisse. Eo namque animo, ac intentione, qua nostrorum temporum Apostolici, quieti monachorum prouidentes, ea quæ diximus quamplurimis monasteriis contulerunt; antiquiores quoque Romanæ Ecclesiæ præsules, simili de causa, in multis à iugo Episcoporum libera esse monasteria decreuerunt.]

Confirmat ibidem Petrus, ex sancto Gregorio, Monachorum exemptionem ab Episcopis; quam idem S. Pontifex iure factam docet, ob damna ab Episcopis perperam illata Monachis. Aequè sanctus Gregorius V. I. scribens ad Cunibertum Taurinensem malè vexantem Monachos sancti Michaëlis lib. 2. Epist. 69. tradit, originem huiusmodi exemptionum, fuisse impotentem dominatum Episcoporum in monasteria, qualem discimus ex Iuone Epist. 33. in fine, pro Beccensibus agente cum Urbano Papa. Sunt alibi frequentes de Episcoporum in Monachos asperitate & prope truculentia querelæ, vt videre est in Capitularibus Regum Francorum lib. 5. cap. 76. Et in Concilio Toletano 9. cap. 2. deploratur horrenda ruina quorundam Monasteriorum per Episcoporum insolentiam & incuriam, commissi funditoribus & Patronis eorum instaurandorum prouincia. Expressissimè in Concilio Toletano 4. cap. 50. vbi hæc leguntur. [Nunciatum est præsentis Concilio, quod Monachi, Episcopali imperio, seruiti operi mancipentur, & iura monasteriorum, contra instituta Canonum, illicita præsumptione vsurpentur, ita vt penè de cænobio possessio fiat, atque illustris portio Christi ad ignominiam seruitutemque perueniat.] Optimè præterea in eandem disserit Glossator ad Epistolam 29. Lantfranci. Ob hæc ergo grauamina & consequentem in Monasteriis ab Episcopis cænobitica vitæ rudibus regularis disciplinæ euersionem, iuste & licitè Pontifices Monasteriis per exemptiones consuluerunt.

Adeo verò explorata olim fuit hæc Monachorum & regularium exemptio ab Ordinariorum potestate ante multa secula, vt Gaufridus Dux Normanniæ & Comes Turonensis, excitata inter ipsum & Turonensem Archiepiscopum controuersia, cum Antistes ob præsentas quasdam iniurias, intentaret ei excommunicationem, responsum à Comite accepit, se non timere eius excommunicationem. [Quo audito, (inquit Ioannes Monachus maioris Monasterij lib. 1. histor. Gaufridi.) Episcopus grauiter tam de contemptu, quam de iniuriis dolens, meam (inquit) sententiam non timetis, illatas iniurias, augetis insolentia, & in nostro contempto, Diuinam Maiestatem offenditis? Nunquid vester Parrochianus non estis? Nunquid

animæ vestræ curam, vt Pastor vester, habere non debeo? Ad hæc Comes Subridens; Bone Pastor, ait, præsto quibus debes, & de illis habeto curam qui tibi commissi sunt. Canonici porò B. Martini, & Monachis maioris Monasterij, nunquid dominaris? Ego autem & Canonici sum S. Martini, & Monachus maioris Monasterij. Ergo refrana iura, cohibe potestatem, & quam mihi sententiam minabaris, super tuos exerce. Sic vir sapiens iniustam Pontificis euasit sententiam, & quanti haberet Ecclesiarum priuilegia, comprobauit. Erant illi Canonici, non seculares, sed regulares, (quamquam ad rem præsentem vtrumque perinde esset;) & inter eos æquè ac inter Monachos, aggregabatur Gaufridus, homo laicus, & coniugatus, vt Canonici, & Monachus honorarius: quales ab antiquo in plerisque Ecclesiis multis magnates. Sic enim in Metropolitana Lugdunensi, Rex Galliæ & Dux Sabaudia, numerantur inter Canonicos. Adeo igitur explorata tunc, (hoc est anno Christi 1100.) habebatur exemptio Canoniorum Regularium & Monachorum, vt etiam seculares ab eis quasi adoptati, & asciti in societatem, eadem à Episcopis exemptione fruerentur, & per eam tuti essent à censuris. Quæ verò diuina vltio maneat, violatores huiusmodi exemptionum demonstrat Anonymus, describens miracula S. Columbanii apud Bobienses §. de rebm S. Columbanii.

### VERITAS III.

*Pontifex Romanus non est quomodocumque successer sancti Petri in ratione capitis Ecclesiæ, sed cum pari potestate, vt proinde sui temporis Petrus, & aequè proprie & principaliter ac ille, caput Ecclesiæ sit, & appelletur.*

Ita liquet ex illis titulis, quibus Pontifex nomine sancti Petri, appellatur: & ex aliis quæ adducta sunt prænotat. 1. Optimè quoque ex titulo *Pastoris*. Nam ouile, perpetuam pascens & custodientis curam postulat, quamdiu ipsum ouile perstat. Vnde quia grex Christi durabit vsque ad mundi finem, necessarium est, prouisum ei esse Pastorem supremum, non tantum pro tempore quo sanctus Petrus vixit, sed etiam vsque ad mundi finem, cui eadem planè esset potestas quæ S. Petro: quandoquidem eadem semper futura erat in grege, parit potestatis necessitas, in qua prouidentiam Christi defecisse, nemo sanus dixerit.

Hæc veritas, est certa ex fide. Nam cum alibi sæpè in Conciliis definita est, tum nominatim in Concilio Constantiensi sessione 8. & 25. & in Bulla Martini Quinti. Fusè id confirmant Victoria Relect. 2. lect. 2. num. 77. Canus 6. de locis capite tertio, Caietan. tom. 1. Opuscul. Tract. 3. capite 12. 13. & 14. Stapleto. lib. 6. de princip. à cap. 15. Malderus disput. 3. de Pontif. Bellarmin. libro secundo de Pontif. à capite duodecimo. Iustinian. Proleg. in Paulam disputatione prima capite decimo, à num. quarto, Valent. 2. 2. disp. 1. quæst. 1. punct. 7. à §. 36. ac

SYNON. II. bene multi quos allegat Genedo 1. parte Col-  
lectan. Iuris Canon. tit. 11. nu. 1. à quibus pro-  
Romanus Pontifex sui fertur liquida Patrum traditio, quæ sola ad hanc  
Pontifex sui fertur liquida Patrum traditio, quæ sola ad hanc  
veritatem vt fide certam euincendam, posset  
sufficere. Videndi nominatim inter Patres,  
Chrysostomus l. 2. de Sacerd. & Bernardus 2.  
de Confid. c. 8. alijque apud Bosium l. 18. de  
signis c. 3.

Alij quidem Episcopi, dicuntur succedere  
Apostolis, vt habetur ex Concilio Florent. in  
instru& Armen. & ex Tridentino sess. 23. c. 4.  
astipulanturque Patres apud Bellarminum l.  
de Clericis cap. 14. probatione 2. & nominatim  
S. Augustinus in Psalm. 44. ad illud, *pro paribus*  
*uis*. Illius tamen modi loquendi sensus non est,  
quod Episcopi indidem accipiant iurisdictionem,  
vnde eam acceperunt Apostoli; hoc est à  
Christo: foris enim Episcopi, eam à Pontifice  
accipiunt. Nec etiam est sensus, quod Episcopi  
portantur illa iurisdictione vniuersali, quam  
necessitas propagandæ fidei, concedi omnibus  
Apostolis persuasit. Constat enim nullum Episcopum  
obtinere potestatem aliquam extra suam  
Diocesim. Quare sensus illius locutionis, *Episcopi*  
*succedunt Apostolis*, iste tantum esse potest,  
vt bene tradunt Bellarm. l. 4. de Pontif. c. 25. &  
Binus ad Epistolam 2. Anacleri, *Episcopi repræ-*  
*sentant personas Apostolorum, ei que assimilantur*  
*in munere pascendi*; in quo munere, vices Apo-  
stolorum obeunt, quamvis absque ea potestate  
amplitude & vniuersalitate, quæ aliis præter  
S. Petrum Apostolis concessa est personaliter  
tantum; soli autem S. Petro attributa est trans-  
fundenda ad Successores suos in Romana sede.  
Ac proinde Romanus Pontifex, non est vtun-  
que Successor S. Petri, sed cum pari potestate.  
Sicut apud Hebræos, qui Aaroni ordinario  
Pontifici successerunt quandiu Synagoga iterit,  
parem cum eo sunt nacti potestatem. Quamvis  
Moyses qui fuit extraordinarius Pontifex, suc-  
cessore caruerit, vt apud nos Apostoli reliqui.  
In quo defuit proportio inter Moysen & Pe-  
trum; quamvis S. Macarius homil. 26. dicat  
Moysi successisse Petrum, qui nouam Ecclesiam  
Christo verumque Sacerdotium creauit. Sed  
hoc accipiendum est quo ad illud duntaxat in  
quo fuit similitudo inter Moysen & Petrum;  
nempe quod vterque fuit supremus moderator  
religionis; Ille Hebræicæ, hic Christianæ; cum  
eo tamen discrimine, quod Moyses fuit tan-  
tum Pontifex extraordinarius: At S. Petrus fuit  
ordinarius. Rectè tamen agnoscit S. Macarius,  
Moysen fuisse Summum Pontificem; cuius &  
Aaronis Cathedram, tenuisse Caipham affir-  
mat. Subscribunt Philo l. 3. de vita Moysi (tri-  
buens Moysi Eminentissimos quosque titulos,  
Legislatoris, Prophetæ, Pontificis;) Clemens  
Romanus 2. Constit. c. 29. Nyssenus orat. in agrè  
ferentes censuram *sub suam*. Augustinus in  
Psalm. 98. ad illud *Moses & Aaron in Sacerdo-*  
*tibus eius*, Nazianzenus orat. 6. & alij multi,  
quos addensat Franciscus Bosius lib. 5. de mo-  
narch. Eccles. c. 11. Itaque non est audiendus  
Tostatus in c. 29. Exodi q. 14. sentiens contra-  
rium.

Hinc habetur primò sicut ex fide certum est  
S. Petrum, in singulari fuisse Christi Vicarium  
& caput Ecclesiæ, ita de fide esse Petrum tem-  
poris nostri hoc est singularem quemque Pon-

tificem habenas Ecclesiæ suo tempore tractan-  
tem, esse Christi Vicarium ex quo eius delectio  
moralis & humano modo innotuit. V. G. de  
fide esse Alexandrum VII. Qui nunc visibiliter  
præest Ecclesiæ esse Christi Vicarium, & posse  
omnia ad prærogatiuas visibilis capitis Eccle-  
siæ pertinencia. Hoc negauit Dom. Banes 2. 2.  
q. 1. artic. 10. in prioribus commentariis dub. 2.  
ad 2. ac Duallius Tract. de Pontif. parte 2. q. 5.  
nec non Turcremata, Canus, Vega & alij  
quos adducunt Suares Tract. 1. de fide disp. 10.  
l. 5. n. 2. & Azor t. 2. l. 5. c. 5. q. 4. Sed contraria  
sententia est longè verissima cui subscribunt  
iidem Suares & Azor, nec non Salmeron l. 1. in  
Episto. Pauli parte 2. in disputatione de Eccle-  
sia ante medium Albertinus 3. princ. compl. co-  
rel. 3. à n. 10 Iacobus de Brouuer toto Opus-  
culo cui titulus *Clavis Apostolica*, Comitulus  
1. respon. q. 99. qui affert in hanc rem quatuor-  
decim argumenta. Sed optimum est quod du-  
citur ex eo Pontificis titulo *Petrus temporis no-*  
*stri*; aut ex eo æquivalente, *Rektor hodiernus Ec-*  
*clesiæ* multisque cõsimilibus. Sanè nisi id ratum  
sit, concidet rectio Ecclesiæ, & certitudo doctri-  
næ à S. Petri Cathedra propositæ per quem-  
cunque S. Petri successorem. Nam vt teneamur  
fide diuina credere quæ hic Pontifex proponit  
tanquã fide credenda, necessarium est vt exinde  
credamus hunc Pontificem qui ea proponit esse  
verum Pontificem. Sicut vt teneamur assen-  
sum fidei præstare contentis in hac scriptura  
(verbi gratia in Epistola Pauli ad Romanos)  
necessarium est vt credamus hanc Epistolam  
esse diuinam. Et vt teneamur assensum fidei  
præstare definitionibus alicuius Concilij neces-  
se est vt supponamus ex fide certum huiusmo-  
di Concilium fuisse in Ecclesia probato fide  
credi, rectè statuit Bellarminus l. 2. de Concil. c.  
9. Cum ergo Pontifex hic numero sit regula fi-  
dei viua, atque aded multo melius quàm scri-  
ptura quæ indocilibus sit regula lesbia nec sen-  
sum ipsa suum potest exponere; itemque cum  
Pontifex conciliorum autoritatem confirma-  
tione sua obfirmet; æquè necessarium est vt  
obligemur credere quæ ipse definit, credi quo-  
que à nobis hunc numero Pontificem, esse il-  
lum cui à Deo commissã est Ecclesiã.

Fuerunt qui hanc ratiocinationem quati  
posse existimarent, dicendo, certitudinem mo-  
ralem quam halenus quod hic homo in indiui-  
duo fuit verus Pontifex, sufficere vt obligemur  
assensum fidei propositis ab eo dogmatibus  
præstare. Sicut Barbarus qui concionatoris fi-  
dem proponentis prædicatione conuertitur non  
tenetur ex fide credere eum prædicatorem esse  
Dei tubam; sed satis est si sit moraliter certus,  
illum esse à Deo ad se destinatum, si enim id pa-  
ratur, adinque extrinseca credendi motiua,  
obligabitur credere iis quæ sibi proponuntur  
ita Malderus Tract. de Pontif. disput. 5. in fine:  
Alij verò ne moralem quidem certitudinem de-  
poscunt vt teneamur dogmaticis Pontificis de-  
finitionibus assentiri. Tantum itaque exigunt, vt  
fide diuina credatur hunc hominem siue sit ve-  
rus Pontifex siue duntaxat existimatus habe-  
re Spiritus sancti assistentiam, ita vt errare ne-  
queat proponendo fidei dogmata. Nam id ipsum  
sufficitur in euentu de Pontifice per oc-  
cultam

cultam simoniam electo, censuit Lessius l. de  
Iustit. cap. 35. num. 146. Et idem dixit Bellarmi-  
nus l. 2. de Concil. c. 9. in euentu de Pontifice  
occulto hæretico. Et vniuersè idem pronuncia-  
uit Valent. 2. 2. disp. 1. q. 1. p. 7. §. 39. His igitur  
euasiõibus tentantur aliqui ratiocinationem  
propositam labefactare. Sed neutra est idonea.  
Nam prior aperte corrumpit ex proposito scriptu-  
ræ Canonice exemplo. Nam ea Scriptura credi  
debet diuina non tantum morali certitudine sed  
etiam certitudine diuinæ fidei, alioqui non ad-  
stringeremur præstare assensum fidei rebus in  
ea expressis. In quo est latum discrimen inter  
Scripturam vel Pontificem proponentem res  
fidei, & concionatorem eadem Barbaro propo-  
nentem. Hic enim per se non obligat Barba-  
rum ad credendum, sed tantum obligat per re-  
gulam fidei quam profert additis extrinsecis  
motiuis quibus veritatem quam interuentu re-  
gulæ fidei credendam proponit, reddat eiden-  
ter credibilem. Regulam enim fidei ex qua cre-  
dendi obligatio nascitur, necesse est credi infal-  
libiliter veram, quamvis Concionator qui eam  
regulam applicat, sola morali certitudine iudi-  
cetur verum proponere. Prior itaque euasio  
proposita est prolixi inanis. Nec posterior est  
aprior. Diuinat enim cum qui non est verè  
Pontifex sed tantum existimatus potiri præro-  
gatiua infallibilitatis tradendo doctrinam ali-  
quam tanquam ex fide, quod absque funda-  
mento asseritur. Quia potius ex eo quod tali  
prærogatiua portatur infertendum fuerat, talem  
non existimatum sed ipsa verum Pontificem  
esse, quippe proprietate à verò summo Pontifi-  
catu inseparabili instructum, id quod postea ad-  
mittere cogitur Valentia ep. tantum puxus prin-  
cipio quod quisquis aliquid tanquam ex fide  
credendum definit sit verus Pontifex, quæ est  
manifesta principij petio. Eoque admisso pa-  
teret aditus omnibus sedis inuasoribus ad fir-  
mitatem sibi in fide parandam illico aliquid  
tanquam fide credendum definiendo; quod  
Deus non teneretur impedire quandoquidem  
suppeterent aliunde motiua quibus posset de  
inani talis inuasoris potestate constare.

Itaque argumentum quod proposuimus, du-  
ctum ex potestate definiendi & obligandi Eccle-  
siam ad aliquid fide diuina credendum, euincit  
hunc numero Pontificem quem constat talem  
in Ecclesia haberi esse verum Pontificem. Idque  
Martinus V. in diplomate apposito Constan-  
tensi Concilio Hæreticis ad Ecclesiam regre-  
dientibus fide diuina credendum proponi vo-  
luit expresse Pontificis actu sedentis nomine.  
Dixi tamen id tantum valere de Pontifice quem  
Ecclesia talem agnoscat seu cuius Canonica  
electio innotuerit. Ante eam quippe notitiam ni-  
hil est quod vigeat credere ex fide hanc singu-  
larem hominem esse verum Christi Vicarium &  
Petri successorem. Post eam verò electionis pu-  
blicè legitimæ manifestationem non potest sal-  
ua fide negari quin hic homo sit verus Pontifex  
nisi si pari iure quis velit negare de fide esse Ec-  
clesiam aliquos habuisse veros Pontifices post  
D. Petrum quod negare esset omnia antea-  
retro Christianis sæculis constituta conuelleret,  
cum à solo verò Pontifice robur accipiant. Tam  
benè porò reuelatum est hunc numero homi-  
nem esse verum Pontificem, quàm reuelatum est

hanc numero Ecclesiam pro tempore existen-  
tem esse veram Ecclesiam, quod tamen esse fi-  
de credendum nemo non videt. Nimirum &  
singularitas Ecclesiæ nunc existentis & singu-  
laritas Pontificis reuelata sufficienter est cum  
reuelata est generalis propositio cuius reuelatio  
non spectauit aliquid abstractum nec nisi me-  
taphysicè existens, sed spectauit totam succes-  
sionem hominum fidem illam proficientium &  
Pontificum singularium legitimè eligendorum.  
Nec propter aliud illa quasi communis & con-  
fusa reuelatio facta est quàm vt hos singulares  
homines complecteretur. Quamquam quia hæc  
indiuia nihil noui credendum formaliter ob-  
iiciunt, sed tantum materialiter, nihil quod  
vigeat admittere Apostolos ea singula per-  
spexisse, cum sufficiat concedere nihil formaliter  
credendum eos latuisse. Neque præterea cum  
aliquibus opponi potest de nullo singulari ho-  
mine constare ex fide posse quod sit baptizatus  
& verè fidelis ac ritè ordinatus & non simonia-  
cè electus aut vir nõ fœmina quæ iure diuino à  
Pontificatu excluditur. Hæc inquam frustra in-  
tentantur aduersus propositã sententiã. Quia ad  
aliquem promouendum in caput Ecclesiæ non  
exigitur necessariò character baptismi vel ordi-  
nis, neque vera fides interna, sed sufficit fides ex-  
terna de qua potest euidenter constare vt etiam  
de sexu masculino. Simoniam autem labem  
non esse in hac electione curandam, notauit  
Suares l. de simonia c. 57. in fine. Pontifex porò  
non nisi externa specie baptizatus aut fidelis,  
aut labis simoniæ purus non modò iurisdic-  
tionem ad Ecclesiæ administrationem haberet,  
Ecclesia ob bonum commune supplete iurisdic-  
tionem vt asserit Sanchez l. 3. de Matr. disp.  
22. num. 28. sed etiam quod ille malè diffidetur,  
polleret infallibili potestate ad decernendum  
de fide, quippe verus Pontifex. Alioqui cum  
nunquam possumus esse certi de exclusione om-  
nium occultorum impedimentorum quibus ele-  
ctio Pontificis potuisset fuisse inita nunquam  
certò obstringeremur ad fidei assensum præ-  
standum iis quæ ille definiisset. Satis de primò  
quod haberi statuebam ex titulis propositis  
Pontificis, donati nomine S. Petri.

Alterum quod inde habetur, est quod sicut S.  
Petrus, per comparisonem ad Ecclesiam, non  
fuit caput ministeriale, ita neque successor eius;  
contra quàm proximis anis gartiebat Edmon-  
dus Richerius, cuius hoc placitum, erroris in fi-  
de damnat Duallius Tract. de Pontif. p. 1. q. 8.  
Dixi per comparisonem ad Ecclesiam, quia per  
comparisonem ad Deum aut Christum, nihil  
est quod veter, Pontificem denominare mini-  
strum; sicut etiam S. Paulus se denominauit, di-  
cens, *Sic nos existimet homo vt ministros Christi*.  
Et alibi, *Ministri Christi sumus & ego*. Quemad-  
modum autem Pontifex, rectè dicitur minister  
per comparisonem ad Deum, ita etiam cum  
Deo, aut Christo collatus, rectè posset dici, *ca-*  
*put ministeriale*. Nec idcirco censendum esset vi-  
lescere, vt arbitratu Isidorus de Isolanis lib. 1.  
de Impetio milit. Eccles. tit. 10. q. 3. Nam in or-  
dine ad Deum, omne ministerium nitet, ac splē-  
det. Imo nihil sublimius aut gloriosius, quàm  
esse seruum Dei, vt est apud Chrysologum  
serm. 25. Ambrosium initio exhortationis ad  
Virgines, cum de S. Vitali. Videndi ex recentio-  
ribus

SYNON. II.  
Romanus  
Pontifex sui  
temporis  
Petrum.



SYNOD. II. ribus Paës ad titulum Epistolæ S. Iacobi §. 2. & Idem; caput Intinianus ad illud Rom. 1. *Paulus seruus IESV* Ecclesiæ in- Christi, ubi optime S. Hieronymus. re diuino.

## VERITAS IV.

Romanus Pontifex, habet dignitatem capitis Ecclesiæ, iure diuino.

**H**æc veritas potest duobus modis accipi. Primò vt sensus sit, dignitatem capitis Ecclesiæ, esse per se annexam Pontificatui Romanæ Urbis, iure diuino, ita vt nemo possit, aut etiam potuerit, Christi Vicarium & S. Petri Successorem agere quin sit esseque Episcopus illius materialis ciuitatis, quæ Roma dicitur. Secundò ita vt sensus sit, Successorem S. Petri, qui mortuo Romæ S. Petro, est Pontifex Romanus, esse Christi Vicarium & caput Ecclesiæ; quamvis si S. Petrus alibi mortuus fuisset, aut aliam sibi delegisset sedem cum iure successione, ea alia sedes, non per se iure diuino, sed S. Petri arbitrio, atque ad eum per accidens, fuisset iure diuino, prima sedes, & conueniens Antistiti suo, dignitatem capitis.

Priorem sensum, quo sedes Romana dicitur esse iure diuino prima sedes, hoc loco supponimus potius quam excutiamus; secuti communissimam sententiam, pro qua Cenedo Collettano ad cap. *Rogamus* 24. q. 1. ingentem numerum Doctorum adducit, à quibus tamen dissentire Soto in 4. d. 24. q. 2. art. 5. & Mendosa q. 4. Scholast. quibus visum, non modò S. Petrum potuisse alibi sedem Apostolicam cum iure successoris collocare, (ad eum vt non nisi per accidens ob mortuum Romæ S. Petrum, Romana sedes sit Apostolica modo prædicto.) sed etiam Pontifices posteriores, omnino potuisse, ac etiam nunc posse, dignitatem Pontificiam à Romano Episcopatu, dissociare, ac proinde nullo modo esse per se de iure diuino, quod Episcopus Romanus sit Christi Vicarius. Quam transcribilitatem dignitatis Pontificiæ à sede Romana, meritò improbat Bellarm. l. 4. de Pontific. c. 4. Valentia 2. d. 1. q. 1. p. 7. §. 8. Suarez disput. 10. de fide l. 3. Malderus disput. 3. de Pontif. dub. 3. & passim alij. Ego hoc loco id suppono, intentus dumtaxat in alium sensum veritatis propositæ; qui fert, supposita alligatione dignitatis Pontificiæ cum Romano Episcopatu, siue per se siue per accidens facta, Episcopum Romanum iure diuino esse caput Ecclesiæ.

Hoc ferunt varij tituli, quibus Pontifex asseritur constitutus à Deo in fundamentum Ecclesiæ, & eius moderator. Idque disertè agnoscit S. Cyrillus apud S. Thomam Opusc. 19. cap. 3. & alij Patres apud Bosium l. 18. de signis c. 6. & esse de fide, agnoscit Duallius Tract. de Pontif. p. 1. q. 7. Multipliciter hanc veritatem confirmant & illustrent Canus 6. de locis c. 3. propos. 2. Franciscus Agricola l. de Primatu S. Petri cap. 20. Azor tom. 2. l. 4. c. 11. q. 3. Caicranus t. 1. Opusc. tract. 3. c. 1. & Bellarminus l. 2. de Pontif. cap. 17. Itaque Romanus Pontifex, iura sua in vniuersam Ecclesiæ, non accepit ab hominibus neque per hominem; non in-

quam ab vno Imperatore, siue Phoca, vt finxit Caluinus, siue Constantino Magno, vt blaterauit Ioannes Hus, siue Constantino IV. vt Lutherus iam potus commentus est. Non item ab vniuersa Ecclesiæ, vel à Cardinalibus suffragium ad eius assumptionem ferentibus; cum ab eis ne eligatur quidem, propriè loquendo, sed tantum designetur, siue nominetur; iurisdicctio autem ei sic presentato, adueniat à Deo, vt rectè statuunt Driedo l. 1. de libert. Christian. c. 13. Nancletus Opusc. de potestate Papæ, sub initium. Lessius l. 10. de diu. perf. c. 2. num. 12. Franciscus Turrianus in Antapolog. de residen. Pastorum pag. 74. & seqq. Suarez tract. 1. de fide disp. 10. l. 4. n. 3. vt proinde liceat de vniuersusque Pontificis creatione dicere, quod de Symmachi electione Ennodius in Apoleget. [In Sacerdotalis Concilij sententia, inspirate Christo, oracula superna patuerunt, & inter Deum atque homines, Interpres exitit lingua Pontificum, &c. Illa enim cæli curia, variarum dotibus aucta curialium, & multo Redemptoris nostri, auro ostroque decorata, nihil in illa discussione, auctore se protulit: sed per humanæ lingue ministerium, diuino militauit Imperio. Intellexit non esse suum, quicquid impulsu constituit. Nihil habet in illa sententia, nisi vnde de sola deuotione gratuletur; peregrinum stylus sensit eloquium, inde sumens solam gloriam, quod infusa sibi seruiat & coluit.]

Non poterat claris, & luculentis dicere, designari tantum ac presentari, non etiam eligi à Cardinalibus Romanum Pontificem. Et similia leguntur apud Petrarcanam, gratulantem Urbano quinto, in speratum electionem. Obitur porò aduerte, circa locum Ennodij fortassis longè anteriùs quam vulgò statuunt, ac etiam ante tempus notatum à Constantino Cæcetano ad calcem Opusculi 31. Petri Damiani, Cardinales S. R. Ecclesiæ, purpura vfos, vt dicto Ennodij loco insinuari videtur. Pontificem denique, ne ab Apostolis quidem sua iura habere, disertè professus est S. Anacletus Episc. 5. Est ergo Vicarius Christi, & caput Ecclesiæ iure diuino immediato; hoc est non eà tantum generalitate, qua legitimi principes habere dicuntur dominium à Deo, quia per Deum reges regnant, etiam si iura sua, saltem spectata radice prima, ab hominibus potestatem regendi in eos transfundentibus sint adepti, isque sit primus fons ciuilibus iurisdictionis eorum Gregorius quidem 2. Episc. 1. ad Leonem Isaurum, ait se à S. Petro accepisse facultatem ac potestatem atque auctoritatem irrogandi ei potestatem. Sed sensus est, S. Petrum fuisse primum, cui ea potestas, collata fuerat: si verò iure successione quo S. Petro successus erat, eandem accepisset, non tamen à S. Petro sed à Christo.

Hinc Glossa ad c. *cum venisset* de sacra vntion. & ibidem Ioan. Andreas, Otho Frisingensis l. 3. c. 25. Jordanus l. de Imperio & elect. Durandus in Ration. Capistranus tract. de potestate Papæ p. 1. secundæ partis principalis num. 8. Troilus de SS. Canonizatione dub. 2. num. 38. & Iacobatius l. 1. de Concilijs art. 1. num. 91. rationem petunt, cur Romanus Pontifex, præter cæterorum Episcoporum morem, non vtatur baculo pastorali. Sic enim Iuo Episc. 157. nominat, quam Episc. 8. & 60. & 136. *pastoralem Virgam*

*Virgam* appellat. Passim *pedum* vocamus; quod esse notam iurisdictionis & Pastoralis dignitatis, habetur ex 8. Synodo; ubi Marinus Legatus Romani Pontificis, cum Photio intromissus in Concilium esset, cum baculo Pastoralis, reclamauit, eumque baculum Photio auferri iussit, allegans hanc esse tesseram Pontificiæ dignitatis, qua lupus ille proflus excidebat. Quia enim huiusmodi baculus supernè reueruus, infernè præferratus & acutus, est accomodatam instrumentum ad attrahendum vel pungendum, vt fusè considerat Philippus Abbas Episc. 13. & multi deslorati à Durantio lib. 2. de ritibus cap. 9. à num. 39. propterea rectè adhibetur pro signo iurisdictionis, quam eiusdem baculi curuitas in superiori parte, insinuat esse ab homine acceptam, vt notat Ioannes Andreas loco proximè signato; volens ea baculi recuruatione innui, Pastorem qui in regimine suo curus fuerit, remouendum esse ab eo qui iurisdictionem ad regendum contulerit; quod cum non habeat locum circa Romanum Pontificem, qui à solo Deo accipit iurisdictionem, meritò non vtitur baculo Pastoralis, quo adhibito simulque annulo, inuestitur à Pontifice ipso solere Episcopos reliquos, notat sanctus Bernardus serm. 1. de cœna Domini si agatur de Ecclesiæ: sicut de castro inuestiuntur ab Imperatore per sceptrum, vt ait Otho Frising. lib. 2. de gestis Feder. cap. 6. Hæc igitur est illa mystica ratio, quam subesse huic defectui virgæ Pastoralis in Romano Pontifice, dixit Innoc. III. dicto *cum venisset* de sacra vntion. in fine.

Ne difficilè repellitur, quod Iuuetus ad Epistola 157. Iuonis & Franciscus Florens ad tit. de pallij parte 1. adducto Costa allegat ex Luitprando lib. de rebus Europæis ad finem, & Rheginone lib. 2. Chronici, vt probent Romanos Pontifices olim vfos esse virga pastorali seu ferula pastorali, vt prædicti auctores nominant, referentes iussu Leonis Papæ, in exauctoratione cuiusdam Benedicti qui sedem Pontificiam inuaserat, huiusmodi ferulam fuisse contractam. Hoc dico facile refelli. Poruit enim nequam ille, ad mensus Summi Pontificatus insignia ad Symbola Episcopatus, inter illa insignia baculum quoque assumere per errorem. Vel quia fortassis antea Episcopus erat, & inter eius suppellectilem huiusmodi ferula cum reliquo apparatu reperta est, præcepit Leo illam confringi, vt significaretur, cum non Pontificatu dumtaxat malè captato, sed omni proflus Episcopali munere excidisse. Cæteroqui dubitare non licet, quin Innocentius III. omnino doctissimus & sacrorum rituum scientissimus Pontifex, verè negauerit Romanos Pontifices vti virga pastorali: id quod ad tempora sancti Petri refertur, iuxta eos qui rationem historicam ab Innocentio tactam, licet refragantibus (vt audio) iis apud quod sanctus Maternus Episcopale munus obiuit, aiunt esse, quod sanctus Petrus suum ipsius Pastoralem baculum sancto Materno dederit, quo proinde deinceps, non sit vfos, vt neque reliqui Pontifices; eius imitatione. Sed germana ratio cur pedo non vtantur, ea est quam dixi: significatio nimirum independentiæ quoad iurisdictionem, non ab hominibus, neque per hominem, sed à solo Deo collatam.

Theophili Raynaldi Pontificia.

Ob signo hanc veritatem, illustri testimonio SYNOD. II. Petri Damiani Opusc. 5. in sermone ad Medio. Idem; caput lanenses tumultuantes, & totidem verbis Opusc. Ecclesiæ in- culo 4. *ferè initio*, ubi agens Romanæ Ecclesiæ re diuino. defensorum, eiusque causam cum Regio Aduocato disceptans, fontem iurisdictionis Romanorum Pontificum, & vnde habeant quod sint Ecclesiæ suprema capita, sic exponit. [Omnes siue Patriarchij cuiuslibet apices, siue Metropoleon primatus, aut Episcoporum cathedras, vel Ecclesiarum cuiuscunque ordinis dignitates, siue Rex, siue Imperator, siue cuiuslibet conditionis homo purus instituit, & pro vt voluntas aut facultas tulit, specialium sibi prærogatiuarum iura præfixit. Romanam autem Ecclesiam solus ille fundauit, & super Petram fidei mox nascentis erexit, qui Beato vitæ æternæ clauigero, terreni simul & Cœlestis Imperij iura commisit. Non ergo quælibet terrena sententia, sed illud Verbum per quod conditum est Cœlum & terra, per quod denique omnia condita sunt elementa, Romanam fundauit Ecclesiam; illius certè priuilegium fungitur, illius auctoritate fulcitur. Vnde nò dubium, quia quisquis cuiuslibet Ecclesiæ ius suum detrahit, iniustitiam facit; qui autem Romanæ Ecclesiæ priuilegium ab ipso summo omnium Ecclesiarum capite traditum auferre conatur, hic proculdubio in hæresim labitur; & cum ille notetur iniustus, hic est proculdubio dicendus hæreticus. Fidem quippè violat, qui aduersus illam agit, quæ mater est fidei, & illi contumax inuenitur, qui eam cunctis Ecclesiis prætulisse cognoscitur.] Hactenus defensor, perspicuè docens, cæteros quoscunque Episcopatus ab hominibus, aut per hominem constitutos esse, nempe à Pontifice; poscentibus plerumque Principibus terrenis; Romanam autem Ecclesiam, & eius caput, quod simul est totius Ecclesiæ caput, ad Christum auctorem sua initia referre. Præclarè idem prædit Gregorius VII. lib. 8. Episc. 21.

Si qui verò interdum Patres, aut Doctores videntur humanum suffragium in delatione potestatis Christi Vicariis concessæ admittere; accipiendi sunt de manifestatione, & comprobatione eius, quod ferebat cœlestè priuilegium, vt loquitur Alexander III. Epistola ad Reges Danorum, atque Gotthorum. Optime verò id expresse Rupertus libro secundo, de oper. Spiritus Sancti capite vigesimo octauo, ubi præmissis locis ex Matthæi 16. & Ioan. 21. quibus oracula de Petro in Clauigerum, & Agnorum Pastorem per Christum renunciatu continentur, addit. [Tali ac tanta præeunte, Euangelicæ veritatis auctoritate, Christianissimi Imperatores, post multa tempora, omnesque Ecclesiarum Principes hoc censuerunt, & lege perpetua firmauerunt, vt sicut Imperatori omnes Præfecti, vel Iudices; Sic Beato Petro & secundum dignitatem eius excellenti Romano Pontifici cæteri subiecti sint Ecclesiarum Pontifices. Magnus honor & grandis celsitudo.] Si Pontifices, haud dubie etiam, qui Pontificibus sunt subiecti, atque ad eum omnes fideles, præeunte Euangelio & comprobantibus ratumque habentibus magnis omnibus sacri & profani ordinis, subsunt Romano Pontifici, vt capiti.

S

Interdum

**SVBNOT. II.** Interdum apud antiquos dicitur, Romanum Pontificem omnium fidelium ac etiam Antistitum caput esse ex privilegio. Sed iis locis, vox *privilegij*, idem planè sonat, quod *prærogativam*, & ius præcellens supra iura cæterorum Antistitum, diuina non humana institutione collatum. Synodus Nicæna sublimia iura quæ Latinus interpres vertit *privilegia* vocauit *ægerbeia*.

## VERITAS V.

*Dignitas capitis vniuersalis Ecclesiæ, in nullum purum hominem, siue sacrum, siue laicum, extra Romanum Pontificem cadit.*

**I**Ta habetur ex iis titulis, quibus Pontifex statuitur Pastor & Rector omnium Christi oium. Si enim omnes planè fideles, sunt Christi oues (vt sanè sunt) debent agnoscere Pontificem pro capite; ac proinde non possunt esse æquales capiti, vel obtinere æquè, ac Pontifex dignitatem capitis vniuersalis Ecclesiæ, sed id soli Romano Pontifici est proprium, si agatur de puris hominibus: Quod addo, propter Christum, quem esse caput Ecclesiæ, is tantum negare poterit, qui ausu immani Ecclesiam decollare voluerit, vt loquitur D. Augustinus serm. 45. de Verb. Dom. in fine. Sed nimirum Christus non est purus homo, nec est militantis Ecclesiæ caput visibile, quod solum adscribimus Romano Pontifici, & omnibus aliis puris hominibus siue sacris, siue laicis abiudicamus; tam sigillatim, quam collectiue spectatis.

Inter sacras personas erit qui omnes Episcopos censeat æquales Romano Pontifici, alioquinque locum Hieronymi ex Epistola 85. vbi sic habet. [Nec altera Romana vrbis Ecclesia, altera totius orbis existimanda est & Gallicæ, & Britannicæ, & Africæ, & Persicæ, & Oriens, & India, & omnes barbare nationes, vnum Christum adorant, vnam obseruant regulam veritatis. Si authoritas fuerit Episcopus, siue Romæ, siue Eugubij, siue Constantinopoli, siue Rhegij siue Alexandria, siue Tracis, eiusdem meriti, eiusdem est & Sacerdotij. Potentia diuitiarum & paupertatis humilitas; vel sublimior, vel inferior Episcopum non facit. Cæterum omnes Apostolorum successores sunt.] Verum id sanè, omnes Episcopos successores esse Apostolorum: Attamen sicut inter Apostolos, S. Petrus omnium fuit superior, & solus fuit vniuersalis Episcopus cum iure successione, ita Romanus Pontifex qui eius quoad hoc est vnicus successor, cæteris omnibus Episcopis est superior, & solus est caput vniuersæ Ecclesiæ. Neque hoc inficiatur D. Hieronymus, qui tantum agit de dignitate Episcopi quoad potestatem ordinis, in qua verum est omnes Episcopos esse æquales, licet censu & opibus possint dispares esse; sicut Romanus etiam ante S. Hieronymum, opulentissimus

erat, ad Ethnicorum inuidiam, vt alibi ex Ammiانو notatum est. Itaque locus S. Hieronymi non officit Pontifici Romani dignitati; neque probat, omnes Episcopos esse æquales esse in ratione capitis Ecclesiæ, & Magistri fidei. Veniendum ergo est ad certarum aliarum Ecclesiarum Episcopos, inter quos, ausi sunt hanc sibi prærogatiuam arrogare Præsules Constantinopolitani, quasi dignitas capitis Ecclesiæ, esset conferta Vrbis Regiæ, & totius Imperij Metropoli. Ex quo iuxta illos sequi videbatur, translato Constantinopolim imperio, translatum esse etiam Sacerdotium. Et ita diserte Anna Comæna, in scripto contra Gregorium VII. reiecta à Gregorio cap. 3. Apologiæ contra eundem Annam pro Gregorio. Idem (vt dixi) iactabant Præsules Constantinopolitani. Sed perperam admetiebantur diuina Instituta politicia; & Deus qui omnem arrogantem humiliat, iusto iudicio permisit, vt plerique Præsules Constantinopolitani, post usurpatum titulum Patriarchatum œcumenicorum, in quo dignitas capitis Ecclesiæ inuoluitur, impingerent in varias hæreses, quod pugnat cum ratione capitis Ecclesiæ. Recensio plures inferius, nunc vnum profero Michælem Cæsarum, quem Humbertus Cardinalis, & Petrus Amalphanus Legati S. Leonis IX. gradu mouerunt. Exerat horum Legatorum Decretum aduersus Michælem & eius fautores, adscriptum libro Humberti contra Nicetam Pectoratum; In cuius Decreti medio, cum præmissam esset, Vrbem Constantinopolitanam quoad optimates, Ipsamque Constantinum Monachum Imperatorem, esse Catholicissimam, subditur. [Quantum autem ad Michælem abusu dictum Patriarcham, & eius stultitiæ fautores, nimia zizania hæreseon seminatur quotidie in medio eius. Quia sicut Simoniaci, donum Dei vendunt; sicut Valerij, hospites suos castrant, & non solum ad Clericatum, sed insuper ad Episcopatum promouent; sicut Arriani baptizant in nomine Sanctæ Trinitatis baptizatos, & maxime Latinos; sicut Donatistæ, affirmant, excepta Græcorum Ecclesia, Ecclesiam Christi, & verum sacrificium, atque baptismum, ex toto mundo periisse; sicut Nicolaitæ, carnales nuptias concedunt & defendunt sacri altaris ministris; sicut Scueriani, maledictam dicunt legem Moysis; sicut Pneumatomachi, vel Theomachi, absciderunt à symbolo, Spiritus Sancti processionem à Filio; sicut Manichæi, inter alia, quodlibet fermentatum sicutur animatum esse; sicut Nazareni, carnalem Iudæorum munditiam aded seruant, vt paruulos morientes, ante octauam à natiuitate diem, baptizari contradicant; & mulieres in menstruo, vel in partu periclitantes, communicari; vel si paganæ fuerint, baptizari prohibeant, & capillos capitis, ac barba nutrientes, eos qui comam tondent, & secundum institutionem Romanæ Ecclesiæ barbas radunt, in communione non recipiant. Pro quibus erroribus, & aliis pluribus factis suis, ipse Michael litteris Domini nostri Papæ Leonis admonitus, respicere contempsit.]

Satin

Satin' turpitudinum ac fimi, congestum in vnum caput? En qui patriarcha Oecumenicus, atque aded vniuersalis Ecclesiæ rector & pontifex, meritis auiat. Cum verò obduratio Græcica diuinam patientiam denique læsit, traditi sunt huicmodi Antistites, cum tota gente, in manus impiorum & hostium fidei vt qui Christum Domini agnosceret, & Romanæ Ecclesiæ suæ iugum subire detrectabant, oppressi sub Saracenicæ Tyrannide, obtrectantur. Videndus præ cæteris ista lugens Gennadius c. 5. pro Concilio Florentino sect. 14. Quamquam multo post cladem, Gerlachius literis quæ launguntur lib. 7. Turco-Græciæ, testatur, Constantinopolitanum patriarcham (is tunc erat Hæremias solemniter Lutheranos qui eum interpellant, reiectione clarus, Oecumenicum agnosco à Patriarcha Alexandrino, Antiocheno & Hierosolimitano, & iurisdictionem retinere in Asia Minore, insulis Egei maris, & tota Græcia vsque ad Dalmatas, itemque in inferiore & superiore Mysia, Vvalachia, Moldauia, Russia, & Moscovia. Hoc tamen quantum quantum est, non implet Pontificis Oecumenici titulum, quod sibi per superbiam, fauore Principum, ex spiritu sæculi arrogat contra ius fæque, Præsules Constantino politani: quæ ex immoderato genis suæ amore, & odio ac inuidia in Latinos, adhæserunt quidam Græculi, quibus ne vexatio quidem intellectum dedit. Variorum verò disputationes aduersus hanc Græcorum obstinationem in negando Romanis Pontificibus titulum capitis Ecclesiæ, eumque (saltem implicite in titulo Oecumenici Patriarchæ) suis Constantinopolitanis Præsulibus arrogando, legere licet in calce Concilij Florentini Græcolatini.

Videri præterea posset Patriarcha Hierosolymitanus prærogatiuam hic Romano Pontifici tributam sibi vëdicare. Id quippè sonare videntur verba illa S. Auiti Epistola 23. data ad Patriarcham Hierosolymitanum. [Exercet Apostolatus vester concessos à diuinitate primatus, & quod Principem locum in vniuersali Ecclesia teneat, non priuilegiis solum studet monstrare sed meritis.] Clarè item S. Theodorus Studita l. 2. epist. 15. quæ est ad Thomam Patriarcham Hierosolymitanum, quem in Apostolico culmine constitutum dicit, & sacros se eius pedes amplecti, vnde sibi benedictionem ac sanctificationem pollicetur. His verò mox verbis illum alloquitur [O quot & quantis culturis præest beatitudinis tuæ vertex! Tu primus Patriarchatum, licet quintus numereris. Vbi enim Episcopus animatum & Pontifex omnium natus est, & diuina omnia operatus, & passus & sepultus, vbi resurrexit & vixit & assumptus est, illic supremam omnium dignitas proculdubio.] Hæc S. Theodorus qui quod Romanum Pontificem vocat *Apostolicum Occidentis* l. 2. Epist. 121. videtur saltem agnoscere Hierosolymitanum esse Apostolicum Orientis, ibique supremam Ecclesiæ caput. Absit tamen vt hoc vel S. Auito vel S. Theodoro venisse in mentem arbitremur. Aliud quippè noluerunt quam sedem Hierosolymitanam cui S. Iacobus insedit, fuisse cæterarum primam, quatenus sibi cepit Ecclesia. Cæterum præfati non modò non agnouerunt Patriarcham Hierosolymitanum pro supremo Eccle-

Theophili Raynaldi Pontificis,

siæ capite, siue absolute siue per Orientem, vt ne Patriarcham quidem esse aduiderint nisi titulo tenus, & subiectu esse notauerint Archiepiscopo Casareæ Palæstinæ, vt dixi Prænot. 3. Nec ipsi Hierosolymitani Antistites, hanc sibi prærogatiuam arrogarunt, præter vnum Polychronium tempore Sixti tertij, quem appendix ad Sixti processum refert, [per imprudentiam senectutis, dixisse, quod Hierusalem prima sedes esset. Et ore superbo affirmasse, se Pontificem esse, & summum Sacerdotem. Et in sua senectute, semper in hac sua confidentia corroboratum esse.] Immo consequenter additur, eum de ea sua summa potestate præfidentem, vendidisse ordinationes, & indiscriminatim ex quacumque regione, atque aded non suos, coopasse in sacrum ordinem. Arrogauit ergo sibi Polychronius summum Pontificatum, sed cum iam præ senectute caligaret illi oculus mentis, eumque demensacer peculiare senibus malum, auaritia. Verum mox autoritate Sixti Rom. Pontificis exautoratus, & quaquam nullo suffecto in sede Hierosolymitana, tamè ab ea amotus, didicit superbè non sapere, sed Deo placita humilitate proficere.

Inter Patriarchas Antiochenos, Rodolphus cognomento *Mamistanus*, natione Francus; cum in sedem Antiochenam secundus Latinorum, fauore populi quem largitionibus demeruerat, se ingressisset, Romani Pontificis autoritate calcata, eumque sibi superiorem esse inficiatus, cornua aduersus Innocentium II. Romæ tunc sedentem erexit; & de altari S. Petri quod Antiochiæ erat, pallium sibi ipse assumpsit, Antiochenam non minus esse Petri cathedram, quam Romanam iactans; imò Antiochenam tanquam primogenitam, insignem prærogatiua habendam esse contendens, vt scribit Gulielmus Tyrius belli sacri lib. 14. c. 10. & l. 15. c. 13. Sed repressit Deus vesani capitis audaciam. Nam adactus est à Principe Antiocheno Romam proficisci, de variis capitibus quorum infimulabatur, (& de hoc nominatim de quo agimus,) causam dicturus; vbi abiecto pallio quod sumens sibi honorem acceperat, aliud de S. Petri corpore sumptum adactus induere, vtunque placato Pontifice, est remissus ad suos: apud quos per Albericum Cardinalem Ostiensem defuncto præmaturè Petro Antistite Lugdunensi ad id primum submisso, in celebrato ad hanc causam discutiendam Concilio, damnatus & gradu motus; imò carceri per Antiochenum Principem mancipatus est, vnde fuga elapsus, & Romam regressus, aliquatenus dilata planè negotia faciens, priusquam ad suos reincaret, vt facere destinabat, veneno, (incertum per quem propinato,) infeliciter perit. Hic finis hominis vesanè se componentis cum Romano Pontifice; & potiorem prærogatiua cathedram Antiochenam tanquam primogenitam, iactantis quasi non interdum secundo geniti primogenitos gradu antecedit, vt hic planè contigit; B. Petro Romanæ Cathedræ in qua postremo sedit, ius ordinarij Pontificatus in vniuersam Ecclesiam ex Christi decreto in perpetuum transferente: Quæ translatione omnis illa Antiochenæ sedis prærogatiua euauit: Ac primus Patriarcha Antiochenus, post B. Petri ex ea sede digressum, non modò non habuit dignitatem capitis vniuersæ Ecclesiæ, sed etiam Romano Pontifici obnoxius

S 2 xius

SVBNOT.II.  
Nullus  
alius purus  
homo caput  
Ecclesia.

xius ac subditus fuit. Itaque saluus est Romano Pontifici sollicitudo capitis vniuersae Ecclesiae, exclusis ab eius tituli participatione, omnibus planè sacris hominibus.

Inter laicos, monstruosum Ecclesiae caput apparuit superiore saeculo. Regum namque Anglorum infelicissimus Henricus VIII. caelum terrae cõmiscens, & spiritalia iura cum humanis confundens, caput Anglicanae Ecclesiae audire voluit, Spirituale Monarchiam à Christo institutam, in tot capita quot Principes discindens, ex occasione admodum fœda, quae natales Anglicani huiusce Pontificatus valde dehonestat, vt apud Sanderum in Opere de Schismate Anglicano legete est. Bellant aduersus monstruosum hoc Ecclesiae caput, idem Sanderus toto lib. 2. de visib. Monarchia, & de clauè Dauid lib. 6. item toto; Stapletonius lib. 5. de principis à cap. 17. Hosius toto lib. 2. Antubrentij, Suares lib. 3. defens. fid. à cap. 6. Bellarm. lib. 3. de verbo Dei à cap. 7. & lib. 1. de Pontif. cap. 7. Coccius tit. 1. lib. 7. art. 22. Eratque olim aded exploratum, vt Eulogius Presbyter Edfenensis referente Theodoroto. 4. histor. c. 16. & Nicephoro lib. 11. cap. 23. vrgenti Modesto Valentis praefecto, atque dicenti: *Communica cum Imperatore*, ad eam vocem tanquam inauditam, & planè absurdam responderit, *Nonquid cum Imperio, est etiam Sacerdotis dignitatem consecutus?*

Est in hanc rem locus insignis, in Epistola Honorij ad Arcadium, post expulsionem S. Chrysostomi; necnon alius in praefatione ad Concilium Parifense, quae est Ludouici, ac Lotharij Imperatorum, ac denique alius planè luculentus in Collatione S. Maximi cum Principibus in Secretario pag. 123. vbi Politicus configit cum Sancto Sene, pro Sacerdotio Imperatoris, vrgens exemplum Melchisedeci, qui simul erat Rex & Sacerdos: sed eum vt Sanctus, post monstratam directè Imperatoris elongationem à Sacerdotio, imò eius in factio memoriam, post Episcopum & omnes sacras personas, eludit dicendo, vt quado ex concursu regiae & Sacerdotalis dignitatis in Melchisedeco, probatum volebat, vtramque item dignitatè cõcurrere in Imperatore; aequè assereret, Imperatorem sicut Melchisedecum esse sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitae habentem. Ridet quoque Synelius epist. 57. Andronici vefaniam, qui potestatem Imperatoris cuius praefectus erat, etiam ad sacra diffundebat. E contrario ait Sy edius, Reipublice administrandae vim cum Sacerdotio coniungere, perinde esse atque ea necesse, quae nendo connecti nequeant. Prisca tempora eosdem Sacerdotes ac iudices tulerunt. Nam Aegyptij & Hebraei, longo tempore Sacerdotum Imperio vsi sunt: deinde posteaquam (vt mihi videret) diuinum opus humano modo fieri cceptum est, Deus ambo vitae genera separauit; vnumque horum factum, alterum ad regimen & imperium constitutum est. Alios enim ad infirmarum rerum faecem conuertit, alios sibi sociavit; Illi in negotiis, non in oratione collocati: Ab vtrisque verò quod honestum & consentaneum est, requirit Deus. Quid tu igitur iterum reuocas? Quid ea coniungere vis quae sunt à Deo separata?]

Ex duplici praterèa Epistola Gregorij I. ad Leonem Isaurum, constat furiosum illum, vendicasse sibi ritulum capitis Ecclesiae. Scripsit enim ad Pontificem, vt initio Epistolae secundae prodit Gregorius, *Imperator sum & Sacerdos*: quod de supremo Sacerdotio accipiebatur; idcirco enim vi sua Sacerdotalis potestatis mandabat cogi vniuersale Concilium, & eueri sacras statuas, & Imagines aboleri. Gregorius ergo è contrario, multus est vtraque Epistola, in monstranda facultate huius placiti, quantumque intersit inter Pontifices, & Imperatores. [Non sunt (inquit Epist. 2.) Imperatorum dogmata, sed Pontificum, quoniam Christi sensum nos habemus. Alia est Ecclesiasticarum constitutionum institutio, alius sensus secularium. Quem in administrationibus saeculi, militarem, ac ineptum, & crassum habes sensum, in spiritualibus dogmatum administrationibus habere non potes. Ecce tibi, palatij & Ecclesiarum scribo discrimen, Imperatorum & Pontificum; agnosce illud, & saluare, nec contentiosus esto, &c. Nam quemadmodum Pontifex introspectiendi in palatium potestatem non habet, ac dignitates regias deferendi; sic neque Imperator in Ecclesiis introspectiendi, & electiones in Clero peragendi, neque consecrandi, vel symbola sanctorum Sacramentorum administrandi, sed neque participandi absque opera Sacerdotis: sed vnusquisque nostrum, in qua vocatione vocatus est à Deo, in ea maneat. Vides Imperator, Pontificum & Imperatorum discrimen.] Addit ibidem alia in eandem sententiam. Nec minus explicatè Epistola 1. [Scis Imperator, sancta dogmata non Imperatorum esse, sed Pontificum, quae tute debent dogmatizari. Idcirco Ecclesiis praepositi sunt Pontifices, à Reipublica negotiis abstinentes, vt Imperatores similiter ab Ecclesiasticis abstineant, & quae sibi commissa sunt, capeant.] Quod si sub initium Epistolae, ait; [Quare verò tanquam Imperator & caput Christianorum sapientes non percontatus est?] &c. Sensus est, Imperatorem esse caput quoad temporalia, & merè humana. Vel certè sarcasmus est, quo alibi aliquoties in his epistolis vitur Pontifex, illudens malè sano Imperatori. Fortassis etiam post illam vocem *caput*, apponendum est comma, & illud *Christianorum*, ad Sapientes esse referendum, vt sit sensus, rogandos fuisse ab Imperatore, & saeculari capite, sapientes quosque Christianorum, quid esset sentiendum de dogmate tunc primum vocato in controuersiam.

Scripsit contra eundem Leonem Isaurum S. Damascenus Epistolares libellos pro imaginum honore; sic enim appellat Ioannes Hierosolimitanus in Damasceni vita, quas passim vocamus Orationes de imaginibus, in quibus eadem & iisdem verbis repetita pleraque habentur. Plagulam vnam & alteram ex secunda oratione inuauit exscribere: quod & ex eis liqueat Leonem Isaurum capasse titulum *capitis Ecclesiae*, & rectè reuincatur vrsurpationis ea capatio. Sic igitur ibi S. Damascenus. [Non suscipio Regem sibi per impotentiam Sacerdotium vindicantem. Noni Valentem Regem, qui cum Christianus nominaretur Orthodoxam fidem persequebatur, Zenonem item, & Anastasium, & Heraclium, & Constantium illum

lum qui in Sicilia fuit, & Bardaniscem qui & Philippicus, appellatus est. Non Regis regulis, sed patris institutis, tam scriptis quam non scriptis Ecclesiam censere constituiti & gubernari oportere. [Praemiserat verò superius, Regum partes non sunt, vt Ecclesia leges praescribant. Considera enim quid D. Apostolus dicat. *Et quosdam quidem in ecclesia posuit primum Apostolos, deinde Prophetas, tum Pastores & Doctores.* Ad Ecclesiae constitutionem non adhibuit Reges. Et rursum: [ *Obedite* (inquit) *Praepositis vestris, & subiacete eis. Ipsi enim prouident quasi rationem pro animabus vestris reddituri.* Idemque rursum: [ *Memento* (inquit) *Praepositorum vestrorum qui vobis locuti sunt verbum Dei, quorum inuestes exinum conuersationis, imitami fidem.* Verbum non locuti sunt vobis Reges, sed Apostoli & Prophetae, Pastoresque atque Doctores. Cum praecipisset Deus Dauidi vt edificaret sibi domum, sic allocutus est eum; Non edificabis mihi domum tu, quoniam vir sanguinum es. *Reddite omnibus debita*, Paulus clamabat Apostolus; *Cui tributum, tributum; cui uectigal, uectigal; cui timorem, timorem, cui honorem, honorem.* Regum est ciuili administratione: Ecclesiastica verò constitutio, Pastorum, atque Doctorum. Impetus iste latronum est, fratres, &c. Dominus cum ad ipsum tentandi gratia Scribae & Pharisei accessissent vt eum sermone irretirent, quasiissentque ex collicerent Caesari sensum dari necne, *Ostendite* (inquit) *mibi numisma.* Quod illi cum ostendissent, cuius (inquit) *habet imaginem?* Respondentibus autem illis, *Caesaris*: Ait; *Reddite quae sunt Caesaris, Caesari, & quae sunt Dei, Deo.* Paremus tibi Rex in iis quae ad vitam ciuili negotia pertinent, vt in tributis, uectigalibus, congiariisque soluendis, quorum tibi quantum ad nos spectat, munus est creditum, ac demandatum. At in Ecclesiasticis rebus statuendis ac decernendis habemus Pastores qui nobis locuti sunt verbum, & leges atque inhiuata Ecclesiastica tradiderunt. Non transferimus terminos sempiternos, quos nobis Patres nostri constituerunt. ] At inter Partum instituta quibus tenacissimè est adherendum, de primariis vnum est, Regem & Principem Laicum Ecclesia non praesse, sed Sacerdotem. Itaque quantumcumque Leo Isaurus rugiret in detestantes dignitatem capitis ac Reftoris supremi Ecclesiae in eo agnoscere, negat Damascenus patendum esse & eam vocem vult explodi tanquam alienam à Christi doctrina & sacra instituta funditus euerterentem.

Agnoscentes suum in Ecclesia locum in rebus sacris modestissimi Imperatores, non vt capita quod praedicti insipienter captabant, gessere sese; sed humiliter Episcopis ad manus osculum, inclinati acciderunt vt sanctus Ambrosius considerat, lib. de dignitat. Sacerd. cap. 2. vel eorum correctionibus in iis quae ad sacra spectabant, humiles subiacuerunt, vt exemplum eiusdem S. Ambrosij Theodosium à factis cancellis extrudentis monstrauit: Vel in Concilio postremo subscripserunt ad conciliandam quidem decretis firmitatem subscribentes, sed vltimi, & post omnes Episcopos. Ita fecit Constantinus Magnus in prima Nicarna Synodo, & Theodosius Magnus in prima Constantinopoli-

litana, ac Marcianus in Chalcedonenfi, necnon SVBNOT.II. Constantinus Pogonatus in tertia Constanti-  
Nulius alius  
purus homo  
caput Ec-  
clesia.  
nopolitana, siue sexta Synodo. Et quamuis in Octaua Synodo Basilius Imperator subscripsit post omnes Legatos sedium Patriarchalium, atque aded ante Episcopos ceteros, tamen praefatus est debuisse se post omnes Episcopos subscribere, tametsi post omnes Patriarchales subscribere, quia tali honore eum afficere voluissent Episcopi. Esto postea, crescente adulatione & ignauia Antifitum, posteriores Graeci Imperatores, ante omnes Patriarchas subscripserunt, vt factum est ab Andronico Iunior in Synodo Constantinopolitana & à Ioanne Cantacuzen in Conciliabulo Constantinopolitano de causa Barlaami & Palamae; ac nouissimè in Synodo Florentina Ioannes Palaeologus Imperator Graecorum qui aderat; primus post Romanum Pontificem ante alios omnes Patriarchas ex vsu inter Graecos recepto subscripsit; dissimulante Eugenio, ne inita concordia concelleretur. Ab initio autem non fuit sic: sed vt praemisi maximi quique Imperatores, postremo loco, post omnes Episcopos subscripsere Conciliis, agnoscentes suum non esse nisi locum postremum in illis confectibus, & quidem ex Indulgentia & ad honorem ab Episcopis delatum, non ad sciendum vel iudicandum de sacris, sed ad firmanda scita sacrorum Praesulum; quod erat manifestissimè profiteri quantum abessent à munere capitis Ecclesiae.

Tantum vero abest, vt saecularibus principibus, quibuscumque, competat dignitas capitis Ecclesiae, vt potius quod Felix I. I. cap. certum est hoc, distin. 10. contestatur, Principum sit, à Sacerdotibus doceri; nec fas sit terrenae quantacumque potestati, rebus Ecclesiasticis manum admouere. In quam sententiam Felix praclare agit cum Zenone Imperatore, Epistola quae est in Append. Cod. Theodos. pag. 128. & omnino insigniter Stephanus Papa, redarguens Basilium Imperatorem, in litteris quae habentur in calce octauae Synodi. Disertè idem Arcadio coram Gaina Atriano vnam Catholicorum adem sacram poscente, contestatus est S. Chrysostomus apud Metaphrastem in Actis Chrysostomi. Fortiter & robustè idem vrget Facundus Hermian. lib. 13. pro tribus capitalis, cap. 3. 4. & 5. imò toto propè libro, sugillans satis apertè Iustinianum ad quem scribit, quod homo laicus, in alienam messem falcem mitteret, & sacra tractare non vereretur; etiam si ab eo id factum vrgentibus Constantinopolitanis Episcopis, vt sacrae sanctiones robotarentur, exculerent aliqui; secus quàm Baronius anno 541. Grauius item Theodorus Studita Catech. 127. agens de tyrannide Constantini Cepronimi, & Ecclesiae per eum oppressione. [ *Trahimur* (inquit,) *à Principibus verba cum sceleris antesignanis conferre; neque id solum. Quin dictorum, ac controuersiarum arbitros cepere primores è magistratu, quibus despectare in nostratia nefas, vt ait quodam loco Gregorius Theologus: Tantum abest, vt iudices admittamus sacrorum dogmatum. Scilicet magistratu, diuinitus tributus gladius est, postquam extat hæc sententia. Nam non est timori, (Magistratus) boni operis, sed mali, & non sine causa gladium portat, vindicet ei qui malum agit; Quemadmodum & opiculus*

SYBNOT. II.  
Nullus alius  
purus homo  
caput Ec-  
clesia.

probis. Cæterum SS. Apostolis cum diuinorum dogmatum potestas, ab spiritu profecta, tum proferendi atque soluendi; si quidem Domini ad eos hæc sunt verba; *Accipite Spiritum Sanctum quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.* Ac rursum: *Quaecumque ligaueritis super terram, erunt ligata & in Cælo, & quaecumque solueritis super terram, erunt soluta & in Cælo.* Certum est autem, ut iis dictum sit, ibidem & hætenus vicissim successerit editum; ut in iis Indicem capere magistratum, nihil sit aliud, quam datam Apostolis à Spiritu potestatem abrogare. Videndus præterea S. Maximus Monachus, & Martyr, in collatione cum Theodosio Episcopo Cæsariensi pag. mibi 161. & alij quos in hanc rem addensat Henricus Spondanus lib. 4. de factis Cæmæte. part. 3. cap. 6. in quem post hæc pridem edita incidi.

Nec tantum femouentur laici à tractatione rerum fidei sed etiam à tractatione quarumcunque causarum de rebus aut negotiis Ecclesiasticis, quod euidentissimè monstrat, quam absint à munere capitum Ecclesie. Agnouerunt idipsū varij Principes; nec pij tantum, sed & alijs impij. Sic enim Arioualdus Arrianus, Rex Longobardorum, referente Iona Abbate, in vita S. Berolii, cum à quodam Episcopo vrgeretur, vt Monachos male haberet, respondit; [ Non est meum, Sacerdotum causas discernere, quas Synodalis examinatio ad purum debet iudicare. ] Similiter Theodoricus Arrianus consultus à Synodo Palmari, quid agi veller in causa Symmachi Papæ, respondit [ in Synodi esse arbitrio, in tanto negotio sequenda præscribere, nec aliquid ad se præter reuerentiam de Ecclesiasticis negotiis pertinere. ] Longè minus itaque mirum est, pios Principes noluisse se immiscere negotiis sacrorum hominum. Æterna memoria dignus semper habitus est ea in parte, Constantinus Magnus quem ad id allegant S. Gregorius lib. 4. regist. Epist. 75. & Nicolaus I. Epist. ad Mich. Eius ad cognoscendum de Ecclesiasticorum causis interpellati, respondit, refert diffusè Rufinus 1. hist. cap. 2. Breuius verò in hunc modum Sozomenus 1. 1. cap. 16. [ Deus vos constituit Sacerdotes, & potestatem dedit de nobis quoque iudicandi, & idè nos à vobis rectè iudicamur, vos autem non potestis ab hominibus iudicari. Propter quod Dei solius inter vos expectate iudicium, & vestra iurgia ad illud diuinum referentur examen; Vos autem nobis à Deo dati estis Dij, & conueniens non est, vt homo iudicet Deos, ille solus de quo scriptum est, *Deus stetit in Synagoga Deorum, in medio autem Deus iudicat.* ] Quod si aliquando Constantinus, aliqua Ecclesiastica, (extra dogmata) tractare per seipsum visus est, vt ex postremo de Donatilis iudicio patet, & ex correptione Synodi Tyria, apud Socratem lib. 1. & Sozomenum lib. item 1. nec non ex allocutione increpatoria Cleri Nicomedienfis apud Theodoretum lib. 1. histor. non est censendus arrogasse sibi de factis iudicium, aut gerere se voluisse pro Ecclesie capite: sed cum necessitas tulit & obfirmatio rebellium fuit contundenda, interposuit suam secularem potestatem, haud quaquam grauè ferente Ecclesiastico cætu Catholico. Itaque non re-

ctè, ex eo Constantini vsu, Franciscus Baldinus lib. 1. de legibus Constantini à pag. 58. causas Ecclesiasticas & religionem spectantes, (extra dogmata) iudicio & potestati Cæsarium concedit, contra quam fert probata doctrina, fusè stabilita à Suare lib. 4. contra Iacobum Anglum cap. 2. & seqq. & à Bellarmino lib. de Clericis c. 28. Constantinus enim (vt præmisi) quamdiu per adiuncta negotiorum licuit, fuit ea in parte temperatissimus, & à causis Ecclesiasticis tractandis abstinuit. Haud disparem Marciani modestiam, cum ab Hæreticis interpellaretur ad iudicandum de iudicio Episcoporum, legere est in Concilio Chalcedonensi, iuxta Græcum exemplar Latino auctius lect. 5. act. 1. Quæ omnia manifestissimè produnt, Christianos Principes liquidè agnouisse, quam non suum esset, gerere se pro Ecclesie capitibus. Pertinet itaque ad omnes Principes laicos ea contestatio Nazianzeni Oratione 27. cum varijs statibus salubria monita præscriberet. [ Imperatores, honorem purpuræ habete; ( Nam Legislatoribus quoque, leges præscribemus. ) Cognoscite quantum id sit quod vestra fidei commissum est, quantumque circa vos mysterium. Orbis vniuersus, manni vestre subiectus est, diademata paruo atque exiguo parto, retentus. Superna, solius Dei sunt: inferna, & Dei sunt vestra. Subditis vestris, Deos vos præbere, liceat enim audacius aliquid dicere, Cor Regis in manu Dei est, vt Scriptura testatur, ac fidem facit. ] Tractate terrena, tribuit laico Principi terrenorum moderatorum diuinitus constituto. Eius verò iurisdictionem ad cælestia non porrigi, id est ad spiritualia, cuiusmodi sunt negotia Ecclesiastica contestatur Nazianzenus; tantum abest vt Imperatorem pro Ecclesie capite habuerit.

Putentissimè ergo assentatus est Imperatori suo Demetrius Clematianus, cum in Responsis ad Cabasilam, plusquam parasiticè dixit. [ Imperator vt communis in Ecclesijs sapientum Princeps & re & nomine, Synodorum placitis præsideret, & auctoritatem ipsis largitur; Ecclesiasticas ordinationes disponit, & legem ponit vitæ atque officio eorum qui altari inserviunt. Quin & iudicijs Episcoporum & Clericorum, & electioni Ecclesiarum vacantium. Promouet insuper à minori dignitate ad maiorem, puta ab Episcopali ad Metropolitanam, honorem eum exhibens aut Vrbi aut homini: in summa præter sacrificandi potestatem, cætera omnia iura Pontificalia manifestè exprimit Imperator; quibus in rebus conuenienter agit & legibus & Canonibus. ] Hoc operculum tali patellæ congruebat. Quid enim à factis canonibus, & bonis quibusvis legibus alienius, quam Imperatorem talia attingere? Video eadem parasitica scabie correptum Balsamonem, disceptatione de lampade Imperatoribus prælata, quæ habetur lib. 7. iuris Græco Romani, idcirco dicere prælatam esse Imperatori geminam lampadem, Imperatrici vnâ, Patriarchæ item vnâ, quod Patriarcha sola spiritualia curat, Imperatrix solum temporalia. Imperator autem vtraque. Hoc est, officiosum, ino feruilliter seruile mendacium. Vtriusque potius Imperij præsentia possessio, sic adumbraretur.

Non vnus duntaxat aut alter imbuti sunt hoc

SYBNOT. III.  
Nullus  
alius purus  
homo caput  
Ecclesia.

hoc doctrinæ veneno inter Græcos, (si vera refert Aubertus Miræus lib. 2. de statu relig. Christianæ cap. 9.) sed etiam Græci omnes qui per Asian ritibus Græcorum inhærebant, quique Patriarchis, Constantinopolitano, Antiocheno, Alexandrino ac Hierosolymitano obtemperabant. *Melchitus* inde denominari affirmat idem Autor. Vox quippè *Melech*, principem sonat. At isti in religionis negotio atque dogmatibus principis ductum sunt secuti dum stetit Imperium Constantinopolitanum. Quorum insipientiam confudit diuina prouidentia, permittens eos in Turcæ dominatum deuenire, quem certè fidei & religionis caput agnoscere, stultorum esset aut furiosorum. Nec dissimili prouidentia, Anglos Melchitas, id est Hæreticos, & monstrosum Ecclesie caput Laicum, Henricum VIII. sibi præficiens, permisit Deus, paulo post, regimini muliebri subesse, admodum diuturno tempore regni Elisabethæ, eiusdem Henrici ex filia Bolena filia; cui nomen capitum Ecclesie delatum est, monstrositate ad eam diem inaudita; cum Apostolus mulierem, in Ecclesia loqui non permittat, quanto minus præesse? Ex quibus indignitatibus dehonestatur hæresis Melchitarum, statuentium in principe seculari, summam potestatem in Ecclesiam, etiam quoad dogmata & religionem; vt factum esse à Græcis posterioribus, dum superferunt illis Imperatores Christiani, quæ superius adduximus, perspicuè euidentur.

Ad eandem vesaniam arrogatæ in facta quoque iurisdictionis per Græcos Imperatores, refert Bosquetus ad librum 3. Epistolarum Innocentij III. circa Epistolam 19. quod loco flammæ, inherere præferri sibi crucem, vt est apud Codinum lib. de offic. Aula Constantinopolitana cap. 5. Crux enim prælata, est insignis iurisdictionis sacra, & quidem supremæ saltem participatione, vt propterea Romanis Pontificibus iam olim legatur prælata Crux; & ita Anastasius in Leone III. cum de Cruce ei donata à Carolo Magno. Et latè Augustinus Tinianus, iusto opere de eo argumento. Legatis item Pontificiis, crux prælata. Vnde Innocentio III. Epistola illa 10. sic scribit Archiepiscopo Thessalonicensi, quem constituebat sedis Apostolicæ legatum. [ Dominica Crucis vestrum, per tuam Diocesim & Episcopatus tibi subditos, ante te deferendi, fraternitati tuæ licentiam, impartimur. Sancto item Stephano Regi Vngariæ, datum ius præferende ipsi Crucis, quod vicariam in suo regno curam Romani Pontificis in dispositione Ecclesiarum obiret, vt notat in eius actis Caruicius. Et quod Metropolitanus in suis quilibet Prouincijs olim fore essent legati nati, inde factum, vt præferri eis Crucem, receptum sit more propè vniuersali, de quo bene & fusè vit doctissimus Andreas Saullius libro de eo argumento: Et fuit hæc Crucis prælatio legatis & Metropolitanis adè in vsu, vt Rodericus lib. 8. histor. cap. 10. testetur, cum ipse qui erat Toletanus Archiepiscopus, in acie aduersus Saracenos ad animam Christianos milites præfens adesset, non esse inuicissimam in medio prælio, inter grandinem telorum prælationem Crucis, incolumi eo qui Crucem gestabat. Quo officio, recentiore memoria functum Cardinalem Reginaldum Polum cum is qui Crucem illi

præferre consueuerat, præ metu abisteret prælatione, apud Sanderum legere est, in Historia de Schismate Anglicano. Hæc abundè monstrant, prælationem Crucis esse vetus insignis iurisdictionis Ecclesiasticæ. Potuit itaque Imperator Constantinopolitanus, hoc vsurpatæ sacrae iurisdictionis Symbolum sibi arrogare, sed impiè, æquè ac stultè, vt ex dictis patet. Idem dicerem de gestatione Rocheti (vt nunc vocant,) quod malè Menardus disput. de iuribus Episcop. cap. 5. num. 17. confundit cum homophorio Ianco de quo Isidor. Pelus. lib. 1. Epistola 136. Rochetum ergo lineum quo vtuntur Antistites, per eandem abusionem à Græcis Imperatoribus vsurpatum dicerem, vt est apud Codinum lib. de officijs Aulae Constant. qui vocat *ῥοχον σαοτηριον*; nisi Nicetas 1. 1. de Isaacio Angelo in sine militibus quoque *ῥοχον* tribneret. Vnde sicut Rochetum militare, haud dubiè discipauit ab Episcopali, ita fortè etiam Imperatorum.

Nulli ergo, siue factio, siue laico homini sigillatim, dignitas supremi capitum Ecclesie tribui potest, præterquam Romano Pontifici. Qui verò vique eò delirant, vt caput supremum Ecclesie dicerent esse vulgus fidelium, fecere Ecclesiam belluam multorum capitum, & regimen Ecclesie ex Monarchico verterunt in Democraticum, claus statuentes in tota Ecclesia; quod esse contra fidem, rectè pronunciauit Isolanus lib. 2. de Imperio Milit. Ecclesie tit. 6. quaest. 2. Duuallius Tract. de Pontif. parte 1. quaest. 3. & 8. Nanciantus per Opusc. de potestat. Papæ sub initium, Caietanus 1. 1. Opusc. tract. 1. cap. 6. 7. 8. & 11. ac tract. 2. part. 1. à cap. 4. Victoria Relect. 2. sect. 1. & Thomas Illyricus tract. de potestat. Summi Pontif. *non igitur*. Resecant validè, hæc tam numerosa multicipitis hydræ capita, Ruardus Orat. 7. Theolog. Sanderus 1. 1. Vilib. Monar. à cap. 6. Stapleto. l. 5. de principijs inisio, & Bellarm. lib. 1. de Pontif. cap. 6.

#### VERITAS VI.

*Dignitas capitum Ecclesia tributa diuinitus Romano Pontifici, porrigitur ad gubernanda omnia quomodocumque sumpta Ecclesia membra, atque ad eò etiam quosuis Praesules siue sigillatim sumptos, siue congregatos in Concilium quantumcunque plenarium; cuius iudicia vt sint plane certa, Pontificis est firmare, ac sua auctoritate communitare.*

Ita planè colligitur, partim ex iis titulis quibus Pontifex asseritur caput vniuersæ Ecclesie, partim ex illis quibus dicitur, eum esse in Ecclesia Indicem vice Christi. Sed impendamus distinctè singula. Quod omnia Ecclesie membra, subsint Romano Pontifici vt capiti, ex eo constat, quod vniuersalis collectio totius Ecclesie, ( vt multi Pontificis tituli ferunt, ) Pontifici contraposta, subiaceat eius regimini, debeatque ab hoc capite pacisci & regi. Non enim potestas Pontificia est in tota Ecclesia, sed in



**SVBNOT. II.** in solo Pontifice, vt proximè attigimus. Quod *Antistites* si Ecclesia vniuersa, Pontifici vt spirituali capiti subiacer, multo magis idem affirmandum *& Concilia* erit de quibusvis Ecclesie membris. *sub Pontifice.*

De laicis res est clara. Nemo quippè laicorum, quantumuis emineat, potest se directioni huius vniuersalis Ecclesie capitis subducere, quin simul à consortio fidelium se remoueat; & partem cum Christo, eiusque corpore mystico habere refugiat. Fidenter Alconora Anglie Regina, satagens pro filio in Austria captiuo, sic affatur Cœlestinum Papam Epist. ad Blesensem 145. [ Nonne Petro Apostolo, & in eo vobis, à Deo, omne regnum omnisque potestas, regenda committitur? Benedictus autem Dominus, qui talem potestatem dedit hominibus. Non Rex, non Imperator, aut Dux, à vestra iugo iurisdictionis eximitur. ] Hincmarus Opuſ. de diuortio Lotharij & Therbergæ ad interrogat. 6. ex secundo loco positus, cum obiectum fuisset, vertices populorum, nullorum legibus vel iudicij subiacerere nisi solius Dei, reponit. [ Hæc vox non est Catholici Christiani, sed nimium blasphemij & spiritu Diabolico pleni. ] Id quod fusè & fortiter persequitur: eiusque disputatio præsertim vrget pro subiectione spirituali debita Summo Pontifici à Regibus. Iuo Carnot. Epist. 106. rationem huius subiectionis perelegantem aperit, agens cum Rege Anglie. [ Regnum terrenum (inquit,) Cœlesti Regno quod Ecclesie commissum est, subditum esse debere, semper cogitatis; Sicut enim sensus animalis, subditus debet esse rationi, ita potestas terrena, subdita esse debet Ecclesiastico regimini. Et quantum valet corpus nisi regatur ab anima; tantum valet terrena potestas, nisi informetur & regatur Ecclesiastica disciplina. Et sicut pacatum est regnum corporis, cum iam non resistit caro spiritui, sic in pace possidet regnum mundi, cum iam resistere non molitur regno Dei, hoc cogitando, seruum seruorum Dei; vos esse intelligite, non Dominum; protectorem, non possessorem. ] Vtuntur hac ipsa carnis & spiritus comparatione in eam rem, Nazianz. orat. 17. num. 15. Isidor. Pelus. lib. 3. Epist. 249. & S. Thomas 2. 2. quæst. 60. art. 6. ad 3. Rectè idem prosequuntur & illustrent Bellarminus lib. 5. de Pontif. cap. 6. & Mauclerus Operis, de Monarchia part. 2. lib. 1. cap. 2. ac part. 4. lib. 1. cap. 3. Quod si corpus ab anima regitur, nec anima corpori, nisi peruersè subiacer, sed corpus animæ subiacerere debet, liquet, laicas quascunque personas subiacerere debere capiti Ecclesie; & ab eo circa spiritualia regi, quod de iis ipsis qui ad clauum sæculi sedent, disertè tradit Cyrillus Hierosol. cath. 17.

Pergo ad sacras personas, quas nulla excepta, subesse debere Romano Pontifici. vt capiti, extra dubium est; cum qui inter personas sacras eminent Episcopi, Romanum Pontificem Episcoporum Episcopum agnoscant, & S. Cyrillus, tametsi inter Patriarchas secundus, referente S. Thoma, professus sit, oportere omnes Antistites Romano Pontifici vt capiti subesse. Non defuerunt tamen, qui tentarent iugum excutere, etiam in Occidente, post Græcos, à quibus primùm Schisma in Ecclesiam est inductum. Hi quippè subiectionem ad Romanos Pontifices agerimè tulere iam olim. In Occidente quo-

que Raennates Antistites Imperatorum primùm fauore, deinde Exarchorum freti potentia, sæpè sapius auctoritatem Romani Pontificis excutere, vt signatis variis illorum motuum temporibus, late prosequitur Azor t. 2. lib. 4. cap. 16. per totum, addens cap. 16. quid item Mediolanenses Archiepiscopi, aduersus subiectionem Romano Pontifici debitam sint machinatis, vel potius quid Simoniacis & concubiniacis Clericis aduersus eam subiectionem molentibus conuincens permiserint; vtique mox ad officium, (saltem ad tempus,) & ad bonam frugem reuocati à Petro Damiani Mediolanum legato à Nicolao 11. quo de re legendus ipse Petrus Diamani, Opusc. V. & vitæ eius autor. capite 25.

Sed quicquid, siue Occidentis, siue Orientis pauci Antistites, delirarint, verissimè (vtinam æquè constanter,) professus est Michaël Palæologus scribens ad Gregorium X. [ Sancta Romana Ecclesia, summum & plenum primatum, & principatum super vniuersam Ecclesiam Catholicam obtinet, quem se ab ipso Domino, in B. Petro Apostolorum Principe siue vertice. cuius Romanus Pontifex est successor, cum potestatis plenitudine recepisse, veraciter & humiliter cognoscit. Et sicut præ cæteris tenetur fidei veritatem defendere, sic & si quæ de fide subortæ fuerint quæstiones, suo debent iudicio definiri: ad quam potestatem granatus quilibet super negotiis ad Ecclesiasticum forum pertinentibus appellare: & in omnibus causis ad examen Ecclesiasticum spectantibus, ab ipso potest iudicium recurri, & eidem omnes Ecclesie sunt subiectæ. Ipsarum Prælati obedientiam & reuerentiam sibi dant. Ad hanc autem sic potestatis plenitudinem consistit, quod Ecclesie cæteras ad sollicitudinis partem admittit, quarum multas, & Patriarchales præcipuè, diuersis priuilegijs eadem Romana Ecclesia honorauit, sua tamen obseruata prerogatiua, tum in generalibus Concilijs, tum in aliquibus alijs semper salua. ] Hæc verè & Catholicè Græcus Imperator, de quibusvis Antistitibus ad Romanum comparatis, atque aded de suis Græcis & Orientalibus malè subiectionem detrectantibus. De quibusvis sigillatim Episcopis, Romano Pontifici tanquam capiti subiectis, nihil attinet plura dicere, cum res sit explorata.

Obscurius apud aliquos est, quod subdebam, idem esse statuendum de Episcopis collectiue, etiam si in Concilium adunatis. Sed duces habeo Doctorum grauissimos, vt S. Maximum Martyrem, cuius de hac re locum, ipsis solis radijs scriptum, dabo infra veritate 10. Alium ex Philippo legato annotauit supra V. *Beatiudo cui, &c.* Egidius item Abbas Epistola ad Symmachum Papam, agnoscit, auctoritatem Apostolicæ sedis esse firmiorem decretis Synodaliibus, quod habet quoque Auitus Viennensis Epist. ad Faustum & Symmachum. Subscribunt Turrecremata in respons. ad Oratores Basilicenses, Caietanus t. 1. Opusc. tract. 1. & 2. Bellarminus lib. 2. de Concil. à cap. 15. Azor tom. 2. lib. 4. cap. 13. quæst. 1. Franciscus Bursatus latè Consil. 109. & latius etiam Franciscus Turrianus libris tribus de auctoritate Pontificis supra Concilia, Malderus disp. 4. de Pontif. dub. 3. qui alios proferunt. Adducit alios benè multos Petrus Mattheus

Mattheus in collectione diplomatum Pontificiorum, ad calcem Epistolæ Pij II. ad Academiam Coloniensem, quæ est planè insignis epistola de hoc negotio. Subscribit Corraſius in Paraphrasi Sacerdotiorum part. 2. cap. 2. num. 2. iis tantum exceptis, quæ fidem, aut Schisma, vel vniuersalem Ecclesie reformationem concernunt. Quæ limitatio si agatur de Pontifice certo, superuacanea est, ac explodenda; & vniuersaliter statuendum; Papam esse supra quameunque Episcoporum collectionem. Et ratio suffragatur. Nam quæcumque Episcoporum collectio, intra Christi ouile clauditur, cum sit Christiana: debet ergo Pontificem totius ouilis vnum Pastorem generalem agnoscere pro capite, atque aded illi subiaci. Nec contrarium quorundam placitum posse excusari à temeritate inobedientie, ac ex eo diffidia vt plurimum, magnosque semper tumultus effebuisse in Ecclesia, affirmat Duuallius tract. de Pontif. part. 4. quæst. 7. in fine, addens quæst. 8. falsum esse quod vulgo iactatur, Doctores Parisiensis iuramento confirmare, se contrarium illud placitum quo Concilium supra Papam statuitur, propugnatos. Quod ipse, inter Doctores illos, tamdiu tantæque cum laude claruerit, extra dubium est, eum protulisse comperta.

Non otiose porrò paulò ante dixi, si agatur de Pontifice certo, quia in euentu in quo non esset certum an is qui se gerit pro Pontifice, esset verus Pontifex, aliud esset statuendum. Verbi gratia Concilium Constantiense tres Pontifices Gregorium XII. Ioannem XXIII. & Benedictum XIII. exautorauit; & rectè. Nam cum non possint simul esse plures veri Pontifices, & nullus illorum trium crederetur legitime electus, meritò Concilium de illis, non certis sed dubijs Pontificibus, tulit sententiam. Omnino quippè verum est, Christum Dominum qui optimo modo Ecclesiam suam constituit, sanxisse, vt in euentu illo dubietatis, (& idem esset de euentu in quo Pontifex incurrisset exterius hæresim;) posset Concilium acephalum, aut etiam spurio Pontifice renuente iudicium, prouidere Ecclesie pastorem secundum cor Dei, & declarare eum qui se catenus gessisset pro Pontifice, aut non fuisse verum Pontificem si dubius erat, aut incidisse in culpam quæ mereatur vt Ecclesia non vltra eum agnoscat Pontificem, nimirum si exterius factus esset hæreticus; quo ipso deponeretur à Christo. Id enim iure naturæ competere Ecclesie, euident est; nec Christus in tanta necessitate, voluit ius illud naturæ præpedire. Et hinc eruenda est idonea excusatio, viri & optimi & doctissimi Ioannis Charlierij, cognomento *Gerſonis*, cui passim tribuitur quod statuerit Concilium supra Pontificem, & quod censuerit Pontificem subesse Concilij iudicio; ita vt possit per Concilium deturbari & redigi in ordinem. Scribebat Gerſo tempore Concilij Constantiensis, quo Ecclesia trium simul Pontificum dubiorum multiplicitate, sædè scissa erat? In quo euentu, rectè habuit quod Gerſo scripsit de Concilij auctoritate supra Pontificem, & de Papæ auferibilitate; quamuis extra illum euentum, ea Gerſonis doctrina nullo modo esset probanda; quippè *venenata* vt loquitur Franciscus Victotia relect. 4. propof. 5. Hæc per ueliam considerata; cum ab iis qui eam Gerſonis do-

*Theophilus Raynandi Pontificia.*

ctinam indistinctè amplectuntur, allegata eius SVBNOT. II. auctoritate, quæ certè eis non suffragatur; tum ab iis qui Doctorem sanctitatis laude clarum, *Antistites* & Concilia ( vt monſtrare memini in Mantissa ad SS. Ludouicum Indiculum, ) nigro thera suffigunt, *sub Pontifice.* cum eius assertio ( quicquid sit de probationibus & accessionibus, ) pro euentu de quo agebat, fuerit Catholicissima.

Ex dictis habetur, Romani ( vt addebam, ) Pontificis esse, aliorum Antistitum, etiam in Concilijs adunatorum iudicia, alioqui non rarè vacillatura firmare, exequendo illud Christi iussum ad Petrum, *Rogauit pro te Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos.* Quod ad eius successores, extendunt varij Patres apud Bellarmin. lib. 4. de Pontif. c. 3. Non est dubium, quin Christus sic orans pro indefectibilitate fidei S. Petri, & successorum eius, exauditus sit pro sua reuerentia. Ex quo patet, fidem eorum esse indefectibilem. Cum ergo Christus, pro solo S. Petro quatenus Pontifex, atque aded etiam pro eius successoribus ad eum modum orauerit, ac ne pro Concilio quidem quantumuis plenario tales preces fuderit, planè necessarium est, vt certi finis fidem Conciliorum non nutare, confirmationem Pontificiam illis accedere, quantumuis legitime sint congregata, & ad sint Legati ipsius Pontificis. Nam his quoque astantibus Concilium ex se spectatum errare poterit, nisi procedat ex institutione à Pontifice antecederet data Legatis, eamque ad amissum sequantur, quæ esset anticipata confirmatio; cuiusmodi instructiones accuratè & minutatim signantes omnia, dedit aliquando Gelasius I. Faulto Magistro legato Constantinopolim, (est eius Epist. 4.) Item Hormisdas indiculum legatis suis tradidit valdè accuratum, qui legitur post Epistolam eius 10. Similia commonitoria sæpè occurrunt in vitis Pontificum, & historia Conciliorum, ac Ecclesiasticis Annalibus. Nisi ergo legati, talem aliquam instructionem habeant, & exquisitè seruent, errare poterunt etiam ipsi, & cum iisdem Concilio. Quia Pontifex non potest Legatis committere priuilegium personale suæ in fide indefectibilitatis, vt rectè notauit Castro l. 1. de iusta hæret. punit. c. 6. Itaque desideratur, vt finito Concilio, accedat eius de fide, decretis, calculus ipsiusmet Pontificis, alioqui non erunt planè firma. Idque de fide esse, censet Nanclantus Opusc. de necessitate confirmationis Conciliorum, & videtur annuere Duuallius tract. de Pontif. p. 4. q. 5.

Ipsa sanè Concilia, etiam generalia, hanc suam ex seipsis defectibilitatem, & confirmationis Pontificiæ necessitatem, professà videntur, cum petierunt sua decreta firmari à Pontificibus. In quam rem, exemplum primæ Synodi Apostolicæ vrget Turrianus lib. 2. contra Magdeb. cap. 5. Primæ item Nicenæ Synodo accessisse confirmationem à S. Syluestro, liquet ex Felice III. Epist. 4. & ex decreto ipsius Syluestri, Concilio Romano suffragante, quod legitur tom. 1. Conc. S. Leo petitam à Concil. Chalcedonenſi Actio. 3. in relatione Synodica confirmationem, concessit scribens ad Martianum. Benedictus III. idem fecit circa Rhemenſe Concilium. Sophronij Hierosolymitani Synodicam Epistolam ad Honorium, qua idem ab hoc Pontifice explicatissimè poscebatur, adducit Turrianus lib. 1. contra

T

Sadeelem

SYNODUS. II.  
Pontifex,  
DOCtor in-  
fallibilis.

Sadelem c. 10. in fine. Apud quem etiam l. 3. de Dogmat. Charact. Photius Constantinopolitanus necdum depositus, idem agnoscit, scribens ad Nicolaum I. cui fatetur, conuenire *ἐπισημοῦν συνόδων ἀποστολῆς*, id est tribuere auctoritatem Synodice sententia. Synodum Tridentinam Oecumenicam, superiore sæculo hanc confirmationem expetiisse videmus, nec ante eam obtentam valuisse. Denique Gelasius I. Epist. ad Episcopos Dardaniæ, quotquot Concilia hoc maxime caruerunt, fuisse vacua auctoritatis, apertissime contestatus est. Nec minus perspicue Pelagius Secundus Epistola ad Synodum Constantinopolitanam. [Nulla (inquit) vnquam Synodus, rata legitur, quæ Apostolica auctoritate non fuerit fulta.]

## VERITAS VII.

Romanus Pontifex docens ex cathedra,  
errare non potest.

Ita habetur ex titulis illis quibus Pontifex denominatur, *Immobilis basis fidei, ac fidei crepidus, & firmamentum immobile*. Item ex titulo, *capitis ecclesie vniuersa*. Nam si hoc caput prout tale posset errare, Ecclesia tota quæ eius ductum sequi tenetur, impingeret in errorem, sicque portæ inferi, (id est hæreses & errores, vt exposuit D. Hieronymus,) præualerent aduersus eam reuersis Christi promissis. Huc facit quod S. Ambrosius lib. de Incarnat. Dom. Sacram. c. 4. sub finem, expendens confessionem diuinitatis Christi à S. Petro prolata, notat, S. Petrum aliis Apostolis fallacia de Christo iudicia profertentibus tacuisse, nec nisi cum fides enuncianda fuit, Verbum prompsisse. Sic enim inducit eum loquentem, *Mentem est fidem loqui*. Rationes in hanc rem accumulat Canus 6. de locis c. 7. Sed illa est firmissima, quæ petitur ex illo Christi ad Petrum oraculo, *Quæni pro te, vt non deficiat fides tua*. Quod superius ex mente Patrum, ad Beati Petri Successores extendimus, nihilque frequentius quam vt Pontifices cum auctoritatem Magisterij sui in doctrina fidei tradenda stabiliunt, ad huius loci Euangelici præsidium confugiant. Videndus nominatim Felix I. Epistola ad Benignum. Sanctus Leo serm. 3. de sua Assumptione, & insigniter serm. 22. de Natali SS. Apostolorum Petri & Pauli, Agatho Epist. ad Constantinum Imperatorem inserta 8. Synodo Actio. 4. Nicol. I. Epist. ad Michaëlem, Leo IX. Epist. ad Petrum Antiochenum, Innocent. III. Epistola ad Episcopum Arelatensem, & passim Patres ad caput vigesimum secundum. Lucæ, vnde hoc Christi oraculum ad Petrum, est depreumptum.

Oravit ergo Christus pro indefectibili magisterio doctrinæ fidei per Petrum eiusque successores tradendæ. Certa verò tot sæculorum experientia, confirmauit, Christum esse exauditum, cum iam per tot sæcula quibus res Christiana itat, ad Romanam sedem nunquam potuerit accessum habere perfidia, vt loquitur sanctus Cyprianus Epistola quinquagesima quinta numero nonagesimo primo,

(vbi Pamelius,) sinceræ semper ac incorruptæ Romanorum Pontificum doctrinæ testimonia addens. Sed illud illustre, quod perhibuit Lucius I. ad quem sanctus Cyprianus aliquando scripsit. [Hæc sancta, (inquit, agens cum Gallia ac Hispania Episcopis,) & Apostolica, mater omnium Ecclesiarum Christi, Ecclesia, quæ per Dei omnipotentis gratiam, à tramite Apostolicæ traditionis nunquam errasse probatur, nec hæreticis nouitatibus deprauanda succubuit; sed vt in exordio normam fidei Apostolicæ percepit ab auctoribus suis, Apostolorum Christi principibus, illibata sine tenus manet, secundum ipsius Domini Saluatoris diuinam sollicitationem, qui Discipulorum suorum Principi, in suis factus est Euangelis: *Petre (inquiens,) ecce Satanus expetuit, vt cribraret vos, sicut qui cribrat triticum. Ego autem pro te rogam, vt non deficiat fides tua; & in aliquando conuersu, confirma fratres tuos.*]

Itaque Romanus Pontifex, potitur priuilegio infallibilitatis in doctrina de rebus fidei: quod intelligo de Pontifice, prout agit Pastorem vniuersalem, & obit munus capitis Ecclesie, docens ex cathedra. Hoc autem facere censetur, cum proponit aliquid tanquam ex fide credendum, vel honestè faciendum, ab omnibus Christianis, volens ad id credendum astringere vniuersam Ecclesiam, vt rectè exponit Valentia 2. 2. disp. 1. quæst. 1. p. 7. §. 40.

Vnde intelligitur, quædam nonnullorum Pontificum pronuntiata priuatim data, non manasse ab eis ex cathedra, & posse repudiari. Verbi gratia Nicolaus I. ex priuato sensu, non vt Ecclesie totius Magister, dixit baptismum collatum in solo nomine Iesu, validum esse; etiam si non exprimentur omnes personæ SS. Trinitatis: quod tamen probatior sententia affirmat esse necessarium ad baptismi valorem. Nam quod aliqui in nomine Domini Iesu baptizati leguntur, sensus est, baptizatos fuisse iuxta Christi institutionem, vt bene exponit Eulogius apud Phorium Cod. 280. & Ferrandus sub finem Epistolæ primæ ad Anatolium, nec non Facundus libro primo capite tertio. Similiter Stephanus Secundus in quibusdam responsis datis Carisiaci numero vndecimo, ait de presbytero qui in vino baptizaret defectu aquæ, [nulla ei adscribatur culpa. Infantes sic permancant in ipso baptismo.] Quæ videntur ferre, materiam baptismi posse esse vinum, contra exploratam Concilij Tridentini definitionem. Sed est, (vt dixi) responsum priuatum quoad materiam, sicut responsum Nicolai. Primi quoad formam. Quamquam nihil est necesse, admodum laborare, pro responso quod non est euidentis à Pontifice manasse, vel quod absque truncatione referri, non est exploratum. Eius quippè responsi fides, vnus duntaxat Codicis Manuscripti è monasterio quodam Gallicano, assertionem nititur. Et mirandum est, eius qui illud exscripsit & Concilij Gallicanis inseruit, tantam fuisse securitatem, vt quasi in solo bene firmo incederet, & ne notula quidem firmandæ veritati Catholicæ adhibita, transgrediretur. Vt vt sit, hoc responsum si verè demus esse Stephani II. & sincerè referri, non fuit prolatum ex cathedra, ideoque potuit in illud irrepere falsitas.

Ridiculus

Non minus anceps videri potest causa Urbani V. Eum enim diras infipientem Bernabouii Vicecomiti, præter cætera, vinculum matrimonij eius cum vxore edicto publico dissoluit, testatur Matthæus Villanius l. 1. histor. c. 41. At certum est, vinculum matrimonij consummati, (quale erat matrimonium Bernabouii,) non posse ab Ecclesia dissolui. Exploduntur enim pauci quidam Iurisperiti, à quibus id Pontificiæ dispensationi conceditur, vt refert Couar. in 4. Decreta. 2. p. c. 7. §. 4. n. 15. Sed Christi oraculum Matth. 19. Marc. 10. Lucæ 16. & Apostoli Rom. 7. est manifestè in contrarium, & omnimodam matrimonij consummati indissolubilitatem, iure diuino positio facit indubitata. Accedit definitio Concil. Trid. sess. 24. can. 7. de Matrim. Et communis Patrum consensus apud Bellarmin. de Matrim. c. 16. nec non apud Coccium Tom. 2. l. 9. art. 3. Quomodo ergo Urbanus, matrimonium Bernabouii quantumvis noxi, dissoluit quoad vinculum iam contractum, & consummatione firmatum? Hoc addo, quia si ageretur tantum de matrimonio rato, vacaret errore in fide, ea dissolutio vinculi. Est enim probabilissima sententia, quemadmodum matrimonium duntaxat ratum professio ne Religiosa dissoluitur, vt sancit Tridentinum sess. 24. can. 6. de Matrim. docentque Bellarmin. lib. de Monach. cap. 38. Sanches lib. 2. de Matrim. disp. 18. n. 3. & disp. 19. num. item 3. & Suares Tract. 7. de relig. lib. 9. cap. 23. num. 2. Ita matrimonium duntaxat ratum, Pontificia dispensatione posse dissolui, vt latè confirmant Sanches l. 2. de Matrim. disp. 14. num. 2. Lessius l. de Iust. cap. 40. num. 146. Suares tract. illo 7. lib. 6. cap. 17. num. 21. Rebellus 2. part. lib. 2. quæst. 15. sess. 3. Aegid. 3. part. disp. 26. dub. 3. Et esse sententiam omnino probabilem, ac in praxi ratam, asserit Valent. 3. part. disp. 10. q. 1. part. 7. Si ergo ageretur tantum de matrimonio Bernabouii non nisi rato, res vacaret difficultate. Similitérque non esset aded impedita difficultas, si ageretur tantum de dissociatione coniugis à viro quoad thorum. Quamquam enim lex humana, non solet eò pertingere, nec censetur vxor adigi separare se à cubili mariti excommunicatione percussis; tamen in extraordinaro euentu qualem inducebat enormitas scelerum Bernabouii, nihil verat dicere, Ecclesiam de potentia quasi absoluta, posse id in poenam sancire. At hæc agitur de vinculi disruptione, non de abiunctione vxoris à solo mariti thoro. Tandem res vacaret difficultate, si Urbanus duntaxat edixisset, Matrimonium Bernabouii contrahendum non valere. Nam etiam Gregorius XI. (vt scribit Bernardus Guidonis si ipse autor libri de vita Pontificum qui in Gallia sederunt,) irrita decreuit matrimonia Vicecomitum, cum quibusvis Principibus, vnde roborari possent. Et videmus, Ecclesiam multa impedimenta coniugium dirimentia induxisse, quibus appositis, matrimonium cum tali aliquo impedimento celebratum, est planè nullum.

Difficile est hanc difficultatem expedire non specto Urbani diplomate. Cateri enim, præter Villarium, recensentes iram Urbani in Bernabouem, silent de hac disruptione vinculi matrimonij, quam tamen ante omnia memoratam oportuerat, cum sit poena grauissima & admodum insolita. Videtis autem vitam Urbani in Opere de Pontificibus qui in Gallia sederunt, & Bzo-

Theophilus Raynandi Pontificia.

uium anno vltimo Innocenti VII. Posito autem SYNODUS. II. Pontifex, quod verè Urbanus dixerit, se dirumpere vinculum coniugij inter Bernabouem hæreticum, & vxorem eius; dicendum videtur alterum è fallibilis. Doctores in- & fallibilis. duobus. Primum est, Bernabouem iam cum matrimonio contraxit, fuisse hæreticum, idque perspectum fuisse Pontifici. Eo autem tempore, hæresim fuisse impedimentum dirimens matrimonium subsequens. In variis quippè temporibus, varius fuit vsus circa illud impedimentum, vt latè præter cæteros profecit Basilius Pontifex in Appendice ad opus de Matrimonio: vel saltem potuit Urbanus existimare leges impedimentum illud statuentes adhuc tunc viguisse. Quidni enim hoc potuerit Urbanus existimare, cum nunc quoque hæresim esse impedimentum præcludens matrimonium cum persona Catholica censuerit Simancas in Cathol. Instit. tit. 40. à num. 17. Et quamuis contrarium pro presenti tempore est certum, vt latè tradit Sanches lib. 7. de Matrim. disp. 71. & Serarius iusto Opucul. tamen alias rem aliter se habuisse, est extra controuersiam: & potuit res ita se habere vel censi sic se habere, tempore Urbani: qui proinde iuxta eam suppositionem, dicitur dissoluisse vinculum matrimonij, quatenus declarauit nõ fuisse contractum; sicut sæpè dicimus dissolutum esse matrimonium per sententiam, ob comprobatam impotentiam: non quod verè dissolutum sit coniugium ritè vinculum, sed quod declaratur cum tali impedimento nullum intercessisse vinculum, atque aded matrimonium esse ac semper fuisse nullum. Alterum quod dici potest circa difficultatem in qua versamur, est, errasse Urbanum in facto, vt vidimus contigisse Nicol. I. & fortassis Stephano II. Neque enim nouum videri debet, Pontifices errare in facto. Error tamen Urbani (si reuera interuenit,) non fuit nisi error facti. Nam non asseruit tanquam dogma vniuersaliter in Ecclesia tenendum, quod matrimonia consummata, sint per Pontificem solubilia, qui esset error iuris, quem Pontifex docere ex cathedra non potest; sed tantum in hoc singulari euentu ex flagranti in scelestum hominem zelo, ita edixit errante clauæ; absque tamen vniuersali falsi dogmatis assertionem, quam diuina prouidentia omnino auertisset, si Pontifex vniuersam Ecclesiam docere intendisset, alioqui regula viua fidei Catholicæ, esset fallibilis, & obnoxia errori, omnemque in fide vacillaremus.

Quare intolerabiliter Castro lib. 1. contra hæreses cap. 4. dixit, Pontificem, etiam quatenus Pontificem, atque aded prout ex cathedra loquentem, errare posse, & re ipsa aliquando errasse. Hoc nego ferri posse. Quæ enim erit anchora fidei nostræ, si Pontifex prout ex cathedra docens, errare possit? Habet hæc profectò locum, ratiocinatio Gelasij primi Epist. 8. quæ est ad Anastasium Imperatorem. Hoc est (inquit,) quod sedes Apostolica magnopere cauet, vt quia mundo radix est, Apostoli gloriosa confessio nulla rima prauitatis, nulla prorsus contagione maculetur. Nam si (quod Deus auertat, ac fieri non posse confidimus,) tale aliquid proueniret, vnde cuiquam resistere auderemus errori? Vel vnde correctionem errantibus posceremus? Quod si Mosaius Pontifex in lege Veteri potius est, infallibilitate in docendo ex Moyse cathedra, vt ex communi sententia

T 2

tradit

SYBNOT. II. tradit Beccanus cap. 11. Analog. quanto iustius erit idem admittere de capite Christianæ Ecclesiæ, docente ex Cathedra sancti Petri: Et quamvis placeret concedere quod aliqui contendunt, Cæpham Pontificem, Christum damnando, falsum aliquid docuisse; (quod tamen non recte contendunt, cum Spiritus Sanctus prouiderit ut impius Pontifex damnando prophetaret, & verbis vteretur optimi sensus diuinæque veritatis capacibus;) nihilominus longè disparatè esse debere rationem cathedræ Petri, & cathedræ Mosis sub horam mortis Christi, rectè notauit Hefselius lib. de Cathedræ Petri firmitate cap. 7.

Pontificis itaque ex Cathedra docentis infallibilitas, rata esto. Non oportet porro esse sollicitum, an adhiberit diligentiam debitam, & contulerit rem cum peritis, ut optimè admonuit Cuneus Petri lib. de firmitate cathedræ Petri, *sub finem*. Nam eo ipso quod Deus permittit doctrinam proponi cum auctoritate, supponendum est eam ritè esse discussam à proponente; qui si pro negotij qualitate non adhibeat peritos, peccare poterit; doctrina tamen non erit minus certa, ob assistentiam Spiritus Sancti promissam huic Doctori, etiam si soli, ut bene attrigit Bernardus in Apologetico pro decretis Romanæ Synodi sub Gregorio VII. c. 23. Non nego tamen quin Pontifex priuatim spectatus, errare possit circa res fidei; non modò ex ignorantia, quod vnum concedunt Albertus Pighius lib. 4. hierat. Eccl. cap. 8. Bellarm. lib. 4. de Pontif. cap. 6. Suarez tract. 1. de fide disp. 10. sect. 6. num. 1. sed etiam (quod illi dissentunt) errando cum contumacia; ita ut possit Pontifex priuatim esse hæreticus, etiam exterius; quod rectè admittunt Caietanum tom. 1. Opusc. tract. 2. part. 2. cap. 13. Duuallius Tract. de Pontif. disp. 2. quæst. 1. & Torres tom. 1. in 2. 2. disp. 16. dub. 1. Nec est certè vlla Christi promissio, de ea Pontificis prout hominis priuati indefectibilitate in fide. Idque voluit Ebertus sem. 10. aduersus Catharos, cum pro indefectibilitate Romanæ sedis quoad fidem, acriter pugnans, addit; si aliquis Romanorum Pontificum in fide errauit, (nempe priuatim etiam si exterius,) illico vel à Deo obtritum esse morte præpropere, quod ait Leoni Papæ tempore Artianorum accidisse, ut habent acta S. Hilarij; vel ab Ecclesia gradu motum, & in ordinem redactum esse; quod ait accidisse cuidam alteri, quem non nominat: nec reuera nominari potest, quia nullus est.

Quæ enim Dei benignitas fuit, nullus vnquam Pontifex verus & indubitatus, errauit circa fidem, etiam ut priuata persona. Hoc volebat Theodoretus Epistola ad Renatum Presbyterum, dicens. [Tenet sancta ista sedes, gubernacula regendarum cuncti orbis Ecclesiarum; cum propter alia, cum quia semper hæretici factoris expertis mansit; *Nec vllus vnquam qui contrarium sentiet, in ea sedet.* Quin potius Apostolicam gratiam, petram custodit.] Idem de consecratis Theodoretum Romanis Pontificibus, licet asserere. Nullus quippè eorum, etiam ut priuata persona, errauit in fide.

Non enim Liberius pro quo apud Ebertum, Leo habetur. Is quidem à plerisque in simulatus erroris est. Sed purgant eum Baronius anno 357. & 367. ac Sanderus lib. 7. visibil. Monar. à n. 121.

& Coccius tom. 1. lib. 7. art. 11. Non Felix, quem item purgat Baronius anno illo 357. & Coccius ibidem art. 12. Non Anastasius II. quem Gratianus dist. 19. cap. penult. est criminatus. Purgat autem eum accuratè Pighius lib. 4. hier. cap. 8. & Couarruius 4. varar. cap. 13. Non Agapetus, quem Iustinianus inculauit hæreticos teste autore Appendicis ad Marcellinum; qui autor integritatem fidei Agapeti celebrat ad obitum vsque. At verò Iustinianum primò Eutychnium post diuturnas altercationes rectè sententia esse imbutum ab Agapeto, testes sunt Paulus Diaconus in Iustiniano, & in Agapeto Anastasius. Ridiculè verò Magistrum fidei Agapetum circa fidem criminatus est Iustinianus homo circa fidem toties naufragans, & denique hæresi Apharhodocitarum immortuus; redargutus eam ob rem ab Eutychnio Constantinopolitano idcirco in exilium pulso, & edicto conscripto pro dicta hæresi stabilienda fatis perfunctus, ut scribunt Iustiniani æquales Victor Tunnenfis in Chronico, Euagrius lib. 4. Eulathius in vita S. Eutychnij, prætereaque Theophanes Cedrenus, Nicephorus, Zonaras. Non Honorius I. cui hæresim impingit Canus 6. de locis cap. vltimo, *sub finem*; ac Franciscus Turrianus Opusculo de sexta Synodo, & Hieron. à Rua controu. 3. Schol. initio. & omnium plenissimè ac obfirmatissimè F. Franciscus Combefisus, iusto Opere quod inscripsit, *Historia hæresis Monothelitarum, ac seorsim in eos Synodi, Actorumque eim Vindicia*; Vbi falsationes Græcicas Actorum Sextæ Synodi ad iniquationem Honorij, contendit esse Sycophantias, & cauillationes criminatarum; necesse ambigendum, quin Honorius damnatus sit, & fuerit Hæreticus. Purgant verò eum, Ioannes Papa apud Anastasium initio Collectaneorum, S. Maximus in disp. contra Pyrrhum, Bellarminus 4. de Pontif. cap. 11. Baronius anno 633. & 681. Andreas Schortus ad Cod. 19. Photij, Coccius tom. 1. libro 7. art. 13. Duuallius Tract. de Pontif. part. 2. quæst. 4.

Non Ioan. XXII. malignè à Caluino allatratus, què bene purgat Sanderus 1. 7. visibil. Monar. à num. 1006. (& miror Didacum Stellam in cap. 12. Luca, ad illud, *Roganti pro te Petre*, portentosos errores Ioan. XXI. adscribere, ex cœnois Calami vel Ochami scribibus haustos; perinde ac si aperte fuissent sensa sapientissimi illius Pontificis. An homo Ordinis Minorum, remissum Ioannis erga Minores affectum, in mente habuit?) Non Bonifacius VIII. ut iactarunt eius hostes, decepti imposturis cuiusdam Petri Floræ, qui ei falsas Epistolas supposuit, magis intentus ad fauendum commodis suis, quam ad seruicium veritati, ut Henricus Spondanus annotauit, agens de eius diabolico studio, ut in simili loquitur sanctus Bernardus Epistola 282.

Non S. Zacharias Papa, cui Auentinus lib. 3. Annal. Boior. & Reinerius Reineccius in Methodo historica, circa annum 745. tribuunt quod damnauerit erroris contra fidem, sententiam Virgilij Presbyteri admittentis dari Antipodas. Quam damnationem certum est fovere errore explorato, non modò contra Historicam veritatem, quia exploratissimum est dari Antipodas, sed etiam contra fidem. Nam damnare erroris contra

contra fidem, quod est verò, & velle haberi hæreticum quod est verissimum, ad fidei violationem pertinet. Falsò tamen Nouatores prædicti, impingunt S. Zachariæ, errorem propositum. Nam error cuius Virgilius insinulatus est apud Zachariam à S. Bonifacio, non erat situs in assertionem Antipodum: sed in eo situs erat, quod diceretur Virgilius affirmare, dari alium mundum præter istum in quo versamur, atque ad eum alium Solem & Lunam, & alios homines, originem aliundè sortitos, quam huius mundi homines ab Adamo deriuati: Iussit ergo his auditis Zacharias Papa acciri Concilium; & inquiri diligenter, verène Virgilius tale quid effuturisset. Quod si comperiretur sic sensisse, pelleretur ab Ecclesia, tanquam falsitatum erronearum propola. Ita habetur ex Zachariæ Pontificis ad sanctum Bonifacium litteris quarum exordium est, *farris limbum*. Scripsit in eam rem Zacharias ad Vitlonem Baioariæ Principem, & ipsam Virgilium Romanum euocauit. Quem tantum abest ut damnauerit auditum, ut Salisburgensis Episcopatu auctum, in sua communionem semper habuerit, & Deus illum miraculis non paucis honestauit, ut videre est in eius Actis, quæ Henricus Canisius Tomo VI. antiq. Lectio. repræsentauit. Itaque Zacharias non errauit in fide occasione Virgilij, de qua eius indemnitate ab errore, pluribus Baronius anno Christi 748. Non denique vlli alij Pontifices, senserunt & multè minus docuerunt aliquid contra fidem, in quam rem plenè Bellarminus lib. 4. de Pontif. à cap. 8. ad 14. & Azor tom. 2. lib. 5. cap. 4. quæst. 3. ac Franciscus Agricola de primatu Petri cap. 21.

Et hanc ob causam, vsu receptum non fuisse, ut Romæ sub sacrum post Euangelium, cantaretur Symbolum, contra quam alibi iam olim factum, scribit Berno Augiensis lib. de rebus ad Missam spectantibus cap. 2. Hanc enim causam omitti sub sacrum Symboli fidei, à Romanis Presbyteris, interroganti S. Henrico primo Imperatori redditam esse, testatur qui aderat Berno; addens tamen, Imperatorem Benedicto VIII. tunc Pontifici, persuasisse, ut morem vbius alibi vigentem, tandem post mille annos, (agebatur enim annus Christi 1014.) in Romanam Ecclesiam induceret: Consilium ex optima mente profectum. Tamen ea patens & expressa contestatio inconcussa omnium retro Pontificum fidei, si retenta fuisset: apostiffimè quoque signasset posteris, Pontificum ad finem vsque mundi sufficendorum intemeratam semper fidem. Porro Bernonis locum in rem præsentem sanè apostiffimum, suggestit D. GASPARD DE MANTY; vir (quod Marcellinus de Ambrosio dixit,) virutum omnium, & antiquorum planè morum; in quo gemma literaturæ polioris cum sacra tum humana; aurum gentiliæ nobilitatis venustissimè inoculat. Cum igitur de nunquam infuscata Romanorum Pontificum fide sermo cum eo incidisset, prolaro ex Bernone veteri illo ritu, eam illustrauit. Et hanc ob causam, Romanos Pontifices vfos semper esse dignissimos, quibus alia Ecclesiæ adhererent, notauit Vvalafridus Strabo l. de rebus Ecclesiast. cap. 22.

Longè verò aliter accidit, quoad innumerorum quatuordecim sedium Antistites, etiam

Patriarchas. Nam plerique Patriarchatum, aut Sybnot. II. etiam hæresiarchæ fuerunt. Inter Constantinopolitanos, Macedonius, Acacius, Sergius, Pyrrhus, Paulus, Petrus, Anastasius, notati sunt hæreticos; ut mirum non sit, si Ecclesia illa tot hæresibus fermentata; de fermento immolans, pro fermento tam acriter ceteret, ut monuit Rupertus lib. 2. de offic. cap. 22. E contrario sedes Romana, quia semper pura, semper à fermento hæretico abiuncta, sacrificat in azymis sinceritatis & veritatis. Accuratè errores & nequitas variorum Præfulum Constantinopolitanorum prosequitur sanctus Leo IX. Epist. 7. quæ ad est Michaëlem & Leonem. Nec hæreticos tantum, sed etiam hæresiarchas sedisse Constantinopoli, notat S. Gregorius lib. 4. indict. 13. Epist. 32. Similiter Ioan. Octauus Epist. 75. [Credimus, quod iam, vos non lateat, nunquam Apostolicam B. Petri sedem, ab aliis sedibus reprehensam, cum ipsa alias omnes, & præcipuè Constantinopolitanam, sæpissimè reprehendens, aut ab errore liberauerit; aut certè in iis qui respicere noluerunt, sententiæ suæ iudicio condemnauerit.] Et inde orta Ecclesiæ Constantinopolitana frequens quoad fidem deformatio, qualem Nazianzenus Carm. de ira sua num. 37. componens veterem & nouam Romanam, deplorabat in sua quondam Ecclesia Constantinopolitana collaudans integritatem & arcem fidei in Romana.

*Harum verò fides, ista quidem iam pridem,*

*Et nunc adhuc prospero cursu progreditur, Occidentem*

*Totum astringens salutari doctrina,*

*Uti par est eam facere quæ vniuersis præfides,*

*Totam colentem Dei concordiam.*

*At illa recto quidem pede incedebat antea, nunc verò non item:*

*Hanc dico, quæ mea quondam erat, nunc non est mea.*

Oblationem istam fidei in Ecclesia Constantinopolitana à Præfulibus præsertim esse deriuatam, in confesso est. Inter Præfules Alexandrinos, notati sunt hæreticos, Gregorius, Georgius, Lucius, omnes Ariani; item Dioscorus, Timotheus Ælurus, Petrus Mogus. Inter Antiochenos, hæretici fuerunt, Paulus Samosatenus, Eulalius, Euzoius, Ioannes, Domnus, Petrus Cnaphæus, Macarius. Inter Hierosolymitanos, forduerunt hæresibus, Ioannes Origenista, Salustius, Arsenius, Heraclius, Hilarius; ut liceat profectò his perspectis, gratulari Romanæ Ecclesiæ, suorum Pontificum in fide constantiam, adhibitis verbis Hieronymi Epist. 58. alloquentis Damasum Papam. [Profligato à sobole mala, patrimonio; apud vos solos incorrupta patrum seruat hæreditas. Ibi cespitè terra fructu cundo, Dominici seminis puritatem centeno fructu refert: hic obruta sulcis frumenta, in lolium, aenafque degenerant. Nunc in Occidente sol iustitiæ oritur, in Oriente autem Lucifer ille, qui ceciderat, supra sydera posuit thronum suum. Vos estis lux mundi, vos sal terræ, vos aurea vasa & argentea, hic testacea vasa, vel lignea, virgam ferream, & æternum operiuntur incendium.] Non plura de Pontificis infallibilitate in tradenda fidei Doctrina, & Sanctorum morum.

Svbnor. II.  
Pontifex,  
Doct̄or in-  
fallibilis.

Quoad cætera, cum res duntaxat facti agitur, posse Pontifici obrepere fallitatem, quippe homini, notius est, quam ut moneri oporteat. Et facillimum id esse, ob innumeras quibus distrahitur curas, scitè docet Petrus Cellensis lib. 8. Epist. 16.

Ridiculus verò supra modum fuisse videri debet Dominicus Grauius, cum aliis quam Pontifici infallibilitatem vindicans, Tomo 4. Præscriptionum controu. s. art. 5. dub. 2. dixit, *Romanas quasunque congregationes sacras, pura de ritibus, de Regularibus, de Indice, de S. Officio, errare non posse, etiam in questionibus de facto: neque posse decipi per subreptionem vel fraudem informantium: neque etiam inaudita parte iudicium illarum esse fallibile ac errori obnoxium, & quendam aliter decernentem, facit suspectum de fide.* Hæc legens, vix credo meis oculis. Nec satis mirari possum, fuisse hominem, cui præ adulandi studio, & cupiditate placendi, eaque ratione gradum sibi ad sortem vltiorem faciendi, venire potuerit in mentem, tam vana, tam laudicra chartis committere, & prorito planè pudore vulgare. Rectè sanè Antonius Saura tract. *De primis instantiis & aliis recursibus*, pag. 56. dixit, nullum à condita Ecclesia, dixisse de Pontifice, quod putidus hic palpo, de Romanis Congregationibus effutiuit. Hactenus enim nemo negauerat, posse Pontifici in facto obrepere fallitatem, quod hic grauis assentator, de ipsis Congregationibus affirmavit. At quoties deprehentum est contrarium. Etiam ipsi Pontifices, ingenuè plerumque agnouerunt, impositum sibi esse in facto, & malè per subreptionem constituta resciderunt. Vnde ergo prodit hic buccinator infallibilitatis Congregationum, etiam in facto? At committitur eis à Pontifice autoritas qua potiuntur. Fateor. Sed non potest Pontifex dans suis ministris iudicandi autoritatem, dare simul illis ut non sint homines erroribus obnoxii & capaces decipi ac implanari. Non est item Deus ut possit suis ministris dare infallibilem autoritatem. Sicut nemine dissentiente, cum aliqui à latere Pontificis mittuntur legati ad Concilium, non potest Pontifex illis delegare autoritatem infallibiliter per seipfos iudicandi de rebus fidei. Et cum aliquem deligit sibi Vicarium, non potest illi conferre autoritatem docendi fidei dogmata absque errore, etiam si assumat illum in partem sollicitudinis atque curarum administrationis. Id quod intelligēs Godefridus Viterbiensis in Chronico variegato sic cecinit, versu impolito, sed sensus optimi referro;

*Linus erat viuento Petro, viuento Nerone:*

*Namque vices eius gessit, Tuscius regione, &c.*

*Et Clerus viuento Petro, Lino sociatur;*

*Qui simul exterius curabant Pontificatum.*

*Sed dabat interius dogmata sola Petrus,*

*Tradita non erat his, Papalis plena potestas.*

*Non ligat aut soluit Linus Cletisque; sed extant*

*Sub vice Pontificis pondera ferre Petri.*

Extra dubium ergo statuitur, solum Pontifi-

cem esse Doctorem infallibilem, loquendo ex cathedra, & tradendo doctrinam fidei & sanctorum morum. Et nihilominus in aliis iudiciis posse eidem obrepere errorem in facto, cum sic homo & humanum nihil abs se alienum putare debeat, ut rectè præmittebam. Quod validè confirmabitur, ex dicendis veritate sequenti, de iis circa quæ Pontifex potitur priuilegio iudicandi infallibiliter, inter que non numerantur quæstiones facti, non nexæ necessariè cum quæstione iuris: circa quæstiones enim facti posse Pontifici obrepere errorem & posse ei locum esse penitentia, siue retractationi quam aliqui Pontifices cognouit errore, non sunt designati, notati in Opere de Honore Rom. *Judicis*, quam lucubrationè, ut retuli in Syntagmate *de Libris proprijs*, num. sexagesimo septimo, quidam filius cuiusdam, inter scriptiones reprobas referendam pronunciauit: ea de causa præferim, quod Autor admittat, Pontificem si in facto errauerit (ut aliquando illi contingit quia homo est, & olim contigisse, retractationes quas aliqui Pontifices non sunt designati vbi errorem suum anteriorem deprehenderunt), faciant, testatissimum. Hoc ille Censor parum attentus negauit esse ferendum, & M. S. Codicem quo id affirmabatur, addidit Libitina, ac suppressione multauit. Nam quod præterea addidit, allegari in ea lucubratione, detretum S. Officij nuspam extans, contra Calumniatores Missorum Euangelicorum quasi celantium Ethnicos, Crucem Christi, hoc ipse Censor, nactus sua perspicillia, falsè à se obiectum perspexit: æquè ac quod ex Catharino ibidem referitur, de fœdis natalibus obfirmationis contra nitorem plenum Conceptionis B. Virginis, *propter honorem ordinis*. Id enim tenere fœdum esse, nemo diffitetur, cui alij sunt quam lamia oculi. Tota ergo moles eriminationis, sita fuit, in detractione præterita, honoris Pontificum, admittendo, eos posse in facto errare, exposito quod eis error obrepserit, debere antè iudicium rescindere, si possint; ut aliqui prelucentes humilitatis exemplo præstiterunt. At hoc improbare, & scriptum quo sic asseratur, reprobum dicere, & presulum, ac si vulgetur veritæ lectionis esse velle, pecunium est, & ignorantissimè dictum, at res ipsa non raro per se locuta est, nec vllus Doctorum refragatur. Proh rei literariæ, & literatorum miseriam, ac infelicem sortem! cum nanciscuntur tales Librorum Censores.

#### VERITAS VIII.

*Romanus Pontifex, est supremus Legislato-  
in tota Ecclesia, & Iudex incorrupti-  
bilis, ac infallibilis regula viuæ, vnica,  
in rebus fidei; & Sanctorum morum.*

Ita habetur ex titulo *supremi capituli*. Sed attingamus distinctè singula. Potestatem Leges sacras vniuersales ferendi, inesse Pontifici eo ipso quod est caput Ecclesiæ, perspicuum est. Nam capitis est, omnibus membris præesse, eaque regere & gubernare. Idem liquet ex titulo *Principis Ecclesiæ*, quo Pontificem honestatum vidimus. At principis & Monarchæ nota prima-

Svbnor. II.  
Pontifex,  
Doct̄or in-  
fallibilis.

ria, ac veluti characteristicæ, est leges præscribere. Benè hanc veritatem, & Scripturarum auctoritate, & rationum momentis, firmat Belarminus lib. 4. de Pontif. à c. 16. & Sures l. 3. de legib. c. 1. & 3. ac l. 4. cap. 3. & 4. nec non Castellinus Tract. de electione Canonica præludio 1. 2. & 3. Suffragatur praxis perpetua seculorum omnium Christianorum, ex qua hanc Pontificiam potestatem latè stabilit Michael Rousselus l. 1. histor. iurisdic. Pontif. cap. 3. obseruans, Pontifices Romanos varias leges vniuersales, in longinquas quoque regiones, iam olim tulisse. V. G. Euaristus mandata dedit ad Episcopos Africæ & Aegypti, de nuptiarum validitate & restitutione Episcoporum, qui absque iudiciali forma decesserant. Alexander I. legem tulit ad omnes Episcopos, de Sacerdotum accusationibus & querelis. Sixtus I. rescripsit de contractu sacrorum valorum per solos sacros homines. Telesphorus scripsit ad vniuersos fideles, de Ieiunio v. i. hebdomadarum ante pascha; deque hymno Angelico, adiungendo sacre liturgiæ. Anicetus præcepta transmisit ad Episcopos Galliæ, de habitu, & tonsura, ac corona Clericorum, deque Episcoporum ordinationibus, & varijs gradibus; puta Primatis, Metropolitanis, & Episcopis. Victor, de Paschate, duntaxat dominica die celebrando mandata dedit ad Asianos. Ac ne immensus frustra sum in hoc puncto, ex Codice Canonum Ecclesiæ Romanæ, & ex Anastasio in vitis Pontificum, sed maxime ex literis SS. Leonis & Gregorij Primi, ac Septimi, nec non Nicolai Primi, ac Innocentij Tertij, variorumque aliorum Pontificum regeſtis, liquidè constare potest, de praxi legislatiua potestatis vniuersalis Romanorum Pontificum, ab initio Christianæ religionis, ad nostra vsque tempora.

Frustra autem monerem, hanc potestatem legislatiuam, habere suos denique fines. Dixit quidem Potho Prumienſis lib. 3. de domo Dei sub finem Christum omne iudicium Petro & successoribus eius dedisse, Eodem proportione modo quo Pater omne iudicium dedit filio. At tamè hæc proportio nõ nisi diminutiua est accipienda, cum Christo data sit absque vlla prorsus restrictione, Pontifici autem intra debitos quos Ioannes Sarisber. Epistola 192. his verbis expressit. [ Os meum in Cœlum ponere non præsumo. Fateor verum esse, omnia Romano licere Pontifici, sed ea duntaxat, quæ de iure diuino ei iura noua condere, vetera abrogare, dum tamen illa quæ à Dei verbo in Euangelio, vel lege perpetuam causam habent, mutare non possit. ] Extendi etiam hanc potestatem ad dispensandum in constitutionibus Apostolorum, easque mutatis circumstantijs si res ferat, abrogandas, latè prosequitur Michael Medina lib. 5. de Continentia à c. 102. Sicut autem non est laicæ cuiuscunque potestatis, Ecclesiæ præesse, ita nec vllius quantumcunque eminentis Principis est, leges præscribere Dei Ecclesiæ sed solius Pontificis, vel eorum quibuscum ipse potestatem ad id suam communicauerit. Itaque Leonius Episcopus Tripolitanus, quem ab exacta Canonum obseruatione, *Regulam Ecclesiæ* dictum ferunt, merito celebratur, quod cum Imperator, in conuentu Episcoporum, de

rebus Ecclesiasticis tractaret, & promulgaret constitutiones, omnibus applaudentibus, ipse solus obfirmatè tacuerit; sciscitante autem Imperatore, quorsum omnibus loquentibus solus taceret, respondit; hætere se stupore defixum, & cogitandum demirati, quod tantum ei à proprijs negotijs superesseret otij, ut aliena curaret. Diuinè planè id tradunt Amilianus & Theodorus Studita in actis S. Nicetæ apud Sarrum 3. April. agentes cum Leone Armenio. Iustinianus hoc nomine malè audiuit, & à Facundo Hermianensi liberè correptus est, ut supra annotaui Verit. 5. Quanquam non desunt qui ei patrocinentur, contententes voluntate & rogatu Constantinopolitani Patriarchæ, latas Imperatoris nomine leges, ut essent firmiores, & certius seruarentur. Sicut Damasum Papam egisse per Valentinianum, ut lex aduersus Clericos & Monachos, muliebri infirmitati insidiantes quoad bona & facultates, ferretur, & in Ecclesia ipsa promulgaretur, alibi obseruatū est. Capitularia quoque Regum Francorum quibus de plerisque sacris sancitur, auctoritate Romani Pontificis esse conscripta atque firmata, notauit Benedictus Leuita collector trium postremorum librorum, eorundem Capitularium, in calce libri 7. & Lupoldus Bechemburgius l. de zel. veterum Germaniæ Principum c. 11. *in fine*; incommode tamen addens Leges laicas de rebus Ecclesiasticis, dici posse validas, nisi ab Ecclesia reprobentur: quod repudio, sistens in confirmatione Pontificia quam adhibitam præmiserat. Extra huiusmodi vel anticipatam, vel subsecutam sacre potestatis voluntatem, nefas esse potestati cuius laicæ, de rebus sacris Leges sancire, ex iacto fundamento perspicuum est.

Nec refert, quod in veteri testamento plerique Reges de diuino cultu & rebus plerisque sacris leges tulerint, ipsique etiam summis Sacerdotibus imperarint. Est enim veteris nouique Testamenti hæc in parte diuersissima ratio, ut optimè differit Petrus Ioannis Oliui quodlib. 1. q. 9. Nam exercitium veteris Sacerdotij, fuit subiectum terrenæ potestati, tanquam plerisque terrenis obseruantis implicitum. Vnde carnales diuitiæ, & coniugia, & figura vmbra tiles, paupertati ac Sanctimoniam & veritati Euangelicæ anteponebantur; contra quam fit in nouo Testamento. Nimirum iuxta Apostolum, prius quod animale, deinde quod spirituale. Vnde præter cætera, potestas terrena, (etiam prout spectans iussa de cultu diuino) supra spiritualem potestatem in ea lege eminuit, etiam si in noua lege subitus locetur. Itaque non modò Dauid qui Propheta audire posset, & ex speciali Dei reuelatione operatus, plerique de diuino cultu edixit 1. Paral. à c. 23. Sed etiam Ezechias 2. Paral. cap. 29. & 30. & Iosias c. 34. & 35. Quod ipsum de Asa, Iosaphat, & Ioas, postea legitur. Neque tamen me læret, quid alij de subiectione Regum veteris Testamenti ad summi Sacerdotis refectionem statuunt, & nominatim Philipus Abbas bonæ spei l. de contin. Clericor. c. 70.

Iam potestati iudicandi de rebus fidei, & agendi regulam viuam in religionis Christianæ negotijs, quæ est præcipua Romani Pontificis prerogatiua, euincit non modò titulus *supremi capituli*, sed



SYNONYM. II. sed etiam titulus *Iudicis vice Christi, & consilia- rii necessarij Christianorum*. Accedit praxis perpetua saeculorum omnium Christianorum, & vltus omnis nationis quae sub caelo est: de quo breuiter & bene Feuardentius ad librum 3. Sancti Irænei cap. 3. vbi vlt Sanctus habet in hanc rem eximia illa verba. [ Sed quoniam longum est, in hoc tali volumine, omnium Ecclesiarum enumerare successiones, maximæ, & antiquissimæ, & omnibus cognita, & gloriosissimis Apostolis Petro & Paulo Romæ fundatæ & constitutæ Ecclesiæ, eam quam habet ab Apostolis traditionem & annunciatam hominibus fidem, per successiones Episcoporum peruenientem vsque ad nos, indicantes, confundimus omnes eos, qui quoquo modo, vel per sui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem & malam sententiam, præter quam oportet, colligunt. Ad hanc enim Ecclesiam, propter potentioris principalem, necesse est omnem conuenire Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt vndique fideles, in qua semper ab his, qui sunt vndique, conseruata est ea quæ est ab Apostolis traditio. ]

Nihil disertius vel magnificentius proferri potuit, pro veritate propolita, cui firmandæ diligenter incubauerunt Valdensi lib. 2. doct. à c. 29. Turrecrem. lib. 2. de Eccles. ferè 1000. Cardinal. Hosius lib. de legitimo Iudice rerum Eccles. & Epist. 1. 2. 3. ac 124. Canus toto 6. libro de locis. Driedo lib. 4. de variis dogmat. cap. 4. part. 2. & 3. Roffens. ad art. 25. Lutheri, Valentia lib. 7. Analysis, qui varias probationes agglomerant. Sed illa videtur efficacissima, quod cum tanta sit huius regulæ vniuersæ necessitas, vt sine ea nuturri semper essemus, circa fidei quæstiones, vt bene vrgent Serarius in Prolegom. bibl. cap. 10. quæst. 2. & Valent. 2. 2. disp. 1. quæst. 1. part. 7. §. 1. Non sit dubium, quin à Christo prouisa sit. At si excludamus Pontificem, nulli comparebit ea regula, seu iudex & arbiter infallibilis dubiorum de fide. Nam & singulares quique Episcopi, & eorum collectio absque Pontifice, non possunt eas partes obtinere, propter fallibilitatem supra demonstratam. Quod verò Hæretici, seclusa regula vniuersæ, putant se sistere posse, vel in interno afflatu vniuersi cuiusque, vel in Scriptura, vel in traditione, pinguis hallucinatio est. Neque enim ista possunt habere rationem regulæ, idoneæ ad diiudicanda dubia fidei: Non afflatus internus, quo in iudicem admissio, nullus esset litigandi finis, vt plenius vrgent Stapleto. lib. 10. de princ. cap. 4. Ayala de Tradit. 2. parte assert. 4. Suarez 1. defens. fidei cap. 10. & Becanus Opusc. de Circulo à num. 36. ad 61. Non Scriptura, quia de eius vero sensu possunt oriri dubitationes, quæ per ipsam Scripturam, quippe mutam, erunt inexpedibiles, vt latè prosequuntur Stapleton. lib. 11. de princip. Valent. 2. 2. disp. 1. quæst. 1. part. 7. à §. 4. & Becanus Tract. de fide cap. 7. à num. 8. ad 37. Et propè omnia quæ hi Doctores de Scripturis docent quoad rem præsentem, quæ valent quoad traditiones. Tantum autem abest, vt vel Scriptura vel traditio, possint habere rationem regulæ vltimæ credendi, & iudicis supremi rerum fidei, excludo Pontificem, vt potius ambas à Pontifice quoad nos firmari, & authenticas comprobati necesse sit, vt rectè euincunt Mich. Medin. lib. 7. paræ. lib. 12.

à cap. 15. ac Franciscus Corduba in Controuers. de Eccles. cap. 67. Ex quo nihil decedit summæ in suo genere auctoritati diuini verbi scripti & traditi. Neque enim idcirco, Pontifex auget vel cumulat, veritatem qua in scriptis collucet. Sicut publicus tabellio qui authenticè exhibet dicta & conuenta partium, nihil intrinsecè mutat circa dicta & conuenta quæ authenticè exhibet. Et idem est de Senatu comprobante legitimas, vt & loquuntur *Verificatio* litteras Regias. Ex iis autem exemplis, eliditur difficultas de circulo, qui videri possit interuenire, in ea propositione authentica diuini verbi scripti, & traditi, à quo Pontifex firmamenta suæ auctoritatis emendicat. Videndus Serarius cap. 7. proleg. biblicæ quæst. 10. iuncta 7. & Becanus in Appendice libelli, de circulo Caluinistico, nec non Georgius Turnebulus Tractatione de analysi fidei, & secluso ab ea circulo.

Est ergo Pontifex, iudex legitimus controuersiarum & dubiorum circa fidem, idque ab eo, absque Concilij conuocatione præstari posse, docent Suarez Tract. 1. de fide lib. 8. num. 4. & Valent. 2. 2. disp. 1. quæst. 1. part. 7. §. 40. qui rectè statuunt id esse ex fide certum. Multo verò magis statuendum est, Pontificem absque Cardinalibus posse aliquid circa fidem statuere, vt rectè affirmat Valentia ibidem §. 42. contra Castrum lib. 1. de iusta hæret. punit. cap. 4. in quarta via. Stupidè porro & calumniosè de more, Sectarij ex eo quod admittimus Pontificem esse iudicem in causis fidei, inferunt nos tribuere Pontifici, iudicium an articuli fidei sint admittendij, itemque ei tribuere potestatem condendi novos articulos. Verum hæc omnia ad calumniam pertinere, rectè statuit Bellarminus in Apologia pro iuram. fidelit. pag. mihi 269. Neque enim asserimus Catholicis, Pontificem posse aliquid statuere, quod articulos fidei iam exploratos, reddat ambiguos. Imo ipsi, sicut quilibet è plebe, citra omnem iudicium processum debet eos admittere. Itaque tantum dicimus, cum dubitatur an aliquid ad fidem pertineat, Pontificis esse iudicium suum interponere, & quid ex fide tenendum sit, pronunciare.

Similiter non asserimus, Pontificem posse novos fidei articulos condere; id est propositiones nouis immediatis reuelationibus diuinis Ecclesiæ factis, nixas, & Catholica fide credendas exhibere. Hoc nemo Catholicus commentus est: Nam fides Catholica, immediatè à Deo tradita est Prophetis, vel à Christo Sanctis Apostolis: & idcirco Ecclesia dicitur constructa supra fundamentum Apostolorum & Prophetarum: Et Dominus dicitur narraturus in scripturis principum qui in Ecclesia fuerint: id est (vt S. Hieronymus Psalm. 86. exponit) Apostolorum & Euangelistarum; id quod optimè confirmat Rupertus ad illud Apocalyp. 1. 1. *calamus similis Virgæ*. Et egregiè quoque Dungalus qui refellens Claudium Taurinensem procul ab Ecclesiasticis definitionibus ablegantem & Sanctum Petrum & Apostolos, ait è contrario eos per suam doctrinam quam vice sui reliquerunt, etiamnum definire ac iudicare in Ecclesia. [ Quid enim quisquam rector Ecclesiæ à semetipso aut perscipsum sine Euangelica, vel Apostolica canonice quæ inde emerit auctoritate, iudicare rectè poterit aut definire? ] Itaque

nemo

nemo Catholicus, tribuit Pontifici eam potestatem condendi novos fidei articulos, ex noua reuelatione sibi immediatè facta. Legatur Valdens. 1. doctin. c. 22. & 23. cui peperam Canus Soto vterque, & alius Anonymus, (omnes Ordinis Prædicatorum) hæc in parte obstreperunt; bene obstreperunt repellente Ioanne Baptista Rubeo in scholiis, Tom. 3. Valdensis ad calcem subiectis. Legantur præterea ad eandem reipsa in hoc puncto cum Valdensi mentem Castro l. 1. contra hæres. c. 8. Canus 2. de locis c. 7. & l. 4. c. 4. Molin. 1. p. q. 1. art. 2. disp. 1. Bellarm. supra, Suarez tract. 1. de fide disp. 2. l. 6. num. 16. Iustinian. disp. 1. in Paul. c. vltimo, Ludouicus Maioribus libro secundo de vero Dei cultu capite sexto to. Malder. 2. 2. q. 1. art. 6. ad finem. Becanus Tract. de fide c. 3. q. 5. num. 4. & Couarruuias lib. 4. variat. Ref. Jur. cap. 14. Asserunt ergo duntaxat Catholicis, posse Pontificem, verbum Dei scriptum aut traditum proponere authenticè; ita vt deinceps certum sit, hoc esse verbum à Deo profectum. Item asserunt, posse Pontificem de nouo tradere verum sensum Verbi Dei scripto vel traditione comprehensum, vt rectè notauit Hugo Etheria l. 3. contra Græcos, c. 16. Ad hæc agnoscunt Catholicis, posse Pontificem, è verò Dei verbo sic comprobato, erueri propositiones, quæ non quidem prout deducuntur, sive substantantes consequentiæ logicæ; sed prout explicatæ, hoc est spectatæ per seipsas, & prout immediatè substantantes diuinæ reuelationi, in eas iam cadent, abiecta negotiatione intellectus humani ratiocinatis, credantur fide diuina. Hæc dicimus posse de nouo à Pontifice statui circa fidem.

Quæ verò ne implicite quidem ac virtualiter sunt reuelata, ita vt possint certè & euidenter erui ex propositionibus immediatè reuelatis, non possunt de nouo ab Ecclesia reponi inter dogmata fidei. Vnde quod aliquis, extra eos qui in scripturis aut verbo tradito Sancti memorantur, sit caelo illatus post obitum, non potest Pontifex, tanquam ex fide certum proponere; cum assertio beatitudinis eius, pendeat ex vno syllogismo, cuius minor propositio, (nempe *iste Sanctus obiit*) solis humanis testimoniis potest esse comperta Pontifici, quod pugnat cum assensu fidei præstando ei assertioni. Et hæc est aperta sententia S. Thomæ quoadlibet 9. artic. 16. Gersonis tract. de puella equitante *sub initium*, ad finem Tomi secundi. Caietani r. 1. Opus. Tract. 15. c. 8. Isidori de Solanis l. 2. de Imper. milit. un. Eccles. tit. 6. q. 3. Cani l. 5. de locis sc. 5. Syluestri & Tabienæ V. *Canonizatio*, Suarez libro 2. defensionis fidei contra Regem Angliæ cap. 8. num. 10. & tract. 1. de fide disp. 5. sect. 8. num. 8. Turriani 2. 2. tit. 16. dub. 3. ac Malderi disp. 4. de Pontif. propos. 4. Argumentum in hanc rem non inuaidum, inde peti potest quod per multa secula, quisque Episcopus in sua diocesi honestabat Canonismo quos eohonore dignos censibat quosque Alexander III. vt habetur c. audiuius de reliq. & venerat Sanctior. reuit quemquam honestari Canonismo ab alto quam à Romano Pontifice varias ob causas quas annumerat Azor tit. 2. l. 5. c. 7. At nemo arrogauerit Episcopo potestatem aliquid definiendi certum

Theophilii Reynaudi Pontificia.

ex fide. Igitur quod alicui decernatur Canonismus non facit ex fide certum, quod talis sit celo illatus & potiarum beatitudine. Tamen si nemo sanus refragabitur, quin verè pronunciatum sit à S. Bonaventura, referente Catharino, l. 1. de certa Sanctorum gloria; fore incredibilissimum, & horribilissimum; ambigere de vera beatitate sancti canonismo donati & vindicati. Sed aliud est rem esse de fide ita vt absque iniuria auctoritatis diuinæ per Ecclesiam proposita, negari non possit.

Nec argumentum quo aliqui in contrarium vtruntur, est reuera solidum. Atque enim nisi de fide esset sanctum vindicatum, esse verè caelo illatum, fore vt vniuersa Ecclesia erraret. Nam Pontificis dicto audiens, colit illum vt sanctum & beatitatem in caelum potientem. Hoc argumentum nego esse solidum. Vt enim Ecclesia non erret practice, & verè religiosam cultum ex prudentiali dictamine deferat sancto vindicato, satis est, vt plium sit ac probabile, eum qui colitur, talem esse. Nam tamen reipsa non esset beatus, tamen abesse à cultus delatione error practice, eo ipso quod intellectus colentis, prudenter iudicaret, eum quem ex Pontificis oraculo veneratur, beatum esse, quamvis ei iudicio subesse error speculatiuus, qui cum practice veritate iudicij prudentialis non pugnat. Habemus illustre in hanc rem exemplum in cultu publico, quem vniuersa Ecclesia ex decreto Gregorij XV. defert conceptioni immaculatæ Beatæ Virginis, quamvis certum sit eam non esse de fide. Ita enim & ipse Gregorius, & alij plerique Pontifices docuerunt. Quia tamen pium est & admodum probabile, aut etiam moraliter certum, B. Virginis conceptionem fuisse expertem originariæ noxæ, merito Ecclesiæ rectores religiosum eius cultum omnibus fidelibus præscripserunt, & illis merito auscultat Ecclesia. Neque idcirco, vel Pontifices talem cultum piè ac religiosè exhibendum declarantes errarunt practice, vel Ecclesia, Pontificibus inhærens & eum cultum deferens, practice errore qui solus in bonos mores incurrit, ageretur, etiam si reipsa subesse fallum ei propositioni, *B. Virginis conceptio fuit immaculata*. Error enim speculatiuus qui facta ea suppositione interueniret, non vitaret actum colendi ex prudèti iudicio delatum. Quod ergo de cultu vniuersali Conceptionis immaculatæ pio & religioso, omnes admittunt, etiam si assertio conceptionis immaculatæ non sit certa ex fide transferendum est ad rem de qua agimus, quoad sanctos publico Ecclesiæ iudicio, pronunciatos cultu dignos. Et idem dicere licet de vniuersaliter recepto hostiæ consecratæ cultu. Cum primum enim Sacerdos consecrationem perficit, diuinam hostiam fuit illi, quæ ab omnibus altariibus supremo patriæ cultu honoratur; nec id vno duntaxat in loco fit sed per totam Ecclesiam vbicumque effertur nomini Domini oblatio munda. Hoc Pontifices, hoc Concilia proponunt faciendum omnibus fidelibus nec est qui refrageretur. Et tamen non est certum ex fide hostiam quæ colenda proponitur esse consecratam & continere corpus Christi. Quid si enim Sacerdos defectu baptismi vel validæ initiationis, vel intentionis consecrandi

V

nihil

SYNONYM. II.  
Idem Legislator & Index Vniuersalis.

**SYNOD. II.** nihil faceret? Nihilominus quia prudenter existimatur nullum prædictorum defectuum interuenisse, & prudenter ac præcise verum est hostiam quæ sustollitur esse consecratam proponitur ab Ecclesia tanquam legitimum cultus supremi obiectum. Igitur ex cultu vniuersaliter indicto ab Ecclesia non rectè inferitur, ex fide certum esse rem quæ colenda proponitur, talem reuera esse qualis proponitur, sed tantum inferitur esse piè ac prudenter talem. Idem ergo dicendum est de sancto qui ab Ecclesia vniuersaliter proponitur colendus tanquam sanctus.

## VERITAS IX.

*Fas est, à quibusvis iudicibus Ecclesiasticis, appellare Romanum Pontificem; ab eius Ecclesiastico iudicio nulla appellatio patet.*

**Q**uod à quouis iudicio fas sit appellare Pontificem, habetur ex titulo *supremi capitis Ecclesie*, & ex eo quod Pontifex dictus sit *portus fidei*; quem videlicet subire possunt fideles, qui alicubi ab aliis Antistitibus vel etiam à Conciliis, malè grauantur, vt factum est à S. Athanasio, iniuste oppresso ab Orientalibus Episcopis, Scribit enim Sozomenus l. 3. c. 7. cum appellasset Romanum Pontificem, iniuria iudicia anteriora fuisse ab eo rescissa. Æquè Sanctum Chrysostomum ad se prouocantem, textit, & sedi suæ restitutum voluit Innocentius I. aduersus Orientalium iudicia. Notissimæ sunt narrationes de Sancto Ignatio Constantinopolitano, Nicolaum I. appellante; de S. Flauiano, item Constantinopolitano, ac Theodoro Cyrensi prouocantibus ad S. Leonem. Grauius verò contestatus est Gelasius I. Epistola ad Episcopos Dardaniae, & in Commonitorio ad Faustum, à sede Apostolica ad nullum superesse appellationem, sicut ab omnibus patet ad eam appellatio. Explicatissimè idem traditur Can. 4. a. 7. Sardicenis Concilij, & omnino luculenter in Epistola Gregorij IV. ad omnes Pontifices, nec non aliis plerisque locis quæ in hanc rem allegantur à Bellarmino lib. 2. de Pontif. c. 21. Bino ad Epistolam r. Anacleti. Michaelis Rouffello l. 4. histor. iurisd. Pontif. c. 8. (iurat enim etiam de spinis uuas, & de tribulis ficus colligere,) passimque ab aliis quos hi profertur.

Argumentantur in contrarium Sectarij, ex nonnullis malè intellectis Canonibus quorundam Conciliorum, quibus interdictum videtur, appellatione ad Romanum Pontificem. In quam rem solet vrgeri Canon Concilij Milenitani, & alius sexti Concilij Carthaginensis, de quo latissimè Turrianus l. 3. pro Epist. Pontif. c. 25. Sed res vno verbo expediri potest, dicendo, ea Concilia tantum voluisse, vt causa procul postitorum non tractarentur Roma, sed à Pontifice, cum ad eum esset prouocatum, committerentur discutenda; in provinciis vbi mota erat difficultas, ne quis error obre-

peret Pontifici, vt in causa cuiusdam Apiani contigit dolebant Africani. Itaque euasit illatio Balsamonis ad Can. 31. Concilij Carthaginensis: [Quid ad transmarina iudicia prouocant, à nullo in Africa ad communionem recipiendos.] Exclamat ad hæc Balsamon [Nota ex eo quod frustra se iactant qui sunt Romanae Ecclesie, dicentes, eam debere de omnium Ecclesiarum questionibus per appellationem decidere, si enim ei non permittitur, appellationes eorum qui sunt in Africa examinare, multo magis hoc ius non habebit in aliis regiones.] Ita schismatici Balsamon. Sed iura sua manent Romanae Ecclesie intemerata; quandoquidem neque Synodus Carthaginensis abrogare illa voluit, (vt dixit,) neque si voluisset, potuisset iuri per ipsum Christum collato derogare. In quo potè fundat Balsamon, quod multo magis non possit Romana Ecclesia de causis Orientalis Ecclesie iudicare si non possit de causis Africanæ Ecclesie statuere; Micat sanè in illis Balsamonis verbis, superbia græcanica, quam denique Deus contudit, subiciens illos iudicio Turcico qui tentant se sub ducere iudicio Pontificio. Sed de hoc alibi. Nunc factis est statuere, Africanum Canonem nihil officisse iuri prouocandi vndeunque ad Pontificis iudicium. Similiter, quod nonnulli Patres, vni interdum sunt ferre iniquas appellationes Romanas, facile extricatur. Non enim distentur iustitiam talium appellationum quoad substantiam, sed tantum improhant abusiones ab appellatibus admittas; vt videre est apud Sanctum Bernardum tertio de consideratione capite secundo, & Epistola centesima septuagesima octaua. Inonem Epistola centesima septuagesima secunda & centesima octuagesima, & ducentesima decima nona. Petrum Cluniacensem libro quarto, Epistola septima cum de Comite Andegauensi, Hildebertum Epistola octuagesima secunda qua præter cetera ait, [huiusmodi moratoris, & superfluis appellationibus plantari in horto Domini, toxicum mortis, quo subuentus afflictorum moritur. Pontificalis vigor elanguet, iustitia parsimonia in nihilum reuertitur, incrementum autem suscipit vberitas delictorum.]

Iam quod addebam, nullam esse appellationem à iudicio Pontificis, per se liquet, ex ratione supremi capitis, competente Pontifici. Nam appellatio debet fieri ad superiorem. Cum ergo Pontifex careat superiore, præclusa est omnis prouocatio ab eius iudicio, ad aliud quodeunque tribunal. Et ita habetur cap. *patet*, cap. *nemo*, cap. *cum èt*, nona, questione tertia. Huc pertinet quod à nemine retractari posse que Pontifex statuerit grauius contestatur Zozimus Papa Epistola ad Aurelium & alios qui Carthaginensi Concilio assuerant. Insigniter omnia hæc hæctenus constituta tradidit Potho Primum libro tertio de statu domus Dei, *post medium*, dicens. [Apostolicæ sedis autoritas, omnibus filiis Ecclesie, illam quam sacris Canonibus exhibere debent, indicit obedientiam. Ecclesiasticæ namque disciplinae instrumentum est, Canonice autoritatis priuilegium quod in Apostolica sede

funda

fundatur, vbi diuina voluntatis institutio omnibus principaliter Ecclesie Prælati, eorumque subditis traditur vbi firmamentum dispensationis Ecclesie, specialiter collocatur. Hoc namque priuilegium B. Petro Apostolorum principi, cœlesti decreto principaliter traditum atque firmatum, SS. Patres cum magna veneratione suscipientes, atque S. Romanam Ecclesiam obseruantes tam in Generalibus Conciliis, quam & cæteris Scripturis ac gestis suis, vniuersalem matrem appellauerunt: & sicut eius documenta in confirmatione fidei, & eruditione sacre religionis, ita etiam iudicia suscepunt, in hoc consentientes, & quasi vno spiritu, & vna voce concordantes, omnes maiores res & præcipua negotia, nec non omnium Ecclesiarum iudicia ad eam quasi ad matrem & caput debere referri ab ea nusquam appellari, iudicia eius à nemine retractari aut refelli debere vel posse. [Nemini ergo licet Pontificis iudicium defugere vel conuellere, iis autem qui se grauos aliquo Pontificis iudicio expostulauerint (quod non nisi circa res purè humanas, & extra res fidei potest accidere,) audiendus est Iuxta Carnot. Epist. 159. [Quoniam (inquit,) iudicia Romanæ Ecclesie à nemine foris retractari posse, eadem Romana Ecclesia docente, didicimus: si qui aliquando se prægrauatos ipsius Ecclesie autoritate conquerunt, hoc eis consilium damus, vt non descendant in Ægyptum propter auxilium, sed ab ipsa, ad ipsam confugiant; & inde expectent leuamen, vnde se conqueruntur acceptisse grauenam; quia quæ aliquando corripit, paterna seueritate, eadem frequenter cortigit materna pietate.]

## VERITAS X.

*Romanus Pontifex nulli humano iudicio est obnoxius, sed soli Deo debet innocentiam.*

**I**ta ferunt tituli illi, *Caput Ecclesie, Magister fidelium, Pater Patrum*. Neque enim caput subiicere debet membris, vel discipulis Magister, aut Pater filiis. [Ecclesia Romana, (vt est apud S. Maximum ad Abbatem Thallium,) quæ ab olim huc vsque, vt potè senior cunctarum quæ sub sole sunt Ecclesiarum, omnibus præest, hoc certè canonicè tam à Conciliis & Apostolis, quam ab hominum summo principatu consecuta, & in sortem adeptæ, nullis omnino propter Pontificatus prouectionem scriptis, aut Synodicarum editionibus chartarum subiecta, sicut etiam in his omnes ex æquo ei secundum ius Sacerdotale subiecti consistunt.] Cadunt ista in Romanam Ecclesiam ratione Pontificis, de quo illud fortissimè de more Ennodius in Apologet. [Aliorum fortè hominum causas Deus voluerit per homines terminare: Sedis istius præselem, suo sine questione referuauit arbitrio. Voluit B. Petri Apostoli successores, cælo tantum debere innocentiam, & subtilissimi discussoris indagini, inuolatum exhibere conscientiam.] Ad idem legenda insignis Epistola S. Auiti Ad Fau-

Theophili Raynandi Pontificia.

stum & Symmachum Senatores vrbis, cum SYNOD. II. ventilata esset causa Symmachi Papæ; Est numero 31.

Insigniter in eandem sententiam disputat Adrianus Primus Epistola septima ad Carolum Magnum. Fortissimè præterea & liberrimè Stephanus Papa scribens ad Basiliam Imperatorem, eumque increpans, quod Marinum prædecessorem suum iudicare ausus esset; (habentur hæc literæ in calce octauæ Synodi;) [Muta (inquit) sicut labia dolosa quæ loquuntur aduersus Deum iniquitatem, aut aduersus iustum. Si è grege Dei, (quod opto,) ouis es, limites Principum Apostolorum ne transillas. Dic age, quis te ita seduxit, vt Oecumenicum Pontificem conuiciis & scommatibus laceferes, sanctamque Ecclesiam Romanam maledictis lacerares, cui oportet, vt summa tecum veneratione subiicias? An non intelligis, hanc omnibus Ecclesiis præesse? Quis te Pontificum iudicem constituit, quorum sacris institutis edoctus es, à quibus ad Deum pro te preces effunduntur; Tenes illud sacrum oraculum, *Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari?* Hoc generatim de Sacerdotibus est dictum. Tu te ipsum Deo exæquas qui Angelos eius iudicare audes. Nam Propheta dicit, *labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem ex ore eius requirunt. Angelus enim Domini exercituum est.* Quomodo iudicas eos qui vni Dei iudicio sunt subiecti, qui soli potestatem acceperunt ligandi atque soluendi? Vide in quod te barathrum præcipitaris.] Pulchrè item Sarisburiensis libro octauo polycrat. capite vigesimo tertio. [Quis præsumet summum iudicare Pontificem, cuius causa Dei solius referuatur examini? Vtique quisquis hoc attentauerit, laborare quidem, sed proficere nequaquam potest.]

Idem professæ sunt variæ Synodi, vt Synodica sub Marcellino, & Romana sub Syluestro, quatum illud fuit quasi effatum, *prima sedes à nemine indicatur*. Allegat ea loca Bernaldus in Apologet. pro excommunicatione Gregorij Septimi initio; & præiucrat Nicolaus primus Epistola ad Michaelem. Idem contestatus est Sixtus Papa, calumniam passus quod consecratam stupraffet. Tameñ enim voluit rem discuti coram Valentiniiano, & Clero, ac populo, tamen contestatus est, se ab omni humano iudicio esse exemptum, vt habent acta accusationis Sixti, quæ exhibet Baronius anno Christi 433, numero. trigesimo primo. Idem fecit Leo III. coram Carolo Magno, vt scribit Monachus Sangallensis libro primo vitæ Caroli capite vigesimo octauo. Plura in hanc rem adducunt Lindan. quarto Panopl. capite 86. Azor. t. primo, libro quarto, capite septimo, questione sexto Valentia 2. 2. d. quinta questione vndecima par. prima Bermondus Chouer ad titulum Concordatorum de publ. concub. V. *vel alterius præeminencia* à nu. 14. Bellarminus 2. de Pontif. c. 26. Optimè Antonius Augustinus ad canonem § 2. aliàs § 6. ex traditis Ingelramo ab Adriano Papa.

Et in hac parte, vt & in aliis plerisque, Pontificatus nouæ legis superat antiquum. Nam fortassis Pontifex Hebræus poterat iudicio humano subiicere, quod monstrare videtur exemplum Abiatharis à Salomone damnati.

V 2 Nisi

SYNOT.II. Nisi si Salomon, quatenus Propheta, & specia-  
liter à Deo delegatus, illud iudicium exercuit.  
Papa soli  
3. in o-  
tium de-  
cap. 2. à num. 21. Beccanus Opusc. de primatu Ecclesie.  
cap. 2. à num. 36. ad 43. qui etiam vniuersè de  
Aaronici Pontificis exemptione à Regio iudicio  
& potestate, latè differt Opusc. de Pontif-  
fice veteris Testamenti. cap. 8. quæst. 7. Quicquid  
tamen fuerit de Pontifice Iudæorum, constat  
Christianum Pontificem non modò à quouis  
laici cuiuscunque iudicio planè liberum esse,  
(quod plenius monstrant Molina tract. de  
Iust. disp. 31. conclus. 4. & Suares lib. quarto  
defens. fidei cap. 4. 5. 6. & 7.) Sed etiam subduci  
iudicio cuiuscunque humano. Quin etiam Hinc-  
marus Epist. 6. cap. 33. & 34. quoscunque Pon-  
tifices inferiores, secularis cuiusvis potestatis iu-  
dicio subducit, quanto magis supremum? Cum  
enim quidam ex Imperiali edicto exultaret, con-  
tendit illum Hincmarus allegato loco S. Leonis  
ad Anatolium Epist. 54. & Gelasij ad Anastasium,  
ac lege A. A. Valentini Theodosij, & Arcadij  
de Episcopis, quibus asseritur, [ aliam esse  
rerum secularium rationem, & aliam diuina-  
rum; & nunquam inueniri de Pontificibus nisi  
Ecclesiam iudicasse; Et non esse humanarum  
legum de talibus ferre sententiam, absque Ec-  
clesie principaliter constitutis Pontificibus.  
Obsequi solere Principes Christianos decretis  
Ecclesie, non suam præponere potestatem: Episcopis  
caput subdere principem solitum, non de  
eorum capitibus iudicare. ] Hæc si de quibusvis  
Episcopis valent, quanto magis de Episcopo  
Episcoporum, quicquid fuerit de Aaronico sum-  
mo Pontifice? Quod si aliquando necessitas pu-  
blica Ecclesie, vrgere videretur ad prospicien-  
dum incommodis quæ ex Pontificis, minùs con-  
sentanea, vel etiam deprauata rectione possent  
existere, non esset secularium Principum coërce-  
re Pontificem nisi sancto terrore, de quo acci-  
piendus est Iulio Pelaf. lib. 5. Epist. 268. hoc est  
non esset eorum nisi supplicibus precibus &  
comonitionibus agere, quod illustri exemplo  
Emmanuelis Regis Lusitaniæ, & Ferdinandi Ca-  
tholici, declarat Hieronymus Osorius lib. 1. de  
rebus Emmanuelis agens de legatione ab iisdem  
Regibus Romanam transmissa, cum in ea Chri-  
stianæ Religionis Metropoli, non satis ab Ale-  
xandri VI. consuleretur adificationi Christianæ  
Reipublicæ & honori Catholice religionis.  
Neque enim magni illi Reges vsurparunt  
sibi iudicium in Pontificem, neque vim intule-  
runt, aut intenterunt minas, sed demissè ob-  
testantes ac comonentes, zelum suum pro do-  
mo Dei prodiderunt; nec casta opera vt ibidem  
narrat Osorius. Non igitur duntaxat Laicorum  
Principum iudicio subducitur Pontifex, sed  
etiam aliorum quorumcunque, etiam in certum  
sacrum aut in concilium plenarium aduato-  
rum. Qui possent quidem Pontificem commo-  
tere vt eum aliquot Cardinalibus fecit Paschali  
Papæ S. Bruno Signiensis, vt refert Petrus Dia-  
conus lib. 4. Chronici Cassin. cap. 42. & vt Vvil-  
helmus Reomanensis Abbas fecit Papæ Ioanni  
XIX. data ad eum Epistola suppliciter admo-  
nitoria, & (vt ait) filiationis diligentia filiali  
iudicatione, adhortatoria, quæ Glaber lib. 4.

historiæ cap. 7. intexuit. Adhibita hac admoni-  
tione & supplicibus & adhortatione, nihil præterea  
cuiquam siue singulari homini sacro aut profa-  
no, siue cœtui, etiam sacro conceditur erga Pon-  
tificem, cuiuscunque humano iudicio subductum,  
& soli Deo innocentiam debentem. Et sanè  
Romani Ethnici suos Pontifices à censoribus  
notari non sunt passi, vt notat Fraciscus Baldui-  
nus lib. 1. de legibus Constantini Magni pag. 64.  
Multo itaque magis supra cuiusvis censoris no-  
tam efferendus est Pontifex Romanus Chri-  
stianus.

In contrarium tamen opponuntur quædam  
damnationes Pontificum; vt Marcellini in  
Concilio Sinuesano, Honorij in sexta Syno-  
do, Eugenij IV. in Concilio Basiliensi & Gre-  
gorij XII. Ioannis XIII. & Benedicti XIII.  
in Concilio Constantiensi. Sed hæc omnia sunt  
parui momenti. Nam quod ad Marcellinum at-  
tinet, verior sententia est, totam narrationem  
de Marcellini crimine & damnatione, esse fabu-  
losam; vt retractata priore sua sententia censuit  
Bellarmus in recognitione lib. 4. de Pontif.  
cap. 8. adducens SS. Augustinum ac Theodoretum.  
Subscripserunt alij apud Baronium an. 302.  
& 303. Verso id plenius in Opere de calumnia  
sect. 2. cap. de Idololatria. Si tamen placeat, nar-  
ratione de Marcellini iudicio vulgata, fidem  
præstare; dici poterit, vel Marcellinum damna-  
tum esse à Concilio, præmissa per eum renun-  
ciatione Pontificatus, quod primò dixerat Bel-  
larmus lib. 2. de Concil. cap. 19. reclamante ta-  
men Baronio anno 304. Vel certè dicendum  
erit, Marcellinum non esse iudicialiter à Con-  
cilio damnatum: Sed ipsomet Marcellino, ad  
exemplum, & sui peccati expiationem, se ab  
officio quasi suspensum pronunciantem, Con-  
cilium tulisse sententiam declaratoriam criminis,  
& approbatiuam multæ ab ipsomet Marcellino  
sibi impostæ. Iam quod sexta Synodus dam-  
narit Honorium, assumentum est Græcicum,  
malignè sextæ Synodo attestum.

Nullius verò fuit momenti, quod Concilium  
Basiliense initio legitimum, postea autem di-  
gressis legatis Pontificis, ac præcipuis Episco-  
pis, & in eorum locum subinductis Presbyteris  
iam Conciliabulum, attentauit aduersus Euge-  
nium, tunc Florentiæ cum Græcis, & Latinis  
in Concilio Oecumenico sedentem, & ab Ec-  
clesia vniuersa pro vero Pontifice agnatum. At  
quod fecit Concilium Constantiense, iudicans  
de tribus simul sedentibus Pontificibus, rectè  
habuit. Omnes enim erant incerti Pontifices,  
& nullus eorum credebatur legitime electus; in  
quo euentu Ecclesia potest sibi de certo & in-  
dubitato capite prospicere, vt tunc factum est,  
depositis omnibus illis Pontificibus, & Marti-  
no V. Canonicè suscepto. Nos autem tantum  
negauimus, Pontificem moraliter certum & in-  
dubitatum, posse humano vlli iudicio inuitum  
subiici. Tamen verò Pontifex Romanus à nullo  
iudicari potest, nihil tamen vetat eum demissè  
cum res ferret admoneri, vt bene notauit Ber-  
naldus Epistola ad Adalbertum proloquo loco  
S. Leonis qui allegat exemplum sancti Petri,  
à Beato Paulo admoniti in negotio circum-  
cisionis.

Quomodo verò saluis antedictis, Pontifex  
in foro Sacramentali possit iudicari à Confes-  
sario

fatio, alterius loci est disquirere. Consulendus  
Vasques 3. part. quæst. 93. art. 1. dub. 2. num. 39.  
Suares lib. 3. defens. fidei cap. 7. num. 11. Comi-  
rolus quæst. 101. Responsorum. Canus relect. de  
Pœnit. part. 5. ad 4. Turrecr. lib. 1. summæ de Ec-  
clesie. cap. 98. De quibusdam item discussionibus  
circa iudicium, quoad statum Papæ, & potesta-  
tem, ac potestatis abusum; & personalem de-  
fectum, consulendus Ioannes Parisiensis sub  
finem Libri de potestate Papali & Regiæ §.  
Nunc verò inquirendum.

## VERITAS XI.

*Romanus Pontifex est supremus Hierar-  
cha, e quo tanquam e radice, vniuersus  
sacrorum ministrorum cœtus, sue Ordina-  
tionis & iurisdictionis propagines ex-  
ortas agnoscat, necesse est.*

HOC ferunt tituli illi, *Romana sedes, mater  
dignitatis Sacerdotalis; & Romana Ecclesia,  
matrix & radix totius Catholice Ecclesie;*  
item, *Petrus auctor nominis, & honoris Episcopalis.*  
Leguntur ista apud varios antiquos Pontif-  
ices, qui cum Sanctissimi & eruditissimi fue-  
rint, nec falsi sunt per ignorantiam, nec falle-  
re voluerunt per malitiam. Ita ergo Anacletus  
Epist. 1. Iulius I. Epist. 1. ad Orientales. Innocen-  
tius I. Epist. ad Concilium Carthag. quæ est  
apud S. Augustinum 93. Itemque ibidem Epi-  
stola 91. Similiter S. Leo Epist. 89. & serm. 3. de  
Anniuers. sue assumptionis. Propositio ergo tot &  
tantorum Pontificum auctoritate communita,  
& Sancti insuper Cypriani iustitiam roborata,  
cum eodem sensu nominat Ecclesiam Roma-  
nam, radicem & matricem Catholice Ecclesie,  
nec non S. Cæsarij Epist. ad Symmachum Pa-  
pam, disertè aientis, Episcopatum sumere ini-  
tium à persona B. Petri, indeque optimè infe-  
rentis, Romani Pontificis esse, omnes docere;  
huiusmodi inquam propositio, non potest non  
continere sensum verum; sed quis is sit, non om-  
nino liquet.

Existimant aliqui, eatenus in S. Petro cœ-  
pisse Episcopatum, & ab eo emerisse totam  
Episcopalis nominis auctoritatem, quod præ-  
dictæ locutiones ferunt; quatenus omnes pla-  
nè orbis vniuersi ordinationes, vel à S. Petro,  
vel ab eius Successoribus sunt deriuatæ. Nam  
solum S. Petrum fuisse à Christo ordinatum  
Episcopum; ab ipso autem sancto Petro, alios  
Apostolos fuisse initiatos ordine Episcopali;  
sicque à S. Petro, vel immediatè vel mediatè  
omnes Episcopos esse ordinatos; contendunt  
Palud. Tract. de potest. Apostolorum art. 2. con-  
clus. 7. Turrecr. lib. 5. summæ de Ecclesie.  
cap. 32. Isidorus de Isolanis lib. 2. de Imperio  
Militant. Ecclesie. tit. 1. quæst. 2. & Bellarmus  
lib. 1. de Pontif. cap. 23. priuilegio 22. & videtur  
idem velle Ecbertus serm. 10. aduersus Catha-  
ros, *initio*. Hæc certè ratione, quotquot ab alijs  
Apostolis in varijs orbis Prouincijs fuerint or-  
dinati, habebunt S. Petrum mediatum aucto-  
rem suæ ordinationis; quandoquidem ab eo  
initiati sunt Apostoli cæterorum ordinatorum.

Qui verò à successoribus sancti Petri ordinati  
sunt, quos magno numero esse tradit sanctus  
Innocentius I. Epist. 1. & latè Sanderus, lib. 3.  
de clauè David cap. 4. æquè sanctum Petrum  
habebunt pro ordinationis suæ radice; quando-  
quidem successores suos ipse constituit: imme-  
diatè quidem vnum aut alterum, mediantibus  
verò istis, cæteros. Ad eum ergo modum, expo-  
nunt auctores prædicti, radicationem vniuersæ  
Hierarchiæ in S. Petro.

Hæc tamen ægrè satisfaciunt. Nihil enim est  
quod persuadeat, S. Petrum initiaisse ordine Epif-  
copali omnes Apostolos. Deinde constat, san-  
ctum Paulum primo triennio sui Apostolatus,  
consecrasset plurimos Episcopos & Sacerdotes;  
neque tamen adhuc viderat S. Petrum. Quod  
autem consecratus sit ab alijs Apostolis vel Dis-  
cipulis à S. Petro consecratis, in obscuro est;  
cum eius baptisimus per Ananiam sit annotatus,  
non item consecratio in Episcopum; Nec inue-  
nissimiliter dicitur, eum vt iurisdictionem non  
ab hominibus, neque per hominem; ita chara-  
cterem & ordinationem à Christo ipso accepisse.  
Tandem de Iudæ Episcopatu alteri traden-  
do, extat prædictio Psalm. 108. Erat ergo Iudas  
Episcopus, quoad ordinationem seu caracte-  
rem, quando nondum S. Petrus erat Pontifex.  
Id quippè tantum obtigit S. Petro post Christi  
Resurrectionem. Non ergo vniuersus Epif-  
copatus, à S. Petro ordinatore sumpsit initium.  
Nisi si ordinatio, (vt interdum contingit,) vsur-  
petur pro sola collatione iurisdictionis, & as-  
signatione sedis ac territorij. Qua ratione nihil  
vetaret affirmare Apostolos omnes aliquatenus  
esse à Petro ordinatos: quatenus Apostoli etiam  
si à Christo ipso acceperant iurisdictionem, ta-  
men territorium videri potuerunt à S. Petro ac-  
cepisse, eo ipso quod priusquam digrederentur,  
in cœtu omnium Apostolorum, præside &  
& approbante Petro, attributa cuique est sua  
orbis terræ portio, quam præcipuè excoleret,  
& institutis Episcopis aliisque ministris, plan-  
taret in Christianam Ecclesiam. Qua ratione  
S. Chryostomus dixit, S. Iacobum fuisse à S.  
Petro ordinatum Hierosolymitanum Antisti-  
tem, vt semel ac iterum tradit Roffensis ad ar-  
ticulum 25. Lutheri. Desideratur tamen adhuc,  
plenior aliqua ratio radicandi omnes ordina-  
tiones in S. Petro, & reuocandi totam Hierar-  
chiam ad sedem Apostolicam, tanquam ad ma-  
trem.

Existimo dici posse non incommode, hæc  
omnia vera esse, quatenus Hierarchia, à S. Pe-  
tro, siue à sede Apostolica, dependit magna ex  
parte in fieri; & vniuersa etiamnum indidem  
pendet, in conseruari, quoad licitum vsum ordi-  
nis, & validum simul ac licitum vsum iurif-  
dictionis; quam etiam est valdè probabile à sum-  
mo Pontifice immediatè manare, sin miuùs  
quoad Parochos, vt voluit Alexander à S. Elpi-  
dio Opusc. de Ecclesia. Potestate Tract. 1. cap.  
7. 12. & gerso qui S. Ioannis in grania Parochus  
erat. de potest. Ecclesie. confid. At saltem quoad  
Episcopos, iuxta graues plerisque Doctores,  
adductos in Prolegomenis prænot. 3. & alijs  
adductos à Lælio Iordano tract. de maioribus  
causis ad Papam referendis c. 7. nominatim ve-  
rò à Paludato tract. de causa potestatis Ecclesie  
sticæ artic. 5. conclus. 3. & à Turrecr. lib. 5. ad

SYNOT.II.  
Papa soli  
Deo inno-  
centiam de-  
bet

**SYNOD. II.** articulum 1. Basileensium à num. 26. Id quod Pontifex optimè confirmari videtur, ex traditione pal-  
**summus Elix.** li. Nam pallium, ex usu perantiquo, de quo  
**raecha.** plenè vir doctissimus Andreas Saussayus libro  
de pallio, (operi de mysticis Galliae Scriptori-  
bus inserto;) c. 4. 7. & 8. Est nota plenitudi-  
nis potestatis, ita vt ante acceptum pallium, &  
Archiepiscopus nequeat obire inuenera Pontifi-  
calia: tantique fiebat eius usus, vt S. Bernardus  
Epist. 247. professus sit Eugenio Papæ, tolera-  
bilis sibi futurum fuisse, interdici sibi ipsi ce-  
lebratione missarum, quam amico suo Rhe-  
mensi Archiepiscopo interdici usu pallij, vt fe-  
cerat Eugenius. Huiusmodi itaque Symbolum  
plenitudinis potestatis plena libertate exercen-  
dæ, vt rectè distinxit Bosquetus ad l. 1. Epist.  
Innocentij III. Epist. 47. quod non nisi enixè  
petentibus, ac ferè presentibus,) demptis in-  
frequentissimis euentibus, de quibus Iuretus ad  
Epist. 250. Iuonis;) concedebatur; semper est  
à Pontifice collatum, in signum acceptæ ab eo  
Episcopalis iurisdictionis. Quod autem Agnel-  
lus Episcopus Rauennas, ait Valentianum  
Imperatorem subiecisse Archiepiscopo Rauen-  
nati xlv. Episcopos, eique pallium attribuisse  
ex lana candida, quo tunc temporis soli Impe-  
ratores utebantur, si verum est, accipi debet de  
alio quopiam pallio, quam de eo quo humeri  
Antistitis vtrinque cinguntur, est que nota plen-  
itudinis potestatis. Nam tali pallio vfos Im-  
peratores, est inauditum. Nec si illud Episco-  
po Rauennati per seipsum concedere voluisset  
Valentianus, contulisset reuera iurisdic-  
tionem; sed prætergressus partes suas, dignus fuis-  
set qui lepram Ozæ deuocaret in frontem suam.

Iurisdic-  
tio itaque Episcoporum, est immedia-  
tè à Pontifice; & vt alij contendunt, etiam Iur-  
isdic-  
tio inferiorum. Quod non est duntaxat in-  
telligendum de Iurisdictione in foro externo,  
quæ consistit in potestate regendi subditos, sed  
etiam de Iurisdictione in foro conscientie, &  
potestate absoluedi à peccatis, quam Iurisdic-  
tionem quatenus se tenet ex parte causæ effi-  
cientis & operantis remissionem peccatorum,  
Lessius l. 10. de diuin. perfect. c. 2. n. 15. & 16.  
existimat immediate manare à solo Christo con-  
ferente potestatem Ordinis sacerdotalis, in quo  
Ordinis sacramento, licet non dentur subditi  
actu, datur tamen à Christo ipso omnis po-  
restas necessaria ex parte causæ efficientis & ope-  
rantis peccatorum remissionem. Ea quippe po-  
restas sublimissima est & planè diuina, sicut &  
potestas consecrandi. (Quis enim potest remit-  
tere peccata, nisi solus Deus.) Vnde par non est  
vt conferatur ab homine, sed immediate à Chri-  
sto, vi Sacramenti. Esset autem ea potestas man-  
ta, nec nisi inchoata, si deberet compleri ac-  
cessu Iurisdictionis humane, siue à Pontifice, si-  
ue ab alio Prælato inferiore collatæ. Atque  
adeo per hanc, fit tantum applicatio mate-  
riæ, danturque subditi, sine quibus potestas  
actiua non potest in actum prodire: Tota au-  
tem vis actiua remittens peccata, est immediatè  
à Christo conferente potestatem Ordinis. Ita  
quidem Lessius. Et præiuerat Valques 3. p. ad  
q. 93. artic. 1. dub. 2. sed non placet sic sentire,  
quia quamuis nemo possit principaliter dimit-  
tere peccata nisi solus Deus qui peccatis viola-  
tur, tamen glorificandus est Deus qui dedit po-  
restam talem hominibus. Quidni enim potue-  
rit Deus communicare à se delatis ministris  
potestatem actiuam remittendi peccata? De  
facto autem communicasse, sonant locutiones  
Scripturæ & Patrum, passim celebrantium tan-  
tam sacerdotum citæ culpas potestatem. Qua-  
re frustra tricanur, negantes ad potestatem Or-  
dinis accedere Iurisdictionem supernaturalem,  
humana concessione collatam, etiam pro foro  
interno, siue pro foro conscientie. Namque po-  
testatem Iurisdictionis, integram atque com-  
pletam, Ordinis potestatem in charactere  
constitutam, confert summus Pontifex imme-  
diate, saltem Episcopis, qua de re plenè in Tra-  
ctatione de Ministro Sacramenti Pœnitentiæ.

Ex eo porro quod Romanus Pontifex, ad  
sensum propositum, sit origo & initium Hie-  
rarchiæ, rectè sequitur, sedem Romanam esse  
initium & originem Religionis, iuxta illud  
Episcoporum Gallie in Synodica ad S. Leo-  
nem, [Ab Apostolica sede, religionis nostræ  
fons & origo manauit.] Et idem voluit S. Ca-  
sarius Epist. ad Symmachum Papam cum ex eo  
quod Romana sedes sit Hierarchiæ vniuersæ  
initium, inferret eandem esse fontem doctrinæ  
Christianæ quaquauersum diffusa, & ad eam  
spectare docere omnes Christianos. Illa quip-  
pè doctrina, haud alia est, quam Religionis  
plantatio atque diffusio. Nec aliter Concilium  
Trosleianum c. 15. cum dixisset Ecclesiam esse  
fundatam super S. Petri confessionem, addit,  
omnes, Italiæ, Galliæ, & Hispaniæ Ecclesias,  
à S. Petro, eiusque successoribus esse constitutas;  
nempe & Episcopatum erectione, & præmia  
fidei disseminatione, quæ est religionis prima  
plantatio. Videndus in hanc rem Gaspar San-  
cius tract. 3. de predicatione S. Iacobi in His-  
pania c. 1. iuncto tract. 4. c. 2. & Thomas Sta-  
pleronius l. 2. de magnitud. Romanæ Ecclesiæ  
cap. 5. Gerso Tract. de Potest. Ecclesiast. 10. c. 6. 8. 9.  
ex eodem principio inferret institutione Chri-  
sti nullum in Ecclesia debere dare vel suscipere  
gradus Hierarchicos, qui sunt, purgare illumi-  
nare, & perficere, si non interueniat verè vel  
interpretatiuè autoritas supremi Hierarchæ, vel  
Monarchæ in Ecclesia sanctæ Dei; (hoc est Ro-  
mani Pontificis;) quatenus in ea vitetur confu-  
sio, & optimo regimine gubernetur, ad exem-  
plar Ecclesiæ triumphantis, propter quod dicit  
Ioannes in Apocalypsi se vidisse nouam ciuita-  
tem Hierusalem, descendentem de caelo. Et  
Moyfi dictum est; Vide vt omnia facias iuxta  
exemplar quod tibi ostensum est in monte.] Si-  
cut ergo in Hierarchia cœlesti (vt præmiserat  
consider. 9.) exercitium actuum hierarchicorum  
qui sunt, purgare, illuminare, & perficere, fit  
cum subordinatione inferiorum ordinum ad su-  
periores, ita & in Ecclesiastica, cuius apex est  
Pontifex hierarchizans omnes, (retinco Gerso-  
nis vocem) cæteri non nisi vt ab eo hierarchi-  
zati actus propositos subeunt, eo quod sit ipse  
secundum Christum primus fons religionis at-  
que hierarchiæ.

Et quia eadem sunt conseruationis & pri-  
mæ productionis principia, rectè ex eodem  
fundamento collegit Rex Armeniorum, scri-  
bens ad Innocentium Tertium, in omnibus ad  
religionem spectantibus, ad Romanum Pon-  
tificem esse recurendum, his illum præter ca-  
tera

te affectus. [Cum constet, vos celeberrime  
Patri & Domine, S. Ecclesiæ & Religionis  
Christianæ curam & prælationem dante Do-  
mino, genere; constat vtrique, nos & ad vestri  
refugium, tanquam ad tutissimum receptacu-  
lum debere recurrere, in quo tota spes nostra  
& fiducia post Dominum dependet, & à Bea-  
titudine vestra in nostris necessitatibus præsi-  
dium postulare.] Aliis verbis sed eodem sensu  
Ioannes C. P. scribens ad Constantinum Pa-  
pam, vt auxilium suis. Græcis ab eo exoraret,  
contestatur quod ipse Constantinus Romanus  
Pontifex, esset caput canonicè electum Sacerdotij  
Christi, atque adeo teneatur titulo capitis Sa-  
cerdotij alios omnes Sacerdotes fulcire, & eo-  
rum necessitatibus prospicere. Locus est insignis,  
delibatus superius V. Caput.

### VERITAS XII.

*Non esse sub Romano Pontifice, vt capite;  
est non esse membrum corporis Christi,  
atque adeo esse esse palmitem emortuam,  
certò arsurum in æternum, nisi ante obi-  
tum, mentis sanitas reueniat.*

Ita habetur ex titulo *capitis Ecclesiæ*. Hæc  
enim est corpus Christi mysticum; & fideles,  
eius membra. Qui ergo non subest capiti Eccle-  
siæ visibilis, saltem voluntatem, eiusque do-  
ctrinam repudiat, non est ex numero fidelium:  
atque adeo est extra Ecclesiam, in qua sola con-  
tingit salus: & præter alia quæ piè in hanc rem  
profert Michael de Aninyon, l. de vnitæ ou-  
lis & Pastoris cap. 2. hæc est certa omnium Pa-  
trum Doctrina. Vnde fidenter, & verè Lan-  
francus l. contra Bereng. [Beati Doctores, si  
non eisdem Verbis, eisdem tamen sententiis,  
multis in locis concorditer astruxerunt, hær-  
eticum esse omnem hominem, qui à Romana &  
vniuersali Ecclesia, in fidei doctrina discordat.]  
Dixi tamen ad obtinendam salutem posse suffi-  
cere, subesse visibili, Ecclesiæ capiti, saltem vo-  
luntate, siue in preparatione animi; propter  
Catechumenos, quos certum est posse saluari,  
vt D. Ambrosius orat. de Valentiano disertè  
tradit. Et tamen aliqui negant eos esse de Ec-  
clesia, cum nondum subiuerint eius ostium,  
quod est Baptismus. Ita Canus 4. de locis, c. 2.  
Azor tom. 2. l. 5. cap. 23. q. 5. Bellarminus l. 3.  
Suarez tract. 1. de fide disp. 19. sect. 5. num. 9.  
Alij tamen, agnoscunt Catechumenos esse de  
Ecclesia, & numerari debere inter membra cor-  
poris Christi, in quo fidem & charitatem ha-  
bere possunt, atque saluari. Ita Suarez tract. 1.  
de fide disp. 8. l. 1. nu. 17. Est hæc his planè de  
nomine. Nobis autem satis superque est, quod  
Catechumeni, voluntate, & in preparatione  
animi, sint membra Ecclesiæ, & subint visibi-  
li eius capiti. Nam quia voluntas efficax, apud  
Deum habetur pro facto; mirum non est, si  
traherentur, vt vera Ecclesiæ membra, nec ex-  
cludantur à salute.


Non sic impij, non sic. Nam siue Pagani,  
siue Hæretici, siue Schismatici, quotquot à ca-  
pite visibili, atque adeo à corpore Ecclesiæ sunt

abijuncti, peribunt in æternum. De Pagani-  
bus, res SVNOD. II. est clara; quia qui non credit, iam iudicatus est. Abijuncti  
De Hæreticis & Schismaticis voluntariè pec-  
cantibus, tamen baptizatis, idem est statu-  
dum. Neque enim possunt esse membra Eccle-  
siæ, vt malè censent Castro l. 2. de iusta hæret.  
punit. c. 24. & Caietanus tom. 1. Opusc. tract.  
1. c. 22. Merito autem id negant Victoria re-  
lect. 1. l. 2. num. 6. Azor t. 2. l. 5. c. 23. q. 3.  
de Eccles. c. 4. & in Apolog. c. 5. Vbi in eam  
rem, varios profert Patres quod item facit Pa-  
melius ad c. 37. Tertulliani de Præscript. Bre-  
uiter S. Cyprianus l. de vnit. Eccles. nu. 14.  
[Vnam Ecclesiam, etiam in Cantico Cantico-  
rum, & Spiritus sanctus ex persona Domini  
designat, & dicit: Vna est columba mea perfecti-  
mea, vna est matris, electa genitricis. Hanc  
Ecclesiæ vnitatem qui non tenet, tenere se si-  
dem credit? Qui Ecclesiæ renititur & resistit,  
qui cathedram Petri super quam fundata est Ec-  
clesia deserit, in Ecclesia se esse confidit?] Quod  
si Hæretici & Schismatici de quibus coniun-  
ctum agit, ibi S. Cyprianus, non sunt Ecclesiæ  
membra, ne voluntate quidem, præcis sunt à  
Christi corpore, atque ita certò sunt perituri,  
si in eo statu excedant. Audiendus rursus S. Cy-  
prianus ibidem num. 19. [Auelle radium solis à  
corpore, diuisionem lucis, vnitatis non capit;  
Ab arbore frange ramum, fructus germinare  
non poterit; à fonte præcide riuum, præcisus  
arescet. Sic & Ecclesia Domini luce perfusa,  
per orbem totum radios suos porrigit, vnam  
tamen lumen est, quod vbique diffunditur, nec  
vnitas corporis separatur; Ramos suos in vni-  
uersam terram copia vbertatis extendit, pro-  
fluentes largiter riuos, latius expandit: Vnum  
tamen caput est & origo vna, & vna mater, fec-  
cunditatis successibus copiosa. Illius foetu nas-  
cimur; illius lacte nutrimur, spiritu eius ani-  
mamur. Adulterari non potest sponsa Christi,  
incorrupta est & pudica: Vnam domum nouit,  
vnus cubiculi sanctitatem casto pudore custo-  
dit. Hæc nos Deo seruat, hæc filios regno quos  
generauit, assignat. Quisquis ab Ecclesiæ sepa-  
ratur. Nec perueniet ad Christi præmia, qui  
relinquit Ecclesiam Christi. Alienus est, profa-  
nus est, hostis est. Habere iam non potest Deum  
patrem, qui Ecclesiam non habet matrem, si  
potuit euadere quisquam, qui extra arcam  
Noë fuit, qui & extra Ecclesiam foris fuerit,  
euadit.]

Hoc expressit S. Hieronymus Epist. 57. allo-  
quens Damasum. [Ego (inquit) nullum pri-  
mum, nisi Christum sequens, beatitudini tuæ,  
id est cathedræ Petri, communionem confocior;  
super illam Petram ædificatam Ecclesiam scio.  
Quicumque extra hanc domum agnum come-  
derit, profanus est. Si quis in Arca Noë non  
fuerit, peribit regnante diluuiio.] Par omninò  
est sub his alijs verbis, sententia Iesse Ambia-  
nensis in Encyclica ad suos. [Nemo Catholi-  
cus contra Ecclesiæ auctoritatem. Nemo so-  
brius contra rationalem consuetudinem. Nemo  
fidelis contra pietatis intelligentiam certare au-  
det, ne Schismaticus inueniatur & non Catho-  
licus. Sequamur S. Romanæ Ecclesiæ auctori-  
tatem, vt vnde Catholice fidei initia accepi-  
mus; inde exemplaria salutis nostræ semper ac-  
cipere valeamus; ne membra à corpore sepa-  
rentur



SVBNOT. 3. Quantam veneratio Papae debita...



SVBNOTATIO III.

Qui fructus Morales, ex tam illustribus Romani Pontificis Titulis, eruendi



X tam luculentis, tamque numerosis Romani Pontificis titulis, erui possunt insignes fructus morales...

FRUCTVS I.

Quanta veneratio Romano Pontifici ab omnibus fidelibus exhibenda.

Imprimis ergo, colligi ex tot Pontificis ornamentis potest, quanta reuerentia, simulque obedientia, & subiectio, pontifici Romano...

Pulchre item in eandem sententiam S. Odo serm. de Cathedra S. Petri, verbis illis. [ O inestimabilis & immensa bonitas, hominem in terra positum, tenere caelum? ]

da remedia? Iuxta se habet mundus, Dei regnum, si currat ad Petrum. Possit ad vicem suam in saeculo, caelestis regni clauiculationem...

Eam vero tanquam luculentum Hieroglyphicum exprimit Pontificia tyara seu mitra, ac regnum. Ita vocant textam e tribus coronis, quarum quae media est, cumulat eam...

Pontificibus debita, quantum vnam habeant ut summi Sacerdotes, aliam ex Constantini Magni donatione, tertiam ex manere Clodouci Regis Francorum, ut Anastasius in Hormisda memorat Mazzaronius c. illo 3. huc aduocat mulierem Aegyptiam...

Imbuti huius veritatis notitia, probi ac pij quique, in vtroque ordine, ( sacro inquam & laico. ) Catholici ab omni Christiano aeo, summa reuerentia Romanum Pontificem semper sunt prosecuti. Et prauiere ipsa Concilia, in quibus frequentissime Romanus Pontifex summo cum honore appellatur...

Theophili Raynaldi Pontificis.

illis praeter caetera verbis. [ Domino beatissimo & Apostolica reuerentia a nobis in Christo colendo; Papa Hilario, Ascanio & vniuersi Episcopi Tarracensis prouinciae. Etiam si nulla declaret necessitas Ecclesiasticae disciplinae, expetendum nobis reuera fuerat illud priuilegium sedis vestrae, quo susceptis regni clauibus post Resurrectionem Saluatoris, per totum orbem Beatissimi Petri singularis praedicatio, vniuersorum illuminationi prospexit. ]

Propensissimum fuisse in cultum Romani Pontificis factum ordinem, liquet ex dictis. Nec officio defuerunt laici, etiam Magni qui sunt in terra. Cuius reuerentiae argumentum est, quod suppeditatur his verbis a Symmacho Papa, in Apologetico ad Anastasium Imperatorem. [ Omnes Catholici Principes, siue cum ipsi suscipiunt gubernacula principatus, siue cum nouus crearetur Romanus Pontifex, suis eum semper literis praenerunt: & illam fidem tanquam boni filij quaesuerunt, cui nosse totius curam Ecclesiae a Christo ipso fuisse delegatam. ]

Commodè vero initium ducam ab iis quae de Constantino suppeditat Rupertus in c. 3. Ioanæ ad illud, Rex surrexit de solio suo. [ Vique adeo ( inquit, ) profecit auditus Verbi, & paulatim inualuit, ut de altitudine gloriae saecularis, demitteret, & subtus se curaret genu, verticemque inclinaret tanti Imperij baptizato Imperatore Constantino per Beatum Syluestrum Pontificem Apostolicae sedis. Nam in illo, quantum Euangelio Christi terrena potestas assurrexit, licet satis notum sit, paulisper tamen commemorandum est, ex priuilegio Sanctae Romanae Ecclesiae, quod idem Constantinus Imperator constituit. In quo inter caetera sic dicit; decreuimus quidem & hoc, ut idem venerabilis Pater noster Syluester summus Pontifex, vel eius successores omnes Pontifices, Diademate videlicet quod ex capite nostro illi concessimus, ex auro purissimo, & gemmis pretiosis uti debeant, & eorum caput ad laudem Domini nostri pro honore B. Petri Apostoli gestare. Ipse vero beatissimus Papa super coronam clericatus, quam gerit ad gloriam B. Petri Apostoli, omnino ipsa ex auro non est passus uti corona, Phrygium vero cadi diti nitoris, splendidam Resurrectione Dominica designans, ]

SVBNOT. 3. Quanta veneratio Papae debita.

SYNOD. 3. eius sacratissimo verticimantibus nostris impo-  
*Quanta* sumus, & tenentes frænum equi ipsius, pro  
*veneratio* reuerentia B. Petri Apostoli; stratoris officium  
*Papa debi-* illi exhibuimus; statuentes, eodem Phrygio  
*ta.* omnes succedentes eius singulariter vti in pro-  
 cessionibus ad imitationem Imperij nostri. Vnde  
 vt non Pontificalis apex vilescat; sed magis  
 amplius quàm terreni Imperij dignitas & gloria  
 potentia decoretur; Ecce tam palatium nostrum,  
 vt præfatum est, quàm Romanæ Urbis  
 & omnes Italiae seu Occidentalium regionum  
 prouincias, loca & ciuitates, præfato Beatissimo  
 Pontifici Patri nostro Syluestro, vniuersali  
 Papæ tradente, atque relinquentes ei, & succes-  
 soribus ipsius Pontificatus, a quorum potestate,  
 & ditione per hanc nostram diualem & sacram  
 pragmaticam cõstitutionem decernimus dispo-  
 nenda, atque iura Sanctæ Romanæ Ecclesiæ  
 concedimus permanenda. Vnde congruum prof-  
 peximus, nostrum Imperium & regni potesta-  
 tem Orientalibus transferri transmutatique re-  
 gionibus, & in Bizantij prouincia, in optimo  
 loco, nomini nostro ciuitatem ædificari, & no-  
 strum illic constitui Imperium; quoniam vbi  
 principatus Sacerdotum, & Christianæ religio-  
 nis caput, ab Imperatore Cælestium constitu-  
 tum est, iustum non est, vt illic terrenus Imperator  
 habeat potestatem. Nimirum cum hæc  
 iam dictus Constantinus dixit & fecit, tunc  
 Rex Niniue de solio suo surrexit, tunc Roma-  
 num Imperium verbo Domini assurrexit, & abiecit  
 vestimentum suum. ] De hac Constantini  
 Magni ad Christi in terris Vicarium demissione,  
 iam olim propheticè denunciata, luculenter agit  
 Michael Alphordus in Britannia illustrata lect.  
 2. cap. 2. §. 1. & ante eum Galatinus l. 4. de ar-  
 canis c. 27. Exhibuisse Constantinum Syluestro  
 ministerium stratoris, cuius est Dominum in  
 equum atollere, & equum deducere, monstat  
 ex Phorio in Nomo-Canone & ibidem Balsamone,  
 Petrus Simonis in Apologia veritatis  
 Catholicae cap. 149.

Constantinum Magnum, passibus propè æquis  
 affectatus hac in parte est Iustinus Imperator,  
 quem S. Io. Laduenienti obuium factum, & ante  
 eum summa cum demissione prostratum, exhibet  
 Anastasius in 104. l. & Marcellinus in Chronico.  
 Similiter Iustinianus, Constantino Papæ  
 ad pedes osculabundus se abiecit; & quidem cor-  
 ronam gestans in capite; vt apparet, etiam Imperatoriam  
 maiestatem deiici ad pedes Vicarij  
 Christi. Videndus Blondus Decade 1. l. 10. & Eugubinus  
 l. 2. de Donat. Constant. num. 66. Prostrationem  
 ad imos pedes Adriani Primi per Carolum  
 Magnum; Itemque Ludouici Pij coram Stephano  
 Tertio referunt Scriptores gestorum Caroli ac  
 Ludouici. Pirinus Stephanum Papam equitantem,  
 pedes ipse deduxit, vt scribit Anselmus  
 Lucensis l. 1. Collectan. Federicus I. anno  
 1155. post aliquam tergiversationem humilis  
 ministerij, adactus est Adriano IV. Stratoris  
 officium exhibere, & suppedaneum tenere Pon-  
 tifice equum ascendente; postquam agitata apud  
 Principes Germania controuersia, consultis veteribus  
 monumentis deprehensum est, eum fuisse  
 antiquum morem. Gallia, & Angliæ Reges,  
 equitanti Alexandro III. dextra lænaque assistisse  
 pedes, ac frænum tenentes, scribit Robertus  
 de Monte in Appendice ad Siebertum

anno 1163. Sciens prætereo exempla, alia Cæsarum,  
 Regum, ac Principum qui Christum in  
 suis Vicariis venerati humile stratoris officium  
 variis Pontificibus summis exhibere non sunt  
 deditati. Adæantur qui res Pontificum scripserunt,  
 & qui variotum Principum A&ta mandauere  
 Literis. Nominatimque consulantur, qui prodiderunt  
 qualem se Ludouicus II. præstitit erga Nicolaum I.  
 Conradus Henrici tertij filius erga Vrbanum II.  
 Gulielmus Dux Apuliae, erga Callistum II.

De osculatione pedum Pontificis per viros  
 Principes & quosuis alios; extrat libellus Ioannis  
 Stephani Valentini, & alius Marci Antonij  
 Mazzaronij; vbi capite tertio Caspinianum huic  
 osculationi pedum Pontificis; infestum comprimit  
 Et quamuis eum honorem, Romæ ab Anglis,  
 annuente Vrbanò Papa, delatum S. Anselmo  
 scribit Edimerus libro secundo tamen vt alteri  
 quàm Summo Pontifici delatus sit is honor,  
 petrarum fuit: respectu autem Pontificis fuit  
 ordinarium, & per omnes Catholicos iam olim  
 frequentatum, vt iidem aucthores docent; nequicquam  
 obstrepente Secretario prædicto, & Hotomano  
 disput. de Feud. cap. 24. aliisque exagitatæ à  
 Grestero ad lib. 3. Codini cap. 9. Nec pauca etiam  
 in eam rem dabunt, Bohus 20. de Signis capite  
 quinto & Genebrardus in Chronolog. ad annum  
 Christi 44. & in fine tertij seculi. Vniuersè  
 denique quanto honore optimi Principes Pontificem  
 sint prosecuti, tradunt Coccius tomo primo,  
 libro septimo. art. 8. Suar. lib. 3. defenf. cap. 21.  
 à num. 7. Stapletonus lib. 2. de magnitud. Rom.  
 Eccles. cap. 4. ac Laurentius Landemeter l. 2.  
 de veteri Clerico & Monacho c. 3.

Itaque Ioannes VIII. Epistola 73. aduersus  
 Lambertum Comitem à quo parum Illustribus  
 titulis, & vilius (vt ait) verbis, & inconuenientibus  
 sermonibus, audaci mente, Inhonoratus fuerat,  
 adducit contrarium vsum omnium retrò  
 Magnorum. [ Sedem Apostolicam (inquit) quam  
 DEVS omnipotens supra petram sui nominis  
 fundare dignatus est, non solum Reges & Principes  
 terræ, verum etiam Imperatores Augusti, & totius  
 orbis Domini, suis apibus, vtpotè caput omnium  
 Ecclesiarum Dei honorauerunt, dignisque præconiis,  
 eius Pontifices, Vicarios scilicet B. Petri Apostolorum  
 Principis laudauerunt, votisque supplicibus deprecari  
 studuerunt, & vsque in finem seculi, Petri  
 manente nomine ac memoria, supplicare non desinent. ]  
 Ludouicus item II. Imperator, referente  
 Anastasio in Nicolao I. cum Ioannes Episcopus  
 Rauennas aduersus Nicolaum rebellis, interpellaret  
 Imperatoris præsidium, significari illi iussit.  
 [ Vadat, & elationis saltu depositio, tanto se  
 humiliet Pontifici, cui & nos, & omnis Ecclesiæ  
 generalitas, inclinatus, & obedientia ac  
 subiectionis colla submittit. ]

Quid mirum, ista venerationis argumenta  
 Christi Vicariis exhibuisse pios Principes, quando  
 etiam impij Reges Atrila, Genfericus, Totilas,  
 alique, fuerin eo genere non pauci; Duo priores,  
 S. Léon. vltimus Pelagijs I. omni demissione  
 sunt venerati. Rectè id obseruauit Quintinus  
 ad Tertul. de Præf. c. 36. ac ibidè Pamelius  
 n. 212. Itè quid mirum, sumo Antistiti præstita  
 talia, cum minoribus Antistitibus exhibitalègatur  
 similia?

similia: Gulielmus Rex Angliæ, Alredo Eboracensi  
 ad pedes subiecit, vt est apud Neubrigem l. 1. c. 1.  
 Scribit Marthaus Paris anno 1170. Henricum II.  
 Angliæ item Regem, bis habenas equitantis S.  
 Thonæ Cantuariensis tenuisse. Quo animo erga  
 quoscumque Antistites esset S. Stephanus Rex  
 Hungariæ, his verbis testatus est ad filium lib.  
 1. sui decreti capite 3. [ Regum solium, ornat  
 ordo Pontificum. Ac per hoc in Regali dignitate,  
 tertium possident locum Pontifices. Charissime  
 fili, seniores illos ita custodias, sicut oculorum  
 pupillas. Si illorum beneuolentiam habes,  
 neminem aduersariorum timebis. Illis quidem  
 te obseruantibus, eris securus in omnibus;  
 illorum precatio commendabit te omnipotenti  
 Deo. Illos enim Deus constituit diuini generis  
 custodes, fecitque speculatores animarum, ac  
 totius Ecclesiasticæ dignitatis, ac diuini Sacramenti  
 dispositores, & datores; sine illis nec constituuntur  
 Reges, nec principantur. ] Et verò Synodus  
 Trolesiana cap. 5. eos qui Sacerdotibus honorem  
 non deferunt, (maximè primis, hoc est Episcopis,  
 quos ea Synodus agnoscit Christi Vicarios) grauius  
 delinquere, contestatur. Quantam Reuerentiam  
 ab Eufebia Augusta Constantij vxor poposcerit  
 Leontius Tripolis Lydiæ Episcopus, cum ab ea  
 accerferetur, tradit his eius verbis Suidas.  
 [ Si me ad te venire volueris, debita Episcopi  
 reuerentia conferuata, Ego quidem ingrediar:  
 Tu autem statim de sublimi isto solio descendens,  
 veneranter mihi obuiam procedas, & caput  
 meis manibus supponas, benedictionem acceptura.  
 Deinde ego sedeam; tu verendum astes, sessura  
 cum iussero, dato signo. Si hæc conditiones  
 placuerint, veniam ad te. Sin alio modo, non  
 tam multa dabis, non tam magna poteris, vt nos  
 honore Episcopi neglecto, diuinum Sacerdotij  
 institutum violemus. ] Quod iste ab Eufebia  
 poposcit, vltro detulit, ac etiam multo plus  
 exhibuit gerens se pro famula, vxor Maximi  
 Imperatoris, excipiens Treueris Sanctum  
 Martinum. Venerata item impensissimè est  
 Rauennæ S. Germanum, Placidia Augusta. Nec  
 prætereundum decretum Synodi Tricassinæ  
 sub Ludouico II. habitæ c. 1. quo edicitur,  
 vt nullæ mundi potestates, cotam Episcopis  
 sedere audeant, nisi illis præcipientibus.  
 Nec vnctionem Imperialem aut Regiam, æqui  
 parare Episcopis apices illos terrenarum  
 dignitatum, ita vt eximantur obligatione  
 venerandi Episcopos, benè perspexit Vvazo  
 Episcopus Leodiensis, qui Imperatori, se  
 quoque inunctum esse obiciens, reposuit, tantum  
 abesse vnctionem Episcopalem à Regia, quantum  
 vita à morte distat. Videndus de cultu  
 Episcopis quibusvis debito, Antiochus hom. 122.  
 & 124. & insigniter lib. 6. Capitul. Francor.  
 cap. 98. Varia item in eam rem adducit Iosephus  
 Stephanus lib. de Oscul. pedum Romanorum  
 Pontificum cap. 6. & Laurentius Laudmeter l. 3.  
 de veteri Clerico & Monacho c. 3. Si igitur  
 tantus honor debetur Episcopis, quantus Episcopo  
 Episcoporum?

Accommodare iam huc licet, argumentationem  
 Roderici Episcopi Zamorensis lib. 2. specul. vite  
 humanae c. 1. quo toto differens vbertimè de  
 Eminencia & sublimitate Romani Pontificis  
 Theopoli Reynaudi Pontificis.

ficus, probationem petit ex S. Ambrosio, qui  
 lib. de dignitate Sacerdotali, gradum simplicis  
 cuiuscunque Sacerdotis, anteponit cuiuscunque  
 humanæ ac terrenæ sublimitati, quod idem  
 multo iustius contendit de Episcopatu quocunque.  
 Nec abnueret S. Chryostomus, qui lib. 3. de  
 Sacerdot. initio, post Clementem Romanum  
 lib. 2. Constitut. cap. 34. tantum interuallum,  
 inter Christianum Sacerdotium, siue Episcopatum,  
 ac regiam dignitatem esse agnoscit, quantum  
 interiaceret inter spiritum & carnem, quæ  
 est capedo immensa, & distantia inadæquabilis,  
 ac sine vlla proxtus proportione. Idem homil. 5.  
 de verbis Esaiæ, *Vidi Dominum*, ferè initio,  
 sic disputat in hanc sententiam. [ Sacerdotium  
 principatus est, ipso etiam regno venerabilius  
 ac maius. Ne mihi narres purpuram, neque  
 diadema, neque vestes aureas. Vmbra sunt  
 isthæc omnia, vixnisque flosculis leuiora.  
*Omnis enim* (inquit) *gloria, flos graminis*,  
 etiam si ipsam gloriam regalem dixeris. Ne  
 inquam mihi narres ista, sed si vis videre  
 discrimen, quantum absit Rex à Sacerdote,  
 expende modum potestatis vtrique traditæ,  
 & videbis Sacerdotem multo sublimiùs Rege  
 sedentem. Quamquam enim nobis admirandum  
 videtur thronus regius, ob gemmas affixas,  
 & aurum quo obinctus est, tamen rerum  
 terrenarum administrationem fortitus est, nec  
 vltra potestatem hanc, præterea habet quicquam  
 auctoritatis. Verum Sacerdoti, thronus in  
 cælis collocatus est, & de cælestibus  
 negotiis pronunciandi habet auctoritatem.  
 Quis hæc dicit Ipse cælorum Rex: *Quocunque ligaueris  
 super terram, erunt ligata & in cælis: &  
 quocunque solueris super terram, erunt soluta  
 & in cælis.* Quid cum hoc honore conferri  
 possit? A terra iudicandi principalem  
 auctoritatem, sumit cælum. Nam iudex sedet  
 in terra, Dominus sequitur seruum, & quicquid  
 hic inferioribus iudicari, hoc ille in  
 supernis comprobatur. Itaque medius  
 stat Sacerdos inter Deum & naturam  
 humanam; illinc venientia beneficia ad nos  
 deferens, & nostras petitiones illuc  
 perferens, Dominum iratum reconcilians  
 vtrique naturæ, nos qui offendimus  
 eripiens ex illius manibus. Eoque Deus  
 ipsum regale caput Sacerdotis manibus  
 subiecit, nos e rudiens. Hic Princeps  
 est illo maior. Si quidem id quod minus  
 est, benedictionem accipit ab eo, quod  
 præstantius est, ] Videndus qui Antistitum  
 quorumcunque ac Sacerdotum sublimitatem,  
 & summam apud omnes retrò veteres  
 venerationem, splendide, Ethnicorum quoque  
 sensu non prætermisso exequitur Ludouicus  
 Mzioranus libro tertio de vero Dei cultu à  
 capite vigesimo quarto.

Hoc si ita est de Sacerdotio quocunque, (&  
 volo, Sacerdotium, pro vsu veterum vsurpari  
 eo loco, ad designandum Episcopatum) quid  
 de eo Sacerdotio dicemus, quod fons est, atque  
 principium totius ordinis Hierar. chici; nec  
 stringitur ambitu exigui territorij, sed  
 vagatur per orbem vniuersum, & Dei  
 ipsius Vicaria est præfectura? Ratiocinatio  
 est Gelasij Papæ quem expressit Pocho  
 Prumiensis libro 3. de statu Domus Dei.  
 [ S. (inquit) Gelasius, scribens ad Anastasium  
 Imperatorem, ) cum quibus generaliter  
 Sacerdotibus rectè diuina tractantibus  
 fideliū colla.

SYNOD. 3.  
*Quanta*  
*veneratio*  
*Papa debi-*  
*ta.*

SVBNOT. 3.  
Qu. n. 1.  
v. n. r. a. r.  
Papa debi-  
ta.

colla conuenit submiti, quanto potius sedis illius Præsuli consensus est adhibendus, quem cunctis Sacerdotibus, & diuinitas summa uoluit præminere; & subsequens Ecclesie generalis pietas celebravit? ] In eandem sententiam, differit omnino insigniter Nicolaus I. Epist. 8. quæ est ad Michaclem. Et in veteri quidem Testamento, Pontifex Aaronicus, præponebatur Principi populi, ut ex modo ambos referendi seruat in Scripturis, expendit diligenter Philipus Abbas l. de Continentia cap. 70. quanto magis idem ualere debet in nouo Testamento?

Itaque demissus, ac minus exactè quàm rei ueritas seuerè expressa ferret, sic locutus est Symachus Papa, in Apologet. ad Anastasium Imperator. m. [ Conferamus honorem Imperatoris, cum honore Pontificis? inter quos tantam distat, quantum quod ille curam rerum humanarum gerit, iste diuinarum. Tu Imperator, à Pontifice baptismum accipis, Sacramenta sumis, orationem polcis, benedictionem speras; pœnitentiam rogas. Postremò tu humana administras, ille tibi diuina dispensat. Itaque ut non dicam superior, certè æqualis honor est, Nec te putes mundi pompa præcellere, quia quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. ]

Non æquari tantum, sed longè anteferri oportuit spirituale Imperium supremum, cuiusque temporali: quandoquidem principatus inferior, qualis in vnoquoque Episcopo cernitur, iudicibus Ambrosio ac Chrysostomo, ( ut referebam ) improporcionabiliter & inadæquabiliter superat imperium quodcumque terrenum. Idèdque nusquam legimus, eo honore affectos esse Imperatores, quo affectum legimus supremum spiritualem principem, Romanum Pontificem, ut reuerentiam ab eius conspectu, & dignatorum beata eius præsentia, pedibus figantur oscula, & uestium partes rapiantur, ac pro reliquiis asseruentur, Quod facere Æthiops, suis Roma reuocentibus, scribit ad Eugenium Papam anno 1441. Nicodemus Abbas Vicarius Patriarchæ Æthiopiæ, apud Iacobum Nauarchum, ex quo Sanderus l. 6. monarch. n. 1122.

Non sunt componenda signa infidelium cum rebus Christianis. Tamen obiter inuat annotare, etiam in falsis Religionibus summa superstitionis capita, præcellenti cultu esse donata, & eorum sublimitatem, humano fastigio esse antepositam. De Tartaris ita scribit Sigismundus Herbersteinus in rerum Moscouiticarum Commentario pag. mibi 103. [ Seyd, supremus Tartarorum sacerdos in tanta apud eos autoritate ac ueneratione est, ut etiam Reges aduenienti occurrant; stantisque huic equo insidenti, manum porrigant, capiteque inclinato, ( quod solis concessum est Regibus, ) tangant: Nam Duces, non eius manum, sed genas; nobiles uerò pedes; plebeij, uestes tantum aut equum, manu attingunt. ] De A'ghabasso Ismaelitarum summo sacerdote & sacerdotum uerius quam terræ Rege, scribit in Itinerario Beniaminus Tudelensis pag. 16. nullum cibi; uel potus, aut uestimenti usum admittere, præterquam eorum quæ ipse labore manuum suarum comparat. Storis & tegetibus quas conficit, signum suum imprimit; sicque tradit Ministris primariis, ut in foro diuen-

dantur, eo auctiore pretio quod arte facta notata signo prædicto, ueluti sacra, & Religione imbuta existimantur. Aduentum cum multi peregrini clamantes, Dominò noster Ismaelitarum lux, legisque nostra inbar, ostende nobis facies tue splendorem. Hos ille non audit, sed uirgibus domesticis sublatam uestis suæ alam demittit è fenestra quam peregrini accedentes, religiose exosculantur sicque audiunt, *Ita in pace. Jam enim Dominus noster dedit nobis pacem.* si ea est Regis sacerdotum ac summi sacerdotis apud gentes Barbaras obseruantia, quantum par est uigere apud Christianos, ueri Christi Vicarij, reuerentiam? Quanto excelsior est Christiana Religio falsis barbarorum superstitionibus, tanto caput Christianæ fidei quod secundum Christum est Romanus Pontifex, apicibus superstitionum illarum antecellit. Itaque extra omnem comparationem, sublimiori ueneratione debet patere.

Potèd spectata tam sublimi Pontifici dignitate, quæ est uenerationis Pontifici debita fundamentum, addendum est, non qualemcumque cultum ei esse impendendum, sed supra communem ordinem cultus religiosi sanctis tributi; ita ut cum Sanctis exhibeatur cultus dulci spectata sola eorum sanctitate, Pontifici tamen debeatur cultus hyperdulci. Videri potest contrarium sentire, & communem sententiam in contrarium allegare, Antonius Mazzaronius Tract. de adorat. & osculo pedum summi Pontificis c. 1. sub *si rem.* Decernit enim de communi Doctorum sententia, deberi Romano Pontifici cultum dulci. Sed fortassis non dissidet nisi uocabulis, ut neque allegatus ab eo Purpura. post Iaso. l. 1. de offic. eius cui mandata est iurisdicção. Quomodocumque uerò usurpata ab istis sit uox *dulci*, tribuendam dico Pontifici hyperdulciam. Nam eius coniunctio cum Christo, quoad fundamentum reuerentiæ, est longè altior, quicquid sit de sanctitate personali. Sicut B. Virgo, quia habet excellentiam specie diuersam ab ea quæ fundatur in gratia, nempe maternitatem, colitur adoratione superiore quàm sit ea quæ fundatur in sola gratia sanctificante, ut rectè statuit Suarez t. 2. 3. p. disp. 12. sect. 3. qui anceps est, an cultus ille sit religionis strictæ sumptæ, à qua oritur Dei & Christi adoratio; an uerò oriatur à speciali habitu, ob specialem Virginis dignitatem cultus prædicti fundatricem. Quod secundum, circa B. Virginem, mihi placet; & ob paritatem rationis, idem statuo in re præsentia, circa impensum Vicario Christi. Potèd quantum est honor quem fideles Pontifici exhibere possunt, superuacaneus propè uideri potest, Iudice Petro Damiani Opul. 5. serm. ad Mediolanenses. [ Quo enim pacto ( inquit ) honore indiget paruuli hominis Romana Ecclesia, quæ laudes, atque præconia ex ipsius ore sortita est Saluatoris? ]

Non debet uideri leue argumentum obseruatiæ ac uenerationis erga Pontificem quod Ecclesia pro eotam frequenter oret, siue in sacro Canone Missæ siue in formula litanica, ac etiam alibi. Nam ut in Canone mentio fiat Pontificis ex perantiquo uisus est, ut liquet ex Clemente 8. Constit. c. 12. & ex liturgia S. Marci, longèquè posterius peculiari præcepto ita edi-

xit Concilium Vascense II. c. 4. vno sui nominis Episcopo cui nomen *Contumeliosus*, contumeliose obstreperit, ut dicam fructu sequenti. Et de hac consuetudine dixit Pelagius II. esse ab Ecclesie communionem extorres qui cuiuscumque dissensionis prætextu, omiserint pro Pontifice orare in sacro contra antiquum usum: quem etiam Græci quamdiu sapuerunt exquisite seruauerunt, inscripto diptychis suis Papæ Romani nomine. Quod si expunctum est, cum hæretici inter eos sunt rerum potiti; tamen erroribus abactis, restitutum est, ut contigit sub Iustino anno Domini 518. cum nomen S. Leonis Magni ab hæreticis erasum, in diptycha denuo est illatum. Latius de hæc oratione pro Pontifice Romano in sacro, Alcuinus, Florus Magister, Odo Cameracensis, & Stephanus Eduensis, aliiquæ cum veteres, tum recentiores, exponentes Canonem Missæ. Orationem pro eodem Pontifice in litaniis, eruditè tuetur Serarius l. 1. litanico c. 13. repellens Sacerdarios qui eam expunxerant. Hæc pro Pontifice oratio, eatenus ceiserit potest argumentum uenerationis erga eum, quatenus fideles sic orando, contestantur in actu exercito, quantæ necessitatis sit in Ecclesia, Pontificis maximi dignitas, cui conseruandæ ac feliciter dirigendæ, exorare à Deo satagunt, consentaneum lumen ac tutelam de cælo.

## FRUCTVS II.

*Despectio & inhonoratio Romani Pontificis, quàm tetra, cælestium irarum deuocatiua.*

Tantum de iusta ueneratione debita Christi Vicario. Quid uerò de iis statuendum, qui pro cultu reddunt despectionem, & effundunt contempcionem super Ecclesie Principem? Quid de oblocutoribus ac detractoribus, Pontificis famam uolantibus? Agit in hos egregiè ex multis iuribus & rationibus Gabriel Bie in Apologetico Obedientiæ Apostolicæ parte 1. propositione 6. sed audiamus antiquiores.

Grauius hoc scelus detestatur S. Cyprianus Epist. 55. prolatis uariis è Scripturam pharetra telis. Nimirum quod is qui fratrem dixerit *Rachab*, reus gehennæ ignis pronuncietur. At quomodò censuram Domini ultoris euadent, qui talia ingerunt non solum fratribus, sed & sacerdotibus, quibus honor tantus de Dei dignatione conceditur? Item quod Deuter. 17. morti adiudicetur, quicumque fecerit in superbia ut non exaudiat Sacerdotem. Quod Samuelis contempcionem, in se Deus refusam contestatur; id quod etiam in Euangelio Sacerdotibus à Christo dicitur; *Qui uos spernit, me spernit.* Quod inter supremas impendentis mortis angustias, Christum percussus à famulo, quasi in gratiam Sacerdotis aduersus istum nihil contumeliosè dixerit, nec aliquid de eius honore detraxerit. Quod denique [ in Actibus Apostolorum B. Apostolus Paulus, cum ei dictum esset; *Sic insulis in Sacerdotem Dei, maledicendum?* Quamuis Domino iam Crucifixo, sacrilegi &

impij & cruenti illi esse cœpissent, nec iam SVBNOT. 3. quicquam de Sacerdotali honore & auctoritate Inhonorat. 3. retinerent, tamen ipsum quamuis inane nomen, ratio Papa & umbram quandam Sacerdotis cogitans Paulus, *nesciebam* ( inquit ) *fratres, quia Pontifex est. Scriptum est enim, Principem populi tui non maledices.* ] Concludit ex his omnibus S. Cyprianus. [ Cum hæc tanta ac talia & multa alia exempla præcedant, quibus Sacerdotalis auctoritas & potestas de diuina dignatione firmatur, quales putas esse eos, qui Sacerdotum hostes & contra Ecclesiam Catholicam rebelles, nec præmonentis Domini comminatione, nec futuri Iudicij ultione terrentur? Neque enim aliunde hæreses obortæ sunt, aut nata sunt Schismata, quàm inde quod Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Ecclesia ad tempus Sacerdos, & ad tempus iudex vice Christi cogitur. ] Agit de contempcionibus & inhonoratoribus Cornelij, quem vnus in tota Ecclesia Sacerdotem ad tempus, seu pro toto suæ uitæ tempore statuit.

Verissimè autem iuxta Cyprianum, hæc vnus in Ecclesia dehonestatio, aditus ad hæreses statuitur. Genua certè, sic proluxit deflectioni à Deo, ab Ecclesia, ut lego apud Fratrem Iacobum de Marchepallu Ordinis Minorum, qui paucis annis priusquam ea urbs euauderet in Metropolim impietatis, scribebat in ea libellum de subsidio animarum Purgatorij per indulgentias. Nec rarè deprehensum est, inhonoracionem, uel minorem reuerentiam erga Romanum Pontificem, notam esse fidei clanculum oblatæ, aut corruptorum morum. Sanè cum Concilium II. Vascense can. 4. ad honorem summi Pontificis edixisset, ut nomen *Papa* ad omnes Missas recitaretur; vnus inuentus est qui obstreperet, Contumeliosus Rhegiensis Episcopus; qui decretum tum demum habere locum uoluit, cum Papa daret suam oblatam, quod erat illudere decreto, & honorificam Papæ in sacro appellationem, restringere ad euentum Metaphysicum. Quis tamen esset Antistes ille nominis sui, & uerè contumeliosus, post modum deprehensum est, cum ob adulterium & alia scelera quorum est infirmulatus, motus est Episcopatu. Vtinam uerò alterius farinae plerumque essent contumeliosi quidam Antistes, quorum lingua transit in terra: & idèd non exhorrescunt ponere in cælum os suum, & saltem clanculariè aut oblique contempcionem effundunt super constitutum à Deo Principem. Premenda potius hoc loco statuo, quæ Nazianzenus longo carmine aduersus prædicti Contumeliosi germanos, dissimulanda non censuit. Sed mihi inuidioso argumento spatium potius oppandi placet. Tamen non ratò, aut ex scintillis ex igne introrsum abdo dissidentibus, aut ex erumpente ( quantum in inhabeatur, ) crasso & terro fumi uapore, perspicere etiam lusciosi possunt, cuius internæ dispositionis partus sit inhonoratio eius quem Deus uoluit honorari.

Ipsè Deus in Contemptores sedis Apostolicæ non rarò ultus est seuerissimè; Et ita quidem, ut vnde inhonori erant. in Apostolicam sedem, inde multarentur atque perirent. Grauius id contestatur Nicolaus Patriarcha Constantinopolitanus Epistola ad Simonem Bulgaricæ Principem,

**SYNOPSIS.** 3. *Inhonoratio* cipem, quam descripsit Batonius anno 917. n. 6. Experimenta frequentia idem comprobantur. Ex Italia, multa collegit Thomas Bosius l. 4. de statu Italiae c. 3. singulare est & animaduersione in hoc genere dignissimum quod circa Anagninam ciuitatem antea florentissimam obseruat Alexander Bononiensis in Latij & Hernicorum descriptione, ac Henricus Spondanus ad annum 1303. ex quo in Bonifacij octauum dehonestatione per Sciarram Columnam & Nogaretum consessit, miserè iuisse præcipitem, pestilentia, bello odiisque ciuilibus in desolationem fuisse redactam. Itaque sub Clemente VII. pauci qui supererant ciues, in cœtu communi tot malorum causam follicite scrutati, deprehensio scelere maiorum suorum in Bonifacium, expetiisse à Clemente Pontifice ut Episcopum aliquem mitteret qui miseram urbem à tanto scelere expiaret. Sed & Genebrardus in psal. 106. oras quasdam Germaniæ per abiunctionem à Romano Pontifice ob hæresim, ex fertilissimis euasisse in saliginem & sterilitate esse multatas. Alij ob hanc noxam miserè perierunt. Testes Photius & eidem miserè suffragati Græci; testis superiore sæculo impius Volfæus, & demeratus ab eo Hæricus viij. Cõtigit illis proportione, quod impio cuidam, in Ecclesiam Alexandrinam licenter ingresso, & in thronum Apostolicum eius Ecclesiæ contumelioso diuinitus contigisse, sic scribit S. Anastasius Epist. ad solitariam vitam agentes. [Quidam ex petulantioribus iuuenibus, interiora penetrans, audacter se in thronum sessum recipit, inter sedendum fornicarios runchos de naribus insouit; mox deinde confurgens, magna vi thronum conuellens, ad se distrahit, minime animaduertens; in se se ultionem diuinam attrahere. Vt enim olim Azoci Incolæ, ausi arcam attingere, quam illis vel oculis attingere nefas fuit, statim secundum hoc factum peribant, sed ita ut prius sedium tormentis excruciantur; Ita quoque miser iste, ausus sellam conuellere, fragmento ligni, inde in ventrem ipsius resiliente, & quasi ab ipsa ultione impacto, intestina sua perforauit, & eadem vi qua solium dirumpere conabatur, rupta aluo, sua intestina effudit, celeritèque quam ipse thronum auferret, thronus ei vitam sustulit. Effusus enim, (vt de Iuda scriptum est,) visceribus, collapsus est; ac inde asportatus, post vnum diem expirauit.] Non dissimilis fors, manet sedis Apostolicæ contemptores ac inhonoratores. Ipsa inhonoratio sit eis in ruinam, sicut minus corpoream, at quod longè grauius est, spiritualement.

Et hoc est quod S. Aldelmus Epistola ad Geruntium, prolapsionem in aliam terriorem voraginem, huic contemptioni denunciat, agens in contemptores quorundam Romanorum rituum. [Si Petro (inquit) clauis cœlestis regni à Christo collatae sunt, de quo Poëta ait,

*Clauiger asherens, portam qui pandit ad aethram.*

Quis Ecclesiæ eius, statuta principalia spernens, & Doctrinæ mandata contemnens, per cœlestis paradisi portam, Sanctis gratulantibus ingreditur? Et si ipse potestatem ligandi, atque Monarchiam in cælo & terra, foelici sorte & peculiari priuilegio accipere promeruit, quis Paschalis festi regulam & tonsuræ Romanæ

ritum refutans, non potius se strictis nexibus inextricabiliter obligandum, quam clementer absoluedum vllatenus arbitretur? Haud aliter Claudium Taurinensem Paschalis Papæ contemptores, excipit Ionas Aurelianus ex extremo libro de Imag. Quantumvis enim Hæreticus ille obtenderet, Paschalem non implere Apostolicam operationem, nec rectè dici Apostolicum, qui Apostoli custos non esse, id est qui ea non custodiret, quæ Apostolus vita & moribus expresserat: Tamen negat Ionas contemptorem tantum Patris & prælati, innoxiam fore. Vergetque in eam rem illud Davidis 1. Reg. 26. *Quis mittet manum suam in Christum Dominum, & innoxius erit.* Addit etiam exemplum Oza. [Qui quoniam arcam Dei præsumptuose sustentare voluit, sententiam mortis illico experiri meruit. Tangit namque hoc exemplum eos qui incaute, prælatos sibi, indignè reprehendendo & despiciendo, quasi casuram eorum vitam manu reprehensionis sustentare nituntur, & Deum offendunt, cuius hi qui præfunt, in prælatione vice funguntur.]

Imò vniuscuiusque, membri damnus à violatione capitis merito esse timendum, tradit optimè S. Auitus Epistola 31. nec non Luidbertus Moguntinus, Epistola ad Regem Ludouicum, in calce Opusculorum Hincmari. Adhorrans enim Regem prædictum ad opitulandum Ecclesiæ, rationem hanc reddidit. [Quaritur namque grauius, & dehonestatum primatum & dignitas eius in sede S. Petri, eo quod inaudita quadam & occulta persecutione, non ac infidelibus & Dominum nescientibus, sed ab eis (quod dolendum & plangendum est,) qui Duces & Rectores populi Dei, esse debuerunt, iniuriis appetitur, humana diuinis præferre conantibus; & necesse est, dolorem qui constat in capite, nisi salubris & velox medicina succurrat, paulatim per membra diffundi.]

Hoc ipsum, nempe hanc capitis Ecclesiæ contemptionem & iniuriam, ab omnibus æque corporis Christi membris haberi debere vt propriam, aliter sed egregiè tradit S. Bernardus Epistola 242. scribens ad Romanos in Eugenio Papam iniurios. [Dolor iste (inquit,) cum sit capitis, non potest non esse & corporis, cuius membrum sum ego. Numquid non dolente capite clamat lingua pro omnibus corporis membris in capite se dolere, & omnia per ipsam, suum caput summumque capitis fatentur incommodum? Dimitte proinde quæso, dimitte, [vt plangam paululum apud vos dolorem meum, nec meum tantum, sed & totius Ecclesiæ. Nonne ipsius vox est hodiè per vniuersum mundum, Caput meum doleo, caput meum doleo? Quis namque vel nouissimus Christianorum in toto sit orbe, qui non gloriatur hoc capite, quod ambo illi gloriosi Principes terræ, alter amisso, alter submisso in sua Cruce capite, suo triumpho extulerunt, suo sanguine ornauerunt? Ad omnem itaque spectat Christianum iniuria Apostolorum, & sicut in omnem terram exiuit sonus eorum, sic læso eorum, ab omnibus vsquequaque plangitur & doletur. [Nimirum Pontifex est *Pater communis*, cuius inhonoratio & despectio, omnes æque filios debet tangere.]

Idem Argumentum ducere licet ex eo quod Ecclesia

Ecclesia dicitur *mater fidelium*, quod Ecclesiæ elogium per Pontificem comprobati, suo loco est demonstratum. Ex eo potè *matris* titulo, luculenter omnino pro reuerentia & honore debito Romano Pontifici disputat S. Leo IX. Epist. 1. quæ est ad Michaelem & Leonem; vbi postquam ex multis scripturis monstrauit, quàm damnosum sit carnali matri esse ignominiosum, aut irreuerentem, concludit. [His igitur & aliis quàm plurimis liquet assertionibus, quid mereatur, etiam carnalis matris contemptus. Et quid de spiritualis genitricis contumelia & exprobatione dicitur? Illa siquidem nos in iniquitatibus conceptos generauit ad mortem; ista verò culpis remissis, regenerauit ad vitam. Quorum ceu dispar est meritum, ita & dispar pro eorum honore aut dedecore præmium; quia carnalem matrem honoranti, longæuitas super mortientium terram, & firmitermentum casæ casuræ reppromittitur; exasperanti autem eam terrenorum eradicatio fundamentorum. Porro spiritualement venerantes, longitudinem dierum in dextra Dei videbunt, & in terra viuendum sine fine habitabunt. Sperentes verò illam duplici contritione conterentur, & sicut diplouide, confusione sua induentur, & radix eorum de terra viuendum euellatur. Etenim affectio carnalis matris; si nos prohibet à reuerentia spiritualis, penitus relinquenda & abscindenda est nobis.] Quare si oculum qui subsannat patrem, & despicit partum matris suæ, effodient eorum de torrente, & comedent eum filij Aquilæ, quanto magis Christianum, qui matrem Ecclesiam, (quo nomine Pontifex inuoluitur,) habet despexit, siue inhonorat, manebunt dira supplicia, & iam ex hac vita, & maximè in futura? In hanc rem insignis est Epistola Stephani Papæ, redarguentis Basilium Imperatorem, eo quod Maximum prædecessorem suum, petulantibus literis dehonestasset.

Non est quod huiusmodi dehonestatores Pontificis, obtendant exemplum Sancti Cypriani qui Epistola 74. scripta ad Pompeium, in S. Stephanum Romanum Pontificem quod hæreticorum anabaptisimum improbaret strinxit calamum irreuerenter & acerbè. Vnde quanta Donatistis rebaptizandos hæreticos contendentes exultandi materia, teste Sancto Augustino libro Primo de Baptismo capite Primo tanta Catholicis ipsique præsertim S. Augustino in eo scopulo declinando molestia. Fateatur tamen idem Sanctus Augustinus duriora illa in Sanctum Stephanum verba, iudicari ab hæreticis infarta, in quam rem videndus quoque Bellarminus libro quarto de Romano Pontifice capite 17. & Baronius anno 258. additque idem S. D. Epistola 48. congruè de Sancto Cypriano exedi, quod ante mortem respuerit; & libro de vnicobaptismo capite decimo tertio ait, si in hac causa aliquid purgandum habuit, vltima passionis falce id recidisse. Ex quo liquet, irreuerentiam Sancti Cypriani in Sanctum Stephanum, ex Zelo incondito deriuatam, & æqui limites prætergressam, nulli præluere oportere ad similem noxam; præsertim cum quæ leguntur apud S. Cyprianum asperiora & indigniora, ab hæreticis supposita credantur, iudice ipso S. Augustino. Similiter quoque, acerrimam illam declamationem, nomine Leodicis Ec-

clesiæ vulgatam in Paschalem II. quæ Tomar. **SYNOPSIS.** 3. Conciliorum editionis Colonienfis legitur, *Inhonoratio Papa quam terra* quamuis quod esset nomine Leodienfium tunc schismaticorum exarata sit floccificanda, tamen fuisse confectam à Centuriatoribus S. censeo Ioannes Roberti in Leodio Catholico capite 19.

Porro non modò despectio & inhonoratio positua vitio vertitur in hac parte, sed etiam delatio honoris minoris quam pro eo gradu. Vt enim rectè ait Abucara Opusc. 14. *inuita*. [à meliore parte, non à minore, appellationes sunt ab iis præsertim qui laudant & honorare volunt.] Vnde eruit, cur B. Virgo non dicatur quod verè est *χριστογενος*, sed *θεογενος*; quia saltem distinctè est honorificentior titulus Deiparæ, quàm Christi paræ. Videndus Phaurionus apud Gellium l. 19. c. 3. monstans quàm parum ab sit vituperatione laus iusto minor. Et hinc apparet, quàm merito Ioannes VIII. tamen mollis Pontifex, idèdque ad sugillationem eneruis animi, *Papissa* dictus, tamen ægrè tulerit, quod titulis honoris conuenientibus donatus non fuerat à Lamberto Comite. Sic enim ait. Epist. 73. *carpens mandatas idèd missas ab eo literas.* [Audientes literas tuas quas mandastis, mirati valde fuimus super earum verbis inconuenientibus, quæ nec debitas S. Petri laudes resonant, nec Ecclesiasticis concordant regulis, vel doctrinis; cum nobis illa verba mandastis, quæ sæcularibus viris & comparibus tuis scribere solitus es hoc est cum dicis nobis, *Tua nobilitatis*; vel cum dicis nobis, *monemus nobilitatem vestram*; in quo luce clarius mentem vestram cognoscimus erga nos minime deuotam, sicut putabamus exiltere.] Similiter Agobardus redarguit Ludouicum Imperatorem, quod scribens ad Pontificem, tenuioribus quam pro dignitate titulis eum affecisset.

### FRUCTVS III.

#### *Obedientia venerationi erga Pontificem adiungenda.*

**N**on erit cultus Pontificis (de quo hætenus) omnino plenus, nisi coniunctam habeat obedientiam. Itaque hæc quoque, Pontifici tanquam Christi Vicario præstanda est, & quidem ex necessitate, vt ex permultis iuribus latè confirmat Radulphus Tungrensis l. de Canonum obseruantia propos. 3. & 22. fusèque contra Vicleffum, & egregiè quoque Gabriel Biel in Defensorio Obedientiæ Apostolicæ, quod habetur ad calcem sermonum eius de tempore. Non enim si Pontifex dicit se omnium seruum, censendus est derogare potestati cui omnes obedientiam debent vt rectè differit Ioannes Lenzæus l. 9. de Christi. libert. c. 7. hac in parte fuorem, Valdensis l. 2. doctrin. c. 44. & 45. Et esse debere hanc obedientiam, non dilectricem sed cœcam, Auctor Micrologi docet insigni loco quem infra dabo.

Haud aliter Hugo Etherianus l. 3. contra Græcos c. 17. cuius testimonium est eo acceptius, quod & Græcus fuit; & Sanctissimi Martyris, Stephani Iunioris, qui sub Constantino Copto



SvBNOT. 3. Copronymo claruit, suffragatione comunit  
Obedien- sensum suum, his prater caetera. [Equum igitur  
tia Pontifici- tur est, ratum habere, quod tanta Ecclesia de-  
debita. decernit; quod tantus Pontifex enunciat, sine  
quo vixit calami omnis Ecclesiasticae traditio-  
nis atescit, vt memorandus inter Sanctos Bea-  
tos Iunior Stephanus asserit: qui non modò an-  
te Deum sit magni, verum apud omnem Grae-  
cam multitudinem Apostolicae praedicatur San-  
ctitatis. Hic magnus vir, cuidam Synodo sub-  
scribere inuitatus, huiusmodi voces, cum fi-  
ducia extulit. Quomodo qui Sanctuaria profana-  
stis, sanctam constituisis Synodum? O ne-  
fas! Quomodo vtique vniuersalis vocetur Sy-  
nodus, in qua Romanus Pontifex non complau-  
cuit? praterquam impossibile profus Ecclesi-  
astica Canonice stabiliri. Ei ergo vertices mon-  
tium & omnium turba fidelium genua flectere  
debet; & pro bellicis increpationibus iugum  
complecti subiectionis. Namque Petri Cory-  
phaei & Successoris eius, gentium principatus  
& regna, gubernaculo subduntur. Huius Eccle-  
sia, de se splendorem emittit semper, & non  
tenebre scit, à qua exit lex & iudicium, ad quam  
homines vndique terrarum conueniunt, & me-  
rito.]

Recitat visionem lineae S. Petro obiectam; in  
signum demandata illi à Deo operæ ad gentium  
conuersionem. Tum subdit. [Quibus ex rebus  
liquido claret, quod Petrum eiusque Succes-  
sorem, Principem Christus & caput non modò  
Latinorum, Graecorum, Occidentis, ac Sep-  
tentrionis vniuersi; verum Armeniorum, Ara-  
bum, Indorumque, Madianitarumque, ac Ama-  
leccitarum constituit. Ob quam rem, occidui so-  
lis limites vniuersi, Petri Successorem, ex tunc  
sibi Dominum recognoscunt, & sub illo praes-  
ule diriguntur: quod omnem ab vtero matris  
errantem facere opportunum est.] Concludit  
paulo post. [Quicumque ergo Nauiculam Pe-  
tri spernit, incaute nauigat, & nisi plumbeas  
moles pernicacitatis reficiat, influent maria.  
Indecens quippe, ac inconsentaneum est, legem  
matris dissoluere Audi (inquit Salomon,) filii,  
sermones Patris tui, & ne abicias legem matris  
tua. Hæc est illa pia & Sancta mater, quo non  
quomodolibet, sed Christo prouidente, in-  
struente paracletò, atque dictante Petro, Spi-  
ritum ex Filio procedere asseuerat.] Sic Hugo  
quoad illam veritatem, de qua Graeci semper  
iugi impatientes, altercabantur cum Romana  
Ecclesia. Sed idem de quocunq; alio Pontifi-  
cum decreto, æquè dicit posset.

Et ita dictum reipsa est quoad alia puncta, à  
S. Cyrillo Alexandrino in Thesauro. Non in-  
nitur quidem is locus in vulgato hæctenus The-  
sauri opere. Sed eam editionem esse multiplici-  
ter mutilam, constat ex multis, quæ Cypa-  
rissota ex eo Opere allegat, nec reperiuntur  
in Opere Thesauri hæctenus vulgato. Inueniri  
tamen locum de quo agimus, etiam num alicu-  
bi, certo argumento est, quod Hieronymus Do-  
natus in Apologet. de Rom. Sedis principatu,  
& Turrianus lib. 2. de Pontificis auctoritate su-  
pra Concilia, ac ex eo Lindanus libro quarto  
Panopl. capite 87. adducunt Græca Cyrilli Ver-  
ba: δὲ (inquit) ἡμεῖς οἱ μέλη ἐμμένον τῇ  
κεφαλῇ ἡμῶν, τῷ τῆς Ρωμῆς Ἀρχιερεὶ, καὶ τῷ  
Ἀποστολικῷ θρόνῳ: ἀφ' ἃ ἡμετέρον ἐστὶ ζῆτον

τὸ πιστεῦναι, καὶ τὴν ἀδελφότητα μέλλονεν καὶ κρατεῖν  
ὅτι ἡμεῖς μένη ἐστὶ ἐλέγχον ἐπιδορθεῖν, ἐπιτιμᾶν,  
ἐπιτιμᾶν, διατιθέναι, λῆειν καὶ ἄσμεν. Hæc La-  
tinè sic vertit Turrianus.

[Debemus nos, vt qui membarsumus, capiti  
nostro Pontifici Romano, & Apostolicæ sedi  
adhærere. Ad nos pertinet, ab eo quid creden-  
dum quid opinandum quid tenendum sit, quaerere:  
quoniam, solùm Pontificis sit, arguere,  
corrigere, increpare, ratum facere, disponere,  
soluere, & ligare.] Paulo plenius eum ipsum  
S. Cyrilli locum Latinè expressum retulit S.  
Thomas, Opus. 1. c. 68. & Opusc. 19. cap. 3.  
quod etiam sinunc is locus nullibi Græcè extat,  
eum non esse supposititium, manifestè euin-  
ceret. Nemo enim ausit cogitare, S. Thomam  
voluisse lectori imponere, proferendo falsa tes-  
timonia: eo præsertim opere, quo impugnans  
Græcos, falsi loquij sæpè notatos, facile eos ex-  
pertus esset recriminatores, & falsæ allegatio-  
nis reprehensores. Sic igitur habet locus S. Cy-  
rilli, adductus à S. Thoma, & prolatus etiam à  
credito Gennadio c. vltimo pro Concilio Flo-  
rent. f. 12. [Vt membra maneamus in capite no-  
stro, Apostolico throno Romanorum Pontifice,  
à quo nostrum est quaerere, quid credere, &  
quid tenere debeamus; ipsum venerantes,  
ipsum rogantes pro omnibus, quoniam ip-  
sius solùm est reprehendere, corrigere, & lo-  
co illius ligare qui ipsum ædificauit; & nulli  
alij quod suum est plenum, sed ipsi soli dedit;  
cui omnes iure diuino caput inclinant, & pri-  
mates mundi tanquam ipsi Domino IESV Chri-  
sto obediunt.]

Hæc dicit, non Latinus quispiam, vel auli-  
cus palpo, aut imperitus sciolus, sed Græcus  
Scriptor, sedis Patriarchalis sublimitate, &  
Sanctitate, ac rerum diuinarum exquisita scien-  
tia; omninè eminens: Et dicit ad suos Græcos  
& Orientales: ac proinde non duntaxat pro La-  
tinis, sed pro omnibus planè fidelibus valet,  
quod de Latinorum erga Romanum Pontificem  
exquisita obedientia, dixit his verbis Barlaam  
Gyraensis, (imo Hieracensis,) Episcopus qui  
sub annum 1309. scribebat, Epistola 1. ad suos  
in Græcia amicos. [Huius gentis vniuersa mul-  
tudo, sub vno est ordinata principio; Eccle-  
sia videlicet Romana, & eius Præfule, quem  
omnes honorant & metuunt; non tanquam ar-  
mis & vi dominantem, nec tanquam humana  
lege vel generis successione, vel multitudinis  
rumore dominium sumentem, sed tanquam ab  
ipso Domino Christo ordinatum, & in terris  
vices gerere ab eo constitutum. Itaque illius  
mandata, cum omni reuerentia, omnes non  
tanquam Apostolica tantùm, verum etiam Do-  
minica scripta recipiunt & adorant; & nihil ita  
durum ab eo iubetur, vt non quietè parati sint  
ad implendum, & omnes ab illo corrigi sua &  
retractari suscipiunt, omniumque Sacerdotium  
ab eo dependet. Et ipse cum circa se Synodo,  
cum grandi auctoritate & potestate, nullo  
prohibitorio existente; corrigi omnia, tractat,  
confutrat, inuitat, statuit, inhihet; mit-  
tit ad vniuersas partes Doctores visitaturos  
singulas prouincias, & eos qui in eis anima-  
bus præstant; & examinatos, quis modus il-  
lorum, quomodò sacra tractant mysteria, quo-  
modò se gerunt cum grege Domini, quomodò  
secum:

secundùm se viuunt vt horum relatione facta, &  
quod deficit ab illa sede suppleatur, & quod  
preccatur, corrigatur. Et horum quodlibet fa-  
cillimè fit. Nemo enim est qui non putet, Eccle-  
sia illi aduersari, periculū inferre animæ salutis.

In Capitulari Gregorij II. ad Marinianum ac  
Georgium suos in Baioriâ Legatos c. 3. præscri-  
bitur, vt moneant eos quibus baptismus collatus  
fuerit, deinceps necessarium illis fore, obedire  
corde promptissimo, Præfule sedis Apostolicæ,  
cui cuncta subiacer religio, & vniuersa genera-  
litas, populorum, Christiani nominis renodata  
signaculo: vt irreprehensibile placitumque fiat  
corpus Ecclesiæ per Christum Dominum no-  
strum. Dedi ferè verba loci non nihil lacunosæ,  
sed sensus est perspicuum planèque fert, omnes  
fideles baptizatos, ex quo ad Christi plebem  
pertinent, debere Romano Pontifici obedi-  
entiam; æque obedientia neglecta, nec fidem, nec  
quicumque pietatem, aut bona opera, prodesse  
ad salutem posse, grauitè contestati sunt Pa-  
tres Concilij Turonensis aduersus Nomenoium  
Priorem gentis Britannicæ id est Britonum  
Ducem congregati, vt videre est apud Lupum  
Ferrat. epist. 84.

Huiusmodi obedientiam erga Romanæ Ec-  
clesiæ Pontificem, non ab infima duntaxat Chri-  
stiana plebe, cula, sed ab omnibus fidelibus, etiam  
Imperatoribus pendere debere, grauissimè con-  
testatus est S. Gelasius I. epist. 8. Nec tantùm nem-  
inem esse ab hac obedientia exemptum, sed ne  
eximi quidem posse, affirmat Panon. ad c. cum  
instantia de censibus, & Conradus Brunus lib. 1.  
de seditionibus c. 2. n. 2. qui rationibus vtitur non  
inidoneis. Sed præstatur de Gelasij ex ep. 8.  
quæ est ad Anathasium Imperatorem; quom  
ferocientem & effertentem se supra Ecclesiam, sic  
affatur Gelasius ibi, præter caetera. [Absit quæso  
à Romano Principe, vt intamata suis sensibus  
veritatem, arbitretur iniuriam. Duo quippè sunt,  
Imperator Auguste, quibus principaliter mun-  
dus hic regitur, auctoritas sacra Pontificum, &  
Regalis potestas. In quibus tanto grauius est  
pondus Sacerdotum, quanto etiam pro ipsis  
Regibus hominum, in diuino reddituri sunt  
examine rationem. Nosti etenim, fili clementissi-  
me, quod licet præideas humano generi digni-  
tate; rerum tamen præfulebus diuinarum, deu-  
tus colla submittit, atque ab eis causas tuæ salu-  
tis expetis. Inque sumendis cælestibus Sacra-  
mentis, eisque (vt competit) disponendis, subdi te  
debere cognoscis religionis ordine, potiùs quàm  
præesse. Nosti itaq; inter hæc ex illorum te pen-  
dere iudicio, non illos ad tuam velle redigi vo-  
luntatem. Si enim quantum ad ordinem perti-  
net publicæ disciplinæ, cognoscentes Imperium  
tibi suæ potestate collatum, legibus tuis,  
ipsi quoque parent religionis Antistites, ne vel  
in rebus mundanis, Ecclesiæ videantur obuiare  
sententiæ, quo rogo te, decet affectu, eis obedire  
qui prærogandis venerabilibus sunt attributi  
mysterijs: Proinde sicut non leue discrimen in-  
cumbit Pontificibus, siluisse pro diuinitatis cul-  
tu, quod congruit: Ita his (quod absit), non me-  
diocre periculum est, qui cum parere debeant,  
despiciunt. Et si cunctis generaliter Sacerdotibus,  
rectè diuina tractantibus, fidelium conuenit  
corda submitti; quanto potiùs sedis illius Præfule  
consensus est adhibendus, quem cunctis Sa-

Theophili Raynaldi Pontificis.

cerdotibus & diuinitas summa voluit præemi-  
nere, & subsequens Ecclesiæ generalis iugiter  
pietas celebrant: Vbi pietas tua euidenter aduer-  
tit, nunquam quodlibet penitus, humano consi-  
lio æquare se quemquam posse illius priuilegio  
vel confessioni, quem Christi vox prætulit vni-  
uersis, quem Ecclesia veneranda confessa semper  
est & habet deuota Primatem.] Addit posse ali-  
quos; aduersus stimulum recalitrare, & debitam  
Christi Vicario obedientiam excutere per con-  
tumaciam; sed diuinam constitutionem firmam  
nihilominus perstituram, & inconuulsam: exitiū  
verò post cassos renisus est iis certum esse, qui  
iusta & à Deo imposita Imperia detrectauerint.  
Similiter Gregorius II. epist. 2. ad Leonem Isau-  
rum, contestatur; quod Imperatores qui piè  
& in Christo vixerunt, Ecclesiæ Pontifici-  
bus obedire minimè recusarunt. Grauissimè  
quoque in hanc rem inter Pontifices diserit  
Sanctus Gregorius VII. libro 7. regist. epi-  
stol. 24.

S. Cyprianus in ea denunciatione frequens  
est, quam à Gelasio factam dixi detrectantibus  
parere capiti Ecclesiæ, Christo Domini. Sed lu-  
culenter ep. 5. n. 2. 2. [Cum scriptum sit, (inquit)  
Neque maledicti regnum Dei consequentur; iterum  
in Euangelio suo dicit, Qui dixerit fratri suo, fra-  
ter, & qui dixerit racha, reus erit in gehenna ignis;  
quomodò possunt censuram Domini vltoris  
euadere, qui talia ingerunt, non solùm fratribus,  
sed & Sacerdotibus, quibus honor de Dei digna-  
tione conceditur, vt quisquis Sacerdoti eius, &  
ad tempus hic iudicanti non obtemperaret, sta-  
tim necaretur? In Deuteronomio loquitur Do-  
minus Deus, dicens, Et homo quicumque fe-  
cerit in superbia, vt non exaudiat Sacerdo-  
tem, aut Iudicem quicumque fuerit in diebus illis,  
moriatur homo ille; & omnis populus, cum au-  
dierit timebit, & non agent impiè etiam nunc, Item  
ad Samuelem, cum à Iudæis sperneretur, Deus  
dicit, non te spreuerunt, sed me spreuerunt. Et cum  
leprosum mundasset, Vade (inquit,) & te monstra  
Sacerdoti. Et cum postea tempore Palsionis ala-  
pam accepisset à seruo Sacerdotis, eumque ei di-  
xisset, sic respondes Pontifici? aduersus Pontifi-  
cem Dominus cõtemeliosè nihil dixit, nec quic-  
quam de Sacerdotis honore detraxit, sed inno-  
centiam magis asserens, & ostendens, Si malè  
(inquit,) locutus sum, exprobra de malo: si autem  
bene, quid me cadis? Item in Actis Apostolorum,  
postmodum B. Apostolus Paulus cum ei dictum  
esset, Sic insulis in Sacerdotem Dei, maledicendo?  
quamuis Domino iam Crucifixo, sacrilegi &  
cruenti illi esse cœpissent, nec iam quidquam de  
Sacerdotali honore & auctoritate retinerent,  
tamen ipsum quamuis inane nomen & vnam  
quandam Sacerdotis cogitans Paulus, Nescie-  
bam, (inquit,) fratres, quia Pontifex est, scri-  
ptum est enim, Principem populi tui non male-  
dicos. Cum hæc tanta ac talia & multa alia  
exempla præcedant, quibus Sacerdotalis au-  
thoritas & potestas de diuina dignatione fir-  
matur, quales putas esse eos, qui Sacerdotum  
hostes & contra Ecclesiam Catholicam rebel-  
les, nec præpotentis Domini comminatione,  
nec futuri iudicij vltione terrentur? Neque  
enim aliunde hæretes obortæ sunt, aut nara  
Schismata, quàm inde quod Sacerdoti Dei non  
obtemperatur, nec vnus in Ecclesia ad tempus  
Sacerdos,

SvBNOT. 3.  
Obedientia  
Pontifici  
debita.

SVBNOT. 3. Sacerdos, & ad tempus Iudex vice Christi cogitatur.]  
 Obedientia Pontifici debita.

Sapientissimè id docuit & verbis & factis Osuui in Anglia Rex, Nam mota lite, an vsus Romanae Ecclesiae circa diei Paschalis celebrationem tenendus esset, an retinendus vsus Iudaicus, celebrandi Pascha 14. luna; cum VVilfridus Catholicus Colmanum ea in parte Schismaticum, vrgeret exemplo S. Petri & Successorum eius, quibus in Petro Christus dedit clauces Regni caelorum; Ait Rex; Verè ne Colmane, hæc B. Petro dicta sunt à Domino? Qui ait: Verè Rex. Rursumque sciscitatus, an caput aduersæ factionis tale aliquid à Christo audisset; vtrisque negantibus audisse, sed consentientibus vnanimiter ad soli S. Petro dictum esse, subintulit Rex. [Et ego vobis dico, quia hic est ostiarius ille cui ego contradicere nolo, sed in quantum noui, vel valeo, huius cupio in omnibus obedire statutis, ne fortè me adueniente ad fores regni Caelorum, non sit qui referet, auerso illo qui clauces tenere probatur.] Dedit verba Bedæ l. 3. histor. Ecclesiast. Anglo. c. 26. Multa in hanc sententiam legere licet apud Agobardum initio Operis de comparatione vtriusque Imperij ad Ludovicum Imperatorem, vbi admonet eum, quanta reuerentia agendum sit cum Romano Pontifice, quanta eidem humilitate obediendum. Ex vsu antiquo Latinos Principes non ausos connubia cum Græcis inire, nisi de assensu Romani Pontificis prodit Nic. Greg. l. 6. histor. num. 4. quod monstrat quanto studio ei obedirent in necessariis, qui tantum ei deferebant in rebus alioqui liberis.

Adducit in huius obedientiae incentiuum Petrus Chrysologus serm. 175. exemplum Christi, quem cum exisset edictum à Cæsare Augusto Ethnico homine, & cui nihil reuera iuris in Christum erat, illico obedisse constat, & per matrem deferri voluisse in Bethleem, ad nomen suum Romanis tabulis in stirpis suae principium deferendum, vrerebat edictum Cæsaris. Hoc ergo cum recitasset Chrysologus subiicit; [Liber hic aliquid de dolore dicere. Edicto Cæsaris, & Paganis, Dominus obtemperatus occurrit, & Decreto B. Petri, Decreto Principis Christiani, seruus adhuc aliquis irreuerenter obstitit?] An idem ibi *Princeps Christianus*, cum Petro? Nam cum sæpè *Princeps* nomine donatum, liquet ex titulorum syllabo, Quod si *Princeps*, sibi pro temporali potestate suprema accipitur, corripunturque Christiani erga suum Principem iam Christianum inobedientes, cum Christus Pagano Principi indebitam obedientiam detulerit: falem tamen quod de Petro dicit Chrysologus, in Pontificem Romanum cadit. Meritoque dolet, Christum pro nobis obediuisse Pagano; Christianos summo Christi Vicario obedientiam detrectare. Alia huius obedientiae incentiua, congerit Michael de Aninyon l. de vnit. Ouilis & Pastoris c. 29. varias ad id, (vr vocat) meditationes concinnans. Videndus item Gabriel Biel tract. cui titulus est, *Defensorium obedientiae Apostolicae ad Pium II.*

Concludo verbis Auctoris Micrologi c. 25. vbi referens scrupulum Germanis quibusdam subortum aduersus Decretum Gregorij VII. vr leuium ælium quatuor temporum intra

octauam Pentecostes celebraretur, quod Decretum Concilio Moguntino sub Henrico II. idem leuium alliganti secundæ quartæ ferie mensis Iunij aduersabatur, vnde ambiguitas vtrius potius Sanctioni parendum esset: Hæc inquam referens Auctor Micrologi, addit. [Cur more Pharisæorum, liquamus culicem, glutientes Camelum? Cur inquam huiusmodi scripta præuaricari plus vereamur, quam sedis Apostolicæ Decretum &c. cuius auctoritati nullatenus præiudicare possunt, cui omnes per omnia absq; hæsitatione debemus obedire, cui nunquam debitam exhibemus obedientiam, si eius statuta potius iudicare quam implere curamus. Hoc est enim priuilegium obedientiae, de sententia sui præceptoris non iudicare, in iis dumtaxat rebus quas canonicis Scripturis contraite non videmus, imo statim exequi quod iubetur. Nam quicumque facere noluerit nisi quod prius sua ratione probauerit esse faciendum, non tam præceptori suo quam propriæ voluntatis arbitrio satisfecisse iudicabitur. Hanc ergo puram obedientiam cum omnibus spiritualibus nostris præceptoribus certissimè debeamus, maximè tamen Apostolicæ sedis ex intimo corde debemus, quæ totius Christianæ Religionis caput est, & origo.]

## FRUCTVS IV.

*Virulentia Schismatis, & inobedientia erga Pontificem.*

EX Constitutis circa obedientiam Pontifici apto Ecclesiae capiti exhibendam, eruendū insuper est, quàm graue, quàmque auerandum sit peccatum Schismatis, etiam priusquam per illud fides excindatur. Est enim Schisma peccatū, non contra fidem; atque adeo ab hæresi diuersū, vr philosophatur Creconius approbante S. August. l. 2. contra eum cap. 3. & l. 1. Euangel. in Matth. q. 11. & l. de fide & symbolo c. 10. ac l. 20. contra Faust. c. 3. & l. 2. contra Gaudent. c. 9. Est itaque Schisma, peccatum contra obedientiam. S. quidem Thomas 2. 2. q. 39. art. 1. ait, Schisma esse peccatum contra charitatem, quia charitatis est vnire & conciliare ad inuicem caput & membra, ipsaque membra inter se. Quatenus ergo Schisma impetit & oblatit eam vnionem, infertque disunctionem ab Ecclesiae capite aut membris, eatenus violat specialiter charitatem; ad quam pertinet volitio nexus & coniunctionis cum capite & membris Ecclesiae. Et huc fortassis spectat membrum 3. recensitum à S. Theod. Studita Epist. 4. & S. Basil. Epist. 1. ad Amphilocho. cum aiunt, præter hæreses, & schismata esse *μεγαλυνομενη*. Hoc inquam 3. membrū videri potest esse idē cum schismate, prout impetente obedientiam; quamuis directè excindat charitatem & vnionē cum capite. Sicut tamen Schisma violat fidem, si spectetur prout volitio disjungendi se ab vnitate fidei cū capite & membris Ecclesiae. Ita violat obedientiam, si spectetur prout est detractionis subiectionis ad caput Ecclesiae. Qua ratione, vr habetur ex multis quæ adducit Michael Aninyon in tract. de vnitate ouilis & Pastoris capite 8. 9. & 10. Schisma

Schisma est grauissimum peccatum, taleque ac tantum, vr neget Valentia 2. 2. d. 3. q. 15. par. 2. dari paritatem materiae qua exinatur à graui & mortali peccato: cum separatio ab Ecclesiae vnitate & capite prout tali, sit res grauis, in quacunque tandem materia contingat: ac proinde sola indeliberatione aut imperfectione actus, potest ita tenuari, vr ad mortalem culpam non accedat, sicut de blasphemia & periurio dicitur.

Damna maxima huic peccato adiuncta, expresse plerumque Patres ea phrasi, quod statuat altare contra altare, vel quod sacrificet extra Ecclesiam vr notauit vir eruditus ad psalmum S. Augustini contra partem Donati, *libera T. Distinctius eadem damna prosequitur Andreas Colossensis Episcopus Nuncius Eugenij quarti sess. 8. Concilij Basiliensis, in Appendice, & Conradus Brunus l. 1. de hæret. c. 16. & quanta sint patere satis potest, ex vastitate illata Ecclesiae, per ea viginti nouem Schismata quibus Ecclesiam esse infestaram, notauit idem Brunus l. 1. de Seditiosis c. 3. Merito igitur & æternum exitium manet Schismaticos, & plerumque etiam temporale. quo æternæ ipsorum calamitati & immedicabili contumeliam proluditur. Exitium æternum Schismaticos manere, Beda serm. de D. Petro & Paulo *sub finem*, optima ratione confirmat. [Idem inquit.] B. Petrus qui Christum vera fide confessus, vero est amore secutus, specialiter clauces Regni Caelorum, & principatum iudicialis potestatis accepit, vr omnes per orbem credentes intelligant, quia quicumque ab vnitate fidei vel societatis illius quolibet modo segregant semetipsos, tales nec vinculis peccatorum absolui possunt, nec ianuam Regni Cælestis ingredi.] Egregiè quoque pensata Schismatis malignitate id tradidit S. Irenæus l. 4. c. 26. verbis illis. [Iudicabit autem DEVS, & eos qui Schismata operantur; qui sunt immanes, non habentes DEI dilectionem, suamque vtilitatem potius considerantes quàm vnitatem Ecclesiae; Et propter modicas & quasi libet causas, magnum & gloriosum corpus Christi conscindunt & diuidunt, & quantum in ipsis est, interficiunt; pacem loquentes & bellum operantes, verè liquantes culicem, & camelum trāsglutientes. Nulla enim ab eis tanta potest fieri correctio quanta est schismatis perniciēs.] Hoc dicit, quia schismatici obtundunt schismati & discessioni suæ ab Ecclesia, aliquid correptione & emendatione dignum. At nullius abusionis in emendatio tanti est, vr cum schismatis virulentia componi merito possit. Vnde omnia potius incommoda subeunda esse, quàm scindendam schismate Ecclesiam, grauissimè admonet Dionys. Alexand. apud Eusebium V. l. histor. Iudicium porrò vltorium, quod schismaticis denunciat S. Irenæus loco allegato, pertinere ad æternum exitium in extremo Iudicio decernendum, patet ex eadē cap. 56. eiusdem libri.*

Nonnulli verò Patres, temporariam vltionem iam ex hac vita schismaticis à Deo rependi solitam vrgerit, vr schismatici virulentiam manifestent. Præstitit hoc fusè & validè S. Cyprianus lib. de vnit. Eccles. præsertim num. 59. Vbi agens de Schismatico. [Auerfandus (inquit) est talis, atque fugiens *Theophili Raynaudi Pontificia.*

SVBNOT. 3. uersus est huiusmodi, & peccat, & est à semetipso damnatus. An esse tibi cum Christo videtur, qui aduersus Sacerdotes Christi facit qui se à cleri eius, & plebis societate fecerunt? At ille contra Ecclesiam portat, contra Dei dispositionem repugnat; hostis altaris, aduersus sacrificium Christi rebellis, pro fide perfidus, pro Religione sacrilegus, inobsequens seruus, filius impius, frater inimicus, contemptis Episcopis, & Dei Sacerdotibus relictis, constituere aude aliud altare, precem alteram illicitis vocibus facere, Dominicæ hostiæ vnitatem per falsa sacrificia prophanare; nec dignatur scire, quoniam qui contra ordinationem Dei nititur, ob temeritatis audaciam diuina animaduersione punitur. Sic Chore, & Dathan, & Abiron, qui sibi contra Moysen & Aaron sacrificandi licentiam vendicare conati sunt; poenas statim pro suis conatibus pependerunt. Terra compagibus ruptis in profundum sinum patuit, stantes atque viuentes recedentis Soli hiatus absorbit. Nec tantum eos qui auctores fuerant, Dei indignantis ira percussit; sed & cæteros ducentos quinquaginta participes eiusdem furoris & comites, qui coagulati cum eisdem simul ad audaciam fuerant, exiens à Domino ignis properata vltione consumpsit; admonens scilicet & ostendens, contra Deum fieri, quidquid improbi fuerint ad destruendam ordinationem Dei, humana voluntate conati.] Egregiè idem argumentū ad atrocitatem schismatis aperiendam vrget Sanctus Augustinus l. 2. de Baptismo cap. 6. & sæpè alibi agens contra Donatistas, initio non nisi schismaticos. Eo cap. 6. monstrans crimen traditionis librorum Sacrorum, cuius sub Diocletiano admissi insimulabantur Catholici, non æquare crimen schismatis. [An (inquit) grauiora sunt crimina traditorum, quàm schismaticorum? Non afferamus stateras dolosas vbi appendamus quod volumus, & quomodo volumus pro arbitrio nostro, dicentes, hoc graue, hoc leue est: sed afferamus diuinam stateram de Scripturis sanctis, taquam de Theauris Dominicis, & in illa quid sit grauius appendamus; imò non appendamus, sed à Domino appensa recognoscamus. Tempore illo quo Dominus priora delicta recentibus poenarum exemplis cauenda monstrauit, & idolum fabricatum, atque adoratum est, & propheticus liber ira Regis contemptoris incensus & schisma tentatum: Idololatria gladio punita est; exusti libri Bellica cæde & peregrina captiuitate, schisma hiatu terra sepulchris auctoribus viuis, & cæteris cælesti igne consumptis. Quis iam dubitauerit, hoc esse sceleratius commissum, quod est grauius vindicatum?] In eandem sententiam fusè & potenter disputat Clemens Rom. lib. 6. Constat, qui est de schismaticis. Libo nonnulla. [Primum (inquit cap. 1.) caute Episcopi, hæreses, quæ horrendæ & difficiles, & à Deo maximè auerse sunt, casque fugite vr ignem qui appropinquantes vrit. Deinde fugite etiam schismata. Nec enim fas est declinare mentem ad sceleratas hæreses, neque ab ijs, qui vnum atque idem sentiunt, ambitionis causa seingratque distrahi. Hæc enim schismata cum quidam obstrant

SYNOPSIS. 3. tentare ausi essent, non tulerunt impunè. Nam Dathan & Abiron, quia se Moyfi exposuerunt, demerfi sunt. Chore autem & quinquaginta cum eo, qui seditionem in Aaron concitarunt, igne arserunt. Addit cap. 2. [Consideremus igitur chari fratres, quæ eorum gloria, qui schisma fecerunt, & quæ in eos Domini sententia. Etenim si is, qui contra Reges seditiones facit, supplicio dignus est; licet filius, licet amicus sit, quanto magis erit, qui aduersus Sacerdotes facit. Quanto enim Sacerdotium regno præstat, ut potè pro anima certans, tanto grauius poenas debet, qui audet vel nutu oculorum aduersari. Atqui nullus qui resistat, inultus euadit. Non enim Absalon & Abedada, qui & Seba dictus est; impuniti remanserunt, neque Chore & Dathan.]

Excurrit in horum omnium seditiones, præsertim Chore & Dathan, qui aduersus Moysem sanctissimum Ducem (quem ibi Clemens bellissimè pingit suis coloribus) atrox schisma confligant. Tum concludit cap. 4. [Si ergo DEVS, iis qui cupiditate principatus defecerunt, continuè supplicium infligit, quanto grauius impiarum hæresum principibus, & auctoribus inferet? An non vehementius puniet eos, qui in ipsius DEI providentiam, vel creationem mundi blasphemi sunt: Verùm vos fratres, de exemplis sanctæ Scripturæ etuditi, cauete ne non idem sentiat, nè vnionem vestram discindatis; quoniam qui opinionis nefariæ auctores sunt, hi populos ad interitum dirigunt. Ac similiter vos Laici, ne accedatis ad eos, qui tradunt contraria Deo, neque impietatis eorum participes sitis. Ait enim, *Recedite de medio horum virorum, ne vnà cum eis pereatis*; & iterum, *Exite de medio eorum, & separamini*, ait Dominus. *Et immundum ne tetigeritis, & ego recipiam vos.*]

Quod ait, cauendos principes impiarum hæresum, spectat ad schismaticos, ut patet ex capitis titulo apud Turrianum & Bouium. Et potest sanè schisma numerari inter hæreses, siue spectato vocis cortice; (Schismaticus enim ex suo sibi cerebro, eligit caput à Deo non constitutum; Nam saltem vult sequi suum iudicium, abiecto sensu Vicarij Christi) siue attento vsu testatissimo, ut schisma degeneret denique in hæresim, de quo latè Suares lib. 1. defens. fidei c. 22. Ut proinde schisma, sit hæresis inchoatiuè. Imo S. Bernard. serm. in Concilio Generali, significat schisma esse hæresim; Et fauet S. Augustinus 2. contra Crescon. cap. 1. non secernens schisma ab hæresi, nisi penes antiquitatem. Fauet item S. Ambrosius in Satyri fratris monodia, cum de eo à Luciferanis abhorrente, ait. [Non putant, fidem esse in schismate. Nam et si fidem erga Deum tenerent. (Luciferani) tamen Dei Ecclesiam non tenebant, cuius patiebantur velut quosdam artus diuidi, & membra lacerari. Etenim cum propter Ecclesiam Christus passus sit, & Christi corpus Ecclesia sit, non videtur ab his exhiberi Christo fides, à quibus euacuatur eius passio, corpusque destrahitur.] Cui loco S. Ambrosij innixus Leo Ostiensis l. 3. chron. Cassin. c. 70. schismaticos, esse eo ipso hæreticos, affirmat. Accedit, quod nihil est procliuius, quàm ut excolante schismaticum malitia sua, prætexatur inobedienciæ honestas, & asseratur reatum, quod reuera est iniquum: quo ipso fit de-

lapsus in hæresim, iuxta illud Petri Damiani Opusc. 5. initio; Vitium in hæresim vertitur, cum peruersi dogmatis assertionem firmatur. Nimirum vna fidei Regula, est solus Pontifex; ac proinde, qui ab eo se abiungit, destitutus Regula facile deflectet. Degenerat igitur schisma in hæresim si inuenerat. Affinia habet S. Augustinus Epist. 164. & l. 2. contra Crescon. c. 7. & S. Hieron. in c. 3. ad Titum. Et post eos Card. Turrecremata l. 4. summæ de Ecclesia, parte 1. c. 4. Et hoc attendens S. Clemens, potuit inter hæresum sectatores numerare schismaticos; quamuis schisma ut sic, possit esse, salua & intacta fide, tamen si fide periclitante in schismate, ut dixit Ferrandus in 5. Innocentiæ regula in fine. Porro vel ex hac schismatis lubricitate in hæresim, intelligi potest, quantum malum sit schisma. De eius malignitate, videndi insuper Pelagius I I. in tribus Epistolis ad Episcopos Itriæ, Optatus lib. 7. contra Parmen. sub medium. Sanctus Bernardus Epist. 219. initio. Ioannes Sarsiber. Epist. 178. Petrus Cellensis Epist. 26. Aluarus Pelagius l. 1. de statu & planctu Eccles. artic. 65. Breuiter sed egregiè S. Chrysostomus hom. 11. in Epist. ad Ephesios, sic de schismatis grauitate scribens. [Vir quidam sanctus, quippiam dixit quod audaciùs dictum videri queat, dixit tamen. Quid autem id est? Peccatum videlicet istud, ne martyrij quidem sanguine delecti.] Eum virum sanctum esse S. Cyprianum, nullus debito. Nam eam assertionem, ex S. Cypriano adducit & collaudat S. August. l. 4. de baptis. contra Donat. c. 17. & ipse S. Cyprian. aliis locis eam iterat, ut l. 1. Epist. 1. & l. 4. Epist. 2. & l. de vnica Eccles. Nec debet mirum videri, quod S. Chrysostomus autorem Latinum allegarit. Nam S. Cyprianum in Græcam linguam fuisse versum, insinuat S. Augustinus l. 3. contra duas Epist. c. 8. Sed quid opus, malignitatem schismatis, ex lubricitate in hæresim, aut damnis temporalibus ac spiritualibus quæ illud consequuntur, expendere, adductis in eam rem Patrum ac Doctorum testimoniis, cum manifesta experientia, rem exhibeat vel cæcis conspicuam. Prætereamus Angliam, cui scdum schisma, breui hæresim, & euerfionem religionis, ac sanctorum martyria, & statù quoque politici concussionem; tantumne? Imò etiam qualitationem omnimodam, intulit. Vnica Græcia, ad calamitates schismate illatas palpabiliter atretandas, est satis. Regio erat omnibus humanis prærogatiuis eximia nec diuinorum munerum parte particeps. Scientiæ omnes, sed sacræ præsertim, illic debebant velut in suo domicilio. Immensus propè numerus sanctorum Doctorum inibi floruit. Sed & in humanis disciplinis, excellere in eadem ora ferè innumeri. Concilia Generalia ibidem celebrata sunt, ferè omnia. Imperium Romanum ad Græcos Zorobabele gregis nostri Constantino (ut Theodoretus loquitur) est translatum. Quo tantus splendor euauit? Quæ tantæ deiectionis, de qua vix potuit surgere vera origo? Iacet sub Turcica tyrannide misera natio; & sua quæque pretiosissima & facerrima, à gente non sancta, Mahumeto profanissimè addicta videt. Cælum illud terrestre, (sic vocabat templum S. Sophiæ Constantinus Manasses,) immenso sumptu & omnium ferè prouinciarum defloratione constitutum in spel-

lazum Saracenicum, & infernum superiorem, Mahumeti ritibus, (& verè sacris, quia detestandis), applicatum, transit. Cum Græcis diu diuersatus Petrus Bellonus l. 1. obfetu. cap. 3. duos Græcorum ordines cum distinxisset, [Tam insignis (inquit) apud vtroque regnat barbaries, ut nulla apud eos vrbs inueniatur, in qua sit Academia. Nemo est etiam, qui suos liberos, artes liberales, aut literas edoceri curet.] Idem Bellonus eiusdem operis l. 1. c. 39. & 40. differens de ruditate & crassa ignorantia Calioierum Græcorum per quos libri veteres in Atho monte olim asseruati ferè interciderunt; confirmat, non solum nostra memoria sed etiam à multo iam tempore, neminem per vniuersam Græciam aliqua eruditione præditum reperiri. Et è sex milibus Calioierum qui suo tempore montem Atho incolabant; (Est autem mons ille, idem propè Græcis, quod Roma Latinis;) vix vnū aut alterum potuisse reperiri in singulis Cœnobiis qui legere nosset aut scribere. Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus? Deducite lachrymas oculi mei, & ad tantum heu proximorum nostrorum; certè Christiano baptismo initiatorum, & nomen Christi præferentium, vastitatem, pertinaci schismate illatam, quod aliud non liceat, tristè commiserationis pensum persoluite.

## FRUCTVS V.

Pontifex, in quibusuis circa fidem & mores ambiguus, consulendus.

FRuctum alium perinsignem, ex titulis Pontificis propositis par est decerpere; nempe nihil debere censeri sanum in fide, & doctrina sanctorum morum, quod Pontifex non probauerit. Quæcumque verò ipse censuerit morbosa & reproba, nulla ratione posse sana, vel admittenda videri; quia Christus omne huiusmodi iudicium circa fidei negotia, dedit Petro & eius successoribus, ut ex innumeris titulis propositis est perspicuum. Egregiè hoc tanquam axioma, ponit Lantfrancus ferè initio libri contra Berengarium, monens consentite in hac re, omnes Doctores. Præclare idem statuit Chrysologus, Epistola ad Eutichetum sub finem, & Theodoretus Epistola ad S. Leonem, qua proficitur se probaturum quæcumque ipse probauerit, & reiecerit quæcumque reiecerit. Religio sit, præterite, luculentissimum, ipsisque veluti Solis radiis in hanc rem scriptum S. Maximi martyris locum, ex Epistola ad Petrum Illustrem, quem ibi S. Maximus hortatur, ne Pyrrho Constantinopolitano ab Apostolica Sededamnato, deferat honorem, vel impendat titulos, homini doctrinam sanam profitemi, conuenientes. Rationem reddit longiusculam, sed cuius quilibet apex, sit cædro dignus. [Neque enim (inquit) tale quid sacra regula eum vocari permittit. A cuncta quippè cecidit sanctitate, qui ab Ecclesia Catholica spontè profiliit. Non eniq; fas est illum ex quacunque laude cognominari, qui iam olim damnatus est, &

abiectus ab Apostolica Sede Romanæ Vrbs, SYNOPSIS. 3. ob externæ sensum opinionis, donec ab ea recipiatur, conuersus ad ipsam, imò ad Dominum Deum nostrum, per piam confessionem & orthodoxam fidem qua sanctificationem recipiat, sanctumque vocabulum. Itaque si vult hæreticus neque esse, neque audire, non isti aut illi satisfaciat; superfluum quippè hoc & irrationabile est; quia sicut vno contra cum scandalizato, omnes scandalizati sunt, ita quoque vno satisfacto, omnes proculdubio satisfient. Festinet pro omnibus Sedi Romanæ satisfacere. Hac enim satisfacta, communiter vbique omnes, pium hunc & orthodoxum prædicabunt. Nam frustra solummodo loquitur, qui mihi similes suadendos, ac furripiendos putat, & non satisfacit & implorat Sanctissimæ Romanorum Ecclesie beatissimum Papam, id est Apostolicam Sedem, quæ ab ipso incarnato Dei Verbo, sed & omnibus sanctis Synodis, Secundum Sacros Canones & terminos, vniuersarum quæ in toto terrarum orbe sunt, Sanctarum Dei Ecclesiarum, in omnibus & per omnia percepit & habet imperium, ac auctoritatem, & potestatem, ligandi atque soluendi. Cum hoc enim ligat & soluit, etiam in cælo Verbum, quod cælestibus virtutibus principatur. Si enim alios quidem satisfaciendos ducit, & Beatissimum Romanum Papam, nequaquam implorat, simile quidem agit ei, qui ferè homicidij, vel alterius cuiusdam criminis redarguitur, & infontem se non ei qui secundum leges iudicandi ius sortitus est, exhibere festinat; sed tantum inululiter & sine lucro, aliis & priuatis hominibus, munditiam monstrare sui satagit actus, qui nullam habeant se soluendi à crimine potestatem. Quapropter, Benedicte mi Domine, adhuc magis extende præceptionem, quæ bene vobis & secundum placitum Dei visa fuisse dignoscitur, qua nemini licentiam habeat, iste quicquam loqui, & obloqui dogmatis causa. Sed liquidò discite, voluntatem huius abundantius inuestigantes, si velit annuere penitus veritati, & si hoc agere studuerit, & ad id secundum rationem accelerat, horramini eum suggestionem conuenienter facere ad Beatissimum Papam Romanum; quatenus, sic per illius diuinam præceptionem, regulariter quæ circa ipsum sunt, & decentissimè moderetur ad gloriam Dei & vestræ laudem sublimitatis.]

En lydium lapidem Catholicismi, iuxta S. Maximum Græcum Monachum & martyrem, cui Constantinus Manasses, in Annal. num. 148. hoc elogium pangit. (Maximus Monothetarum impugnator eloquentissimus, aurea illa tuba. Nilas quasi quidam doctrinæ veritatis aurifluus.) In re proposita, dixerim egisse solem. Non enim potuit dilucidius explicare, quod omnibus propè titulis Pontificis supra exhibitis asseritur, Pontificem esse vnam fidei regulam; & quæ ille probat, sana ac pura, quæ reiecerit, auerfanda & refugienda esse. In quam rem, illustra veterum Pontificum dicta collegit Canus lib. 6. de locis cap. 4. Legendæ insuper posteritorem quorundam Pontificum insignes Epistolæ, ut Gelasij Epist. 2. 6. 10. & Tomus de vinculo anath. Epistola Gregorij Quarti ad omnes Episcopos, Nicolai Primi ad Michaellem Imperatorem, Leonis Noni ad Michaellem

ΣΥΝΟΤ. 3. *Papa necessarius consiliarium Christianorum.*

chaëlem Cerularium Patriarcham Constantinopolitanum, Innocentij Tertij Encyclica, Gregorij Noni ad Germanum Constantinopolitanum. Quæ & alia deslorantur à Hieronymo Mutio Iustinopolitano Tract. de Romana Ecclesia ad Synodum Tridentinam, & à Coccio tom. 1. lib. 7. art. 7.

Huc pertinet vltus perantiquus consulendi Pontificem in dubiis circa fidem & bonos mores. Quia enim ipse est regula viua, cuius est discernere inter lepram & non lepram, ac probare, vel improbare doctrinam de fide & moribus, idcirco ad eum, omnes qui sunt in vniuerso orbe Ecclesias conuenire necesse est, vt dubitationum solutionem petant, vt ex S. Irenæo lib. 3. cap. 3. supra recitauimus subnotat. 2. verit. 8. Idque semper factum esse, & semper in similibus occasionibus emergentium circa fidem dubiorum esse seruandum, S. Innocentius I. docet rescribens ad Concilium Mileuitanum, cui S. Augustinus interfuerat. Est 93. Epist. inter Augustinianas. [Diligenter ergo (inquit) & congruè Apostolico consulitis honori. Honori inquam illius, quem præter illa quæ sunt extrinsecus, sollicitudo manet omnium Ecclesiarum, super anxiis rebus, quæ sit tenenda sententia. Antiqua, scilicet regula, formam secuti, quam toto semper ab orbe, necum nostis, esse seruata. Verum hæc missa facio; neque enim hoc vestram credo latere prudentiam. Quod etiam actione firmastis, nisi scientes, quod per omnes prouincias, de Apostolico fonte petentibus Responfa semper emanent; præsertim quoties fidei Ratio ventilatur, arbitror omnes fratres & coepiscopos nostros, non nisi ad Petrum, id est sui nominis & honoris auctorem referre debere, velut nunc retulit vestra dilectio; quod per totum mundum possit omnibus Ecclesiis in commune prodesse.]

Idem factis docuit Iustinianus, postens ab Hormisda Papa cuiusdam dubij solutionem. Verba eius hæc sunt, dignissima quæ exhibeantur. [Vt plenissima fidei perfectio, Doctrina beatitudinis vestra nobis proueniat, iterum Eulogium virum strenuum, agentem in rebus, iuxta alias causas etiam hoc propter direximus, per quem valde petimus, vt per omnia Responfo Apostolatus vestri circumspicte, cautissimo, in confessione Catholica fidei confirmemur. Post semel enim diuina misericordia donatam Ecclesiam Catholicam vnitatem, quidam asserunt, Christum filium Dei Dominum nostrum; pro nostra salute, carne crucifixum, vnum de Trinitate debere prædicari: quod si suscipiendum sit, paterna prouisione, Reuerentia Vestra cautissimo suo Rescripto, quid sequi, quidvè super hoc cuitare debeamus, nos certiora re dignetur; quoniam verba videntur facere dissensionem: Nam sensus inter Catholicos omnes vnus esse probatur. Imponite igitur nobis semel susceptum laborem, (Sancte, ac Venerabilis Pater) etiam in hoc prædecessores vestros sequentes, quorum memoriam & amplectimini, & confortio Pontificatus ornatis; & de hac intentione liberos nos properate reddere & securos. Hoc enim credimus esse Catholicum, quod vestro Religioso Responfo nobis fuerit intimatum.] In rebus minus directè ad fidem pertinentibus, si tamen vel minima eius obliuio timeri meri-

tè posset, aut suspicio esset lauciandæ aliquatenus ex facto quopiam conscientia, alij viri Principes, demissè exquirunt Romani Pontificis sensum, nec nisi eo annuente, porrò pergere sunt ausi. Sic Stephanus II. Papa Epist. 45. in Gregori Collectaneis, expostulans cum Carolo & Carolomanno fratribus, quod Spuræ Longobardorum Principum familiarie illigari coniugio vellent. Opponit Religiosum Patris ipsorum factum, qui rogatus despondere filiam suam filio Constantini Copronymi Græcorum Imperatoris Hæretici, professus erat nunquam se id ausurum, nisi annuente Romano Pontifice. Recentiore memoria, Franciscus Britannia Atmotica Dux, non est ausus inire foedus cum Saracenis, quod solam negotiationem, nisi consulto prius Romano Pontifice Sixto IV. Multo itaque magis exquirunt hi Principes, consilium Pontificis, si directè actum esset de aliquo fidei dogmate, vt rectè factum est à Iustiniano cum sapuit. Sanctissimus Angliæ Rex Eduardus, scribens ad Nicolaum Papam, vt in eius Regis vita scribit Aelredus, etiam in rebus, quæ minimè videri possent, captabat materiam obedientia præstandæ Pontifici, his præter cætera verbis vtens. [Iustum iudicamus apud vos velut ad solidam petram accedere, & probare omnes bonas actiones.] Quam non omisit pius Rex exquirere Pontificis Romani sensum in fidei negotiis, qui omnes bonas actiones suas ad hanc cotem acere, & probare volebat. Sed nunc nobis satis est, quod ex vsu antiquo à Regibus quoque & Principibus, Romanus Pontifex in fidei negotiis consuleretur.

Idem fecere viri & doctissimi & sanctissimi; quos inter, S. Hieronymum in Prolegomenis prænnotat. 3. adduximus, consulentem S. Damascum, quo longè superior erat eruditione; nec aliquid circa fidem tutum fore arbitrantem, quod Damascus non probasset. Inuadit aduocare correptum admiratione circa hoc Carolum Magnum lib. 1. de Imaginibus cap. 6. non illo opere nupero in Caluini incude fabricato, factoque Iconomachorum erroribus, sed alio perantiquo, quod Augustinus Steuchus lib. 2. contra Vallam pag. mibi 272. extare ait in Bibliotheca Vaticana cui ipse præerat, vetustissimum, literis Longobardicis exaratum, ex quo refert hæc præter cætera. [Romana Ecclesia, sanctæ fidei spiritalibus munita armis, & à fonte lucis & origine bonitatis, salutaribus satiata fluentis, & horrendis atrocibusque hæresum obsistit monstris, & melliflua prædicationis pocula catholicis per orbem ministrat Ecclesiis. Nam Beatissimus Hieronymus, vir diuinis legibus, & multarum linguarum peritia eruditus, dum Bethleemiticis moraretur in aruis, & à Beato Papa Damaso Romæ posito de difficultibus consuleretur quæstionibus, cum pro causis fidei versa vice consuluisse dignoscitur; & siue tacendarum, siue dicendarum hypostaseon, vel quibus in Orientalibus partibus communicare debeat, humilibus apicibus, vt apices accipiat deprecat. Mira res, & magnis prædicanda præconijs interrogat, à quo interrogatur; consulit, à quo consulitur; qui magistrum se in interpretandis diuinis scripturis sentit, in causis fidei venerandi Pontificis se discipulum minime

nimè erubescit; & cui sacra legis quæstionum nexu enodat, vtram hypostases dicere debeat, quibus in Oriente communicaret efflagitat. Vnde datur intelligi, sanctos & eruditos viros, per diuersas mundi partes prædicationis & scientia lampade coruscantes, non solum à Sancta Romana Ecclesia non recessisse, sed etiam tempore necessitatis ob fidei corroborationem, & ab ea adiutorium implorasse: Quod regulariter (vt præfati sumus, & exemplis docuimus) omnes Catholice debent obseruare Ecclesie, vt ab ea post Christum, ad muniendam fidem adiutorium petant; quæ non habens maculam, nec rugam, & portentosa hæresum capita calcat, & fidelium mentes in fide corroborat.]

Possessor, Africanus Episcopus, & ipse eruditus, quandoquidem & ab aliis consulebatur in dubiis, (vt ipse refert) & conscriptos à se in Apostolum Commentarios insinuat; Hormisdam tamen Papam, de dubitationibus sibi propositis, ad plenam securitatem consuluit, ista præfatus. [Decet & expedit ad capitis recurrere medicamentum, quoties agitur de sanitate membrorum. Quis enim maiorem erga subiectos sollicitudinem gerit, aut à quo magis est nutantis fidei stabilitas expectenda, quam ab eius Sedis præside, cuius primus à Christo rector, audiuit, Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.] Equè S. Anselmus, tameris Urbano Papa longè cruditor, ad illam causam Roscelini refert, certus futurus, cum eius responfo firmatus esset. [Quoniam (inquit) diuina prouidentia vestram elegit sanctitatem, cui vitam & fidem Christianam custodiendam, & Ecclesiam suam regendam committeret; ad nullum alium rectius refertur, si quid contra catholicam fidem oritur in Ecclesia; vt eius autoritate corrigatur; nec vlli alij tutius, si quid contra errorem responderetur, ostenditur, vt eius prouidentia examinetur. Quapropter sicut nulli dignius possunt, ita nulli libentius præsentem Epistolam, quam vestra destitino sapientia, quatenus si quid in ea corrigendum est, vestra censura castigetur; & quod regulam veritatis tenet, vestra autoritate roboretur.]

Sanctus Bernardus Epist. 190. initio, eodem modo præfatur, referens ad Innocentium Secundum de Petri Abelardi nouitatibus. [Oportet ad vestrum referri Apostolatam, quæque scandala emergentia è regno Dei; ea præsertim, quæ de fide contingunt. Dignum namque arbitror, ibi potissimum refarciri damna fidei, vbi non possit fides sentire defectum. Hæc quippè huius prærogatiua Sedis. Cui enim alteri aliquando dictum est, Ego pro te rogavi Petre, vt non deficiat fides tua? Ergo quod sequitur, à Petri successore exigitur. Erit aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Id quidem modò necessarium tempus est, vt vestrum agnoscatis (Pater amantissime) principatum, probetis zelum, ministerium honoretis. In eo planè Petri impletis vicem, cuius tenetis & sedem, si vestra admonitione, corda in fide fluctuantia confirmatis, si vestra autoritate conteritis fidei corruptores.]

Petrus Damiani Opusc. 7. initio, luculèter astipulatur huic veritati, verbis illis ad S. Leonem

IX. [Quoniam Apostolica Sedes omnium Ecclesiarum mater esse ex ipso veritatis ore co- gnoscitur, dignum est, vt si quid vsquam dubitationis emerferit, quod ad animarum videatur pertinere negotiū, ad ipsam velut ad Magistrā, & quodammodò fontem celestis sapientia rerum. curreatur; quatenus ex illo vno capite Ecclesiastica disciplina lumen prodeat, quo discussis ambiguitatum tenebris, totum corpus Ecclesie perspicuo veritatis nitore clarescat.] Idem Damiani Opusc. 5. in fine, post enarrationem gestorum abs se Mediolani, in causa Clericorum Simoniacorum, sic habet. [Ecce omnem discretionis illius ordinem, apud Mediolanensem urbem habitum, breuiter exposuimus. Adhuc tamen vtrum Sedis Apostolicæ iudicio placeat, ignoramus. Nos enim si quid exauimus, ad Petri magisterium corrigendi libenter accedimus, & retractationis, opprobrium non veremur. Hæc est enim illa (vt ita loquar) officina fabrilis, cui nimirum is qui fabri dicebatur filius prædicit: Ad cuius regulam, omnis meritò moneta reducitur; ad cuius rectitudinis lineam, quicquid vsquam deprauatum fuerit, reformatur.]

Petrus Cellensis ad Alexandrum Papam Epist. 1. [In granissimis quæstionibus, sicut olim ad Moysen, sic nunc Pater Venerande, ab omni Ecclesia Dei recurritur ad B. Petri & vestram sedem. Tam enim communiter communis imponitur vobis sollicitudo omnium Ecclesiarum, quam singulariter & specialiter Petro videtur dictum, Et tu conuersus, confirma fratres tuos.] Idem Epist. 112. [Est auro locus in quo conflatur, & habet argentum venarum suarum principium, Sedem Petri & curiam Romanam, quæ clauis cæli principaliter tenet, & clausura consiliorum Dei referata, dispensante Deo, vnguentum gratia à capite vsque in oram vestimenti habet compluere. Hæc sedes Petri, id est Petra in qua Moyses residet, videlicet lex Dei Immaculata conuertens animas, fragosa quæque hæreticorum conciliabula elidit & allidit profanas vocum nouitates refecat & rescindit, superfluum confodit & iugulat, hiantia & eclipica complet & illustrat. Vnam salua veritatis autoritate, lance communis Concilij, hæc Domina & moderatrix totius Christianitatis, conceptionem virginis librasset & approbasset, & à mari vsque ad mare hanc propagasset. Sole, id est Apostolico, ac Luna, id est curia Romana, præeunte: Tam securè, quam expedite, in lumine vultus eorum, gressus meos ponerem & disponderem; ex hoc videns vitare lubricum & sequi solidum & securum.]

Balduinus Cantuariensis Antistes, vel potius ex eius persona Petrus Blef. sic affatur Urbanum Papam Epistolam 99. [Domus Dei, quæ in lapide adiutorij super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum stabilita; à Petro, & à successoribus eius; formam semper eruditionis & statum incolumitatis accepit. Quod enim stipiti rami, quod capiti membra, quod radij Soli, quod fonti riuuli, hoc Apostolicæ Sedis eminentia, debent Ecclesie omnes, quas vbiq; terrarum Religio Christiana fundauit.]

Consultò omisi (breuitati consulens) Sophronij



SYNON. 3. phronij Patriarchæ, Synodicam ad Honorium Papam, qua luculentum huius veritatis testimonium continetur, ritè libratum à Turriano lib. 2. contra Magdebur. cap. 4. Quin etiam omnium Christianorum, seculorum similem praxim exhibent varij, nominatim Canus lib. 5. de locis cap. 7. Marcus Antonius Capellus disput. de successione Roman. Pontificis in Petri Pontificatum cap. 2. sect. 7. Onuphrius in Opere de Primatu S. Petri, Bosius lib. 5. de Signis cap. 3. & lib. 18. cap. 4. & 5. Bzouius in Romano Pontifice cap. 17. Gerardus Vossius ad Epistolam Gregorij IX. scriptam Germano Patriarchæ Constantinopolitano, vbi Gregorius hanc veritatem tradit omninò insigniter, sicut & S. Auitus Epist. 36. Valent hic denique, omnia quæ de consulendis cum veritas exquiritur Sacerdotibus, eisque præstanda obedientia, fusè & admodum sapienter disputat Ferrandus in quinta Innocentiæ regula *sub finem*, informans Reginum Ducem. Nam sicut Pontifex est summus Sacerdos, ita de eo maximè valet, quæ tradit in ea disputatione Ferrandus.

## FRUCTVS VI.

*Non si pontifex salua fide, moribus sordeat, excidit infallibilitatis privilegio, aut fundamentis subiectionis, ac venerationis à fidelibus debita.*

**S**olemne est malis Christianis sed maximè Sæctariis, cum vrgentur ad reuerentiam & subiectionem Summo Pontifici debitam, obtere aliquos Romanos Pontifices famæ nò bonæ. Sed ex antedictis, facile erit hoc iniquitatis effugium occludere, siue malis Catholicis, siue Sæctariis, siue Schismaticis Græcis: nam hi quoque Primatui Romani Pontificis obstreperere solent, ex hoc capite; vt videre est apud creditum Gennadium ad cap. 5. pro Concilio Florentino sect. 4. & 13. & latè apud Hieronymum Donatum, toto propè libro de Principatu Romanæ Sedis, quam aduersùs aui sui Græcos conscripsit. Nicophorus item Gregoras lib. 7. histor. argumentum pro Primatu Romani Pontificis, infringi abs se putat allegata degeneratione à moribus S. Petri.

Neque verò animus est, regerere in præsentia hoc sterco in capita Sæctariorum, & Caluini dorsum liliatum, vel Lutheri, & Sacerdotis, & Monachi cum sacrilega Moniali fædos hymenæos; cæterorum denique pusilli gregis arietum britos mores ostentare. Sicut è contrario, silere in præsentia volo, de eximia & apertis miraculis testatissima, multorum Romanorum Pontificum sanctitate, qualem in nullo planè Sæctario, vel ex minima parte, sit deprehendere, Numerantur enim inter Romanos Pontifices, triginta Martyres; & duo supra septuaginta, insigni sanctimonia & cælestibus miraculis illustres, vt refert Thomas Bosius lib. 9. de Signis cap. 3. num. 7. & lib. 8. cap. 3. num. 1. & 2. Quid tale de suis capitibus proferre possit quicumque Sæctarij?

Sed & Græcos, qui Romanorum Pontificum reuolus exaggerant, meminisse oportebat, quos

& quales habuerint Pontifices, præsertim Constantinopolitanos, qui apud eos maximè extulere cristas. Perique enim eorum, non modò hæretici fuerunt, de quo superius; sed etiam infamibus quibusuis notis & flagitijs cooperti, cum omnimoda honestatis moralis profligatione. Cui non audita & omni detestatione explosa, emotio mentis Constantinopolitani illius Antititit, qui ipsis Magnæ Hebdomadæ facerimus anni totius officijs, astas ad arā, inibi monitus, quod equa in stabulo partui esset vicina, reliquit munus suum ad altare, vt eque parienti obstricretur; eoque perfunctus munere; inchoatum expleturus sacrum, ad aram regressus est: Eorundem Antititum ambitione, nihil vulgatius. Hæc enim est, quæ scandulas illis ad ementium Ecclesiæ verticem occupandum, indeque ad deiectionem qualem nunc in eis à binis sæculis gemimus, suppeditauit. Hieronymus Donatus in Apologetico principatus Romanæ Sedis, agens cū Græcis Cretensibus quibus pro Venetis præerat. [Legi ego (inquit) hic apud vos, per multas vestras historias: alias Grammatica, alias vulgari, lingua Græca conscriptas, à temporibus Gratiani & Theodosij vsque ad tempora Michaelis & Basilij quater decies excitata dissidiorum incendia, semper ferè culpa nullorum Antititum Constantinopolitanorum, qui eos fomites nutriebant, vt auctis per varias occasiones dissidijs, Græca Ecclesia Romanæ non cederet, & noua Roma veteri debitos honores non impenderet.] Idem posterioribus temporibus, vt apud Nicetam Choniatem, & Gregoram, ac Gregorium Logothetam videre est, manu laica, & simoniacè intrusi in solium ferè semper fuere. Missas faciamus sordes reliquas, & putentissimas & innumeras. Non possunt ergo Græci, per aliquorum nostrorum Pontificum peccata, grauare veritatem Catholicam pro qua satagimus.

His recriminationibus dimissis, quamuis vltro & gratis darem omnes Pontifices Romanos, seclusa infidelitatis labe (quam ab eis, etiam vt priuatis personis ablegauimus subnot. 2. vert. 7.) omnibus maculis suis cooperto, quid promoueret causam obloquentium Pontifici, debitam ei subiectionem, ac reuerentiam negantium? Nihil profecto, vt optimè dissertit Remundus Ruffus l. pro Pontifice contra Molinam in eius cap. 59. & sanè, vt rectè in hac ipsa re Perilianum vrget S. August. lib. 2. contra eius literas cap. 51. [Si propter homines quos putas legem loqui & nò facere, nūquid Dominus Iesus Christus, propter Pharisæos de quibus ait, *Dicunt enim & non faciunt*; cathedræ in qua sedebant, vllam fecit iniuriam? Nonnè illam Cathedram Moyfi commendauit, & illos seruato cathedræ honore? Aitenim, *Super Cathedrâ Moyfi sedem; qua dicunt facite, qua autem faciunt, facere nolite: Dicunt enim & non faciunt*. Hæc si cogitaretis, non propter homines quos infamatis, blasphemaretis Cathedram Apollolicam, cui non communicatis.] Subdit inferius cap. 61. & optimè ferm. 49. de verb. Dom. cap. 6. Christum in Moyfi cathedra figurallè suam; idcirco monuisse populos, ne propter malos Antitites, desererent cathedræ sanctitatem.

Hoc insigniter inculcat tract. 46. in Ioan. vbi hac præter cætera de mercenario. [Quod malè

malè facit, non prædicat de cathedra Christi: inde lædit vnde malè facit, non vnde bona dicit. Botrum carpe, spinam caue. Benè quia intellexistis: sed propter tardiores, dicam hoc idem planius. Quomodò dixi botrum carpe, spinam cæcæ cum Dominus dicat, *Nunquid colligunt de spinis vnos, aut de tribulis ficus?* Verum est omninò; & tamen etiam verum ego dixi, botrum carpe, spinam caue; quia botrus aliquando de radice vitis exortus, pender in sepe, crescit palmes, infertur spinis, & portat fructum spina non suum. Non enim spinam vitis attulit, sed spinis palmes incubuit. Noli interrogare, nisi radices. Quære radicem spinæ, extra inuenis à vite. Quære originem vuz, vitis hanc protulit ex radice. Cathedra ergo Moyfi vitis erat: Pharisæorum mores spinæ erant. Doctrina vera per malos, palmes in sepe. Botrum inter spinas, cautè lege, ne dum quaris fructum laceres manum, & cum audis bona dicentem, ne imiteris mala facientem. Quæ dicunt facite, eligit vvas; quæ autem faciunt facere nolite, cauet spinas. Etiam per mercenarios, vocem Pastoris audite, sed nolite esse Mercenarij, cum sitis membra Pastoris. Hoc ipsum est, quod dicebat alijs verbis lib. de vnico baptis. cap. 16. in fine. [Ecclesiæ defensio, non in eorum hominum defensione consistit, quos isti nominatim falsis criminationibus appetunt. Profus qualescunque fuerint, Marcellinus, Marcellus, Syluester, Melchiades, Mensurarius, Cæcilianus, atque alij quibus obiciunt pro sua defensione quod volunt, nihil præiudicat Ecclesiæ Catholicæ, toto terrarum orbe diffusæ: nullomodo eorum innocentia coramur, nullo modo eorum iniquitate damnatur. Si boni fuerint in aræ Catholicæ tritura tanquam granà mundati sunt. Si mali fuerint, in aræ Catholicæ tritura, tanquam stipulæ eominuti sunt. Intra istam arcam, boni & mali esse possunt; extra eam boni esse non possunt. Quisquis ab hac vnitate, vento superbiæ tanquam sola palea separatur; aræ Dominicæ propter commixtam paleam, quid calumniatur?]

Argumentum, quod ex factò Christi in hanc rem suppeditatum iam olim est, præteriri non debet. Si quidem ipse Christus, qua fuit diuina Sapientia in Ecclesiæ molitione, hoc impietatis sparium videretur disecisse, cum inter Apostolos eum voluit cæterorum esse caput & totius Ecclesiæ moderatorem, qui omnium fæditissimè lapsus est. Ratiocinatio est S. Optari planè insignis, quam ad quotidianam Sæctariorum cantilenæ reiectionem, eius verbis, vt fortius vrgeat, iuuat adscribere, etiam si longiusculam. Ita ergo habet lib. 7. [Apostoli bono vnitatis per charitatem noluerunt, à communionem Petri recedere, eius scilicet, qui negauerat Christum. Quod si maior esset amor innocentie, quam vtilitatis pacis & vnitatis, dicerent se non debere communicare (vt supra dictum est) Beatissimo Petro, qui negauerat Magistram, & Dei filium Dominum. Possent non communicare (vt supra dictum est) Beatissimo Petro; possent contra illum recitare verba Christi, qui promiserat negaturum se esse apud Patrem, cum qui se coram hominibus deneget. Ad quam formam debet diligenter attendi: de qua dum pauca commemoro ipsius S.

*Theophili Ray iaudi Pontificis.*

Petri veniam tribuat beatitudo, si illud commem-  
rare videor, quod factum constat, & legitur. *Iura Pôst-*  
*Dubito dicere, peccasse tantam sanctitatem, eis quamuis*  
*Sed ipse hoc factum probat, qui & doluit amare, impro-*  
& fleuit vbertim, qui nec doleret, nec fletet, si nulla interuenisset offensio. Potuit vtiq; caput Apostolorum, ita se gubernare, vt nihil incurreret, quod doleret; sed idè in vno titulo eius multa videntur errata, vt possit ostendi bono vnitatis omnia debere Deo seruari. Et nescio an in altero hoc genus peccati, tanti ponderis esse potest, quanto in B. Petro fuisse manifestum est. Quisquis enim fortè in aliqua persecutione negauit filium Dei, in comparatione Beati Petri videtur lenius deliquisse, si negauit quem non vidit, si negauit quem non agnouit, si negauit cui nihil promissit, si semel negauit. Nam in B. Petro hoc genus peccati dilatatum est. Primò, quod cum interrogaret Christus omnes quem se homines dicerent; vnus dixit Eliam, alter dixit Prophetam. Tunc Christus dixisse legitur, Vos quem me dicitis esse? & ait illi Petrus: *Tu es filius Dei viuis*; pro qua agnitione laudari ab eo meruit, quod instinctu Dei patris hoc dixerit, & cæteris non agnoscentibus filium Dei, solus Petrus agnouit. Deinde sub die passionis, cum diceret Christus, Ecce teneor & fugietis omnes: tacentibus cæteris, solus se promissit non recessurum. De præsentia filius Dei, ait: Petre antequam Gallus cantet, ter me negabis. Additum est aliud ad pondus peccati, promissum scilicet, quod non erat impleturum. Posteaquam in domum Caiphæ Sacerdotis ductus est Christus, ad mensuram delicti complendam, de tanto numero nullus alius interrogatur, præter B. Petrum. Interrogatus primò negat, interrogatus iterum negat; Tertio dixit, se Christum omninò non nosse. Et cantauit Gallus, non vt tempora cantu suo distingueret, sed vt peccasse se, B. Petrus agnosceret. Denique doluit, amare & fleuit vbertim; Ecce (vt supra dictum est cæteris non agnoscentibus solus agnouit; cæteris non promittentibus solus promissit: cæteris nec semel negantibus, ter solus negauit. Et tamen bono vnitatis, de numero Apostolorum separari non meruit. Vnde intelligitur, omnia ordinata esse prouidentia Saluatoris, vt ipse acciperet clauas. Interclusa est malitiæ via, ne Apostoli licentiam iudicandi conciperent, & seuerè contemnerent eum, qui negauerat Christum. Stant toti Innocentes, & peccator accipit clauas, vt vnitatis negotium firmaretur. Promissum est, vt peccator aperiret Innocentibus, nec innocentes clauderent contra peccatores, & quæ necessaria est vnitas, esse non posset. Non potuit fortiùs dilucidiusque monstrari, quanta sit insulitas, obrendentium malam fortè vitam, aut priuata probra Pontificum, vt detrectent quam eorum muneri debent obedientiam & venerationem; & dedecora personalia reuerentiam in potestatem tali personæ à Deo consortam. Christus quippè, creando S. Petrum Pontificem Maximum, consensius negationis ab eo admisse (idem esto, de alijs S. Petri peccatis, quæ impij Magdeburgenses, vel inuiti seruientes huic veritati addensant, exaggerant, vt videre est apud Bellarminum libro primo de Pontificibus capite vigesimo) hanc Sæctariorum de Posterioribus Pontificibus

Z objectionem

SVBNOT. 3. obiectionem peccatis eorum plerumque confictis, aut malignè amplificatis, anteuertit, & plane inanem fore demonstrat.

Alia in hanc rem petere licet ex S. Leone Nono Epist. 1. cap. 34. Gemadio cap. 5. pro Concilio Florent. sect. 4. & 13. Ecberto serm. 10. contra Catharos, Iona Aurelianensis in calce libri tertij contra Claudium Taurinensem, cum agit de Paschali Papa, qui tunc malè audiebatur, & optimè ex Caietano tom. 1. Opusc. tract. 2. cap. 3. vbi monstrat, sanctitatem non esse glutinum personæ & Pontificiæ potestatis: ac proinde quamuis Pontifex sit malus, est tamen verè Pontifex, & dignus veneratione. Quantum verò solatium peccatoribus ad cor reuoluentibus sit constitutum in promotione B. Petri penitentis ad totius Ecclesiæ præfecturam, ponderat egregiè, ac suauissimè, Gregorius Nyssenus in Encomio SS. Petri & Pauli, edito à Gretsero pagina mihi 70.

## FRUCTVS VII.

Quantum Deo debeamus, ob prouisam vitam regulam fidei.

Colligendum præterea est ex Pontificiis titulis propositis, quibus Pontifex fidei rubrica & Magister exhibetur, plurimum nos obstringi prouidentia Christi, qui ne circumferremur omni vento doctrinæ, fixum nobis ac immobile fidei fundamentum constituit, ad quod nutantes stabilitatem adepturi confugerent; nempe Romanum Pontificem, cuius munus est confirmare fratres, & pabulo indubiè sincero pascere oues Christi, inducerèque eas ad æternæ vitæ pascua. Iuo serm. de Cathedra S. Petri sub finem, splendide hoc suspicit, his præter cætera. [O admirabilis in singulis Dei dispensatio! ô diuinæ dispensationis admiranda discretio! Quid dicam fratres? Vadam quò me ducit impetus spiritus? Eloquar, an sileam? Eloqui tamen melius censemus quàm silere; quasi aliquid esset de B. Petri laudibus defraudare. Dicit de se in quodam loco Dominus. Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur. Se ostium equidem Dominus confitetur, per se introeuntibus salutem pollicetur; & tamen ad Petrum ita exorditur; Tibi (inquit) dabo clauas regni cælum. Iam videre potestis, fratres charissimi, & videtis quid noster exprimere gestiat affectus; sed præ abundantia spiritus totum quod voluto, efferre non valeo. Ita enim persæpe fit, vt præ abundantis lætitiæ, vel tristitiæ cumulo, verborum sufficientia desit spiritui, cum ipse spiritus nondam discreuerit, cui potius debeat cedere parti. Fitque in abundantia spiritus error quàm maximus, tanquam si cuiuslibet auaro multitudine apponantur diuitiæ. Ipse siquidem præ alacritate nimis hæsitat, quid prius rapiat: & dum anhelat ad singula, manum porrigit ad omnia. Ita & nos. Impedit nos super tanto ac tali mysterio, cogitationum multiplicitas: sed tamen prosperante Deo, expedit nos orationum vestrarum officiositas. Nostis fratres charissimi, quoniam ostio sera & clauas apponantur, quibus iubentibus eius-

dem ostij valuz referantur & clauduntur. Ostiis etiam ostiarij addiuntur, ad quorum suggestionem penetralium Domini, de ostiorum vti libet, commoditate præloquuntur. Ergo quandoquidem Christus (sicut ait) ostium est, Petrus verò clauicularius est: quid aliud quàm ostij huius Petrus ostiarius est, vt quodammodo per Petri villicationem, in ipsum qui ostium est, habeamus introgressionem: ] Haud dissimiliter S. Odo serm. de Cathedra S. Petri, sic exclamans. [O inestimabilis & immensa bonitas! Homine in terra positum, tenere cælum. Ecce nunc ad nutum Petri, diuini regni claustra patefcunt: Accepit enim è Christo clauis regni cælorum, vt solutis vinculis delictorum, aperiret credentibus cælum. O quam vicina & profunda remedia! Iuxta se habet mundus Dei regnum, si currat ad Petrum: posuit ad vicem suam in sculo, cælestis regni clauicularium Petrum, ne difficilem sibi ad cælum, quispiam existimaret ascensum.]

Hoc porro est, quod Ecclesia semper Deo grata, quotannis publico festo celebrat, cui nomen Cathedra S. Petri Romæ. Quæ est celebritas perantiqua, vt videre est in antiquo Romano Martyrologio, & apud Bedam, Vuarum, atque Adonem 18. Iannarij. Quamquam quod sollemnitas in aliquibus Ecclesiis exoleuisset, Paulus IV. eam vniuersaliter renouauit anno 1557. conscripto diplomate, cuius initium est, Ineffabilis diuina prouidentia altitudo. Ac proinde dupliciter impedit Illyricus, cum scripsit, festum Cathedra Romanæ, primum fuisse institutum à Paulo III. Vnum in paucis his verbis errorem deprehendit Turrianus in opere de Ecclesia contra Andream Freyhüb. lib. 1. cap. 10. nempe quod Illyricus, quod factum est à Paulo IV. adscripsit Paulo III. cur autem solius Cathedra Antiochena, non Romanæ festiuitas, ante Paulum IV. non celebraretur; causam refert Turrianus in Antiochena primordia Cathedra B. Petri: Primordia enim solent vbius esse festiuiora & latiora. Sed (vt dixi) etiam Romanæ Cathedra festiuitas perantiqua est, nec eam Paulus IV. instituit, etiam quoad officium; (vt censet Angelus Roeca ad librum Sacramentorum S. Gregorij; quem putò imposuisse erudito Scriptori Hugoni Menardo ibidem pag. 46. hoc festum censenti nuperam;) sed in quibusdam Ecclesiis exoletum renouauit. Alexandrinæ autem Cathedra festiuitas, nulla est instituta, quia quamuis vt in Prolegomenis dixi: Ei Ecclesiæ S. Petrus præfuerit Episcopus, tamen non sedit ibi personaliter, sed per Vicarium eam Ecclesiam semper rexit; Antiochenam autem & Romanam Cathedram personaliter tenuit, vnde festo instituto recolitur earum memoria.

Posset aliquis existimare, sicut dies vna festiua, addita est recolendis S. Petri catenis, ita Cathedram ligneam qua S. Petrus vsus est, in honore fuisse. Sanctorum quippè, ne folium quidem desluit. Eorum capilli, vela, sudaria, vestium particule, & quæcumque ad eos quomodolibet antinuerunt, venerationem habent. Etiam loca quæ calcantur, & vestigijs prelesunt, religione magna frequentantur. Sic S. Theclam.

S. Theclam, loca à S. Paulo pressa vestigijs, piè nec sine lachrymis reuissis, scribit Basilus Seleuc. l. 2. de vita B. Theclæ pag. mihi 274. Scribit item S. Hieronymus in Hilarione, Monachos sancto Antonio æquales, loca ab eorum trita diligenter notasse, & religiose adiuissis. Idem ergo esse potuit de Cathedra materiali sancti Petri, quam multis nobilitatam miraculis, asseruati in Vaticano, scribit Baronius anno Christi 45. Additque Petrus Exquilinus 18. Ianuarij, nullum vnquam Pontificem, ei Cathedra insidere postea ausum præ reuerentia S. Petri; sicut nemo Pontificum ausus est Petri nomen allumere. Honorem ergo iam olim habuit lignea S. Petri Sedes. Neque id singulare fuit circa S. Petri Cathedram, cum etiam S. Iacobi ligneam sedem ab Hierosolymitanis magno honore fuisse asseruatam, prodat Eusebius 7. histor. cap. 14. in fine; & Veneti quoque religiose habent Cathedram S. Marci, ad se transfusam ab Heraclio Imperatore, vt refert Baronius anno 826. Iam enim ab Ecclesiæ primis temporibus, erant Antistitibus Cathedra sublimes. Thronos coronatos, vocat Nazianzenus orat. de Episcopis. Cuiusdam sublime folium, quasi regium tribunal, abs se visum, memorat Seuerus Sulpicius Dialogo 2. Absides gradatas, vocat S. Augustinus Epist. 263. fuisseque lineatas, vt Pacianus loquitur; idest præteno linteas opertas, liquet ex Pontio sub finem vitæ S. Cypriani, idque esse videtur, quod apud S. Athanasium Apol. 2. Ariani necem Episcopo molientes lamentabantur, de throno stolato referat ad superbiam Ethnicam, calcatam per Pontificium Euangelicum. Posset ergo quispiam (vt dicebam) existimare festum Cathedra S. Petri spectare huiusmodi sedem ligneam & materialem: Sicut festum catenarum spectat pænalia vincula quibus S. Apostolus in nexus est.

Longè tamen aliter, festum Cathedra S. Petri accepit S. Augustinus serm. 15. de Sanctis. Ait enim huiusmodi festum esse de natali illius Sedis, quam Apostolus pro Ecclesiarum salute suscepit. Similiterque Philosophatos video Iuonem Carnotensem & Odonem Cluniacensem; in Sermonibus de ea Cathedra. Qui omnes satis exprimunt, hoc festum esse de erectione S. Petri in Pontificem. Nec id fuit prorsus singulare S. Petro. Mos enim antiquus celebrandi natales Cathedrarum (ita vocabant diem inaugurationis Episcopi) compertus est ex S. Ambrosio Epist. 60. cum de Felice Comensi, & ex S. Augustino homil. 24. & 25. quæ sunt de eius inauguratione; necnon ex serm. 32. de verb. Dom. in fine, vbi meminit natalis Cathedrae Aurelij Carthaginensis Episcopi. Extant sermones S. Leonis in Annuario sive Assumptionis de eodem argumento; & oratio S. Gregorij Nysseni in suam ordinationem; Itemque serm. 7. Eucherij & Ennodij dictio Sacra i. in Natali Laurentij Mediol. & altera in Natali Epiphaniij Ticinensis, ac serm. 107. apud Chrysologum. Solitos Romanos, exigere festiuium diem inaugurationis cuiusvis Pontificis dum is adiuerret, habetur ex S. Paulino Epistol. 16. De festo natalis suæ Cathedrae, meminit Hi-

Theophilus Raynandi Pontificis.

larus Papa, Epistola ad Episcopos Tarraconen- SVBNOT. 3. sis Prouinciæ. Adrianum I. scribit Anastasius, Idem, quam edixisse vt pharus Cantharus mille trecentarum septuaginta candelarum, in crucis formam pendens, ea die accenderetur, sicut in Paschate, & Natali Domini, ac Principum Apostolorum. Non est igitur prorsus singulare, quod dies natalis Cathedrae S. Petri, festiuus exigatur, cum natalis Cathedrae multorum Antistitum fuerit festiuus.

Sed illud est in S. Petro singulare, quod illius solius Cathedrae natale, perpetuò in Ecclesia festo recolatur. Nullius enim alterius Sancti in Episcopum inaugurati, perpetua memoria sacris tabulis inscripta habetur. Quod enim opponi posset de SS. Ambrosio & Basilio, facile expeditur. Non enim idcirco decretum est, qua die ordinati erant Episcopi, celebrari eorum memoriã, vt natale Cathedrae ipsorum festiuum esset; sed dies illi, recolendæ memoriæ tantorum virorum assignati sunt, quia die in quem felix eorum obitus incidit, non poterat recoli illorum memoria. Nam festum obitus sancti Basilij, occupabatur festo Dominicæ Circumcisionis. Obitus item sancti Ambrosij, qui in quartam Aprilis diem incidit, ferè concurrebat cum anniuersaria memoria Passionis Christi: Ideoque satius visum est Ordinatoribus sacrorum officiorum, transferre festum S. Ambrosij in 7. Decembris qua die in Episcopum est euectus. Fortassis etiam, quo tempore S. Ambrosij festa dies ritu anniuersario recolenda præscripta est, vigeat adhuc lex, de nullius Sancti memoria recolenda tota Quadragesima, quæ Aprilis quartam diem plerumque tenet. Itaque quod ex vsu tunc recepto factum principio est, hæsit postea in consuetudine Ecclesiæ, etiam si festa Sanctorum per Quadragesimam, extra magnæ hebdomadæ dies celebrari posse, sit deinde vsu indutum. Neque tamen Kalendaria, festos dies SS. Basilij & Ambrosij, quos per occasiones prædictas transferri in dies Ordinationis oportuit; adscriptos habent titulo Ordinationis Sanctorum illorum, sed simpliciter sub nomine eorum, ne eorum memoria tacita præteriretur in Ecclesia, quam tantis meritis, & doctrinis ornauerunt. Vnde nulla alia dies addita est recolendo eorum felici excessui ex hac vita. Solus S. Petrus, multiplici illo festo decoratus est, & præter sollemnitate sacri eius obitus, natale Cathedrae eius, per se & ex directa intentione susceptum est celebrandum; atque adeò peculiaris perpetua sollemnitas ei addita est, quod nulli alteri Pontifici, aut Episcopo, vnquam obtigit.

Sed quia festa Christiana, æquè ac festa veteris Testamenti; solent referri ad recolendum insigne aliquod Dei beneficium, collatum ea die mortalibus, dispiciendum superest, quod Dei beneficium, collatum S. Petro Cathedra exhibitum, recolere voluerit Ecclesia. Et notari sanè possunt varia Dei beneficia, in ea Cathedra collatione facta S. Petro. Imprimis enim ceteritur ea in re, magnum beneficium collatum ipsi S. Petro; cum rupex & Petro, exaltatus est in Ecclesia plebis, & in Cathedra seniorum collocatus. Si enim Dauidi ingens fuit beneficium, accipi de post ferantes, & sustolli in

Z. 2. temp.


SVBNOT. 3.  
Idem, quan-  
tum grati-  
tudinis ar-  
gumentum.

temporalem Iudææ pastorem, quanto auctius beneficium S. Petro collatum est, cum est euectus in vniuersalem Pastorem animarum, tōtūque ac tantis spiritualibus muneribus apratus est, ad illud officium congruē obeundum? Nec stitit in S. Petro diuina beneficentia ea in parte; sed alios quoque contigit: quandoquidem is electus est in vniuersalem Pontificem, qui fuerat fidei abnegator. Hoc autem ad magnum fidelium bonum spectauit, quatenus ea ratione prouisum est lenitati Pastorum; qui si essent absque peccato, efferantur in subditos pro humana infirmitate labentes. Et hac ex causa obseruauerunt plerique, in antiqua item lege, eum delectum esse in Pontificem, qui vituli conflatione fuerat contaminatus. Hoc beneficium in S. Petro quoniam peieratoris & abnegatoris electione in Pontificem, à Dep collatum fidelibus obseruauerunt varij Patres: nominatim S. Basiliius homil. de Petro & Elia; Optatus Mileuit. lib. 7. S. Augustinus serm. 124. de tempor. Theophanes Oeram. homil. 55. pag. 376. S. Nilus Epistola ad Eusebium, adductus à Turriano 2. contra Magdeb. c. 6. S. Gregorius homil. 21. in Euang. Arnobius in Psalm. 139. Rupertus lib. 2. de oper. Spir. sancti, sine libro de Sapientia cap. 28. Philippus Solitarius lib. 1. Dioptrae. Petrus Damiani serm. 18. Alios profero in Commonitorio vt sit moderatio, quod dicitur §. 10. Aliud præterea in signe beneficium, omnibus fidelibus in ea S. Petri inauguratione exhibitum, notauit Optatus lib. 7. nempe doceri, quod sanctitas non exigatur necessariò ad Episcopatum; & quod is qui peccator, nec vulgaris fuit, possit fungi Sacerdotio.

Quod si non absolute electionem S. Petri in Episcopum, sed electionem in Episcopum vrbis Romanæ attendere placeat; cernitur in ea inauguratione in signe illud Dei beneficium, quod recolunt & extollunt S. Leo serm. 1. de SS. Petro & Paulo, Eucherius ad Valerianum num. 25. Prosper. lib. 2. de vocat. gent. cap. 16. Prudentius hymno 2. Peristeph. à vers. 415. nempe prouisi à Deo Episcopatus S. Petri ea in vrbe, quæ mundi vertex esset, vnde se se ad omnes orbis oras, aduenis isthuc aduentantibus fide imbutis, facillimè diffunderet percepta Romæ religio. Nam idcirco etiam, prouidisse Deum, vt totius orbis in vnum imperium conueniret, sapienter notarunt iidem PP. Quæ ratio Cathedralæ S. Petri Romæ statuendæ, expressa videtur, in antiqua oratione quæ olim recitari solebat, in festo Cathedralæ S. Petri, his verbis concepta. *Omnipotens sempiterna Deus, qui ineffabili Sacramento, Apostolo tuo Petro Principatum Romana Vrbs tribuisti, vnde se Evangelica veritas, per tota mundi regna diffunderet: presta quesumus, vt quod in orbem terrarum eius predicatione manauit, vniuersitas Christiane deuotionis sequatur.* Paulò aliter tametsi eodem sensu, eam orationem ex alio M. S. Codice exhibet Angelus Rocca, in Scholiis ad librum Sacramentorum sancti Gregorij.

Non inficior hæc esse insignia Dei beneficia & S. petro, & aliis in eo diuinitus collata. Augustius tamen & sublimius de S. Petri Episcopatu cogitare licet. Neque enim fuit vtcumque Episcopus certo cuiquam loco affixus, qua-

si vltra eum locum careat autoritate; sed factus est Episcopus vniuersalis, & positus super Cathedralam, vt ex ea doceret indefectibiliter, & irretractabiliter veritates fidei, & ex eo throno regeret vniuersum populum Dei, sanctasque leges ad religionis & piæ vitæ vsum præscriberet, non absque multæ irrogatione in noxios. Ad has quippe omnes functiones, potest extendi nomen *Cathedra*. Est enim *Cathedra* magistris; ita thronus Imperij atque Iudicij. Huiusmodi ergo *Cathedra* in persona sancti Petri, ad totius Ecclesiæ bonum facta collatio, quantum sit beneficium, nemo satis explicet. Et vt de reliqua rectione, & in fontes animaduersione taceam; nemo non videt, quantum sit Dei donum, & accessisse doctrinæ suæ regulam viuam. Sæctarij enim, qui hac sacra anchora destituuntur, circumferuntur omni vento; & iudicio suo priuato, vel nudæ scripturæ adhaerescerent, sciuntur in iustitia contraria incerti, semperque mutantes. Sicut ergo, qui abrogata legitimi Iudicij potestate vellent aut nudæ legi, aut priuato suo de eo iudicio insistere, nunquam lites fortè subortas sopiret; quia & sensus priuati rubrica, nimium fallax est; & nulla legis externæ facies est adeò clara, quin affecto distorto sensu perueriti possit: Ita qui in negotio fidei, vel scripturam nudam, vel sensum suum priuatum pro disceptatore quaestionum emergentium, habet; (quod Sæctarij abiecto Romani Pontificis arbitrio faciunt) in perpetuam fluctuationem se coniciunt. Fatendum ergo necessariò est, Deum, Ecclesiæ eximium & supra quàm dici possit fructuosum beneficium cōtulisse, instituta S. Petri Cathedrala, quæ esset fidelibus arbitra causarum fidei, & in negotiis religionis regula viuā. Idque præcipuè est, vt affirmabam) quod Ecclesia grato animo recolit celebrans natale Cathedralæ S. Petri; agnoscens id esse beneficium, quod non minus ipse accepisse, quàm liberari perpetuis implexitatibus & vacillationibus circa res fidei & religionis.



### COROLLARIUM nominatim ex S. Bernardo.

*Qui fructus ab ipsomet Pontifice, è tantis suis ornamentis legendi.*

**H**Actenus de fructibus, quos fideles quippe, Hex propositis tam multis, tamque magnificis Romani Pontificis titulis, possunt decerpere. Sunt etiam bene multi fructus morales, quos eum par sit colligere ex iisdem titulis, quem Dominus constituerit super familiam suam, collocans eum cum Principibus, vt solium gloriæ teneat. Egregiè hoc versat Aluarus Pelagijs l. 2. de planctu Eccles. artic. 10.

Pateret sanè latissimus ad excutendum campus, nisi nos S. Bernardus, luculento, nec satis vnquam laudato opere de consideratione ad Eugenium Papam, eo labore liberasset. Ad eò quippe & accuratè & piè maiestatem Pontificiam, & conuenientia ei decora toto eo opere expressit,

expressit, quamque monstruosum sit (vt lib. secundo, capite septimo loquitur) in summo illo gradu animum habere infimum demonstrauit, vt superuacaneum sit quicquam addere. Oculum (vt ita dicam) totum, super omnia corporis Christi membra, peruigilem, eum esse vult, qui titulis propositis sit à Deo honoratus. Sic enim libro tertio, capite quinto, affatur Eugenium. [Superest vt generaliter super vniuersum Ecclesiæ statum intendat consideratio tua. Si plebes clericis, si clerici Sacerdotibus, si Sacerdotes Deo, in ea qua oportet humilitate subiecti sint. Si in monasterijs & religiosis locis seruetur ordo, vigilet disciplina. Si super praua opera & dogmata, censura Ecclesiastica vigeat. Si floreat vineæ honestate, & sanctimonia Sacerdotum. Si flores fructus parturiant obedientiæ fidelium populorum. Si demum vestra ipsorum Apostolica mandata & instituta, ea qua dignum est sollicitudine obseruentur, ne quid in agro Domini tui, aut neglectu incultum, aut fraude surreptum inueniatur.]

Denique cuiusmodi & quoad se, & quoad alios esse oporteat, eum qui in tam sublimi specula locatus est, & tantis titulis decoratus, sic breuiter exprimit libro quarto, capite vltimo, agens eum Eugenio. [Oportere te esse considera, formam iustitiæ, sanctimonie speculum, pietatis exemplar, assertorem veritatis, fidei defensorum, Doctorem gentium, Christianorum Ducem, amicum sponsi, sponsæ paranympum, cleri ordinatorem, pastorem plebium, magistrum insipientium, refugium oppressorum, pauperum aduocatum, miserorum spem, tutorem pupillorum, Iudicem viduarum, oculum cæcorum, linguam mutorum, baculum senum, vltorem scelerum, malorum metum, bonorum gloriam, virgam potentium, malleum Tyrannorum, Regum patrem, legum moderatorem, Canonum dispensatorem, sal terræ, orbis lumen, Sacerdotem Altissimi, Vicarium Christi, Christum Domini, postremò Deum Pharaonis.] Meritò ne xuit duo illa, præesse sibi morum sanctitate, & præesse aliis. Nam iuxta Paulinum Carm. ad Cytherium,

*Sic facile propriis absolutum vinculis*

*Solui docebit crimine;*

*Bonusque meritis vir gubernator, suam*

*Et Ecclesie nauem reget.*

*Quam quomodo ille præsidebit proximis,*

*Præesse qui nescit sibi?*

Vt autem admoneatur Pontifex sibi ipsi præesse accuratè, cum primùm ad alios regendos assumitur, qualiscunque demum antèrè fuerit; inductum idcirco esse, vt ferè mutetur nomen assumpto in Pontificem, præclare obseruauit Petrus Lombardus ad initium Epistolæ ad Romanos.

Præterea porò quæ ex tot ornamentorum suorum consideratione eruenda sibi esse à Pontifice proposuit S. Bernardus; addendum est, quod in alio opere considerationum recolo, tractando terminum vitæ Pontificum puncto 4. num. 19. inuncto 14. & aliquot seqq. Nempe attentis obligationibus quas tituli propositi iniiciunt, ne nomen vacuum præferatur, magnam omninò humilitatis & timoris materiam sub-

ministrari Pontifici, si consideret, quanto ponderare grauetur verè portans orbem; quantaque vi muneris concediti præstare teneatur, quibus cum fide exequendis, ægrè par esse queat humana imbecillitas. Vnde tanta tamque honorifica dignitas, ad quam tam multi saluant, & plerisque tanquam inuidiæ argumentum obuerfatur, commiserationis potius materia esse deberet in aliis; in ipso autem Pontifice angoris atque pauoris, vt contigisse Adriano IV. notabam loco annotato ex Sarisberienfi lib. 8. Polycr. c. 23. Idem de se, & quouis alio Pontifice, eo nomine digno, profectus est Alexander IV. eo diplomate quo anno 1256. impium librum *de periculis nouissimorum temporum*, à Gulielmo de S. Amore compositum, iusta censura perculit. Partem eius diplomatis, iam supra retuli in Onomastico V. *speculator*. Atrexo quod huc maximè facit, & ibi desideratur. Alexander ergo præfatus quanto onere grauetur Pontifex Romanus, præ aliis Episcopis quibus particularium duntaxat Ecclesiarum cura est concedita, subdit de ipso Romano Pontifice. [Hic sine distinctione prælatus est Pontifex vniuersis; Dominicæ quidem vineæ custos generalis & cultor; & totius ouilis Catholici, pastorumque omnium, summus Pastor. Incumbente namque sibi generali sollicitudine super omnes, cum ex hoc suæ mentis intuitum per cuncta diffundere teneatur, STVRET; nimirum IPSIVS ANIMVS, & sub tam grauis & difficilis curæ pondere contremiscit, quod posse sufferre vt conuenit, vis naturæ occidua vix confidit. Ad eum namque negotia vndique confluunt, perueniunt lites, dubia deferuntur, & destinantur implicita & perplexa; nec vnquam horam influens torrens cellat; nec huius alii pelagi validæ & infestæ procellæ quiescunt, sed iis quæ nunc imminent expeditis, mox alia subsequuntur. Nec tot implexarum quaestionum nodi decisione Apostolica solui possunt, quin & aliæ irretita & nodosa superueniant, deliberatione matura & consulta definitione soluendæ. Imò ex quo de instantibus difficilibus & obscuris, dubietatis caliginem verbo suæ declarationis amouerit, statim noua & recentia turbulenta ingruunt Apostolico dilucidanda oraculo, & ambiguè ac incertis mentibus, claræ differtionis lumine referuanda. Propterea inest Romano Antistiti, sollicitudo sine otio, labor sine quiete, occupatio sine vacatione, exercitium sine tranquillo, ingens & sedula meditatio, ac vigilia sine somno; nec ad modicum etiam cura quotidiana intermissionem habet; instantia quæ nec omittitur aliquo tempore, nec aliquod ipsa tempus omittit. Vrget continuè, quia cogitandi materia semper adest, nec successu temporis definit, sed, cum illius diuturnitate perdurat, quia nec decursu temporum deficiunt negotia, sed assiduè illis succedentibus renascuntur. Nam & hostis antiquus, arguens quidem insidiatur, callidusque deceptor animarum, vehementis & ardentis sollicitudinis causam præbet: humanæ quippe pacis æmulus, fraternæ inuidus charitatis, diuinorum abactor, dissipator vnionum, & tranquillitatis fidelium anxius persecutor; interfert odia, rangores ingerit, liuores accendit, mouet lites, iurgia suscit,

SvNOT. 3.  
Fruillus pro  
ipfomet Pö-  
tifice.

citat, contentiones irritat, parat seditiones, & diffensiones procurat; & illorum etiam qui perfectiores & firmiores esse creduntur, interdum corda subvertit; & ibi magis impietatis suae machinas erigere, ac nequitiae faeces accendere nititur, ubi plus aestimat malignitatis suae conamina obfutura: facit iniquos laqueos, pedicas obicit, ponit tendiculas, ut prudentiores etiam intercipiat & captiuet. Hinc turbationes oriuntur, surgunt inimicitiae, dissidia prodeunt, & scandala generantur: Vnde sic seculum iam declinavit ad malum, quod incrementibus & invalescentibus in eo noxiis, quasi vix locus in ipso salutaris invenitur; & exclusa ferè inde concordia, quasi stabilem ibi habeat discordia mansionem. Quare oportet cura incessabili vigilare, ut detorta & corrupta per malitiam, bonitatis virtute ratiificentur & reformentur; diuisa per odiam, charitate ligentur; & commota sistant & paudent; habeant turbata tranquillam, & statum fidelium semper in melius roboretur.]

Hæc omnia præstanda sunt per Romanum Pontificem, ac multo etiam plura quæ consequenter ad titulos ei vi muneris attributos, ad eius sollicitudinem pertinent; & ex Cardinali Bellarmino in eius vita lib. 3. cap. 5. tacta sunt in Terminalibus puncto illo 4. quorum præcipuum est, providere Ecclesiis pastores idoneos, administrare convenienter patrimonium Ecclesiæ, & suam particularem Episcopatum Romanum. Adde curam tegendi Christianitatem ab infestis armis Turcarum & Hæreticorum, conciliandique pacem inter Catholicos; non tantum quod doctrinam sanam, & enucleationes præposteras quærentium quæ sua sunt, siue habentium curam animarum, siue eis opitulantium, de qua sola pace curanda, agebat loco allegato Alexander IV. Sed quod maxime ad tranquillam & quietam fidelium vitam requiritur, quoad unionem inter Catholicos Principes, quos plerumque fel amaritudinis ac liuoris, cum magno honoris Dei dispendio, & Ecclesiæ damno, infestis iniuicem reddit. Ad Romanum Pontificem pertinere, pro omnibus prædictas satagere, & mala contraria arcere pro viribus, hoc est instando opportunè, importunè, arguendo, obsecrando, increpando, omnibus denique viis ad eum finem assequendum accommodatis; extra dubium est, non tam ex praxi Sanctorum Pontificum qui omnes partes muneris sui accuratè implese iudicati sunt, quam ex natura ipsius muneris, insinuata in plerisque titulis propositis, ipsamque Pontificem continente *Episcopum unice summum & singulariter generalem*, ut loquitur Petrus Blefensis epistola 27. confirmans Pontificis esse cornu suo ventilare Syriam; intonare contra Edem, fulminare contra vitulos Bethel, contra idola Aegypti, contra pingues vaccas Samariæ, contra Sacerdotes Baal, contra pastores pascentes semetipsos, contra Iudices legum iniquarum conditores, contra canes mutos non valentes latrare, contra amphoram Zachariæ, contra vasa pastoris stulti, contra Simonis Magi profanitatem, contra præuaricantes, contra arrogantes, contra pauperum oppressores, Ecclesiæ turbatores, fidei subuersores. Nihil horum alienum est à Pontificis Romani sol-

licitudine: imò magno animo & acri studio omnia illa complecti debet, nisi numeri suo deesse, & grauis noxæ reus agi apud Deum velit. Nec cum excusabit, vel metus displicendi Magnatibus seculi; vel studium suorum quibus velit insensos reddere qui essent à nequitia absterrendi; vel alius quispian prætextus ex iis qui in foro seculo, habentur vel idonei, vel tolerabiles.

Qui ergo erunt Gigantei illi humeri, qui non formident tanto oneri, tamque importabili sarcinæ supponi? Sanctus Gregorius Magnus, tamen si iis naturæ & gratiæ dotibus instructus quæ paucis obtingunt, horruit tamen tam arduum munus suscipere, & captis per fugam latebris se subducere tentauit: Id quod etiam plerique Sancti Antistites, vocati ad curam Episcopatum inferiorum longè minùs latè patentium, cum per obedientiam licuit, tentauerunt. Obusto igitur ingenio esse necesse est dicere, eum qui apicem hunc honorum & culmen Ecclesiasticum dignitatum, non modò ambiat, sed etiam delatum cupidè ac lætè excipiat: quia si *Episcopus nomen periculi est*, ut contestatur Sanctus Augustinus serm. 39. ex 40. nouis, latèque prosequor in Aggere aduersus iclum fluij sect. 1. puncto primo; multo magis, (& quidem prope incomparabiliter,) *Pontifex summus est nomen summæ periculi*. Si Episcopatus quilibet, est *opus bonum* iudice Apostolo, id est durum, ærumnosum, plenum angoribus ac discriminibus, quorum consideratione nemo suæ quietis ac subductæ periculis æternæ salutis amoris in eam curam se lubens inducat; multò magis apex Episcopatus, (ad quem qui pertingit, Episcopus Episcoporum & est, & verè appellatur,) extimescendus est, tanquam *opus, & prope*, non iam *bonum* duntaxat, sed etiam *optimum*; id est durissimum & laboriosissimum; *opus perfectum* ut Sanctus Iacobus nominauit id est *maritimo par*. Vnde meritò Sanctus Auitus sermone mutilo, de ordinatione Episcopi, ridet eos qui se pronunciat illo Apostoli de Episcopatus desiderio ad bonum opus terminato, propriæ ambitionis incendium veluti refrigerio temperasse arbitrabantur. Hæc supra omnem æstimationem plus vrgere circa summum Pontificatum; res per se loquitur. Est enim *onus onerum* ut ex Sancto Leone Magno refert Petrus Damiani libro primo, epistola vigesima: inde increpans Carolum tanta dignitatis inuaforem, quam Religiosus quisque abhorret ingellam admittente, & vix quantisuis precibus fatigatus inire acquiescat, ut ibi affirmat Petrus Damiani.

Est verò præterea vnde Pontifex spectatis tam illustribus titulis suis, concipiat dolorem & sui commiserationem Regum seculi sortem plerique deplorarunt, quod in culmine temporalis throni, quem sequitur quilibet audendi facultas, miserima sint conditio, ut videre est apud Arrianum ex Epicteto libro tertio, capite vigesimo secundo, & Senecam libro de breuitate vitæ capite quarto, pulchreque apud Boëtium libro quarto, de Consol. metro 2. & apud Sanctum Gregorium 9. Moral. capite decimotercio ad illud.

Suè

SVNOT. 4.  
Contentio  
probrorum  
& Elogio-  
rum.

## SVNOTATIO IV.

Contentio Titulorum, quibus hinc Con-  
cilia & Patres inde Sectarij,  
Romanum Pontificem  
afficiunt.



VNQVAM quidem hæretici, præbuere se reuerentes erga sacros Antistites, eosvè honorificè appellare, induxerunt in animum, ut notauit S. Chrysostomus in Psalmum 13. agens de Satana, qui dixit. [Ponam thronum meum super nubes, & ero similis Altissimo] Subtulit, DEVS, & posuit *Altissimo*. Erubescens eum nominare, quem iam negauerat. Itaque etiam facit quilibet hæreticus, vehemerrimus in tempore persecutionis, loquens cum Pontifice. Nec enim vocat Pontificem, nec Archiepiscopum, nec Religiosissimum, nec Sanctum. Sed quid? Reuerentia tua, sapientia tua, prudentia tua, iustitia tua, & nomina illi adducit communia, eius negans auctoritatem. Diabolus hoc tunc fecit in DEO, *Ero similis Altissimo*; non DEO, sed *Altissimo*.] Obiter aduerte, quod ait S. Chrysostomus, Hæreticum minùs honorificè compellantem, dixisse Præsuli, *Reuerentia tua*; (ut pro temporum & locorum varietate mutatur Iudicium de compellationibus & aliis venerationis indicis) alibi eximiam venerationem sonare; vsque adeò, ut Iustinianus ad Hormisdam scribens: Item Philip. Abbas Epist. 12. Eugenium Papam compellens, dicant, *Reuerentia vestra*. Quo eodè modo eundem Eugenium affatur Petrus Cluniac. lib. 6. Epist. 25. necnon Lucium lib. 4. Epist. 19. & 22. Itemque Innocentium S. Bernardus Epist. 50.

Quamuis igitur Hæretici, in quovis Antistites semper fuere irreuerentes, in nullum tamen ferociùs & petulantius bacchari sunt, quam in Romanum. Nimirum timent Hæretici sonum tutelæ, & gladium Petri suis ceruicibus imminentem, à quo omnes ad hanc diem hæreses demesse sunt; hæc Tartaræ hydræ capita recisurum, pro comperto habent. Itaque inconciliabiliter ab eo ablieniati sunt, & multa semper ac tetra, malignè ac turpiter in illum vomuerunt, tanto indigniùs, quanto foediùs est maledicere Principi populi sui. At esse Pontificem, caput & principem populi Christiani vniuersi, omnes prope tituli superius recensiti manifestè præferunt: estque tam apertum ex Christi ad Petrum oraculis, ut Gennadius pro Concilio Florentino c. 5. sect. 1. contestetur. [Se nescire quomodo quis id inficiari possit; cum apertissimè Christus, & omnes Doctores, manifestiùs quam si vel tonitruum personaret, hoc ipsum vociferentur.] Inuat, quæ sigillatim aliqui Sectarij spurcè & impiè aduersus Christi Vicarium effatuuerunt, attingere hoc loco, ut talium dehonestamentorum contentione facta, cum ornamenti quibus Patres & Concilia tantà maiestatem decorauerunt; & hærescos malignitas liquidò deprehendatur, & splendor terroni illius

Sub quo curuatur qui portant orbem. Etiam ipsius purpuræ qua vestuntur speciem, id est colorem, semper admonere, ut velut in medio flammatarum se constitutos credant, obferuauit Facundus libro duodecimo pro tribus capitulis capite quarto. Totque sunt capita discriminum labendi Regibus impendentium, & exitij lapsus illos consequentis quæ recenset sanctus Chrysostomus libro secundo, de compunctione cordis agens de Dauide, & Ambrosius in eius Apologia prope initio, ut meritò ex utroque peritricis iis capitibus, Ioannes Cantacufenus filio Matthæo persuadere tentauit, nihili esse faciendum ab imperio exclusionem; tum libro tertio histor. capite nonagesimo quarto, tum in eiusdem Matthæi vita, præfixa explanationi eius in Canticum Cantorum Salomonis; & desensum potius esse qui in regio throno sedent, quam pro inuidiæ obiecto habendos, verè præ rusticis infælicibus ac miserandos, ex ore Ioannis Regis Aragoni ad extremum vitæ deducti, confirmat Lucius Marinæus libro decimo octauo rerum Hispanicarum ad finem; addens idem antea visum Alfonso Ioannis fratris, eadem Neapoli contestanti in vitæ clausula. Sunt hæc de terrenis Regibus vetustissima.

Quanto itaque instans est, deplorare sortem Pontificem, qui licet gradu summi, & Reges Regum, ut aiebat Rex Hungariæ Ladislaus, agens cum Nicolao V. ac Petrus Damiani Opuscul. 23. cap. 1. vel propt aiebat Episcopus Pataræ apud Liberatum in Breviario capite 22. *Reges plusquam omnes Reges*, tanto grauiore premuntur onere & tam periculosiori sarcinæ subiacent, quam est spiritualium ac celestium possessio potior temporalibus ac mundanis rebus, circa quas occupatur Regum sollicitudo, habens pro fine proprio, pacem extremam; cum Princeps spiritualis, (cuiusmodi summo inter homines iure est Pontifex,) per se primò spectet pacem internam, & vitæ æternæ per subditos suos adeptionem. Nam quamquam Principes quoque temporales, si sapiunt, propositam habent charitatem felicitatis æternæ, ut loquitur Diuus Augustinus lib. 5. Ciuit. cap. 24. tamen quod per se primò curant Principes temporales, est pax externa, ut quietam & tranquillam vitam agentes subditi, sine timore Deo seruire valeant in sanctitate & iustitia coram ipso. Est ergo cura Principum Ecclesiasticorum, & præferrim supremi, ut ex obiecto ac siue dignior, ita periculosis longè maioribus obnoxia, si infideliter aut segniter obeatur, ut facillimè contingere potest, siue ipsorum penes quos est; ofeiantia; siue administratorum infidelitate, siue quod solet esse frequentissimum & maxime exitiale, incarnatarum necessitudinum vix eluctabili aut euitabili tenacitate. Quæ omnia qui vel perfunctoriè attenderit, dolendam potius Pontifici sortem suam, quam pro licentiæ & gaudij argumento habendam, pronunciat.



SYBNOT. 4.  
Contentio  
probriorum  
& Elogio-  
rum.

illius Solis clariùs effulgeat. Omnes sanè Hæreticos, strenuam operam in proscindendo, ac probris inquinando Romano Pontifice posuisse fuscè persecutus est Maucler par. 2. operis de Monarchia lib. 6. cap. 7. Nec non variis omnino locis Gretserus. Nam quia Germania præsertim istiusmodi furiosorum in Romanum Pontificem conuictis barchantium, ferax fuit; adactus est Hercules ille Germanicus, sæpe sapius clauem in hæc monstra intorquere videndus nominatim in quatuor Apologiis contra Nisenum & in responsione ad theses Hunnianas, & initio Apologiæ pro Greg. VII. Addeantur hi duo fidei pugiles, vnus contra Lutheranos alter cõtra Calvinistas, omninò multa in hanc rem. Nos tamen paucis contenti exemplis, quantociùs ex hoc cœno emergendus, cum bono Deo.

Donatistæ, in Romani pontificis, & Romanae Ecclesiæ laceratione, iuges ac nauis fuerunt. Inter eos Petilianus, cum Cathedram à Catholicis vendicantem expostularet, eosque non nisi pestilentia Cathedram, habere dixisset, repositus S. Augustinus lib. 2. ad eius litteras cap. 51. [Qui tibi fecit Cathedra Ecclesiæ Romanae, in qua Petrus sedit, & in qua hodiè Anastasius sedet? &c. Quare appellas Cathedram Pestilentia, Cathedram Apostolicam?] Spurcus hæreticus, meretricio more, anteoccupauit probrum in eum & collegas meritò intorquendum vt perspicuè liquet, ex longa disputatione crediti Augustini q. 110. ex vtroque mixtim vbi sic concludit. [Quoniam Cathedram Pestilentia non esse à Dei ordinatione asseuerauimus, etiam eorù, qui extra Eccles. vel contra Eccles. sedes sibi instituerunt, Cathedra Pestilentia dicimus. Qui enim inconcessa præsumit, reus est. Quanto magis si corumpat traditionem eius cuius sedem usurpat? Nam & ordinem ab Apostolo Petro ceptum, & vsque ad hoc tempus per traducem succedentium Episcoporum seruatum perturbant, ordinem sibi sine origine vendicantes, hoc est corpus sine capite profitentes: Vnde congruit etiam eorum sedem Cathedram pestilentia appellare. Nec enim idèd impunè erit, quia sub Dei nomine hoc agunt. Constat enim, suas illos causas sub Dei nomine agere. Non enim zelo Dei agunt, sed sibi locum volentes defendere.]

Bellè (vt hoc per transfennam aduertam) Hæretici quilibet, dicuntur sibi confingere ordinem sine origine, & corpus sine capite. Planè enim in omnes quadrat hæreticos, quod Optatus lib. 2. de Garbiensi, Romam misso vt ibi Donatistarum Episcoporum ageret, pronunciauit. [Erat ibi (inquit) filius sine Patre, tyro sine Principe, discipulus sine Magistro, sequens sine antecedente, inquilinus sine domo, hospes sine hospitio, Pastor sine grege, Episcopus sine populo.] Talis Victor ille, tunc Romæ. Talis superiore sæculo, Calvinus Geneuæ, & quotquot alibi Cathedras pestilentia tenuerunt. Sed hæc obiter. Pergit mox Optatus. [Si Victori diceretur, vbi sederit, nec ante se aliquem illic fuisse monstraret; nec Cathedram aliquam nisi pestilentia ostenderet. Pestilentia enim morbis extinctos homines ad inferos mittit. Qui inferi, portas suas habere noscuntur, cõtra quas portas clauas salutares accepisse legimus Petrum,

principem scilicet nostrum; Cui à Christo dictum est, *Tibi dabo clauas regni caelorum; & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in probriorum caelis; & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in caelis.* Vnde est ergo, quod clauas regni vobis usurpare contenditis, qui contra Cathedram Petri, vestris præsumptionibus & audaciis, sacrilegio militatis, Beatitudinem repudiantes, qua laudari meruit, *Qui non abiit in consilio Impiorum, & in via peccatorum*, non stetit, & in Cathedra pestilentia non sedit?]

Non est, quod videatur hanc Romanis Pontificibus maledicendi scabiem, occupasse Donatistas, afficante eam sancto Cypriano, apud quem multa licentiùs in Stephanum Papam intorta leguntur, præsertim Epistola ad Pompeium. [Sententiam suam (ait de S. Cypriano Facundus libro decimo pro tribus capitulis capite tertio) scribens ad Pompeium, quanta potuit humana argumentatione defendit, iniuriose tractans eundem Beatum Stephanum, à quo fuerat iure culpatus.] Siue autem S. Cyprianus talia aduersus S. Stephanum Papam dixit ac scripsit, siue alij sub eius nomine vulgauerunt, vt aliqui apud S. Augustinum Epist. 48. censuerunt; non est, quod S. Cyprianus, annumeretur allatoribus successorum S. Petri. Hæc enim macula & nebula in eius lucidam mentem ex humana conditione irrepit, & gloriofa serenitate, fulgentis sanguinis eius fugata est, vt loquitur S. Augustinus lib. 1. de Baptism. cap. 18. Sunt istæ velut Eclipses quædam luminarium Ecclesiæ, iuxta Facundum lib. 6. pro tribus, capitulis cap. 5. cum excutit horribilia (sic enim vocat) Theophili atque Cyrilli aduersus S. Ioannem Chrysostrum enunciata. Et cum S. Cyprianum mutasse mentem ante obitum, non inuicissimè existimatum sit, vt S. Augustinus refert Epist. 48. & lib. 2. de Baptism. cap. 4. ac etiam cum S. Cyprianus aduersus S. Stephanum, quamuis commotus, tamen fraternè indignatus sit, (verba sunt S. Augustini lib. 5. contra Donat. cap. 25.) hoc est cum salua semper pace & subiectione debita cum S. Stephano egerit; non debet esse vilo modo par ratio S. Cypriani, & eorum, qui excusso iugo & scissa vnitare, contumeliosè se gerunt erga Christum Dominum.

Dioscorus Alexandrinus Antistes, Eutycheus Hæresiarchæ patriarius, omniscelere cooperum se prodidit in altera Synodo Ephesina, quæ ab eius grassationibus in sancta quæque, dicta est *λειτουργική*, siue *predatoria*. Neque enim Concilij nomen dehonestandum fuit communicatione cum tam infami latrocinio, ac duce Dioscoro. Sed nullo magis ex capite DEO & hominibus inuisus fuit truculentus ille latronum princeps quàm quod aduersus S. Leonem Romanum Pontificem, se gessit impudentissimè & multa in eum verbo bacchatus, eo progressus amentia est, vt vibraret in illum, fulmen excommunicationis. Nam tametsi & defectu iurisdictionis, & causa iuste ferendi, fulmen illud vnde cunq; brutum erat: tamen cohorrere omnes ad Nembrotheam illam audaciam, & furoris immanitatem. Eaque maximè ex causa Dioscorus, postea in Concilio Chalcedonensi, venia concessa aliis plerisque, qui circa alia capita deliquerant, nulla parte dignus est habitus. Rursusque ob huiusmodi in

in Sanctum Leonem indignitates, in octaua Synodo tanto post, vnà cum Phorio damnatus iteratò est, vt mox referam.

Photius Euiratus, cum alia malignè & impiè patravit, tum Romanum Pontificem, quod eius ambitioni restigatus esset, maledicentissimè, cum verbo, tum scripto est infectatus. Qua de causa 8. Synodus actione 10. cap. 21. cum sanxisset. [Quoscumque seculi potentes debere Patriarchas omni reuerentia & honore dignos iudicare, præcipuè sanctissimum Papam senioris Romæ.] Subdidit ista, quibus Photij aduersus Christi Vicarium malignitatem obtereret. [Sed nec alium quemcunq; conscriptione contra Sanctissimum Papam Senioris Romæ, ac verba complicare & componere, sub occasione quasi diffamatorum quorundam criminum; quod & nuper Photius fecit, & multo ante Dioscorus. Quisquis autem tanta iactantia, & audacia vsus fuerit; vt secundum Photium, vel Dioscorum in scriptis, vel sine scriptis, iniurias quasdam contra sedem Petri Apostolorum Principis moueat, æqualem & eandem, quam illi, condemnationem recipiat.] Crematum esse Synodico decreto librum Photij, ob inhonorationem Nicolai Papæ, præmittitur ibidem cap. 6. Additur verò eodem capite vigesimo primo ne in Synodum quidem Oecumenica, ferendam esse petulantiam dehonestantium Romanum Pontificem. Ita enim ibi sancitur. [Portò si Synodus vniuersalis fuerit congregata, & facta fuerit etiam de Sancta Romanorum Ecclesia quæuis ambiguitas & controuersa, oportet venerabiliter, & cum conuenienti reuerentia de proposita quaestione sciscitari, & solutionem accipere, aut proficere, aut profectum facere, non tamen audacter sententiam dicere contra summos Senioris Romæ Pontifices.]

Berengarius, homo à prima ætate corruptissimus, quod Guimundus libro contra eum primo, ipso initio ex literis Leodiensis Episcopi ad Henricum Regem Francorum prodidit, in Romanam Ecclesiam, id est in Romanum Pontificem, ad eò licenter grassatus est, vt præ eo, anteriores hæretici, modestiæ laudem ea in parte referre potuisse videantur. Idque vnum voluit Lanfrancus libro contra ipsum Berengarium, cum dixit. [Traditus in reprobum sensum, Sanctam Romanam Ecclesiam, vocas Ecclesiam malignantium, Concilium vanitatis, Sedem Satanae. Et hoc impio ore garristi, quod garrisse nemo legitur, non Hæreticus, non Schismaticus, non falsus aliquis Christianus; Quotquot enim à primordio Christianæ Ecclesiæ Christiani nominis dignitate gloriati sunt, & si aliquo relicto veritatis tramite, per deua erroris incedere maluerunt; sedem tamen Sancti Petri Apostoli magnificè honorauerunt, nullamque aduersus eam huiusmodi blasphemiam, vel dicere, vel scribere præsumpserunt; quod indubitatum habet, qui eorum scripta legit, quæ diuersis temporibus, ac diuersis de causis Sedes Apostolica ab eis transmissa, vel porrecta recepit. Denique ipse Dominus honorificè alloquitur eam in Euangelio suo dicens: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*, Theophili Raynaudi Pontificia.

*& portæ Inferi non praualebunt aduersus eam, & tibi dabo clauas regni caelorum; & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in probriorum caelis; & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in caelis.* Quæ tametsi de pastorebus Ecclesiæ Sanctæ dicta esse credantur, & à quibusdam Catholicis exponantur; præcipuè tamen de Romana Ecclesia intelligenda esse, Sacri Canonis & Pontificum decreta testantur.]

Non est sensus, Berengarium fuisse primum, qui maledictis appetit Romanam Ecclesiam, eiuus Pontificem. Id enim falsum esset, cum alij (vt vidimus) Sectarij, longè ante Berengarium, malignitatem suam erga Pontificem & Romanam Ecclesiam, multis in eam probis & turpibus oblocutionibus exprompsissent. Sensus ergo Lanfranci est, nunquam ante Berengarium, Ecclesiam Romanam ad eò immaniter fuisse violatam, vt eam quis vocaret, *Ecclesiam malignantium, Concilium Vanitatis, Sedem Satanae*, vt à Berengario factum fuerat: qui item Romanum Episcopum, non *Summum Pontificem, sed Summum Pompificem*, vel *Pulpificem* per insanam ac virulentam paronomasiam appellabat, vt ex antiquioribus scribit Espence. libro quarto de Eucharistia, capite vigesimo. Et habetur dissertè in Opusculo de multiplici damnatione Berengarij pag. mibi 363.

Ioannes Vvicleffus, ad vesaniam vsque ferox Sectarius, Romanos Pontifices, immenso odio infectatus est, cõsque titulis virulentia & maledicentia qua multum valebat dignissimis, dehonestauit. Ab eo primum mansisse horrendum illum sibilum, quo Romanus Pontifex dictus est *Antichristus*, & Romana Ecclesia *Synagoga Satanae*, affirmat Vvicleffus in Commentariolo de Antichristo. Quod quamquam verum absolutè non est; (nam titulum *Sedis Satanae*, qui idem est cum *Synagoga Satanae*, ex Berengario iam audiimus; item Luciferianus apud Hieronymum, initio Dialogi, Ecclesiam vocat *Synagoga Satanae*; & quoad titulum *Antichristi*, præiussit alios mox referemus.) Tamen eatenus potuit tanteter titulus Vvicleffo auctori adscribi quatenus antè, non nisi obiter auditum fuerant illud spurciloquium, & pridem abierat in desuetudinem; post Vvicleffum verò, terrum illud nomen, quasi proprium factum est Romani Pontificis in ore Sectariorum. Plerique Vvicleffiani articuli eo cœno obliti, leguntur in Concilio Constantiensi. Nec pauca apud Valensem libro secundo doctrinal. cap. 49. esse autem eum titulum probrosissimum, atque infamissimum, nequaquam ambiget, qui notionem horrendæ illi voci subiectam pensauerit, recolueritque infames notas illius lectissimi organi Satanae, qui antonomasticè *Antichristi* nomen retulit. Virus peccati eo nomine conclusum, reteggit diligenter Rupertus libro octauo in Apocal. Sed & apud Danielem, & apud Paulum, ad eò tertris maculis sordet homo ille peccati, vt vel sola nominis cum eo communicatio, affricare infamiam videri debeat. Hæreticorum sanè esse id proprium Epitheton, dixit Sanctus Ioannes epistol. 1. cap. 2. & 4. in quam rem

NOT. 4.  
Contentio  
probiorum  
& Elogio-  
rum.

benè differit Gregorius Nyssenus orat. 10. in Eunom. *in fine*. In particulari autem, multos Hæreticos, tetrum illud nomen retulisse legimus. Nam S. Irenæus, & Tertullianus, sic nominarunt Valentinianos & Marcionitas. S. Cyprianus similiter appellavit Nouatianos, & partiaros infelicissimi *Felicissimi*, Antesignani Schismaticorum. Apud S. Hilarium, ea appellatio, & Arrianis quibusvis, & nominatim Constantio Imperatori ab Arrianis dementato, attribuitur. Idque fusè etiam confirmat S. Athanasius sub finem Epistolæ ad solitariam vitam agentes, & Lucifer Calaritanus non semel. Quam ergo probrosum est, in idem turpitudinis infamæque volutabrum cum Hæreticis propudiosissimis mergi, eodemque cernoso Antichristi nomine, inquinari cum, qui spectato munere suo, est mortalium omnium Christo coniunctior, atque proximior? Qui enim Protegem diceret Regis hostem, & iuratorum eius inimicorum caput, non posset illum dehonestare, atque gravare truculentius. Hoc ipsum verò faciunt Sectarij, VVicleffo Duce, cum Pontificem Christi Vicarium per calumniam planè Diabolicam nominant, *Antichristum*, Fusissimè expugnati à Bellarmino libro quinto de Romano Pontifice, nec non à Gretsero in eiusdem libri defensione. Lessio, & Suare in Descriptionibus contra Iacobum Anglum, nec non ab Adamo Gontsen libro sexto politic. à capite decimo secundo & passim hæreseologis.

Potest tamen, ei (vt volunt infami appellationi, verus nec indecorus sensus subici; si nimirum is Christus aduersus quem Pontifex ex aduerso pugnare dicitur, sit peculiaris Christus hæreticorum, non verus & communis fidelium. Nam quemadmodum non est DEVS apud eos, vt ait sanctus Irenæus libro secundo capite decimo nono, & Nouatianus lib. de Trinitate, *sub initium*, ac Sanctus Augustinus optimè Psalm. 80. ad illud *non erit in te DEVS recens*, & ex alijs Turrianus libro tertio contra Magdeb. cap. 17. Sigillatimque de Caluinistis Beccanus Opusc. 3. cap. 14. ita dicere licet, non esse Christum, qui Hæretici ingenio confictus est. Quo sensu verè Romanus Pontifex est Antichristus, quia è diametro pugnat contra Christum Hæreticorum, qui non est verus Christus à Deo Patre missus, sed imaginarius tantum, atque adeò falsus Christus, vt ex professo tradit sanctus Augustinus 12. contra Faust. cap. 4. & lib. 16. cap. 10. & tract. 45. in Ioan. Fauetque serm. 31. de verb. Apost. negans, vllum Hæreticum confiteri Iesum Christum in carne venisse. Videndus etiam tract. 3. ac 6. in Epist. Ioan. & in Enchir. cap. 5. Nec omittendus sanctus Irenæus libro tertio capite decimo septimo. Non multum abest, quod Symmachus Papa sub initium Apologeticæ ad Anastasium Imperatorem, negat esse apud Hæreticos *Christum*; concedit autem eis dumtaxat *Semichristum*. Qui enim non est plene ac ex toto Christus, non est reuera Christus. Et hinc est, quod Patres passim negant Hæreticos esse Christianos. Ita Cyprianus Epist. 52. & lib. de vnit. Eccles. num. 48. Athanasius orat. 2. contra Arrianos, Augustinus lib. 1. de grat. Christi cap. 10. & scite Ru-

perus in cap. 11. Apocal. cum de attrio dato gentibus, non metiendo. Nec non Lucifer Calaritanus lib. 1. pro S. Athanasio, sic alloquens Arrianos. [Cum igitur sitis Arriani, inhumani, impij, crudelēs, homicidæ, quomodò dici Christiani poteritis? Sed & cum negetis Christum vnicum Dei filium, & confiteamini credidisse vos in Antichristum, vnde aut quomodò vos poteritis Christi probare seruos, cum manifestetis vosmet vestra professione esse famulos Antichristi? Antichristus etenim, in quem Arrius credidit, reuera fuit quando non fuerit. Contra noster Saluator Dominus, ac DEVS DEI vnicus filius, non est (vt tu vis Constanti) creatura, sed est Dominus Creaturæ.]

Egregiè idem tradit sanctus Chrysostomus hom. 19 in Matth. ad illud *attendite à falsis, &c.* Optimè quoque & fortiter S. Hieronymus initio Dialogi contra Luciferianos. Christo igitur quem colunt Hæretici, quemque sibi fingunt pro eo, quod non est ipse: Christo inquam Caluinianorum, ignorantia atque peccato laboranti, desperando, aut etiam reipsa desperanti, aduersatur Romanus Pontifex, & eo nomine Antichristus audire non refugit.

At si loquentis animus feratur in Orthodoxorum Christum, qui solus, verus est Christus, virulentissimum ac terribissimum probrum est, dici *Antichristum*: quo Christi Vicarium contaminari, ferre nec possumus, nec debemus: eoque nomine, VVicleffo diabolici huius spurciloquij instauratori, anathema indidimus. Instauratorem dico VVicleffum tam scedi nominis, quia in Anteaetis octauæ Synodi, hæc scripta lego, de pictis ac scriptis à Photio initijs duorum voluminum Concilia ficta continentium. [Coloribus artificiosis expressus erat Ignatius. O rabiosum furorem! ô furiosam rabiem, cui nihil addi possit! Atque in prima quidem actione, raptatum & verberatum Ignatium effinxit, supraque caput inscripsit *Diabolus*. Nunquid maledicti exhorrefactis atrocitatem? sed non est, quod miremini: Nam si patrem familias appellarunt *Beelzebub*, domesticos eius quomodò appellarent? In altera actione, factatum, magnaque vi tractum efformauit, cum hoc Elogio. *Principium peccati*. In tertia, de throno deturbatum, cum hoc titulo, *Filius perditionis*. In quarta, vinculis colligatum & exterrinatatum, itaque inscriptum, *Auaritia Simonis Magi*. In quinta, collari furca inclusum, cum hac calumnia, *Qui se extollit supra omne id, quod dicitur DEVS*. In sexta depinxit quasi iam damnatum, cum dicto, *Abominatio desolationis*. In septima & vltima finxit raptatum, capiteque multatum, & inscriptio erat, *Antichristus*.]

En qui ante VVicleffum cæno illo conuicti conspurcauit Virum sanctum, & fidei societate coniunctissimum plerisque Romanis Pontificibus: vt proinde non tam primus inuexisset, quam instaurasse huiusmodi turpiloquium, videri debeat VVicleffus. Significaturque haud ita multo post, in iisdem Anteaetis, Photium iisdem probis conspurcasse Nicolaum Papam. Et videtur etiam Photio subscripsisse ac ante VVicleffum, resperisile eadem infamia Pontificem, Gulielmus de sancto Amore, cum submissis ab eo operatis Ordinis Prædicatorum ac Minorum, vocauit *Nuncios Antichristi*. Vt refert

SVBNOT. 4.  
Contentio  
probiorum  
& Elogio-  
rum.

refert ac refellit Sanctus Thomas Opusc. 19. capite vigesimo quarto, & vigesimo quinto, & apud ipsum Gulielmum, in opere nuper refecto de periculis nouissimorum temporum, legere est, præsertim capite octauo. Et mirum planè videri potest, Melchiorum Canum iisdem prolius cum Gulielmo Zeli præposteri intemperis actum, quarrelas illas, imò atrocissimas calumnias, instaurasse aduersus Societatem IESV; vt latè describit Nicolaus Orlandinus tomo primo historice Societatis libro octauo, à numero quadragesimo sexto. Aded autem infederat animo Cani, tetra illa persuasio, quod beatus Ignatius eiusque Socij, quantumuis Apostolicis diplomatibus ritè communiti, essent nuncij Antichristi; vt vnde maxime oportuerat cum dedeceri, inde in errore proficeret; & quacunque de Antichristi emissarijs apud Patres occurrerent, in Ignatium ac Socios, tanquam perspicuè in eos cadentia obtorqueret. Præ quibus allarrationibus leniter cum Ignatij Socijs videri possit egisse idem Canus, cum puellarum confessiones salua integritate ab eis excipi non posse, amaro ioco significauit, quod idem Orlandinus narrat libro quinto, numero 63. Nec illud quoque, præ horrore conuicti de quo agimus, adeo auterum videri debet, quod ab eodem Cano libro quarto, de locis capite secundo *initio*, intortum est in eisdem Ignatium ac Socios; cum iuxta Apostolum 1. Corinth. 1. Ecclesia nominetur *Societas IESV Christi*, filij Dei, *Videndum esse eis, qui sibi titulum Societatis IESV arrogant, ne more hæreticorum, penes se Ecclesiam existere mentiantur*. At non est mentium Concilium Tridentinum, quod conceptis verbis, *Societatis IESV* nomen, ei Religioni, saluis Ecclesiæ iuribus confirmauit.

Martinus Lutherus, vt vix vllum fuit ab orbe condito pecus maledicentius, osvè magis infuratum, ac færens; ita fæ distissimorum titulorum stercore, ac lotio perfudit Romanum Pontificem. Immenso quippè odio in illum flagrabat, quod ab eius Legato exclusus captato ex Indulgentiis quæstus, ab ipsomet autem Pontifice damnatus & proscriptus fuisset tanquam hæreticus. Inde cæstrum illud furoris & malevolentie, quo etiamnum superstes, hoc sibi Epitaphium posuit, referente in eius Monodia Pomerano;

*Pessis erant viuis, moriens tua mors ero, Papa.*

Ex hoc odio incensissimo & flagrantissimo, excucullatus ille, ac profigatae impudentie prorsusque contrucidate honestatis tenebrio, ad omnia fæda & spurca nomina in Pontificem conferenda, est excitatus. Inter quæ illud est planè tetrum, quod imitatione VVicleffi, Romanum Pontificem *Antichristum* dicere est solitus. Alicubi etiam referente Præeolo V. *Lutherani* numero 39. Pontificem Romanum vocauit *Tyrannum ac Nemrothum*, & eius potestatem, nihil aliud esse dixit, præter Tyannidem ac regnum Babylonis. Srenuè quidem ille varijs scriptis, præsertim de captiuitate Babylonica, de visione Danielis, de Millæ abrogatione, de votis Monasticis, in Romanum Pontificem concitatur: Sed opus

*Theophili Raynaldi Pontificis.*

Affertionis Articulorum suorum contra Bullam Leonis X. palmam maledicentiæ, ac spurciloquij in Pontificem, omnibus Lutheri scriptis præripuisse videtur: & vt Roffensis in Præfationem illius libelli rectè dixit, nihil aliud toto libello occurrunt, quam probra, sannæ, conuitia, contumeliæ in Pontificem; cui & mentiones impingit, & emotiones mentis, atque blasphemias, præsertim circa articulum vigesimum quintum, vigesimum sextum & vigesimum septimum. Videndus Cochleus in Actis Lutheri anno 1520. & solemniter anno 1522. Ex Magistri spiritu hausere alleclæ maledicentiam perpetuam in Romanum Pontificem. Nihil familiarius aut frequentius, quam vt in eorum popinis, Romanus Pontifex exhibeatur specie monstri. Vnde factum, vt Ioannes Spizenaëz Mulhusinus, in Luthesimo educatus, cum Romam adisset, & fuisset oculis conspexisset, Papam non esse infandum monstrum, quali specie, à suis Prædicantibus solebat depingi; dedoctus errorem, Ecclesiæ Catholice adhæserit, postmodumque Societati IESV se addiderit, insignis Catholicissimi tubicen factus, & Pontificiæ maiestatis acerrimus vindex aduersus Lutheri Poppas. Videlicet Philippum Alegambe in Societatis IESV Bibliotheca. V. *Ioannes Mulhusinus*. Hanc conuictiandi Pontificibus scabiem ne rabiem dicam, hausere eius Sectatores à Luthero in Pontifices contumeliosissimo, vt præmittebam. Hæc tamen minùs mirabitur, qui Lutherum vbique spurciloquum & conuictiorem meminerit, ita vt ne venerandissimis quidem capitibus Regum & Imperatorum pepercerit; nunc eos *Turcas baptizatos*, vocans, nunc alijs infamibus appellationibus conspurcans, vt ei obiecit Roffensis, & Cochleus prolatore verborum eius stercore demonstrauit. [Reputo (inquit Lutherus) illos Principes, veluti recentes lendes, quæ priusquam inde pediculi nascantur, inanes aridæque sunt pelluculæ.] Ego autem huiusmodi lendibus benè fauco, vt gloriantur & cantent; *Hic residemus nos lendes, super caput nobilissimi animalis in terra, in crinibus eius. Non sumus vilis prosapia: Pediculi sunt parentes nostri; Magni illi Gigantes, qui etiam Romanum Imperatorem Syllam, multosque alios interfecerunt*. Videlicet alia, quæ libaui libro quarto de Virtut. numero 422. & quæ exhibet Iodocus Coccius tom. 1. Thefaur. libr. 8. artic. 12. §. *De Sectariorum maledicentia in Principes*, ac Cochleus in Actis Lutheri ad annum 1523.

Caluinus, vt à Luthero virus hausit impietatis, ita ab eodem hostilitatem in Romanum Pontificem & infames titulos quibus eum conspurcare solet, accepit: transuditque in suos eam virulentiam, ita vt præ eis, veteres Hæretici, modestiæ nomine hac in parte commendari posse videantur. Neque verò sinit in Pontifice, Caluinistarum furor à Caluino transfusus: sed ad omnes quoque Catholicos, Pontificem pro Christi Vicario agnoscentes, profecit. Vnde quia vident, se pro more hæreticorum omnium, non à Christo *Christianos*, veterantibus supra adductis Patribus, neque à seminis Apostolici traduce *Apostolicos*, vel à diffusa orbe toto Ecclesiæ *Catholicos*, sed Calui-

A a 2 *nias nos.*

SYBNOT. 4.  
Contentio  
probrorum  
& Elogio-  
rum.

nianos denominari ad Authore priuato, quæ indubia est hæreseos characteristica, vt mouerunt iam pridem Iustinus in Colloquio cum Tryphone, Athanasius orat. 2. contra Arianos, Hieronymus ad calcem Dialogi contra Luciferianos, Lactantius libro quarto, cap. 30. & passim alij: deicidè meretricio more antecupantes probrum, vel retorquentes argumentum, & regerentes infamiam; omnes qui Romanum Pontificem Ecclesiæ caput agnoscunt, hoc est (vt ex Syllabo nostro liquet) omnes retrò SS. Patres, etiam in Conciliis Occumenicis congregatos, & omnes totius Christiani orbis fideles, vocant *Papistas*, & *Romanenses*, vel *Pontificios*. Non minus insulti, quam Græci illi quos Gregorius Hieromonachus in responsione ad Marcum Ephesum ferè in initio, testatur, Græcos à Schismate abhorrentes vocasse, *Græcolatinos*; perinde ac si ea appellatio, fuisset illis probrosa. At tantum abest, vt cognomentum *Papiste*, & *Romanensis*, aut *Pontificij*, ad probrum pertineat, vt potius censeri debeat, perhonorificum: meritoque, aut etiam necessariò, ad interuentionem ab Hæreticis, & nunc adhibeatur, & iam olim sit adhibitum. Sanè Hæretici, nomen *Christianorum* æquiuocè nobiscum participant, ob eiusdem baptisimi communionem, inuolant autem per summam impudentiam, in nomen *Catholicorum*; vt fecerant etiam veteres Hæretici; Ariani apud Sanctum Hilarium canone 10. in: Matth. Donasticæ apud Optatum libro primo, *sub finem*, & generatiuè Hæretici, iuxta Sanctum Augustinum libro de utilitate credendi cap. 7. & libro 23. contra Faustum capite secundo, ac contra Epistolam Fundam. cap. 4. & libro de vera Religione cap. 7. (vbi tamen addit, eos cum extraneis loquentes, non dixisse Catholicam, nisi Catholicam, vt possent intelligi;) Idem de Calvinianis nos quoque experimur.

Cum igitur res ita se habuerit, quoad *Christiani* & *Catholici* cognomina, opportunè & aliquatenus necessariò, qui ab Hæreticis omnibus discrepamus, per subiectionem ad Papam Romanum, denominamur supra Christianos & Catholicos, *Papiste*, atque *Romani*. Quam secundam appellationem, sortitos esse iam pridem Catholicos tempore Ariatorum, dixi prænotatione 2. Optimè verò admonuit iam olim Sanctus Chrysostomus homil. 3. in acta, non esse erubescendum de quacunque tali denominatione. Probrosam quidem esse denominari à priuato quopiam Sectæ artifice; & audire vel Arrianum, vel Macedonianum, vel Lutherianum, aut Calvinistam. At Romanus Pontifex non est priuatus quispiam nouitatum faber; sed est persona maximè publica, cui Christus Vicariam Ecclesiæ suæ præfecturam concedidit, vt proinde ab eo nuncupationem trahere, perinde sit ac fidelem & Catholicam denominari. Multus est Cardinalis Hostius variis epistolis, vt ostendat nemini debere probrosam videri, quod *Papista* dicatur. Nominatiuè epist. 79. 11. & 109. Nimirum ea denominatio, nihil aliud fert, quam subiectionem ad Christi Vicarium, & professionem fidei quam Principes Apostolorum, Romanæ Ecclesiæ tradiderunt. Id verò tantum abest vt probrosam videri possit, vt potius nihil

gloriosius, & honorificentius possit accidere, ob conclusam ea denominatione professionem veræ fidei, extra quam non est salus. Idem profertur Petrus Simonis quaestione posteriore de Romana Ecclesia.

Hi igitur sunt infames probrosique tituli, quibus Hæretici, & nuperi, & antiqui, Romanum Pontificem deonestant, malignè proflus ac impiè, qui si cogitassent quàm propudiosa habuerint superstitionis suæ capita, erubuisent profertè de legitimo capite quod Catholicici agnoscimus, aded infrunitè blaterare. De antiquis, res est competissima ex Ecclesiastica historia. De nuperis neminem latet, quàm debeat eos pudere de talibus gregum suorum arietibus. Anglos puerum & foeminam pro fidei capite agnouisse, postquam à vero capite vix ante seculum se ex causa foedissima abiuixerunt, in confesso est V. supra verbo *Seruus seruorum*. Geneuenses siue Calviniani primum suæ Ecclesiæ Papam habuere Calvinum hominem stigmatum ex causa premeditata, aded spurca est, sed tamen comperta. Videtis Lectum quaestione 3. appendicis ad consultationem quæ fides sit capienda. Vbi etiam quaestione 2. euincit, de Caluini sententia Deum esse scelerum omnium quæ ab impiis admittuntur autorem, qua blasphemiam nullam terriorem inferna vomuerunt. Et aded sceleratum caput à Nicolao Romæ in eius effigie suis coloribus expressum, non puduit Geneuatis pro suo Papa venerari; Qui ei immediatè successit Theodoros Beza & à Schmidelino in Colloquio Montpelgardeni Geneuensis Papa est salutat. At hic aded spurcus ac effrons fuit, vt non erubuit euulgare in libro Epigrammatum apud Reberum Stephanum cuso Lutetiæ anno 1548. suum cum Candida viro suo abs se rapta vxore turpe commercium, & quod omni horrore est superius, nefandam suam cum Audeberto puero consuetudinem; eo præter ceteros infamissimo versu, *Amplector sic & hunc & illam*. Vt propterea vit doctus apud Serarium l. 1. rerum Mogunt. in fine luserit in aded propudiosa Ecclesiæ capita qualia Angli & Geneua agnouerunt, hoc disticho,

*Roma vobis Papas, Papistas Anglia molles*

*Androgyna comanice spm ca Geneua colit.*

Puduit postea ipsummet Bezam huius aded graueolentis spurciloquij. Itaque in altera Epigrammatum editione apud Henricum Stephanum anno 1569. prædictum Epigramma expunxit. Et in alia editione quam anno 1585. infelici desertori Andrea Duditio inscripsit, longè præfixit Epistolam subiuuncto Epigrammate in Cucullatos Bezomastigas, versans se in omnem partè vt dedecus illud suu extenuet, referens partim ad incogitantiam, partim ad imitationem veterum obscenissimorum Poëtarum, partim ad iocosum signum, quasi iocandum sit in talibus, & tales spurci Christiano sint imitandi, aut in re aded horrida liceat causari incogitantiam. In franciscum verò Balduinum & Claudium Sanctesum à quibus tanta ei foeditas exprobrabatur, vomit aded in pudorè, vt pax oculis & naribus sit apprecanda. si quis ad tam tetram lectionem se accingat. Et tam propudiosum pederastam, reperiri poterunt, qui secundum Calvinum, Papam Geneuensem & Synagoga suæ caput agnoscerent: Quale caput quàmque horridum,

&

& monstruosum, Saxonice superstitionis fuerit Lutherus, fædum sit audire. Videtis dicta parte de eo in tractatione de Apollatis. *Parè* actum de eius foeditatibus dico, si spectentur quæ in eam rem fusius tradunt Cochlaus in Actis Lutheri & sapè alibi, Albertus Hongerus Oratio de consensu Lutheri, & Epicuri Andreas Cricius Epistola ad Regem Poloniæ, Florimondus Remondus in historia hæreseos, passimque alij: si igitur caput aded brutum & infame à se delectum non à Deo impositum recolant qui eius imitatione in Romanum Pontificem verum Ecclesiæ caput aded furiosè deblaterant, habebunt vnde sibi linguarium iniiciant, & sapore discant. De aliis quibuslibet Hæresiarchis, variarum hararum subalcis atque capitibus nihilo monstruosioribus co fictio apud Tertullianum Ononychite per Ethnicos obtruso, vel solus Præcoli Elenchus & Gaultierij breuiculus Chronologicus (docent sufficienter, quam fuerit pudendum talibus subiacere capitibus. Itaque de eis non plura hoc loco.

Componamus, nunc, Hæreticorum ex parte vna, ex altera verò parte, Conciliorum, ac Patrum sensum, circa rem propositam, & vtis potius standum credendumue sit, consideremus. Et constat quidem SS. Patres desipi aut despici solere à Sectariis, qui in fidos istos antiquæ traditionis intenuenciis, petulantissimè bacchantur, vt videre est apud Coccium t. 1. lib. 8. artic. 11. Campianum ratione 5. ad Academicos, Iurgentium lib. nullus & nemo c. 5. Florimondum 3. histor. cap. 10. & passim apud Hæreseologos, ac dogmatum controuersorum Tractatores. In Catholica tamen Ecclesia, Patrum Iudicia summa semper fuere venerationi, vt videre est apud Sanctum Augustinum lib. 1. in Iulia. cap. 4. & lib. 2. cap. 10. & lib. 4. contra duas Epistolas, *ferè in fine*. Alia in eandem sententiam dabunt Stapletonius lib. 7. de princip. à cap. 12. & Castro lib. contra hæres. cap. 7. & nemo prudens restagabitur. Nam præter quàm quod Patres ingenio & rerum vsu plurimum valuerunt, dubitare non licet, quin ob nitentissimum & carnis foeculentis liberrimum mentis speculum, copioso Spiritus sancti lumine sint perfusi; proinde sanam rectamque ferre potuerint sententiam; cum de aliis fidei capitibus, tum nominatim de hoc quasi Cardinali, in quo omnes de rebus fidei controuersis voluuntur, nempe quodnam sit verum caput Ecclesiæ, & Iudex causarum de Religione.

Quæ cum ita sint, est quod in suas se latebras recipiant Sectarij, & incem publicam refugiant, ausi de Romano Pontifice, tam aduersa Patrum sententiæ, tamque cum sanctorum sensu pugnantia effutire; deonestantes infami & horrendo *Michristi* titulo, quem lectissima illa Spiritus sancti organa, honorificentissimis splendidissimisque elogijs tam multiplicibus decorarunt. Caput Ecclesiæ omnium, Romanam Ecclesiam, pro Synagoga Satanae, foeditissimèque lupanari, impurissimi Lenones traducunt & infamant. [Quod omninò ille fieri prohibuit, (vtar enim verbis Sancti Gregorij in Psal. 5. penitent. ad versic. 8.) qui hanc B. Petro Apostolo specialiter commisit, dicens. *Tibi dabo Ecclesiam meam*. Obstruatur ergo os

loquentium iniqua, & omnis hæreticorum acies obmutescat, quia nullas vires habet mendacium, quod ipsius voce veritatis inuenitur destructum.] Caueant verò Sectarij, ne per neglectum penitentia de tanto scelere, & impactam Spiritui sancto Pontificiorum titulorum auctori mentionem, illud in se deuocent fulmen, quo S. Leo Epist. 89. cap. 2. minuentem verbis arrogantioribus Pontifici debitam reuerentiam obtruiuit. [Cui (inquit) cum præceteris soluendi & ligandi tradita sit potestas, pascendarum tamen omnium cura specialius mandata est. Cui quisquis Principatum æstimat denegandum, illius quidem, nullo modo potest minuire dignitatem, sed inflatus spiritu superbiae suæ, semetipsum, ad inferna demergit.] Hæc aduersus Sectarios Romani Pontificis iuratos hostes, vniuersè ac generatim.

Sigillatim verò Poppæ, cuius spurciloquio hæc incubratio reposita est, decora Pontificia dementatæ per palpones Pontificum plebeculae insulsè affingenti; illud in hac ueta post prolatus confertim tot Patres, atque Concilia regram, quod Diuus Augustinus in proanum eius Iulianum intorsit libro primo capite secundo & libro secundo, *sub finem*. [Ecce quo te introduxi. Conuentus Sanctorum istorum, non est Multitudo popularis; Non solum filij, sed & patres Ecclesiæ sunt. Ex illo numero sunt, de quibus prædictum est, *pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos Principes super omnem terram*. Ex qua filij regenerati sunt, vt hæc discerent, eius patres facti sunt, vt docerent; Quid est, quod vos gaudere iactas, quod ista veritas, quam tu errorem putas, vel putari cupis, de tanta multitudine assertorem non potest inuenire? Quasi parua sit eius assertio, quod in hoc fidei firmissimo & antiquissimo fundamento, ipsa toto orbe diffusa non à se discrepat multitudo? Si autem assertores eos flagitas, quorum aliquid etiam literarum inueniri potest, illustrisque doctrina est; En adest assertorum eius memorabilis & venerabilis consensu, atque consensus, &c. Illi Episcopi sunt docti, graues, sancti, veritatis acerrimi defensores, aduersus garrulas vanitates, in quorum ratione, etuditione, libertate, quia tria bona Iudicij tribuisti, non potes inuenire, quod spernas. Si Episcopalis Synodus ex toto orbe congregaretur, mirum si tales possent illic facile sedere tot, quia nec isti vno tempore fuerunt. Sed fideles & multi, excellentiores paucos dispensatores suos Deus per diuersas aetates, temporum, locorumque distantias, sicut ei placet, atque expedire iudicat, ipse dispensat. Hos itaque de alijs, atque alijs temporibus, atque regionibus, ab Oriente & Occidente, congregatos vides, non in locum, ne nauigare cogantur homines, sed in librum, qui nauigare possit ad homines. Quanto tibi essent isti Iudices optabiliores, si teneres Catholicam fidem, tanto tibi sunt terribiliores, quia oppugnans Catholicam fidem, quam in lacte luxerunt, quam in cibo sumperunt, cuius lac & cibum paruis magnisque ministrauerunt, quam contra inimicos etiam vos tunc nondum natos, vnde nunc reuclamini, apertissimè, ac fortissimè defenderunt. Talibus post Apostolos


A a j Sancta

SYBNOT. 4.  
Contentio  
probrorum  
& Elogio-  
rum.

*Synnot. 4.* Sancta Ecclesia plantatoribus, rigatoribus, aedificatoribus, pastoribus, nutritoribus creuit. Ideo profanas voces vestrae nouitatis expauit, & cauta ac sobria hac admonitione Apostolica, ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, sic & mens eius corrumpetur à Castitate, quæ est in Christo, Catholicae fidei virginitati insidias vestri dogmatis surrepentis exhorruit, & tanquam caput colubri calcauit, obtruit, abiecit. His igitur eloquiis & tanta auctoritate Sanctorum, profecto aur sanaberis Dei misericordia donante, quam quantum tibi optem, videt qui faciat; aut si quod abomi-

nor, in eadem quæ tibi videtur sapientia (& est magna stultitia) perduraueris, non tu Iudices quaesiturus es, ubi causam tuam purges, sed ubi tot Sanctos Doctores egregios, atque memorabiles Catholicae veritatis excuses, Ireneum, Cyprianum, Rheticium, Olympium, Hilarium, Gregorium, Ambrosium, Basilium, Ioannem, Innocentium, Hieronymum, cæterosque socios, ac participes eorum, insuper & vniuersam Christi Ecclesiam, qui Diuinæ familiæ Dominica cibaria fideliter ministrantes, ingenti in Domino gloria clauerunt.]

CHRISTO, ECCLESIAE CAPITI SUPREMO,  
DECUS ET GLORIA.




DE  
BICIPITI  
ECCLESIA,

ET  
VNICI CORPORIS CHRISTI  
Myfici, vno simul ac duplici  
capite;

DISPUTATIO,

R. P. THEOPHILI RATNAVDI, Societatis  
IESV Theologi.





# CONSPECTVS OPERIS.



*DITVS ad Disputationem.*

- PUNCT. I. Corpus Ecclesiæ, optimè à Christo constitutum esse, atque adeò ab omni monstrositate procul abhorrere.
- II. Si essent duo visibilia Ecclesiæ capita, vt habet noua de SS. Petro & Paulo imaginatio, non posse declinari mystici corporis Christi monstrositatem.
- III. Non tolli monstrositatem mystici corporis Christi, quod est Ecclesia, ex eo quòd bina eius visibilia capita, vnum, non plura fuisse perhibeantur.
- IV. Notio capitis mystici à S. Paulo aliena, in solum verò S. Petrum perbellè cadens; cum monstrositate bicipitis Ecclesiæ corporis, pugnat è diametro.
- V. Monstrositatis accrementum ex alterius Ecclesiæ capitis ad aliud pridem constitutum adiunctione.
- VI. Adiunctio noui capitis ex Anonymi capite, nullibi in Scriptura comparer, imò omnino contrarium.
- VII. Falsò affingi Pontificibus, quod monstrosam binorum simul Ecclesiæ capitum consociationem agnouerint, cum omnia alia profiteantur, & soli S. Petro id decus asserant.
- VIII. Sacra Concilia monstrositati binorum simul Ecclesiæ capitum, nullo pacto astipulata: imò disertissimè solum S. Petrum habent pro summo Ecclesiæ Rectore, siue visibili capite.
- IX. Proluditur expeditioni locorum è SS. Patribus, quæ Aduersarius pro bicipiti Ecclesiæ corpore addensauit; positis cautionibus ad innoxiam Patrum allegationem. Quid circa singulas peccarit Aduersarius, tactum generatim.
- X. Ostenditur, Patres primatui S. Pauli non esse suffragatos, Officiæ circa nonnullos discussæ. Vox omnium Patrum communis, solum S. Petrum esse Ecclesiæ caput, firmata.
- XI. Doctores Catholici omnes, pro solius S. Petri primatu steterè, solis Hæreticis pro S. Pauli ad S. Petrum coæquatione sollicitis.
- XII. Calumniosè Parisiënsibus Theologis indiscriminatim impingi, vnius aur alterius pruriginosi ingenij hac in parte abortionem.
- XIII. Salus ex inimicis, ab Ethnicorum & aliorum quorundam Ecclesiæ hostium testimonio de S. Pauli ad S. Petrum subiectione.
- XIV. Absolutio controuersiæ. Cur prouidente Deo S. Paulus, non item S. Petrus, reciso capite vitam finierit, ex dictis æstimatorum.
- XV. Quo consilio hæc nouitas de bicipiti Ecclesiæ corpore excogitata.
- XVI. Clausula parænetica biceps; cum ad Anonymum & eius partiaros prurientes auribus; tum ad antiquæ doctrinæ tenaces, Eccl. filios.

EMINENT



Eminentissimo ac Reuerendissimo Domino

## D. FRANCISCO S. R. E. CARDINALI ALBICIO,

THEOPHILVS RAYNAVDVS

è Societate IESV, *Εὐαγγελιστῶν*

*ἢ διδάσκαλων.*




**H**YDRAM hanc multicipitem, Monstrum in Gallijs ante aliquot annos exortum, à me tum in Italia degente, è cubilibus suis primum excitum, quasi opima spolia iterum tibi sisto, CARDINALIS EMINENTISSIME. Herculeo scilicet, atque immenso planè labore Lerneam Iansenismi Excetræ (cuius partus est, portentosum Ecclesiæ Bicipitis somnium) Orbi Christiano iam iam exitium mimitantem, INNOCENTII DECIMI primarius in hoc gerendo bello administrator aggressus es, ac felici tandem exitu confecisti. Quibus temporibus sanè difficillimis, quò totam hanc controuersiam perspicaci mentis acie peruaderes, nec studio parceras nec vigilijs: intellectam autem ad SS. PATREM in solemnibus de hac causa Congregationibus, vnus, ea dicendi facultate, ac miro prorsus ardore spiritus, ita diebus singulis referebas, vt excise immanis Belluæ, quotquot tum Romæ aderant, inuidium te ducem ac auctorem, veluti alterum GOZONEM ADEODATVM, omnes agnoscerent. Professus est id non obscure BEATISSIMVS INNOCENTIVS, dum tibi, qui in diebus tuis suffulcieras domum, sacrum Purpuræ decus imperijt illicò, cui maior à virtutibus tuis, quàm ab illà tibi splendor accederet. Cum igitur, per id tempus (que singularis erat humanitas tua) mea qualiacunque, ad Sedis Apostolicæ dignitatem elaborata opera, nullum laudandi finem faceres, usque lectitandis, Theologiæ scilicet ac Lite-

Bb *rarium*

rarum Humaniorum scientissimus, non mediocriter delectari te palam sepe profitereris; committere certe non potui, quin in iterata hac PONTIFICIORVM meorum ἐνδόξῳ, locus tibi esset, CARDINALIS EMINENTISSIME, qui in intimis animi mei penetrabilibus æternam sedem es habiturus.

Accedit quod in hac Civitate LVGDVNO, ignotum neququam patrociniū est, Clarissimum Albiciorum nomen, cum præcipuas antiquissimæque Urbis huius ac Prouinciæ familias necessitudine ac sanguinis communione habeat sibi coniunctas. Ex quibus in spem venio PRINCEPS EMINENTISSIME Munus hoc tibi non ingratum futurum, tuoque ductu & auspicio aspiraturum ad SS. D. N. Labor certe hic omnis à me susceptus est, ad Christi, sponseque eius Ecclesiæ gloriam, cuius bono te Deus Opt. Max. diuissime seruet incolumem. Lugduni III. Kalend. Februarij 1663.



ADITVS



A·DITVS

A D

## DISPVATIONEM.

1. **C**OMMODE indidem opellæ huius initium sumam, vnde S. Hieronymus sumpsit exordium disputationis contra Vigilantium. [Multa (inquit) in orbe monstra generata sunt. Centauros, & Sirenas, Vlulas, & Onocrotalos in Esaia 34. legimus. Iob 40. Leviathan & Behemot, mystico sermone describit Cerberum & Symphalidas, Aprumque Erimanthiū, & Leonem Nemeæum, Chymeram, atque Hydram multorum capitum, narrant fabulæ Poëtarum. Cæcum describit Virgilius: Triformem Geryonem Hispaniæ prodiderunt. Sola Gallia monstra non habuit.] Ain' vir Sanctissime? Fuerit sanè hæc felicitas temporum tuorum, eorumque quibus Hilarios, Ambrosios, Paulinos, Seueros, Eucherios, Claudianos, Sidonios, Saluianos, Cæsarios, & confimiles alios non paucos, Orbi & Ecclesiæ dabat Gallia. Fuerit hoc decus regno illi peculiare, quamdiū nitens & purum absque Caholicæ Fidei temeratione durauit. Vnde illi à S. Gregorio l. 5. Epist. 8. elogium pangitur, [Quod regnum esset (vt ait) fidei restitutum decoratum, & integritate religionis inter alias gentes conspicuum.] Scitè idem traditur his verbis in vestibulo legis Salicæ, vt est in Miscella II. antiquarum. [Gens Francorum inclyta, authore Deo condita, fortis in armis, firma pacis fœdere, profunda in consilio, corpore nobilis & incolumis, candore & forma egregia, audax, velox & aspera, nuper ad Catholicam Fidem conuersa, Immunis ab Hæresi.] Hoc quamdiū valuit, tandiū verum fuit, Galliam monstra non habuisse, vt S. Hieronymus affirmavit, atipulantibus Petro Cluniacensi lib. 5. epist. 10. & Arnulpho Lexouienti Epist. 21. qui ipsa Hieronymi verba vsurpant, atque colaudant.

2. Deinceps autem, vt nihil est in terra perenniter beatum, suspiratum est non semel, ad illius pronuntiati nimium quantum elisam veritatem. Ne refricentus obsoleta, Berengarios, Roscelinos, Abelardos, Almaricos, Valdesios, prætereamus. Nostra & Patrum memoria, ferax monstrorum fuit Gallia. Caluinus, Beza, Quintinus, Coppinus, Farellus, Richerius, Peroldus, Camierius, Spinæus, Molinæus vterque, & alia ominosa nomina omnino multa, quid aliud quam monstra fuerunt, Galliæ quæ ea protulit exitio nata?

Neque tamen plus hic monstrorum exortus Galliam reuera dehonestat, quam aliasnationes, editio æquè terrorum monstrorum; ac nominatim Hispaniam, cui Ionas Aurelian. l. 1. de imag. impugnans Claudium Episcopatu Taurinensē, ortu Hispanum, hoc accidisse obseruat, vt viros vndecunque magnos in Catholicæ Fidei propugnatione, ac illustratione dederit; & plerosque etiam protulerit nefarios Hæresiarchas, in fidei excidium intentissimos. Non fuit hæc fors Galliæ ac Hispaniæ duntaxat. Quæ Christiana regio, vt strenuos religionis propugnatores ac illustratores, ita perturbatores ac hostes non dedit? Ægyptus in qua Athanasius, Cyrillus, Clemens, Pantæus & alij, vt sydera in cælo Ecclesiæ effulserunt Arrij, Dioscori, ac similibus tenebrionum caliginem orbi propè vniuerso offudit. Dedit Græcia Basilium, Nyssenum, Nazianzenum, Chrysostomum, & alios omnino multos. Indidem Nestorius, Euryches, Apollinaris, & alia Diabolicæ informationis ostenta prodire. Non est Christiana natio in qua idipsum notari nequeat. Nimirum ita res humanæ habent. Nihil hîc purum, mista contrariis omnia, vt ex Pythagora obseruatum à Iamblico, in vita Pythag. memini; Quod aliter dixit Madaurensis Philosophus 3. Flor. *ubi vber, ibi tuber.* Sanctus verò Ber-

Theophili Raynandi Pontificia.

Bb 2 nardus

Adiuv  
Disputatio  
nem.

nardus serm. 2. de ramis palm. ait hoc esse, quod in capite libri legitur diem ex vespere & mane apud nos vbiuis connexi.

3. In ferie igitur monstrorum, quæ posterioribus ætatibus emisit Gallia locandum meritissimè est, quod lucifuga quispiam nuper emisit, de bicipiti Ecclesiæ corpore; qua cerebri abortione, nihil magis affine Iano illo Latiari quem bicipitem fabulosa verustas effinxit; prudentissimum Regem anteriora & posteriora prospicientem, ingeniosè sub ea imagine repræsentans. Imaginem verò fabulosam esse, nullus dubitat; & tandem annuit, subdubitare primùm visus Martinus VVeinrichius l. de monstris cap. 17. cum in hoc (vt vocat) monstrum ex insignioribus, incidisset. Nihil proinde est, quod veter, monstrum hoc bicipitis Ecclesiæ corporis, è cerebro tenebrionis cuiuspiam nuperrimè apud Gallos eductum, veluti Palladem è fisso Iouis Capite *Ianum Renatum* dicere. Et verò est Latini illius Iani à quo (teste S. Cypriano lib. de vanit. idol. atque Arnobio lib. 1. contra gent.) Ianiculum Romanum habuit appellationem, non vna cum Romano Pontifice analogia; vt possit non absurdè existimari, hanc vnam esse de fabulis illis, quas Iustinus apol. 2. à Satana inuectas dixit, vt veritatem Christianam cum aperiretur, suspectam fabulositatis redderet. Præfuit Ianus eo loco quem postea dixere Romam. Habere ferebatur cœli terræque claves, quibus omnia vbiuis aperire & claudere posset. Vnde apud Nalonem l. Factor. sic de se loquens inducitur:

*Nomina ridebis, modò namque Patulcius idem,*

*Et modo sacrificio Clusus ore vocor,*

*Quicquid vbiq; vides, cælum, mare, nubila, terra;*

*Omnia sunt nostra, clausa patentque manu,*

*Me penes est vnum, vasti custodia mundi*

*Et ius vertendi cardinis, omne meum est.*

4. Non est, quod sim sollicitus, de notandis analogiis, quæ illicò incurrunt in oculos, fabulosi illius Iani cum Christiana veritate de regnante Romæ Ecclesiæ capite, cæli terræque clauigero. Quod in fabula vt cum veritate adæquatè responderet, deesse videbatur, suppleuit noui dogmatis faber, dicens duo capita, quæ corpori Ecclesiæ tribuit, in vnum veluti coalescere, nec esse nisi vnum caput. Similiter enim Ianus, ita duobus ferebatur instructus capitibus, vt in vnum concreuissent, solisque vultibus antrorsum retrorsumque conspicuis, ea capitum multiplicitas proderetur. Itaque caput bifrons Ecclesiæ, quale ab aduersario propositum est, non absurdè videor *Ianum Renatum* appellasse. *Renatum* porrò intelligo eodem mythologico partu in Gallia, quo prior in Latio est editus. Vterque ex cerebro figmentorum fecundo prodiit; nisi quod prior, fructuosè sub eo fabulæ inuolucro est emissus, in sapientis moderatoris imaginem, iuxta receptum olim vsu, & ad mores, & ad rectionem politicam informandi per fabulas; quem diligenter nuper retexit Franciscus Baconus iusto opusc. & ad res quoque Theologicas extensum constat ex Iuliano Imperatore Orat. 5. Cybeles mysteria regente, aliisque adductis in naturalis Theologiæ prologo. Posterior autem hic Ianus malè Iani cerebri abortio, veritatis quam fœtus, nullo Ecclesiæ commodo, imò exitiali omine, non prodiit, vt à draconum frontibus gemmæ, aut pretiosæ è piscium cerebris lapidositates, vt notat Tertull. l. de hab. mul. cap. 6. V. Aldrou. lib. 1. de insectis cap. 1. Sed vt è presso fuci capite vitulinæ sobolis effigies; vel vt è caluariis demortuorum buffones, vt quisquis demùm ille est Augustinum ementiens recitat.

5. A monstrositate hac retegenda, duò sunt, quæ me auocare potuisse videri debeant. Primùm quod priusquam hi fluctus Ecclesiæ flustrum turbarent, & planè quicquam de nouitia hac bicipitis Ecclesiæ corporis assertione auditum esset, disserui in hanc rem quantum satis excutiens locos è quibus eruendi essent Pontificij tituli, in prolegomenis ad opus de corona aurea Romani Pontificis super mithram prænot. 4. Ibi enim tractans S. Petri Cathedram, admonui non dici coniunctim *Cathedram SS Petri & Pauli*, sed duntaxat *S. Petri*; & omnia propè, quæ recens plenis voluminibus sunt tradita, in paucarum paginarum argutum compegi, monstrans quomodò accipienda essent nonnulla, quæ difficultatem videntur facere ex Patribus, tum ex Pontificiis formulis. At difficilè est de eodem argumento sæpius scribere. Alterum auocamentum est, quod post motam hanc controuersiam, sed maximè post interpositam Pontificiam auctoritatem, qua

Adiuv  
Disputatio  
nem.


qua assertio secundi huius capituli æquè principalis & primo non subordinati, damnata est hæreseos: tot emerferunt de hoc argumento scriptiones, & tot alia sub incude esse, & proximè proditura feruntur; vt actum agere, & crambem recoctam inferre videatur, quisquis in hanc curam denuò incubuerit. Vt quid enim eum lectorum fastidio, nouis scriptionibus, de argumento non admodum vberi, eadem certè vix diuersa, regerere?

6. Neutra tamen excusatio ad hoc onus excutiendum satis idonea est habita. Fastidij enim declinatio ex eiusdem argumenti versatione, nequaquam est desperanda; vt benè admonet S. Chrysostomus homil. 2. de Anna, iterato de Anna Samuelis parente disputaturus; inde argumentatus, quod [In conuiuio corporali ex eodem obsonio multa Eduliorum genera potest aliquis conficere. Quin & aurifices videmus, ex eadem auri massa, & armillas, & inaures, aliâque multas res aureas fingere: Quamquam enim eiusdem generis est materia, ars tamen est varia, nec coarctatur similitudine materiæ subiectæ, quod ipsa sit copiosa, variâque artificij; multò verò magis Spiritus gratia.] Itaque tametsi iam de hoc argumento à me est actum; possum tamen illa ipsa, secundis hisce curis & expolire, & locupletare; vt nec fructus vacua, nec cum anteriore prorsus eadem habenda sit, scriptio ad quam aggredior.

7. Qua ipsa ratione, præcluditur quoque alia excusatio ex labore tam multorum, optimè & à doctrina, & à diuini honoris zelo constitutorum, qui de hoc negotio pronunciarunt, & pronunciare porrò pergunt. Quamuis enim plerique ante nos, hoc taxum voluerint, tamen vt D. August. lib. 1. de Trinit. cap. 3. locatam abs se operam circa diuinâ Trinitatem, post tot anteriores Tractatores excusabat approbante S. Fulgentio l. 1. ad Monim. c. 11. non dissimilia in simili causa, excusante; [Vtile est plures à pluribus fieri libros diuerso stylo, non diuersa fide, etiam de quæstionibus eisdem; vt ad plurimos res ipsa perueniat; ad alios sic, ad alios autem sic.] Etiam post Patres & quosuis Doctores, haud inuuliter alios eas ipsas quas illi tractauerint, atque discussierint materias denuò tractandas & discutendas suscipere, contestatur S. Anselmus præfat. ad librum de Incarnat. Verbi. Quin etiam Seneca epist. 79. amicam ad tractationem loci omnibus (vt ait) Poëtis solemnis impellit; quem quominus Ouidius tractaret, nihil obstitit, quod iam Virgilius impleuerat: ne Seuerum quidem Cornelium, vterque deterruit: Omnibus præterea feliciter hic locus se dedit, & qui præcesserant non præripuisse mihi videntur, quæ dici poterant, sed aperuisse. Sed multum interest, vtum ad consumptam materiam, an ad subactam accedas. Crescit in dies, & inuenturis inuenta non obstant. Præterea conditio optima est vltimi. Parata verba inuenit; quæ aliter instructa nouam faciem habent; nec illi manus iniicit tanquam alienis: Sunt enim publica: Iurisperiti autem negant quicquam publicum vsu capi.]

8. Anastasij Sinaitæ ad explanationem Hexaëmeri post tot anteriores Tractatores aggredientis, & animum induere, & voces quibus illum exprimit meas facere opportunissimum videtur. Est sanè eius oratio huic loco accommodatissima. [Post illos (inquit) qui antea laborauerunt, vestigiis eorum insistens, qui circa horam vndecimam æquè celeriter munus peragunt, & in metendo, & rursus in vindemiando, demisso oculo, & humili diligentia, & imperitia, tanquam spicas legens, & culmos colligens, instar formicæ relicta grana relego, & tanquam canis micæ colligens laui & opipari Patrum epuli ac conuiuij, aufero quæ excidunt.] Iure hæc dico, qui nouissimus vna hora facturus, à patrefamilias in hanc vineam conductus sum. Vtinam cum serò factum fuerit, & Procurator Operas ad reddendam mercedem vocauerit, non frauder denario, ex quo primi, qui portauerunt pondus dici & æstus, cum Domino vineæ conuenerunt.

PUNCT. I.  
Ecclesia  
corpus non  
monstratum.



## PUNCTUM I.

*Corpus Ecclesie, optimè à Christo constitutum esse, atque adeò ab omni monstruositate procul abhorere.*



**D**uo breuiter sunt recolenda, ex pleniore alibi instruta tractatione scilicet lib. de Christo sect. 4. cap. 9. Primum est, Ecclesiam esse corpus Christi. Alterum, hoc corpus pulcherrimum esse, optimèque constitutum. Vtrumque vix eger confirmatione, aut illustratione, cum sit per se perspicuum. Itaque breuissimè id attingo.

2. Cum duplex sit Christo corpus, iuxta doctrinam Petri Damiani, serm. 30. vnum quod suscepit ex Virgine, alterum quod ei charius fuit, & pro quo mortuus est, Ecclesia hoc secundo modo est corpus Christi. Itaque corpus Christi dicitur Ecclesia, non naturale ac physicum, (vt per se patet) sed morale ac mysticum. In quo sensu Apostolus de Christo loquens ait, Ephes. 1. *Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsius.* Et cap. 5. *Christus caput est Ecclesie, ipse Saluator corporis eius.* Et paulò post. *Christus nutrit & fouet Ecclesiam, quia membra sumus Corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius.* Explicatissimè 1. ad Corinthios 15. *Vos estis corpus Christi & membra de membro.* Græcè ἐκ μέμβρου; hoc est, *Compartes estis, & membra ad inuicem habentia connexionem sub vno principali membro, seu capite.* Hoc ipsum est, quod Ephesiorum 3. gentes dicuntur sua ad Christum conuersione, factæ *concorporales*; id est membra eiusdem corporis. Plerumque item Scriptura ipsa inde petit argumentum ad absterrendos & auocandos ab aliqua indignitate fideles, quod sint membra Ecclesie, atque adeò corporis Christi, vel quod sint corpus Christi nempe parziale. Sic Apostolus à turpitudine dehortatur fideles ne accipiant membra meretricis. Et alibi, Colossenses 3. *vt abiciant vmbas, cum sint ipsi corpus Christi, non vmbaticum, sed reale ac solidum, vt insigniter philosophatur Diuus Augustinus Epistol. 49. satisfaciens quæstioni septimæ S. Paulini; expendens, Apostolum inde hortari Colossenses, vt contemnerent euandas legis vmbas ad quas trahebantur à nonnullis, quod essent corpus Christi, cui tanquam capiti cohære omnino deberent.* Verfat id latè Diuus Augustinus, tum sic concludit. [*Nemo ergo vos (inquit) inducat in cibo, aut in potu, aut in parte dies festi, aut Nomenis, aut Sabbathorum, quod est vmbra futurorum. Corpus autem Christi, nemo vos conuincat.* Turpe est & nimis incongruum, & à generositate vestræ libertatis alienum, vt cum sitis corpus Christi, seducimini vmbis, & conuinci videamini veluti peccantes, si hæc obseruare negligitis. Corpus

ergo Christi, nemo vos conuincat, volens in humilitate cordis.] Legit S. Augustinus & interpungit eum Pauli locum, aliter quam habeat vulgata editio; nam iuxta hanc, sensus est, ritus Iudaicos fuisse vmbam futurorum: corpus autem, siue substantiam & (vt loquuntur) realitatem, vmbis illis adumbratam, ad legem Christi pertinere. At D. Augustinus, periodum claudit in illis verbis, *quæ sunt vmbra futurorum.* Tum quod sequitur: *Corpus autem Christi,* nec dicit cum eo, quod sequitur, *Nemo vos seducat volens;* ita vt sit Apostrophe ad fideles, quos admonet, vt sint memores, se esse corpus Christi, & fideles vmbas eo nomine refigant. Hic locus, saltem ex Diui Augustini autoritate, valet ad monstrandum, Ecclesiam esse corpus Christi. Alias tamen liquidiores in hanc rem Scripturas, legere est apud eundem S. Augustinum lib. de vnitatem Ecclesie cap. 2. & 4.

3. Nihil frequentius in Scripturis ac Patribus occurrit, hac denominatione, cuius multiplicem Analogiam diffusè profequitur Turrecremata lib. 1. Summæ de Eccl. cap. 43. Sed præcipua cernitur in membrorum vno spiritu animatorum diuersitate, concurrente ad vnius mystici corporis compagem, & variarum operationum exercitium. His quippè obeundis, Ecclesia instat organici corporis, & variis quasi similaribus & dissimilaribus partibus coagmentatur. *Similares* dico, carnem, ossa, neruos, & huiusmodi alias: quibus quæ partes in mystico Christi corpore respondeant, plenè dico cum de Sancto Ignatio, *Anima mundi.* Dissimilares fusè profequitur Turrecremata lib. 1. Summæ de Eccl. cap. 44. minutatim percurrrens singula membra humani corporis, & demonstrans, qui in corpore mystico respondeant faciei, genis, oculis, auribus, naso, labiis, dentibus, collo, vberibus, manibus, ventri, cruribus, ac pedibus. Fusus item in eodem argumento est Sanctus Pagninus in *Isagoge.* Nobis in præsentia fat est, generatim monstrasse, Ecclesiam dici in Scripturis *corpus Christi,* præsertim apud Apostolum, variis locis, Rom. 12. 1. Cor. 10. Ephes. 4. Coloss. 1. præter iam annotata.

4. Obseruat verò Sanctus Gregorius in Psalm. 5. pœnit. ad versic. 1. hanc causam esse cur in plerisque locis Sacrorum librorum, quædam Christus quasi sua pronunciet, quæ nobis solummodò congruunt. [Vnum quippè corpus est tota sancta vniuersalis Ecclesia, sub Christo IESU, suo videlicet capite constituta. Vnde ait Apostolus, *Ipse caput corporis Ecclesie, qui est principium, primogenitus ex mortuis.* Ipsa est enim, quæ per Prophetam incundatur & dicit: *Nunc exaltauit caput meum super inimicos meos.* Pater enim Filium, qui est caput Ecclesie, super inimicos eius exaltauit, cum destructo mortis imperio, in suæ illum maiestatis æqualitate constituit, cui & dixit: *sede à dextris meis. Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum.* Christus itaque cum tota Ecclesia sua, siue quæ adhuc versatur in terris, siue quæ cum eo iam regnat in cœlis, vna persona est.] Præiurat Sanctus Augustinus serm. 26. ex 40. nouis. fecernens in Scripturis, & quæ à Christo proferuntur, provt est, in se, & quæ ab eo proferuntur, provt

est

est in nobis. [Etenim corpus eius, Ecclesia non esset, nisi & in nobis ipse esset.] Id est, nisi esset nobiscum vna persona, qualem caput & membra constituunt. Quo pertinet alia eiusdem Diui Augustini, serm. 12. ex 40. nouis, disputatio de præmissa Christi tanquam Capitis resurrectione, vt membra non desperarent resurrectionem, quam in capite præcessisse conspicerentur. At iuxta regulam Ticonij, Diuo item Augustino probatam, & apud omnes ratam, vt monstrant Franciscus Ruizius in Regulis ad intelligendam Scripturam, Reg. 107. ex Augustin. in Psalmo secundo, & 40. & Laurentius à Villanicensio, libro secundo de ratione studij Theolog. obseruat. 10. Sicut quæ nostra sunt ob membrorum & capitis concursum in vnam personam, Christo tribuantur; & nobis per quandam veluti communicationem Idiomatum, solent in Scripturis ascribi, quæ Christi sunt, tanquam membris cum eo veluti capite, vnam personam & vnum morale corpus vndecunquæ absolutum constantibus.

5. Indidem quoque Sanctus Bernardus, serm. in illud Iobi in 6. tribulat. &c. spem concipit, quod non sumus aditu cœlorum excludendi, quamuis scriptum sit eò non ingressurum, nisi qui sine macula ingreditur, & neminem ascendere in cœlum, nisi qui descendit de deo cœlo filius hominis, qui est in cœlo. Quamuis enim solus Christus ingrediatur Sancta Sanctorum, & nemo præter eum ascendat in cœlum, tamen sub eius nomine comprehendimur & nos qui sumus membra eius. [Licet enim solus, sed profectò totus intrabit, & os non comminuetur ex eo. Non sine membris caput inuenitur in regno, si tamen membra fuerint conformia sibi, & cohærentia capiti suo. Conformia sanè moribus, cohærentia fide.] Similia passim patres ceteri nostram omnium cum Christo coagmentationem in vnam personam moralem agnoscentes, & quæ inde ad nos refundantur decora, quæ item nostra in Christum transferantur, commemorantes.

6. Et quia coniuges vna moraliter persona sunt, quorum tituli inuicem comeant; non raro eandem nostram cum Christo coniunctionem in vnam moralem personam, Patres consentaneè ad varias Scripturas, exponunt, per Ecclesie cum Christo coniugium. Scitè Diuus Augustinus sermone 12. ex 40. nouis. [Quid ipsa Ecclesia? Corpus Christi. Adiunge illi caput, & fit vnus homo; caput & corpus, vnus homo. Caput quis est? Hic qui natus est de Virgine Maria, &c. Ipse est caput Ecclesie, &c. Corpus autem eius, quod est? Coniux eius, id est Ecclesia. Erunt enim duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est: Ego autem dico in Christo, & in Ecclesia. Sic & Dominus in Euangelio, cum de viro, & vxore diceret, *Ignis iam non sum duo, sed vna caro.* Ergo vnum voluit esse, hominem Deum Christum, & Ecclesiam. Ibi caput, & hic membra.] De hac re plenè in tractatione de Christi titulis, cum de Christo Sponso libro quinto, sectione quinta, capite 1.

7. Fit continuè, & vsquè ad mundi metam

fiet, hæc corporis Christi compactio, & transitus noster in vnam cum eo personam moralem; siue cum transitum nomine coniugij, siue nomine generationis mysticæ donare placeat, vtrumque enim dicitur penes varias consideraciones. Sanctus Paulinus panegens Iuliano & La Epithalamium, præclarè, & de more suo omnino piè, describit hæc (vt vocat) noua Domini ad humanam salutem commenta, ac grande Sacramentum quo nubit Ecclesia Christo, & simul est Domini Sponsa sororque sui, perpetuata ad finem vsque sæculi coniunctione. Et addit in Epithal. Iuliani de benedicta Dei generatione, quæ non feminis humani, sed generis superi est; secundum quàm in Christo, nec mas, nec fœmina est, sed idem corpus & vna fides.

*Namque omnes vnum corpus sumus, omnia Christo membra quibus Christus corporis in caput est. Et qui iam Christum induci deposimus Adam, Protinus in speciem tendimus Angelicam. Propterea hoc opus est eunictis baptisate natæ, Perfectum vi capiat sexus uterque virum. Et commune caput sei in omnibus omnia Christum Tradens in regnum Rex sua membra Patri. Nubere vel nubi, fragilis iam deserit aetas. Omnibus aeterno corpore compositis.*

Nimirum, quia tunc cessabunt generationes corporeæ hominum, atque adeò cessabit etiam regeneratio & coalitus in vnum Christi Corpus, vnamque moralem personam. Et hoc est, quod Apostolus ait, cum Christus regnum Deo ac Patri tradet, *occursumus nos, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi;* quod vulgò minis commodè referunt ad resurgentium corpoream statutam. Clemens Alexandrinus, libro primo prædest. cap. 5. ad vniuersumque nostram perfectionem in Christo retulit. Optimè autem in eum, quem ex Paulino expressi sensum, refertur à Turriano libro primo, de hier. ordinat. capite 11.

8. Et quia vniuersa Christiana Hierarchia eò dirigitur, vt generatio ventura Domino annuncietur, & formetur Christus in parulis, fontis Ecclesiastici vtero conceptis, & obtetricante Euangelio, crucis cuna susceptis (vt Bracharius concinnè dixit); idcirco Apostolus Epistol. ad Iuanat. vniuersam illam graduum & ordinum varietatem, quæ Hierarchiam Ecclesiasticam integrat, cessaturam ait, cum omnes vnus Christus fuerint, & in vnam moraliter cum Christo personam transferint; quod in fine sæculi, consummato cum voluminibus temporum, numero electorum continget, quia tunc omnes, vnum, vel vt apud Apostolum ad Galat. 3. vers. 28. legit Chryostomus, *vnus erunt in Christo;* id est vnus homo ciuili, qui Christus est; & vna ex eo & omnibus ad beatam illam sortem vocatis, persona moralis.

9. Quod visum est Ruperto, libro secundo de offic. capite vndecimo, hunc transitum in vnum cum Christo corpus de quo tam frequenter agit Apostolus, hunc inquam transitum in vnam moraliter cum Christo personam, fieri per susceptionem diuinæ Eucharistie, adscriptu dignissimum est, quia

PUNCT. II.  
Ecclesia  
corpus non  
monstratum.

86



PUNCT. 1. & illustrationem, nonnullam deposcit, & continet insigne incrementum ad huius Sacramenti susceptionem. Prosequens ergo Rupertus utilitatem eximiam, quæ cibi Eucharistici susceptione comparatur, eo quod per eam susceptionem subeat in cælum, quod vnus & solus Christus ascendit, iuxta ipsius Christi oraculum, Ioan. 3. sic philosophatur. [ Vni & soli qui descendit de cælo, Filio hominis qui vna persona est cum Filio Dei, cum Verbo Patris, quod de cælo descendit, & de corde Patris in vterum venit Virginis; vni, inquam, & soli Filio Dei, filioque hominis, tanquam suo capiti cuncta membra corporis annectuntur, omnes qui in fide huius Sacramenti, in plenitudine huius charitatis sunt recepti; & sic vnum corpus, vna persona, vnus Christus, caput cum suis membris in cælum ascendit, dicitque gratulabundus gloriosam Deo assignans Ecclesiam, hoc nunc os ex ossibus, & caro de carne mea. Et ostendens se, atque illum in personâ conuenisse vnitatem, & erunt (inquit) duo in carne vna. Magnum hoc Sacramentum est. Caro Christi, quæ ante passionem solius erat caro Verbi Dei, per passionem ita creuit, aded dilata est, ita mundum vniuersum impleuit, vt omnes electos, qui fuerunt ab initio mundi, vel futuri sunt vsque ad vltimum electum in fine sæculi, noua conserpione huius Sacramenti, in vnam Ecclesiam faciat Deum & hominem carnaliter copulari. Caro illa erat vnum granum frumenti, antequam cadens in terram mortuum fuisset. Nunc postquam mortuum est creuit in altari, fructificat in manibus, & corporibus nostris, & ascendente magno ac diuite Domino messis, terram fructiferam in qua creuit, secum vehit in horrea cæli.

10. Non possunt, quæ Rupertus tradit accipi de sola Sacramentali & simpliciter dicta Eucharistia susceptione, que nec habuit locum circa electos Christo anteriores, nec nunc habet locum circa infantes, quorum plerique sunt electi, & in vnam moralem cum Christo personam euadunt, vi solius Baptismi, & partæ per eum gratiæ sanctificari. Itaque Rupertus amulatus est modum loquendi D. Augustini, tract. 25. in Ioan. qui negans ad panis cælestis manducationem, quam Christus primo loco insinuat Ioannis 6. parandum esse dentem ac ventrem, eo quod ad illam manducationem sufficiat fides viua, agnoscit transiri in Christum per Eucharistiam, voto saltem habituali susceptam, etiam ab iis, qui Sacramentaliter diuinum cibum non participarunt; sed Christo pane vitæ & intellectus cibati sunt, quatenus ei cohererunt per fidem & charitatem, saltem habitualiter. Qua ratione omnes anteriores Christo electi, & qui post Christum participare diuino epulo, aut defectu eratis, aut opportunitatis sunt impediti, censentur Christum manducasse, vt Rupertus quoque, lib. 6. in Ioan. sub finem, disserit. Ad hunc ergo modum accipienda sunt, quæ ex Ruperto adducebam, & à Theophane item Nicæno, Epist. 3. num. 22. 14. 16. egregie traduntur Epistola de Sacerdotij præcellenti ad suos Sacerdotes, de transitu in vnam moralem cum Christo personam, & in mysticum Corporis eius membrum, per Diuinæ Eucharistiæ sumptionem; siue Sacramenta-

lem debite peractam & sanctitatis feracem; siue spirituales, quæ credendo & fidem charitate animatam adhibendo, peragitur.

11. Diuinæ ac profunde, vt omnia, hanc insignem doctrinam proposuit Apostolus Ephes. 4. præfatus, Christum cælos subeuntem, vt post inferos, & terras præsentia sua honestata, impletet omnia, sua maiestate & gloria, dedisse hic fidelibus varios ministros, ad consummationem Sanctorum in opus ministerij, in adificationem corporis Christi. Id est, vt procreetur plenus ac integer Christus; quod fiet cum omnes electi in vnam cum eo moralem personam euaserint. Hebræis enim, quorum ibi idiotismum adhibet Apostolus, adificare idipsum est, quod gignere; & proles idem est, quod Patris adificium, quod esse diligenter notandum, admonet D. Hieronymus in Traditionibus ad cap. 16. Genesios, benèque ibi illustrat Delricio, & §. 20. Adagiorum Sacrorum. Corpus itaque Christi mysticum, quod est Ecclesia, ex Christo capite & membris fidelibus constituta, per sacros ministros ad consummationem Sanctorum delectos, adificatur; & continuata ad finem vsque sæculi aggeneratione perficitur quasi extensiuè, dum varij fideles; per opus ministerij, quisque in suo gradu & ordine, accrescunt cæteris, qui anterius in eo ipso gradu & ordine, præiacuerunt in corpore mystico, & Christi membris sunt annumerati. Hæc præfatus Apostolus, subdit. Veritatem autem facientes in charitate, crescimus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum est & connexum, per omnem iuncturam subministrationis secundum operationem in mensuram vniuscuiusque membri, augmentum corporis facit in adificationem sui, in charitate. Obscurissime hæc in verbis, & in sensibus, & in genere locutionis, ab Apostolo dici; admonet S. Hieronymus, q. 10. ad Algaf. hanc glossam, vel ephrasim de suo adhibens. [Caput ac principium totius corporis, eorumque qui credunt, & omnis intelligentiæ spiritualis, Christus. Ex capite corpus Ecclesie per suas compages, atque iuncturas, vitalem doctrinæ cælestis accipit succum, vt omnia paulatim membra vegetentur, & per occultos venarum meatus fundatur defœcatus sanguis ciborum, & ministrretur, atque succrefcat, imò teneatur tēperantia corporis, & de fonte capitis rigati artus, crescunt in perfectionem Dei, & impletur Saluatoris, Oratio Ioan. 17. Pater volo, vt sicut ego, & tu, vnum sumus, sic & illi in nobis vnum sint; vt postquam nos Christus tradiderit Patri, sit Deus omnia in nobis omnibus, 1. Cor. 15.] Mea sententia, eo loco cuius prædictam paraphrasim adhibuit S. Hieronymus, hortatur Apostolus fideles, vt exercentes nauiter bona opera, (id enim iuxta Scripturæ phrasim lib. de æquioc. c. 2. expostum, est facere veritatem) crescunt in illo, siue accrescant illi per omnia; non tantum scilicet quoad fidem, (qua sola & infima ratione accrescunt Christo fideles destituti charitate, non viuentes in hoc mystico corpore, nisi vita quasi vegetatiua;) sed etiam quoad charitatem & gratiam sanctificantem, cui charitas est comes indiuidua. Crescunt ergo in Christo fideles, cum illi accrescunt per vitam sanctam charitate formatam: quod assequuntur interuentu compactionis

nis & conserionis cum aliis membris nec non interuentu subministrationis & influxus à spiritalibus ministris per Christum constitutis suppeditari. *Iunctura* si quidem *subministratio*, de qua Apostolus, aliud non est; quam ministrorum Christi & dispensatorum mysteriorum Dei, tanquam corporis eius mystici, venarum atque neruorum, influxus in omnia membra.

12. Scitè Petrus Cellensis, l. 5. Epist. 12. scribens ad moderatores Ordinis Cartusienfis, confert eos cum venis; quo nomine, & presè dictæ venæ, quæ sunt sanguinis tubi, & arteriæ per quas spiritus decurrit, apud Medicos veniunt. At igitur Petrus. [ Vos qui Priores estis, & curam aliorum susceperitis, quasi venæ in corpore Cartusienfis Ordinis estis. Tam itaque vnanimiter regimini vt subiectis vestris mandata & consuetudines Ordinis exigere debetis, quanta charitate in humano corpore, venæ omnes sibi solentur, & salubrem vegetationem omnibus membris æqua distributione sanguinis largiuntur. Eadem siquidem cautela fugere debet nimiam exilitatem & subtilitatem venæ, quàm immoderatam grossitudinem & repletionem. Nimia namque repletio, nisi citò euacuetur, acutam febrem & longam ægritudinem gignit. Rursum nimia exinanitio vires detrahit, & bona valetudine destituit. ] Igitur qui alios dirigunt, sunt in corpore politico venæ & arteriæ; ac etiam nerui quorum proportionalis est functio quoad spirituum animalium transuactionem, & dispensationem per corpus. Hos itaque alienæ salutis ex officio secundum Deum administratos, Apostolus *iuncturam subministrationis* appellauit, à cuius operatione prouenit transitus, & aggenerationis aliorum in corpus Christi. Vnde huius corporis accretio, in charitate ad perfectam mensuram Deo expectam existit.

13. Ratum igitur esto, Ecclesiam vniuersam, & qui eam constituunt fideles dum voluuntur secula, continuo Christo accrescere, & in vnum morale, ac mysticum eius corpus compingi; quod omnibus corpori physico proportionalibus perfectionibus cumulari, atque aded optimè vndecumque constitutum esse, & omni indecora labe vacare, non dubitabit, quisquis attenderit, corpus id esse Christi; quem Deum simul & hominem, exquisitus nitor & perfectio ei personæ consentanea decet. In corpore porò morali de quo hic agitur, perfectio quasi substantialis, sita est in forma optima regiminis, quæ circa controuersiam est Monarchia, per subiectionem omnium membrorum ad vnum caput. Aliæ enim regiminis formæ longè pluribus incommodis sunt obnoxia, nec tam exquisitam membrorum ciuiliū prouidentiam inferunt, quàm Monarchia. Et idcirco pro ea cæteris rectionibus anteferenda, fusè disserunt, qui res politicas attigerunt ac nominatim Lipsius, l. 2. monitor. pol. c. 1. Insigniter item in hanc rem disserit Ioannes XXII. in Bulla damnationis Marisij Pataniini, edita anno 1327. ac Pius II. in Bulla retractationis *sub finem*, tom. vlt. Concil. & fusè etiam Bellarmus l. 1. de Rom. Pontif. cap. 1. Coccius, tom. 1. l. 7. art. 7. l. 3. Sancti Theophili Raynaudi Pontificii.

14. Præter eam perfectionem quasi substantialem corpori politico, cui responderet in corpore physico subiectionis membrorum inuicem absque defectu, aut exuperantia vlla bono corporis statui distantia nexorum ad caput, motum omnibus ac sensum præstans, quæ diuina & inter se & cum ipso ritè nectuntur; notari possunt in ciuili corpore, aliæ perfectiones, accidentariis corporis physici perfectionibus proportionales; cuiusmodi sunt vigor sensuum, sanitas, pulchritudo, robur, quæ ab Anonymo Græco, cap. 20. libri de virtutibus à Vegelino euulgati, authore, nec non à Martino, in Proclo. *virtutes corporis* denominantur: habentque sibi correspondentes in corpore morali & politico benè constituto. Non licet ambigere, quin corpus Christi mysticum omnibus his perfectionibus, ac substantialibus & accidentariis corporum physicorum ornamentis, proportione respondentibus, exornetur; vt quandoquidem moraliter corpus Christi denominatur, seruet decoram cum physico eius corpore Analogiam. At corpus Christi naturale non modò fuit substantialiter perfectum, contra omnem membrorum exuperantiam, atque defectum; sed etiam fuit venustissimum, & expers morbositatum; & quæ concors est Sanctorum Patrum, & Theologorum illis inhaerentium sententia; omnibus corporeis dotibus, exquisitè enituit. Neque sanè platen & plasticam illius corporis, aliud plasma effingere par fuit, quàm vndecumque præcellenter constitutum. Philo quidem, in Cosmog. Adami corpus longè præstantissimum fuisse non dubitat: tum quod ex Virgine luto, id est ex materia pura lectaque effectum esset, tum quod à Deo opifice, & in finem optimum. [ Domus enim quædam, aut templum sacratum fabricabatur rationali animæ, quam illa diuina imago circumferre debebat. ] Vrgent æquè ista, ac etiam multò magis, pro physico Christi corpore; quod è purissima siglina, sine manibus humanis, solius Spiritus sancti opificio est efformatum. At seruat ( vt dixi ) corpus Christi mysticum, proportionem cum physico; ac proinde ipsum quoque, optimè constitutum esse oportuit.

15. Celebrantur passim, hæc perfectiones Ecclesie, quæ est corpus Christi mysticum, à Salomone in diuino Epithalamio, c. 2. 4. & 6. vbi Ecclesia, & absolute *formosa*, & *totia pulchra*, & *sine macula* dicitur; nec non *vna perfecta*. Scio hac voce posse designari sponsam; ita vt sensus sit, cum aliæ pleræque numerentur Regiæ, & adolescentulæ, vnam tamen duntaxat esse simpliciter, & absolute dictam sponsam; absque vlla decorum eius expressione per vocem *perfecta*. Nam huiusmodi vocem esse connubialem, in confesso est. Vnde pronuba Iuno, cui vincula iugalia curæ, & sacris præfecta maritis, *rexia*, cognomine à Græcis donabatur, vt est apud Pollucem, lib. 3. Onom. & Plutarchum, in caus. quæst. 2. apud quem Interpres mentem Authoris non assecutus, & ab eo implanatus Ludouicus Viues, ad l. de Ciuit. c. 22. Iunonem *rexia* absurdè vertit *adultam*, cum vertendum esset Iuno *nuptiarum præses*; quo eam titulo donabant veteres, vt est apud


**PUNCT. I.** Dionem, Orat. 7. & Seruim, 4. *Æneid.* ad illud *Ecclesia & Iuone secunda.* Vnde *tuinea* Sacra Iunoni peragentes, fel à reliquis victimæ exitis auulsum, non porriciebant, vt bilem ac amaritudinem nuptias dedecere significarent. Potuit itaque Ecclesia, *vna & perfecta* dici; non vt significaretur eius perfectio, sed ad exprimendum, quod sit vnica sponsa veri Salomonis. Tamen vtraque vocis notio, eodem recidit, quod ad nos attingit: quia sponsum ad eò perfectum, decuit spòsa vndecumque perfecta, & *gloriosa, non habens maculam, neque rugam, aut aliquid huiusmodi*; quibus eam coloribus depingit Apostolus Ephesi, 5.

16. *Gloriosum* vocat, idest perpulchram vereque in signe specimen diuinæ, præ tanta venustate illius opificij, quod perfecit Deus ipse, cuius perfecta sunt opera, & bona valde, idest perpulchra: Nam Hebræis ac Græcis, *pulchrum*, eodem nomine exprimitur, quo *bonum*, vt D. Augustinus, l. 15. Ciuit. c. 23. & ibi Viues, notantur, suntque qui eo flectant illud de Egnatio, *quem bonum fecit barba.* Ecclesia ergo, sicut est sancta, atque ad eò optima, ita & pulcherrima. Vnde illius pulchritudinem demitans sponsus, ait Cant. 4. *Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es.* Quod S. Gregorius, 9. mor. c. 9. ad præsentem, & futuram pulchritudinem refert. [Pulchram narrat, (inquit) & pulchram replicat, quia alia est ei pulchritudo morum in qua nunc cernitur; atque alia pulchritudo prætorum in qua tunc per conditoris sui speciem subleuabitur.] Nimirum diuinus conuictus, qui in altera vita erit perfectus, hic autem non est, nisi per nebulam & in ænigmate, transmittit fulgorem, & elegantiam in contuentes, iuxta illud Psalms, Psal. 29. *Domine in voluntate tua, prestisti decori meo virtutem*, à D. Basilio, ad eum locum, sic expressum. [Pulchritudo vera ac proinde amabilissima, quam sola mens omni contagione expurgata possit contemplari, circa diuinam ac beatam consistit naturam. Sanè qui in eius micantissimum fulgorem & inexhaustam gratiam; mentem pressius intenderit, non nihil hinc beneficij in se deriuat & tràsumit: quasi à quapiam tintura florulentum splendorem illinendæ faciei desumpserit. Vnde & Moyles, simul atque particeps factus est eximita illius pulchritudinis, ex familiari cum Deo congressu, conglorificatam habuit faciem.]

17. Et in cælo igitur, à conspectu claro diuini vultus, summa gloria, idest pulchritudo, deriuabitur in Ecclesiam eo subuectam; & iam nunc eadem Ecclesia pro tempore ac statu, pulchritudinem à diuino aliquo conspectu haurit omnino magnam, qua sit expers dedecorum ac macularum sponfam Christi dedecentium; ita vt quamuis sit habitura consummatam pulchritudinem longè ista auctiorem in cælo, tamen iam nunc dicatur *gloriosa*, idest perpulchra, & *non habens maculam, neque rugam.* Sunt quidem aliqui in ea impij, quorum mita à professione discedit; & idcirco duplices sunt, nec malè nomine *rugam* à Iobo expressi, vt intellexit Sanctus Gregorius ad illud, *rugæ meæ testimonium dicunt contra me.* Tamen quotquot sunt quod dicuntur, & instituti sanctissimis, quæ profertur, conformant sese, sunt *absque macula & ruga*, & *absque aliquo huiusmodi*; idest absque

omni tale corpus dedecere probro, & fœda nota. Et verò non nisi sub ea ratione qua pulchri sunt, ac nitentes, pertinent ad corpus Christi; v. g. saltem ratione fidei, quæ vtique est nitentissima, etiam in iis quos charitas deficit: & nisi saltem fidem retinerent, non pertinerent ad corpus Christi; quia nulla ratione subuectentur & coaptarentur capiti, cui omnia Ecclesie membra subsunt; & cui nihil inheret, nisi fides interueniat, vt benè notauit S. Bernardus, ser. in illud Iobi in 6. tribulationibus. Tametsi igitur mali non pauci in hoc statu, inueniuntur in mystico Christi corpore, tamen non spectant ad illud prout mali & difformes Christi capiti; sed vt boni, saltem ratione fidei cuius interuentu inheret haud indecorè Christo capiti, quod est aurum paz, idest optimum, atque probatum terræ, purgatum sepulchrum: Sub quo incongruè admittentur membra è viliori materia gradatim compacta: ita vt postrema essent testacea, qualia erant sub capite aureo statuae Babylonicæ, membra inferiora; sed omnia sunt aurea, ratione eius per quod in Christo viuunt, eique inheret.

18. Procul ergo à Christi corpore mystico, quod est Ecclesia (sicut ab eius corpore physico & naturali cum quo proportionem seruat) omnis deformitas, & macula, ac ruga, aut aliquid eiusmodi; idest omnis defectus, aut exuperantia corpori indecora: omnis, inquam, labes, & deformitas; & multò magis omnis monstruositas: quia si tale quid Ecclesiam deturparet, perperam dicta esset perfecta, & tota pulchra ac absque macula, & quouis alio huiusmodi, hoc est quocumque dedecore exquisitam lectissimam corporis pulchritudinem; quale haud dubiè esset monstruositas, non vulgaris, sed extraordinaria, insinuatur.



## PUNCTVM II.

*Si essent duo visibilia Ecclesie capita, vt habet noua de SS. Petro & Paulo imaginatio, non posse declinari mystici corporis Christi monstruositatem.*



**R**ESTRINGO sermonem ad duo visibilia Ecclesie capita, quia nõ est hic quæstio de binario illo capitum subordinatorum, quorum vnum nunc nobis non est aspectabile, nempe Christus Dominus; alterum verò vicaria eius præfectura fungens, fuit suo tempore S. Petrus; & deinceps is, qui ad regendam Ecclesiam S. Petro cum pari potestate sufficitur: vt proinde ab aliquibus, dictus sit *sui temporis Petrus*, vt in Onomastico Pontificio refero. Hæc duo capita, certum est non inferre monstruositatem corpori Christi mystico, siue Ecclesie Dei: quia si iniucem comparentur, non sunt duo capita. Solus quippè Christus habet rationem capitis, Pontifex autem non habet, nisi rationem membri subie-

cti.

cti, Christo antonomasticè capiti subordinari. Qua ratione eliditur difficultas imperitè mota à Sectariis, contra titulum *Capitis Ecclesie*, Romano Pontifici tributum: quasi inde Christus fiat capitis minor, si aliud statuatur corpus Ecclesie caput. At (vt præmissi Pontifex ad Christum comparatur, non est caput sed membrum subiectum: Etiam si comparatus ad reliquam Ecclesiam, sit visibile eius caput, Christo subordinatum.

2. Præsens ergò disputatio, est de duplici capite nunc aspectabili, & non subordinato. Difficultas enim nostra tantum est de facto, an scilicet aliquando fuerint bina simul Ecclesie capita visibilia, quorum vtrique ex æquo inesset potestas suprema Pontificia. Affirmat Anonymus, qui nuperrimè opus *de magnitudine Romanæ Ecclesie*, ex SS. Petri, & Pauli supremo Pontificatu vulgavit; quamuis fateatur, post Beatos illos Apostolorum Coriphæos, Pontificatum vni soli semper inextitisse, nec fieri nunc posse, vt pluribus inexistat: quia ea Pontificum pluralitas, est contra Christi institutionem, quæ pro solo tempore prædicationis S. Pauli, ratam habuit extensionem Pontificatus simul ad plures. Voluisse verò Christum, vt S. Paulus ex æquo cum S. Petro esset Pontifex & Caput Ecclesie vniuersalis, confirmat is quem dixi Anonymus, ex quibusdam noni ac veteris Testamenti Scripturis; nec non ex quibusdam loquendi formulis apud Pontifices vsu receptis, itemque ex auctoritate nuntiorum Conciliorum, sed maxime ex Patrum testimoniis, quæ ingenti numero acerrunt, vt hanc esse doceat totius retrò Christianæ Ecclesie traditionem.

3. Assertio cõtraria, quæ negat S. Paulum fuisse ex æquo cum S. Petro caput Ecclesie, est ex fide certa. Ita enim ante hoc octiduum, à Summo Pontifice, post diligentem discussionem est declaratum. Nec illam nouam bicipitis Ecclesie Corporis imaginationem, habere in Scriptura vel in traditione fundamentum, quantumcũque pro ea iactentur Scriptura, atque traditio, infra demonstrabo. Nunc auspicator eius confutationem, argumento quod ex optima Ecclesie per Christum constitutione proximè exposita ducitur. E contrario enim, si data essent bina illa simul Ecclesie capita, fatendum esset corpus Christi mysticum fuisse monstruosum: quod cum illa exquisita eiusdem corporis perfectiõne, quam præmissi, apertè pugnat. Non erit porò difficile, eam monstruositatem euincere, per proportionem ad monstra generis naturæ, de quibus Philosophi 2. Physicor. & Medici tractantes factus formationem, nec non qui de monstrositate egerunt ex instituto, vt Arnoldus Sorbinus, Ambrosius Paræus, & omnium diligentissimè Martinus VVeirichius.

4. Vt ea quam vestigo proportio innotescat, præmitto, habere Physiologos pro monstruo, effectum omnem à recta & solita secundum naturam dispositione deflecentem; ita vt in illius effectus productione nõ seruetur solemnissimus usus naturæ, hoc aut illud per ordinem ad certum finem in eo effectu deponcentis. Est enim monstruositas, propriè ac præcipuè affectio viuentiũ; omnium quidem, ac etiam plantarum, vt Theophrastus latè prosequitur, sed tamen præsertim animalium, & maxime hominis. Extra viuentia

*Theophili Raynandi Pontificia.*

autem, non habet propriè locum monstruositas, sed tantum proportionem, vt de artefactis à Philosopho 2. Physicor. t. 28. statuitur. Quia ergo in viuentibus, corpus organicum quò constant, multis integratur partibus ad certam functionem ex naturæ præscripto destinatis; quælibet verò pars, ad suam illam functionem ritè obeundam, talem quantitatem, aut certum apparatus simularium, aut dissimularium partium exigit; procliue est statuerè, quando effectus sit monstruosus, & quando monstruositate vacet. Si enim adsit is quem dixi modulus & apparatus, effectus dicitur perfectus; quippè conformis ei naturæ paradigmata, quod à Philosopho 2. Physicor. *εἶδος* vocatur. Si autem effectus aliter se habeat, ac proinde fiat digressio, ac *απερὸς* à scopo in illius organi efformatione intento (vt idem Philosophus 4. de gener. anim. cap. 4. loquitur:) hoc est, si partium ad eius structuram concurrentium, aliqua redundet, aut deficiat, vel vi conformationis aliter afficiatur, quam postulet functio, cui obeunda organum illud ex communi lege in cæteris seruata, destinatur à natura; si aliquid ei desit, aut vltra debitum modum multiplicetur, vel grandescat ac tenuetur, monstrum exoritur; plerumque quidem attestans parentum immoderationi, atque licentiæ, vt ex Hebræorum & Laconum legibus confirmat Aneas Gazæus, in Theophr. & in Dioptra Philippus Solitarius, lib. 4. c. 10. aliquando tamen citra parentum culpam, penes varias causas de quibus minutè Ludouicus Mercatus; lib. 3. Gynæcior. cap. 7. nominatim ex hoc principio statuens, post Aristotelem, libro 4. de gener. anim. cap. 3. animal biceps monstris esse annumerandum. Subscribit Iacobus Rueffus, lib. 5. de gener. hom. cap. 3. vifos abs bicipites referens, & alios in Sicilia natos ex Rabbi Mose in Aphorismis part. 25. commemorans, quos omnes accenset monstris. Nec aliter Ioannes Riolanus in Disputatione de Fœtu Parisiensi, edito anno 1650. cui vnicum erat cor, & iecur vnicum, ac venter item vnicus; ob capitis tamen duplicitatem, monstrum fuisse; pro certo habet, cap. 2. & latè confirmat. His paucis de naturali monstruositate præmittendis, necesse habui proludere monstruositati in Ecclesie Corpus inferendæ, si bina eius fuissent capita visibilia: quia vt cum Philosopho præmissi, de monstruositate artefactorum, pronuntiandum est per Analogiam ad monstra naturalia. Corpus autem mysticum Christi, quod est Ecclesia, est diuinum quoddam artefactum: sicut reliqua corpora moralia humano studio constituta, sunt artefacta humana, & creati ingenij opificia.

5. Hæc cum ita se habeant, non est difficile ostendere, corpus Christi mysticum, si quando duo visibilia capita habuisset (vt de SS. Petro & Paulo simul summis ex æquo Pontificibus statuit noua imaginatio) futurum fuisse monstruosum, in genere corporis mystici, iuxta illud Innocentij III. cap. *Quoniam* de de offic. ordinar. [Prohibemus omnino, ne vna eademque Ciuitas, siue Diocesis diuersos Pontifices habeat, tanquam vnum corpus diuersa capita habens, quasi monstrum.] Rectè Pontifex Diocesim bicipitem, monstrum esse

C c a moralis

**PUNCT. II.**  
*Ecclesia biceps Monstruosa.*

**PUNCT. II.** morale statuit; & idem dico de Ecclesia vniuersali, pro ut est vnum corpus. Ad corpus quippe morale perfecte constitutum, cuiusmodi à Christo eius opifice conditam esse Ecclesiam puncto superiore monstrauimus, necessaria planè est vnitas capitis, alioquin euertetur regimen monarchicum, quod omnium optimum esse, & contineri in corporis moralis exquisitè fabricati perfectione, præmissimus: Ipsaque capitis supremi morale corpus dirigentis notio, vnitatem aperte præfert. Nam vt verè sit supremum caput necesse est, vt functiones capitis obeat, dirigendo pro arbitrio membra subiecta, quod iudicat expedire, vt commodis corporis consulatur. Quocumque verò esse dixeris supremum mystici corporis caput, excidet ea dignitate, si compar accedat. Nihil enim facilius erit, quàm vt functiones ab vno illorum capitum indictæ, inturbentur ab alio, ob humanæ voluntatis in contraria nisum, & procliuem ab aliorum ductu discrepantiam.

6. Qua in parte obseruandum est, latum discrimen inter operationes vegetatiuas, quæ à cognitione non pendent, & rationales, ad quas pertinet rector corporis moralis, per caput politicum. Circa operationes enim vegetatiuas, contingit aliquando, corpus physicum biceps, pacificè, & absque dissidio ad annos non paucos durare. Scribitque Iacobus Rueffus lib. 5 de conceptu hom. c. 3. quemdam abs se visum, qui ad perfectam staturam excreuerat, & iam tricenario maior erat, cum in illum incidit; cum cætero corpore simplex esset, humeris tamen & capite geminus erat, ita vt vnum caput antorsum, alterum retrosum haberet, mira & planè exquisita vtriusque capitis, barbarum quoque, & oculorum, ac vocis similitudine; cum eodem cibi & potus, & vegetatiuarum quarumuis functionum, ac etiam rei vxoriæ, (nam coniugium iniuerat) desiderio. Hac appetitionum quoad functiones vegetatiuas, tanta in bicipiti corpore consensio, potuit ex vnitatem stomachi & iecoris promanare; quia ex illis partibus stimuli nutritionis, ac cæterarum vegetatiuarum operationum petuntur. At rector, est functio voluntatis superioris, quæ dirigitur prælucente iudicio. Huius autem, pro rerum humanarum multiformitate, & obiectorum discrimine, insignis est varietas; atque aded ægerimè reperitur ea consensio appetitionum inter binas superiores voluntates; quia sicut non vno sensu, siue iudicio, ita nec voto vinitur vno. Itaque si declinanda est monstrositas corporis mystici, optimè substantialiter ab authore Christo constituti, vnicum sit caput eius supremum, siue non subordinatum, necesse est; ne si plura inducantur, collidantur voluntates, penes quas oportet se habenas rectionis; & ea optima substantialis constitutio politici corporis, suscitè que euertatur. Præclare hanc rationem profecutus est Michaël de Aninyon, cap. 12. in opere de vnitatem ouilis & pastoris.

7. Hoc ipso argumento, graues Patres Polytheismum impugnant, monstrant non posse esse, nisi vnum vniuersitatis mundanæ rector, cuius nutibus orbis administratur, pessum alioqui irurus, & ordinata rectionis constantia destituendus, si plura essent suprema capita non subordinata, à quibus regetur. Prudentius, sub initium hamartig. optimè hoc perspicit, his præter cætera.

*Aut vnum Deus est rerum cui summa potestas,*

*Aut quia iam duo sunt, minuuntur dispare summo.*

*Porro nihil summum, nisi plenis viribus vnum.*

Non videtur agere de summo magno, intrinsecè, ac in se, quod non potest, nisi vnum esse: Estque alia argumentatio, qua Tertullianus & Nouatianus, Dei vnitatem confirmant, vt in Nat. Theologia; dist. 7. num. 6. refero: sed agit de summo vniuersitatis rector, quem vt summus sit, nec rector suprema & nemini subordinata euertatur gliscende multiformitate, necesse est vnicum admitti. Quam esse rationem communem Doctorem, ad probandam vnitatem numinis dixit Rabbi Moyse, l. 1. director. dubit. cap. 74. Optimè verò præter cæteros eam rationem adhibere S. Athanasius, sub med. orationis, agens contra Idola, atque Lactantius, l. de ira Dei cap. 11. ac. 1. inst. cap. 3. qui facillè consecuturas lites interminabiles, cum excidio bonæ rectionis, si plures essent rectores supremi, sic confirmat. [Non vident, qui Deos multos esse credunt fieri posse, vt aliquid diuersum velint, ex qua re disceptatio inter eos & certamen oriatur: sicut Homerus bellantes inter sese Deos finxit, cum alij Troiam capi vellent, alij repugnarent. Vnius igitur arbitrio, mundum regi necesse est. Nisi enim singularium partium potestas ad vnam prouidentiam referatur, non poterit summa ipsa constare potestas; vnoquoque nihil curante amplius, quàm quod ad eum propriè pertinet: sicut ne res quidem militaris, nisi vnum habeat Ducem, atque rectorem. Quod si in vno exercitu tot fuerint Imperatores, quot Legiones, quot cohortes, quot cunei, quot ala; & primum nec instrui poterit acies, vnoquoque periculum recusante, nec regi facile aut temperari, quod suis propriis consiliis vtantur omnes, quorum diuersitates plus nocent, quàm prosint. Sic in hoc naturæ rerum Imperio, nisi vnus fuerit ad quem totius summa cura referatur, vniuersa soluentur & corruent.]

Hoc ipsum est, quod de mystici corporis directione vrgeo; si duobus supremis Capitibus ex æquo & absque subordinatione regentibus committeretur. Itaque sine dubio, huiusmodi corpus morale, cui ex Authoris Institutione, optima rector debetur; & quasi substantialiter perfecte efformatum supponitur; si duo ei præponantur capita, euadet monstrosum, & vniuersa eius rector degenerabit in exlègem confusionem, quæ in artefacto politico, est analogica monstrositas, pro qua probanda satagebam.

8. Non erit verò operosum eam confirmare, penes aliud analogiæ fundamentum: nimirum ex eo, quod nemo reuocatus sit in dubium, quin corpus physicum esset monstrosum, cui & rationalis, & bruta anima insideret. Cuique enim illarum animarum, dissentaneus organorum apparatus, monstrositatem necessariò niferens deberetur. Vt autem seruetur proportio corporis moralis cum corpore naturali, si essent

essent in corpore morali; Christi plura capita, oporteret esse in eo plures animas: Nam in corpore physico, ex capitis duplicitate, binarius animarum colligitur de probatore sententia. Non me later Iulianum Pomoerium, lib. 3. progn. cap. 28. ancipitem hætere, sit ne in bicipiti corpore duplex anima, debeatque proinde in resurrectione duo corpora recipere. Id quod asseruit D. Augustinus, in Enchir. cap. 87. de illo bimembri, cuius ait meminisse S. Hieronymum: Nec mirum, quia verè erant gemini temerè concarnari & agglutinari. At etiam cum solum caput est duplex, binas corpori illi inexistere animas, habet communissima sententia. Arist. lib. 4. de gener. anim. cap. 4. quidem dubij huius expeditionem, petendam decernit ex cordis vnitatem; ita vt si cor sit, vnicum vnica item sit in bicipiti corpore anima. Id ille affirmat, quia cor habet pro parte præcipua animalis, reclamantibus, non immeritò Medicis, qui stant pro capitis primatu. Ideoque vbi duplex est caput, duplicem agnoscunt animam; quo: non obscurè insinuat S. Augustinus, lib. 17. Ciuit. c. 8. vocans duplicem hominem, eum qui infernè simplex erat, sed biceps.

9. Video sane passim Theologos, quoties binum est in fœtu monstroso humanum caput, iubere geminari baptismum: quod est euidens argumentum duas ab eis in huiusmodi corpore agnosci animas. Videtis Henricum Gandauensem, quod lib. 6. q. 14. arq. Capteolum, in 2. dist. 13. q. 1. art. 3. Ex Medicis fuscè id excutit Antonius Merindolus, Exerc. 3. Medica, & Ioannes Riolanus cap. 6. disputans de fœtu monstroso Parisiis edito anno 1605. Qui confirmat animarum in bicipiti corpore multipliciter, ex varietate affectionum, quæ notata est in quibusdam exemplis corporum bicipitum cætera simplicium. Quale erat, quod anno 1552. Oxonij natum est solo capite, ac manibus multiplex: Per quindecim enim dies quibus communiter potum vita est vtrumque caput, magna in eis affectionum diuersitas se prodidit. Vigiliam siquidem & somnum non simul capiebant, sed vno vigilante, alterum dormiebat: cum vnum latrabatur, alterum mœsticia grauabatur, quod obseruatum est per quindecim solidos communis vitæ dies, quibus exactis vnum præmortuum est, altero ad vnum diem superstiti. Eadem affectionum dissimilitudo, notata est in fœtu bicipiti, & quadrimano, cætera simplici, edito Nortumbriæ de quo Buchananus lib. 13. histor. & Hector, Boëthius, lib. 21. qui referunt cum is adoleuisset imbutum esse variis disciplinis, & multorum idiomatum peritia, præsertimque in Musica insigniter præcelluisse: nec rarè bina capita in pugnantibus affectus scissa ad iurgium vsque efferbuisset, si post consultationem in commune præmissam, vni aliquid accideret, quod alteri non satis probaretur: Donec post communis vitæ annos octo supra viginti, præmortuo vno capite, alterum ad dies non paucos superstes, denique ab adiuncto demortuo tabem, ac mortem traheret. Erat ergo in corpore, ferè cætera simplici, sed bicipiti, multiplex anima, quàm ea affectionum dissidentium varietas perspicuè manifestabat. Quandoquidem igitur corpus morale seruat proportionem cum physico, vbi


varia sunt politici corporis capita simpliciter dicta & non subordinata, necesse est animam quoque assignare multiplicem.

10. Hinc perspicuè euincitur, monstrositas quam secuturam dicebam, si Corpus Christi mysticum, quod est Ecclesia, biceps constitueretur. Deberet enim pro capitum multipliciter, multiplici spiritu animari, vt salua sit proportio cum corpore physice bicipiti, quod duplici anima informatur, vt præmissi. Huiusmodi autem mysticum corpus, duplici illo spiritu instructum, non minus monstrosium esset, quàm corpus effigie humanum, cui præter animam rationalem, alius inexistet, informans spiritus brutus, puta equinus, aut suillus. Nam corpus hoc mysticum de quo agimus, viuut de singulariter vnico Christi spiritu, iuxta illud S. Gregorij, in Psalm. 5. pœnit. ad vers. 1. [Christus cum sua tota Ecclesia, siue quæ adhuc versatur in terris, siue quæ cum eo iam regnat in cælis, vna persona est: & sicut est vna anima, quæ diuersa corporis membra viuificat, ita totam simul Ecclesiam vnus Spiritus sanctus vegetat & illustrat. Sicut namque Christus, qui est caput Ecclesiæ, de Spiritu sancto conceptus est; sic sancta Ecclesia, quæ corpus eius est, eodem Spiritu Sancto repletur, vt viuat, eius virtute formatur, vt in vnus fidei, & charitatis compage subsistat. Vnde dixit Apostolus; *Ex quo totum corpus per nexus, & conuersiones subministratum, & constructum crescit in augmentum Dei.* Istud est corpus, extra quod non viuificat spiritus. Vnde dicit B. Augustinus, tract. 86. in Ioan. Si vis viuere de spiritu Christi, esto in corpore Christi. De hoc spiritu non viuut hæreticus, non viuut schismaticus, non viuut excommunicatus: non enim sunt de Corpore. Ecclesia autem spiritum viuificantem habet, quia capiti suo Christo inseparabiliter adhæret. Scriptum est autem, *qui adheret Domino, vnus spiritus est cum eo.*]

11. Si igitur huic singulariter vnico Christi spiritui animanti Ecclesiam, quæ corpus Christi est, alius superadderetur spiritus (quod consequens esset ad visibilibus capitum geminationem; ) horrenda existeret monstrositas; qualis, vt dicebam, enasceretur, si rationalis & pecuina anima, vni corpori effigie externa simplici consererentur. Nec referret, quod is spiritus eidem corpori cum diuino commissus, fingeretur rationalis. Nam sicut homo præ Deo est pecus brutum, vt elegantissimè profecutus Origenes, homil. 3. in Exod. ita hominis spiritus collatus ad diuinum spiritum, brutus est & pecuinus. Itaque monstrositas corporis Ecclesiæ bicipitis, penes hanc quoque confidationem duplicis spiritus, eam necessariò informati, rata esto.

**PUNCT. 2.**  
Ecclesia biceps Monstrosa.

РѢСТ. III.  
Capitulum  
vniuersae, aequae  
monstruosa.



## PVNCTVM III.

*Non tolli monstruositatem mystici corporis Christi, quod est Ecclesia, ex eo quod bina eius visibilia capita, vnum, plura fuisse perhibeantur.*

**N**TVTVM valde perfugium captauit binorum Ecclesiae capitulum faber, ratus declinaturum se monstruositatem quam vrgemus, si diceret, duo capita, quae commentus est, idcirco non incommodasse concinnitati & optimae constitutioni mystici corporis Christi, atque adeo neque binas animas mysticas, neque monstruositatem inuexisse, quod non fuerint re ipsa duo capita, sed vnicum. In quam rem (si Deo placet) exemplum adhibet ipsiusmet Augustissimae Triadis, quae triplex cum sit personis, est tamen vnicus vniuersum moderator & rector. Adhibet praeterea suffragium S. Gregorij lib. 6. Regis epist. 37. qui scribens ad Eulogium Alexandrinum, affirmat tres sedes Patriarchales, Romanam, Alexandrinam, & Antiochenam, vnam & eandem S. Petri Sedem fuisse; quam ita tenerent tres Episcopi, vt tamen omnes vnum essent in S. Petro; & eius vnus auctoritate ad tres illos transfusa, & in tribus vnica, potirentur. Quinetiam cum Patriarchatus ad quinarium excreuerunt, & Ecclesia, vt Theodorus Studita, epist. ad Naukrat. data anno 819. dixit *πεντακέφαλος*; *quinticeps* facta est, vnicum tamen omnes fuisse caput, dixit his verbis Theodorus Balsamon, Opuscul. de 5. Patriarchis. [ Sanctissimos quinque Patriarchas, nouimus esse vnum caput corporis omnium Ecclesiarum Dei. ] Non potest igitur videri nouum, Apostolorum Principes, ita statui duo capita, vt tamen non sint nisi vnum.

2. Manifestum est ex hoc effugio, recte dixisse S. Augustinum, lib. de natura & gratia, cap. 25. [ Procliniore sumus quaerere potius quid contra ea respondeamus, quae nostro obiiciuntur errori, quam intendere, quam sint salubria, vt carcamus errore. ] Reuera tamen hoc responsi commentum, quantumuis ad creandas officinas subdole excogitatum, nihil conferre potest ad tollendam bicipitis corporis Ecclesiae monstruositatem. Nam bina Ecclesiae capita, si reuera sunt bina, non possunt dici esse vnicum caput, nisi alterutro duorum modorum. Prior est, quo duo censentur moraliter vnum ob voluntatum consensionem; ratione cuius, conferta fidelium multitudo in Ecclesiae exordio, dicta est, cor vnum, & anima vna. Alter modus est, quo duo capita vnum dicantur, ob alternationem regiminis. Qua ratione olim Romani, tamen si duos habebant Consules, penes quos erat suprema ordinaria potestas administrandae Reipublicae; dicebantur tamen vni capiti subesse, quia duo Consules non imperabant simul, sed per vi-

ces. Sic enim glossandum est, quod habet auctor historiae Machabaeorum, lib. 1. c. 8. vers. 16. cum ait de Romanis cum quibus Iudas foedus iniuit. *Committunt vni homini magistratum suum per singulos annos dominari vniuersa terra sua, & omnes obediunt vni.* Hic vnus, non potest intelligi de Rege, qui pridem exactus erat: nec de Dictatore, qui erat extraordinarius Magistratus, non quotannis, vt is sacer Scriptor ait, sed summis temporibus ad breuem moram delectus: Nec de Augustis, quorum tempora praecessit Iudas Machabeus. Qui enim tempus initi huius foederis subdixerunt; signant annum mundi 3894. ante Christum 159. ac proinde initium est longè ante Caesarem, qui anno mundi 4006. ante Christum 47. inuasit imperium. Itaque Scriptor sacer, asserens Romanos vni homini quotannis Magistratum suum commisisse, & omnes vni obediuisse, accipiendus est de vno moderatore, ob alternationem regiminis in Consulibus qui tamen materialiter duo erant proptereaque à D. Augustino lib. 5. Ciuit. cap. 12. dicti sunt *duo Imperatores*; tamen formaliter non erant plures summa potestate potentes; quia alternis diebus fasces ab vno ad alium transferebantur, & cum fasces summa in Republicam potestas ab vno ad alium migrabat, vt habetur ex Plutarcho, in Numa, & disertè ex Lio lib. 2. & 22. sicut etiam apud Graecos, alternis diebus summam rerum fuisse penes vnum ex Epistatis scribit Sigonius, lib. 4. de Repub. Athen. Quamquam ad rem nostram perinde esset, si quod habet in Caesaris vita Suetonius, cap. 3. verum esset alternis tantum mensibus mutatos fuisse fasces, & translata esse ab vno Consule ad alium supremam regendi potestatem. Sic extricat eam difficultatem ab Haereticis motam, ad expungendam è librorum Canonico albo historiam Machabaeorum, Bellaminus, lib. 1. de Verbo Dei, cap. 15. eique subscribens Ludouicus de Tena. l. sig. difficultat. 16. Quae verò praeterea ad eam difficultatem enodandam adducit Serarius, ad eum locum, quasi locus ille accipi possit de vno; qui cum exercitu in aliquam prouinciam à Romanis mitteretur; vel de vno Dictatore, non quadrant adiunctis, quia Scriptor sacer manifestè agit de politia, non in exercitu, sed in vrbe Romana, ad quam Iudas misit, qui foedus iniirent; neque agit de politia extraordinaria in tempore necessitatis insolitae, sed de quotidiana; ( tunc quidem. ) Itaque modus legitimus exponendi quis esset ille vnus, cui omnes Romani obediabant, is est quem assignauit per alternationem supremam potestatis: ratione cuius alternationis, duo Consules habebantur vnum morale Caput Reipublicae.

3. Necessè igitur est, vt duo illa Ecclesiae capita, quae aduersarius non nisi vnum caput effecisse ait, alterutro modo proposito se habuerint. Neuter autem est reuera idoneus; nec inde potest monstruositas bicipitis Ecclesiae declinari. Non prior, quia vt puncto superiore attingi, concordia fixa rectorum, qualis necessaria est ad contententem Ecclesiae gubernationem, impossibilis est, (rem moraliter spectando) cum agitur de duobus supremis rectoribus non subordinatis. Tanta quippe est varietas adiunctorum in negotiis ad Orbis vniuersi re-

ationem

ationem spectantibus cuiusmodi est rector de qua agimus, vt impossibile sit, humano modo loquendo, non existere circa eam, magnam Iudiciorum diuersitatem, quam ex necessitate subsequitur discordia voluntatum, vt rectè admonet Abbas Ioseph. Collat. 16. cap. 8. Quid verò facilius, quam vt duae voluntates, quae sunt supremam potestatis subiecta, collidantur inter se, dum vna improbat, quod alteri est acceptum; ac praeter comparis aemulationem, destrueri nititur, quod illa fuerit mediata?

4. Nec licet dicere, hoc inter Sanctos non esse timendum, quia aemulatione vacant. Hoc inquam dici non potest. Talis enim debuit esse institutio Pontificis, vt etiam si qui in eo gradu collocantur reprobi fierent, quod S. Paulus, 1. Cor. 9. sibi ipsi timuit, consilium tamen Dei & Providentia in suam Ecclesiam, non labaret. Sicut videmus, durissimis Ecclesiae temporibus, cum Pontifices inquinatissimi throno Apostolico insiderent, intemeratam semper & inconcussam steterit Pontificiam dignitatem quoad substantialia, hoc est quoad doctrinam sanam è Cathedra subministratam fidelibus, & responsa data circa mores absque labe tenendos: Quia Christus Pontificiam dignitatem instituit, prouidentissimè cavit, vt omnis ea in parte defectus auerteretur, quicumque esset, qui ad eam dignitatem verticem prouheretur. Quis ergo dubitet, quin similiter prouiderit, vt talis esset Pontificiae dignitatis institutio, qua praeccluderetur occasio aemulationum, vnde euerfio regiminis boni, & conuenientis directionis Ecclesiae posset existere? At positus duobus simul supremis capitibus, quae non erat sperandum semper fore sanctissima, impossibile esset, non subiaceri aemulationes, cum damno Ecclesiae, nec obscuro, nec leui.

5. Neque verò peruersa tantum aemulatio, quae inter malos excitari potest, damni cui timebatur periculum crearet; sed etiam aemulatio innoxia, qualis inter duos Angelos refertur Dan. 10. fuisse simul vnus pro Persis agens, alteri pro Iudaeis sollicito obstitit, vt S. Gregorius fusè expendit 17. moral. cap. 8. ad illud Iobi 26. *Qui facit concordiam in sublimibus suis.* Item qualis fuit SS. Petri & Pauli circa legalia, neutro aduersus fidem peccante; etiam si S. Petrus ad Gal. 2. verè dictus est *reprehensibilis*, eo modo quo lex vetus iuxta Apostolum, Hebr. 8. *non vacauit reprehensione*, quia erat minus perfecta, etiam si nullatenus mala. Tamen si ergo vterque rectè abs se factum credebat, quod faciebat, & re ipsa vterque erat innoxius; tamen fuit inter eos dissensio, atque dissidium; Et fuit etiam inter SS. Paulum, & Barnabam pro Ioanne, vt narrat Lucas Act. 15. Constat item, Sanctos Chrysostrum & Epiphanium, occasione Origenistarum quos hic auersabatur, ille fouebat, dissidia agitare. Et defuisse iniuriam nummis inde videtur constare, quod alter alteri diuino afflatu motus, calamitatem ouenturam pronunciauit, si vera scribunt Socrates, lib. 6. cap. 11. atque Sozomenus, lib. 8. c. 15. Nimirum, vt optimè ratiocinatur D. Bonauentura, ad quaest. 20. circa Reg. S. Francisc. etiam Sancti, & boni interdum dissident ab inuicem, quia veritas non est omnibus aequaliter perspecta quoad omnia: vnde

facile contingit, vt vnus expedire iudicet, quod alius damnosum esse, & auersandum existimat. Ex quo sequitur, vt vno satagente, pro negotio, quod vtile arbitrabatur promouendo, alius pro virili contranatur, vt obicem apponat, & damna existimata praeccludat. Inde ergo plerumque, etiam inter bonos, dissidia; quamuis vtriusque optima sit intentio, & flagrans in Dei gloriam animus, quem pars altera potest absque culpa ignorare, vt manifestè contigit Moyfi, Num. 22. ac Iosue; quorum ille successit Rubenitis, & dimidia tribui Manasse, perentibus obtinere terram Basan & Hesebon. Hic verò, Iosue 32. aduersus eosdem commotus est, quasi altare ad sacrificandum loco indebito crexissent; quorum intentio in vtroque euentu fuerat longè alia quam Moyles ac Iosue existimarent. Vrger hoc exemplum in hanc ipsam rem, Facundus lib. 7. cap. 6. agens de Sanctorum dissidiis. Huiusmodi ergo aemulationes & dissidia, per accidens vtriusque iusta, ex innoxia iudiciorum varietate inter probos & sanctos Ecclesiae supremos rectores enata, praepedirent plerumque bonam Ecclesiae rectionem, eique non mediocriter officerent; ac proinde à prudentissima per Christum institutione dignitatis Pontificiae, aliena censenda est ea duorum visibilium supremorum capitum coniunctio, quantumuis moraliter ob concordiam dicantur non nisi vnum conflare.

6. Video opponi in contrarium posse, exemplum multorum Imperatorum Romanorum, qui asciscabant alios in consortium imperij; cuius proinde erant tunc duo ex aequo capita. Primus dicitur consortem huiusmodi ascivisse M. Antonius Philoſophus, adiuncto sibi fratre Lucio Vero, vt scribit in eius vita Capitolinus. Sed & Valentinianus, duos filios suos Gratianum, & Valentinianum, Augustos ac Imperij consortes dixit. Ex quo inferat aduersarius, salua Monarchia, fuisse simul aliquando plura Imperij capita; id est plura subiecta idem ius supremum simul possidentia; non vt pendentia ab inuicem, sed vt potentia eadem suprema auctoritate: vnde vno abeunte è viuus, imperium non vacabat ex parte, quia tota auctoritas perstabat in superstitite; qua indiuisim poteratur cum altero, dum esset super. Ita quidem Aduersarius, qui Romulum item ac Remum, simul Romae dominatos absque vnus ad alterum dependentia, non omisit.

7. Suppeditat hic nobis aduersarius gladium quo confodiat. Ita vt optimè huc cadat, quod Giselbertus auctor libri de Ecclesia; & Synagoga altercatione cap. 18. accidisse Iudae Machabaeo obseruat; vt Apollonium ipsiusmet gladio sibi assumpto obruncans, pro populo Dei multa praelia confecerit: id quod aemulari ait sacros quoscumque disputatores, cum arma inimicorum vertunt in propugnationem veritatis, & tela ab hoste intorta, retorquent feliciter in eum, qui misit. Sanè vel ex hoc vno exemplo Romuli ac Remi, quo Aduersarius admodum improuidè ingessit, perspicuum esse, vel luciosius potest, quam malè materiata sit forma regiminis, cum duo supremam potestatem obtinent, absque subordinatione & dependentia. Sanctus sanè Hieronymus, epist. 4. c. 6. informans

PVNCT. 3.  
Capitulum  
vniuersae, aequae  
monstruosa.



РУМСТ. 3.  
Capitulum  
vniuersi, aequè  
monstrofa.

mans Rusticum, & infugens illi, vt vnus alterius Imperio dirigi velit; [ Etiam muta animalia (inquit) & ferarum greges, ductores sequuntur suos. In apibus Principes sunt. Grues vnâ sequuntur ordine literato. Imperator vnus, iudex vnus prouinciæ. Roma vt condita est, duos fratres simul habere Reges non potuit, & patricio dedicatur. ] Præiurat. S. Cyprianus lib. de idol. vanit. qui probans non posse esse, nisi vnum supremum vniuersitatis rectorem, quem Deum dicimus sic differt. [ Vnus igitur omnium Dominus est Deus. Neque enim illa sublimitas potest habere consortem, cum sola omnem teneat potestatem. Ad diuinum imperium, etiam de terris mutuemus exemplum. Quando vnquam Regis societas, aut cum fide cœpit, aut sine cruore delit? Hic Thebanorum germanitas rupta, & permanens regis diffidentibus, etiam in morte discordia. Et Romanos geminos, vnum non capit regnum. quos vnus vteri cœpit hospitium. Pompeius & Cæsar affines fuerunt, nec tamen necessitudinis fœdus in æmula potestate tenuerunt. Nec hoc tantum de homine mireris; cum in hoc omnis natura consentiat. Rex vnus est Apibus, & dux vnus in gregibus, & in armentis rector vnus. ]

8. Exscriptit propè verbatim S. Cyprianum, Minutius in Octauio, qui aliorum, incarnatis necessitudinibus (vt cum Saluiano lib. 3. ad Eccl. loquar) implicitorum ad idem monstrandum exempla adhibet. Sed nominatim de Geminis Romulo inquam & Remo, ob Pastorum, & Cæsaris regnum, memoriam ait esse notissimam; nec non bellorum generum inter ac focerum, (Pompeium scilicet atque Cæsarem) quæ toto orbe diffusa notat, quia tam magni Imperij duos fortuna non cœpit. Poëtam, & Minutius, & S. Cyprianus lib. 1. phar. videntur æmulati, cuius illa sunt de infida ad tempus societate plurimum sumorum, ex parte descripta à Ruperto, lib. 6. de oper. Spir. sanct. cap. 9.

*O male concordans nimirumque cupidine cæci  
Quid miscere iunat vires orbemque tenore  
In medio? dum terra fratrum, terramque le-  
nabit,*

*Ær, & longè voluent Titana labores,  
Nôxque diem calo totidem per signa sequetur  
Nulla fides regni sociis, omnisque potestas  
Impatiens consortis erit, nec gentibus vllis  
Credite, nec longè fauorum exempla petantur  
Fraterno primi maduerunt sanguine muri.*

Agebat Poëta de iunctis necessitudine per inita coniugia, & rectè negat, vbi de societate summæ potestatis agitur, reuerentiam affinitatis, aut etiam cognationis, posse obtare, quominus exosa sit regni societas. Id quod pereleganter Rupertus, lib. 6. de Victor. Verbi Dei. cap. 20. monuit, sic accipiens illud, *Quia vidisti ferrum mixtum teste & luto, commiscebuntur quidem humano semine, sed non adharebunt sibi, sicut ferrum non potest misceri teste.* [ Cum magna adne hoc accipiendum est, (inquit Rupertus) quia non solummodò conciuces, verum etiam consanguinei fuerunt; ita vt Pompeius C. Cæsaris gener, & Octauiani Antonius fororius existeret: & tamen non magis potuerunt per concordiam coherere sibi, quàm potest ferrum misceri teste: Et tandiu dissenserunt, donec

pars inferior victa decessit. Ibi pars partem vnus eiusdemque Romanæ virtutis, ita velociter, & fortiter superauit, vt pars quæ victa est, luteæ teste; pars autem quæ vicit, ferro possit comparari. ] Potuerunt igitur partes inuicem copulari nexibus cognationum & affinitatum, sed non idcirco sibi adhaerent; & vnus alium in supremæ potestatis consortium renuit admittere: quia vbi agitur de summo Imperio, iacent omnium iura necessitudinum; & vt illa Megæta patrem curru inuecto proteri mandans aiebat. In causa regni, nullum est adeo Sanctum alias nomen, quod non violetur. Et ob causam Theodulfus Aurelianensis, lib. 3. carm. 10. obseruat omnium populorum vsum tulisse, vt Princeps summus careret socio. Sic enim canit.

*Fabula Geryonem tricitem regnasse canit, quæ  
Vnum cor potuit fratribus esse tribus.*

*Pagina ueredito recinit sermone beata:*

*Figmenta exsuperans omnia, lege pia.*

*Terrea germanos ob regni culmina Reges*

*Crueli quosdam fraude dedisse neci.*

*Omnibus hoc votis, omni est hoc arte cauendum*

*Ne nostri in seculo tale quid esse queat.*

*Gentibus vnus erat pridem sermone omnibus vsus*

*Vnus vi è fratrum corpore sceptrum geruit.*

*Cætera nitatur magni pars esse senatus*

*Ve regni solidus continetur apex.*

*Affrictis, Phariis, Hebrais, vnus fuit iste:*

*Geeti & Achæmenis qua fuit ante locis.*

*Morem hunc Paribus habet, hunc Atticus atq;*

*Quirites.*

*Decolor hunc Indus, hunc Agærenus habet.*

*Mos fuit iste Getis, Hunnis, Maurisq; Negellis,*

*Et reor Ethiopiamos habet iste reos*

*Thracius & Phrygius tibi seu Lacedæmona*

*telus*

*Gens si qua, aut modò fert sceptrum, vel ante*

*ulit.*

Nimirum quia omnibus naturali lumine perspectum fuit, potestatem supremam cuiusmodi est ea de qua agimus consortem non ferre; & prudentem regiminis constitutionem, ab ea societatem comparis abhorrere.

9. Abundè monstratum videtur, quàm improvidè Aduersarius, societatem summæ potestatis in geminis fratribus allegarit stabilendam nouitatem pro qua fatagit: cum ne frater fratrem, nec alius cognatus, aut affinis in summæ potestatis participio, cognati aut affinis nomina attenderit, consortij impatiens. Et quod de allectione Cæsaris in Augustos adducebatur, est planè inane. Aut enim salua erat subiectio allecti ad allegentem, aut interueniebat partitio prouinciarum quas quisque seorsim sibi haberet regendas independentem ab alio. Sanè Lucius Verus, ita M. Antonio fratri adiunctus est in Imperij consortem. [ Quando primum (vt ait Capitolinus) Romanum Imperium duos Augustos habere cœpit, ] vt reuera Fratri à quo allectus fuerat, subiaceret; obsecutus illi, vt legatus Proconsuli, & Præses Imperatori. Verba sunt eiusdem Capitolini. Ex quibus liquet, delato licet fratri titulo, ac insignibus Augusti, summam tamen rerum penes Marcum permansisse; atque adeo ne tunc quidem fuisse binas summas potestates in vertice Imperij Romani, nisi titulo tenus. Id quod æque cogitandum est de postea factis

factis tam multorum allectionibus in Augustos, nisi cum suis quisque portiones imperij, suo nutu regendas accipiebat, vt factum est inter Constantini filios, & inter Honorium atque Arcadium, Gravianumque ac Theodosium. Cæsarium, qui simul cum Augustis vivebant, alia fuit ratio. Erant enim duntaxat Imperatores designati, & in spem summæ potestatis creabantur; Designatos Augustæ maiestatis hæredes, vocat Guarrianus in Aëlio vero. Et hæc ipsa veluti proliuio ad Imperium, & obitio primæ scandulæ qua supremæ potestatis fundata erat, neminem later quantatum suspitionem sementis sæpè extiterit; aut quantoperè famem Cæsarium exaceruit, dum ad potiundum imperium saluarent; præsertim si fera nimis esset vita Augusti, & præter votum protraheretur pleni Imperij possessio: Vt pro miraculo habitum sit, quod Antoninus Adrianum, cui successor dictus erat, vitæ fastidio prohibuerit, inde prius cognominatus. Non sic Caracalla erga Severum patrem, vel Iulianus erga Constantium. Si tamen captatio plenæ potestatis, quàm Cæsares spe tantum tenebant, omnem illis reuerentiam excussit erga eos quibus erant obstrictissimi, in promptu est æstimare, quid non fuissent commisi, si iam potiti gustu exercitij summæ potestatis, adacti fuissent, consortem, plerumque disparis arbitrij futurum, nec vno voto victurum agnosceret.

10. In summa, fuit semper ea allectio in collegam supremæ potestatis, suspecta periculi confusionis ac tumultuum & scissionum. [ Nam multiplex Imperium, (verba sunt Eusebij Orat. de laudib. Constant.) quod ex hominibus honore & sensu paribus constat, quodque cum Monarchia ex aduerso pugnat, confusionis ac seditionis potius, quàm Imperij nomen meretur. Quamobrem vt vnus Deus est, non duo, non tres, neque præterea plures; (nam Deorum introducere multitudinem, est reuera Deum tollere) sic vnus omnium Rex & Imperator, vnum illius verbum, & Regia lex vna. ] Vidit hoc Lydus ille quem Serinus referente Stobæo serm. de Monarchia adducit alloquentem Cræsum, cum fratrem in Consortium Imperij assumpsit. [ Omnium (inquit) in terra bonorum, Rex author est Sol: neque quicquam extaret in terra, Sole non illustrante. At si gemini Soles fierent, periculum immineret, ne omnia conflagrantiâ, pessum irent. Ita & Regem, vnum quidem accipiunt Lydi, & Seruatorem esse credunt: duos verò simul, tolerare non possunt. ] Ne in priuata quidem domo, nedum in Regno, aut Imperio, duas ex æquo moderantes summæ potestates absque confusione & tumultu esse posse, dixit Græcus Poëta Eutypid. in Andromacha act. 2. Clementi Alexandrino sæpè laudatus. Et probat ex vigente inter duos fabros inuidia, & ex tumultuosis geminis dominiis ciuitatum.

*Quando item statum Nautas ferunt celeres,  
Gemina mentium sententia super Gubernaculo,  
Multitudòque frequens sapientiu imbecillior est  
Vna mente, cui summa rei constituende po-  
testas est,*

*Licet sit tenuior vnus potentia,*

*Vales & publicè, & domus cum rerum petitur*

*ma. quilibet, et.*

Theodorus & Constantinus Pontificia.

11. Nullo ergo modo est verisimile, Christum Dominum, talem formam regiminis, & aded incommodam, adeoque malis obnoxiam gubernandi rationem, locum in Ecclesia tam prouidè, ac sapienter constituta habere voluisse: ita vt valere circa eam posset illud Hieremæ c. 12. v. 10. *Pastores multi, domolius sunt vineam meam, concalcauerunt partem meam desiderabilem in desertum solitudinis.* Idque à Christi institutione abhorrere, nec vnquam admittendum esse perspexisse videtur Clerus Populusque Romanus, tempore Constantij, qui Liberium ob infractum initio animum, nec ad sancti Anastasij damnationem vllis aut precibus, aut minis emollitum, relegari in exilium iusserat, suffecto ei Felice II. Mox verò cum matronarum supplicibus postulatis dedisset Liberij regressum, datis Romam literis edixit, vt Liberius, non exautorato Felice, sedem reciperet, ambobus simul ad Ecclesie Clauum sessuris, & administraturis Apostolicam sedem id quod Synodus item Syriensis Ariana, datis ad Felicem & Clerum Romanum literis, statuisse refertur à Sozomeno libro quarto, capite 14. Reclamante tamen authore libri de Romanis Pontificibus qui Liberij postquam aduersus sanctum Athanasium subscripserat, mandatam à Synodo restitutionem testatur, vnâ cum depositione Felicis. Vt vt sit, Romanus populus (quod Theodoret. notauit lib. 2. hist. c. 17. cum in Circo in quo spectaculis operam dabat, de Imperatoris literis & gemino deinceps Pontifice inaudisset, derisit Imperiale decretum, quasi bifariam tunc diuise plebi; & his ad Prænos, illis ad Venetos se adiungentibus, binos Constantius prouidisset Episcopos. Moxque in communem vocem serid erumpens exclamauit: *Vnus Deus, vna fides, vnus Episcopus.* Nec alius fuit sensus Confessoribus illis Romanis, qui à Nouato prius seducti, & in Nouatiani Pseudopontificis partes contra sanctum Cornelium dolo abstracti, imposturam postmodum dedocti, in hanc vocem eruperunt, vt est in sancti Cornelij literis ad sanctum Cyprianum Epistol. apud Cyprian. 46. [ Et si videbamur, quasi quamdam communicationem cum schismatico & hæretico homine habuisse, sincera tamen mens nostra, semper in Ecclesia fuit. Nec enim ignotamus vnum Deum esse, vnum Christum esse Dominum, quem confessi sumus, vnum Spiritum sanctum, vnum Episcopum in Catholica Ecclesia esse debere. ] Vbi disertè Romanus Pontifex, & Catholica Ecclesie Episcopus dicitur, & non nisi vnus esse debere affirmatur à Romanis Confessoribus,

12. Et idem planè affirmandum est de alijs Episc. vni alicui particulari Eccles. præfectis. Ita enim Spiritus S. eos posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, vt quisque suam sibi sedem absque consortio consentaneè ad Christi institutionem haberet. Nec incommodant huic negotio qui aliquando in quibusdam Urbibus sedere visi sunt plures simul Episcopi, vt Meletius & Paulinus Antioch. S. Valer. & S. August. Hippone. Idem delatum esse Episcopis Donatist. à Catholicis Episc. habetur ex Epist. notoria, quàm Episc. Catholici Marcell. Tribuno & Notario obtulerunt cum cum Honorius Collationis Carthagi-

PUNCT. 3.  
Capitulum  
vniuersi, aequè  
monstrofa.

PUNCT. 3.  
Capitulum  
vniuersae, eque  
monstrata.

nenfis, Iudicem delegisset. Veritatis enim fiducia condixerunt, vt si Donatistae vincerent, ipsi soli remanerent Episcopi. Sin autem vincerentur, in Collegas simul Episcopatu potituros admitterentur à Catholicis, donec vno eorum defuncto, deinceps iam singuli pristino more succederent. Idque est, quod D. Augustinus sermone 36. ex 40. nouis per illud tempus habito, significat cum ait. [Latum mandatum tuum valde, Domine Deus noster, approba quia propter ipsam latitudinem, fratres nostros ad possessionem pacis inuitamus. Episcopi vultis esse? Nobiscum estote. Non vult populus duos Episcopos, nobiscum in hereditate fratres estote. Non propter honores nostros, impediamus pacem Christi.]

13. Nego ita officere antedictis. Neque enim, qui ita ad alium Episcopum allegebantur Episcopi, erant simpliciter Episcopi, eidem Ecclesiae plena Episcopali auctoritate simul praesidentes: sed vel vnus eorum erat duntaxat designatus successur, vel vterque portionem suam Episcopatus antea diuisi regendam accipiebat, ad tempus. Primum videtur habuisse locum in S. Augustino, cum à Valerio & Seneca, & dicendi ob linguæ vitium impote, verito ne D. Augustinus ad aliquam aliam Ecclesiam exeret, cooptatus est in Collegam: quod tamen illegitimè factum, agnouit postea S. Augustinus epist. 112. factus & sibi, & seni Valerio incomperitum tunc fuisse canonem Nicenum Canon. 8. quo Nouatianis Episcopis respicentibus, regressum ad Ecclesiam, & pristinos in Clero honores ita concessit, *primogenita illa Spiritus sancti filia* Anast. Sina. cap. 9. *id est* vt tamen in vna ciuitate non essent duo simul Episcopi. Et quanquam Sinodus Nicæna, non de Episcopis duntaxat designatis (cuiusmodi sunt Adiutores, etiam si character Episcopali initiati) sed de Episcopis simpliciter dictis egisse videri potest; nihilominus S. Augustinus indoluit, se, vel eo diminuto modo, eiusdem Sedis simul cum alio factum esse Episcopum: & postulans sibi successorem Eradium, noluit eum habere. Collegam adiutorem, sed pleno iure successorem futurum designauit, nec federe secum voluit & ordinari Episcopum, habenas ei iam tunc permittens, vt Ecclesiae pro arbitrio moderaretur; sed tantum ad eum in gradu presbyterij remanentem, referri voluit negotia, de quibus si necesse foret, ab eo consuleretur.

14. Alterum quod dicebam de variis eiusdem Episcopatus portionibus ad tempus attributis, pluribus simul sedentibus Episcopis, habuit locum in Meletio & Paulino Antiochenis Episcopis ex decreto Concilij Antiocheni; de quo Socrates lib. 5. c. 5. atque Sozomenus lib. 7. c. 3. Et videntur etiam ad hunc modum intendisse Catholici Episcopi Africani admittere Donatistas in Coepiscopos; si respicere vellent & concordiam facere. Verba enim D. Augustini serm. 37. ex 40. nouis referentis, quid Episcopi pacis causa obtulissent, sunt huiusmodi. [Diximus posse in vna Ecclesia pacis causa esse fratres concordantes (speciosa enim res est concordia fratrum.) Non posse enim duos esse Episcopos diximus vt ambo sedeant in vna simplici Basilica: Ille in Cathedra, ille vt peregrinus: Ille in Cathedra Christiana,

ille in Heretica; quasi collega iuxta sedeat: rursus, ille in Congregatione sua praesideat, vicissim ille in sua.] Et in Notoria Episcoporum ad Marcellinum. [Poterit quippe vnusquisque nostrum honoris sibi socio copulato, vicissim sedere eminentius: sicut peregrino Episcopo, iuxta confidente Collega. Hoc cum alternis Basilicis vtrisque conceditur, vterque ab altero honore mutuo prouenitur, qui vbi praecipio charitatis dilatauerit cor, possessio pacis non fit angusta; vt vno eorum defuncto, deinceps iam singuli pristino more succedant.]

15. Ex his ergo apparet, nunquam viguisse vsum, vt eiusdem simul plebis duo essent pleno iure Episcopi; quia sensus Ecclesiae semper fuit, id abhorreere à Christi institutione. Vnde meritò Ludouicus à Tena reicit Salmeronem qui apud Paulum, Philipp. 1. verba illa qui sunt Philippis cum Episcopis & Diaconibus, accepit de pluribus Episcopis regentibus variarum nationum diuerso idioma te vrentium inibi degentium incolas. Quod etiam idem Salmeron aptat illud eiusdem Apostoli 1. Cor. 14. *Volo quinque verba sensu meo loqui: quae quinque verba*, putat esse plura idioma, quorum esset vsum Corinthi: & pro ea linguarum varietate suum cuique genti & idiomati praesuisse rectorem Episcopum existimat. Hoc praeter Tenam reiciunt ad eum locum Epistolae ad Corinthios Iustinianus, Ektius, atque Cornelius, quorum iudicio Apostolus per Episcopos, designat sacerdotes, iuxta antiquum loquendi modum. Nunquam enim nisi grassante schismate, plures ipsam Episcopi eiusdem ciuitatis fuisse leguntur. Nimirum quia, vt praemis, sensus Ecclesiae semper tulit eam capitum eiusdem particularis Ecclesiae multitudinem, esse à Christi mente alienam. Quanto ergo magis in totius Ecclesiae suprema praesectura, consentaneè ad Christi mentem, vnitas Rectoris Christi Vicarij est necessaria?

Audio quid Aduersarius ad ista reponat. Causatur enim se grauari calumnia; quasi diceret, aut nunc posse, aut extra vnicum SS. Petri & Pauli exemplum aliquando potuisse fieri, vt duo essent simul Summi pontifices cum tamen tantum contendant, ea duntaxat vice, ex speciali priuilegio in scripturis & traditione expresso sic contigisse. Verum quid scriptura ac traditio ferant infra expendemus. Nunc dico, nulla ratione esse verisimile, Christum eam aded vitiosam regiminis formam, vel ad eam vnam vicem, induci in Ecclesiam voluisse. Et maximè in personis illis, par fuit non statui exemplum reprobae illius pluralitatis pontificum, ne serperet malus vsum. Qua ratione cum aliqui ad extollendam Deiparam, dixissent eam praesidisse concilio primo Apostolico, displicerent prudentibus tractatoribus, monentibus non expediuisse statui in Deipara exemplum talis muliebri praesidentiae in conuentu Ecclesiastico, ne deinceps faminea animi impotentia eo aspiraret, & Elisabeta quaequam, pro Ecclesiae Capite se venditans, factum suum ea Virginis Matris praerogativa tueretur. Idem ergo in hoc negotio est statuendum.

Neque

16. Neque verò si supponeremus id ritè semel factum esse, haberemus vnde solidè euinceremus, non posse id ipsum sepius ad praxim reuocari. [Quod enim semel fecisse bonum est, non potest malum esse, si frequenter fiat: aut si aliqua culpa vitanda est, non ex eo quod saepe, sed ex eo, quod fit aliquando, culpabile est.] Iudicium est S. Hieronymi, ex eo confirmantis posse alio tempore frequentari sacras vigilias, quod in vigiliis Paschae, quas Ecclesia vbiuis religiosissime obseruabat, negligerentur incommoda vigiliarum, quae Vigilantibus pro aliis temporibus se timere obtendebat. Itaque, cum institutio, Christi sit metrum ad quod conformanda est posterorum institutio, profectò si Christus binos simul instituit Pontifices summos, fas est Ecclesiae institutis Christi inhærendo, duos simul Pontifices habere, quod parum consequenter inficiatur Aduersarius.

17. Modus posterior vnitatis moralis binorum Capitum, is erat, quo duo cum pari potestate suprema, moderarentur Ecclesiae; ita tamen vt potestatem non exercerent, nisi alternis. Verum non est, quod simus in praesentia de his capitibus solliciti; quia Aduersarius non dixit SS. Petrum & Paulum alternis fuisse Pontifices, sed vtrūque simul praesuisse Ecclesiae cum suprema potestate. Deinde is modus regiminis aded imperfectus est, tōque incommodis apertè obnoxius, vt nullo verisimilitudinis colore fingi possit, fuisse à Christo probatum. Imperfectio autem illius regiminis, sita praesertim est in defectu perpetuitatis pro toto tempore vitae: quem regendi modum grauibus temporariae potestatis incommodis liberum esse, sapienter demonstrat Nicolaus Orlandinus, lib. 5. histor. Societ. à num. 223. Ea item ratione, praebetur occasio fouendi ambitionem, dum quisque caprat gubernacula breui ab vno in aliu deulenda, vt apud Iudaeos contigisse ex hac causa, cum Pontificatus ex Dei Lege perpetuus, factus est annuus, obseruauit S. Augustinus, tract. 49. in Ioan. Plerumque item seruitur impotenti cupiditati Tyrannorum, siue volentium ea ratione gratificari pluribus, eosque sibi habere obnoxios, siue satagentium marsupia exsurgere ad noui cuiusque Antistitis electionem. Qua ratione, ex quo Imperium Constantinopolitanum Othomanicæ potentiae cessit in praedam, Patriarchae Orientales identidem de gradu deiciuntur, vt vno abiecto sufficiatur alius, qui pinguis infamis mercimonij pretium offerat, quod iam olim coeptum, vt in Turcograecia videre est, hodièque miserè continuatum liquet. Nec admodum dissimili ex causa, cum ventum est ad sedimentum legis Iudaicae, Pontificatus quem more antiquo necesse erat esse perpetuum, factus est annuus, iuxta illud de Caipha, erat Pontifex anni illius: quod in hunc sensum interpretatus est Sanctus Augustinus in cap. 11. Ioan. tractat. 113. & probabiliorum esse expositionem, censet Maldonatus Luc. 3. vers. 2. Et saltem pro libito Praesidium Iudaeam administrantium, Pontificatum vni creptum, alteri datum esse, constat ex Iosepho 18. antiquit. cap. 4. notatque ex receptissima sententia Maldonatus in cap. 11. Ioan. vers. 51. Sicque Caiphas defecto Anna adhuc superstiti, potuit esse Pontifex anni illius: quod non fuit

Theophili Raynaldi Pontificia.

set de eo pronunciatum, si Pontificatus in solo ac genero simul ex dimidia parte fuisset, vt finxit Caluinus, rectè confutatus ab Adamo Gontzen in cap. 3. Lucæ vers. 2. quaest. 1. Multus est in eo nodo extricando Baronius anno 31. Vt vt verò ea Pontificatus Iudaici mutabilitas se habuerit, de qua nunc nostra non refert, Christus in Ecclesia sua Pontificatum perennem esse voluit, nisi renunciatio electi in Pontificem interueniret: quam posse validè & honestè interuenire, confirmat Petrus Damiani, epist. 9. & tanquam certum declarauit Bonifacius VIII. in 6. lib. 1. tit. 7. cap. 1.


18. Manifestè igitur euictum manet, neutrum è modis quibus Aduersarius exponere poterat, quomodò duo capita dici possent vnum, esse reuera idoneum; nec posse censeri vnitatem, sed debere potius confusionem appellari, vt rectè pronunciauit Facundus, lib. 1. cap. 2. de vnitate Eurychianorū. Rectè quisque dicitur effugium merè in vocibus situm, ad declinandam inuidiam ex nouitia inuentione binorum corporis Ecclesiae capitum; quae monstrositatem praefert, & apud imperitos vtrumque videtur declinari, cum duo illa capita dicuntur in vnum coalescere, nec esse nisi vnum caput; quamuis si vnum est, multitudine careat oportet; aut si est in eo multitudo, non possit agnosci in eo vnitas. Ridiculum verò est, quod Aduersarius in hanc causam aduocat, diuinissimam Triadem, in qua tres personae vnicum sunt ac triplex lumen, vt loquitur Nazianzenus orat. 39. Sed praeterquam quod meminisse oportuerat, Dei proprium esse nullam admittere comparisonem, vt rectè statuit S. Hilarius, ratum est apud Theologos, tres diuinae Trinitatis personas, non posse dici tres creatores, atque aded tres orbis moderatores, aut tria mundi capita; quia omnes illae denominationes, spectant omnipotentiam, voluntati nostro loquendi modo subiunctam, quae non multiplicatur pro numero personarum, sed est pro omnibus vnica & simplicissima. At bina capita de quibus agimus, cum sint duae personae creatae, non possunt non instrui sua quaeque voluntate. Inceptè igitur huc aduocatur Sancta Trinitas & indiuisa vnitas; vel vt Ennodius lib. 9. epist. 7. asperè de more dixit, triplex in vnitatibus maiestas.

19. Inceptè praeterea aduersarius, cum bina sua capita vnum efficere, confirmat ex S. Gregorio, vnius S. Petri sedem tribus in locis agnoscente, nimirum Romae, Alexandriae, Antiochia, quibus omnibus locis S. Petrus sedit Episcopus. Hoc quid ad institutum? Quamuis enim SS. Gregor. & Eulogius, ac Anastasius, qui tunc regerant Ecclesias quas S. Petrus aliquando per se ipsum rexerat (vnde etià dictae sunt Patriarchales) in eo conuenirent, quod vnius & eiusdem Apostoli Cathedrae insideret, modo explicato in Corona aurea praenot. 4. & eatenus nonnulla veluti affinitate colligarentur: Tamen ita erant tres Pontifices, vt non essent vnus Pontifex. Id enim neque dicit S. Gregorius, neque reuera dici potest, sicut neque potuerunt dici Ecclesiae capita, cum solus Romanus Pontifex capitis nomine absolute quoad totam Ecclesiam donari possit: benignèque accipienda est *quincipiti Ecclesiae* denominatio à S. Theodoro inuicta penès quinque Patriarchas; ita scilicet

D d 2 vt

PUNCT. 3.  
Capitulum  
vniuersae, eque  
monstrata.

PUNCT. 4. vt omnes ac singuli sint capita, cum distributione accommodata; Romanus simpliciter & absolute, ceteri non nisi secundum quid, nempe per ordinem tantum ad suum regimen, & cum subordinatione ad Romanum. Non tamen idcirco possunt dici vnus Episcopus, nisi originaliter, vt sic dicam; Et eo modo quo S. Cyprianus lib. de vnit. Eccles. dixit, Episcopatum vnum esse, & à pluribus teneri, quia spectabat originem totius Sacerdotij & fontem Hierarchiæ, cui adherere necesse est omnes ritulizari velint exarscere. Sed hoc vt per se patet, nihil refert ad vnitatem binorum capitum, qualem Aduersarius inducit, cum æquiparantia amborum; & absque subordinatione; & qualem fortassis etiam cogitabat schismaticus Balsamon, cum quinque Patriarchas dixit esse vnum caput Ecclesiæ Dei.



## PUNCTVM IV.

Notio capitis mystici à S. Paulo aliena, in solum verò S. Petrum perbellè cadens, cum monstruositate bicipitis Ecclesiæ corporis, pugnat è diametro.

**N**OMEN Capitis Ecclesiæ, analogicum est, ad caput physicum corporis humani: sicut appellatio corporis mystici, qua Ecclesia designatur in ratione cætus è variis veluti membris coagmentati, ducta est ex proportionem ad corpus physicum, in quo caput est omnium membrorum nobilissimum, quippè sedes omnium sensuum, & origo neruorum per quos è cerebro capiti insito in vniuersum corpus dispersos, motus & sensationes obeuntur, ac directio toti corpori præstatur. Inde tot capitis præconia, & tantum in eius tutelam naturæ & artis studium, de quo plenè in Tractatione de Pileo. Per proportionem ergo ad hoc caput, is dicitur visibile caput mystici corporis Christi, qui Ecclesiæ vniuersæ præest tanquam omnibus fidelibus eminentior, eisque in causa fidei & sanctorum morum, directionem infallibile præstat, ex Christi institutione, & singularissima Spiritus sancti assistentia, ad metam vsque seculi nõ defectura. Euoluit optimè hanc mystici capitis notionem Gabriel Biel, lect. 22. Cano. à lit. I. nec à nobis est præterita, l. 5. de Christo sect. 4. c. 9.

2. Hanc capitis Ecclesiæ notionem in S. Petrum cecidisse dum vixit, & cadere etiam in successores eius Romanos Pontifices, omnibus semper Catholicis fuit extra dubium: Ideoque passim Pontifices Romani visibilia Ecclesiæ capita audiunt, nequequam fremdente Caluino, 4. Institut. cap. 7. quæst. 21. qui nugamentis verius quam argumentis alibi nullo negotio contritis, hanc apud omnes prostritam Pontificum denominationem ausus est quater,

Effrontissimè verò mentitus est Bucerus, cum effutit, eam Capitis Ecclesiæ denominationem, ne ipsi quidem S. Petro à quoquam aliquando fuisse tributam: quod Canus, 6. de loc. cap. 3. merito notat impudentiæ, & quidem insignis. Tametsi vtro do, deceptos esse, qui censuerunt vocem *Cephas*, qua Christus S. Petrum insigniuit; *Caput* sonare: id quod videtur voluisse S. Optatus, lib. 2. eo celebri loco quo sic affatur Parmenianum. [Negare non potes, scire te, in vrbe Roma, Petro primò Cathedrali Episcopalem esse collatam, in qua sederit omnium Apostolorum caput Petrus: vnde & *Cephus* appellatus est. Idè habet Ioannes XXII. loco mox annotando, & Anacletus in Epist. 3. quem tuetur, vt potest Turrianus, lib. 2. contra, Magd. cap. 3. & Rangdus latè 1. Reg. 15. ad verf. 17. quæst. 9. Nò adseribor, quia tametsi vox Græca κεφαλή significat caput: tamen Christus cum nomen illud imponeret, non loquebatur Græcè; sed Hebraicè, vel Syriacè, aut vt Iansenus, cap. 17. concord. maullt Chaldaicè: in quibus Idiomaticis vox *Ceph*, aut *Cepha*, quam Græci exprellerunt per *Cepha*, non sonat *Caput*, sed *rupem*, vel *saxum*: in quam rem multa habent Caninus, de locis noui testam. cap. 3. & Adamus Gontzen, in cap. 16. Matth. v. 18. quæst. 1. & alij quos annotaui in Heteroclitis, Spiritualibus, agens de nominum mutatione apud plerisque anomala. Asserit S. Petro hanc visibilis Ecclesiæ capitis prærogatiuam, varia munia in scripturis consignata, quæ studiosè appendunt Hæreseologi, & benè Rossensis, art. 25. contra Luth. Valentia, lib. 7. analys. cap. 6. Bellarminus, l. 1. de Pontif. à cap. 19. Arturus, centrouerf. 2. Posnaniens, p. 1. c. 6. Et insigniter, nec legistatorem duntaxat agens cuius tantum est (iuxta Senecam) edicere, sed etiam agens in hoc puncto insignem disputatorè, Ioannem XXII. in diplomate dationis Marsilij Patavinii descripto à Bzouio anno 1327. Tanquam euidens est de S. Petro Ecclesiæ capite, vel quod eodem recidit fundamentario edificandæ Ecclesiæ saxo Christi suffragium, vt mirum non sit, Catholicos omnes summa semper consensione id agnouisse.

3. De eadem prærogatiua S. Paulo vendicanda, nemo hætenus Catholicorū cogitationem susceperat, quamuis ex hæreticis non pauci, eò pridem visū collimasse, quatenus pro asserenda æqualitate Apostolorum omnium cum S. Petro, laborauerunt: id quod sollicitissimè nuper fecit homo Apostata vir inutilis, M. Antonius de Dominis, nominatim vrgens S. Pauli paria, interdum etiam potiora, quàm S. Petri decora. Sed ille cum Ecclesiæ homo non fuerit (vt ille quondam de Tertulliano dixit) fecit quod eam personam decebat, incurrens in caput fidei, quo deiecto intentum facile assequeretur. Adhæsit quoad hanc partem huic tenebriioni, Aduersarius cum quo agimus. Ato quoad hanc partem; quia verum est multò plenius insaniuisse M. Antonium de Dominis in hoc negotio, sublata ob illam Pauli cum Petro exæquationem Monarchia, & induta eius loco anarchia, vniuersaque Hierarchiæ Ecclesiasticæ Symmetria, peruersè labefactata. Hoc primo impetu non est apertè aggressus,

is cum quo agimus, sed retenta Pontificiæ dignitatis in Romanis Pontificibus maiestate, eà de nouo auctam voluit, ex allectione S. Pauli ad S. Petrum, ita vt ambobus ex æquo participantibus Pontificiam dignitatem ad modum vnus capitis, succedant Romani Pontifices, veri in sacra Ecclesiæ politia Monarchæ: vnde nihil eis decedere putat, ex eo quod S. Paulus S. Petro æquiparetur: imò multum accedere, cum ad ornamentum, tum ad potestatis extensionem; eo quod tam illustrem habeant decessorem; ratione cuius sicut per S. Petrum in Hæbreos, ita in Gentiles quorum erat specialiter Pontifex S. Paulus, summa potantur spiritali auctoritate.

4. Hic est breuiculus doctrinæ Aduersarij, quam in sequentibus particulatim excutemus. Nunc breuiter monstrandum est, decus capitis Ecclesiæ, in S. Paulum non cadere; Et nouum hoc caput, quod corpori Ecclesiæ appingitur, verè tuber carnosum existimandū esse, non caput; atque aded monstruositatem mystico corpori inuecturum, si admittetur. Semper dico iuxta Aduersarium, S. Paulum esse caput, quia tametsi officias hinc strenuè captauit, tamen reuincitur apertè id dixisse ac sensisse. An non enim explicatissimè dixit vernaculo suo Idiote, *S. Pierre, & S. Paul sont deux chefs, qui n'en font qu'un*: Hæc vernacula, quomodò fidelius exprimi Latine possunt, quàm dicendo: *S. Petrus, & S. Paulus sunt duo capita, que non nisi vnum efficiunt*? Planè tricator & in plano quærit salebras, qui hoc negat, & inepta grammatice refingens vocum notiones, tentat illudere lectoribus, & doctrinam cui tuendæ par non est, vnum rectorio obducere fatigat. Itaque rectè assumo, de Aduersarij sententia, S. Paulum dicendum esse caput Ecclesiæ. Et verò Aduersarius quamuis illius tituli inuidiam conetur declinare, id ipsum tamen aliis vocibus eadem notione grauidis enunciat, ac proindè nec linguam corrigit, nec sententiam.

5. Ostendo ergo, non fuisse S. Paulum Ecclesiæ caput, quia nullas vnquam capitis partes obiuit, nullamque exercuit functionem, ex qua summam illam in Ecclesia regenda auctoritatem prodiderit. Eiusmodi functiones complures, penès quas S. Petrus caput fuisse deprehendimus, subministrant scripturæ. Nam & cum agendum fuit de substitutione vnus cuius discipulorum in locum de quo præuaticatus erat Iudas; & cum dandum fuit initium prædicationi Euangelij post acceptum Spiritum sanctum; & cum tractanda fuit causa gentium circa obseruationem legalium; primæ semper fuerunt S. Petri partes, eique grauissimorum illorum negotiorum directio, tanquam præfidi, & capiti omnia moderanti incubuit. Nihil simile suppetit pro S. Paulo, magis quàm pro aliis vndecim Apostolis: quos tamen ij cum quibus agimus, non exornant titulo capitis Ecclesiæ nec verò possunt. Sanè quæcumque in S. Paulo celebrantur, ad vendicandam ei dignitatem capitis; prædicatione, multarum scripturarum Canoniarum exaratio, sollicitudo pro Ecclesiis omninò multis ab eo constitutis, aut constituendis, illustre pro Christo martyrium; hæc inquam omnia, sunt orna-

menta aliis Apostolis cum S. Paulo communia. PUNCT. 4. Esto quia Paulus immediatè à Christo ipso iam cælis illato vocatus ac eruditus est, & quia plus omnibus laborauit, & Dei causam egit, tam feruè ac nauiter quàm nemo alius, dicatur antonomastice *Apostolus*. Sed cum hoc decus, & fundamentum è quo petitur, sit quasi specificè commune omnibus Apostolis, nemo non videt id non posse sufficere, ad S. Paulum dignitate capitis vniuersalis exornandum, cumque emancipandum à patria in ipsum potestate S. Petri, qui omnium Christi filiorum pater fuit, & omnium eius ouium pastor & rector, proindè etiam Apostolorum.

6. Quin à suppetit è Scriptura, vnde eam S. Paulus ad S. Petrum subiectionem; ipsius Pauli testificatione astruamus. Narrat ipse B. Paulus, ad Gal. 1. se post annos tres à vocatione & conuersione sua, cursu prædicationis interciso aduise Hierosolymam videre Petrum. Vbi Chrysostomus emphaam Græcæ vocis ponderat, quæ est *ισόπαισι*. Non dixit *ισοί*, id est, *vt cernerem Petrum*, sed significantissima voce *ισόπαισι*, id est, *vt viderem*. Quomodò loqui solent, qui magnas ac splendidas vrbes inuifunt, cognoscendi gratià: Aded indicabat operæpretium multoque studio dignum, tantummodò videre virum. Benè, quod Paulus S. Petrum habuit pro quodam veluti magnificentiæ ostento, iuxta Chrysostomum qui ea quoque Pauli verba egregiè expendit, Tom. 5. Græcol. hom. 61. Quod tamen cursum Euangelicæ prædicationis intercederet, tantum vt aded magnificentum spectaculum fuisset oculis conspiceretur, homo aded auulsus à se ipso, tamque à sibi placendo auersus, agrè suaderetur. Et quanquam vel ex adito S. Petro, tanquam spectaculo sine obiecto admodum magnifico, ingeratur cogitatio, agnitæ per Paulum summatæ in Ecclesia dignitatis S. Petri, tanquam ipsius Christi Vicarij, alioqui si solum Petri sanctitatem & priuata decora insinuare voluisset, non minus congruè aduisset Ioannem dilectum Christo discipulum nulla vnquam abnegati Christi labe pollutum; vel certè Deiparam, cui *instituti sanctimonie prodigy*, ac *cælestis spectaculi* nomen est inditum. Quanquam inquam ea sancti Petri per Paulum aditio cum nonnulla prædicationis Euangelicæ incommodatione, ad vsurpandam oculis tantam eius maiestatem, non parum suffragaretur præfenti instituto: tamen agrè (vt dixi) suaderetur, quod S. Paulus salutis animarum stitientissimus, & zeli in conuersione gentium flagrantissimus, tantum ad satisfaciendum ei licet sanctæ & innocuæ curiositati videndi Vicarij Christi in terris, ministerium suum ad tempus deseruerit, & Hierosolymam non breui intervallo seiunctam petierit.

7. Sed neque explet animum, quod S. Hieronymus, in cap. 6. ad Gal. hanc S. Pauli ad Petrum profectionem accuratè expendens, est arbitratus; nimirum factam est ad honorandum S. Petrum, priorem Apostolum. Hoc si de nuda temporis antecessione in Apostolatu accipiatur, nihil peculiare continebit, ob quod S. Paulus iter potius ad Petrum suscipere debuerit; cum ea ratio æquè militauerit pro omnibus aliis Apostolis præ quibus ipse erat abortiuus, id est post omnes Apostolos, Christo iam dis-

PUNCT. 4. gressu, alsuptus ad idem mutus. Et tamen peculiariter (vt S. Chrysostomus ibi obseruauit) uisendi solius Petri gratia se profectum, inter cetera Euangelij prædicatione testatur Paulus. Illud item certum est, profectiois illius consilium, non fuisse doceri à S. Petro, vt perperam ex Græca uoce *ἰερὸς αἰ*, eruit Erasimus; homo sibi uisus Græci idiomatis petitiore, quàm Chrysostomus in percipiendâ eius uerbi notione. Id enim disertè reiecit ipsemet Apostolus cap. 2. non ita multò post, cum ait, primores Apostolorum, ac ne ipsum quidem Cepham, cuius disertè meminit, nihil sibi contulisse; id est nihil se ab eis didicisse, propterea que præmiserat cap.

1. *Novum uobis facio Fratres Euangelium, quod euangelizatum est à me, quia non est secundum hominem: Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi.* Et cum ex reuelatione eam se doctrinam hausisse certus esset, non licet fingere, Paulum ancipitem circa doctrinâ, quàm disseminabat certitudinem, uoluisse idcirco Petrum adire, vt ab eo firmaretur in illius doctrinâ ueritate: eam tamen conficiens unde eam hausisset, contestetur eodem loco, anathema inlidendum esse cuiumque aliter docenti; ac ne Angelo quidem de cælo aduenienti si alia proferret, esse fidem præstandam. Itaque Petrus Damiani serm. de S. Luca, multis præfatus Paulum à Christo ipso fuisse edoctum non ab Apostolis, cautè ait dictum ab eo *ueni uidere Petrum.* Videre (inquit) non discere; suffragari que uidetur creditus Ambrosius in cap. 2. ad Galat. cum ait, [Dignum fuit vt cuperet uidere Petrum, qui primus erat inter Apostolos, cui delegauerat Saluator curâ Ecclesiarum.] Fauet item S. Hieronymus Epistol. 89. referens causam profectiois Pauli Hierosolymam, ad Petri tantam auctoritatem. Neuter uerò meminerat captatâ à Paulo instructionis per Petrum, qua certè non egebat Paulus, instructus diuinitus.

8. Quid ergo tandem causâ fuerit, cur Apostolus à Christo ipso de cælis immediatè uocatus & eruditus, tam sollicitè, nec absque aliqua Euangelicâ sementis incommodatione Petrum adiret? Vno uerbo rem attigit S. Chrysostomus, homil. 87. in Ioan. delatam S. Petro totius Ecclesiæ præfecturam expendens. [Os (inquit de Petro) erat Apostolorum, & Princeps, & uertex ipsius cætus: propterea & Paulus, cum præter alios uisurus ascendit. [Vtique ut ab eo ore Apostolorum, reportaret Oraculum, non ad suam eruditionem, sed ad habendam apud alios necessariam auctoritatem, ex confirmatione doctrinæ suæ per S. Petrum. Et hoc est, quod mox subdit, profectum se Hierosolymam, & contulisse Euangelium, quod prædicabat, cum iis, qui aderant Apostolis, sed nominatim cum cæterorum Capite Petro, ne forte in vacuum curreret, aut cucurrisset: hoc est ne eius prædicatio irrita abiret, non credituris cuiumque Euangelio fidelibus, nisi illud Petri auctoritas firmasset, & pro legitimo agnouisset. Tradit disertè hunc Pauli scopum in ea peregrinatione, Tertullianus 4. contra Marcio, cap. 2. affirmans Paulum adiuisse Hierosolymam ad Petrum, quia auctoritatem fidei, ac prædicationi suæ optabat.] Ad stipulatur Theodoretus scribens

in hæc uerba ad S. Leonem. [Si Paulus prædicator ueritatis, & Spiritus, sancti tuba ad Petrum uocatur, vt iis, qui Antiochiæ de uiuendo secundum legem Moysi discerebant, definitionem & explicationem ab eo ferret, multo magis nos, qui pusilli sumus & uiles, ad solium uestrum Apostolicum accurremus, vt à uobis medicinam uiceribus Ecclesiarum feramus.] Egregiè item Sophronius Hierosolymitanus in Synodica ad Honorium I. cum electus esset in Antiochiam, & ad Petri successorem; more maiorum de fide sua referret, ait se secutum Pauli exemplum in aduendo Petro. [Paulus enim cum aliquo arcana Dei, quæ non licet homini loqui (vt ipse ait) audisset, metuebat tamen ne cum aliis Euangelium salutis prædicasset, ipse reprobus fieret. Unde & Hierosolymam ascendit; quamquam Christi discipulus cælestis, & antecessoribus suis diuinis discipulis se submitit, & Euangelicam doctrinam quam prædicabat, iis qui uidebantur aliis antecessoribus manifestauit, ac dogma cum eis communicauit, postquam interrogando ut firmum sibi fieret, quod tradebat.] Hoc est, eo ipso, quod illo adibat, & percontabatur an non rectè haberet doctrinam quam tradebat, firmam apud alios, & ratam effici prædicationem, alioqui uacillaturam apud alios: ex quo fieret, vt in vacuum curreret, aut cucurrisset, nemine alioqui credituro, bonum ac legitimum esse Euangelium quod Petrus non probasset. Negabat sane S. Augustinus, lib. 28. contra Faust. c. 4. credendum esse Manichæo, post ducentos, & amplius à Christo annos uenienti, & nouam doctrinam ab Ecclesiæ rectoribus non probatam disseminanti. [Cum ipse Apostolus Paulus post ascensionem Domini de cælo uocatus, si non inueniret in carne Apostolos, quibus communicando, & cum quibus conferendo Euangelium, eiusdem societatis esse appareret, Ecclesia illi omnino non crederet: Sed cum cognouisset eum hoc annunciantem, quod etiam illi annunciabant, & in eorum communione, atque uinitate uiuentem, accedentibus etiam per eum talibus signis qualia & illi operabantur, ita eum Domino commendante, meruit auctoritatem.]

9. Hæc germana causa fuit, cur Paulus Petrum adiret, collaturus cum eo Euangelium, ne apud alios careret auctoritate, quod S. Petrum probasse non constaret. Ex superabundanti, cum aliis item Apostolis, qui uidebantur columnæ esse Ecclesiæ, contulit in ea profectioe Euangelium suum Paulus, vt hi Patres admoment, & haberet ex cap. 2. ad Galatas. Ex instituto tamen & principaliter, uenit in eam rem uidere Petrum: quippè eum in cuius manu Christum comprobationem prædicationis Euangelij à quocumque susceptæ posuerat: ita ut adito Petro, etiam si nullus alius adiretur; omnia quæ docuisset, aut doceret, pura & sana esse habenda non dubitaret. Ideoque Sophronius, firmitatem doctrinæ suæ ab Honorio Petri successore deposcens, non ab iis, qui fundatas ab aliis Apostolis sedes tenebant; ait se uestigis Apostoli Pauli insistere, Petrum aduentis in peregrinatione de qua agimus. Sic intellexerunt Pauli in ea profectioe consilium, præter Patres allegatos; grauissimi recentiores, Turrianus,

Turrianus l. 2. pro Epistolis Pont. cap. 4. Valentinus in Analy. lib. 7. cap. 6. Iosephus à Costâ, Onuphrius.

10. Habemus ergo manifestè, S. Paulum non pro Capite Ecclesiæ & æquali fidei Magistro cum Petro se gerentem; sed demissè ad illum aduentem, quasi suscepta discipuli persona, vt apud alios rata esset doctrina quam tradebat, eo ipso, quod Petri Doctoris Eminentiissimi à Christo constituti, calculus accessisset. Et hoc est, quod præclarè Gregorius Nyssenus in encomio Apostolorum, quod Gregorius è Viennensi Bibliotheca edidit, his uerbis, affirmat de Paulo cæterorum Doctore, Petri ex necessitate discipulo. [Saluator trinam Petri Confessionem, præfecturam commissione statim confirmat, ex quo ea dignitas Petro uenit, qualis nulli alteri. Et consultissimum fuerit, hanc gratiam, & honorem istum excellentissimum, cum nullo alio comparare uelle. Et licet Paulus ad Christum in cælum ascenderit, vt discere, quæ discere & alios docere deceat; attamè Petrus eundem iam cælum delapsus; præsertim habebat, & quæ faciendæ essent, & quæ non, exponentem; sibi que omnium præfecturam tradentem, coram audiebat.] En Paulum Petro Apostolorum Doctore (sic enim Petrus à Chrysostomo, in Encom. SS. Petri & Pauli, denominatur, & eodem recidit, quod Cassianus, lib. 3. de Incarn. cap. 12. Petrum Magistrum Magistrorum appellat) non cœqualem magistrum, sed ad discipuli modum accidentem; quandoquidem doctrinæ suæ comprobationem à Petro expectat, fide apud auditores uacaturus, si ea comprobatio defuisset.

11. Insigne uerbum Chrysostomi de Petro, est in hanc rem expensio dignissimum: Vocat enim Petrum, *Orthodoxæ fidei principium, Magnam æque illustrem Ecclesiæ Sacerdotem, necessarium Christianorum consiliarium.* In singulis uerbis latet auri massa, vt idem Chrysostomus de nominibus, hom. 3. in ad Rom. loquitur. Si enim Petrus de Chrysostomi sententia est *principium Orthodoxæ fidei*; mirum non est, Paulum de stabilienda fide Catholica, & Orthodoxa sollicitum, debuisse ad Petrum adire; si est *magis ecclesiæ Sacerdos*, meritò aduentus fuit ad exquirenda de fide Oracula, & comparandam scientiæ soliditatem; quia labia Sacerdotis custodiunt scientiam & legem requirunt de ore eius. Si denique est *necessarius Christianorum Consiliarius*, cuius consilia circa unitatem doctrinæ ac Christianorum dogmatum, nemo post se missa uelle; (idecirco enim paulò post ibidem, uocatur *senilis sapientia Ecclesiæ*;) sic quoque meritissimò aduentus fuit à Paulo, qui Petro erat inuenis, & religionis Christianæ prof. sione, & ætate; fueratque moribus inuenis, vt scitè disserit S. Gregorius, lib. 4. in 1. Reg. ad cap. 9. ad illud *iuueneris optimos tollet*; quicquid sit, an eum respicit, inuenis esset, an adolens, de quo eruditè Gontzen, in epist. ad Roma. q. 6. præcæm.

12. Constat de Pauli à Petro dependentia, in prædicatione solida Euangelij; Unde disparitas utriusque & inæqualitas, ac Pauli exclusio à dignitate capitis Ecclesiæ totius, sit manifesta: Nam si Paulus fuisset æquè caput ac Petrus, imò unum cum eo caput, non egresset Petri

comprobatione prædicatio Pauli. Quid tale de Petro erga Paulum, proferre possunt aduersarij, unde concludant, Petrum uicissim Paulo subiacuisse, atque ad eum Paulum quoque caput Ecclesiæ dici posse? Nihil prorsus suppetit. Nam quod unicum proferri potest, nempe quod Paulus Petro in faciem se restituisse testatur, illa ipsa epistola qua narrat profectioem suam ad Petrum, nullius planè est momenti, etiam si uideret Cepham illum, cui se restituisse ait Paulus, fuisse S. Petrum; quod non nemo est inficiatus; ueritas siue Paulum insimulandum inde petulantia, siue Petrum deiectionis è gradu quorum neutrum fieri posse non ambigebat. Ita Clemens Alexandrinus apud Euseb. 2. hist. c. 12. atq; Dorotheus in Synop. Hoc tamen nullus ueterum habuit ratum; sed passim omnes, illum Cepham de quo Paulus, fatentur fuisse S. Petrum Apostolorum Principem. Et S. Gregorius hom. 18. in Ezech. attingens eam quorundam opinionem, quod S. Petrus non is fuisset quem Paulus reprehendebat, *si Pauli studiosius uerba legissent, ista dicerent.* Monstratque ex contextu, omnino fatendum esse, S. Pauli increpationem, in ipsummet cecidisse Apostolorum Principem; neque tamen idcirco uel Petrus de gradu deiectus est, quia est à Paulo reprehensus, uel Paulus petulantia nota inuendus; siue quia ex composito ad cæterorum instructionem res gesta est, cum simulatione officiosa, ut Chrysostomus, ad eum locum, ac Hieronymus Epist. Iob. alijque contendunt; siue potius, quia licet ut rectè censuit S. Augustinus, Epist. 19. res sit ferid gesta & absque simulatione, tamen ea correctio à Paulo adhibita, non fuit actus iurisdictionis in Petrum, ut infra ex Petro Lombardo, id egregiè explanante referam: sed fuit suggestio plena charitatis, qualem pius quilibet subditus, cum se dat occasio, & urget necessitas, potest impendere superiori, iuxta doctrinam S. Gregorij, homil. 18. in Ezech. ac S. Thomæ, 2. 2. q. 33. art. 4. qui allegato S. Augustino, in Epistol. ad Gal. & Epist. 19. ait inde perspectam sancti Petri humilitatem; cum Apostoli aduentitij reprehensionem non repulerit.

13. Egregiè in eandem sententiam S. Cyprianus, Epist. 71. negans præscribendum esse de consuetudine, sed rationi ubique cedendum. [Nam nec Petrus quem primum Dominum elegit, & super quem ædificauit Ecclesiâ suam, cum secum Paulus de circumcisione postmodum discere; vindicauit sibi aliquid insolenter, aut arroganter assumpsit; ut diceret, se primatum tenere, & obtemperari à nouellis & posteris sibi, potius oportere. Nec despexit Paulum, quod Ecclesiæ prius persecutor fuisset; sed consilium ueritatis admisit; & rationi legitima quam Paulus uindicabat, facile concessit; documentum scilicet nobis, & concordia, & patientia tribuens, ut non pertinaciter nostra amemus, sed quæ aliquando à fratribus & collegis nostris uiliter, & salubriter suggeruntur, si sint uera & legitima, ipsa potius nostra ducamus.] Urget S. Cyprianus eo loco, collegas, (vt optimè ibi expendit Pamelius post Remundum Ruffum, contra Molineum num. 17.) ne obfirmetur in sententia, sed cedant melioribus

PUNCT. 4. de Petro erga Paulum, proferre possunt aduersarij, unde concludant, Petrum uicissim Paulo subiacuisse, atque ad eum Paulum quoque caput Ecclesiæ dici posse? Nihil prorsus suppetit. Nam quod unicum proferri potest, nempe quod Paulus Petro in faciem se restituisse testatur, illa ipsa epistola qua narrat profectioem suam ad Petrum, nullius planè est momenti, etiam si uideret Cepham illum, cui se restituisse ait Paulus, fuisse S. Petrum; quod non nemo est inficiatus; ueritas siue Paulum insimulandum inde petulantia, siue Petrum deiectionis è gradu quorum neutrum fieri posse non ambigebat. Ita Clemens Alexandrinus apud Euseb. 2. hist. c. 12. atq; Dorotheus in Synop. Hoc tamen nullus ueterum habuit ratum; sed passim omnes, illum Cepham de quo Paulus, fatentur fuisse S. Petrum Apostolorum Principem. Et S. Gregorius hom. 18. in Ezech. attingens eam quorundam opinionem, quod S. Petrus non is fuisset quem Paulus reprehendebat, *si Pauli studiosius uerba legissent, ista dicerent.* Monstratque ex contextu, omnino fatendum esse, S. Pauli increpationem, in ipsummet cecidisse Apostolorum Principem; neque tamen idcirco uel Petrus de gradu deiectus est, quia est à Paulo reprehensus, uel Paulus petulantia nota inuendus; siue quia ex composito ad cæterorum instructionem res gesta est, cum simulatione officiosa, ut Chrysostomus, ad eum locum, ac Hieronymus Epist. Iob. alijque contendunt; siue potius, quia licet ut rectè censuit S. Augustinus, Epist. 19. res sit ferid gesta & absque simulatione, tamen ea correctio à Paulo adhibita, non fuit actus iurisdictionis in Petrum, ut infra ex Petro Lombardo, id egregiè explanante referam: sed fuit suggestio plena charitatis, qualem pius quilibet subditus, cum se dat occasio, & urget necessitas, potest impendere superiori, iuxta doctrinam S. Gregorij, homil. 18. in Ezech. ac S. Thomæ, 2. 2. q. 33. art. 4. qui allegato S. Augustino, in Epistol. ad Gal. & Epist. 19. ait inde perspectam sancti Petri humilitatem; cum Apostoli aduentitij reprehensionem non repulerit.



PUNCT. 4.  
Notio capi-  
tis à S. Pau-  
lo aliena.

melioribus consiliis exemplo S. Petri, qui Paulum non reiecit velut importunum superioris sui Cenforem: sed humillimè audiuit, forma factus inferiorum Pastorum cum suis ouibus agentium, si quando ab eis admonentur, vel etiam corripiantur. Cuius humilitatis in S. Petri facta micantissima decus deterunt, qui S. Paulum, non vt infertorem cum superiore, sed vt parem cum pari egisse volunt, in ea correptione de vitio non prædicationis, sed conuersationis, vt Tertullianus, l. de præser. c. 17. rectè distinxit.

14. Et igitur Pauli ad Petrum suggestio vel admonitio, absque iurisdictione vlla in Petrum fuit: alioqui liceret quoque Paulum de arrogato ei primatu deicere; quandoquidem à Iacobo admonitus, Act. 21. & tacitè corruptus est, quod offensionis apud Iudæos ab ipso consecuturè minus prospiceret. Quin potius Petrus Damiani omninò eleganter hoc Pauli factum vrgens, agnoscit Paulum ex obedientia ad suum Priorem (sic appellat S. Petrum, quia scribebat ad Monachum Benedictinum, cuius superior Prior dicitur,) suscepisse eam liberam reprehensionem; eo quod S. Petrus id ei demandasset, vt Neophyti in eius reprehensione docerentur Euangelicam veritatem. [Et in hoc ergo (concludit post longam rei discussionem Petrus Damiani, c. 6.) quod Petrù visus est corripere Paulus, obsecundatus est, nõ aduersatus. Et non aduersus eum, sicut Porphyrius opinatur, superbè pugnavit, sed humiliter ministravit. Hac nimirum Pauli correptio, ministerium fuit obedientiæ, non obiurgatio disciplinæ; non temeritas inuectionis, sed vnanimis concordia voluntatis.] Ac ne quod Petrum Paulo priorem dictum, exposui de prioratu autoritatis, quispiam gratis dictum putet, audiat Sanctum Gregorium lib. 1. indict. 9. epist. 24. eodem plane sensu accipientem vocem prioratus, cum ait. [Bonum superiorem, & bonis in nullo se præferre; & cum prauorum culpa exigit, prioratus sui potestatem agnoscere.] Liquet, ibi prioritatem sonare prælationem, non antiquitatem. Nec alio sensu S. Augustinus in c. 2. ad Galatas, S. Paulum vocat posteriorem Petro priore; idest subditum Petro, suo superiori.


15. Faceffat ergo inconsultus S. Pauli sublimator, vt Petrum adiuncto ei compare deprimat, vtrunque reuera capitis minorem faciens; quia neuter erit caput absolutè & simpliciter, si habeat æqualem: atque ita decolabitur Ecclesia, (vt S. Augustinus, serm. 45. de verbis Dom. loquitur) quod magno emerabantur omnes Hæretici, quibus in hac parte non est minus cauendus Aduersarius quem impugnamus, quantumcunque se fingat catholicum, & zelum præse ferat magnitudinis Romanæ Ecclesiæ, ac debiti S. Paulo honoris. At non eget Romana Ecclesia, noua hac prærogatiua ex successione ad S. Paulum, cum satis ei superque sit S. Petrus, in cuius persona tabulas accepit collatæ à Christo super omnes fideles autoritatis; quatenus non ita collata est autoritas suprema singulari personæ Petri, vt in eo & cum eo esset extinguenda: sed cum iure transfusionis ad legitimum deinceps eiusdem Romanæ Ecclesiæ Antistitem, qui idem

toti Ecclesiæ præfuturus esset, succedens S. Petro. Quod voluit Augustinus, cum claus dixit esse datas Petro in persona Ecclesiæ, aut vt gerenti typum Ecclesiæ, vel representanti, eius personam. Videfis Hieronymum Torrentensem in confess. August. lib. 1. cap. 9. §. 1. Nihil igitur supremæ autoritatis Romanorum Pontificum accerscit, ex successione ad S. Paulum, quibus ad omnem potestatis plenitudinem, satis superque est S. Petro succedere.

16. Non eget item S. Paulus hoc auctario ornamentorum, quod illi Aduersarius arrogat ex attributa ei dignitate capitis, & æqualitate ad S. Petrum. His inquam falsis laudibus, & commentitio honore quæri ei Aduersarius de suo capite asciscit, grauatür potius quàm honoratur S. Paulus, cui satis est laudum solidarum, cum dicitur post Adrianum I. epist. ad Episc. Hisp. mundi litium, & Ecclesiæ pulcherrima rosa. Post S. Ephrenum, ad calcem testamenti. Clarissima & iucundissima Ecclesiæ lucerna. Post Theodoretum, dialog. 2. Manifeste Manifestorum. Post Isidorum Pelusiorum, l. 3. epist. 17. 6. Pennatus agricolæ campi domnici. Post Danielem Monachum, in vita Climaci initio, Regia & vocalissima ciuada. Post Gregorium Nyssenum orat. de hypap. initio. Cælestium rerum sensu, atq; intellectu eruditus & excellens, terrenarum reru despectu, atque contemptu sublimis, illa diuinitus rapti solita mens, illa à Christo moueri consueta lingua, pulcherrimus ille velociter, atque celeriter exarantis scribæ calamus, qui eleganter Ecclesiæ conscripsit placita, atque decreta veritatis, in manu potentis à Deo confectum illud telum, à quo in corde Principis mundi tenebrarum, lethale ac mortiferum vulnus infixum est: fulgur illud, quod ab Hierosolymis & circumiacentibus regionibus vsque ad Illyricum, imò verò ad extremos vsque terminos terræ, illuxit: illa diuini tonitruu in mystica Euangely vota, que in omnem orbem terræ habitum volutata, atque circumarsita est, clarissima maximèque sonora vox. Satis solidorum Pauli encomiorum? Nam ex Chrysostomo qui nunquam eius laudum satur est; præstat nullum flosculum proferre cum iniuriæ aliorum innumerabilium, qui passim apud eum vernant, & in panacea Baltazaris Ezelij, magnam partem sunt addensati. His ac similibus S. Pauli encomiis, ac titulis honorificis contenti, boni & probati pro S. Paulo æmulatores, non cogitantur de eo ornando falsa prærogatiua capitis Ecclesiæ, & comparatis S. Petro moderatoris; Memores falsam laudem haberi pro vituperatione, si Cassiano, lib. 1. de Incarn. cap. 2. credimus, qui referens, varios hæreticos specie declinandæ ignominie, aut conciliandi honoris, falsò aliqua Christo tribuisse honorifica, ait; [Non minoris erroris est, etiam si honor videatur. Domino IESV impropria adde- dere, quàm propria derogare. Quicquid enim de illo non ita dicitur vt est, iniuria est.] Idem de S. Paulo, & Sanctis omnibus, statui-


501.

PUNCT.



## PUNCTVM V.

Monstrositatis accrementum, ex alterius Ecclesiæ capitis ad aliud priorem constitutum, ad-  
iunctione.



1. EMINVM vnus corporis caput, intelligi potest, vel corpori innatum iam ab initio constituti corporis, vel ita vt alterum caput adueniat post primum iam constitutum. Hoc secundo modo fingitur ab aduersario binarius caput Ecclesiæ, & certum est, ne fingendo quidem aliud dici posse. Nam S. Petrus, iam à Christo resurrectione fuit constitutus caput Ecclesiæ, consentaneè ad promissionem eidem à Christo factam apud Matthæum cap. 16. Sanctus autem Paulus non fuit conuersus ad fidem Christi, nisi multò post: (idest iuxta Hyppolytum Thebanum in Chron. cique adhærentes Glycam 3. p. Annal. atque Nicephorum lib. 2. histor. cap. 3. qui etiam allegant Euodium) septennio à passione Dominici nisi pro Septimesfri, librorum errore irrepsit apud eos Septennium. Iuxta Martyrologium verò Romanum, ad 25. Ianuar. & Vsuari, atque Oecumenium in c. vlt. Act. secundo anno post Christi ascensionem: cui sententiæ adhæsit Baronius 25. Ianu. aliquando, licet postea diebus triginta à necesse S. Stephani factam Pauli conuersionem ipso Christi anno 35. censuerit probabilius, quæ fuit etiam Serrarij Opusc. de Paulo sententiæ, & quantum video Adami Gontzen quæst. 6. proccm. in ad Rom. Et quâquam de conuersione S. Pauli tot sunt sententiæ, tanque discrepantes, vt apud Authores allegatos videre est, & apud Mastutium, ac Interpretes Act. 9. tamen in confesso est, interfuxisse tempus non exiguum à Christi resurrectione; postquam mox S. Petrus constitutus est Pontifex & caput Ecclesiæ, ad tempus quo Saulus de cælo fulguratus, in Paulum transit.

2. Inde enim ad summum signari potest Pauli Pontificatus, ab iis qui illum agnoscunt; quia tempus antierius, transfactum in infidelitate, non computatur in mensibus; sicut iuxta Poncium, res sancti Cypriani describentem, computatio annorum cuiuscumque Sancti, non est inuenta nisi à tempore conuersionis: quia tempus antierius in vanitate sensus transfactum, nullo numero est apud Deum. Hoc autem multò magis vrget in hoc negotio, alioqui enim oporteret humano corpori caput belluinum committi tale (tale siquidem est præ corpore Ecclesiæ, caput infidele) quod nemo adducatur, vt concedat. Eaque ratione solitus sum elidere importunum Nouatorum argumentum, contra certitudinem successione legitime Pontificum ad sanctum Petrum. Quid si enim (inquiant) Pontifex laboraret interna hæresi, aut infidelitate soli Deo perspecta? Ad eum enim Metaphysicum, euentum, qui nunquam con-

Theophili Raynaldi Pontificum.

tigit, & nunquam cum bono Deo continget, PUNCT. 5. respondere solitus sum, per internam infidelitatem, non progressam ad notitiam humanam, tatis accrementum ex dignitate, quando exterius se gerit pro Catholico, & habetur publicè vt talis: Tantum verò fore vt excideret Pontificatu, si exterius quoque profiteretur infidelitatem; ita vt agnosceretur esse professor alterius religionis: quale ad eum etherogenum caput corpori Ecclesiæ præponi, nulla ratio patitur. Itaque S. Paulus (vt dicebam) ne fingendo quidem potest statui Pontifex summus Christianorum par S. Petro, priusquam fieret Christianus: quod contigit multò post electionem sancti Petri in Pontificem, factam illi cò à resurrectione Christi Domini.

3. Quid si tamen Aduersarij, vt sunt admodum Metaphysici, & in Patrum libris peruoluntandis assidui, nec non ingenio ad excogitandum acuto; vt S. Paulum eo tempore quo S. Petrum ad Pontificiam dignitatem euectum statuunt; allegent, de Patrum sententiâ, veteres fide sana instructos, fuisse, etiam ante Christum Christianos, vt disertè habet Goffridus Vindocinensis, serm. 5. Quid si dicant, quamuis daretur eos non fuisse Christianos, tamen fuisse saltem Cathecumenos Christianissimi, quia nondum erant abluti baptismate per Cruce Christi in aqua & sanguine mundantem administrato; vnde non admittebantur ad contuenda sancta, vt philosophatur Rupertus lib. 5. in Genes. cap. 33. Cathecumenus autem potest eligi in Pontificem vt monstret exemplum sancti Ambrosij. Atqui sanctus Paulus, cum ante Christi mortem possideret fidem sanam, & veram, potueritque ea non excidere, absque transitu ad Christianismum (quem inuincibiliter ignorabat esse amplectendum,) cum inquam sanctus Paulus inter hos fideles, nondum mortifera, etiam mortuæ legis Mosaicæ professores, potuerit recenseri, non est dicendus fuisse incapax summæ Pontificiæ Christianorum dignitatis ante conuersionem; cum tunc quoque fidelis esset, & ob solam conscientiam erroneam inuincibilem, dicatur Ecclesiam persecutus, ignorans in incredulitate. Esto, nonnulla etherogeneitas, inter huiusmodi caput, & alios explicitè Christianos esset admittenda; quæ tamen Pontificiam dignitatem, eiusdem substantialiter veræ fidei communitate cum Christianis admittenda, comperetur. Sicut in præfecturis Monachorum, cum conceduntur (vt Rebuffus iocatur) incomedendam; comedatarius (vt idem appellat) est caput; v. g. Prior aut Abbas Monachorum, etiam si Monachus non sit, sed Christianus in seculari Clero cooptatus; quod illi satis est ad illius beneficij Ecclesiastici comparationem, nõ obstante illa etherogeneitate capitis ad membra, ob diuersitatem status.

4. Hæc sunt, quæ aiebam in Aduersariorum gratiam confingi posse. Hæc tamen omnia detituuntur soliditate, suntque commentis annumeranda. Nam etiam si antiquos Christo anterieores, & in eius venturi fide defunctos, fuisse Christianos, sit per allegoriam dictum, attendendo eorum vota & fidem in Christum; tamen vt Iudæi, qui Authorem vitæ interfecerunt, & fuerunt rebelles lumini, gloriam ab inuicem accipientes, non exciderint veram fidem,

E c superare

PUNCT. 5.  
Monstrofitatis accretum ex adiunctis.

superare videtur fidem: atque ita S. Paulus, qui inter blasphemos, (vt ipse profitetur) & verae fidei persecutores erat ætiosissimus, non videtur in eo æstu retinuisse veram fidem. Nec censendus est ignorantia inuincibili laborasse, sed crassa, aut supina, non excusante culpam infidelitatis. Et quamuis Metaphysicè possit fingi retinuisse fidem veram, excita tantum charitate, tamen non potest fingi acceptasse dignitatem Christianorum ante conuersionem, aut ius eorum per modum Commendatarij regendorum, tunc obtinuisse, cum spicans minarum, & cædis in Discipulos Domini lupus rapax esset, non Pastor ouium.

5. Ineluctabiliter ergo concluditur, S. Paulo, longè post S. Petrum, statim à Christi resurrectione creatum Pontificem, obtinuisse Pontificatum, si obtigit. Quod dico cumulare monstrositatem de geminis corporis Ecclesiae capitibus. Sicut esset longè monstruosus si corpori physico, primùm prædito vnico capite, alterum postea accederet procedente tempore, quàm si initio fuisset biceps formatum. Hoc igitur secundùm caput postea succrescens habeo pro carcinoma, aut tubere ex humoribus corruptis; qualia interdum citra artem adnascuntur capiti: sicut aliquibus adnascuntur cum tempore Cornua in capite (exempla signati libro de Stigmatismo sect. 1. cap. 2. agens de Caini stigmati; ) aut sicut alii eruperunt aliquando è capite tubera neruea monstruosa, quorum recisio lethalis fuit, vt de Bernabone Mediolanensi Antistite, produnt, qui eius res gestas scriptis commiserunt: & de puello, qui importunis precibus ad fannas aquilium declinandas extortam similem recisionem morte subita luit, Iacobus Rueffus, lib. 5. de gener. hom. cap. 3. narrat. Si ergo alicui præ materia vberitate, & robore facultatis expultricis, tuber capitis magnitudine accresceret ad caput præiacens; hunc ego bicipiti Ecclesiae corpori, capitibus diuerso tempore adiunctis, sanè quàm monstruosè constituto, conferendum pronuncio. Nisi magis placeat, adhibere comparationem eius, cui iam vnua natiuum caput habenti, caput secundum ascititium, à violenta arte conglutinetur: eadem proportionaliter ratione, qua Ioannes Benedictus Reginus, Vratislaviensis Canonicus, in Opere de diuinis, & naturalibus visionibus, sub libri medium, recitat insignem Dei seruum Stephanum Cenadicensem Episcopum, apud Turcas captiuum, post trinam fugam retractum, additum rei pecuniarie, infixis ac denique artificiosè concarnatis capitis proæ conficissæ, hirci recens mactati cornibus. Si quis igitur ad eum modum, caput aliud, conditum ne putresceret; capiti præiacenti hominis viui agglutinetur; is mihi videretur monstrum compegisse, cum monstruoso bicipiti Ecclesiae corpore quale fingit Aduersarius, meritò componendum. Sed missos faciamus à re maximè seria iocos; tamen si ridicula Aduersarij imaginatio, de nouo capite ad caput præiacens postea adiuncto, in illorum commentorum numero est reponenda, quæ Tertullianus libro contra Valent. cap. 6. risu & iocis confutanda decernit.

6. Vt ergo seriò in re ludicra agamus, cedo, vnde nouum hoc caput, post primùm accrescens corpori Ecclesiae: Nam ipse quidem sanctus Paulus non potuit se in caput Ecclesiae

erigere, quia nemo assumit sibi honorem. Non fuit item S. Paulus constitutus in Ecclesiae caput à plebe fidei, cuius non est potestatem talem conferre. Et quamuis olim plebs cum Clero eligere dicebatur Antistites, id quod etiam circa summos Pontifices aliquando locum habuit, vt de S. Cornelio memorat S. Cyprianus, de quæ alijs alij suo loco recentis: videlicet in Opere cui titulus, mala honorum Ecclesiae lib. 2. tamen nunquam laici potuerunt conferre iurisdictionem spirituales, qualis est Antistitum. Dicebantur ergo eligere, quia nominabant ex parte sua, & designabant subiectum idoneum, cui aliunde iurisdictione imprimeretur; quæ quoad summum Pontificem, ne à sacris quidem hominibus imprimitur: ita vt qui *Electores* dicuntur, reuera non sint, nisi nominatores, de quo aliàs. Sed neque S. Petrus adiuuit S. Paulum in consorte & Collegam Pontificiae dignitatis. Quis hoc fingat? Sanè si id fecisset S. Petrus, dignitas Pontificia S. Pauli esset solius iuris humani, cum dignitas S. Petri esset iuris diuini, qualis etiam est successorum S. Petri dignitas, vt in Corona Aurea vers. 4. Epilegom. est demonstratum.

7. Neque duntaxat verum est, S. Petrum non adiuuisse S. Paulum in totius Ecclesiae Coepiscopum, communicata ei ex æquo sua potestate; sed etiam verum est, S. Petrum id præstare non potuisse. Nam potestas Pontificia, est incommunicabile nomen. Vnde quamuis Pontifex aliquando partem aliquam suæ potestatis, pro vt iurisdictionem inuoluit, deleget iis quos ad negotia Ecclesiastica adhibet; non potest tamen eis delegare potestatem docendi infallibiliter res fidei, quæ est flos Pontificiae dignitatis; sed ad summum potest legatis abs se missis præbere comonitoria, quibus illi adherentes, non ex sua, sed ex Pontificis anticipata definitione, proponant infallibiliter, quid sit exinde tenendum; vt factum est in Concilio II. Araucano, ad quod Pontifex capitula abs se condita in cætu Antistitum euulganda transierat, vt ibidem refertur. Nec semel alibi leguntur data similia cõmonitoria Legatis Apostolicis, à quibus illi se deflexissent, & ex suo sensu aliud tradidissent, (vt aliquando contrigit per metum humanum, aut præuarcationem) non essent potius priuilegio docendi infallibiliter sanam doctrinam, quod est pontifici personale; nec potest ab eo in alterum quacunque delegatione transfundi. Non potuit ergo S. Petrus, S. Paulum sibi Coepiscopum asciscere, communicata ei pari formiter, & ex æquo pontificia potestate. Sanè id potuisset erga Paulum sanctus Petrus; posset nunc quoque summus Pontifex assumere collegam, pari secum potestate Ecclesiam rectorum; ac si ipse vita excederet, retenturum Pontificiam dignitatem; quæ semel collata, non perditur nisi per vltionem renunciationem. Nam Pontifices successores, eadem planè potestate potiuntur, qua potius est suo tempore sanctus Petrus: ac proinde si sanctus Petrus potuisset sanctum Paulum assumere in Coepiscopum vniuersalem, id ipsum nunc quoque præstare possent Pontifices, quod alienum est à sensu Ecclesiae, & ratum apud omnes est fieri non posse, vt alio loco est demonstratum.

8. Itaque si post erectionem S. Petri in summum

mun Pontificem, aliquis ei adiunctus fuisset in Coepiscopum vniuersalem, oportuisset eum nõ ab hominibus neque per homines, sed à Christo ipso adiungi. Id verò circa S. Paulum non nisi alterutro duorum modorum præstitum esse dici potest. Vnus est, si dicatur Christum in cælos iam receptum, de nouo apparuisse, vel S. Petrum, vel omnibus simul Apostolis, eòsque certiores fecisse de nouo Imperij Ecclesiastici consorte abs se recens constituto, & adiuncto S. Petro, pridem euecto ad illum gradum. Alter modus est, si dicatur, Christum cum contulit S. Petro summam potestatem, non ignotum quid postea secutum esset, Paulo ad fidem traducto, significasse S. Petrum, etiam si tunc solus staretur Ecclesiae vniuersæ moderator, tamen intra aliquod tempus, futurum vt ei adiungeretur Collega & consors illius dignitatis, ex æquo cum ipso sancto Petro participanda. At neuter modus, ita ducendi sanctum Paulum adiunctum esse sancto Petro Coepiscopum vniuersalem cum pari potestate, est idoneus.


9. Non sanè prior. Figmentum enim planè voluntarium est, Christum iam cælis illatum, ex machina aduocare, ad sancti Pauli creationem in Pontificem. Nec vrgeo an personaliter, (vt vocant) an impersonaliter, nec nisi per spectum obiectum, apparuerit ad id præstandum. Vtrumque facile defendi posset; suntque innumera vtriusque apparitionis Christi exempla, de quibus fusè Thyreus, lib. de Christi appar. Nominatum autem in conuersione S. Pauli Christum apparuisse personaliter verisimillimum est, de quo plenè Suares, tom. 2. 3. p. disp. 5. 1. sect. 4. tractans Christi apparitiones. Non igitur hæc vrgeo contra aduentum Christi ad creandum S. Paulum summum Pontificem. Sed illud tantum; neutrius apparitionis Christi ad eam rem, vllum planè indicium, aut congruum fundamentum suppetere; sed esse merum cõmentum, non absq; aliqua Christi nota exogitatum. Neque enim absque aliqua leuitatis macula, Christus primò vnus, postea mutata voluntate duo simul Ecclesiae suæ præfecisse videretur. Num verò petrum experimento deprehendit tanto oneri imparem, vt ei succollantem Paulum existimaret adiungendum? Itaque Christus cum S. Paulum vocauit, licet eum instruxit omni sapientia, & quibusvis dotibus consentaneis vasi electo ad portandum quaquauersum nomen suum, tamen non mutauit mentem, circa Rectorem domus suæ iam constitutum. Ideòque S. Petrus commendans S. Paulum à data ei insigni sapientia, tacuit de suprema Ecclesiae præfectura ei concredita: nec vocauit Coepiscopum suum vniuersalem, quod tamen non fuisset prætermittendum, si agnouisset eum pro consorte supremæ potestatis in regenda Ecclesia.

10. posterior modus, quo dicebam fingi posse Christum elegisse S. Petrum in moderatorem Ecclesiae vnicum, donec ei alius adiungeretur ex æquo consors potestatis, explodendus est: quia non est ferenda ea pro arbitrio restrictio potestatis, simpliciter & absque addito collata S. Petro, à Christo Domino: alioqui nihil haberemus fixum in iis, quæ à Christo sunt constituta; sed liceret vnicuique pro ingenij libidine, comminisci limitationes nullibi expressas. V. g. cum habeamus ex Dei verbo, diserte, Christum

Theophili Raynaudi Pontificia.

edixisse, vt Ecclesia non possit errare circa doctrinam fidei & morum, posset aliquis ex suo capite id restringere, dicendo promissionem Christi non esse factam, nisi sub conditione vitæ incontaminatæ pontificum: aut Christum non intendisse eam doctrinam incorruptionem, vigere nisi ad certum tempus. Quæ omnia & similia, facile fingenda, quia sunt contra simplicem & absolutam Christi institutionem, verbis nulla conditione restrictis expressam, nemo non videt esse ableganda. Idem ergo est de ea conditionali assumptione solius Petri in summum Pontificem, donec ei consors potestatis adiungeretur.

Quare rectè affirmabam, monstrositatem Ecclesiae bicipitis, auferre, ex eo quod duorum illorum capitum vnus, alteri pridem constituto superuenisse confingatur, nullo ex Scripturis, nullo ex Conciliis, nullo ex Patribus, nullo ex sensu Ecclesiae fundamento suppetente ad id cõfingendum; monstrandumque sic tulisse Christi voluntatem: quod ad plenam huius erroris conuulsionem monstratum venio.



#### PUNCTVM VI.

Adiunctio noui capitis ex Anonymi capite, nullibi in Scriptura comparatur, imò omnino contrarium.



1. ADIEN TER Athenagoras, lib. de resurrectione, initio, in discutendis difficultatibus controuersis, duplicem ait adhibendam esse orationem; vnã pro veritate, alteram quæ de veritate disceptet; vnã inquam quæ stabiliat veritatem, alteram quæ extricet quæcumque aduersus veritatem intentantur. In discussione difficultatis de nouo Ecclesiae capite, hæc tenentur ferè adhibuimus orationem pro veritate, monstrantes quid verè statuendum de monstruitate recens inducta in corpus Ecclesiae. Nunc depellenda sunt, quæ aduersus veritatem producta sunt ab interfectore veritatis, licet enim Tertulliani lib. de Carne Christi, vocem retinere, agendo de homine qui hoc tentat spiritui eripere, quod est corpori anima iuxta Anastasium cap. 1. 2. 3. orthodoxiam inquam, quæ vnus præsertim Ecclesiae capitis assertionem continetur. Quamquam hanc ipsam extricationem nodorum aduersus receptum Ecclesiae sensum, ita instituiam, vt adiunctam semper habeat nouam veritatis confirmationem. Vt autem solidè & cum debito ordine hoc negotium obeam, quia eius discussio pendet ex declaratione voluntatis Christi, è qua pendet constitutio, aut adiunctio noui capitis: nec de Christi voluntate constare potest, nisi ex verbo scripto, aut tradito, quorum hoc, testificatione Pontificum, Conciliorumque ac SS. Patrum continetur, à quibus per manus ad posteros permanuit, quod ab initio, à Christo Ecclesiae fundatore est constitutum: propterea videndum erit, quid faber noui dogmatis ex illis locis argumentorum

PUNCT. 5.  
Monstrofitatis accretum ex adiunctis.

ΡΥΝΣΤ. 6. in hanc pro se alleget, initio factò à scriptura quod breuius expediri possit, & in hac re minus cauillis pateat.

Scriptura  
contra Ec-  
clesiam bi-  
cipitem.

2. Aggredienti porrò ad scripturas, pro nouitate quam exagitamus allegatas, necessaria nequaquam videtur præmunio lectoris apud Patres frequens, consuetudinem errorum semper ferre, vt scripturam prætexant: vt propterea S. Augustinus in Psalm. 67 & lib. de ouibus, cap. 14. has esse dicat feras arundinis, aut vt ipse legit, *bestias calami*: quia latibulum semper captant in aliqua scriptura: de quo expostulat grauius S. Hilarius scribens ad Constantium, *in sine*; & omnino concinnè Vincen- tius Lyrinensis, cap. 35. common. præter alios quos signat copiose Michaël Medina lib. 5. par- ten. cap. 1. Hac in cuiusuis profanæ nouitatis inuectione, vsu recepta prætereo. Tantùm de Aduersario, cardinalem veritatem catholicam, de vnico Ecclesiæ capite, ex paucis scripturis malè obtortis euertere sollicito, obtortis euer- tere sollicito, obiter dico; quod Sanctus Cy- rillus lib. 2. penta. cap. 7. ait de Aduersario suo, scripturis abutente ad falsiloquium constituan- dum. Nimirum oportuisse illum non obliuisci diuinæ per Ezechielem expostulationis. [Præ- clara pascua depascebamini, & aquam consi- stentem bibebatis, & reliquam turbabatis pe- dibus vestris, & oues meæ conculcata pedibus vestris depascebantur, & turbam aquam pe- dibus vestris bibebant. Nos diuinitus inspira- tis literis animum adiicientes, præclara pascua depascimur, vt scriptum est, aquam etiam consi- stentem bibimus, hoc est sermonem spiritus, minimè mendacio mixtum & perspicuum, & purissimum. Vbi verò veluti ingratas quasdam nostrarum cogitationum faeces in eo sermone miscemus, eumque confundimus, Saluatoris nostri gregibus insidiamur.] Hoc ab Aduersario suo factum, affirmat S. Cyrillus: quod ego ad eum quoque cum quo ago, meritò trans- feram, vt ex iis quæ subiiciam manifestum erit.

3. Ex antiquo Testamento, vrget Aduersarius exemplum Moyfi, & Aaronis, quos ait simul fuisse duos summos Synagogæ Pontifi- ces. Et de Aaron quidem, noua est dubium fuisse Pontificem: de Moyse autem idem habet Nazianzenus, orat. 6. & Augustinus in Psalm. 98. & Petrus Cellensis, aliique annotati in Ponti- ficio Onomastico V. *Moyse auctoritate*, & in Epilegomenis subnot. 2. verit. 3. Videtur- que idem tradere Dauid psalm. 98. cum ait, *Moyse & Aaron in Sacerdotibus eius*, ad quem locum, plerique Interpretum multa habent in hanc sententiam, & nominatim Lorinus, nec non alij Interpretes Matth. 23. vbi Pontificatus antiquus vocatur *cathedra Moyfi*. Fusè præ- terea Gretserus, in defenf. libri 3. de verbo Dei cap. 4. & quotquot stinxerunt calamos in M. Antonium de Dominis, qui hoc binorum Synagogæ Pontificum exemplo abusus est, ad omnes Antistites Summo Pontifici cœquan- dos, eo quod omnes succedant Aaroni, quem summum Sacerdotem fuisse, nemo in dubium reuocat.

4. Reuera tamen, nihil hinc siue Anonymo cum quo agimus, siue Antonio de Dominis, se- citur, aut metitur. Supponunt enim, Moysem, &

Aaronem fuisse ex æquo Pontifices, quod fal- sum est. Nam Moyse, etiam si fuit Pontifex ex- tra Ordinem, ad initiandum Aaronem, & plan- tandam Pontificiam Cathedram legis scriptæ, idcirco denominatam *cathedram Moyfi*; extra eam tamen functionem, non egit Pontificem, aut Sacerdotem, sed ducem politicum populi Dei. Itaque nunquam fuerunt simul Pontifices Moyse & Aaron. Nam cum Moyse suum il- lum extraordinarium Pontificatum obiit, con- secrando Aaronem, iste nondum erat Pontifex in facto esse, vt sic dicam. Ex quo autem functus est eo consecrationis munere, & Aaron Ponti- ficatum inuicit, Moyse desit esse Pontifex, nec vl- tra se ingressit in iis, quæ ad Deum erant, sed hoc totum Aaroni ad id diuinitus delicto permisit; idque populo explicantem Moysem Iosephus antiq. cap. 10. exhibet. Quod autem Moyse & Aaron psalm. 98. dicantur fuisse *in Sacerdotibus eius*, non est sensus, ambos simul sanctos esse Sacerdotio. Illud enim *in Sacerdotibus*, ad solum Aaronem pertinet; ita vt cum memorantur ibi tres insignes numinis cultores. Moyse, Aaron, & Samuel; Aaroni tribuatur, quod fuerit *in Sacerdotibus*, id est iuxta phrasim Hebræam, sum- mus Sacerdos, vel Pontifex, & Sacerdotum prin- ceptus. Quæ est interpretatio Anacleri papæ epi- stol. 3. cap. 3. Itaque vniuersa substructio ad- uersarij ex simultaneo Aaronis & Moyse Ponti- ficatu, inferentis simultaneum Sacerdotum Petri & Pauli Pontificatum, tanquam rem in ea figu- ra adumbratam, per se concidit.

5. Adducit præterea aduersarius, ex nouo Testamento, illud Apostoli 2. Cor. 11. moles curarum quibus opprimebatur recensentis, *In- stantia mea quotidiana, sollicitudo omnium Eccle- siarum*. Si enim sanctus Paulus, grauatus est om- nium Ecclesiarum sollicitudine; igitur fuit Pon- tifex vniuersalis, & caput totius Ecclesiæ. Cùm- que sanctus Petrus concredidit sibi quoque omnium Ecclesiarum sollicitudinem habuerit illo ipso tempore, sequitur fuisse simul duo Ec- clesiæ capita visibilia, & duos Summos Pontifi- ces. Sanè Ioannes Sarsberienis 8. polycr. c. 17. sollicitudinem omnium Ecclesiarum, allegato hoc Pauli loco, vocat *privilegium Apostolicum* transiens ad successores Romanos Pontifices, quorum inde eruit miserabilem sortem.

6. Nihil facilius, quàm hanc difficultatem elidere ex doctrina S. Augustini epist. 59. arque Hieronymi. Ille tractans sextam S. Paulini qua- sitionem, obseruat; [Scripturæ morem esse, ita lo- qui de parte tanquam de toto: sicut Corinthios in primis Epistolæ suæ partibus ita laudat Apo- stolus, tanquam omnes tales sint, cum essent laudabiles quidam eorum: & postea in nonnul- lis Epistolæ ipsius locis ita reprehendit, tan- quam omnes culpabiles essent, propter quos- dam, qui tales erant. Istam diuinam Scriptu- rarum consuetudinem, per omne corpus litera- rum eius, creberrimè sparsum, quifquis diligen- ter aduertenter, multa dissoluit.] Plenius etiam S. Hieronymus, in cap. 1. ad Ephes. *sub finem*, expendens illud, *Omnia subiecit sub pedibus eius*. Vbi inter cætera obseruat, plerumque in scripturis, nomine *omnium*, non designari vniuersitatem, sed ea tantùm de quibus dis- putatum est. Alias verò designari tantùm bonam partem summae totius, vt cum dicitur,

tur, *omnis ciuitas conclamauit*. Non quod ali- quis in vrbe tacens non fuerit, sed ex parte ma- xima, etiam ea quæ minora sunt, appellatur. Et ipse Apostolus ait Coloss. 1. se commonere omnem hominem; non quod omnem homi- nem docuerit, (quanti enim fuit, qui vsque ho- die nec doctrinam Apostoli audire, nec no- men?) sed quod eos omnes doceret & admo- neret, qui aderant, aut ad quos adierat.

Ex hac igitur loquendi formula, ait Apo- stolus, se premi omnium Ecclesiarum sollicitudi- ne; non quidem omnium absolute; quia earum quas alij Apostoli plantarunt, præsertim pro- cul distitarum, procuratione non virgebatur; sed omnium illarum Ecclesiarum quas ipse ere- xerat; vel quæ in vicinia erant, & ad quas ex- currerat. Præterquàm quod si eum animo ac studio iuuandi complexum esse vniuersum Or- bem dixerimus, nihil dicemus ætuosissimo eius zelo non congruum. Ea sanè ex causa S. Chrysostomus homil. 32. in ad Rom. agens de corde S. Pauli, vocat, cor totius Orbis. Nihil tamen ista ad totius Orbis Pontificatum S. Paulo vendicandum; cum tantùm ferant ar- dentem eius zelum de totius Orbis conuersio- ne, & Ecclesiarum vbique plantatione; qua- lem zelum nihil necesse est cum vniuersalis ca- pitis dignitate coniungi.

7. Allegat denique Aduersarius ex scriptu- ra, illud Pauli de se ipso ad Gal. 2. *qui operatus est Petro in Apostolatum, operatus est & mihi in- ter gentes*. Ex quo loco infert noui dogmatis faber, S. Paulum non minus fuisse Ecclesiæ præ- fectum vniuersalem, quàm S. Petrum. Quin etiam non semel S. Paulus profiteretur se esse gentium Apostolum, Petrum verò circumcisi- onis, id quod S. Chrysostomus explicatissimè vi- detur tradere, serm. 61. tom. 5. Græcol. Ex quo infert Aduersarius, S. Paulum fuisse Epi- scopum Romanum particularem; Roma quippè erat gentium Metropolis. Et indidem colligit, quantum doctrina quam proponit conferat Romanæ Ecclesiæ, cuius Episcopus succeden- do SS. Petro, & Paulo, in se connectit totius Orbis Pontificatum; & Iudæis ob S. Petrum, & gentibus ob S. Paulum, iurisdictioni suæ ob- noxiis.

8. Hæc argummentatio non modò est te- lum imbelles sine ictu, sed etiam multipliciter Aduersario incommodat; & eius vel imperi- tiam, vel malignitatem aperit. Nobis quidem non officit hoc argumentum: quia etiam si de- mus S. Paulum à Deo accepisse peculiare mu- nus prædicandi gentibus, quæ tamen ea conse- cutio est, igitur Paulus est par Petro, in ratio- ne capituli totius Ecclesiæ? Quod verò Paulus ad Galatas scribens cap. 2. tradat, gentes sibi peculiariter commendatas, & Petro circumci- sionem, non est ita accipiendum, quasi cura gentium etiam quoad immediatam & persona- lem Euangelij disseminationem, ad Paulum duntaxat pertinuerit, excluso Petro. Manife- stè enim Lucas Actor. 10. affirmat, Petrum ex obiecto viso lintei immunda animalia ab eo manducanda continentis, percipisse Dei consi- lium esse, vt gentes ad Ecclesiam aggregaret: Vnde, ipse Petrus testatur, Actor. 15. se à Deo electum, vt instrumentum prædicationis ipsius, gentes Euangelio crederent. Vicissim autem

S. Paulus, non gentibus tantùm, sed etiam Iu- daeis euangelizauit. Habet hoc difertè Lucas *Scripturae* Actor. 3. & 9. & 15. *Ingressus* (inquit) *in Syna- gogam prædicabat IESVM, affirmans quoniam hic est Christus, & confundat Iudæos*. Rectè igitur Turrecemata, lib. 2. summae de Eccl. cap. 13. agnoscit & paulum Iudæis, petrum gentibus euangelizare potuisse. Ipse frons Epistolæ pri- mæ Catholice B. petri, demonstrat quot gen- tium populis S. petrus Euangelium intulisset. Idcirco tamen condixerunt aliquando hi Beati Apostoli, vt paulus peculiariter gentibus ope- ram daret, petrus verò Iudæis; quod paulus implacabilibus flagraret Iudæorum odiis; idè- que minus aptus esset ad Euangelium apud eos cum fructu ponendum. Quo fructuosa euan- gelicæ prædicationis obstaculo carebat apud gentes, quibus non erat exosus. Atque ita S. petrus, quia Iudæi non erant illi adedè infensi, ac paulo, quem præuaricatum credebant, fru- ctuosius Iudæos poterat excolare: præterquàm quod potior videbatur eorum conditio, quia ex ipsis gloria, ex ipsis testamentum, & radix bonorum omnium. Quomobrem, petro tan- quam omnium primo, peculiaris eorum cura maximè congruebat.

9. Cœterum excludere S. petrum iure præ- dicandi gentibus, & negare præfecturam Ec- clesiæ eidem à Christo commissam, fuisse ex- tensam ad gentes, est manifesta hæresis: quia de- rogat amplissimæ, & vniuersalissimæ rectioni ouium, S. petro noui concredite. Vnde gloria Romanæ Ecclesiæ ex successione ad vtrum- que Apostolum quasi inde habeat potestatem in vtrumque populum, caritura potestate erga gētilēs, si petrus solus fuisset eius Episcopus pec- cularis; tantoperè desipit, vt quancumque ingesto sale nequeat condiri, & prohiberi in- sulitate. Inde certè haberetur, S. petrum non fuisse Episcopum Romanum. Quandoquidem Roma erat gentium Metropolis, nisi Episco- patum eius Romanum arctatum velimus Tran- slyberina vrbs parte, quam Iudæi iam tunc in- colebant, vt ex philone, de legat. ad Caium, & Martiali lib. 1. epigr. 48. & lib. 6. epigr. 93. habetur: sed de hac fatuitate rursus infra.

10. Æstimet æquus Lector, scripturas quas Aduersarius pro bicipiti Ecclesia adducit, S. paulum in alterum caput Ecclesiæ prouehendo, easque componat cum locis Scripturæ quibus S. petrus pastor ouium absolute ac simpliciter, proindeque solus pastor & Rector Ecclesiæ statuitur: nec licebit ambigere, quàm vana sit noua hæc imaginatio de duplici Ecclesiæ capi- te. Difertè & rotundè Scriptura testatur, S. petro dictum à Christo, *pascue oues meas*. Et *in es Petrus, & super hanc petram adificabo Ecclesiam meam*. Quotquot ergo sunt Christi populus, & oues pascuæ eius, ad rectionem petri spe- ctant, eique sunt obnoxij, etiam si sint supra modum Apostoli. Item quotquot pertinent ad structuram domus Dei, suntque lapides viui Christo cœdificati, necesse est supra petri fun- damentum construantur, neque D. paulo ne- que aliis Apostolis exclusis ab ea verborum il- limitatione, & indefinitate vniuersitati æquua- lente. [Nam in petro vno, Christus firmat Ec- clesiam] ait D. Augustinus, serm. 49. de verb. Dom. & iuxta pacianum epistola ad Symp. [Et

PUNCT. 6.  
Scriptura  
contra Ec-  
clesiam bi-  
cipitem.

ad Petrum locutus est Dominus, ut unitate fundaretur ex uno. Et eodem pertinet, quod Nazianzenus orat. 26. ait, S. Petro commissa esse ipsa fidei fundamenta; Apostolos inquam, quibus tanquam fundamentis huic primatio secundum Christum fundamento nixis, superedificamur; iuxta Apostolum. [Vides (inquit Nazianzenus) quemadmodum ex Christi discipulis, magnis utique omnibus & excelsis, atque electione dignis, hic *petra* vocetur, atque *Ecclesia fundamenta*, in fidem suam accipiat? Id quod negat alios Apostolos ægrè tulisse, eo quod essent ordinis amantes, & Christi dispositioni acquiescerent.

11. Gratis igitur ac profus absurdè, contra ea illimitata Christi verba, quibus Petrus omnium quoque agnos parientium pastor, & fundamentorum creatorum fundamentum, est renunciatus, inuehitur limitatio pro Sancto Paulo: ita ut ipse quoque sit pastor omnium, & fundamentum fundamentorum. Quidni verò idem æquè comminisci liceat pro S. Andrea? [Qui primus est in Apostolorum coronam vocatus, qui quasi columna primum affixus est in Ecclesia, & ante Petrum Petrus, fundamentique fundamentum; qui primitiarius fuit principum; qui antequam vocaretur, alios vocat Dominum quique ante congnat, quam congnaretur, qui antequam adducatur adducit.] Verba sunt Hefychij de S. Andrea homil. de eo. Nec parcius de eo S. Athanasius cum ait. [Andreas Apostolorum prima plantatio. Hic Christi disciplinae portas aperuit; hic propheticae agriculturæ fructus primus vindemiauit, speique dono præstans cæteris, primus eum quem omnes expectabant amplectitur: primus veteris instituti præcepta, constituto terminari tempore comprobavit, primus Moysi linguam cohibuit, ægrè ferens, post Christum, eum iam amplius loqui.] Quidni verò etiam liceat, si semel pro S. Paulo inuehitur verborum Christi limitatio, eandem apponere pro S. Iacobo Hierosolymorum primo Episcopo, quem idcirco Clemens I. epist. ad Iacob. vocat *Episcoporum Episcopum*; Hefychius verò apud Photium Cod. 275. vocat *caput & verticem Apostolorum*?

12. De Ioanne item Euangelista, magno in speciem inter, erit qui statuat, eum quoque esse caput Ecclesie vniuersalis, & Petri iurisdictioni subdici, quia eum Iesus dilexit plurimum, & ut S. Zeno, serm. de Fide, Spe, &c. dixit, fuit peculiaris arcanorum Domini consultor. Qui iuxta Nyssenum, homil. 1. in Cant. [Verbi amavit vbera, qui supra pectus Domini in cæna recubuit, & veluti quandam spongiam cor suum apposuit fonti vitæ; & ex ineffabili quadam traditione repletus Christi mysteriis, nobis quoque exhibet mammillam à verbo impletam, nosque implet bonis, quæ ei à fonte sunt indita, magna voce prædicans, quod semper est verbum.] Alter verò Gregorius, in I. Sacram. præf. ad festum S. Ioannis, longum eidem Ioanni contexit panegyricum: & præter cætera ait, eum in regno cælorum, quod est Ecclesia, adeptum esse sedem Apostolici culminis, & immensæ gratiæ muneribus à Christo esse approbatum, ac filium Vicarium matri subrogatum; Superque ipsum vitæ fontem æternum, placidè recumbentem, perenniter


manantia cælestis hausisse fluentia doctrina; tamque profundis ac mysticis reuelationibus esse imbutum, ut omnem transgrediens creaturam, excelsamente conpexerit, & Euangelica voce protulerit, quod in principio erat verbum. Hunc quidni Petri præfectura subditum velimus, & æquali cum eo capitis dignitate exornatum, si institutionem Christi, quæ solius Petri meminit, extensam ad alium quempiam velimus?

Quinetiam politici quibus apex Reipublice secularis est pro nomine, facile adducerentur, ut Christi de Petro verba, valere velint pro solo vulgo fidelium: non tamen extendi ad capita populorum, & eas potestates quas Apostolus vocauit *sublimiores*, tubens omnem animam eis subditam esse: atque adeò videbuntur omni creata iurisdictione exolui, & esse ipsa quoque capita Ecclesie, quo nomine Pipinum insigniuit Stephanus Papa. Nemo non videt hæc omnia esse auersanda Catholicis.

13. Et tamen si semel licet limitare pro libito Christi Oraculum, & aliud caput ei quod ipse posuit appingere, aperietur via ad propositas extensiones, cum Christi institutione pugnantibus. Ea quippe institutione, S. Petrus absolute & simpliciter, atque adeò solus est constitutus pastor & rector fidelium omnium. Sicut cum Rex diploma præfectura concedit alicui absolute & simpliciter, censetur cum solo præficeret, etiam si in actu signato non explicet, se huic soli munus illud & potestatem super alios committere. Similiterque cum ex reuelatione habeamus dari tres personas diuinas; eo ipso, quod non est expressa alia, credimus non dari plures, etiam si in actu signato non sit additum, tres tantum & non plures esse diuinæ Triadis personas; aut has solas tres personas esse diuinas. Ex reuelantis quippe Christi mente, propositio cortice tenus indefinita, est vniuersalis, & excludit alia omnia subiecta. Exemplum item optimum est, quod suppeditat septenarius Sacramentorum nouæ legis, quem fide certum est, esse plenum, & adæquatum eorum numerum, ut insinuatum est in Concilio Florentino, & expressum in Tridentino, sess. 7. cano. 1. de Sacram. in genere. Quamuis enim scriptura & traditio, tantum ferant, Christum instituisse septem vulgata Sacramenta, nec addant in actu signato, ea sola instituisse; tamen Concilia prædicta, ita intellexerunt scripturam & traditionem in quibus septenarius vulgaris Sacramentorum asseritur, alius autem tacetur, ut non sint instituta à Christo plura quam septem Sacramenta, quamuis id nupspiam in actu signato sit expressum in verbo Dei, siue scripto, siue tradito. Notauit hoc optime Suarez, 3. par. q. 65. ad art. 1. qui idem obseruat in aliis fidei dogmatibus: & pro generali regula statuit, in numero definito mysteriorum fidei, intelligi exclusum maiorem numerum: quia ita necessarium est, ut sincera veritas mysteriorum tradatur. Quemadmodum cum affirmatur, Verbum esse incarnatum, intelligitur, neque Patrem, neque Spiritum sanctum agglutinatos esse luto nostro, etiam si id non sit expressum in actu signato quia censetur negari Incarnatio aliarum personarum, eo ipso quod nunquam est expressa, sed tantum Incarnatio Filij. Similiter ergo, quia


quia S. Petrus absolute & simpliciter expressus est pro Ecclesie Pastore, & Petra super quam ædificatur Ecclesia, id est pro Ecclesie capite, solus Petrus ea dignitate censendus est honestatus.

14. Præ his scripturis pro solius S. Petri vniuersali primatu, tam liquidis, tamque manifestis, si contentio earum fiat cum scripturis per Aduersarios propositis pro S. Pauli primatu, apparebit has esse luminaria cicindelarum præ sole; imò tenobras cimærias, atque palpabiles præ luce meridiana. Sed perpetuus est Errorum vsus, ut scripturarum centunculis parum, vel nihil ad rem facientibus, veluti campetribus, ac perizomatis obtegentes profanarum nouitatum turpitudinem, auratas genuinorum locorum cycladas, abiciant; & peplo, stamini, subtegmîni auro, araneorum telas (ut Chrysothomus, homil. de Seraph. queritur) anteponant. Apud Irenæum, lib. 2. cap. 28. abiectis locis ipsius solis radio conscriptis, totum fundamentum falsarum insaniarum absque numero, erat illud Christi *quærite & inuenietis*. Vel numeri, & literæ nominum. Alij parabolas ineptè detortas, pro magnarum Nugarum fundamentum habebant, ut est apud Tertullianum. Expostulat S. Augustinus, & iure expostulat, Donatistas Ecclesiam ex tot clarissimis scripturis toto Orbe diffusam, arctasse ad Africam; nixos ei loco Canticozum. *Indica mihi ubi pascat, ubi cubet in meridie*. Et cum essent ad manum insignia loca oculos effodientia, pro Ecclesie Catholicismo, omnibus illis abiectis, hærebant in ea inutili, nec ad illud institutum quicquam faciente meridiatione. Quod item Anabaptistæ eiusdem æui fecerunt, nixi eo loco aduersus peccati reciduum vrgendo; ad anabaptismum autem ob malum statum baptizantis ridiculè detorto; *qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit eum, quid proficit lauatio eius?* Haud aliter Aduersarij, in præsentia, missellorum quorundam locorum aliud omnino ferentium allegatione, pro S. Pauli primatu contenti; nolunt ad perspicua & expressa loca contrarium planè ferentia, adiciere oculos.



PUNCTUM VII.

Falsò assigni Pontificibus, quod monstrosum binorum simul Ecclesie capitulum consociationem agnouerint, cum omnia alia profiteantur, & soli S. Petro id decus asserant.



1. IC Aduersarius sibi triumphum canit, nec semel, sed frequentissimè, Romanos ipsos Pontifices S. Paulum caput Ecclesie professos esse, contestatur. In quam rem pag. mibi 148. 162. 163. 164. 166. 215. 216. nec se-

mel alibi, allegat vsum receptum iam olim decernendi aliquid ex SS. Petri & Pauli autoritate; quo ipso Pontifices profitentur se agere successores vtriusque, & per transfusam ab utroque potestatem decernere. Allegat præterea picturas SS. Petri & Pauli hoc ad dexteram, illo ad sinistram locato: quas Imagines tam multi Pontifices comprobant. Adducit insuper nominatim aliquos Pontifices, S. Pauli primatum professos; è quibus referam & excutiam, qui Aduersario visi plus fauere; nempe S. Innocentium I. S. Leonem magnum, S. Gregorium, Adrianum I. S. Nicolaum I. & Innocentium III. Hos disertè S. Paulum pro Ecclesie capite simul cum sancto Petro habuisse, prodit. Cæteros non nisi eadem cum istis, aut etiam multo minus vrgentia locutos, ne hæc opella sine causa nimis exerceat, cum istis discussos censebo. Confirmo igitur, nullum in prædictis omnibus esse præsidium Aduersario.

2. Ac primum, quod Pontifices dicant, se aliquid mandare, aut decernere autoritate SS. Petri & Pauli, nec adeò antiquum est, quam Aduersarius videtur supponere, nec sensum facit quem ille existimat. Primus eam loquendi formulam adhibuisse proditur Nicolaus I. qui sub annum Christi 800. floruit. Is abdicans Photium Euiratum Patriarchatu, ait se id præstare autoritate Dei Omnipotentis, & sanctorum Apostolorum Petri & Pauli; id quod deinceps successores Pontifices vsurpauerunt; inter aliquid faciendum, aut decernendum. Quod tamen idcirco Nicolaus non senserit autoritatem Pontificiam ex qua Photium deponeret, transfusam ad se esse à S. Paulo tanquam Ecclesie Capite, & suo prædecesore in eo munere; inde liquet, quod Nicolaus eodem tenore dicit, se Photium abdicare, Dei Omnipotentis, & Beatorum Apostolorum Principum Petri & Pauli, & omnium simul Sanctorum, atque Venerandorum sex vniuersalium Conciliorum autoritate. Num censuit Nicolaus, se succedere omnibus Sanctis, & sex vniuersalibus Conciliis, ac Photium exautorare per transfusam ad se à Sanctis omnibus, & sex Conciliis Occumenicis autoritatem? Item Ioannes VIII. excommunicatum decernens Arnonium, contestatur epist. 762. se decernere ex autoritate, Dei Patris, & Filij, & Spiritus sancti virtute, Beatorumque Apostolorum Petri & Pauli, & omnium Sanctorum Patrum. Alexander verò II. scribens ad Annonem Coloniensem, decernit epist. 4. [Ex parte Domini Nostri Iesu Christi, & Sanctæ Dei Genitricis Mariæ; Sanctorumque Apostolorum Petri & Pauli, omniumque Sanctorum, & Electorum Dei.] Nemo arbitror adeò aberrarit, ut velit censuisse Nicolaum & doctissimum, & optimum Pontificem, nec non Ioannem, ac Alexandrum, vsurpantes prædictas formulas, Beatorum Mariam, & omnes Sanctos Patres, ac omnes Dei Electos, ex quorum autoritate se agere dicunt, fuisse capita Ecclesie, seque illis successisse, & per transfusam ad se ab eis autoritatem decernere.

3. Quod igitur dixit Nicolaus, accipiendum est cum distributione accomodata; ita scilicet, ut quoad sanctum Petrum, profiteatur se agere per

PUNCT. 7.  
Pont. Rom.  
contra Ec-  
clesiam bi-  
cipitem.



Пункт. 7.  
Rom. Pont.  
contra Ec-  
clesiam bi-  
cipitem.

per transmissam ab eo auctoritatem; qua potiebatur dum viueret; & ad maiorem emphasim addita sit mentio, cum S. Pauli, cum etiam Beatae Virginis, & omnium Sanctorum, nec non Sacrorum sex Conciliorum, quae tunc praecesserant, & Sanctorum Patrum: vt insinuaretur, quae decernebat, esse conformia sensui illorum, & nunc qua valent apud Deum gratia & auctoritate firmare, rataque habere, constituta à Pontifice. Itaque ex ea decretoria formula, quamuis deinceps à Pontificibus passim vsurpata, falsò infertur sancti Pauli primatus. Posteriores enim loquuntur in sensu in quo primus sic locutus est Nicolaus I. qui eam formulam adhibens, omnia alia cogitauit, quam S. Pauli primatum.

4. Iam quod vniuersi olim Pontifices, dicuntur stipulati primatui sancti Pauli, quatenus in picturis assignabant qui est praecellentior, discussum latè est à Petro Damiani scribente ad Desiderium Abbatem Cassinensem, lib. 2. epist. 37. Et quamuis agnoscat vsus illum non esse perpetuum, sed aliquando sanctum Petrum pingi ad dextram, Beatam verò Paulum ad sinistram; tamen fatetur valde receptum fuisse, vt dextera B. Paulo, sinistra B. Petro assignaretur. Varij variè hunc nodum expediunt, vt saluus sit, (non obstantè eo vsu pictorum quibus omnia licent) suus soli sancto Petro primatus. Sunt qui nobilitatem & digniorem dicant fuisse situm ad sinistram, etiam nunc alius inualuerit vsus. Retuli in eam rem, in Heterocl. par. 1. sect. 3. punct. 1. num. 5. variorum obseruationes. Videndi verò nominatim Tiraquellus in opere de iure primigeniorum, Nebrissenis in quinquagena cap. 39. & Laelius Bificiola in Horis subseciuis, lib. 11. c. 5. tom. 2. Baronius anno 113. & 325. in sessionibus Conciliorum, & vniuersè in Sacris, sinistram monstrat esse nobiliorem locum. Petrus de Marca vir doctissimus, & Ecclesiasticae antiquitatis scrutator eximius, in Commentario inedito de hac Controversia expediens hunc nodum, confugit ipse quoque ad loci sinistri praecellentiam, si referatur ad insipientes sanctorum Petri & Pauli sic collocatorum, imaginem. Quod enim latus dextrum videtur, si imago B. Pauli, cum B. Petri imagine comparetur, est latus sinistram, si ad insipientes referatur. Ex qua relatione sapè metiendus est in publicis cõuentibus, gradus honoris. Hinc fit, vt Episcopus in ea chori parte sedeat, quae dextera est ingredientibus, & tamen responderet sinistro cornu altaris, in quo sinistram ac dextrum latus nuncupatur respectu habito ad praesentiam numinis, cuius ibi sedere maiestas consideratur, veluti olim dicebatur sedere super Cherubin: aut perindè ac si Christus in altari sub speciebus abditus vultu ad populum obuerso consideret. Ex eodem vsu inspecta ingredientium templum positione, olim viris in aede sacra dabatur pars dextra, mulieribus verò sinistra. Idem seruatur in solemnibus Magistratum secularium confessu cum ad aedes factas conueniunt. Qui enim eminentiores sunt, locum chori dextrum, sinistro cornu altaris respondentem occupant; reliqui tenent latus sinistram, quod responderet dextero cornu altaris. Similiter in publicis Senatuum audito-

riis, Praesides id latus occupant, quod sinistram est si confessus ordo à personis Magistratum sedentium ducatur; quod tamen latus, responderet lateri dextro cõteris astantis. Sic item Rege in Senatu pro Tribunali sedente, Pares Franciae Ecclesiastici ad Regis sinistram confidunt, ad dexteram verò Duces, quae latera vices mutant habita altantium ratione, ita vt eorum dextera, Parium Ecclesiasticorum ordo respondeat. Ex praesenti itaque vsu monstratur, positionem ad sinistram, aliquando haberi nobiliorem; ac proindè locum dextrum B. Paulo tributum in diplomatibus, non esse primum, sed secundum. Dicuntur ista ingeniosè & acutè, nec inuicè similitèr, nisi quod vltus contrarius antiquus in conciliis Conciliaribus, huic enodationi difficultatis propositae, minus fauet. Nam in antiquis Conciliis Generalibus, vbi Euangelia in throno, medio in confessu collocabantur, vt Christum repraesentarent, ad dexteram Euangeliorum sedebant Legati Apostolicae Sedis, quae tamen pars ingredientibus erat sinistra.

6. Vt vt sit, si omninò placeat pro loci B. Paulo attributi praecellentia stare, non deerit commoda explicatio. Nam praeter ea, quae in hanc rem alibi sunt disputata, non omnino displicet quod video à quibusdam suggeri. Nempe cum Christus Lucae 22. mandaret Apostolis, vt qui maior & praecellor est, fiat sicut minor & ministrator, idcirco per SS. hosce Apostolos & eorum imagines sic collocatas, insinuari fidelibus humilitatem, & neglectum loci secundum saeculum honoratioris. Id quod etiam inter imagines aliorum Sanctorum quandoque seruatur, eadem fortassis ex causa. Nam Sophronius Hierosolymitanus in Encomio sanctorum Cyri & Ioannis, quod adducitur actione 4. Synod. secundae Nicenae, testatur, in quodam templo, picturam Christi fuisse in medio, à sinistris autem Christi fuisse imaginem Deiparae, & à dextris imaginem B. Ioannis Baptistae: quamuis extra omne dubium sit, nullam esse comparationem dignitatis B. Ioannis, cum Deiparae dignitate. Praeter haec omnia dixerim ex quadam vrbantate, quae etiam inter Sanctos caelites locum habet, S. Petrum cum Romae sit veluti in propria domo, excipere aliquatenus videri S. Paulum, qui non erat Vrbis Romanae proprius Episcopus, sed hospes & peregrinus. At peregrini praesules, ab Vrbis Praesule ad quem diuertunt, honorifice excipiuntur, eisque locus nobilior assignatur. Etiam inter Beatos caelites, nostro vsui se accommodantes, vsurpari hoc non indecorum vrbantatis officium, monstrat exemplum sancti Ioannis Eleemosinarii, cui duo corpora Sanctorum Praesulum cessere tumuli locum potiorum: sicut ipse S. Ioannes Eleemosinarius, cessit locum S. Ioanni Baptistae, vt ex Rocho Bruni recitat Ioannes Tiepolus lib. 4. de inuocat. Sanctor. cap. 3. Vulgariùs est exemplum SS. Laurentij, ac Stephani: quorum merita ponderare, & vter alteri anteferendus sit in sanctitate, solius Dei est statuere. Et tamen cum tempore Pelagij Papae corpus sancti Stephani Romanam aduectum inferretur sepulchro S. Laurentij, cessit iste hospiti suo potiorum tumuli locum, vt est in praesens actis illius translationis, quae

que recolitur 7. Maij. Affine est, quod habetur in actis S. Seneci Rauennatum Antistitis, quae exhibet Surius. Ita hunc nodum expediuit Suardus tractans sessionem Christi ad dexteram Patris. Et eodem modo expediti potest, quod in Missa solenni ad S. Petrum à Pontifice, vel à Cardinali celebrata, cum venitur ad thus adolendum erga imagines Sanctorum Apostolorum initium adolendi ducitur ab imagine S. Pauli, post quam idem officium praestatur imagini S. Petri.

7. Multo debiliora sunt, quae singillatim ex aliquibus Pontificibus adducuntur in rem praesentem; vt ex Innocentio I. qui dicitur asseruisse, originem nominis ac potestatis Episcopalis, à Romana Ecclesia esse repetendam; quippe quae caeteras fundauit Ecclesias per sua duo prima capita. Allegat ista Aduersarius ex Epist. 24. S. Innocentij, quae est ad Concilium Carthagenense, & inter Augustinianas inserta est ordine 91. Verùm reponere hic possumus Aduersatio, quod Lucifer Calaritanus Constantio, cum ait, eum potestatis quae falsò refereret; Poëta enim solenne est fingere, quae nunquam fuerunt. Plane ergo poëtauit hic Aduersarius, allegans Innocentium pro primatu S. Pauli. Verba Innocentij sunt: Scientes quid Apostolicae Sedis (cum omnes hoc loco positi, ipsum loqui desideremus Apostolum) debeatur, à quo ipse Episcopatus, & tota auctoritas huius nominis emerit. ] Apostolus de quo agit Innocentius, non est S. Paulus, vt Aduersarius commetatur; sed S. Petrus; alioqui S. Petrus, quod ne ipse quidem Aduersarius ausit dicere, non esset origo nominis Episcopatus, cum id ibi vni tantum Apostolo tribuatur. Itaque S. Innocentius falsò allegatur pro S. Pauli primatu; & vbi is agit de vno tantum Apostolo, Petro, Aduersarius assuit ex suo S. Paulum. Ita vt habere hic locum possit, quod S. Chrysostomus scitè dixit in quodam allegantes vnum quandam aggregatum locum cum alimento; & vbi aggreus dixerat ex persona Dei; *Meum est aurum*, addentes ex sua penus; *cui volo do ipsum*. [ Hic ( inquit S. Chrysostomus) nisi turpem rem facerem, profuso nunc risu risissem, eos qui haec dicunt irridens: quod sicut parui pueri regia fruente mensa, cum illo alimento quicquid incidit in os inijciant; ita isti quoque, cum scripturis diuinis sua inducunt. ] Alibi ait, hoc esse, peplo & stamini aureo, telas araneorum intexere. Fecit id aperte hoc loco Aduersarius, assuens loco Sancti Innocentij, Paulum: vbi is solius Petri meminerat.

8. Dissimulo, quod Aduersarius, exortum auctoritatis Episcopalis à Romana Sede, in eo fundat, quod caeterae omnes Ecclesiae per SS. Apostolos Petrum & Paulum sint constitutae. At quamuis verum sit, hos Beatos Apostolos omninò multas Ecclesias per se, ac per submissos ab ipsis viros Apostolicos crexisse, tamen non omnes protus Ecclesias crexerunt: cum alij quoque Apostoli, pleraque crexerint: Et tamen earum quoque Ecclesiarum Episcopatus originem habet à Romana Ecclesia, quatenus iurisdictionem quam ab Apostolis fundatoribus acceperunt, ipsarum Episcopi, cum eos constituerunt Antistites, & Ecclesiam fundarunt, ratam habet Romanus Pontifex, vultu

Theophili Raynaldi Pontificis.

que continuatam. Item quatenus Christus fundator Ecclesiae, statuit vt vniuersa Hierarchia, haberet pro apice S. Petrum, & eius successores. Qua ex causa S. Clemens, epist. ad Iacob, ait sanctum Petrum fuisse primitias electionis Domini. Et statuit, const. lib. 6. sanctum Petrum donatum primitiis Hierarchiae potestatis, in omnes Hierarchas deriuandae, non secus se habere ad eam potestatem acceptam diuinitus, quam se habuerit Adam generis nostri caput, in primitiis iustitiae originalis transfundendae ad posteros, si Deo obtemperasset: de qua proportione videndus Turrianus, lib. 1. de Hierar. ordin. cap. 3. adducens ibidem varios Pontifices, contestantes, à B. Petro Apostolatus, & Episcopatus exordium cepisse. Quod sanctus Isidorus ita intellexit, lib. 2. de officiis cap. 5. [ In nouo Testamento, post Christum Sacerdotalis ordo à Petro Apostolo cepit. Ipsi enim primum datur Pontificatus in Ecclesia Christi. Sic enim loquitur ad eum Dominus. *Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam*. Hic ergo ligandi soluendique potestatem primus accepit, primusque ad fidem populum virtute suae praedicationis adduxit. ] Plenius de hoc exordio Episcopatus à Sancto Petro, in Epilegomenis ad Coronam Auream super mithram, veritatem vndeciman.

9. S. Leo inducitur in testem primatus sancti Pauli, eo quod alloquens sanctum Petrum, dicat, sec. 1. de natur. Apost. [ Cum consortem gloriae tuae Paulo. ] Iten, quia dixit: [ hos esse geminos in Ecclesiae corpore oculos. ] & quia vocat eos, Pastores vrbis Romae dicens: [ Isti sunt Patres tui Roma, verique Pastores. ] Haec omnia quibus sanctus Leo adducitur falsus testis contra sanctum Petrum, pro quo tam liquidò stat, tamque frequenter, & praesertim ser. 3. de annin. suae assumpt. & epist. 84. 87. 89. cum solum agnoscentis primatem vniuersalem, nullo negotio eueri possunt. Et imprimis, quod ait sanctus Leo Beatum Paulum fuisse gloriae Beati Petri consortem, refertur ad gloriam laborum quos vterque in excolenda Romana Domini vinea posuit: vnde consecuta est vtriusque gloria apud posteros Romanos, qui eos agnouerunt semper, vt factores religionis in hoc solo: Et idcirco profecti eos semper sunt indiuidua cultus societate, eo quod collato studio, Orientem Occidentem induxerint, vt loquitur Nicolaus I. epist. ad Michael. Quod si vox consortij trahatur ad aequalitatem vtriusque Apostoli, & gloriam Capitis sancto Paulo aequè, ac ac Beato Petro scribendam, dicere similiter liceret omnes iustos non participatione, sed aequalitate Deos esse, & ex aequo participare cum Deo diuinam naturam: Quandoquidem sanctus Petrus, ait, *Magna nobis Deus, & pretiosa promissa donauit, vt per haec efficiamur, diuinae consortes natura*. Igitur consortium sanctorum Petri & Pauli, longè aliter accipiendum est, quam de communi vtriusque dignitate capitis. Idem dico de eo, quod affirmat S. Leo, ambos fuisse lumina & veluti oculos duos Ecclesiae: Hoc enim verum est ob insignia vtriusque merita. Ambo item fuerunt Patres & Pastores

Пункт. 7.  
Pont. Rom.  
contra Ec-  
clesiam bi-  
cipitem.

F F

Pastores

PUNCT. 7. Pastores Romanorum in Christo, sed dispari modo. Nam S. Petrus eum titulum habet, prout particularis Romanorum Episcopus, & caput Ecclesie fixum Romae. Sanctus vero Paulus, quia ibi nauiter laborauit. Vnum autem, ac solui S. Petrum, de S. Leonis sententia fuisse Ecclesie caput, suo tempore, variis S. Leonis locis exscriptis, testatum videre licet, in huius S. Pontificis Confessione, edita à Theodoro Petreio lib. 1. cap. 9.

10. S. Gregorius primus, qui præterea ab Aduersario adducitur pro primatu S. Pauli, nihil reuera habet, quod eum stabiliat. Quod ex eo præsertim vrgetur, est locus ex dialogis vbi S. Gregorius cum Petro colloquens ait lib. 1. cap. 12. [ Numquidam nescis, quoniam Paulus Apostolus, Petro Apostolorum primo, in principatu Apostolico frater est? ] Respondet Petrus, [ Scio planè nec dubium est. ] Exclamat hic Aduersarius, nihil clarius pro S. Pauli primatu asserti posse. Et tamen luculentius adhuc esse putat, quod alio loco habet idem Sanctus Pontifex, lib. 4. in 1. Reg. cap. 10. cum ait de Paulo conuerso ad Christum, [ Qui talis extitit Christum persequens, ad Christum conuersus, caput factus est nationum, quia obtinuit totius Ecclesie principatum. Dum ergo peccatorem conuersum, tam sublimi dignitate honoratum à Domino conspiciamus, peccatorum nostrorum inuenite nos posse remissionem præsumamus. ] Tandem in Sacramentario, S. Gregorius, hæc intexit orationi de vigilia SS. Apostolorum Petri & Pauli, [ Deus qui ligandi soluendique licentiam, tuis Apostolis contulisti. ] Et in oratione pro octaua eorumdem Sanctorum, postulat ut eorū orationibus supplicationibusq; iuniamur, quorum regimur principatu. ] Alibi, SS. Petrum & Paulum, vocat duos duces cælestis exercitus; Quibus omnibus locis, S. Paulum communiter & pariformiter cum Petro, ducem Ecclesie (quæ est cælestis in terra exercitus) caput nationum, clauibus cæli, seu ligandi, ac soluendi potestate instructum, principatus Apostolici fratrem & comparem Paulum, agnoscit Sanctus Gregorius.

11. Hæc tamen consecutio longè abest à mente Gregorij, qui disertè S. Paulum subditum & inferiorem S. Petro agnoscit, homil. 18. in Ezech. [ Se (inquit de S. Petro) etiam minori fratri ad consensum dedit; atq; in eadem re factus est sequens minoris sui, etiam vt in hoc præiret; quatenus qui primus erat in Apostolatus culmine, esset primus & in humilitate. ] En S. Gregorius imitatus S. Augustinum Epistola ad S. Hieronymum de causa legalium, celebrat petri humilitatem qua cessit minori: atque aded non statuit illos simul esse Ecclesie vniuersæ ex æquo rectores. Eo itaque loco, qui adductus est ex dialogis, præterquam quod ibi S. Petrus Apostolorum primus, atque aded caput assertitur; intendit tantum S. Gregorius, monstrare quantum labores pro Christo, præstent miraculis; quandoquidem S. Paulus minor edidit miracula quam S. Petrus; & tamen eo cunctus est S. Paulus, quia plus omnibus laborauit, vt de eo coniunctim dicatur cum S. Petro, quod sint principes Apostoli; idest inter Apostolos nominatissimi & præcellentissimi.

mi; prior ob dignitatem capitis, posterior quia omnes laboribus pro Christo superauit; etiam si miraculis fuerit petro inferior. Quid hæc ad dignitatem capitis Ecclesie, D. paulo arrogandam?

In loco ex Commentario in librum 1. Regum; S. Gregorius confert Saulem ex agasone cunctum in Regem, cum Saulo, ex persecutore cuncto in Apostolum; Et quia Apostoli constituti sunt principes super omnem terram, & Dij fortes terræ vehementer eleuati, donatiq; principatu nimis confortati; S. Gregorius vt analogiam regni Saülis, cum dignitate Apostolica à B. paulo obtenta declararet, ait eum esse factum caput nationum, & totius Ecclesie principem, eo sensu quo id totum dicitur de omnibus Apostolis, ratione dignitatis Apostolica: Quamuis nemo propterea Catholicus, ac ne ipse quidem Aduersarius, vndecim Apostolos velit esse S. petro æquales, in Ecclesie vniuersæ præfectura.

12. Cætera ex Sacramentario, & ex homilia in Ezechielem adducta, non egent longa responsione, cum dicantur quoque de omnibus Apostolis. Nam omnibus datæ sunt clauis, omnes sunt belli nostri triumphales duces; sed supra omnes, & principaliori ac peculiari ratione S. Petrus. Quod planè insigniter & expressa S. petri supra S. Paulum præcellentia in ratione capitis, traditum est à S. Gregorio in Ioannis Ieiunatoris castigatione, lib. 4. regist. epist. 38. [ Certè (inquit) Petrus Apostolus primum membrum sanctæ & vniuersalis Ecclesie est. Paulus, Andreas, Ioannes, quid aliud quam singularium sunt plebium capita? Et tamen sub vno capite, omnes membra sunt Ecclesie. ]

Quod iam cælo illatus S. Gregorius, dicitur Tagioni Episcopo per visum annuerasse S. Paulum Episcopis Romanæ Ecclesie, ( si vera est narratio, quam multi habent valdè suspectam, ) aliud non fert, quam societatem laborum S. Pauli cum S. petro, vero tunc cum vitæret, & solo Romanæ Ciuitatis Episcopo; qui in ea Ecclesia particulari fundanda & excolenda, insignem adiutorem habuit S. Paulum; etiam si neque esset Romanus Episcopus particularis, neque nexam eidem Episcopatu totius Ecclesie præfecturam esset consecutus.

13. Profertur insuper Adrianus I. quia scribens ad Constantinum & Ireneum, ait Romanos Pontifices esse SS. petri & Pauli Vicarios, & addit, ambo esse Coryphæos Apostolorum, & fundamenta Orthodoxæ fidei, ac potitos esse ligandi & soluendi potestate: Quibus affinia sunt, quæ adducuntur ex Gregorio VII. agnoscete se sedere in throno SS. Apostolorum petri & Pauli; indeque vibrante Anathema in Henricum rebellem Deo Imperatorem. Hæc omnia tenuissima sunt, & eadem opera disijciuntur. Dicuntur enim Pontifices esse Vicarij SS. petri & Pauli, eorumque sedem tenere, quia sufficiuntur à Deo ad continuandam culturam vineæ ab illis SS. Apostolis communi opera plantatæ, excultæ, rigatæque suo sanguine, quamuis S. Petrus thronum Romanæ vrbis tenuerit vt proprium, eique nexerit non absque respecta Dei voluntate, vniuersalis Ecclesie præfecturam ordinariam, & cum iure successione, qua solus potiebatur.

14. Nico

14. Nicolaus I. videtur Aduersariis prima S. Pauli stabilire, quatenus scribens ad Michaelæm Imperatorem epist. 1. agnoscit Paulum constitutum esse in Ecclesia tanquam luminare maius, ab ipso Deo instructum potestate super vniuersam Ecclesiam. Ait item Petrum & Paulum esse duos mundi oculos, ac proindè sicut oculi eminent in corporis specula, eiusque totius sunt excubitores; nec alter alteri cedit, sed æquales sunt, & inuicem independentes ita idem de SS. Petro & Paulo, quoad corpus Ecclesie, est affirmandum, de Nicolai sententia. Similem loquendi modum habet Petrus Damiani serm. 17. agens de his duobus Apostolis. Locum item S. Leonis, æque hos Sanctos vocantis duos corporis Ecclesie oculos, supra iam adduximus. Nec aliter Arnobius iunior, in Consiectu lib. 2. pag. mibi 560. his verbis, [ Quasi in capite corporis duo oculi, ita in capite Ecclesie, Petrus & Paulus. ] Et Fortunatus lib. 3. de vita S. Martini, quo libro disertè S. Petrum celsiorem gradu quam Paulum statuit, sic ait de iisdem.

*A facie hostili, duo propugnacula presunt.*

*Quos Fidei Turres, vrbis caput orbis habent.*

*Hi radiant oculi presioso in corpore Christi:*

*Lumine qui proprio cætera membra regunt.*

Similia S. Bernardus serm. 1. Apostolorum.

15. Nihil infirmius hac ratiocinatione. Damus, Nicolaum iuxta eam Analogiam Sanctorum cum luminaribus cæli, quam fusè illustrat S. Gregorius, repositiisse S. Paulum inter ignes maiores, siue inter stellas primæ magnitudinis, instructum lumine ad illucendum Ecclesie vniuersæ, prædicationis suæ ac exemplorum fulgore; quod quidem lumen & eius spargendi potestatem, à solo Deo hausit, qui omnes Apostolos similiter instruxit iurisdictione amplissima delegata, ad complendum orbem lucis vera illuminante ( si pateat aditus ) omnem hominem venientem in hunc mundum. Sed sicut cæteri Apostoli ( qui etiam sunt in Ecclesia luminaria magna ) non idecirò sunt æquales S. Petro in capitis dignitate; ita S. Paulus præ Petro, non est nisi luminare minus, vt rectè dixit Hugo Victorinus serm. 64. Item si S. Paulus alter oculus Ecclesie dicitur, non sequitur, quod sit æqualis & minimè subordinatus alteri oculo mystico, nempe S. Petro. Quandoquidem Theophilus Alexandrinus epist. 1. palch. Solem & Lunam duos mundi oculos nominat: & tamen constat, Lunam esse Soli inæqualem, & subordinatam. Imò iuxta S. Damascenum, lib. 2. de fide cap. 7. Luna ad Solem comparata, est luculenta imago subordinationis, qua inferior superiori subiacet, & ab eo accipit decus luminis, ac cælestes influxus.

16. Innocentio III. idecirò Aduersarius impingit assertionem primatus S. Pauli, quia tribuit Paulo potestatis plenitudinem e. per venerab. qui filij sint leg. Verùm hoc non est scribere, sed ludere, & Lectori qui libros confutere aut nolit, aut nequeat, consultè illudere. Eo sanè loco Innocentius III. tam disertè supremam solius S. Petri in vniuersa Ecclesia potestatem tradit, vt videatur in Aduersarium cadere, quod de quibusdam dixit S. Augustinus: esse scilicet, qui in montes quodammodo offendant, ac res obuias & in ipsos oculos in-

*Theophili Raynaldi Pontificia.*

currentes, nolint contueri. Obiter quidem Innocentius, addit, Paulum vt plenitudinem potestatis ostenderet, affirmasse, *nescitis quoniam contra Ecce Angelos iudicabimus, quanto magis secularia Ecclesiam bicipitem.* Sed hæc plenitudo potestatis S. Pauli, quam ex eo loco eruit Innocentius; est longe alia, quam plenitudo potestatis constituens vniuersæ Ecclesie caput; quæ necesse est, vt sit potestas ordinaria & omnes aliis committas potestates habens subiectas, atque subordinatas: cum ad plenitudinem potestatis Paulo assignatam, sufficiat potestas extraordinaria & Petro subordinata.

17. Sed maximè vrgetur tanquam inexplicabilis locus ex Epistola eiusdem Innocentij III. ad Cardinalem S. Sabinæ, Archiepiscopum Remensem, vbi his verbis agit de SS. Petro & Paulo. [ A Christo in persona eorum, Romana Ecclesia auctoritatem super Ecclesias vniuersas accepit: vnde & Bulla nostra per quæ totius negotia Christianitatis aguntur, caput ipsorum caractere præsignatur. ] En disertè, vtumque Apostolum vocat *caput*. Sed reuera longè aliud voluit Innocentius.

Hoc vt perspicatur, considerandum est de quo ibi ageret Innocentius. Corruerant aliqui sigilla bullata à Pontifice transmissa. Hoc ait, Innocentius, in iniuriam SS. Apostolorum redundare, quorum *capita*, idest imagines non integræ, præfiguntur Bullis Pontificiis, hinc vnum inde aliud. Itaque non denominat Innocentius, *caput*, vtumque Apostolorum, vt Aduersarius intelligit; sed dimidia ex parte expressas eorum formas, *capitum* nomine exprimit. Nec id nouum est. Nam etiam S. Ambrosius ad hunc sensum dixit, [ Solo ære fusa Principum capita, & ducti vultus de ære, vel de marmore, ab hominibus adorantur. ] Quotidie audio, huiusmodi statuas Sanctorum in sacrijs afferuatas cum educuntur, vt exponantur in aliqua solemnitate; *capitum* nomine denotari: quod de integra statua non dicitur. Etiam Galli sic loquuntur. *On amis le Chef d'un tel Saint sur l'Auel.* Idest extantem supra umbilicum imaginem. Huiusmodi in plerisque antiquis Bullis cernitur Imago Apostolorum. Nihil item vetat nomine *capitum* intelligere quod cortex vocis præfert. Nam in plerisque sigillis, & antiquis & nouis, sola capita Apostolorum visuntur. Itaque Innocentius non vocauit vtumque Apostolum *caput*. Sed eorum capita dixit Bullis præfigi, in quo Aduersario non patrociniatur. Quod autem ait, Romanam Ecclesiam in persona Apostolorum accepisse auctoritatem, valet ratione S. Petri, qui in illo coniuncto continetur. Nolo missum facere locum ex Innocentio III. in hanc rem ipsis Solis radiis exaratum, vt videat Lector, quam syncerè allegari poterit Innocentius pro nouitate quam exagitemus. [ Petrus (inquit Innocentius) locum habuit Beatiſſimum Paulum. Vnde cum singulariter præmittitur, *Duc in altum* pluraliter subditur, & *laxate retia in capturam*, qui solus Petrus tanquam vniuersalis Princeps Ecclesie in altitudinem supremæ prædicationis ascendit: sed ipse, cum Paulo, retia prædicationis ad capiendos homines in vrbe laxauit. ] Quid apertius? Vsurpauit quoque hanc argumentationem ex allegorico sensu huius loci Ioannes XXII. infra addendus.

FF 2

18. FEB

PVNCT. 7.  
Pont. Rom.  
contra Ec-  
clesiam bi-  
cipitem.

18. En igitur quàm debilibus, imò quàm nullis firmamentis ex Pontificum suffragatione, nitatur assertio Aduersarij de primatu S. Pauli. Cum in contrarium, pro solius S. Petri primatu extant densa Pontificum testimonia, quibus liquidò & perspicuè profitentur, se D. Petro succedere, & eius personam cum eadem potestatis plenitudine representare. Vt propterea non rardè dicant, S. Petrum edere responsa, quæ dabant. De Sancto autem Paulo, nihil vquam tale est proditum ab vilo Pontifice.

19. Inter ea Pontificum testimonia perspicuè attestantia primatu solius S. Petri, excluso D. Paulo, quem Petro obnoxium statuerunt, vnum & alterum est veluti reale, & in actu exercitio; cuius modi suffragia muta, & prophetias rerum, proponit non semel S. Gregorius. Horum ergo realium suffragiorum per omnes simul Pontifices, primatu solius S. Petri delatum, est institutio perantiqua, & cum Ecclesia propè nata, festi Cathedralis S. Petri, de quo festo non pauca dixi in Epilegomenis ad Opus de titulis Pontificis, subnotat. 3. p. 7. Ecclesia enim agnoscens quantum beneficium acceperit in S. Petri promotione in summum Pontificem, & vniuersalem fidei Magistrum Episcopatus, duorum loca in quibus sedem habuit initium, annotato die quo id contigit, peculiari festo recolere dignum duxit; ita vt Antiochenum quoque Episcopatum, quamuis non nisi temporaneum, & mox commutandum in Romanum, celebret quotannis. Sapienter hoc, & afflante Spiritu sancto inductum, grati hodièque recolimus orbe vniuerso Catholicis. Quomoddò ergo si S. Paulus æquè fuit Romanus Episcopus, & vniuersalis Rector Ecclesiæ, non minùs quàm S. Petrus, aded dormitauit Ecclesia, vt non cogitauerit de Cathedra Romana S. Pauli, solempni festo quotannis recolenda; præsertim cum pignus beneuolentiæ S. Pauli erga Romanos, extet in Epistola aded amicè ad illos conscripta? Et dies quidem primi appulsus tanti Apostoli Romam, cum eò captiuus veniret, consignatus habetur in tabulis Ecclesiasticis Bedæ ac Vlnardi, 6. Iulij. Mirabile itaque foret, tam alto silentio inuolsum esse Romanum S. Pauli Episcopatum, vt ne apice quidem in vllis siue sacris tabulis, siue Calendariis, aut libris ritualibus annotatus habeatur, sicut factum est de Episcopatu S. Petri, si verè S. Paulus, non minùs quàm S. Petrus insedisset Romanæ Cathedralis.

Subnecto simile reale testimonium Episcopatus Romani, soli S. Petro attributi ab omni retro ætate. Continetur hoc reale testimonium, in facto propè omnium posteriorum S. Petro Pontificum. Neminem latet, solempnem vsum Romanorum Pontificum ferre, vt cum assumuntur ad eum honorum verticem, nomen commutent: quod aded inualuit, vt iam à multis seculis, saltemque à tempore Ioannis XII. qui primus nomen mutasse fertur anno 955. vnius & alter duntaxat antiquum nomen seruarent. Quid verò ea nominis mutatio Pontificem admoceat, dictum alibi. Mirabile ergo est, per tot sæcula quibus vsum tulit, vt Pontifices nomina mutarent, neminem fuisse, qui se Petrum dixerit; imò Sergius IV. cum Petrus diceretur, non est ausus Petri nomen retinere, id quod etiam fecit Petrus de Tarentasia, qui dictus est Inno-

centius V. Qui autem se Paulos dixerint, multos habet Ecclesia. Rationem cur nemo S. Petri nomen sit ausus assumere, aut præhabitu retinere, colligere licet ex lemmate sepulchrali Sergij Quarti, quod est in Basilica Lateranensi; nimirum quod S. Petrus eam tulerit à successoribus reuerentiam, tanquam primum Ecclesiæ visibile caput. Si autem ea prærogatiua in Sanctum quoque Paulum cecidisset, quomoddò non eadem reuerentia profecuti illum esset successores omnes? Quomoddò inquam aliquis ausus esset se Paulum dicere; Satis video, quanti sit hoc argumentum, non putò tamen planè reiciendum.

20. Iam inter testimonia primatus S. Petri solius, petra ex dictis Pontificum, vrgeri inprimis potest, quod pallium cum sit insigne plenitudinis potestatis, nec nisi insignioribus Prælati Ecclesiæ à Pontifice maximo concedatur, tanquam participatio plenissimæ illius autoritatis quam Deus suo Vicario contulit, communicandam cum alijs; de solius S. Petri corpore sumptum dicitur in omnibus diplomatibus iam à tempore S. Gregorij; apud quem frequens est mentio pallij de corpore S. Petri, aliò transmissi. Eratque id olim aded protritum, vt pallium pro S. Petri simbolo esset; vt aperè liquet ex regula illa Monastica qua Monachis cum silentium erat seruandum si S. Petrus significandus esset, pallium exprimeret gesticulando admonebantur. [Pro signo S. Petri manum dexteram ab humero dextro deorsum vsque in finem pectoris trahit; eo modo de sinistro ad dexterum propter similitudinem pallij, addens hoc vt manu caua coronam in capite simules.] Cum ergo pallium sit nota indultæ participationis Pontificiæ potestatis, & iam olim Pontifices cõtestati sint se pallium de B. Petri Apostoli corpore, vel de B. Petri sede sumptum transmittere, argumentum est non infirmum, eos agnouisse Pontificiam potestatem supremam, & Christi Vicariatum in solo B. Petro resedisse, S. Paulo excluso, vt benè vidit Nicolaus Alemani tract. de parietinis Lateran. cap. 19.

Verùm inter dicta Pontificum de solius S. Petri summo Pontificatu, ea præsertim, eminent quæ suppetunt ex S. Leone IX. Ioanne XII. Clemente VI. Pio II. S. Leonem IX. allegarunt alij; sed ita vt manifestum sit eos alienis oculis eius Epistolam legisse, quam dicunt scriptam ad Michaëlem Imperatorem. Nimirum quia aliquæ sunt Nicolai I. solempnes admodum literæ ad Michaëlem Imperatorem, audientes S. Leonem scripsisse ad Michaëlem censuerunt hunc quoque esse Michaëlem Imperatorem: cum tamen inter istum & S. Leonem IX. Chaos magnum firmatum sit. Is ergo Michaël ad quem scribit S. Leo IX. est Michaël Cerularius Patriarcha Constantinopolitanus, acer Latinorum hostis, cui Pontifex S. Petri primatum, tacito semper S. Pauli primatu, tanquam certum fidei dogma frequentissimè ingerit; at in dogmatibus tradendis, vt supra monstratum est, reticentia alicuius alterius, æquiualeat eius exclusioni.

21. Bonifacius VIII. in Extrauag. *Unam Sanctam*, clariùs expressit mentem suam de vnicò Ecclesiæ capite S. Petro, quàm vt possit esse tergiversationi locus.

Ioannes

Ioannes XII. eo diplomate quo Marti-  
lium Patavinum, & Ioannem de Ianduno con-  
fixit (extatque apud Bzouium anno 1327. da-  
tum Auenione vbi Ioannes sedebat;) liquidò,  
& ita vt non superfit effugio locus, declarat,  
de nullo alio Apostolo quàm de S. Petro, dici  
posse, quod sit totius gregis Dominici pastor ge-  
neralis: quandoquidem Christus soli Petro, &  
non alij vlli, dixit *Pasce oues meas*; & ipsi so-  
li singulariter dixit: *Tibi dabo clauas*, quam-  
uis alijs limitatam iurisdictionem concesserit  
clauis item quandoque nomine signatam: sed  
Petro plenissimam & illimitatam, cum iure  
transfusionis ad posteros, ratione cuius à S.  
Clemente quem ibi allegat Ioannes, dictum est.  
[ Non ipsorum Apostolorum par fuit institutio,  
sed omnibus præfuit vnus; scilicet Pe-  
trus.]

22. Clementis VI. locus in hanc rem per-  
illustis, his verbis conceptus legitur, in eius  
Extrauaganti *Vnigenitus* de pœnit. & remiss.  
[ Quantum apud homines gloriosi principes  
terræ Petrus & Paulus ( per quos Euangelium  
Christi Romæ resplendit, & per quos Ecclesia  
religionis sumpsit exordium, qui facti Chri-  
stiani populi per Euangelium genitores,  
gregis Dominici pastores, fidei lucernæ, Ec-  
clesiarum columnæ, præ cæteris Apostolis pec-  
uliaris quadam prærogatiua in ipso Salvatore,  
fidei virtute præcellunt; Quorum vni, scilicet  
Apostolorum Principi, sicut bono dispensatori,  
clauas regni cœlorum commisit; alteri tanquam  
idoneo Doctore, Magisterium Ecclesiasticæ eru-  
ditionis iniunxit ) in speciali veneratione ha-  
beri debeant, &c.] Hic Pontifex, ita de vtro-  
que Apostolo nonnulla dicit, quæ Aduersarius  
supra adductus, ad Pauli primatum astuendum  
rapiebat, vt perspicuè tamen Paulum à dignitate  
capitis, & primatu Ecclesiæ remoueat. Quod  
æquè voluisse censendi sunt alij Pontifices, si  
quando securè loquentes, quia lis de hoc non  
mouebatur, absque formali & expressa Pauli à  
primatu remotione, dixerunt, eum Dominici  
gregis pastorem, genitorem, seu patrem fide-  
lium, similibusque nominibus donarunt, quæ  
indocti & instabiles deprauant, & torquent  
quò non oportet: Id quod plerisque ratum  
securè loquentibus circa alias fidei materias,  
priusquam ab Hæreticis agitentur contigisse,  
S. Augustinus, contra Iuliam, & S. Thomas Opusc.  
1. initio admonuerant. Dissertit egregiè in ean-  
dem sententiam Facundus, lib. 8. cap. 4. in  
opere de tribus capitulis.

23. Pius II. validè elisisse ipse quoque ser-  
pentis caput, videri debet; cum corrigens, quæ  
iunior scripserat, his verbis exprimit, quid de  
Ecclesiæ capite sit sentiendum. in Bulla retract.  
[ Non duos, aut plures instituit Dominus, qui  
suum locum tanquam capita tenerent æqualia:  
vnum eo instituit, & verticem, & ducem, ac  
pastorem vniuersi gregis, Simonem Petrum,  
dicens: *Tu es Petrus, &c. Et pasce oues meas.*  
Quæ nulli alteri scorsim dicta leguntur,  
nisi Petro: vt in Petro vnitas, & summa con-  
tineretur autoritas. Nec aliud à Petra dic-  
tus est Petrus, nisi Simon: vt intelligeremus  
vnicum esse veram & solidam petram; id est Chri-  
sti ( vt Paulus exponit ) locum tenentem, Si-  
monem Petrum.] Alia & ibi, & in sequenti-

bus addit in hanc rem, insignia, & tamen ibi-  
dem præmiserat, [ Suadete omnibus vt id so-  
lum præ cæteris venerentur, in quo Saluator  
Dominus, suos Vicarios collocauit, & quod  
Beati Apostoli Petrus & Paulus suo sanguine  
dicauerunt. ] Quem locum, ab Aduersario esse  
præteritum, non est mirum: quia verba eius-  
dem quæ statim subiicit, ( illa scilicet quæ re-  
tulimus, ) mentem Pij perspicuè produnt de  
solius S. Petri Pontificatu.


Paulus I. Paulus II. Paulus III. Paulus IV.  
& Paulus V. adduci possunt suffragatores veri-  
tatis quam hic stabilio. Nam nomen *Pauli*  
assumpserunt, quod vt iam supra attigimus, 19.  
non viderentur fuisse facturi, si agnouissent  
S. Paulum fuisse S. Petro æqualem & Christi Vi-  
carium. Sicut nemo hæctenus Pontificum præ  
reuerentia ausus est *Petri* nomen assumere; &  
par ratio militaret pro non assumendo Pauli  
nomine, si S. Paulus eiusdem cum sancto Petro  
Pontificiæ dignitatis fuisset compos. Deinde po-  
sito quod nihilominus Pauli nomen præferre  
voluissent, vltiore numero prænotari debuisset  
dici Paulus II. & qui secundus dictus est,  
debuisset tertius denominari, & consequenter  
cæteri. Nam si sanctus Paulus fuit summus Pon-  
tifex, fuit profectò eo nomine primus. Ergo  
qui consecuti sunt eiusdem nominis Pontifices,  
vel iniuria dixerunt se primum secundum, & sic  
consequenter, abrogata S. Paulo prima Cathedra  
Romana per eius nominis Pontificem, ini-  
tione; vel agnouerunt se S. Paulo non suc-  
cedere ( quod est verissimum ) vnde non nume-  
rarunt illum ante suos antecessores, sed à Paulo 1.  
qui anno 757. Pontificatum inuicti seriem Pon-  
tificum Pauli nomine insignitorum sunt aus-  
picati, Quo ipso attestati manifestissimè sunt  
assertioni quam astruimus.

24. Possim post hæc aded clara, aded fortia  
Pontificum testimonia, Aduersarium compelle-  
re iis ipsis verbis quibus Prosper Collatorem  
assatur lib. contra eundem c. 5. post adductos  
contra eum S. Innocentium I. ac Zozimum  
Romanos Pontifices. [ Videsne regulas tuas,  
inuitarum constitutionum soliditate confractas,  
& in fido instructore, prauas ruinosasque  
iuncturas, velut Hiericuntinos muros ac Sa-  
cerdotium tubarum ruisse concentum? ] Pos-  
sum illud quoque veluti celeuma cum eodem  
Prospero continenter subtexere. [ Prostrata est  
inimica acies; bellum confectum est, victores  
sumus. ] Ita planè; si non pernicacia, sed amore  
veritatis res agatur; nec contentionibus in-  
cumbatur, quas Apostolus inter carnis opera  
recenset, & obnubilare animum sapienter ad-  
monuit S. Augustinus lib. de Agone, Christi.  
c. 16. dicens de contentiosis. [ Ad istas tenebras  
addunt adhuc fumum, quem sibi contentioni-  
bus & certaminibus quotidianis excitare non  
cessant, habentes animas carnis affectibus dif-  
fluente, tanquam ligna humore saginata, in  
quibus ignis fumum solum vomit, & habere  
flamas lucidas non potest. ] O benè, ô sanctè.  
ô ad contentiones, & pugnacitates hodiernas,  
pro paucorum capitulorum imaginationibus  
accommodatè.

Ff 3 PVNCT.


PVNCT. 7.  
Rom. Pontif.  
contra Ec-  
clesiam bi-  
cipitem.

PVNCT. 9.  
Concilia cō-  
tra Eccle-  
siam bicipi-  
tem.



## PVNCTVM VIII.

*Sacra Concilia, monstruosiati binorum simul Ecclesie capitum, nullo pacto astipulata: imò disertissime solum sanctum Petrum habent pro summo Ecclesie Rectore, sine visibili capite.*

1.  ONCILIIS legitimè firmatis, idest Pontificia comprobatione munitis, summa est apud Catholicos autoritas, & irretactabile iudicium, vt fuscè tradit Facundus lib. 5, pro tribus Capitulis, &c. Et dixit Martianus Imperator religiosissimus, verèque (vt præter cætera de eo à Constantino Manasse dictum est) *virtutum nemus, & arbor à Gratiis consita.* Non ignarus huius communis sensus faber binorum Ecclesie capitum, sollicitè quæsiuit, vnde ea ex Conciliis firmaret; adducens primum Arelatense Concilium, & Constantinopolitanum sub Agapeto, ac Menaj; nec non Concilium Occidentalium sub Agathone, ac Concilium Aquisgranense, & Octauam Synodum, ac Concilium Ticinense, & Gontigonense. Non erit tamen difficile hæc expedire.

2. Arelatense I. Epistola ad S. Siluestrum, dicitur sancti Pauli primatum agnouisse, quatenus ait. [Recedere à partibus illis minimè potuisti, in quibus & Apostoli quotidie sedent, & crucior ipsorum sine intermissione Dei gloriam testatur.] Ad idem adducitur Concilium Constantinopolitanum sub Agapeto: quia dixit, Acephalos contempnisse in Sanctissima Romana Ecclesia, successionem Apostolorum; vel vt habet vetus Latina versio. [Contempserunt Ecclesiam Romanam successorem Apostolorum. [Denique Synodus Occidentalium sub Agathone, eodem modo agnoscit Apostolicos, successores SS. Petri & Pauli: sicut Concilium Aquisgranense II. tradit lib. 1. c. 12. Ecclesiam in Occidente per B. Petrum Apostolorum Principem, in Oriente verò, seu Asia, per Beatum Ioannem Euangelistam; in tota autem generaliter mundi latitudine, per B. Paulum fundatam esse.

3. Vt ab hoc postremo loco ordiar; nemo negat sanctum Paulum fundasse Ecclesias in magna parte Orbis terrarum. Hoc tamen nihil probat, nisi sanctum Paulum fuisse insignem Apostolum. Sed aliud est esse Apostolum, aliud Apostolorum omnium Principem, & Ecclesie totius rectorem. Itaque hic locus, frustra in hanc causam adducitur. Cætera in quibus Romanus Pontifex dicitur, *successor Apostolorum, & sedere in eorum Cathedra*, facile possent accipi de sessione in Cathedra solius S. Petri, & successionem ad ipsum solum; quamuis adhibeatur numerus multitudinis, vt est in scri-

ptura non infrequens, etiam cum de vno solo agitur. Plerique enim existimant, vnum duntaxat è latronibus cum Christo confixis blasphemasse: etiam si duo Euangelistæ dicant, latrones qui cum eo crucifixi erant, blasphemasse. Ita D. Ambrosius, ad cap. 23. Lucæ, & D. Augustinus, lib. 3. de consensu. Euang. cap. 16. qui hanc Syllepsim, qua de vno, plurali numero loqui fert vsus, valis scripturarum Exemplis illustrat. Sic enim Reges contra Christum astitisse legimus, cum vnus contra eum astiterit Herodes, vt S. Petrus Actor. 4. est interpretatus. Et Sancti dicuntur obturasse ora Leonum, cum vnus ea obturauerit Daniel. Secti item dicuntur ibidem Sancti, cum vnus duntaxat Isaias, sectus fuerit. Ex hoc igitur loquendi vsu, Romanus Pontifex dici potest successor Apostolorum, sedere in eorum sede; Ipsique Apostoli in Romana Ecclesia sedere; intelligendo hæc omnia per Syllepsim, de solo S. Petro. Potest etiam ad ista omnia responderi, quod SS. Petrus & Paulus communi (vt sic dicam) impensa fundarint Ecclesiam Romanam; ille vt pastor, & particularis & vniuersalis, iste vt nauis colonus, & indefessus agri Domini agricola: inde factum, vt coniungi soleant, & Sedes Romana vtriusque dicatur; id accipiendo cum distributione accommodata. Videtis dicta in Onomastico ad eum titulum, *Sedes Apostolorum Petri & Pauli.* Et ad illum, *Vicarius Apostolorum Petri & Pauli.*

Videri possit in hanc solidam dicti Agathonis interpretationem, reuolui post multam dicti illius discussionem, F. Franciscus Combefis, in Collatione Actorum sextæ Synodi ad Tilianum Codicè, quæ eius lucubratiō his pridem vulgatis in meas manus deuenit. Ait enim hic Autor ad paginam 61. Actorum illorum, Petrum solum, fuisse Romanum Episcopum, quamuis Paulus hanc peculiariter Ecclesiam sibi habere voluerit, sicut Ioannes Ephesinam, & Iacobus Hierosolymitanam. Quam responsionem, ait meliorem esse illa alia quam præmiserat, de successione Pontificum Romanorum non Petro tantum sed etiam Paulo, *vna formali ac perse indiuiduè cum illa Pauli.* Meritò non hæret hic autor in huiusmodi responsione, quæ quàm friuole sit, dictum abundè est puncto tertio. Atque adeò posterior responsio, iure dicta est melior; sed recidenda ei responsio est, lacinia quæ adiungebatur, de Romana Sede æquè peculiari S. Paulo, ac peculiari fuit Ioanni Ephesina, & Iacobo Hierosolymitana. Volo hanc laciniam recidi, quia alioqui reueniendum erit ad primam responsionem, rectè improbatam. Nam S. Ioannes fuit proprius & immediatus Episcopus Ephesinus, & Iacobus proprius Episcopus Hierosolymitanus, æquè ac S. Petrus fuit proprius & immediatus Episcopus Romanus. Itaque si tantum detur S. Paulo circa Sedem Romanam, faber bicipitis Ecclesie habebit intentum, à quo tamen F. Combefis vult videri dissentire.

4. Ex octaua Synodo profertur ab Aduersario hic locus, ex Epistola Synodica Concilij, ad Adrianum II. [Olim quidem illustrem, & perspicuam operatus est vestram magnam Ciuitatem, per eos Sanctos lapides, qui ab Oriente

Oriente ad eam deuoluti sunt; Petrum aio & Paulum, eximiam & principalem Apostolorum summam.] Exclamat hic Aduersarius. *En voces S. Spiritus, sua oracula fundentis per os omnium Catholice Ecclesie Episcoporum. Neque enim sunt hæc alicuius priuati, aut singularis hominis voces, sed Concilij Oecumenici atque adeò totius Ecclesie vniuersalis, desinentis SS. Petrum & Paulum, pariter esse vnã summam Apostolorum, & vnũ Ecclesie caput.*

Reponere hic possum cum Facundo Hermianensi lib. 3. cap. 1. esse qui tam confidenter affirmant quodcumque voluerint, quali hoc sit verum proferre, quod verba iactare, Aduersarius enim præsentissimè, hoc Octauæ Synodi, adeò (vt vult) manifestum, ac ineluctabile testimonium, buccis conetepantibus sonantissimè buccinatur, non semel, sed sæpius. Nempè pag. 396. 398. 553. 662. & 665. ac in Epistola ad Innocentium X. pag. 23. 35. & 58. At hæc (vt dixi) præsentia est non ferenda. Nam in Octaua Synodo quam Aduersarius allegat, nihil habetur huiusmodi. Locus quidem qui allegatur, extat ex parte in Epistola Ignatij Constantinopolitani ad Adrianum II. Ea tamen Epistola, non est exarata à Concilio, vel eius nomine; sed data est suo priuato nōmine ab Ignatio. Id quod euidenter patet, quia Ignatius his literis petit ab Adriano dispensationem ediri in Synodo decreti de omnibus queis Photicus manus imposuisset deponendis: quod decretum laxari ab Adriano poposcit Ignatius, adhibitis etiam supplicibus literis Basilij, Constantinij, & Leonis Imperatorum. Quas literas post Octauam Synodum datas, negauit Adrianus admitti à se posse; quod essent contra Octauam Synodum, non ita multo ante celebratam. At quis non videt, Octauam Synodum non fuisse daturam literas ad Adrianum, vt velit ipsius Octauæ Synodi decreta conuellere, quæ actione vltima, edicit inconcussa & prorsus immutata seruari oportere? En igitur quanta fide Aduersarius, Epistolam priuatam ad exorandam decreti in Concilio editi irritationem, vendit pro ipsius Concilij voce, & oraculo Spiritus sancti. Neque verò Ignatius, ea Epistola ait sanctos Apostolos Petrum & Paulum. [Pariter fuisse vnã summam Apostolorum.] Quo pacto allegat eam Epistolam Aduersarius: sed tantum ait sanctos Petrum & Paulum fuisse summam Apostolorum, quod nemo diffidet. Hi enim sancti Apostoli cæteris fuere maiores, vnus dignitate capitis, alter immanis supra omnes laboribus. At quid hæc ad iactandum sancti Pauli primatum, nomine Octauæ Synodi, aut etiam ipsius Ignatij? Quin potius Octaua Synodus, in ea quæ verè eius fuit Encyclica Epistola, sanctum Petrum seorsim & absque sancti Pauli mentione, Apostolorum principalem summam appellat. Quarè deinceps Aduersarius, alium Octauæ Synodi codicem conquirat, quo contineantur, quæ allegat: vel desinat niti falsiloquiis, & pascere ventos.

5. Leuissima sunt & iam satis expedita, quæ denique Aduersarius ex Synodo Ticinensi, & Pontigonensi adducit pro sancti Pauli primatu. Nam prior sub Ioanne VIII. celebrata, tantum habet, Ioannem esse Vicarium sanctorum Pe-

tri & Pauli; quod longè aliud sonare, quàm PVNCT. 8. quod Aduersarius contendit, iam monstraui-  
mus. Concilium Pontigonense, quod rata ha-  
bit decretum Concilij Ticinensis, nihil aliud  
Ecclesie, ait esse sanctorum Apostolorum Pe-  
tri & Pauli: coque nomine, cauet ne quis ea lo-  
ca hostiliter incurset, aut deprædetur. Nemo  
non videt, terras illas dici potuisse sanctorum  
Petri & Pauli, etiam si sanctus Paulus non sit  
Ecclesie caput. Quia enim intuitu sancti Pau-  
li, sicut & sancti Petri, conferri potuerunt: vel  
quia erant Ecclesie Romanæ à sanctis Petro  
& Paulo fundatæ, insurrebanturque in horum  
sanctorum cultum, fructus inde perceptis; deno-  
minari potuerunt bona horum sanctorum;  
etiam si sanctus Paulus non honestetur titulo  
capitis Ecclesie. Possunt campum nominare,  
cuius fructus ex testatoris voluntate sunt ad-  
dicti obsequio, & cultui sanctorum Apo-  
stolorum Petri & Pauli, & sancti Martini, & id-  
circo denominari potest trium illorum sancto-  
rum ager. Num idcirco Ecclesia est triplex;  
& supra sanctos Petrum & Paulum, habet  
pro capite sanctum Martinum.

6. Pro leuibus tamque facili negotio dis-  
cretis Conciliorum testimoniis, quæ Aduersarius  
ad stabilendum sancti Pauli primatum retulit,  
possent è contrario, infinita loca, & quidem  
euidetissima, è variis Conciliis, pro solius san-  
cti Petri primatu annumerari. Vix enim est  
Concilium, in quo hæc veritas non sit vnica-  
literis exarata. Eo ipso enim, quod Caput  
Ecclesie, solum sanctum Petrum statuunt, nec  
alium ei adiungunt Compontificem summum,  
censenda sunt omnem alium Ecclesie supre-  
mum Rectorem excludere, quandiu is super-  
stes fuit; vt supra circa scripturas admonuimus.  
Hæc ratione allegari potest in hanc rem Canon  
8. Nicensis ex Arabico apud Turrianum: vbi  
Romanus Pontifex vocatur successor sancti  
Petri, tacito sancto paulo. Item ex eiusdem  
Concilij decreto in literis formati, litera ini-  
tialis nominis sancti petri tanquam nota Ca-  
tholicissimi apponebatur, & disertè notatur id  
factum ob sanctum Petrum, cui omnes Catho-  
lici subiunguntur, & cuius successores sunt  
Romani Pontifices.

Et quamuis aliquando Romanus Pontifex  
dicatur sanctorum petri & pauli successor, in  
sensu sæpè iam superius exposito; Nunquam  
tamen inuenietur dictus successor sancti pauli,  
non expresso simul petro; quia verè solus san-  
ctus petrus est cui proprie succeditur, nec nisi  
ex abundantia adiungitur ei sanctus paulus ob  
indiuiduam societatem laborum, in excolenda  
Romana Ecclesia, cuius solus sanctus petrus  
erat ordinarius Antistes.

7. Concilium Romanum sub Gelasio, di-  
sertè agnoscit Sedem Romanam esse solius  
sancti petri, tamen si fatetur martyrij & labo-  
rum, sancto petro adiunctum fuisse Romæ so-  
cium sanctum paulum.

Concilij Florentini sessione vltima in  
literis vniuersis, luculentum planè veritatis pro  
qua satagimus testimonium his verbis confi-  
gnatur. [Definimus, sanctam Apostolicam Sedem,  
& Romanum pontificem, in vniuersum  
Orbem tenere primatum, & ipsum pontificem  
Romanum]



PUNCT. 9.  
Prolusio ad  
Patres.


Romanum, successorem esse B. Principis Apostolorum, & vetum Christi Vicarium, totiusque Ecclesiae caput, omnium Christianorum Patrem, ac Doctorem existere, & ipsi in B. Petro, pascendi, regendi, & gubernandi vniuersalem Ecclesiam, à Domino Nostro IESU Christo plenam potestatem traditam esse, quemadmodum etiam in gestis Oecumenicorum Conciliorum, & in sacris Canonibus continetur. ] Hæc dogmatica definitio in Concilio Oecumenico de Consensu Latinorum, atque Græcorum ab Eugenio Pontifice promulgata, qua S. Petrus semel & iterum, tacito Paulo, caput Ecclesiae, & Pontifex, cui posteriores Romani Pontifices successerint declaratur, virtute continet alia Concilia Oecumenica, & sacros Canones quibus idem prodit esse definitum.

& Superuacaneum sit, de pluribus Conciliorum testimoniis pro vnico Ecclesiae capite S. Petro, excluso S. Paulo, appendendis, sollicitum esse. Cæci enim videri possunt; qui hanc veritatem in omnibus propè Conciliis non vident. Nec minus cæci, qui contrarium videre se in sacris Conciliis, sua delusi imaginatione arbitrantur. Et verò authore Tertulliano. duæ sepè cæcitatæ species concurrunt, non videntium ea quæ sunt, & quæ non sunt (vt ipsi quidem arbitrantur) videntium



PUNCTUM IX.

Proluditur expeditioni locorum è SS. Patribus, quæ Aduersarius pro bicipiti Ecclesiae corpore addensauit; positæ cautionibus ad innoxiam Patrum allegationem. Quid circa singulas peccarit aduersarius, tactum generatim.



VNT SS. Patres tantæ venerationi apud Catholicos, quantæ contemptioni apud hæreticos. Hi enim (quod Anastasius Sinaita cap. 17. *ὁμολογία*, & Vincentius Lyrinensis c. 40. comm. admonuerunt, & rectè quoad nuperos Sectarios tradidit ratione sua quinta Campianus, & Florimondus Remondus lib. 3. cap. 11. nouitiæ hæreticos natales describens, ac Melchior Canus, lib. 7. cap. 1. ac Iurgenius libro cui titulus testes nom. Euangelij, nullus & nemo cap. 5. Patres obfirmatissimè despuunt, causati quod sint homines; quasi & ipsi Patrum criminatores non sint homines. Catholici è contrario (imitatione S. Augustini, qui disputans cum Iuliano, studiosè SS. Patres pro se adducit & collaudat, sequendosque demonstrat; ad quæ annotauit plurima Stapletonius lib. 1. de Princ.) maximi omnium faciunt Patres: quippè qui organa sunt & fistulæ Spiritus sancti, sua ad nos

responsa & oracula; per os Sanctorum qui præcesserunt, transmittentis. Admirabilis S. Spiritus Consiliarius, scitè vocauit Leontius lib. 1. c. 6. tra Nestor. & Eutyech. rectè statuens, qui Patres in veritatem aliquam consentientes audire contempserit, peccare in Spiritum sanctum, qui SS. Patres afflauit. [ Post enim Apostolos, & Prophetas, Doctores posuit in Ecclesia Deus, secundum prouidentiam Spiritus sancti incomprehensam, in Opus ministerij ad ædificationem Corporis Christi. Quare qui Patres illos non recipit, qui in Ecclesia clari & celebres sunt, planè ordinationi & constitutioni Dei resistit. ] Haud aliter Theodoretus, cum nefaria dogmata, quæ tunc increbuerant repellenda suscepisset triplici in eam rem dialogo, Orthodoxum, cum Erastite, siue Hæretico, emendicatore veterum delictorum committens, SS. Patrum testimonia magnis eorum attestis præconiis annumerauit. Hancque ait esse maximè accommodatam rationem dedocendi errores, si sanctorum Patrum vestigijs inquirendis opera detur. [ Hoc enim solent facere viatores, quando à via regia deflexerint, vt semitas confiderent, si aliquorum recedentium, aut venientium pedum typos habeant, aut hominum, aut equorum, aut asinorum, aut mulorum: & quando inuenerint, instar canum vestigia persequuntur, nec priùs desistant, quam rectam viam recuperauerint. ] Grauius id quoque, in Marci Ephesini confutatione, infixum video à Gregorio Protosyncello quæ extat ad calcem Concilij Florentini plenioris.

2. Nec duntaxat cum fidei causa agitur, vt agebatur à prædictis, sed etiam in quacumque disputatione, etiam morali, aut philosophica, magnum habere momentum par est Patrum Iudicium, iuxta illud Cæsarij dialog. 1. qui è Patribus se profecturum, non modò quoad fidei dogmata, sed etiam quoad alia non pauca quæ excutit, disertè proficitur. [ Non quædam (inquit) propriè mea leuiaque proferam, sed quæcumque clarorum Beatorumque Patrum prouta peragrans, de illorum roseto collegi. Quorum rosæ aqua è latere Dei, ac sermonis, qui carnem adsumpsit, manante, rigantur; & à iugi sanguinis indidem orti riuo, rubro colore tinguntur, totumque mundum suauis odoris fragrantia replent: qui & splendore suo firmamenti luminaria vincunt, & vitæ sermonem continent: quorum ellychnium nunquam decedit, & lucerna non comminuitur, & oleum non absumitur, & lampas non quassatur, & flamma non extinguitur. Nam Crucem gestant pro virga, Euangelia pro pera, charitatem pro pedo ac fistula, quibus omnibus Christi gregem rationis participem pascunt. ] Hoc ipsum fuisse grauium Scriptorum studium, etià extra polemicarum descriptiones de rebus fidei, constat ex S. Bernardo dicente hom. 3. super missas. *Libenter vbi mihi congruere video, verba Sanctorum assumo, quo vel ex vasculorum pulchritudine gratiores fiant quæcumque in eis lectori apposuerim. ]* Scitè quoque Petrus Cellensis lib. 1. de tabernaculo, in calce mysticæ expositionis. Hæc (inquit) idè summarim de dictis Sanctorum recolligo, vt si opusculum nostrum propter se displiceat, vel propter Sanctorum sanctas reliquias non vsquequaque abiiciatur.

Et

Est enim ligneam pixidem propter se non suscipio, tamen quia continet sanctorum corpora & ossa, debita veneratione illam excipiens, summis digitis, lotisque manibus, tenens lignum, aliter quàm lignum honoro. ] Id verò perindè esse atque agræsti plantæ mitem furculum inde, atque ad eò & fructuosè, & laudabiliter fieri, scitè dixit Gregorius Nyssenus initio Hexameri.

3. Cogor tam disertè contestari sensum Catholicorum omnium de SS. Patrum autoritate, quia Aduersarius perpetuus est in querelis de Patrum contemptione, quos ab iis quibuscumque distidet quoad hoc negotium, neglectos exposulat. Nec in hoc duntaxat negotio, sed etiam in alijs plerisque, & ipse, & eius symmistæ, nouitates periculosas pro quibus inducendis fatigant, non aliunde magis quàm à Patrum suffragatione communiunt; deplorantes quod quid ab eis dissentiant, non legerint Patres, aut flocci faciant, non adherentes iis, quæ apud Patres à se reperta, & inde educta in publicum, exofculari omnes antiquitatis Christianæ studiosos par fuerat. Eoque res deducta est, vt in materijs grauissimis, cæcutiuisse hætenus omnes Doctores, præsertim scholasticos, nec peruidisse, quid antiqua doctrina tulerit, ob negligentem, aut nullam SS. Patrum lectionem, audiamus: maximè verò circa negotia gratiæ diuinæ, & libertatis humanæ, & prædestinationis Electorum, multa, & noua, & ad hanc diem in scholis Catholicorum inaudita, paucis ab hinc annis sunt producta, quæ vnius D. Augustini studiosa multorum annorum peruolutione, seruntur deprehensa: quale est, quod nulla detur gratia sufficiens, quod liberum, & voluntarium non differant, quod Christus non sit mortuus pro reprobis, sed pro Electis tantum. Audiuntur etiam, qui ex iugi antiquorum Scriptorum seruatione, deprehendisse se dicant, formas, & materias aliquorum Sacramentorum, longè alias olim fuisse, ac nunc esse posse, quàm nunc existimant passim Doctores. V. g. materiam baptismi posse esse vinum, & hunc quemcunque stillatitium; materiam Confirmationis proximam non esse Christianationem: formam qua conficitur Eucharistia, esse illa verba Canonis, *vt nobis Corpus & Sanguis fiat.* Formam sacramenti penitentiae, esse deprecationem, non sententiam iudicalem. Adulterio interueniente, abrumpi vinculum coniugale, ita vt nõ tantum thori seiuinctio, sed etiam substantiæ matrimonij disruptio fiat; ac proindè fas sit alteri coniungi.

4. Alia ad quæ tinniant ambæ sapientum aures, excogitantur & produntur in dies, nixa semper antiquorum sensu, & diligenti SS. Patrum perseruatione. Ac ni benignum numen secundet omnia, verendum est, vt se dant initia, ne sapientissimus ac religiosissimus P. Bruno d'Asiringus qui Generalem Præfectum Cartulianorum ante annos paucos agebat, fuerit verus vates. Memini audire optimum Patrem, cum cum aliquando in magna Cartusia officij gratia inuiserem, timentem Ecclesiae, timentem Catholicæ fidei, ab hac seruatorum veterum, tam sedula, per nonnullos quos nominabat, seruatione. Nec id agebat, vt notaret eos quos Vincentius Lyrinensis cum petulante Theophili Raynaudi Postificia.

Noëmi filio componit; qui nuditates parentum retegunt, & alijs ridendas proponunt, cum deberent occulere & operire silentio; sed eos notabat, qui vel refodiendis veteribus scriptis quæ altius infodi præstitisset, infectionem puritati doctrinæ sanæ molliuntur inferre, vt Bertrami, Abelardi, Gulielmi de Sancto Amore, VVicleffi, & aliorum impiorum scriptorum è tumulo in quo ferebant, Editores; quod nuper factum indignissimè à Goldasto: vel qui probatorum Patrum scripta, peruersa interpretatione corrumpunt, eo legentes animo scripta Patrum, vt vel præconceptionibus ipsorum legentium astipulentur, coque Patres trahant quò ipsi priusquam ad legendum accederent, animo destinassent eos abstrahere: vel nouitatis alicuius qua se non absque graui auctore notabiles præbeant, argumentum subministrant, parum solliciti, quod ea ratione firmamenta probatæ doctrinæ in discrimen adducit iis meritò in ea studij anomalia annumerandi, quos Theodoretus sola temeritate, & præfidenti nouandi ausu gloriam captasse commemorat, & meritò damnat.

5. Et olim quidem Scripturæ sacræ lectio, erat ad hunc modum improuidis in miscipulam: vt propterea non desuerint, qui scripturam librum hæreticorum vocarent, eo quod peruersi homines sacris scriptis ex se optimis, vitio suo abuterentur ad cudenda exitialia dogmata. Vnde tanta hæreticorum sollicitudo de abroganda fide omnibus planè dogmatibus, quæ liquidis & apertis Scripturæ testimoniis non confirmarentur; prorsusque excludenda traditione & Patrum scriptis quantumuis consentientibus deprecandis. Quæ nostratum sectariorum peruersitas, pridem à Vincentio Lyrinensi explosa est, & prius etiam à S. Hilario in opere ad Constantium. Nunc è contrario timendum esse pronunciabat, is quem dixi sapientissimus Bruno, cui sui Oraculum, ne traditio in SS. Patrum libris delitescens, apud improuidos malè Sanctorum scriptis incumbentes, fieret sementis errorum; quod re ipsa proximis annis experti sumus. Nec dum scæx huius abusionis est exinanita. Sântque qui de ea hodièque hauriant avidissimè.

6. Quod is ipse noui dogmatis Faber cum quo ago, tam studiosè Patres euoluens, & vbiuis Patres crepans; eorumque autoritate sensus nouos aliisque scholæ Doctoribus planè incomptos communiens, hoc nominatim loco diligentiam extraordinariam prodiderit, confarcinandis Patrum dictis, quibus suam de bicipiti Ecclesiae corpore nouitatem stabiliat: placuit, extricationi locorum, quæ ille addensauit, proludere, nonnulla inter legendum Patres declinanda, annotando; in quæ Aduersarium offensus contendo, & exhibito specimine locorum, quæ ille aceruauit, testatum faciam.

7. Illudque in primis obseruatum volo, vt de sensu Patrum, non ex vno aliquo verbulo obiter, ac præter institutum emisso feratur iudicium, præsertim si illud verbum inter concertandum exciderit. Huius moniti opportunitas, non est, quod operosè suadeatur, cum constet eius defectu, plerumque graues Patres perlectorum non attentorum imprudentium, grauatos esse;

G g esse;

PUNCT. 9.  
Prolusio ad  
Patres.

PVNCT. 9. esse; sic enim sanctus Gregor. Thaumaturgus, quod agens contra Ælianum, Ethnicum hominem, aliquid minùs exactè admissum Theologicam de Patris, & Filij distinctione scripsisset; erroris quem Sabellius tradidit, est accusatus; sed à sancto Basilio epist. 64. defensus; eo quod aliud cum Gentili agens, minùs exactè quam si ex instituto rem traderet, esset locutus. Id quod etiam sanctus Athanas. lib. de decr. Nicenæ Synodi in Origene excusauit, quod in palæstra, (vt ait) & inter concertandum, præter institutum de quo tunc agebatur, aliquid incommodè contra veram propriamque sententiam dixisset. Quid quod in ipsorum Conciliorum definitionibus, aliqua interdum obiter & præter institutum addita non modò paruereunt calumniæ, sed apertè sunt improbata? Vt quod de Angelorum corporeitate obiter admissum est, inter tradendum doctrinam Catholicam de sacramentorum Imaginum ueneratione. Et eodem loco habent aliqui, quod de vtraque creatura spiritali & mundana, simul producta, traditum est in Concilio Lateran. Est quod in hac parte minùs æquum censeamus primatus S. Pauli patronum; quod afferat pro eo primatu loca aliquorum Patrum, qui inter certandum cum Hæreticis, urgent successionem Episcoporum in in Romana Ecclesia; & quia splendor S. Pauli est omnino insignis, eum adiungunt S. Petro, non tanquam Cœpiscopum vniuersalem, sed vt cooperatorem nauum, & eiusdem ubique cum S. Petro sententiæ in dogmatibus. Hoc obiter à quibusdam Patribus prolatum, ad ostendendum hæreticis assertorum & plantatorum primorum Catholicæ fidei in orbis Metropoli eximum splendorem, Aduersarius rapit tanquam indubium primatus S. Pauli argumentum, quod quanti esse debeat, vides ex proximè dictis.

8. Optimum deinde est monitum, quod S. Hilarius lib. de Synodis sub initium, grauiter infigit, obtestans, ne iudicium feratur ex vna aliqua libri particula à reliquo corpore auulsa, sed ex totius libri lectione, vt quæ sit mens authoris liquidius certiusque innorescat. [Oro (inquit) vos per Domini misericordiam, vt quia mihi ad vos de diuinis (vt voluistis) rebus & de fidei nostræ intemerata conscientia erit per literas has sermo, ne quisquam de me ante sermonis cōsummationem per literarū exordia existimet iudicandum. Iniquum est enim, nisi comperta vsque ad finem ratione dictorum, præiudicatam sententiam, ex initiis quorundam causa adhuc ignoretur, afferre: cum non de inchoatis ad cognoscendum, sed de absolutis ad cognitionem sit iudicandum. Est enim mihi de quorum absolutio à me in cōsummatione erit præstanda, cognosci; dum verum intelligi, ex his quæ absoluuntur, euitant. Sed quisquis hæc legenda, & cognoscenda susceperit, modum sibi, atque mihi patientiæ fidelis indulgeat, & vsque ad absoluitionem vniuersa percenscat.]

9. Præclare in eandem sententiam his verbis sanctus Eulogius, de quo sic Photius Codice ducentesima vigesima quinta, refertur breuiculum Apologeticum ab eo conscriptum pro tomo sancti Leonis, perperam ab aliquibus deprauati. [Legem constituit & ca-

nonem, scripta non oportere diiudicare ex parte: neque fragmenta quædam sumendo, ex his de tota scriptoris mente iudicium ferendum. Hos enim Propheta execratur, *Vbi Prophetis, qui sequuntur spiritum suum & nihil vident.* Hanc legem ac regulam, & Patrum nostrorum decreta confirmant.] Adducit in hanc rem Eustathium Antiochenum, & Basilium, & contrarium vsum quem hic improbamus, ait non esse nisi hæreticorum, qui per eam abusionem sanctos Petrum & Paulum Apostolorum Principes, reos fecerunt pinguium errorum. Quin etiam Seuerus Hæreticus (vt ibidem refertur) hunc Canonem comprobauit, non oportere per aliquot fragmenta & diuisiones, scriptoris pietatem iudicare. Seueri enim hæc verba sunt, ad Iulianum Hælicarnassæum. [Oportet igitur præceptiones Sanctorum sanctæ Ecclesiæ Doctorum per occasionem perfectè legere, & non singularim omnia proficere, & de toto sensu periculosè coniectare. Hoc & in Apostolicis ac in Evangelicis scriptis; atque aded in omni diuinitus inspirata scriptura seruandum est, quando non in vna voce, scilicet Epistola, vel operis, collocanda est scriptoris pietas.] Planè de comedente exiuit cibus, vt in simili dixit Theodoretus lib. 3. contra Græcos, sed vt addit de Seuerus S. Eulogius, refixit hunc canonem ipsæ Seuerus iudicans de S. Leonis Epistola ex fragmentis malè decerptis, non ex continua textura Epistolæ vniuersæ, de quo merito expoſtulat S. Eulogius. Qui item, vt ad calcem breuiculi primi huius libri ab eo editi, obseruat Phorius, moniti huius neglectu, calumniis grauatis est ab incircumpectis lectoribus, ex paucis particulis de eius opere vniuerso sententiam ferentibus. Vnde sic concludit photius. [Oportet integrum auditorem, scriptoris scopum inuestigare, & totius scriptionis seriem considerare.] Huius cautionis necessitas, quæta fuerit Aduersatio bicipitis Ecclesiæ fabro, & ex locis non paucis, quæ superius sunt prolata manifestum esse potest; & fiet in sequentibus manifestius. Non raro enim paucis verbis à reliqua disputatione auulsi, & vt cum Apuleio infra dicam, solis excerptis, & ab ordine suo seiuatis, inædificat nouitatem suam parum pens habens, quid integra scriptio contineatur.

10. Cautio alia priorì conterminata, est, ne in referendis patrum dictis, similes simus monoculis, aliqua apud Patres alicubi videntes; nec considerantes, quæ eodem libro, aut alibi, ipsi explicatiùs per veritatem tradant. Hoc qui in legendis & referendis patribus faciunt, monoculos esse ait Anastasius Sinaita cap. 13. *ὁδὸν τῶν*, agens de quodam loco sancti Dionysij, qui cum paulò obscurius aliquid contineret de Christi operationibus, rapiebatu à Seuerianis, ad confirmandam impietatem suam de naturarum in Christo confusione: cum tamen extrarent apud sanctum Dionysium illustrata loca in quibus explicatissimè veritatem Catholicam exponeret; & æquum fuerat ea loca non præteriri, vt de tanti Patris mente constaret. Hoc non modò inter varios patres faciendum est, iis qui subobscurius locuti videri possunt, per eos qui clarè ac perspicuè veritatem tradiderint, explicatis, vt faciendum admonebat Bellarion capite 4. agens pro vniione in Concilio

Concilio Florentino: sed multo magis idem præstandum est; cum vnus & eiusdem Patris locus vnus, videri potest subobscurior, alia vero multa (suppetunt perspicua, in quibus veritati catholice, aut solidæ doctrinæ aspicietur.

Egregiè in hanc rem, S. Cyrillo allegato Facundus lib. 9. cap. 5. & rationem reddit; [Nam quemadmodum calumniantium Hæreticorum est, ex dubiis & obscuris, quæ certa & manifesta sunt, malè interpretari; ita solitum est prudentiæ ac pietatis catholice, & indubitatè atque euidentibus, & firmare ambigua, & latentia declarare. Iubeat id ipsum S. Eulogius, apud Photium Cod. 225. cum Epistola dogmatica S. Leonis dicta à Græcis *Columna*, malignè à quibusdam sugillaretur dum nollet in ea videre, quæ perspicua erant, & vltro cœcutirent ubi volebant: adducitque in eam rem Eulogius S. Basilium, quem moniti, quod hic suggestissimus, laudat author. Non adhibuisse Aduersarium hanc cautionem, liquet cum monstrauerimus, Patres quos pro se allegat, ibidè, aut alibi, omnia alia tradere.

11. Et hæc quoque deuotandum maximè in Patribus allegandis, ne obtorqueantur ita vt vel renuentes cogantur dicere, quod lector antecœcupatus exoptat. Verabat hoc facere S. Hilarius lib. 1. de Trinitate. cum sic admoneret. [Optimus lector est, qui dictorum intelligentiam, expectet ex dictis, potius quàm imponat; & reuulerit magis, quàm attulerit: neque cogat id videri dictis contineri, quod ante lectionem præsumserit intelligendum.] Experti id sunt à Ianiis tortoribus suis verius quam lectoribus, Patres omnino multi; vt Hieronymus: qui in opere aduersus Iovinianum visus est damnare nuptias, quia eius sententia calumniosè detorta est, etiam si illo ipso opere sapientiùs negasset le nuptias improbare, quamuis neque laudaret præ virginitate, & huic exæquare non sustineret. Itaque manifesta fuit sententiæ tanti Patris detorsio, ob quam calumnia est onerata, vt ipse latissimè demonstrat, signatis variis sui operis locis, ferentibus quod dico, contexta in eam rem longa apologia ad Pammachium epistol. 50.

12. Sed vix vllius Patris sententiæ, magis vnquam huic incommodo obnoxia fuerunt, quàm S. Augustini. Eum hæretici omnes, tametsi reliquos Patres calcant, iactare iam olim soliti. Berengarius & Asselæ, vno ferè nitentur Augustino, vt apud Guilmundum, videre est, lib. 3. initio, qui idcirco Berengarianos alloquens ait in libri meta. *Augustinus vester*; cum tamen ex eodem Guilmundo & Lantfranco de sincera D. Augustini sententiâ Berengario protrus contraria, non sit dubitatio. Idem vrget Durandus Troanenſis parte 7. Scribens contra Berengarium Et vrget senel iterum, ac tertid. Eundem Augustinum Serapion hæreticus in conspectu cum Anobio iunior, lib. 2. *sub finem*; tantoperè commendabat, vt non dubitaret, vel minimum refragantes Augustino, notare hæreseos. Claudius Taurinensis Iconoclasta, apud Dungalum, cum omnes alios Patres reitceret, adherere se tamen Augustino, profitebatur. Dungalus verba sunt, de Claudio. [S. Augustino laiciuè blanditur, & adulatur, singulari eum præferens laude; quasi suæ fautorem vcordiæ: Et cum sit omnium artium infcius liberalium, nititur procacissimè, ipsius Diale-

*Theo phili Raynaldi Pontificia.*

ctica per se ipsum sine vllò vti magisterio; & ad ea, quæ affirmare inuauerit, ipsam imprudentissimè detorqueat. Sicut per hoc eiusdem exemplum, quod prauo sensu ex libro de Trinitate octauo arripuit, memorias Sanctorum non esse orationis studio appetendas, eorumque reliquias despectui, atque odio esse habendas, voluit astruere. ¶ Vvicleffus tantoperè Beatum Augustinum celebrabat, & doctrinæ suæ authorem iactabat, vt vellet ab eo cognomen trahere, & dici *Ioannes Augustini*, vt Vvaldensis refert lib. 1. doct. cap. 34. num. 4. Calvinum perpetuè iactare stantem à suis partibus Augustinum notius est, quàm vt moneti oporteat. De Mociano & Faustō, adscribo locum Facundi, quo istos ex vltu solemnè omnibus Hæreticis Augustinum Ducem suum obtendere detortis peruersè sancti Doctoris sententiis, sic expoſtulat lib. contra Mocian. initio. [Mocianus volens ad interdictionem transgressorum communionem, ignaros quoque despectere, quædam Beati Augustini dicta circumfert; & quæ ille contra Donatistas conuenienter locutus est, inconuenienter ipse ad decipulam simplicium, causæ nititur aptate præfenti. Sic aliquando Faustus Gallus, in quaestione liberi arbitrij, malè intellectis, & incongruè adhibitis ipsius Beati Augustini sententiis, fallebar, & in assensionem sui erroris inducibat incautos: qui tamen à S. Fulgentio Rufensi, detectus atque conuictus est. Quid autem in hoc miremur? Neque enim melius loqui potuit Augustinus, quàm Propheta, quàm Apostoli, & Euangelistæ, quorum verbis similiter malè intellectis & incongruè adhibitis, tam multi Hæretici suos defendere conantur errores.] Lubens hæc retuli de familiaribus cuiusque Nouatorum Sancti Augustini sententiarum detorsionibus: tum quia Aduersarius figmentum suum debicipiti Ecclesiæ D. Augustino à se oborto adscribit: tum quia hodie portenta nouitarum de grauissimis doctrinæ reuelatæ capitibus, circa gratiam Dei, & humanam libertatem, Diui Augustini sententiis quas hætenus nemo perceperit, inædificantur.

13. Denique vt hanc cautionem concludam, obseruant Epiphanius Diaconus actio. 6. tom. 2. initio, in VII. Synodo, hæreticos omnes obstipio capite & ore minime tecto, repugnantissimas afferentes opiniones, voces Patrum suffurari; & illis in suam prauitatem detortis, adscribere sua commentata. Et addit, [Qui spiritualem impugnant Hierusalem (videlicet Catholicam Ecclesiam) configurantur quodammodò iis, qui terrestrem Hierusalem oppugnabant. Student enim Patrum vti sermone, quemadmodum Rhaphases aliquando Hebraica lingua contra Israël vsus est. Siquidem contra Patres & Catholicam Ecclesiam, hæretici isti, Patrum doctrinam, & Ecclesiasticam vocem vsurpant. Sed à fructibus eorum. ait Dominus, cognoscetis eos; assimulantur enim sepulchris dealbatis, quæ foris quidem hominibus speciosa videntur; (quomodò & hi Patrum quidem verbis recti) intus autem ossibus & impuritate omniscadauerum inquam, & fœditatum dogmatibus scaſent. Nos autem eorum sepulchrum aperientes, omnem eorum impuritatem, ad lucem manifestam producamus; maximè quia iuxta

Gg 2 libidi

РѢСН. 9.  
Proliso ad  
Patres.

libidinem suam, ea quæ à Patribus Sanctis in Ecclesia Catholica tradita sunt, peruertunt, & vocibus quidem iisdem vtantur, sed sententiam deprauant.]

14. Non damno Aduersarium cum quo ago, hæreticum pronuncians: quia vt rectè statuunt Eucherius & Beatus aduersus Elipandum disputantes, nec non Petrus Damiani lib. 1. ep. 14. & lib. 5. epist. 18. vt quis hæresim formalem incurrat ac simpliciter dictam necesse est, vt pertinaciter inhæreat parti, quam suo iudicio probat & eligit, contra sensum Ecclesiæ, & doctrinam Sanctorum. Idque volebat sanctus Hieronymus, cum diceret; errare possum, hæreticus esse non possum; quia scilicet non inhærebo pertinaciter sensui meo, neque aduersus Ecclesiæ scita cristas erigam; quod ad hæresim formalem, & consummatam est necessarium: ita vt hæc sit veluti anima hæreticos. Cum igitur non constet de Aduersarij animo, tum quia subdolè latuit, tum quia ante definitionem Ecclesiæ scripsit, ea verò euulgata quam mentem induerit, me laet; non potest ipse hæreticus dici. Eius tamen sententiam, Ecclesia notauit hæreticos. Quo ergo tantus apparatus doctrinæ Patrum, pro Ecclesia bicipiti, proque sancti Pauli primatu?

15. Manifestum ex hoc euentu est, tantam turbam Patrum, quantam Aduersarius addens; per detorsionem, ad eius nouitatis patrocinium fuisse pertractam, contra quam hac cautione admonemus; qua remoueri à lectore volumus eam ante occupationem, qua nullam est lectioni inficiendæ præsentius venenum. Notauit hoc perbellè Gulielmus Abbas sancti Theodorici, informans Cartusianos de monte Dei. Præscribens enim illis, quæ seruari legendo oporteret, inter alia ait. [Intentioni seruit lectio. Si verè in lectione Deum querit qui legit, omnia quæ legit, cooperantur ei in bonum, & captiuat sensus legentis, & in seruitutem redigit omnem lectionis intellectum in obsequium Christi. Si in aliud declinat sensus legentis, omnia trahit post semetipsum; nihilque tam sanctum, tam pium inuenit in scripturis, quod seu per vanam gloriam, seu per distortum sensum, seu per paruum intellectum, nõ applicet, vel malitiæ, vel vanitati.] *Scripturas* hinc intellige, non diuinas dumtaxat, quæ autonomasticè dicuntur *Scripturas* sed quemcumque librum. Ratiocinatio enim Gulielmi, vniuersaliter valet. Nec infrequens est, vt de aliis quàm de diuinis Scripturis, legatur, sicut dicit *Scriptura*. Quod benè notauit Menardus ad concordiam Regularum sancti Benedicti Anianensis cap. 12. §. 1.

Vt Patrum detorsiones quas hætenus refulimus declinarentur, quandoquidem non rarè ortum habent ex ignoratione solidæ ac probatæ doctrinæ quam scholastica Theologia subministrat: sanctus Bonauentura l. de luminariibus Eccles. ferm. 19. & Ludouicus Carbo l. 1. introd. ad Theolog. c. 10. admonent, non esse nudæ Patrum lectioni innitendum, sed necesse esse dare serid operam Theologiæ Scholasticæ. Consultissimum verò est scholasticæ Theologiæ studium præmittere accuratæ Patrum peruolutioni. Nam præterquam quod Lector scholasticæ doctrinæ rudis, inter legen-

dos Patres, ad pleraque non aduertit quæ Patres insinuant potius quàm expriment, nec nisi ab eo cuius scholastica exercitatio visus exauerit, deprehenduntur: Præter hoc inquam, Lector scholastico iam imbutus, faciliùs perspiciat, quæ verè sint Patrum obtorsiones, eisque abstinet sollicitus. Cauendas ergo esse studiosè Patrum obtorsiones, ratum esto.

16. Truncatæ Patrum allegationes, iis ex Patribus malitiosè sublegendis, quæ videri possint suffragari alicui nouitati; dissimulatis antecedentibus, aut consequentibus è quibus vera Patris mens innoscat, meritiò improbantur. In Noëtis, pridem hoc reprehenderat S. Hippolytus tractat. aduersus eum *sub int.* Adducto enim loco Esaiæ quo Noëtus abutebatur ad stabilicndum suum errorem de Patre passo, subdit Hippolytus: [Hæc recitat, non intelliges quod prius dictum est, cum enim volunt malitiosè ac dolo malo agere circumcidunt Scripturas. Recitet autè integrè, & reperierit causam propter quam hæc dicuntur. Paulò enim supra principium capitis est, vnde oportet incipere ad docendum, cui & de quo dicit.] Quod Noëtus faciebat in Scripturis, alij fecerunt in Patribus. Eoque nomine in VII. Synodo Aetione 8. sugillatur Macarius Antiochenus, quod verba D. Athanasij infideliter allegaret, expromptis iis, quæ errori quo satagebat, fauere viderentur; studiosè autem pressis cæteris, è quibus poterat de veritate & sana B. Athanasij doctrina constare. Dixerat hoc ipsum de aui sui erroribus S. Cyprianus lib. de vnit. Eccles. corruptores vocans, & interpretes falsos, qui extrema ponerent, & superiora præterirent: partim memores, & partim subdole non recordantes, scindentesque vnius capituli sententiam, vt ipsi ab Ecclesia scissi erant. Accuratè item, D. Aug. l. 2. de nupt. c. 2. de interpolatore quodam libri sui ad Valer. queritur, quod alicubi mediis detractis sententias interrumpere, alicubi extremis non aditis decurreret. Idem lib. de prædest. Sanctor. c. 11. priuilegium hoc vocat Manichæorum, sumere ex eodem libro, quæ vellent & sibi putarent conducere, cætera præterire. Omnibus Hæreticis idem ex S. Basilio tribuit Eulogius apud Photium Cod. 215. Hoc vocabat Facundus lib. 9. cap. 2. ex multis atque apertis pauca & obscura, verbis non ex integris ac perfectis, particulas demordere; quod ait proprium esse hæreticorum: illudque paucorum verborum furtum, & quidem maledico dente concisorum, abs se usurpatum negat. A Cassiano lib. 7. de Incarn. cap. 14. impudentis mendacij & infantiæ, notatur huiusmodi truncata allegatio. Mendacij quidem, eo quod per truncationem aliud proferatur, quàm reuera dixerit, qui scripsit. Infantiæ verò, quia non sapuit, qui non perpexit quid legi possit: quasi qui sibi abstulit intelligentiam, auferre possit omnibus lectionem: ita vt non aduertant consulto libro allegato, fraudem factam per truncationem. In Gotthescalco & sociis cauendas esse huiusmodi, Patrum detruncationes, contestatur grauitè Hincmarus l. de prædestinatione cap. 5. Similiter sanctus Dionysius Alexandrinus teste sancto Athanasio in Apologia pro eo adornata expostulat de sententiis suis, quòd eas aduersarij, non nisi truncatas & concisas proferrent. Id

quod

quòd æquè ab Apollinario factū obseruat Gregorius Nazianzenus tract. 46. Et esse morem perpetuum omnium Hæreticorum tradit Facundus expostulans pro Theodoro Mopsuesteno cuius truncatas sententias prolatas contendit libro nono, pro tribus Capit. [Hæretici enim (inquit) velut fures & canes, non integras sicut habentur ipsius Theodori sententias, syncerè depromunt aut simpliciter: sed quemadmodum de ipsis quoque Theodori sententias, facere solent, pauca ex eius dictis obsecuta verba subtripiunt, & hæc ipsa maledico dente concidunt.] Non præsto legitimam Facundi pro Theodoro expostulationem. Quærela tamen legitima est, qua de allegatis truncatè locis expostulatur. Eadem est Cassiani expostulatio lib. 7. de Incarn. cap. 14.

17. Citabat aliquando Ioannes Sarisberienfis lib. 6. de nug. cap. 28. in descriptione Christiana Apuleium, addens nequaquam abhorre se à talis Scriptoris (cuius infamia apud Diuum Augustinum lib. 8. de Ciuit. cap. 14. & 16. expressa legitur) suffragatione, vt externis quoque consentisse in eo quod tradebat, deprehenderentur. Neque me item pudebit, Apuleium in hanc rem aduocare; adèd concinnè improbat allegationes truncatas, & malitiosè recisas. Locus est apud eum in Apologia altera, vbi cum grauarctur ob quædam verba ex literis Pudentillæ, sola excerpta, & ab ordine suo seingata, occultatis cæteris, supra & infra scriptis subdit: [Totam sodes Epistolam cedo; sine omnia inspiciam, principio ad finem perlegam. Multa sunt, quæ sola prolata, calumniæ possunt videri obnoxia. Cuiusvis oratio insimulari potest, si ea quæ ex prioribus nexa sunt principio sui defraudentur, si quædam ex ordine Scriptorum ad libidinem supprimantur.] Et mox. [Oro te maxime, si litera ita vt partim vocales dicuntur, etiam propriam vocem vsurparent; si verba ita vt Poëtæ aiunt, pennis apta vulgò volarent; nonnè cum primùm Epistolam istam Rufinus mala fide excerperet, pauca iugeret, multa & meliora sciens reticeret, nonnè tunc cætera literæ, scelestè se detineri proclamassent? verba suppressa de Rufini manibus foras enolassent? totum Forum tumultu complessent? se quoque à Pudentilla missas, sibi etiam quæ dicerent, mandata: improbo ac nefario homini, per alienas literas falsum facere tentanti, ne auscultarent; sibi potius audirent.] Huius quoque moniti Aduersario ingerendi iniecta necessitas est, quandoquidem mutilas & truncas Patrum sententias, præcisè quatenus causæ suæ commodant, non rarè inducit.

18. Multè turpius fuerit, Patribus affingere, quæ non dixerunt; & ea ex illis allegare, quæ apud illos non comparant: de qua illiberalitate, plenè Rufinus, agens de adulteratione librorum Origenis; quam siue verè, siue falsò, contendat factam (nam aduersantem hic habet Sanctum Hieronymum) parum interest scire: & reuera eas proferret Rufinus inferatarum Origeni falsitatum coniecturas, vt quamuis indubitatum videtur, non omnia Origenis faliloquia, esse ab adulteratoribus inserta, quod Sanctus Hieronymus rectè euincit; aliqua tamen admista illis esse à falsariis & corruptori-

bus, difficile sit inficiari. Satanam huius falsariæ nequitie primum authorem, facit ibi Rufinus, dicens eum agentem cum Eua, & referentem Dei mandatum, vt de omni ligno paradisi comederent, falsaria adiectione monosyllabi non, grauitatem importabilem illius præcepti monstrare tentasse. Imitatos patris sui Satanae nequitiam hac in parte hæreticos, confirmat ibi Rufinus. [Nam sicut eorum Patri Diabolo, ab initio falsare verba Dei, atque inflectere à suo Ordine, & sui veneni interserere virus, studium fuit: ita & istis successores suis, hanc suæ artis hæreditatem reliquit.] Confirmat hoc fusè Rufinus, prolato exemplo Clementis Romani, cuius recognitiones filij Belial admistæ plurimæ veneno adulterarunt. Item adducit corruptiones, quibus deformatus est Clemens Alexandrinus, ac etiam S. Dionysius Alexandrinus. Narrat similia inferius de corruptione libri S. Hilarij adhuc superstitis: itemque de adulteratione operum S. Cypriani, inserto illis tanquam ipsius S. Cypriani, vitioso opere Nonatiani de Trinitate. Insigni denique vafritie falsatum S. Athanasij librum, recitat ibidem Rufinus: qui an his vitiis, quæ in aliis castigat, remordeatur; nunc non quero, quamuis suppositis S. Sixto Pontifici admistis nonnullis scripturis, Sexti Pythagoræ sententiis, & Pamphilo Martyri falsè adscripta Origenis defensione, quæ verè hominis Arianissimi erat, & idcirco sub Eusebij nomine minus commodasset Origeni; plerisque item interpolationibus in omnia, quæ è variis Patribus è Græco vertit, monstrasse satis superque videtur Rufinus genium suum; ita vt posset ei occini, has corruptiones infectanti, turpe esse Doctori, cum culpa redarguit ipsum.

19. Grauis omninò hæc culpa, infercire Patrum siliginem admistione hordei, aut lolij, vel alterius noxiæ materiæ, & vnde pabulum lectum animorum sperabatur, inde creetur exitium. Non secus sanè, fieri videtur in hoc genere, quàm fecerunt perfidi illi Græci, quos cum Latini bellum Saracenis inferrent, nequiter corrupisse commeatum admista farina calce, ex Niceta scribit Baronius anno 1147. & illustrat aliis exemplis Gregorius in Apologetico pro expeditionibus Cruciatas, tractans obiectionem de eorum exitu infelici. Similem planè esse hanc corruptæ & noxiæ doctrinæ mixturam, cum probata & fructuosè eduli Patrum doctrinæ, ex Irenæo liquet, qui doctrinam hæreticam, gypsum lacti admistum nominatione, libro tertio, capite decimonono. Eam ergo Græcanicam perfidiam, quæ iusto iudicio Dei in eorum tandem capita recidit, amulantur qui admiscunt scriptis Patrum, alienas ab eorum puritate fermentationes. Verè Caupones, bonum vinum aqua miscentes, vt philosophatur Isidorus Pelusiota. lib. 1. ep. 169. Possumus etiam supra hæc cramata & cibarias mixturas malignas, subuchere hanc culpam, ita vt immane sacrilegium pertingat. Sunt scripta autorum, veluti conditoria & tumuli, iam non corporum, sed animi ac ingenij autorum, vt cum Themistio alibi diximus: Et superius cum Petro Cellensi, scripta quæ nobis à SS. superferunt, cum eorum reliquiis contulimus, ita vt doctrinæ libri Patrum comprehensæ, sint quæ-

РѢСН. 9.  
Proliso ad  
Patres.

PUNCT. 9.  
Proluso ad  
Patres.

dam eorum factæ & pretiosæ exuvia, venerationem omnem commeritæ.  
20. Qui ergo pro scriptis Patrum obtudunt adulterina, & suppositiua opera, iis sunt conlimiles quos ex Glabro, & aliis cum Baronio ad Christi annum 1027. referre alibi memini, ossa profana, & radices, ac huiusmodi gerras, pro sacris reliquiis venditantes. At qui scripta, quæ verè Patrum sunt, suis misturis corrumpunt, iis non ab similes videri possunt, quos sacrilegè commiscuisse ossibus Sanctorum, profana ossa, iumentorum, proditum est in sacris Historiis. Fecere hoc impij homines nõ semel, vt reliquiæ vilescerent, easque aliquando frixas cum ossibus camelorum (proh nequitiam!) retuli cum de anomalia in cultu reliquiarum.

21. Hæc item cautio, fuit Aduersario cum quo agimus, necessaria: quandoquidem supra vidimus, eum aliquando vocare quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt: & nominatum notatum est à non nemine, allegatam ab eo esse Concilij Chalcedonensis relationem ad S. Leonem, qua affirmari dicit, Romanum Pontificem à SS. Apostolis Petro & Paulo suam accepisse auctoritatem, qua omnibus Ecclesiæ mèbris tanquam caput præsidet. In quem locum, falsè intrusus est S. Paulus. Concilium enim Chalcedonense, alloquens S. Leonem, tantum ait, ipsum pro omnibus constitutum esse interpretem vocis S. Petri: Ex quo consequenter agnoscit Concilium, S. Leonem præsidere omnibus vt caput. Nulla hæc S. Pauli Ecclesiæ capitis mentio: Habuit ergo Aduersarius culum in sua typographia Concilium Chalcedonense, diuersum ab eo, quod Ecclesiæ comprobauit. Et expectandum est, vt eodem iure, nouum codicem Euangeliorum indidem habeamus, vnde petatur S. Paulum coniunctum cum S. Petro, fuisse caput Ecclesiæ, ex aliquo ibi expresso Christi oraculo.

22. Hæc aliquandiu, an illud quoque monendum esset, delectum habendum esse eorum, qui profertur vt Patres. Sed Aduersarij modus agendi, vt id quoque monerem, extorsit. Et in omni quidem rigore, quotquot Deo filios per doctrinam procreant, dici possunt eorum Patres: Id quod etiam Philosophis ex vñ fuit; apud eos enim, erudire erat generare, vt notauit Clemens Alexandrinus lib. 4. Strom. & lib. 5. cap. 2. Itaque nomen *Patris Ecclesiæ*, in quosuis Ecclesiasticos Doctores cadit, in rigore loquendo. Vñs tamen receptus non fert, vt quicumque Sacri Doctores nomine *Patrum Ecclesiæ* insigniantur: sed necesse est eos & antiqutate, & doctrinæ redundantia præcellere; nec esse minutiloquio Scholastico addictos. Idcirco enim Doctores, qui Scholastici dicuntur, inter Patres Ecclesiæ non numerantur: quia neque aded antiqui sunt, neque eam solidæ doctrinæ qua præcellere simplicitatem tenuerunt, quæ à philosophico scribendi modo esset aliena: Quin potius eo acumine & Philosophorum propria spinositate scripserunt, adhibita accuratatione Metaphysica & Dialectica, vt eorum doctrina aliud esse non videatur, quam Philosophia Christiana; ab illa quidem inani Philosophia, quam Apostolus sugillabat longè differens; sed tamen longè alterius rationis, quam sit scribendi modus à Patribus adhibi-

tus, subtili & philosophico minutiloquio vacuus, pleniorque maiestatis & dignitatis.

23. Quod vetustatem deposcebam in Scriporibus, qui *Patrum* denominatione sunt honestandi, consentaneum videtur Anastasio Sinaitæ, qui S. Cyrillum Alexandrinum duobus ferè seculis ab ipso abiunctum, habuit pro vltimo eorum, qui suo tempore Patres haberentur. Id enim esse videtur, quod dixit cap. 7. d. 27. S. Cyrillum fuisse omnium Patrum signaculum. Doctores ergo omnind multos, qui à tempore S. Cyrilli ad ipsum Anastasium floruerant, quia vix plusquam sæculo vno, atque dimidio antecesserant non habuit pro Patribus. Consultè omisi inter huius denominationis condiciones, doctrinam sanam & ab hæresi erroribus damnatis alienam. Quantaui enim sit antiquitas, nisi vel errores quibus Scriptor aliquis fudet, fuerint materiales, & per ignorantiam inuincibilem contracti, cuiusmodi complures sunt Arnobij, atque Lactantij: vel nisi bona multa exolecis iam erroribus à quibus nihil vltra sit timendum, ab authoribus adiuncta, suadeant authores illos retineri, & bonis tantum probatis, deferri authoribus tanquam Patribus, vt in Tertulliano, ac Origene factum videmus. Nisi inquam ista interueniant, antiquitas sola non efficit, vt Patres habeantur authores vel suspecti, vel aperte reprobi, quoad doctrinam. Testes Bettramus & Abelardus.


24. Circa hanc cautionem, desideratur Aduersarij iudicium ac fides. Vt syllabus Sanctorum Patrum grandesceret, & dilataret phylacteria, annumerauit SS. Patribus Rheginonem, Lyranum, Iacobum Caetanum, Cusanum, ac si Superis placet, Paulum Amilium, quia Canonicus erat Parisiensis: qui vt in sui temporis historia non prorsus improbetur, tamen non is est, qui nomen *Patris Ecclesiæ*, impleat. Verum hi omnes, quod secundum fidem defuncti sint, & in pace Ecclesiæ quiescerint, potuerint (etiam si nimis aptè, tamen absque labe) accenseri Patrum Sanctorum catalogo.

25. Quid verò fiet Claudio Taurinensi, cui Aduersarius lib. 3. cap. 48. integrum caput adixit, nulla planè adhibita cautione, aut eleuatione hominis; de quo potius, vt de vno Fundatorum Parisiensis Academiæ loquitur perhonorificè? Eas ipsas laudes, Claudio depactas ab homine Hæretico præfante ad libros contra imagines falsè adscriptos Carolo Magno autori, legere est apud Alanum Copum dialog. 4. cap. 18. Nec mirum si Hæreticus Claudium item hæreticum celebrat, cum etiam multi multos scabant. At aduersarias, homo in scrutandis Patribus, & refodièda antiquitate assiduus, igne rare non potuit, (certè non debuit) quis tandem fuerit Claudius Taurinensis: nempe homo impiissimus, è schola Felicis Vegetiani Gentilis sui, Nestoriana hæresi infamis. Hunc Claudium vt nomini suo responderet, in veritatis itinere claudum fuisse, ait qui hand procul ab eo aberat Valafrius lib. de reb. Eccl. cap. 8. addens variorum Catholicorum scriptis, postea perfolium, suo iudicio damnatum, interuisse: Ionas Aurelianensis, inter eius impugnatores illustri, in præfatione qua Carolo Regi suum opus contra hunc Inconoclastam inscribit,

inscribit; obseruat, detestandum hunc hominem, Arrij fuisse sectatorem, & post obitum eius, inuenta esse in Episcopi Taurinensis armario, scripta nefaria, quæ eo clandestinè intulerat, vt Arrianismum, vel mortuus disseminaret. Dungalus quoque à quo impius iste castigatus est, ac confossus, ait hunc fuisse regulum de radice colubri egressum, Felice magistro suo nequiores; & nominatum eum exhibet Romanis Pontificibus iniurium, ipsique S. Petro infensum; quem querebatur à rudi plebecula adiri peregrinando, eo quod à Christo ligandi, ac soluendi potestate instructus esset; qua tamen excidisset per obitum. Et videtur planè ad Claudium istum, de Felicis Gentilis sui radice regulum, pertinere, querela illa Alcuini, Epistola ad Paulinum Aquileiensem, strenuum Felicis Impugnatores. [Nunc iterum antiquus serpens dumis Hispanici ruris & speluncis venenata perfidia, contritum non Hercule, sed Evangelica claua caput, reuelare conatur, & prioribus nequitia poculis, nouæ maledictionis toxica immiscere.] Hanc (vt subdit) infectionem poculorum fidei, & nuptialis vini, quod Christus ex aqua Virgini Mari (Ecclesiæ scilicet Sanctæ) salubriter potanda conuertit, iteratam in aquas stultitiæ commutationem, ad Claudium Felicis gentilem & sectatorem pertinere, adiuncta suadent, Paschalem Papam, quem Theodemirus Abbas ipsi indignatum scripserat, & *Apostolici* titulo honestat, ineptè grammaticando contempfit, & de *Apostolici* gradu exturbauit, dicens; non esse dicendum Apostolicum, qui non est Apostoli custos, iuxta insulam notationem, quam ei voci subiecit; id est, qui Apostoli partes non implet, fungiturque officio. Qua in parte, præterquam quod vt ei exprobrat Ionas, misit manum suam in Christum Domini, videtur astrinxisse Pontificiam dignitatem probitati Præfatus; ita vt ea dignitate excidat, qui destruit sanctitate: vt postea explicatiùs dixit Vvicleffus.

26. En quos Sanctos Patres nobis appendit, ac celebrat Aduersarius. Et quanquam is Claudij Commentarius, ab aliis adscribatur Claudio Altissiodorensi, eoque sub nomine potuisset æquè pauca illa, & facillimè expeditibilia, quæ ex eo corrogauit, allegare: Tamen magis illi sapuit nomen *Claudij Taurinensis*. Et verò Claudij Taurinensis, Episcopus fuit, non ille alius Altissiodorensis Monachus; cuiusmodi suffragationes caprat studiosè Aduersarius. Præterquam quod cum sit antiquitatis peritus, rectè vidit, eum esse Commentarium Claudij Taurinensis: id quod liquet ex adiunctis, quæ auctor in operis inscriptione signat, de sua in Ludouici Imperatoris palatio commoratione, quam Valafrius, Ionas, & Dungalus, Claudio Taurinensi adscribunt. Et idem liquet, ex codicibus quos Ioannes Tilius, illum Commentarium Claudio Taurinensi adscribere testatur; vt propterea qui eum sub nomine Claudij Altissiodorensis priùs ediderant, ab eo moniti, errorem sint deprecati. Palpabiliter igitur deprehendimus, Aduersarium, suam in Patrum lectione peritiam perpetuò ostentantem, nefandos Ecclesiæ hostes, eorum qui verè Patres audire debent, iudicij confossos, annu-

merate SS. Patribus. Quod si per hallucinationem ac imperitiam factum est, vbi ea tanta Nihil apud Patrum peritia, de qua Aduersarius sibi vbique abblanditur? Si verò fuit suppositio meditata ac scienter facta, non potest Aduersarius defugere adulteratoris notam, non minùs tetram, quam sit ea, quæ inuitur moneræ adulteratoribus, & ara pro argento, vel auro supponentibus, in titulo Codicis de fals. moner.



## PUNCTVM X.

Ostenditur, Patres primarij S. Pauli non esse adstipularos, Officia circa nonnullos discussa. Vox omnium Patrum communis, solum sanctum Petrum esse Ecclesiæ caput, firmata.

1. **N**UNC sigillatim videndum est, quanto vel potius quàm nullo iure, Aduersarius, quia cautionibus propositis non inhæsit, SS. Patres in rem de qua agitur, Allegarit. Et quia turbam Patrum confertissimam adduxit, quorum plerique omnes idem dicunt, ac proinde eadem responsione expediri omnes possunt, digeram in certa capita rem totam, ad vnum quoque eorum referens, Patres qui aliquid in hanc rem dixisse videbuntur, subiecturus ad finem, eos qui absque fundamento huc tracti fuerint. Ex his porrò capitibus, nonnulla spectant ad ea quæ à Patribus dicta sunt de Paulo, iis paria quæ de S. Petro ab iisdem traduntur. Alia pertinent ad ea, quæ de Pontificibus Romanis dicta sunt à Patribus, per ordinem ad S. Paulum, æquè ac ad S. Petrum. Vnde colligi vult Aduersarius, S. Paulum fuisse caput Ecclesiæ, quia hodierni Pontifices ei succedunt æquè ac S. Petro. In vtraque serie dabo tantum *corda sententiarum*, vt se facturum ad vitandam prolixitatem dixit S. Cyrillus lib. de fide ad Reginas. Breuissimè inquam libabo, quod in singulis testimoniis erit veluti nucleus ac medulla, dimittens cætera non necessaria, ne in immensum crescat disputatio.

2. In primo ordine referendi imprimis sunt, qui dicunt, S. Paulum esse *Principem Apostolorum*, quo titulo honestatur S. Petrus tanquam caput Ecclesiæ. Locutus ad eum modum refertur S. Augustinus in Opere de peccatorum meritis, lib. 2. cap. 13. vbi Aduersarius ait, S. Augustinum asserere, S. Paulum meruisse principatum Apostolatus, & constitutum esse Principem Apostolorum. Hic tamen Aduersarius sua commenta obtudit, non D. Augustini sententiam refert. Nam D. Augustinus, tantum ait, Paulum in Euangelij prædicatione gratiam Apostolatus esse promeritum. De æquiparatione autem Pauli cum Petro quoad primatum Ecclesiæ, & de principatu Pauli supra alios Apostolos, prorsus silet. Allegat quoque Aduersarius



PUNCT. 10. Aduersarius Moscm Barcephan parte prima Nihil apud de paradiso capite vndecimo, quia referens Paves pro locum quendam S. Pauli, vocareum Apostolorum Ecclesia bicipiti.

Præter argumentum ductum ex Principatu Apostolorum, & culmine Apostolico, iurget Aduersarius Principatum Ecclesie S. Paulo tributum à Gaufrido, atque Ruperto, necnon à Maximo Taurinensi, Laurentio Iustiniano, & Hilario Arelatensi. Et ideò sonat, quod Petrus Damiani opusc. 35. c. 4. vocat S. Paulum presidentem omnium Ecclesiarum. Mirum tamen est, Gaufridum potuisse pro S. Pauli primatu proferri, cum eo ipso loco, disertè soli S. Petro tribuat primatum & principatum Ecclesie: Paulo autem non tribuat, nisi principatum doctrinæ, idest præcellentiam in docendo.

Rupertus vocat quidem l. 6. de oper. Spiritus sancti c. 10. SS. Petrum & Paulum Principes Christiane pietatis, & Principes Apostolorum, ac Magistros militiæ Christiane, ibidem lib. 5. c. 7. & confert eos (vt vocat) spirituales fratres Romulo ac Remo discordibus, oppositos lib. 6. c. 9. Sed hæc quid ad institutum? aut quorsum trahuntur ab Aduersario in rem suam? Illud apparenter huic instituto aptius, quod idem Rupertus lib. 2. in Ionam c. 3. ait; Romam per hos Beatos Apostolos caput altius extulisse cunctis Ecclesiis, quod idem sonat, atque esse Principem Ecclesiarum, etiam per S. Paulum: & addit latius dominari per omnes gentes sacram Pontificum eius linguam, quam dominata fuerit Cæsarum purpura. Facile tamen est perspicere, nihil hæc ad stabilendum S. Pauli primatum conferre, cum præcellentia Romanæ Ecclesie, quatenus à S. Paulo deriuata, referatur tantum ad præcellentissimam eius merita. Quod verò addebat de Pontificum Urbis Romæ lingua & dominatu, apud Aduersariam sordet manifesta falsatione. Nam illud Pontificum eius, vertit Gallicè de ces Pontifices quo pacto SS. Petrus & Paulus denominantur Romani Pontifices. Verendum verò fuerat de ses Pontifices, quia Rupertus aperte agit de Romanis Pontificibus Constantinum subsecutis, quos ait latius spiritualiter exinde dominatos, quam Cæsares dominati essent temporaliter. Itaque vnus literæ mutatione, Aduersarius Ruperti sensum peruertit. Vt videas rectè monuisse SS. Basilium lib. de Spir. sanct. initio, atque Chrysostomum, hom. 15. 18. & 21. in Gen. post Origenem homil. 2. in Ierem. etiam literas & apices, ac syllabarum minutias, permagni esse in sacris momenti.

3. Locutio alia proximè discussæ affinis, vrgetur ab Aduersario, qua SS. Petrus & Paulus dicuntur culmen Apostolicum à Fortunato in carminibus, lib. 3. de vita S. Martini, quæ iuxta Aduersarium S. Gregorio Magno ex suprema in Sedem Apostolicam reuerentia inscripsit. Eo autem loquendi modo, plerumque designari Pontificatum Romanum obseruat Aduersarius. Sed frustra conicitur illum sensum ei apud Fortunatum locutioni subicere; cum Fortunatus aliud non intenderit, quam hos præcellere inter Apostolos, & esse, vt aliter ait.

Prima ministerij radiantia vultu superni. Nec Alid spectat illud eiusdem Fortunati, Prima tenent verris, & vtrique priora superuis. Dogmatis ore paves, & sedis honore curules, Ambo triumphantes Quibus verbis de triumpho tantum prolatis, Aduersarius S. Pauli primatum ineptè superstruit, quem disertè reicit Fortunatus, clarè & verbis conceptis tradens, S. Petrum fuisse graducelsiorem S. Paulo, licet Paulus doctrina, idest prædicationis munere superaret B. Petrum. Hic pro Petro concitatur Aduersarius, quia doctrinam sumpsit pro cognitione & scientia, de qua negat Petrum Paulo concessisse. Hoc nunc nostra non refert, quia non pertinet ad præsens institutum. Discurritur autem latè à Didaco de Cea in Archilog. pag. 744. Sed circa inscriptionem carminum Fortunati, factam S. Gregorio Magno ex reuerentia in Sedem Apostolicam, vt Aduersarius dixit, notanda est eius hallucinatio, qui cum tantoperè velit in Patribus versatus videri; Gregorium Turonensem, cui reuera Fortunatus ea carmina inscripsit, transformauit in S. Gregorium Magnum. Nec refert, quod Fortunatus Gregorium appellet

Papam. Norunt enim, vel qui nondum ære lauantur, nomen Papa ante Gregotium VII. non fuisse Romano Pontifici peculiare. Itaque constat, Aduersarium ostentare exquisitam SS. Patrum notitiam, reuera autem satis in eis hospitem esse: in quod ex aliis item, & iam notatis, & postea notandis licet deprehendere. Sed instamus rei præsentis.

4. Præter argumentum ductum ex Principatu Apostolorum, & culmine Apostolico, iurget Aduersarius Principatum Ecclesie S. Paulo tributum à Gaufrido, atque Ruperto, necnon à Maximo Taurinensi, Laurentio Iustiniano, & Hilario Arelatensi. Et ideò sonat, quod Petrus Damiani opusc. 35. c. 4. vocat S. Paulum presidentem omnium Ecclesiarum. Mirum tamen est, Gaufridum potuisse pro S. Pauli primatu proferri, cum eo ipso loco, disertè soli S. Petro tribuat primatum & principatum Ecclesie: Paulo autem non tribuat, nisi principatum doctrinæ, idest præcellentiam in docendo.

Rupertus vocat quidem l. 6. de oper. Spiritus sancti c. 10. SS. Petrum & Paulum Principes Christiane pietatis, & Principes Apostolorum, ac Magistros militiæ Christiane, ibidem lib. 5. c. 7. & confert eos (vt vocat) spirituales fratres Romulo ac Remo discordibus, oppositos lib. 6. c. 9. Sed hæc quid ad institutum? aut quorsum trahuntur ab Aduersario in rem suam? Illud apparenter huic instituto aptius, quod idem Rupertus lib. 2. in Ionam c. 3. ait; Romam per hos Beatos Apostolos caput altius extulisse cunctis Ecclesiis, quod idem sonat, atque esse Principem Ecclesiarum, etiam per S. Paulum: & addit latius dominari per omnes gentes sacram Pontificum eius linguam, quam dominata fuerit Cæsarum purpura. Facile tamen est perspicere, nihil hæc ad stabilendum S. Pauli primatum conferre, cum præcellentia Romanæ Ecclesie, quatenus à S. Paulo deriuata, referatur tantum ad præcellentissimam eius merita. Quod verò addebat de Pontificum Urbis Romæ lingua & dominatu, apud Aduersariam sordet manifesta falsatione. Nam illud Pontificum eius, vertit Gallicè de ces Pontifices quo pacto SS. Petrus & Paulus denominantur Romani Pontifices. Verendum verò fuerat de ses Pontifices, quia Rupertus aperte agit de Romanis Pontificibus Constantinum subsecutis, quos ait latius spiritualiter exinde dominatos, quam Cæsares dominati essent temporaliter. Itaque vnus literæ mutatione, Aduersarius Ruperti sensum peruertit. Vt videas rectè monuisse SS. Basilium lib. de Spir. sanct. initio, atque Chrysostomum, hom. 15. 18. & 21. in Gen. post Origenem homil. 2. in Ierem. etiam literas & apices, ac syllabarum minutias, permagni esse in sacris momenti.

5. Sanctum Maximum allegat item pro se Aduersarius, quia vocauit hos sanctos Apostolos Regni Christi Principes, siue Principes omnium Ecclesiarum. Id quod etiam ait Laurentius Iustinianus. Sed Ecclesiam quosuis Apostolos vocat Ecclesiarum Principes: neque tamen omnes agnoscit pro summis capitibus. Disertè verò sanctus Maximum homilia quinta de Apostolo, supremam in Ecclesia auctoritatem soli Petro assignat. Paulo autem adscribit vbertatem scientiæ, quam vtcumque dici posse clauem scientiæ affirmat: vt posset

posset dicere, Sanctum quoque Paulum clauem accepisse.

Quoad Hilarium Arelatensem, quem in eandem cum Maximo sententiam adducit Aduersarius prætereundum non est hallucinatum esse hominem tantam in Patrum lectione peritiam suo iudicio adeptum; cum ait, deberi Hilario Arelatensi Præfati, hosti infensissimo semipelagianorum, libros illos insignes de prædestinatione Sanctorum, & de dono perseverantiæ, quos S. Augustinus à Prospero, & Hilario interpellatus conscripsit. Non ita est; Imò S. Hilarius fuit præcipuus è Gallis illis semipelagianismi factoribus, & D. Augustino obstrepentibus, vt euidenter ex ipsa prosperi & Hilarij Epistola probauit, purgans Valerianum Cemeliensem cap. 4. num. 8. Et aperte quoque idem habetur ex subiunctione S. Hilarij ad prosperum. Nam S. Hilarius, vt ex ea Epistola liquet, iam tunc erat Episcopus Arelatensis, tantæ autem Sedis Antistes, non fuisse subiectus prospero, quem Gelasius & omnes veteres nunquam Episcopum vocant, sed duntaxat Religiosum virum: Ago de prospero S. Augustini partiaro, & Cæsariani impugnatore: quamuis alios fuisse prosperos Doctores Sanctos Episcopatu Regij in Emilia, & Regij in Gallia insignes, non eo inficiatis. Sed hæc aliàs. Quod attinet ad Petrum Damiani, bene eum expedit Constantinus Caetanus ad citatum caput. 4. Opusculi 35, monstrans Paulum nulli se affuisse peculiari cathedra ad prædicandum; sed quaquauersum omnium Ecclesiarum sollicitudine ditentum; curas suas exprompsisse prædicando non fuisse tamen Episcopum Romanum.

6. Principatum de quo hæctenus, affinis est primatus, quem Aduersarius S. Paulo vindicat ex Nazianzeno, Chrysostomo, & Iacobo Cardinale. Nazianzenum allegat, quia dixit de S. Paulo, quod fuit primus post Christum, ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ. Hic profectò Aduersarius frontem attriuit. Nam verba Nazianzeni latinè expressa, tantum ferunt, Paulum primum post Christum, nõ abnuisse fieri anathema pro fratribus. Vbi fides? vbi pudor hæc allegantis, & vt scum augeret, Græcæ voces quasi maiore emphasi grauidas, referentis pro primatu sancti Pauli in Ecclesiam? Nec maiori fide adduxit Chrysostomum, quia dixit homil. in SS. X II. Apostol. Paulum ex nouissimo factum primum ἐξ ἐσχάτου ἁποστόλων. Græca sententia integrè redita, omnia alia à scopo Aduersarij habet Paulus (inquit Chrysostomus) ὁ ἐξ ἐσχάτων ἁποστόλων ἀπὸ ἐκτραμένον τέλειος. Vossius Latine sic ista vertit: Paulus ex nouissimis primus; ex abortiuus perfectus vir. Comparatio hæc est, non Pauli cum Petro, sed Pauli cum nouissimis, idest post Christi ascensionem vocatis, & abortiuus Apostolis: idest supra numerum duodenarium alleclus. Vulgò enim ex vsu Romano, vt est apud Sueronium in Augusto cap. 35. sic alleclus dicebatur abortiuus. Eaque ratione Apostolus 1. Cor. 15. se abortiuum dixit iuxta Baroniũ anno 44. Quanquam quia Paulus ad Græcos tunc scribebat, atque ad eò Romanas formulas non alludebat, vero similis est, quod ad eum locum insinuat Chrysostomus, Paulum scilicet se dixisse abortiuum, quia extra tempus natus erat, Christo Patre iam in cœlum digressi Theophilis Raynandi Pontificia.

so. Inter hos ergo nouissimos & abortiuos, primus à Chrysostomo dictus est Paulus; non autem in comparatione ad Petrum, quasi dixisset Paves pro Chrysostomus, Paulus primus est omnium; quæ ratione, etiam sancto Petro præterit;

7. Iacobus Cardinalis S. Georgij, Caetanus, quem pro se adducit Aduersarius, tanquam in actu signato ad stipulatum primatu sancti Pauli, malè prorsus allegatur. Vocat ille quidem lib. de Iubileo, sanctos Petrum & Paulum, surgentis bases Ecclesie. Sed hoc quantumuis ab Aduersario vrgeatur, nihil ad rem facit. Ad rem præsentem esse videtur, quod maxime vrget Aduersarius ex hoc authore, aptante Responsum Ecclesiasticum de Agris nouellis fontes aduentibus, ad hos SS. Apostolos; quos & fontes vocat, & Religionis apices, fidei Conditores, auctoritatis præduces, Urbis Comparatos, eiusdem loci primatu triumphantes. En Pauli primatu. Triumphum hic sibi canit Aduersarius: sed ridiculè. Nam ibi scriptor admodum horrens & hispidus; non agit de primatu personarum, sed de primatu siue præcellentia loci, siue vrbis ad quam diuinitus missi erant, morè passuri. Sensusque est, Sanctos hos Apostolos, eodem die ac loco orbis vniversi primo, passos esse martyrium. [Sub eiusdem (inquit) Iudicis scario, eiusdem lucis alacritate, eiusdemque loci primatu; Romam diuini nitus radiante fulgore missi, roseis redimiti laureis, triumphauere.] Cautè verò dissimulauit Aduersarius, quod idè author cap. 12. disertè soli sancto Petro tribuit primatum. Locus est & styli scabritie, & mendacitate Codicum obscurus. Sed mens authoris est clara. [Congruè (inquit) eximij Petri & Cephe insigne precantur decus. Eum verò ista fidei origo, suæque fundamentum Ecclesie . . . . a Christo caput erectum est. Rursusque ligandi quideumque soluendique vberimum posse à Deo in successione concessum, transactumque in eius persona, quis ambigat? At detestabile prorsus ingratum esse. Cæterum non tam Apostolorum præcipuus auctoritate, quam iure merito, martyrijque seueritate, ac insuper præpollentis Romanæ Ecclesie fastigij propositionas, ne inter Ceramiarum fluctus procellis absoluteatur nauis ipsius refugij tutamen prædiumque. Decet itaque Pastor Ecclesie domum tuam sanctitudo, & Coapostoli Pauli laudatio.] Hinc liquet, quàm hic author non stet ab Aduersarij partibus.

8. Nomenclatio capituli ex qua præterea Aduersarius pro summo sancti Pauli Pontificatu argumentatur, refertur ab eo ex S. Cyrillo Hierosolymitano catech. 16. sanctos Petrum & Paulum bina ex æquo Ecclesie capita statuentes. Ait enim Πέτρος καὶ Παῦλος παραγινόμενοι οἱ ἐκκλησίας κεφάλαια. Quæ voces Aduersario sonant, Capita Ecclesie ex æquo, Petrus & Paulus. Hoc verò est Græca fide agere, & illudere Lectoribus Græcè minus peritis. Nam S. Cyrillus aliud noluit, quàm hos Apostolos esse in Dei Ecclesia antesignanos, Petrum quidem, vt ea ipsa cathedesi ait quia clauem cœli accepit, Paulū verò, quia in tertium cœlum sublatus, didicit arcana verba. Fuit ergo vterq; in Ecclesia προσάτης; hoc est eminent, tamè solus Petrus summa Pōtifficia potestate instructus est, tāquā Prelatus Apostolis ipsi, & regni calorū clauiger, vt Catech. 17. loquitur

PUNCT. 10. Nihil apud Paves pro Ecclesia bicipiti.

ΠΥΝΟΤ. 10.  
Nihil apud  
Patres pro  
Ecclesia bi-  
cipiti.

loquitur idem S. Cyrillus: quem proinde Aduersarius ex suo capite confixit sanctum paulum pro Ecclesia capite habuisse. Parum aptè præterea, imò planè incommodè Bedam Aduersarius in eandem sententiam profert, quia sic est locutus. [Roma per summos Christi Apostolos, totius Ecclesiæ caput eminet eximium.] Hoc verè dictum est, quia in eo coniuncto inuoluitur sanctus Petrus. Præterquam quod ibi vox *Capitis* solam designat præcellentiam, quæ verè magna Romæ accessit à S. Paulo.

9. In illis Patribus magnam vim facit Aduersarius, quos ait coequalle sanctos Petrum & Paulum. In quam rem argumentatur ex sancto Ambrosio, Augustino, Chrysostramo, Oecumenio, atque Primate. Si enim sunt æquales Petrus & Paulus, sanè sicut Petrus fuit summus Pontifex noster, ita & Paulus. Verùm æqualitatem in dignitate Pontificia, nemo Patrum prædictorum statuit inter hos SS. Apostolos. Ac primum S. Ambros. l. 2. de Spir. sanct. c. 12. non allegatur cum fide. Agebat S. Ambros. de Barnaba & Paulo, præfatusque utrumque fuisse à S. Spiritu delectum in Apostolorum nationum, concludit de Barnaba. [Itaque Spiritus sancti electus imperio, quod ei ad omne redundat insigne meritorum, non fuit tanto indignus Collegio. Vna enim gratia fulgebat in his, quos spiritus vnus elegerat. Nec paulus inferior Petro, quamuis ille Ecclesiæ fundamentum, & hic sapiens architectus; sciens vestigia credentium fundare populorum. Nec Paulus, inquam, indignus Apostolorum Collegio, cum primo quoque facillè conferendus, & nulli secundus. Nam qui se imparem nescit, facit æqualem.] Manifestè Ambrosius & Barnabam & Paulum æquiparat Petro, quoad munus Apostolatus, seu quoad gratiam disseminandi in Gentibus Euangelij. Et hæc est vna illa gratia, quam in his omnibus fuisse ait, quia eos spiritus vnus elegerat. Electi autem à Spiritu S. fuerant ad opus prædicationis æquè ac Petrus, qui tamen solus erat à Christo electus Pontifex summus.

10. Nec aliud ferunt, quæ Aduersarius addensat ex crediti Ambrosij (reuera Hilarij Diaconi) Commentario in sancti Pauli Epistolas. Eius verba sunt in Epistol. ad Galat. ad cap. 2. [Paulus gratiam primatus sibi soli vendicat concessam à Deo, sicut & soli Petro concessa est inter Apostolos.] Idem. [Petrum solū nominat & sibi comparat, quia primatum ipse acceperat ad fundandam Ecclesiam: se quoque pari modo electū, ut primatum habeat in fundandis Gentium Ecclesiis.] Idem. [Plena autoritas Petro in Iudaismi prædicatione data dignoscitur, & Pauli perfecta autoritas in prædicatione Gentium inuenitur.] Rursus. [Quis eorum auderet Petro primo Apostolo, cui clauis regni celorum Dominus dedit, resistere; nisi alius talis, qui fiducia electionis suæ, sciens se non imparem, constanter improbareret, quod ille sine consilio fecerat?] Idem author in Epistol. ad Corinthios cap. 11. inducit paulum dicentem, se nullo Apostolo, atque aded etiam petro esse inferiore. Id ipsum habet primaus in c. 2. ad Gal. sed expressius creditus Ambros. ad illud 2. Cor. 11. quis infirmatur, cum addat, Paulū agnouisse, se minorè aliis non fuisse in dignitate, eosque in prædicatione & signis æquasse, tempore solo postero-

rem. Sic enim paraphrastice expressit Aduersarius, quod in illo Commentario minis comòdabat causæ susceptæ. Cæterum hæc loca tanto studio ex auctore lubricæ fidei corrogata, nihil planè ad rem nostram faciens continent, si attentè expenduntur. Quæritur enim de Pauli ac Petri æqualitate, quoad primatum Pontificium in totam Ecclesiam iure ordinario regendam, quem hic author disertè agnoscit esse soli sancto Petro tributum, vt primo loco est allegatum. Quæcumque autem postea adducuntur pertinent ad primatum prædicationis in gentibus, vt author loquitur; id est ad gratiam prædicandi diuinitus Paulo non minis quam Petro concessam; de quo primatu non agitur. Et in eo verum est, Paulum non fuisse impari aut inæqualem Petro, aliisve omnibus Apostolis: quia hæc dignitas Apostolatus, omnibus immediatè à Christo obigit, & cum eadem vniuersalitate; nequod sufficit ad aliquam æqualitatem, & ad negandum, fuisse Paulum ea in parte Petro inferiorem, aut minorem; quamuis deesset omnimoda æqualitas ob subordinationem & pauli & aliorū Apostolorū ad Petrum; & extraordinariā tantum potestatis possessionē in cæteris, ordinariam in solo Petro.

11. Eadem porro opera expedita manent, quæ ex aliis Patribus in eandem sententiam proferebantur: vt quod S. August. ait. serm. 25. de Sanctis, Petrum & Paulum ambos à Deo ditatos honore vno; et si Petrum priorem. Vbi manifestè agit de vocatione ad Apostolatam. Nec aliud voluisse Chrysostram. homil. 1. in ad Rom. & in cap. 1. ac 2. ad Galat. eandem paulo prærogationem, ac petro tributentem, non nemo existimabit. Reipsa tamen Chrysostram, planè aliò collimauit, vt attendenti Græca verba, manifestum esse poterit. Dolosè quidem Interpretes Sectarij VVolfangus Musculus, Græca Chrysostrami verba ita Latine expressit, in fronte Epistolæ ad Romanos, vt paulus petro in ratione Coryphæi æquari visus sit, vel et à anteponi. Quærebatur enim Chrysostram cur Saulo nomen esset, immutatū à Deo, inditum verò pauli nomen; & respondet iuxta Musculi interpretationem. [Esse quid minis videlicet, reliquis Apostolis haberet hæc etiam in re; sed quod Apostolorum Coryphæus, quasi præcipuum habet, hic quoque possideret; imò maioris dispensationis causam acciperet.] Insidiæ, insidiæ, exclamat ad hanc fallam interpretationem Flaminius Nobilius in Notis ad Tom. 4. Chrysostrami. [Chrysostram nihil tale sibi voluit, quale dolosus Interpretes ei affingit: sed hoc vnū significauit, Paulum quemadmodum & petrum, ex mutatione nominis accepisse argumentum maioris cum Deo familiaritatis, quam si mutatum nomen non esset. Ita in veteri Testamento, Abraham & Iacob, mutatio nominis, fuit maioris cuiusdā necessitudinis monumentū. Idem notat Theophylactus in filiis Zebedæi euenisse, qui à Domino Boanerges sunt appellati. Ideo verba illa καὶ πλείονος οικειώσεως ὑπόθεσιν λαβόν, optime à Brixio vertuntur, & maioris necessitudinis argumentum obijceret. Neque enim οικειώσεως, significat dispensationem, sed necessitudinē & familiaritatē. Et vocem illam imò, Musculus manifestè de suo apposuit, vt videretur sequētes illæ voces, maioris dispensationis, Paulū Petro præferre.]

re.] Vt ergo Chryf. tribuerit Paulo hoc argumentū familiaritatis prioris, quod sitū est in mutatione nominis, quale familiaritatis argumentū Petro item ex Christi oraculo tributum agnoscit; tamen de æquiparatione potestatis in vitroque, non cogitauit. Imo solum Petrum fuisse vniuersalem Ecclesiæ Pastorem, expressè non semel docuit Chrysostram, vt bene notauit Matthæus Caryophilus scribens contra Gerganum, ad blasphemiam 31. & Sixtus Senensis in Bibliotheca, lib. 6. annot. 206. & 221. Præter cætera verò illustria in hanc rem Chrysostrami loca, homil. 55. in Matth. placet quod expendens promissum Christi de ædificanda Ecclesia supra Petrum, vocat eum Ecclesiæ caput, atque Pastorem vniuerso terrarum orbi præpositum. Et homil. 87. in Ioann. vocat Apostolorum Principem, ac verticem ipsius cætus, idcirco à Paulo aditum. Idem denique cum Chrysostramo quoad SS. Petri & Pauli æqualitatem voluit Oecumenius in cap. 19. Actor. qui item adductus est ab Aduersario.

12. Extricantur eodem modo, qui dixerunt, vel datas esse sancto Paulo clauis, sicut datae sunt sancto Petro; vel sanctum Paulum esse collegam, & socium sancti Petri. Sed qui dixerunt utrumque accepisse clauis, vt sanctus Chrysostram, in cap. 1. ad Galat. & Maximus homil. de Apostol. agunt, ille quidem de clauibus, prout sunt datæ omnibus Apostolis, nec aliud ferunt quam Apostolicam dignitatem; quo sensu Christus clauis omnibus communiter Apostolis detulit, sed non ea singulari ratione qua concessæ sunt Petro, sigillatim. Maximus verò clauis Paulo concessas, accipit de vberitate scientiæ, cuiusmodi clauis non faciunt ad hoc institutum. Iam qui Paulum Petri collegam dixit Chrysostram, serm. 6. aliud noluit, quam asserere Petrum habuisse Paulum pro adiutore ac socio, qualis denominatur Titulus per comparationem ad sanctum Paulum; cui sine dubio erat inæqualis. Sanè non raro Episcopi quicumque, dicuntur Collegæ Romani Pontificis (vt bene notauit Pamelius ad epistol. 4. ex variis locis sancti Cypriani, & Remundus Rufus impugnans Molinæum pag. 110.) Neque tamen propterea æquiparantur Pontifici Romano. Quin etiam in Concilio Carthageniensi; quatuor Presbyteri dicuntur *Episcoporum Collegæ*. Num idcirco Presbyteri, pares Episcopis de Concilij illius sententiâ? Perspicua ergo est mens Chrysostrami, qui tantum agit de societate sancti Pauli cum Petro in prædicatione, & plantatione Euangelij, non autem de æqualitate in primatu. Obseruanda porro hoc loco est, Aduersarij in allegando Chrysostramo, mala fides. Refert enim Chrysostram dixisse, Christum adiunxisse Petro socium Paulum, in munere vniuersali, omnes suos agnos, & omnes suas oues pascendi; & primatum Apostolorum vtriusque esse concessum. Hæc in solo Codice quem Aduersarius habuit apud Chrysostram leguntur. Nam vera Chrysostrami verba, sunt ista tantum. [Oves suas Petro, vice sua vt pasceret, ad cælum remeaturus commendat: Petre, inquis, amas me? Pisce agnos meos. Istis agnis Collega Pastoris Petri, paulus, piè pastu plena lactis vbera porrigebat, dicendo: *Lac vobis potum dedi, non escam.*] Et quam Theophili Raynaudi Pontificia:

ista ab iis discrepant, quæ falsò Aduersarius ex Chrysostramo allegabat.

13. Pertinent quoque ad hanc primam sententiam, qui dixerunt sanctos Petrum & paulum *Fundatores esse Ecclesiæ, & Orbis Magistros; ac Patres & Iudices*; quæ omnia Aduersarius arripit pro argumentis summi Pontificatus sancti Pauli ambos *fundasse Romanam Ecclesiam* dixit Dionysius Corinthius. Vniuersalius sanctus Maximus, dixit eos fuisse *fundatores Ecclesiarum*: idcirco ait, hos sanctos Apostolos fuisse fidelium Patres, ac humani generis Iudices: Sed quod sanctus Paulus cooperatus sit fundationi Romanæ Ecclesiæ; prædicando Romæ Euangelium, & multos ad Christum aggregando, non sufficit ad vendicandam ei dignitatem Capitis Ecclesiæ. Cætera attributa quæ retuli, de omnibus passim Apostolis dicuntur: sunt enim Patres nostri; & vt est in Hymno Ecclesiastico, *Cæli iudices*; ac Magistri Orbis; quorum doctrina exundauit per orbem, ita vt omnis terræ, doctrina eorum sit repleta. Neque tamen omnes Apostoli, idcirco censentur capita Ecclesiæ. Sanè Diuus Chrysostram, in horum sanctorum Apostolorum encomio; quo illud magisterium orbis totius per errorum depulsionem, & Doctorum omnium instructionem ambobus tribuit, peculiariter tamen solum petrum vocat; *fidei Orthodoxæ principium, & magnum Ecclesiæ Sacerdotem, ac necessarium Christianorum consiliarium*, paulum autem non celebrat, nisi vt insignem præconem veritatis, cui eatenus concreditus sit orbis vniuersus, vt eum docendo ad Christum adduceret, illucens tanquam Sol sapientiæ, orbi vniuerso, vt egregiè de eo philosophatur idem Chrysostram. 18. in ad Rom.

Non excedo ex hac prima serie testimoniorum, quin prius fatear mirari me silentium Aduersarij de S. Cypriano qui non per ambages, sed directè & expressè, sanctum paulum, vocat Christi Vicarium. Eius verba sunt libro de aleatoribus numero quadragesimo octauo. *Beatus Apostolus Paulus Procurator & Vicarius Christi, Ecclesiasticam curam gerens, ponit, & dicit, vos estis templum Dei.* Quid clarius? Non potest exciri, librum esse sancto Cypriano suppositum; cum stylus non magno perè repugnet, vt pamelius fateatur; & autor citet plerisque Scripturas, eodem modo quo solent alibi à sancto Cypriano citari. Et porro, librum adscribunt, varij Bibliographi, & autor Breuiarij Historici Laudolphus à Colonna, ac sanctus Antoninus, & philippus Bergomas, atque alij. Verùm horum omnium Hallucinationem, frons libelli manifestè reuincit, in qua Autor se esse Romanum pontificem, explicatissime tradit, cui *vniuersa fraternitatis cura* sic concredita, *Et Vicaria Domini sedes, cælesti dignatione sibi donata; quique originem authenticæ Apostolatus in suo superiore sancti Petri portaret.* Non cadunt ista in sanctum Cyprianum, sed in aliquem sancti petri successorem, quem fateor videri antiquum, & sancti Cypriani emulatorem. At hinc non infirmatur Aduersarij causa, sed potius egregiè promouetur; cum hic pontifex inferius vocet sanctum paulum *Christi Vicarium; curam gerentem Ecclesiarum.* Nihilominus non est sensus

**PNCT. 10.** Sanctum Paulum cum plenitudine potestatis Ordinariae rexisset Ecclesiam, quod vni Sancto Petro est collatum; sed sensus tantum est, Primum Paulum fuisse strenuum operarium in vinea Domini, legatione pro Christo fungentem, & in quo Christus loqueretur. Vnde non habetur eum fuisse Ecclesiae caput, sed fideliem procuratorem duntaxat. Itaque merito hic locus non est allegatus pro bicipiti Ecclesia, praesertim nomine Sancti Cypriani qui tam explicite vnum Ecclesiae caput admittit variis locis.

14. Excutienda sequuntur testimonia Patrum spectantia ad alteram seriem, qua scilicet quaedam dicuntur de Romanis Pontificibus per ordinem ad S. Paulum, ex quibus videtur inferri sanctum Paulum fuisse caput Ecclesiae. Eiusmodi est, quod aliquando legitur, Romanos Pontifices dictos esse *Vicarios SS. Petri & Pauli, aut successores horum Beatorum Apostolorum*: vel quorum dicitur ab aliquibus Patribus, *Sedem Romanam esse sedem SS. Apostolorum Petri & Pauli*. Ex his omnibus argumentatur Aduersarius in regi suam.

Titulum *Vicarij SS. Petri & Pauli*, retuli ex variis in Onomastico, vbi etiam exposui, quid in ea locutione sonet vox *Vicarij*, nempe *suffectum, & successorem*. Eum *Vicarij* titulum Aduersarius ex Luitprando 1. histor. cap. 8. refert, itemque ex Augustino lib. 3. cap. 44. quem ait lib. 1. de consensu Euang. cap. 10. asserere suo tempore solitum Christum pingi astantibus hinc inde Petro & Paulo, *tanquam duobus Christi locum tenentibus Generalibus, & duobus Vicariis per quos regnat in Ecclesia vniuersa, & omnes populos dirigit; ac per quos in ipso nexos, consequenter membra connectit, & format totum corpus Ecclesiae*. Quid clarius pro S. Paulo Ecclesiae capite? Sed obseruandum est, haec non esse D. Augustini verba, sed esse additamentum Leuiathan. Diuus quidem Augustinus refert eo loco, Christum pingi solitum medium inter Sanctos Petrum & Paulum: indeque ait delusos esse quosdam fabulosos, qui librum commenti à Christo conscriptum, addiderunt, Christum eum librum destinasse duobus lateri suo semper adherentibus discipulis, Petro & Paulo; quasi quia pingebantur ad Christi latera, fuissent Christo maxime familiares. Non plura ibi de his Sanctis Diuus Augustinus. Itaque reliqua, quae adduximus, sunt assueta Aduersarij, falsò aucta Diuo Augustino.

15. *Successores SS. Apostolorum Petri & Pauli*, leguntur dicti Romani Pontifices à SS. Hieronymo, & Epiphano, nec non ab Eusebio, & Primasio, & S. Bernardo, ac Vincentio Lyrinensi vocante Sedem Apostolicam, successionem Apostolorum. Verum Hieronymus, tantum dixit, Damasum honore esse secutum Apostolos. Quod facile exponi potest, quia in eodem solo, vtriusque Apostoli laboribus exulto, ac proinde erga eos grato & honores vtrique rependente eximios, honorem ipse quoque praecipuum tanquam implens Sacerdotij sui nomen, & duplici honore dignus conferebatur. Potest etiam ea locutio, exponi per syllepsin, qua numerus multitudinis pro singulari numero ponitur; ita vt non dicatur Da-

masus honore secutus Apostolos, nisi quia secutus Apostolos, nisi quia secutus est in Pontificio honore S. Petrum. Eusebius & Epiphanius, ceteros Romanos Pontifices vocant SS. Petri & Pauli successores, quatenus contextentes seriem Romanorum Pontificum ad sua vsque tempora continuatam, primo loco, & in illius seriei fronte statuunt SS. Petrum & Paulum, hisque successisse aiunt posteriores Pontifices. Signantur item varia loca, quibus dixit Eusebius, hunc aut illum fuisse sextum, vel septimum Romanum Episcopum post Apostolos. Sed hoc postremum non vrget nos. Porrit enim quispiam esse Episcopum eo numero post Apostolos, quamuis vterque Apostolus non esset is, cui succedebat, sed solus S. Petrus. Nihilominus enim is, qui talem locum in serie Episcoporum Romanorum tenebat, erat sextus ab Apostolis vel post Apostolos: id est erat sextus, qui ei solio insidebat, ex quo SS. Apostoli à vita emigrarunt. Itaque haec loca non moror.

16. Priora verò quibus disertè aliqui dicitur successisse SS. Petro & Paulo, vel quibus ferunt S. Paulus fuisse Romae Episcopus cum S. Petro, quod habet disertè S. Epiphanius hær. 27. vrgetur maxime ab Aduersario post. M. Antonium de Dominis: è quo non hoc tantum, sed & multa alia deprompsit. Est qui eum locum neget esse S. Epiphanij, idque probet, quia ibi Epiphanius, ait, quandam Marcellinam multorum Romae sub Aniceto corruptricem, ad se venisse. At quomodo potuit ad Epiphaniam venire Marcellina, tot saeculis antegressa Epiphanium, quandoquidem sub Aniceto multos Romae corruerat? Sic ratiocinatur doctissimus, & de bonis literis ipsaque Ecclesia benè meritis Habertus lib. 2. cap. 6. num. 7. Nec licet causari deprauatam Cornarij prisici Interpretis versionem. Tamen si enim verissimum est, Cornarium sceddè admodum tractasse S. Epiphanium; vt non iam eius Interpretis, sed Lanii & Corruptor audire debeat, de quo merito exposulat Matthæus Galenus in opere de Sacrificio, cap. 16. & Iacobus Billius lib. 1. obser. facr. c. 18. & 35. & lib. 2. c. 3. Tamen Graecus Codex quem adducit Habertus, ita habet vt relatum est. Omnino tamen videtur irrepsisse mendam in Graecum Codicem Epiphanij, & expressam inde Latinam versionem. Nam editio Epiphanij Latina, ex Iacobi Billij Graecè doctissimi obseruationibus recognita, non habet, *Marcellina quaedam, ad nos aliquando venit, quae Aniceti Romae Episcopi tempore plerisque labefactauit* (quae sane verba nulla ratione in S. Epiphanium quadrare possunt;) sed habet hoc modo. *Peruenit equidem iam ad nos fama, quomodo Marcellina quaedam à Carpocratianis decepta, multos corripuit, temporibus Aniceti*. Quo pacto, locus ille non est cur abiudicetur S. Epiphano, & alteri antiquo, cuius nulla praecessit, aut subsequenta est mentio, adscribatur. Nec enim solet S. Epiphanius tacitis authoribus laureas eorum decerpere, & operi suo intexere. Quanquam verò is locus esset alicuius antiquissimi, & Aniceto aequalis, Epiphano tamen est probatus, & enodandus est; quod varij variè praestiterunt. Qui dicunt Epiphanius dixisse tantum, quod Paulus fuerit in vrbe Roma Episcopus; (quod potuit verum esse, quamuis non esset

Episcopus

Episcopus Romanus) non euadunt difficultatibus. Nam nihil aliud reuera est, Graecè, *esse in Roma Episcopum*, quam esse Episcopum Romanum. Sicut Sophronius lib. de Scriptoribus Tertulliani casum describens, ait eum esse euersum, *ἔθνω καὶ ἀεστηλακισμῶς τῶν κληρικῶν τῆς Ῥώμης ἐκκλισας*, quod D. Hieronymus dicit, *Romana Ecclesia Clericorum inuidia, & contumeliis*. Vt planè liqueat, Sophronium latina S. Hieronymi solitum graeca facere (vt habetur ex Epist. 134. S. Hieronymi, & ex Scriptorum Catalogo (pro eodem habuisse Graecè *ἔν Ῥώμῃ*, ac si latine dictum esset, *Roma*. Deinde ibidem à S. Epiphano, eodem modo Petrus dicitur fuisse in Roma Episcopus, quo id de Paulo dicitur. Sicut ergo hoc non obstat verò primatui S. Petri, ita neque primatui S. Pauli. Ad haec alibi in recensente Episcoporum Romanorum, vterque dicitur egisse Romae Episcopum.

17. Mihi in Prolegomenis ad Coronam Auream supra mihitam praenotat 4. visum est, Paulum dictum esse Romae Episcopum, quia verè Romae Episcopalia munera obit: quamuis impeditur à S. Petro, & cum subordinatione ad eum. Quis enim dubitet, quin Paulus Romae degens, & totus in illius agris cultura, quae sunt Episcoporum munia obierit, manus imponens, cum ad confirmandum, tum ad inaugurandum in Sacerdotes, & aliorum locorum Episcopos? Poterat enim Romae, etiam praesente, dummodo non obstitente Petro, eadem sua extraordinaria potestate vti, qua alibiungebatur. Haec ergo munia Episcopalia Romae obiens Paulus, potuit dici Romae Episcopus; non quod esset Episcopus Vrbe Romanae, sed quod Romae degens, esset Episcopus; quamuis absque sede determinata vt Petrus Damiani considerauit, negans cum affixum fuisse vlli sedi, vt posset quaquaersu excurrere, & zelo quo flagrabat alico quatenus omnibus sedibus praesidere. Non diu Petrum habuisse Paulum pro Coadiutore, in eo sensu in quo Linus, Cletus, ac Clemens, dicuntur à multis fuisse Coadiutores. S. Petri adhuc superstitis; quia Paulus longè alia ratione erat Romae quam tres praedicti.

18. Aio igitur, Paulum tacito saltem Petri assensu, vsum esse Romanae Episcopali sua auctoritate, inclusa in Apostolatu, & eatenus dici potuisse *Episcopum in Roma*, quamuis non esset Episcopus Romanus. Et eam ob causam, quia scilicet strenuè cooperatus est Romae S. Petro, in muneribus etiam Episcopalibus & Apostolicis, annumeratum esse Romanis Pontificibus cum S. Petro; praesertim cum series Romanorum Episcoporum fidei Catholicae attestantium, per continuatam sanæ doctrinae ad longa tempora successionem ostentatur Haereticis, tanquam signum veræ Ecclesiae: quod faciunt saepe Patres, ac Haereseologi. Optimè S. Irenaeus lib. 3. cap. 3. & Optatus lib. 2. nec non S. Augustinus cap. 4. in Psalmo contra patrem Donati, & libro contra Epistolam Fundamenti, & Epistola ad Generosum Epist. 165. Optimè item Tertullianus l. de praescr. c. 32. & l. 3. in Marcio. ac S. Epiphanius hær. 27. Plura in hanc rem Doctores, cum tractant notas Ecclesiae, & benè etiam Campianus ratione 10. Tunc ergo opportunissimum est, haereticis ostentare sanctum Paulum, cuius fulgor tan-

tus est in Ecclesia Dei, vt comprobatores, & suffragatores doctrinae sanæ à sancto Petro, & per manus ab eius successoribus acceptæ. Idque praesertim spectabat in ea Romanorum Pontificum enumeratione, admisso S. Paulo, Epiphanius; cuius proinde verbum huc faciens, accipiendum est quasi in palaestra dictum, vt puncto praecedenti cautione i. cum sancto Athanasio loquebamur. Nec est extendendum ad rigorem corticis vocum, sed attendendus scopus loquentis, eique aptanda vocum notio. Quibus ita constitutis locus Epiphanij in quo M. Antonius de Dominis: & eius assectae tantoperè exultarunt, casto impetu, cadit.

19. Quanquam etiam si gratis darem, S. Paulum fuisse Vrbe Romanae Episcopum, non haberet Aduersarius intentum. Volo hoc gratis dare, & non concedere, quod puto falsum: quia nullus talis Episcopatus sancto paulo tribuendi titulus affulget: non enim ex cessione sancti petri, qui vsque ad mortem eam cathedram constanter tenuit. Neque per allectionem ab eodem sancto petro factam, quia Romanus Pontifex, quamuis eadem cum sancto petro potestate polleat, censetur non posse asciscere sibi aliquem in Coepiscopum cum eadem plena pontificia potestate qua ipse potitur, ac citra subordinationem, qua de re alibi. A fidelibus Romanis multo minus potuit pontificium nomen accipere sanctus paulus. Dicere autem, quod à Christo accepit, commentitium est, & voluntariè constitutum. Non igitur fuit sanctus paulus, Episcopus particularis Romanae Ciuitatis: sed quamuis id darem, non admitte-rem propterea, Romanos pontifices esse successores sancti pauli in pontificia capitis Ecclesiae dignitate: quia ius illud exque potestas, est à Christo alligata sancto petro, & iis ad quos ipse tanquam ad successores legitimos eam transmisit. Soli enim petro dictum est, *Tibi dabo claves: & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam: & pasce oves meas*: Cumque claves illæ, ac fundamentaria suppositio, & pastio, essent necessariae quandiù Ecclesia hic militabit, intelligitur Christus qua fuit prouidentia, illarum suarum vocum energiam, vltra sanctum petrum ad quosuis (vt ita cum plerisque patribus dicam) *Sui temporis Petros*, transmittere voluisse, eo ipso, quod sancto petro substituerentur, qui per humanam conditionem non poterat hic perpetuò degere, & viuere vsque ad mundi clausulam. Quantumuis ergo aliquis alius, quam sanctus petrus (v.g. sanctus paulus) fuisset eo viuente Episcopus Romanus, dignitas Capitis Ecclesiae, quae continet ius successionis ad eandem potestatem, estque potestas ordinaria, non posset ei attribui; nec Romani pontifices ea ordinaria auctoritate potiti, dici possent eam aliunde transmissam habere, quam praeside à sancto petro, & per successionem ad eum.

20. Ex tam multis de hac successione ad sanctorum petrum & paulum, circa loca Epiphanij, quae eam ferre videbantur, expedita manent, quae Aduersarius ex aliis minus expressè locutis adducebat. Primasius vocauit Clementem *successorem Apostolorum*, vel per syllepsin, quia sancto petro successit eo ordine de quo accuratè melius ad librum de praescr. c. 32. vel quia

Flh 3 ambobus

**PNCT. 10.**  
Nihil apud  
Patres pro  
Ecclesia bi-  
cipiti.

ΠΥΝΟΧ. 10.  
Nihil apud  
Patres pro  
Ecclesia bi-  
cipiti.

ambobus Apostolis posterior fuit in cultura agri Romani: Quod autem inducit Paulum, dicentem se non esse Petro inferiorem, quia ambo erant ab vno in vnum ministerium ordinati, valet de ministerio prædicationis, non de pariformi regimine totius Ecclesiæ. Sanctus Bernardus epist. 217. & 242. Eugenium vocat *SS. Petri & Pauli successorem, ac Vicarium Apostolorum*, eodem sensu, de successione, & suffeccionem in excolenda Romana vinca. Et intererat, sanctum Bernardum ad Romanos rebelles Pontifici dantem eas literas, obiectu vtriusque Apostoli in quem iniuria Eugenio irrogata redundabat, terrere refractarios. Locus Vincentij Lyrinensis, quo sedem Romanam vocat *bearam successionem Apostolorum*, eodem modo expeditur, vel per syllepsin sæpè propositam & Scripturis per familiarem, vt supra monstraui.

21. Tandem varij Patres, vocantes Sedem Romanam *S. dem SS. Apostolorum Petri & Pauli*, vnde Aduersarius præsidium suæ nouitati captat, adducti & expositi sunt in Onomastico. Aduersarius allegat eam loquendi formulam ex Theodoro, Dorothæo Thessalonicensi, Drepanio, & Sarisberienfi. Omnes hi idem dicunt. Theodoretus sancto Leoni gratulatus est, quod SS. Petri & Pauli throno infedisset; id quod etiam Hormisdæ gratulatur Dorothæus, nec aliud habent Drepanius, ac Sarisberienfis. Sensus potest esse, quem in Onomastico dedi his vocibus *Sedes SS. Apostolorum Petri & Pauli*. Nempe dici sedem S. Pauli, quia in eius Ecclesiæ fundatione, & Sedis Petri collocatione in ea, plurimum laborauit, multos ad fidem prædicatione sua adducens. Itaque duplex series testimoniorum ex Patribus tanto studio acruata ab Aduersario, dissecta manet.

22. In extremo agmine, annotandi sunt aliqui Patres ab Aduersario in eandem sententiam prolati, sed profectò extra rem. Eiusmodi est sanctus Ignatius, quem à se stare contendit, quia dixit sanctum Paulum fundasse Ecclesiam Antiochenam; vnde eruit, sanctum Paulum non modò fuisse fundatorem illius Ecclesiæ, quod vnum tribuit S. Ignatio, sed etiam fuisse Episcopum Antiochenum æquè ac S. Petrum, quod probat ex Bernaldo authore Apologetici pro Gregorio VII. cap. 12. qui dicit S. Paulum correxisse Antiochiæ S. Petrum, licet eiusdem Sedis Episcopum: Nota, *to eiusdem Sedis*. Hoc Aduersarius rapit sibi; quasi sensus sit, vtrumque eadem illa sede potiturum. Sed certè hoc est abuti patientia lectorum, nec secus eos habere quàm fungos. Quis enim non videt illum eiusdem Sedis (supple *Antiochenæ*, de qua actum erat) Episcopum, non esse sanctum Paulum, sed sanctum Petrum, cui videbatur à paulo in ipsius Petri, veluti domo deferendum, nec ingerendam inurbanè reprobationem in Ecclesia propria? Insulset ergo & protus impertinenter, Aduersarius, Antiochenum S. Pauli Episcopatum omnibus retrò antiquis incompetum, nihilque reuera eius causæ commodaturum si admitteretur, inædificat illis Bernaldi verbis; *Paulus ipsum Principem Apostolorum, Antiochia, licet eiusdem Sedis Episcopum, liberaliter corripuit*.

23. Equè appositè pro Romano sancti Pauli Pontificatu adducit Aduersarius S. Irenæum,

quia dixit sanctos Petrum & Paulum Romæ prædicasse, & fundasse Ecclesiâ Romanam. Hæ argumentationes quanti sint, frustra docerent. Quid enim? Prædicarunt simul Romæ sancti Petrus & Paulus, simulque Ecclesiam illam erexerunt, aggregata ad Christum ingenti multitudine; (hoc enim est fundare Ecclesias, etiam priuquam Episcopos accipiant, & hoc ipso modo sanctos Petrum & Paulum fundasse Ecclesiam Romanam exponit Nicol. Lad. Consultum 92. Bulgarorum.) Igitur sicut S. Petrus est Rector totius Christianæ Ecclesiæ, ita, & sanctus Paulus. Ne centum quidem boum paria simul iugata (vt alicubi iocatur Caetanus) trahendæ ex eo antecedente huic consequentiæ, possent sufficere. Hæ ipsa tamen acuratione argumentandi, Aduersarius adducit pro se Tertullianum, quia dixit Petrum & Paulum Euangelium prædicasse Romanis, & illis doctrinam profudisse cum sanguine. Nec maiori cum iudicio, allegat Dionysium Corinthium, quia dixit sanctos Petrum & Paulum Romanorum & Corinthiorum Ecclesias fundasse: Et sanctum Maximum Taurinensem, quia eos appellat fundatores Ecclesiarum. Sanè quotquot primi fidem Christianam in aliqua regione plantarunt, dicuntur ibi plantasse, ac fundasse Ecclesiam. Et plerumque multi simul variis locis eo modo fundant Ecclesias. Sicque iuxta doctrinam Aduersarij, Ecclesia supra quamuis hydrum multiceps esset; nec tantum semel biceps fuisset.

Paulinum adducit Aduersarius, quia dixit sanctos Petrum & Paulum esse Medicorum Principes, idest præcellentissimos Medicos, curando ægro Orbis capiti opportunissimos. Quod quid ad rem? Nec illud magis appositè ex eo vrgetur, quod dixerit, Romam vtrouque hoc Apostolo potentem: quod ad tutelam & & patrocinium vrbs in qua vixere aliquandiu, & denique obiit, est referendum. Eodem iure adducit Aduersarius sanctum Prosperum, tantum quia dixit sanctos Petrum & Paulum reliquisse Romæ Ecclesiam vnam & pacatam. Et hic quoque multa boum paria aduocanda sunt, vt inde trahatur hæc consequentia. Ergo sanctus Paulus est Caput Ecclesiæ. Idem esto iudicium de allegatione Ruperti, quia dixit sanctos Petrum & Paulum esse Principes Apostolorum, & Christianæ pietatis, ac nostræ in Christo militiæ Magistros, & fratres spirituales vnanimis; Romulo ac Remo discordibus oppositos; quæ omnia tam ad rem pertinent, quàm auster ad Boream. Vt & illud, quod ex Fulgentio à me edito allegat; sanctos Petrum & Paulum in suo ordine ac genere, inuicem sibi præstare in martyrio, tamque nexos esse, vt cum Petrus dicitur, Paulus non taceatur, & vicissim. Hoc quid ad rem? Ipsum de omnibus Apostolis dixere S. Chrysostomus in laudat. S. Ignatij, & S. Athanasius collaudans S. Andream oratione à Gallego edita, ac Petrus Damiani agens de S. Bartholomeo serm. 2. & Alexander Monachus Encomialtes S. Barnabæ. Nemo tamen ideicò statuit, omnes Apostolos, ita esse idem cum S. Petro, vt constituent cum eo idem caput Ecclesiæ vniuersalis.

24. Manifesta est egestas Aduersarij in SS. Patrum pro sua nouitate testimonij, quæ tam pauca

pauca ad rem facientia proferre potuit, nec abique oborsione & nisu violento: cum nos è contrario, pro primatu solius sancti Petri, abundemus dilucidis, ac per se fluentibus patrum sententiis. Cuiusmodi sunt illæ quibus asseritur, S. Petrum omnibus Apostolis, atque ad eum ipsi etiam S. paulo datum esse superiorem, atque Rectorem. Et illæ quoque vbiuis prostantes, quibus S. Petrus nulla facta S. Pauli mentione, statuitur caput Ecclesiæ. Quod argumentum nõ est ab autoritate negatiua, sed in re dogmatica omnino euincit non esse aliud quidpiam tale, vt supra monstraui exemplo Triadis personarum diuinarum, ac septenarij Sacramentorum, quæ non licet in pleniorum numerum diffundere, etiam si nullibi expressum sit in reuelatione, non dari aliquid aliud tale. Sufficit enim illud aliquid non esse expressum. Idem ergo est in hoc negotio: ac proinde non fuit, cur Aduersarius desperet testimonia patrum penè innumera, quibus tribuitur sancto petro primatus, nulla facta sancti Pauli mentione, cum vicuersa nusquam reperitur tributus sancto paulo primatus, vel in speciem, tacito sancto petro. Nam quod Aduersarius in contrarium velut caput Gorgonis obiecit locum sancti Bernardi epist. 237. & 250. vocantis Eugenium *successorem Pauli*, inanè proferat: cum ibi sanctus alloquens Pontificem ex loco Pauli non potuerit sanctum Petrum immiscere. Quod idem dicendum est de Petro Cluniacensi cum vrgens Eugenium adhibito loco sancti Pauli, ait ipsum Eugenium, qui vicem Pauli tenebat, exemplo Pauli abs se vrgeri ad omnium Ecclesiarum sollicitudinem.

25. Itaque testimonia penè innumera, quibus sanctus Petrus Ecclesiæ caput statuitur, tacito sancto paulo planè euincunt solum sanctum Petrum (iuxta patres) esse Ecclesiæ vniuersæ Rectorem. Signatur eiusmodi testimonia ex omni seculo Christiano, in Scriptores duos; Carolus Franciscus d'Abra de Raonis, Vaurensis, & Isaac Habertus ex Ecclesiæ Parisiensis Theologo, Episcopus Vabrensis; ambo egregijs doctrinæ & virtutis ornamentis insignes, qui ante nos hoc argumentum versarunt. Possunt equidem cum Origene homil. 13. in Exod. ex Iosepho, ac Philone nonnulla de sacro Pontificis ornatu in rem suam mutuato, illud profiteri. [De his dixerunt quidam ante nos & sicut non decet aliena furari, ita conueniens puto, benè dictis alterius non abuti, fatentem.] Itaque omnia illa patrum loca, quæ tanto studio, atque iudicio Nobiles hi Scriptores ad hoc negotium collegerunt, mea ipse quoque esse volo, sed legenda apud eos.

26. Pauca alia, quibus disertè, & (vt loquuntur) in actu signato, solus S. Petrus, Rector Domus Dei, & Caput Ecclesiæ asseritur, hic annotabo: parum sollicitus de annotandis pluribus idem asserentibus qui meminerim præclari moniti, quo Anastasius Sinaita obliquat collectionem paucorum testimoniorum, quæ protulerat in veritatis Catholicæ confirmationem. [Eorum quæ ipsi exhibuimus paucitas, nihil asseret impeditenti cupientibus pleniorum & honestam secum auferre satisfactionem. Vnius enim fide digni autoritas, quod à tali dictum sit, nihil minùs reddit ac-

ceptabile, quam quæ à numerosa multitudine sunt dicta. Idem enim in omnibus est spiritus.]

S. Gregorius Nyssenus ea in sanctos Petrum & Paulum laudatione, quam Gretserus è Vniuersi Bibliotheca edidit, nec in nuperis operum Nysseni editionibus comparat, insigniter in hanc rem differit. Nam agens de S. Mathiæ suffeccionem in locum Indæ per Petrum, sic habet. [Qualis Petrus, qui Coapostolorum electionem instituit, & ad parem sibi functionem euehit, quod nulli alteri nisi soli Christo competere scimus? hoc enim omni honore, & dignitate eminentius est; & soli Petro ex omni mortalium numero hæc felicitas obtigit, quipè qui loco Christi, aliorum Dux & Princeps à Christo constitutus erat; eiusdemque locum erga alios tenebat; propter quæ nullus ex alijs Apostolis tanta admiratione dignus est, quanta Petrus. Quem enim alioqui, discipulorum omnium feruentissimum discipulum Christi nouimus, eum nunc loco & vice Christi Apostolis præfectum conspicantes, quo tandem lo-reponemus?] Rursus inferiùs exponens retributionem trinae eius confessioni repensam, ait. [Propter quæ hoc etiam honore super omnia affectus est; nam quibus Principibus non est venerabilior, quibus Regibus non augustior, quem sciamus locum Christi, & à Christo, Pastorem & Doctorem omnium gentium vbiique terrarum constitutum esse; quàm dignitatem in perpetuum seruat;] vti que in successoribus.

27. Neque dici potest, quod Aduersarius obtendit, hæc scilicet spectare comparisonem Petri cum alijs Apostolis, non autem cum Paullo. Hoc inquam dici nequit; tum quia locutio est vniuersalissima, & excludens omnem alium; tum quia disertissimè ea ipsa laudatione Nyssenus, docet hæc omnia ad Paulum æquè ac ad alios Apostolos esse extendenda. Locum iam ex necessitate supra retuli; & nunc extorquet hoc negotium, vt eum repetam: Quod Aduersarius, qui toties & tam frequenter ingerit ac regerit eadem loca, non poterit improbare. Præfatus ergo ibi Nyssenus, factam petro retributionem, consequenter ad professionem trinae amoris, vt petri decorum cum Pauli ornamentis de quibus prælocutus fuerat contentionem instituat, ait. [Ex quo (ex trina confessione) ea dignitas petro venti, qualis nulli alteri. Et consultissimum fuerit, hanc gratiam & honorem illum excellentissimum cum nullo alia comparare velle. Et licet Paulus ad Christum in cælum ascenderit, vt discere, & alios docere deceat, attamen Petrus eundem iam cælo delapsus præsentem habebat, & quæ faciendæ essent, & quæ non exponentem, sibi que ouium præfecturam tradentem, coram audiebat.] Agnoscat manifestè Nyssenus, Petrum paulo fuisse superiorem, & ei distribuisse partem ouium Christi, quarum curam haberet; assignando scilicet oras quas priùs lustrare instituendo Euangelio oporteret. Mox item instituta disputatione de æqualitate horum Sanctorum, cum præmississet, hinc Petrum, hinc Paulum, alteri præcellere, concludit. [Et si æqualitatem constituissemus, attamen non dicimus, quod singuli sint caput omnium, quod merito

ΠΥΝΟΧ. 10.  
Nihil apud  
Patres pro  
Ecclesia bi-  
cipiti.



**PHIL.** 16. Nihil apud Patres pro Ecclesia bicipiti.

merito posuimus, & asseruimus, &c. An non sufficit omnis contradictionis expert Dominica sententia, quæ Petro primas in omnes concessit? De Nysseni mente in præferendo S. Petro, & aliis discipulis, & Paulo, non est relictus ambigendi locus.

Oecumenius tametsi ætate posterior, tamè antiquiorū deflorator, in c. 1. ad Galat. tractas illud Pauli *veni Hierosolyman videre Petrum; mansi autem apud eum diebus quindecim.* [Confidera (inquit) animi modestiam. Post tot, tantæque certamina, abiit, vt videret Petrum tanquam maiorem. Vt autem etiam maneret, causa honoris quem Petro ferebat, actum est. Vide autem, quomodo cautè dicat, *mansi apud eum; Non, edocui sum.*]

28. S. Hieronymus disertè S. Petrum statuit maiorem, ac præcessorem, & Principem, respectu S. Pauli epist. 89. Id quod etiam habet S. Augustinus epist. 19. extollens humilitatem S. Petri, passi se corrigi à minore; nec simulatè, sed seridè id vult gestum. At S. Hieronymus (quod nunc nostra non refert) ne Paulus dicatur arroganter egisse, superiorem suum reprehendendo, vult eos ex composito prudenter simulasse dissidium. Potestque eodem lecti S. Cyrillus lib. 9. Iul. in fine, qui respondens Iuliano eam Apostolorum dissensionem obiicienti, & Petrum à Paulo reprehensum damnanti, vocat rem ab eis gestam, *artificioissimam dispensatione*, quæ etiam videtur fuisse Philonis Carpathij sententia, ad illud Cant. *filij matris meæ*: dicentis, eam fuisse *sanctam & honestam pugnam*. Non fuisse autem tantoperè solliciti SS. Patres, de modo purgandi præsentem S. Pauli arrogantiam, si credidissent sanctum Paulum non fuisse sancto Petro inferiorem. Id quod multò magis dici potest de Clemente Alexandrino apud Eusebium 2. histor. cap. 12. deque Dorotheo in Synopsi, qui eum Cepham quem S. Paulus reprehendit, negarunt esse S. Petrum, ne cogentur admittere, S. Paulum in suum superiorem infurrexisse. Quorum omnium discussio apud Baronium anno 51. legitur potest; & apud eos quos rectius agens de simulatione in rebus; in Opere de Equiuocatione c. 26. n. 14. Nunc satis est, omnes illos patres, qui pro ca. D. petri reprehensione sunt solliciti, videri suffragatos auctoritati S. petri supra S. Paulum.

29. Arator in historia Apostolica ad Viginti Papam, lib. 2.

*Gloria rerum*

*Consultis, vt Petrus Paulum gerat ordo secundum*

*Quis fundamentis manet architectus in illis.*

Disertè Paulum Petro postponit, & ordine secundo constituit, & in fundamentis illis hoc est in petro superædificantem agnoscit. Atque adeò pro stenuo operario & nauo Ecclesiasticæ fabricæ architecto illum habet, non pro fundamento; cuiusmodi est post Christum solus Petrus. Hoc aliis verbis sic iterat in calce operis.

*Petrus in Ecclesia sacraso corpore Princeps.*

*Hæc turrata caput mundi circumtulit oris.*

*Conueniant meliora sibi spectentur ut ornentur.*

*Terrarum Domina fundata cacumina sedis.*

*Gentibus electus Paulus sine fine Magister.*

En denuò petrum solum, principem, & Sedis Romanæ omnium moderatricis possessorem; Paulum verò non nisi Magistrum. Et hac ratione quadantenus respondent duobus fratribus quibus plebs Israelitica commissa est, alteri vt pontifici, alteri vt Doctori diuinæ legis; sicque Romana potestas secularis Agypto proportionalis à duobus illis fratribus per Deum domitur, à duobus istis in Christo fratribus æquè est subacta; & sicut in synagoga

*duobus plebs est commissa duobus,*

*In quibus officium fraternum nexuit oritur.*

Ita & in Ecclesia Christiana accidit, per hos geminos in Christo fratres, vt in sequentibus canit Arator, Arnobius iunior in 11. 138. monstrans quanti apud Deum sit penitentia. [Ecce (inquit) Apostolos poenitenti succurrunt, qui est Episcopus Episcoporum, & maior gradus redditur ploranti, quam sublatus est dneganti: Quod vt doceat, illud ostendo, quod nullus Apostolorum nomen *Pastoris* accepit: Solum enim Dominus Iesus Christus dicebat. *Ego sum pastor bonus, me sequuntur oves meæ.* Hoc ergo nomen sanctum, & iphus nominis potestatem, post resurrectionem suam Petro poenitenti concessit, & ter negatus, negatori suo hanc quam solus habuit tribuit potestatem, vt non solum recuperasse, quod amiserat, probaretur, verum etiam, & multo amplius, poenitendo quam negando perdidit, acquisisse.]

30. S. Bernardus splendidissime lib. 2. de consider. cap. 8. in hanc rem disserit, agens cum Eugenio, quem ait longè differentius præ aliis pastoribus nomen hereditasse; eo quod aliis singuli sint assignati greges; ipsi verò, omnes sint crediti, in vnum gregem adunati, ita vt vni vnus subsit. Additque. [Hoc modo ouium, sed & pastorum tu vnus omnium pastor. Vnde id probem queris? Ex verbo Domini. Cui enim non dico Episcoporum, sed etiam Apostolorum, sic absolute & indistinctè commisit sunt oues? ] Monstrat, omnes planè oues, nulla excepta; esse petro commissas à Christo, quem ait committentem vni omnes oues, commendasse vnitatem; [Quia vbi vnitas, ibi perfectio. Reliqui numeri, perfectionem non habent sed diuisionem, recedentes ab vnitatem. ] Itaque pro vna Ecclesia, eaque perfecta, vnus pastor eminentissimus de Bernardi sententia institutus est S. Petrus, subiectis ei tanquam ouibus, aliis etiam Apostolis, ne Sancto quidem paulo excepto; quia vt ibi philosophatur S. Bernardus, Christus nihil excepit; Vbi autem lex non distinguit, nec nos distinguere debemus.

Hugo de S. Victore, S. Bernardo cuius fuit insignis amicus, meritò subnectetur. Hugo itaque qui præ doctrinæ excellentia æui sui Augustinus audiuit serm. 64. qui est de SS. petro & paulo, ita confert hos beatos Apostolos, vt soli petro primatum adscribat. [Petrus (inquit) cæteris eminet excellentia potestatis, paulus excellentia prædicationis. Petrus Sol, Paulus Luna. Petrus Sol per collatam sibi diuinitus potentiam; Paulus Luna per collatam sibi cælius sapientiam. Luminare maius fecit Deus dum Petro dixit, Caro & Sanguis fidei. Sacramentum


mentum tibi non reuelauit, sed Pater meus qui est in cælis. Et illum tunc lucere in cælo præcepit, dum illi clauas regni cælorum contulit. Luminare minus fecit, dum Paulum strauit, & Paulum crexit & in illo corporale lumen ad tempus extinxit, sed spirituale in perpetuum accendit, &c. Luminare maius, Petrus; Luminare minus, Paulus. Quamuis autem Paulus prædicator fuerit gentium, quamuis electionis vas, quamuis omnibus plus laborauerit, quamuis nihil minus à magnis Apostolis fecerit, quamuis ad tertium cælum & in Paradisum Dei raptus, arcana ibi verba quæ non licet homini loqui audierit, non tamen arbitror sublimitati eius in aliquo derogasse in eo quod ipsum minori Luminari, id est Lunæ, Petrum verò maiori, id est Soli comparo, cum Petro soliditum esse constet. *Tu es Petrus & super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam: & tibi dabo clauas regni cælorum, & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis; & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cælis.* Et cum soli Petro iubente Domino, eum super maris aquas ambulare concessum sit; Petroque soli inter cæteros, & præ cæteris à Domino cura Pastoralis principaliter & specialiter iniuncta sit, vbi dicit, *Pasce agnos meos.* Denique sub finem sermonis, confirmans eandem suam assertionem de solo Petro primatu, & præ Paulo, luminari maiore, ait; Petro tanquam bono dispensatori, clauas regni cælorum datas esse, paulo autem tanquam idoneo Doctore, magisterium Ecclesiasticæ institutionis iniunctum esse. Non video quomodo expressius & distinctius eueriti possit pauli primatus ab aduersario inuectus.

31. Author Latinus Catholicissimus, cuius sermones nomine Eusebij Emisleni, & Græci, & Arriani absurdè circumferuntur, errore non nouo, & apud Gratianum notando, similem argumentationem contexit, serm. de Ioan. Euangelista, qua perspicuè S. Paulus Petro pastori, vt ouis subicitur. Tractans enim eam Christi ad Petrum allocationem, *Pasce oues meas.* [prius (inquit) agnos, deinde oues ei commisit. Pascit igitur Petrus agnos, pascit & oues: pascit filios, pascit & matres: regit & subditos & prælatos. Omnium igitur Pastor est, quia præter agnos & oues in Ecclesia, nihil est.] Viderit Aduersarius, an sanctus Paulus sit extra Ecclesiam. Nam si est in Ecclesia, quantumvis sit Pastor, Petro subest, de huius authoris sententia, manifestè nixa Scripturæ. Ganisus suauiper, cum omnes illos sermones in Dominicis & festis vnus anni in MM. SS. Cassinensibus atque Romanis, studio Venerabilis Patris Domini Mauri Marchesij refoffis, comperi, Autorem habere sanctum Brunonem Signiensem; acrem illum sub Gregorio VII. Berengarij Antagonistæ, vite sanctimonia & sapientia, æuo suo præcellentem.

In hac clausula, accommodabo non incommode ad rem præsentem illud Paciani epist. 1. quærentis, parua apud illos cum quibus agebat, de Apostolicis viris, parua de primis Sacerdotibus, atque sanctissimis Doctoribus currere auctoritatem. Dolet rot annos Episcopos,

*Theophili Raynaudis Pontificia.*

tot Martyres, tot Confessores, aliter locutos, PUNCT. 11, quam illi tunc loquerentur, contemni. Hæc mihi quoque iusta est querela. Patres vniuersi, (vt vt pauci omnino, per obtorsionem manifestam aliud trahantur, (solum S. Petrum habuere pro supremo Ecclesiæ Rectore, ac visibili capite. *tem.* [Age, si illi, vsurpando nomini huic, anthores idonei non fuerint, nos idonei erimus negando? Et nostram potius auctoritatem Patres sequentur, & emendanda sanctorum ceder anti- quitas, & iam putrescentia vitis tempora, canos Apostolicæ antiquitatis eradent? ] Indignum id sanè ac iniquum, meritoque subiciendum anathematizationi illi, qua Petrus Cellensis præfa. ad librum de panibus, percussit omnem nouitatem à sensu, & doctrina SS. Patrum exorbitantem, cuiusmodi manifestè est ea de qua agimus.



P V N C T V M XI.

*Doctores Catholici omnes, pro solius sancti Petri primatu stetero, solis Hereticis pro S. Pauli, ad S. Petrum coequatione sollicitis.*

**N**ON exiguum veritatis Catholicæ de solius sancti Petri primatu argumentum esse putò, quod quisquis demū sit is, qui hunc Pauli primatū recens inuexit, hætenus tamen nemo Catholicorum Doctorum pro eo stetit. *Doctores Catholicos* intelligo, eos qui Patres sunt subsequuti, solentque distribui in classes quatuor, nempe expositiuorum (vulgus *positiuos* appellat) Scholasticorum, Hæreticologorum, & Canones profitentium. Hi omnes reclamante nemine Catholicorum, B. Petrum eminere supra omnes Apostolos atque adeò super ipsum etiam S. Paulum, absque ambiguitate confirmant. Appedam capitatum duntaxat ex qualibet classe Pontifulos, qui in hoc negotium obiter inciderunt. Nam passim apud alios, res supponitur vt indubitata, quamque excutere, ne vel memorare sit necesse; cum videtur clarè in Scripturis & Patribus traditionem diuinam referentibus, decisa.

2. Expositiuu vniuersaliter, & omni expositione seclusa, S. Petrum omnibus planè Christi ouibus, etiam Apostolis, atque adeò etiam S. Paulo præficiunt, siue Matthæi 16. ad illud: *Dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo clauas regni cælorum.* Siue Lucæ 22. ad illud: *Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos.* Siue ad illud Ioannis 21. *Pasce oues meas.*

Adeundè præter cæteros, D. Thomas explanans Epistolam ad Galatas in cap. 2. sect. 2. vbi disertè S. Paulum S. Petro subicit. *Locutus est* ipis Solis radiis scriptus, qui citra omnem expositionem, si vel tantum legatur, ad stipulatur huic veritati.

Adeundem locum Petrus Lõbardus expressè Ii supponit

PRINC. II.  
Doctores  
omnes contra  
Ecclesiam  
bicipitem.

supponit Paulum fuisse sancto Petro minorem, admisisse tamen humillimè Pauli reprehensionem, ut forma aliorum Pastorum fieret, & ipsi quoque non refugerent, cum res ferret, corripit ab inferioribus, videntes Pastorem Pastorum, talia à sup. inferiore Paulo, sustinuisse.

3. Abulensis tractans præceptum correctionis fraternæ quæst. 86. in cap. 10. Marth. ait esse communem assertionem, quod Petrus habuerit subditum Paulum. Et quaerens quis esset ille absolute dictus Propheta, qui nunciavit Achabo, futurum bellum secundum, ait antonomastice sic dictum Michæam, sicut Paulus antonomastice dicitur Apostolus, ob præcellentiam doctrinæ, quamvis non ob præcellentiam potestatis, secundum quam Petro cederet, ut dicitur ibi notat Abulensis.

Hieronymus Cardinalis Seripandus in quaestionibus subtextis commentario in Epistolam ad Galatas, tradens Pauli in Petrum conuersionem, agnoscit quaestione decima quinta, Paulum fuisse minorem ac subditum Petro, cuius summam potestatem in Ecclesiæ refectione à Christo, sub clauum metaphora, & ascendendi munere attributam, pereleganter & copiose præmiserat quæst. 14.

Consaluus Durantus glossans illa sanctæ Birgittæ verba ex persona Christi l. 2. reucl. c. 7. *Paulo dedi ut similis Petro fieret in gloria & honore*, mota quaestione an Paulus fuerit Petro dignitate par, respondet, in Petro præter ordinis potestatem omnibus Apostolis communem & Apostolorum omnibus itaq. Apostolis tributum, fuisse aliam potestatem soli Petro peculiarem quam vocat potestatem regni, secundum quam ipse erat caput omnium. In priore potestate, Paulus fuit Petro par dignitate, iuxta doctrinam Caietani tom. 1. Opusc. tract. 3. c. 5. Et præiuerant Patres, dicentes, Paulum fuisse Petro honore parem. Ita Chrysostomus in illud Pauli ad Galatas. *Ascendi Hierosolimam videre Petrum*, & hom. 10. in ad Rom. Et sanctus Hieronymus l. in Iouin. c. 14. & in c. 2. ad Galat. circa illud, *qui operatum est Petro in Apostolatu*. Inducens Paulum dicentem, [Ego in nullo sum retro inferior, quia ab vno Deo sumus ambo in ministerium ordinati.] At quoad secundam potestatem, Paulus non erat retro æqualis, quia solus Petrus tanquam is super quem ædificata est Ecclesia, accepit potestatem super omnia Christi membra, etiam super Apostolos idque esse extra dubium, & in plerisque Conciliis definitum, atque ab innumeris patribus traditum, confirmat loco allegato Consaluus.

4. Ioannes Maldonatus tractans illud Christi ad Petrum, *Pasce oves meas*, Ioan. 21. ait clarum esse, & constantem omnium interpretum sententiam, (ne Græcis quidem exclusis, quamvis studio nationis à D. Petri prærogatiuis, quas Romano Pontifici eius successoribus communicandas scirent alienioribus;) Christum super omnes Apostolos, & omnes qui numero ouium Christi comprehenduntur, atque adeo supra omnes Christianum nomen præferentes, qualis vtrique fuit S. Paulus, potestatem ac regimen in Ecclesia supremum S. Petro concessisse. Qui hoc inficiaretur, ex omni natione, quæ sub cælo est septem neminem fateretur, versatissimus in

facra doctrina eiusque interpretibus Maldonatus: solus nuper Lutheri & Caluini Gregales secus sensisse ait.

Benedictus Iustinianus, fusè ac ex instituto, S. Paulum fuisse S. Petro inferiorem demonstrat ea disputatione de Apostolatu, quam suis in Paulinas Epistolas Commentariis præfixit c. 9. Et quæ passim aduersus S. Petri primatum supra S. Paulum circumferuntur, difficultates, præsertim ab imaginum vtriusque Apostoli positura, accuratè & more suo amcenè dissoluit: concludens, tamen si Apostoli omnes, sed nominatim Paulus officio Apostolico pates retro fuerunt, tamen auctoritate, ac dignitate rectum fuisse omnibus superiorem, Paulo non excepto.

5. Sixtus Senensis Bibliothecam sanctam adornauit, veluti apparatus ad solidam scripturæ interpretationem. Itaque inter sacros Interpretes referri potest ac debet. Eius hæc est de Petri supra Apostolos omnes, ipsumque Paulum potestate, sententia: Petrum sine dubio omnibus Apostolis, ipsoque D. Paulo fuisse superiorem auctoritate; quippe qui pastor omnium fuerit, atque adeo iurisdictionem in omnes sit nactus, in ipsum vero nemo. Secernendam tamen esse in S. Petro triplicem potestatem; Nempè Ordinis, Apostolatus, ac regni; siue præfecturæ supremæ totius Ecclesiæ. In prima & secunda potestate, B. Paulus fuit Petro æqualis, imò idem de omnibus Apostolis asseri potest, quoad primam de omnibus Episcopis. At tertia potestas, solius S. Petri propria fuit, & quoad eam Paulus retro subiacebat.

Scholasticorum antesignanos, Petrum Lombardum, & S. Thomam, iam recensui inter Interpretes sacros, monstrauit Paulum retro subiecisse, ut subditum. Id quod explicatissimè quoque habet D. Thomas in summa Theologica tractans de correctione fraternæ. Ac ut verbo dicam, quotquot ad eum S. Thomæ locum edidere Commentarios, ferè semper meminèrunt reprehensionis à S. Paulo adhibita; nec est, qui S. Paulum inferiorem retro non statuat.

6. Hæreseologi, siue statuentes legitimam Iudicem controversiarum, siue resistentes Hæreticos rebelles lumini, & liquidissimam Romani Pontificis apud omnes retrò Doctores potestatem in Ecclesiam vniuersam stabilientes, semper tribuunt sancto Petro, & Romano Pontifici, quatenus sancti Petri successoribus; dignitatem capitis Ecclesiæ exclusis aliis Apostolis, ac etiam sancto Paulo. Difertè id habent omnes propè in controuersia Ecclesiæ capite. Signo ex tanto numero perpaucos.

Franciscus Agricola libro de primatu Petri cap. 7. Paulum retro obnoxium, ac subditum difertè agnoscit, ac proinde non habet Paulum pro S. Petri Comptontifice. Insigniter Stapletonius cum in Promptuario Catholico serm. in festo SS. Petri & Pauli: tum in opere de principiis fidei lib. 6. Optimè quoque Sanderus lib. 6. de visibil. monarch. cap. 6. qui excutiens hæresim Lutheranorum de Petro circumcessionis duntaxat, Paulo autem gentium moderatore, atque rectore (viderit aduersarius idem ex instituto, tradens quomodò à grauissimo hoc Scriptore excipiatur;) ita agnoscit primatum quemdam Paulo obtigisse, ut tamen subdat. [Verum hic primatus, licet iure Apostolico non

non

non destituatur, tamen non ob iuris Apostolici & Pastoralis prærogatiuam, ut primatus Petri: verum ob facta eximia, & ob gratiæ personalis prærogatiuam, primatus quidam & erat, & interdum à sanctis Patribus ita vocatur.] Nihil clarius, & pro sancti Pauli exclusione à vero primatu de quo agimus, & pro intelligentia variorum locorum, quibus Aduersarius aburit. Insigniter verò idem Sanderus in hac sententiam differit alio eiusdem Operis loco, libro quinto capite primo, cum demonstrat formam regiminis Ecclesiæ Christianæ, debuisse semper eandem esse, & Christo hinc superstiti, & iam in cælis recepto. Ut proinde sicut ille dum vixit inter nos, fuit vnicū Ecclesiæ caput visibile; ita eo cælis illato, super terram esse nequiverit, nisi vnicum caput.

7. Accuratius & plenius hoc punctum versarunt, qui aduersus M. Antonium de Dominis stylium strinxerunt. Quod epim nefarius ille transiga ad Pontificum Romanorum auctoritatem concellendam, in id studiosè incubuisset, ut Paulum emanciparet à patria Petri potestate, vnaque omnes Apostolos, eodem, imò potiore iure quam Paulum Petro eoque: è contrario præstantes illi Catholice fidei propugnatores, & omnes Apostolos, & nominatim Paulum subieceret Petro tanquam soli totius Ecclesiæ Pastori supremo. Eminent inter eos, Nicolaus Coiffeteau, qui denique designatus Massiliensium Antistes, obiit; spisso volumine, quo deliria Marci Antonij, confutauit. Martinus Becanus in opere de Republica Ecclesiastica, libro primo, capite septimo, à num. 56. Fidelis Annosus, aliàs Ioannes Floidus Scriptor vndeunque eximius, in Monarchia, libro primo, capite septimo, articulo quarto, itémque Zacharias Bouerius in censura libro primo ad cap. 11. Eodem tempore contra accensum, siue Optionem M. Antonij de Dominis, scripsit Marcus Antonius Cappellus. Is disputatione de Summo Pontificatu Beati Petri toto cap. 12. neuosè, ac eruditè confirmat subiectionem sancti Pauli ad sanctum Petrum. Et quanquam in illius capitis limbo, ut Aduersarius vndeunque concludat, admittere videtur Romanum Pontificem Paulo itém succedere, tamen hoc non dicit, nisi ad hominem argumentando, & ex suppositione ab Aduersario facta, illi data gratis & non concessa. Nimirum quia etiam ita esset, ut volebat Aduersarius, verèque sanctus Paulus esset caput Ecclesiæ sancto Petro æquale, nihil id effecturum esset iuribus Pontificis Romani, qui solus posset prætere suam esse successionem ad sanctum Paulum. Itaque fortis hic scriptor, doctusque Hæreseologus, etiam si daretur Romanum Pontificem sancto Paulo succedere, omnino tamen vult & confirmat toto eo capite, sanctum Petrum esse superiorem sancti Pauli, quod nobis satis est, quia sic negatur sanctum Paulum esse caput Ecclesiæ par S. Petro, eique non subordinatum, de quo solo hic quaeritur.

8. Sed quid Bellarmino fiet inter Hæreseologos sanè præcellenti? Eum enim Aduersarius pro Pauli primatu intrepidè allegat, eo quod dixerit l. 1. de Rom. Pontif. cap. 27. etiam si constaret, Paulum Petro antefendum esse omnibus  
Theophili Raynaldi Pontificia.

modis, nihil id effecturum Romanis Pontificibus, ad quos omnis Pauli gloria pertinet. Item l. 3. de Pontif. c. 2. & l. 2. c. 4. ait eum tradere, omnes vnanimiter vereres docere, Romanam Ecclesiam à SS. Petro & Paulo, primis in ea sedentibus Episcopis, esse fundatam; Constatèque non alios tempore Apostolorum fuisse Romæ Episcopos, quam Petrum & Paulum. Conclamatus videri possit in hac re Bellarminus, si Aduersarius audimus.

Sed respondere profectò potest eximius hic pugil Ecclesiæ, & non minùs purpure quam æni sui decus, quod Rupertus lib. 1. in regul. S. Bened. sub finem, ad eum, qui ex male intellecto ipsius loco impegerat. Estque homini Gallo non ignotum, vernaculum adagium; *Plerumque planum esse iter, at eo incedentem bestiam, & recordem*. Non opus est glossa in re perspicua, & per se ipsam patente. Nec verò primus Bellarmino præsentum Pauli primatum ex his ipsis eius locis affinxit Aduersarius. Nam Sibrandus in Lutheri combibonibus strenuissimus, ex iisdem Bellarmini plagulis planè præter eius mentem obtortis, concludit id ipsum, quod Aduersarius hinc concludit. Sed Sibrandum fatuari, & cadentem apertos habuisse oculos, monstrat euidenter in Bellarmini defensione Gretserus ad lib. 10. de Pontif. cap. 27. Et verò, quæ sine supinitas, siue malignitas est, cum Bellarminus tam clarè, tamque explicatè, ut non possit explicatius, & clarius, tradat Paulum subiacuisse Petro, eoque fuisse inferiorem quoad auctoritatem, & regimen Ecclesiæ, conquirere tam studiosè plagulas, in quibus vtcunque videatur dicere, quod velit nolit ipse, operat tamen aduersarius ut dixerit?

9. Difertè ergo & conceptis verbis Bellarminus lib. 1. de Pontif. cap. 27. tractans ex instituto Petri & Pauli comparisonem, affirmat, Paulum quidem simul ac Petrum, dici *Principes Apostolorum*; sed Petrum, quia pastor omnium & caput, erat; Paulum verò, quia munus Apostolicum excellentissimè obiuit: quomodo Virgilius dicitur *Princeps Poëtarum*, & Tullius *Princeps Oratorum*, ob eximiam facultatem carmina, & orationes condendi, absque vlla in cæteros Poëtas, aut Oratores iurisdictione. Ibidem Bellarminus argumenta, quæ illuc vsque Hæretici pro sancti Pauli primatu adduxerant, refert atque dissoluit, nec aliam in paulo præcellentiam agnoscit quam sapientiæ, atque laborum: in Petro autem solo, agnoscit potestatis præcellentiam, qua ipsi etiam Paulo antecellebat; & solam ordinaria potestate positum ait, cum Pauli potestas quanta quanta erat, extraordinaria esset. Hæc docet Bellarminus, ubi comparisonem Petri ac Pauli ex instituto versat. Ut quid ergo allegatur pro contraria nouitate, quia hypotheticè dixit, etiam si Paulus Petrum æquasset, aut superasset potestate, nihil id effecturum Romanis pontificibus, ad quos tota Pauli gloria pertinet, cum Romæ prædicauerit, & vitam finierit, nec vlla sit alia Ecclesia, quæ Pauli sibi decora vendicat, præter Romanam? His verbis inædificare velle sancti Pauli primatum ex æquo cum S. Petro de mente Bellarmini, qui eo ipso loco tam apertè id reiecit, ludere est, & lectoribus illudere. Nam hypothetica propositio (ut hoc  
11 2 ipsam

PRINC. II.  
Doctores  
omnes contra  
Ecclesiam  
bicipitem.

Præter. 11.  
Doctores  
omnes con-  
tra Eccle-  
siam bicipi-  
tem.

ipsum obicienti Sibrando Lutherano, reposuit Greterus) nihil in re ponit. Eam hypothesein posuit Bellarminus, ut ostenderet, Hæreticorum importunitatem & improbitatem, nihil efficere contra Pontificum Romanorum auctoritatem, etiam si gratis daretur Petrum habuisse Paulum comparem, vel etiam Superiorem. Neutrum tamen idcirco asserit Bellarminus, imò perspicue affirmat, Paulum Petro inferiorem, ac subiectum fuisse. Itaque si Greterus ad hæc reponit, Sibrandum talia Bellarmino imponentem fatuari & blaterare, Bellarminum adducendo quasi quæ ex hypothesei disputat, disputat absolute, nullaque protus facta suppositione; postquam ego sanè Aduersario eadem reponente, ipsum cauillari, & manifestè aperire causæ suæ egestatem, qui destitute veris testibus, falsò supponat, qui attestati suæ nonitati videantur.

10. In aliis locis, quæ Aduersarius ex Bellarmino adducit, nihilo plus fidei prodidit, ea allegans. Agit Bellarminus priore loco, cum Hæreticis negantibus S. Petrum Romæ fuisse, quos irpugnat auctoritate S. Irenæi, textus catalogum Episcoporum Romanorum, & statuentis primo loco SS. Petrum & Paulum. Hoc quomodo accipiendum sit, in S. Irenæo, supra est demonstratum. Ad Bellarminum verò, nihil ea Irenæi verba pertinent, nisi quod ex eis eruit S. Petrum fuisse Romæ. Quid hoc ad confirmandum ex mente Bellarmini, S. Paulum fuisse caput Ecclesiæ? Similiter in posteriore loco, quem Aduersarius ex eo adducit pro hac nouitate, agit Bellarminus cum Hæreticis, aientibus Sedem Romanam esse Sedem Antichristi, & Romanum Episcopum esse Antichristum. Repetit ibi Bellarminus locum S. Irenæi, dicens constare eius testimonio, & constanti omnium veterum assertionem non fuisse alios eo tempore Episcopos Romæ præter SS. Petrum & Paulum, Romæ tunc prædicantes, eamque Ecclesiam fundantes, & primos in ea sedentes Episcopos, cum Nero fureret, & mysterium operaretur iniquitatis: quod Hæretici de Antichristo in Romana Cathedra sedente accipi volunt. Igitur iuxta Hæreticos sancti Petrus & Paulus, dicendi sunt Antichristi. Hæc Bellarmini verba, in alium planè (vt vides) scopum intenta, Aduersarius de mote obtorquet ad primatum S. Pauli, ex mente Bellarmini stabilendum; sed proficit nihilum. Nam quomodo accipiendus sit Irenæus, S. Paulum adiungens S. Petro Romanorum primo Episcopo, iam dictum est. Omnes autem veteres, quos supra abs se citatos idem docuisse, ait Bellarminus; tantum dixerunt, S. Petrum fuisse Romæ Episcopum, & ibidem cum eo prædicasse S. Paulum, quo tempore scripsit mysterium iniquitatis operari in nobili Antichristi præcurfore Nerone.

11. Calumniosè igitur, Bellarminus, & per indignam planè verborum eius obtortionem, trahitur ad patrociniū nouitatis; de qua tantum abest, vt cogitarit, vt potius validè eam explosit. Debui hanc in purgando Bellarmino diligentiam, homini de Ecclesia Dei optimè merito, qui in diebus suis suffulit domum, & in diebus suis corroborauit templum. Quasi stella matutina in medio nebulæ, & quasi Luna plena in diebus suis lucet, & quasi Sol reful-

gens, sic ille refuluit in templo Dei. Liceat enim ad hunc virum virtutum omnium, accommodare per proportionem, quæ Siracides de Simone Oniæ filio dixit Eccles. 50.

In extremo ordine locabam Iurisperitos, quod in rebus sacris non æquent acutatione hæcenus prolatos Doctores, vt Capreolus in 4. d. 26. ad argum. contra 2. conclus. admonuit. Passim ergo DD. Canonum, solius sancti petri primatum agnoscunt ad cap. *Dominus* dist. 19. & ad cap. *In nouo* dist. 21. & ad cap. *Paulus Petrus*; rursusque ad subiectum paulò post cap. *Paulus & Petrus* 2. quæst. 7. & ad Extrauag. *Vnam sanctam* de maioribus. & obediens. Approbant verò passim Doctores Canonum, quod à Gratiano traditum est cap. *Paulus Petrus*, fuisse Paulum Petro non imparè, si ageretur de puritate vitæ, quamuis Petrus præcelleret, si sermo esset de officio Ecclesiastica dignitatis, quia solus primatum gerebat. Ita diserte Augustinus Triumphus lib. de potest. Eccles. q. 7. art. 2.

13. Sed inter cæteros Canonum Doctores, præclare expressit quod dico, Ioannes de Capistrano, in opere de rapæ & Concilij auctoritate part. 1. primæ partis principalis pagin. 8. vers. *Primus qui adificauit*. Allegato enim Archidiacono tractante petri & Pauli æqualitatem, iuxta textum *Paulus Petrus* 2. quæst. 7. quod ibidem dicitur intelligendum, non de officio Ecclesiastica dignitatis, sed de puritate vitæ & sanctitate conuersationis: solus enim Petrus inter Apostolos primatum gerebat. Subdit ad ista Capistranus. [Dici potest, quod Paulus fuerit par Petro in sanctitate, minor in auctoritate, maior verò in capacitate. primum probat Ambrosius 2. quæst. 7. *Beati Petrus & Paulus* ibi, cum dicit, *puto enim illos æquales esse meritis*. Secundum probat Clemens 80. dist. cap. *In illis* in fine, cum dicit, *quoniam nec inter ipsos Apostolos, par fuit institutio, sed vnus presuit omnibus*. Tertium probat ipsemet Paulus ad Galat. 2. cum dicit, *cum autem venisset Cephas Antiochiam, in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat*. Quod etiam refertur 8. distinct. cap. *Qui contemptra*.] Idem Capistranus 2. part. principalis part. 3. pag. 97. alibi eodem opere, probans papam dispensare dispensate cum bigamo, etiam si id veterit sanctus Paulus. [In his (inquit) quæ non sunt de iure naturali, nec contra mores, vel contra fidem Christi, benè potest papa dispensare, etiam contra auctoritatem Apostoli, quia papa maior est Apostolo; sicut Petrus maioris fuit auctoritatis quam Paulus in administratione 21. dist. §. 1. Vnde papa est in loco petri, & sic maior paulo 2. quæst. 7. cap. *Puto* 21. distinct. cap. *In nouo*. Vnde si par in parem non habet imperium, ff. de arbitr. l. *Nam & Magistratus*. ff. ad Trebel. l. *Ille à quo §. Tempestiuum*. Et in cap. *Imotui* extra de elect. multo minus habet imperium minor in maiorem 24. quæst. 1. cap. *Quoniam vnus* 30. dist. §. 1. papa namque est Vicarius Iesu Christi, & non Paulus, extra de translat. cap. *Quanto*, vt cap. *Inter corporalia*. Et extra *Vt Eccles. benef.* cap. *Vt nostrum*.] Rursus inferius argumentum 13. allegata Glossa in cap. *Quis nesciat*, distinctione vndecima, quæ affirmat Petrum dedisse Paulo licentiam prædi-

predicandi, hoc reuocat Capistranus, quia Paulus priusquam videret Petrum prædicauit. Subdit verò. [Sed nulli dubium esse debet, quod Paulus & reuerentiam, & obedientiam Petro exhibebat. Vnde in eorum historia scribit differtissimus Leo & Marcellus, quod cum Simon Magus per aëra à dæmonibus ferretur, dixit Paulus ad Petrum, meum est orare, tuum est imperare.] Tandem inferius argum. 14. ex Theophilacto pag. 112. & 113. Ioan. 21. ait. [Finito prandio, commissionem ouium mundi, Petro commendat, non alij.] Et paulò post, admittens Romanum Pontificem, non solum Petri, sed etiam Pauli successorem, ait id esse intelligendum, quod sit successor. [Petri quidem in plenitudinem potestatis, Pauli verò in plenitudinem legalitatis. Nam sicut Petrus ligandi, atque soluendi à Christo potestatem habuit, ita Paulus scientiæ plenitudinem, &c. Et quamuis, omnes Apostoli clausæ ligandi, atque soluendi à Domino susceperint, nullus tamen aliquo tempore, potestatis plenitudinem vendicauit, nisi is cui Dominus soli, scilicet Petro, concessit, vt supra est clarissimè demonstratum.] Possunt istiusmodi, Canonitarum Capitulum æqualium, & antiquiorum testimonij, solius Petri primatum, exclusio D. Pauli, ferentibus, iustum volumen implere. Sed hoc specimè, sufficiat. E posterioribus Canonis Doctoribus, videndus nominatim Antonius Augustinus, vir planè eximius, in collectione Iuris Pontificij veteris lib. 1. tit. 1. Ibi principio, illustrissima signat veterum loca, quibus S. Petro tribuitur primatus, exclusis omnibus alijs, atque aded etiam sancto Paulo.

14. Itaque omnes ad vnum Doctores Catholicos, Paulum Petro subiecerunt, nemine planè refragante. Aliquos quidem è nostris (si Deo placet) suffragatores huius nouitatis ostentauit Aduersarius. Sed qui maximè hac labe respercuti est Erardus Billæus, Moralis Theologiæ Cadomi professor, scripto publicè dato, eam à se infamiam absterfit, & calumniæ illius stercus regeffit in aurorem N. à Prato, Professorem Cadomensis, quem malè habuerat, quod esset accusatus à Billæo apud Episcopum Cadotensem, de exclusi vnitate numerica essentia inter personas diuinitatis Trinitatis, & sola specifica vnitate concessa. Qui tres Deos ea doctrinæ peruersitate apertè induxit, & ab Episcopo de canenda palinodia admonitus, se potius ad Caluini castra transgressurum, quam aliquid renocaturum, est professus. Homo neque à Luthero, neque à Caluino aded abhorrens; cum eo progressus sit, vt diceret, eos malè quidem locutos; at in sententia verbis subiecta, nihil peccasse. Concilij verò Tridentini definitiones eo loco habuit, vt diceret, contemni posse; quod Concilium Tridentinum, non fuerit, nisi Concilium Iesuiticum. Hæc de suo Criminatore, libello nuper vulgato Billæus; & calumnias meras eius quem dixi Pratei fuisse; idque à se ritè compertum, scripsit Illustrissimus Vaurenis Episcopus, Raconis sect. 2. art. 3. Fusè item paulò antè idem Antistes, purgat Dionysium Petanum, cui quoque ea stultilogia bicipitis Ecclesiæ ab Aduersario est impacta; cum tamen contrarium apertè tradat libro primo hier. capite 5. & libro 3.

cap. 7. Nec refert, quod Paulum *Petri Collatorem* dixerit. Nam etiam bonus latro, collateralis Christi dictus est ab Arnaldo bonæ Vallis Abbate in tractatione de septem verbis tract. 2. 1ra Ecclesiæ vt referre memini in Tractatione de S. Latrone cap. 14. num. 11.

15. Nemo igitur Catholicorum, aliud visibile Ecclesiæ caput superstitè sancto Petro agnouit, ac ne Paulum quidem. At magnum veritatis argumentum est, aliud omnibus videri, vt dixit Cassianus lib. 1. de Incarn. cap. 6. Solos Hæreticos pro coæquatione Pauli & Petri sollicitos fuisse, præmissi. Lutherus & Caluinus superiore sæculo, in eam curam incubuerunt. Nuper Rainoldus Anglus pro eadem coæquatione fatetur, nec non M. Antonius de Dominis, quem Aduersarius studiosè expilauit. Neque me latet, quod eius Symmista reponere soleant, cum de consensione cum Caluino circa libertatis humanæ naturam, vel exsolutionem, & alia quædam nobis, ac Sectarijs controuersa reuincuntur. Extremum enim periculum habent, in illis, quæ apud S. Cyrillum leguntur in Communitorio ad Eulogium alijs epist. 30. [Dicendum est, non planè omnia, quæ hæretici dicunt, fugienda esse & recusanda. Nam multi ex illis, ea consentunt, quæ & nos confitemur, vt potè Ariani, cum ratrem omnium conditorem, ac Dominum esse dicunt. An consentaneum erit, vt ob eam causam tales confessiones fugiamus? ] Præiurat Origenes homil. 8. in Num. qui id ait esse, quod de sanctificatis batillis æreis sacrilegorum, proditum est in Numeris cap. 12. Et idem habet in Ecclesiæ, ac Synagogæ altercatione Giselbertus. Annuo, non omnia Hæreticorum dicta sordete errore; sicut neque omnia malorum opera inficiuntur malitia. Sed in iis, quæ Hæretici non malè dixerunt, neminem Catholicum habere contradicentem. At in hac sanctorum Petri & Pauli coæquatione, nemo Catholicorum est assensus. Soli Hæretici eam effutuerunt.


16. Causabitur Aduersarius, se calumnia grauari. Contestabitur longè se ab hæreticis abesse. Id quod præsertim expostulat, cū de consensione inter ipsum, & Marcum Antonium de Dominis criminatio ingeritur. Audio. Sed eo sollicitius moneo, simplices Catholicos, vt videant quomodo cautè ambulent, & cui se credant, quemve cauere debeant attentè perspiciant. Negat sanctus Cyrillus lib. de vnica. Eccles. initio. [Ea sola metuenda, quæ subruendis, ac deiciendis Dei sedibus, aperta impugnatione grassantur. Facilius cautio est, vbi manifestior formido est, & ad certamen animus ante præstruitur, quando se Aduersarius profiteatur. Plus metuendus est, & cauendus inimicus, cum latenter obrepit, cum per pacis imaginem fallens, occultis accessibus serpit, vnde & nomen *Serpentis* accepit.] Alia addit in eandem sententiam. Quibus affinia habet sanctus Ambrosius 5. Hexam. cap. 8. & agens cum Ruffino sanctus Hieronymus Apol. 2. sub fin.

PUNCT. II. Parisienses Theologi contra Ecclesiam bicipitem.



PUNCTVM XII.

Calumniosè Parisiensibus Theologis indiscriminationem impingi, vnus aut alterius pruriginosi ingenij hac in parte abortionem.

1. NSVLTQ, cum dixi Doctores Catholicos omnes Paulum Petro subiicere, nec eum pro Ecclesie capite habere, dimisi ferè Theologos Parisienses, vt de eis seorsim agerem. Nam etiam Aduersarius, integrum caput eis addixit lib. 3. cap. 61. hoc titulo præfixo. *Doctores Parisienses docent SS. Petrum & Paulum fuisse Apostolorum capita, & ad clauum Romane Ecclesie ambos sedisse, omnesque Pontifices ad hanc diem, iisdem in eapisa Sede successisse.* Quandoquidem Titulus iuxta Philippum Abbatem in mor. in Cant. sub init. dicitur *quasi Titans*, id quod etiam habet Rupertus lib. 1. in Gen. (melius Cassiodoro in præfat. variat. *totius orationis breuissima vox appellatur*;) cum primum in eum titulum incidi, Centurias, aut etiam Chiliadas Doctorum Parisiensium pro S. Paulo Ecclesie capite exhibitas, concepi animo, veritus ne quod sæpè audire, memini, & pluribus in oris increbuisse constat, longè communissimo Theologorum Parisiensium suffragio, communita videretur hæc de bicipiti Ecclesia nouitas, aliaue nonnullæ ex iisdem fusæ ingenijs, quarum damnatio est in ianuis. Subiui caput prædictum, & ad recessum vsque peruasi, & pro centurijs chiliadibusque Doctorum, duos reperi; Ita planè; duos omnino, Genebrardum, ac Feuarentium, qui quanta fide allegentur, mox subiiciam.

2. Damnaui illicè, non iustum timorem meum, qui timuissim vbi non erat timor. Nec tenuerit confirmatus sum in iudicio, quod pridem euulgavi, de eorum hallucinatione, qui pruriginos vnus, aut alterius ingenij cum omnibus Gallis Doctoribus, (quos inter eminent Parisienses) statuunt esse communes. Quasi non habuisset etiam Italia, habuisset Germania, habuisset Hispania, erroneas ac nuguendos, quorum deliria, gentis vniuersæ Doctoribus nequaquam adscribuntur. Aut quasi excidisset animo, sapiens monitum Nazianzeni orat. 1. Chryostomi homil. 4. de vision. Esaiæ. Isidori Pelusiota lib. 2. ep. 53. & 1. 3. ep. 242. Theodoret. l. 1. 2. contra Gra. ac quod Ethnicos sapientes, Epicteti, Artiano referente. Indignum esse pronuntiant hi sapientes, cum quis ex Ordine quopiam aliud admittit indignum (v. g. ex ordine Sacerdotum, aut ex Doctorum ordine) transfundere illicè eam noxam in reliquos eiusdem Ordinis; & communiter omnibus propriam vnus labem illinere. Id ipsum meritisimè in pleisique hoc tẽpore agitatis difficultatibus Theologicis expostularum, pro Parisien-

sibus Theologis, quibus à non paucis malè rerum conficiis, indiscriminatim tribui sæpè audio, quæ vni, aut alteri scabioso ingenio, cœteris neque cooperantibus, neque applaudentibus excidunt.

3. Non infior, vt magna corpora suos plerumque nauos habent, nouandi impetiginem in paucis quibusdam è Theologorum Parisiensium corpore, huiusmodi iudiciorum nonnullam causam præbuisse. Ex quo enim contingit, ingenia quædam velamen habentia malitiæ libertatem, ed prorumpere, vt specie insistendi antiquæ traditioni, per ipsos (scilicet) solos, nunc primùm per assiduum veterum Scriptorum peruolutionem deprehensæ, omnia ad captus sui, atque iudicij amissum dirigere tentarint; audita in Gallia sunt sententiæ, nec sine turbinationibus iactata, quas certum est ferri non posse. Quis enim valentissimus licet stomachus concoquat ea cruda placita, *Voluntarium & liberum, idem esse. Nullam dari gratiam sufficientem. Deum esse ipso velle, aliquos perire. Christum non esse mortuum pro reprobis, non modò quoad efficaciam, sed etiam quoad sufficientiam.* Expromi circa alia quædam, sed notanda & suffigenda huiusmodi Nouitatum capita, sensum meum in Antemurali præstrueto Historiæ S. Ioannis Benedicti. Vnde tantum cordolium vnus cuiusdam, digni potiùs, qui Synagoga Libertinorum, quam cæui Lectissimorum Doctorum accenseatur, vt solita conuiciandi prodigalitate, opellam illam meam profciderit. Hunc & perpaucos eiusdem, visos fateor occasionem dare rudibus rerum Parisiensium, existimandi, Theologos Parisienses indiscriminatim, aut maxima saltem ex parte, improbatissim alibi, & te ipsa vbilibet improbari dignissimis, Theologicis placitis inherere. Inter quæ occupat non postremum locum, hoc quod excutimus de S. Paulo Ecclesie capite, & bicipiti mystico Christi corpore. Et formè accessit temporum iniquitas, qua gens in gentem mota, & regnum in regnum, procliuè est, vt feratur in dehonestationem nationis vniuersæ à qua dissidet, aut eorum, qui in illi micant splendidius; cuiusmodi certè quoad sacram doctrinam sunt inter Gallos, facultatis Parisiensis Theologicæ Doctores, & antiquitate Academiæ, Doctorum insignium iis pridem conscriptorum vbertate peruenerabiles.

4. Quacunquè verò deum ex causa, cis Alpes, aut trans Pyreneos, hæc de Theologis Parisiensibus persuasio increbuerit, quoad biceps Ecclesie corpus, dedocendi sunt errorem, qui eo laborant. Tantum enim abest, vt hæc bicipitis Ecclesie corporis monstruositas, pridem ab Hæreticis iactata, recens verò Parisiis ab vno qui ater albusne sit ignoratur, clandestinè proposita, ariserit indiscriminatim Parisiensibus Theologis, vt potiùs ne vnus quidem bonæ famæ Doctor, profertur possit ex nomine, qui ei sit astipulatus. Consulto dico *bonæ famæ, & qui ex nomine designari possit.* Quia Anonymum cum quo ago, tameri in speciem saltem, Catholicus habetur, & colore maiestatem Romanæ Ecclesie amplificandi, obduxerit huius nouitatis inuentionem, tamen multiplici aliarum macularum circa doctrinam non sanam infamia

infamia flagrat: id quod superuentura dies, reuelatura censetur; & tanquam lucifuga cognosci ex nomine noluit, deligens sub sipario latens tentare si hæc clancularia Pontificiæ Maiestatis suffossio, ex voto cederet. Sciens dico, & postea planum faciam punct. 15. larere in hac herba anguem. At digni Parisiensis laureæ decore omnino multi, aut etiam ferè omnes, palam & publicè sua sentia efferre non erubescunt & Catholicæ doctrinæ hodièque adhærent constantissimè, conclamantque in hanc nouitatem, sanctè æmulati maiores suos, eximios eiusdem facultatis Theologicæ Magistros, qui pridem explicatissimè tradiderunt veritatem Catholicam pro qua fatago. Nam quod Genebrardus & Feuarentius, dicuntur nouitati contrariæ adstipulati, & repelli posset, reponendo, quid duo inter alios tantos? Et melius repellitur; negando viros illos & scriptis & factis insignes, eiusmodi somnia somniasse.

5. Genebrardus sanè idcirco allegatur ab Aduersario, in sui falsiloquij testem, quia in Opere de restituendis sacris electionibus per Clerum, & nominationibus Regijs excludendis, dixit, S. Clementem fuisse SS. Petri & Pauli discipulum, ac sicceffortè; & sperare sc, Clementem VIII. Clementis illius & Petri ac Pauli successorem instanturum, quæ post Clementem I. conciderant. Non plura ibi, aut alibi pro S. Paulo Ecclesie capite Genebrardus. Quomodd autem ea ad SS. Petrum & Paulum successio accipienda sit, cum distributione accommodata, vt scilicet ad vnus potestatem, ad alterius studia successisse dicatur Clemens, sæpè sapius dictum est. Reuera porò hunc fuisse Genebrardi sensum, nec venisse ei in mentem primatum S. Pauli, & exæquationem cum Petro, manifestum est ex Opere eius Chronographico, vbi circa annum à Christo 32. describens ex instituto Itinerarium S. Petri, & Romanam commorationem, inibi gesta longè ante S. Pauli eodem aduentum, sic habet. (Petrus Paulus Apostolo maior, ex Theophylacto ad Galat. 1. Sanctorum Apostolorum Dux & τὸν εἶλον Ἀποστόλων ἡγούμενος Πέτρος, ex Cyrillo hom. 8. ἐν ταῖς ἐορτασμαῖς δμικαῖς. Discipulorum verter (principalis) τὸν ματῶν κορυφαῖος. Ex Dionysio Eccl. Hierarch. cap. 5. κορυφαῖος τὸν Ἀποστόλων, ex Epiphanio in Anchorat. Apostolorum Pontificumque Præsul, ex Marcellino Comite sub finem Chronici. Apostolorum primus ex Augustino lib. 1. contra Iulianum cap. 2. Primum vniuersale membrum. Paulus autem, Ioannes; Andreas singularum plebium capita, ex Gregorio lib. 1. Epist. 38. Apostolorum caput ex Optato lib. 2.] Hæc omnia ibi, de Petri solius primatu, etiam supra Paulum Genebrardus. Et aude Aduersarius, in tanta luce cæcutire, & verbum vnus obtortum, ex loco vbi doctissimus ille, & Catholicissimus Antistes, omnia alia agebat, obtrudere ab persuadendum, fuisse S. Paulum caput Ecclesie ex mente Genebrardi?

6. Allegabat præterea Aduersarius pro sua nouitate Feuarentium ab lib. 3. Beati Irenæi; quia retulit verba eiusdem S. patris, asserentis Ecclesiam Romanam conservare traditionem viuua voce acceptam à SS. Apostolis adhuc clauum eius regentibus: quorum præ cœteris

Apostolis tam sunt eximia charismata, tam singulares dotes, tam magni in mystica hac nau fabricanda labores, quorum inquam conuersione, & voce institutis, velut sacris anchoris, inter tot fluctus & aliarum Ecclesiarum ruinas, Romana tuta saluaque hæctenus permanferit. [Ex his Feuarentij verbis, infert Aduersarius, liquidò constare de S. paulo Ecclesie capite, æquè ac S. petro. Et verò ex Feuarentij mente in verbis illis abdita, horum Apostolorum vterque longè magis quàm aliquis posteriorum Pontificum fuit caput Ecclesie. Neque enim hi quantumuis probè iam vitæ functi, sustinent & fulciunt Ecclesiam ad finem vsque sæculi, sed id proprium est SS. petri & pauli, tanquàm supra omnes posteriores Romanos Pontifices euictorum, quippè patrum & authorum Romanæ Sedis.

7. Hæc Aduersarij illatio, potest suspicionem mouere, non agnosci ab eo prorsus eandem potestatis Pontificiæ plenitudinem in posterioribus Pontificibus Romanis, quæ fuit in S. petro; quod docere, sorderet errore. Quamuis enim verum sit, S. petrum, post mortem eo potentius firmare intercessionibus suis Ecclesiam Romanam, quo apud Deum est acceptior; tamen ex quo cœlo post mortem est illatus, non gubernat immediatè Ecclesiam, vt Aduersarius ex suo Claudio Taurinensi apud Dungalum, potuit discere. Totam autem potestatem quam viuens à Christo acceperat, transfudit in successores. Sicut hi cum sanctè moriuntur, possunt è cœlis pro rata gratiæ quæ apud Deum pollent, suffragiis suis munire ac firmare Ecclesiam: tota autem potestate Pontificia, qua hîc potiebantur, se exuunt, eamque à successore potiundam relinquunt; plenam & imminutam: Viderit ergo Aduersarius, quæ mytheria verbis illis Feuarentij inædificarit, circa SS. Apostolorum vitæ iam functorum officia in Ecclesiam.

8. At quod ex iisdem verbis eruit, de Feuarentij mente S. paulum fuisse petro æqualem; & vna cum eo caput Ecclesie, viderit ipse quomodd confirmet: Nihil enim tale ex sua mente habet Feuarentius: & vnus verbum, quod ex S. Irenæo interferit, satis superque est expeditum: Cæteroquin suppetunt ex Feuarentio, quæ germanæ eius sententiæ attestentur. Extat eius Commentarius in vtramque B. Petri Epistolam. Vtrouique tam luculenter ac splendide, solius B. petri primatum tradit, eumque omnibus Apostolis, paulo non excluso præfuisse confirmat, vt non possit fortius apertiusque ea Catholica veritas proponi. Nomjnatinque ad titulum posterioris Epistolæ; etiam ex Caluino, supremam S. petri solius præfecturam demonstrat, & D. paulum quamuis de cœlo edoctum ad petri cortynam ne in vacuum curreret, & apud alios fide vacaret eius prædicatio, confutgere adactum, extendit. En qua fide Aduersarius, pro S. pauli primatu & coæquatione cum petro, adducit Feuarentium. Oportuerat reconditos aliquos auctores, qui consuli non possent, & reuinci falsitatis eorum infidelis allegatio; producere testes nouæ doctrinæ.

9. Non habuit Aduersarius à tot Doctorum; parisensium millibus, quot clauerunt ab anno Christi circiter octingentesimo, quo ipse

PUNCT. 123 Parisienses Theologi contra Ecclesiam bicipitem.



PUNCT. 12.  
Parisienſes  
Theologi  
contra Ec-  
cleſiam bi-  
cipitem.

vult inſtitutam Pariſienſem Academiam, quem allegaret pro ſua nouitate, præter hos duos Recentiores, & quem laudibus cumulat, ac inter inſtitutores Pariſienſis Academiae reponit, Claudium Taurinenſem. Quanti eſſe debeat hoc Academiae decus, intelligitur ex ſupra annotatis, de hæſis hæreſibus huius Claudij, deque Romani Pontificis Paſchalis aduerſus eum concitatione ob eam cauſam, vt ex Iona Aurelianenſi, & Dungalo retuli. Itaque Aduerſarius ſi honori matris Academiae conſultum voluiſſet, præteriſſet propudioſum hunc authorem, ac fundatorem, è quatuor vt volunt, (nam negat, & meo iudicio rectè, Henricus Caniſius ad 23. Alcuini Epistolam) è Bedæ diſciplina educiſ, euocatiſque ex Anglia in Galliam. Nam quamuis id tradat Paulus Emilius ſub finem vitæ Caroli Magni, conſtitutam primùm à Carolo Academiam deſcribens, & fauent, quæ ex eius Decretis referuntur in Capitularibus lib. 1. c. 72. de quo item alia videre eſt apud Claudium Hemeræum in opere de Academia Pariſienſi qualis primùm fuit in inſula, & Episcoporum ſcholis cap. 1. Tamen res eſt factis obſcurata, nec de Academia à Carolo vel inſtituta, vel reſtituta primis authoribus, factis liquet. Et vt liqueret, præſtiterat, probroſum hominem, nec niſi honorum deſertatione digniſſimum, præterire, vel non niſi qua ſolent eiuſmodi homines, cautione referre. Tantum abeſt, vt quod fecit integro capite aduerſarius, debeat ab eius authoritate præſidium peti nouitati quàm excutimus.

10. Quando igitur non habuit Aduerſarius, quos è Pariſienſi Academia ſuffragatores appenderet, age ex impenſo numero Doctorum eiuſdem Academiae, ſeligamus nonnullos, quos pro ſolius S. Petri primatu ſtetiſſe ſit extra dubium. Alcuinus, cui potiùs quàm Claudio Taurinenſi, decus inſtituta Pariſienſis Academiae tributum velim, variis Epistolis, vt in tertia, quæ eſt ad Dauidem Regem (quo nomine deſignat Carolum Magnum, ſicut nomine Salomonis, Ludouicū eius filium;) & in 27. quæ eſt ad Leonem III. Papam, ac in 28. quæ eſt ad Adrianum I. Soli B. Petro Apoſtolorum Principi cõmiſſam vniuerſam Eccleſiam agnoſcit, & Apoſtolicam ſublimitatem (ſic appellat Romanum Pontificem) inter tres perſonas in mundo altiſſimas, recenſet primo loco, ed quod B. Petri Apoſtolorum Principis ſedem teneat. Quo item nomine, ſupremam Romani Pontificis in Eccleſia authoritatem, excluſa cuiuſvis pari potestate, commendat. Similia iterat Epist. 34. quæ eſt ad Petrum Mediolanenſem Archiepiſcopum.

11. Petrus Lombardus, Scholaſtica Theologiae primus inter Latinos (Ioannis Damasceni inter Græcos imitatione) ordinator; inter Pariſienſes Doctores micuit. Eius ſententia de Paulo infra Petrum locato, apertiſſimè legitur in expoſitione capitis ſecundi ad Galatas, cum agit de humilitate S. Petri, qui ſuſtinuit ab inferiore corripere exemplum (vt ait) quibusuis Paſtoribus præbens, vt non dedignentur ſicubi à recto deſpectunt, etiam à poſterioribus, ſiue inferioribus corrigi.

S. Thomas Aquinas, qui item Pariſienſis Doctor fuit, binis locis ſupra annotatis, diſer-

tè & citra ambiguitatem omnem, S. Paulum ſubiicit S. Petro, vt ſubditum. Et addenda ſunt, quæ agens aduerſus errores Græcorum ex S. Cyrillo refert, & approbat opuſc. 1. de commiſſa ſoli Petro, & nulli alij, plena in vniuerſalem Eccleſiam potestate.

Hugonem de S. Victore, qui tanta gloria doctrinæ claruit Lutetiæ, vt alter Auguſtinus ſua ætate audiret, iam adduxi pro ſolius Petri primatu puncto 10. ex ſerm. 64. qui eſt de S. Petro & paulo. Nunc eiuſdem inſtituti clarum Lutetiæ Theologum ad amum à S. Victore re præſento. Nam tametiſ non habemus ab eo ſcripta vlla minuti loquij Scholaſtica ſtylo exarata, ſed tantùm rythmos ſacros & quas vocant *Proſas*: tamen incluſit ſuis rythmis ac proſis doctrinam copioſam, & haud quaquam tenuem pietatem. Adamus ergo in proſa de ſanctis Petro & paulo, cuius initium eſt, *Roma Petro gloriatur*, (extat libro 4. Elucidatorij Eccleſiaſtica per Clyctouæum) ſic præter cætera de his ſanctis Apoſtolis, loquitur.

*Laudis communis eſt amborum,*

*Cum ſint tamen ſingularum,*

*Dignitates propriae.*

*Petrus præt principatu;*

*Paulus pollet Magiſtratu;*

*Totius Eccleſia.*

*Principatus vni datur;*

*Vniuſque commendatur,*

*Fidei Catholicae.*

*Magiſtratum* vocat *magiſterium*, vt rectè expoſuit ad eum locum Clyctouæus, & ipſe Doctor pariſienſis, ſic ſcribens. [petrus præt principatu. Conſtitutus enim eſt à Domino petrus, princeps Apoſtolorum vt faceret ille numerus in in vnum reuocaretur apicem, & ad vnitatem quandam reduceretur. Et id quidem cum dixit petro. *Tibi dabo clauis regni caelorum*, quod nulli aliorum Apoſtolorum particulatim eſt dictum. Conſtitutus eſt & paſtor Dominici gregis, cum dixit illi Dominus, *Paſce oues meas*, de cuius quidem gregis numero & integritate, erant cæteri Apoſtoli. Paulus verò ordinatus eſt à Deo, Magiſter & Doctor gentium, ex quibus potiſſimum coalita eſt Eccleſia. Quare illi à Deo commiſſum eſt totius Eccleſia: magiſterium & inſtructio. Quod etiam ad Corinthios ſcribens innuit, cum ait, *Inſtantia mea quotidiana omnium Eccleſiarum*. Hic ergo eſt Magiſtratus paulo in totam Eccleſiam commiſſus, voce potestate inſis dicendi paſſim ſonante, de tertia ad Magiſterium & munus docendi, rythmi ſtruendi neceſſitate.

12. Ioannes Charlierius, à natali ſolo dictus *Gerson*, vit ſua ætate, & pietatis & doctrinæ laude clariffimus, diſertè in hoc negotio eſt contra Aduerſarium. Poſſem ex eo proferre benè multas; ſed vnus, aut alter locus ſufficiet. Sermone de Circumciſione Domini habito coram Papa, Tarafcone pan. 1. ait ſanctum petrum fuiſſe papam, Sanctum verò paulum fuiſſe, ſancti petri Cardinalem. Et muld adhuc depreſſius locat ſanctum paulum præ ſancto petro, Tractatu de appellatione à iudicio papæ, vbi ſanctum petrum agnoſcit fuiſſe ſummum Pontificem, Sanctum verò paulum ait fuiſſe eius Theologum; cui in officio Prædicationis ſucceſſerint poſteriores Theologi. Ex his dijudicandum

candum relinquo, an Gerson cenſuerit S. Paulum eſſe æqualem Petro in Eccleſia regimine. Idè ſermon. de SS. Petro & Paulo pan. 4. agens primùm de S. Petri laudibus, extollit. [Excellentiam ſuae dignitatis & prælaturæ, in hoc quod Deus conſtituit eum Magiſtrum, & principem vniuerſalis ſuae Eccleſia: non eo quod omnes alij, ſiue Apoſtoli eſſent, ſiue diſcipuli, imò & Domina noſtra illi ſubdebantur, habuitque ſummam authoritatem claudendi & aperienti paradifum.] In conſequentibus prælongum elogiū cõtexit S. Paulo à ſapientia & perfeccionibus, ac miraculis: de pontificatu autem, qui maximè memorandus fuiſſet, ne verbum quidem.

13. Ioannes de Turrecremata natione Hiſpanus, ſed Doctor pariſienſis, vt ſcribit Ciacionius agens de eius promotione in Cardinalem, Theologus fuit in Baſileenſi & Florentino Concilio clariffimus, ſcriptis verè illuſtriſſimus. Tam clarè verò tamque explicatè tradit, quod intendimus, vt non potuerit explicatiùs & clariùs. In ſumma itaque de Eccleſia lib. 2. c. 13. diſcutionis argumentum quoddam aduersus primatum S. Petri, ductum ex cap. 2. ad Galat. vbi S. Paulus negat primores Eccleſia: ac in iis S. Petrum, quidquam ſibi contuliſſe, aliaq; habet ſuam cum Petro æquiparationem præferentia; reſpondet Turrecremata, Paulum quidem nihil accepiſſe à Petro, quoad inſtructionem & doctrinam fidei, quæ paulo à Domino inſuſa fuerat; fuiſſe item paulum immediatè à Chriſto electum æquè ac petrum. [Non autem dictus eſt paulus par petro in potestate iuriſdictionis; quoniam non latebat ipſum paulum, petrum eſſe caput Eccleſia:; vnde eum vocat *Cephus*; quod *Caput* ſecundùm linguam Græcam ſonat, vt dicit B. Iſidorus. Cæterum licet paulus non immediatè à petro Apoſtolatus officium ſuſceperit, ſicut nec alij Apoſtoli, ſed à Chriſto immediatè, nõ ſequitur, quod B. petrus, non fuerit pauli, ſicut & aliorum Apoſtolorum princeps & prælatus. Sicut enim ſuperiùs in capite præcedenti diximus, licet potestatem Chriſtus reliquis Apoſtolis contulerit, in ordine tamen ad Petrum contulit eis cui primò ſingulariter ait, *Tibi dabo clauis regni caelorum*.] Hæc & alia ibi in eam rem Turrecremata, addens cum Nicolao Gortam, quæcunque apud paulum ſonant eius æqualitatem cum Petro, accipienda eſſe de paritate quoad munus prædicationis, non autem quoad officium prælacionis; & de paritate quoad potestatem ordinis, non autem quoad potestatem iuriſdictionis.

14. Remundus Ruſſus (eſt ipſe quoque pariſienſis Doctor ſupra iuriſperitum; quanquam id maximè agebat) Theologus, egregio opere aduerſus Carolum Molinæum pro deſenſione dignitatis pontificia: à Molinæo, tunc Hæretico impetita, diſertè agnoſcit, S. Paulum non fuiſſe authoritate æqualem S. Petro, ſed fuiſſe eius ſubditum: & quod aliquando collega S. Petri dictus eſt accuratè exponit, non eſſe intelligendum de æqualitate quoad potestatem; ſed de ſocietate laborum in Euangeliij diſſeminatione, & mortalium aggregatione ad Chriſtum. Ait quidem Remundus, vtrique Apoſtolo ſuccedere Romanos Pontifices, & per vtrumque coaluiſſe in vnam ſedem Romanam Iudæo-

*Theophili Raynandi Pontificia.*

rum, ac Gentium Principatum. Sed hoc dicit tantum ex ſuppoſitione non conceſſa, quod vterque Apoſtolus ſuam Præfecturam haberet ſeparatam, Petrus Iudæorum, Paulus gentium. Abſolutè autem, & ex ſua mente agendo, neque eas præfecturas ſeparatas cuique horum Apoſtolorum aſſignatas agnoſcit, neque admittit paulum eſſe petro æqualem, ſed planè ſtatuit eſſe ſubditum ſancto petro.


15. Recentioribus eiuſdem pariſienſis Academiae Magiſtris, pro S. Petro, ſolo ſupremo dū vixit Eccleſia Rectore certantibus, abundantiſ; & quidem viris inſignibus, & omni elogio ſuperioribus; philippo Gammachæo, Andrea Duuallio, Nicolao Cœſſereau, Michaelæ Mauclero, ac vtrius omnino multos reticeam, viſæ mihi hæc Romæ ſunt, de hoc argumento duorum eximiorum pariſienſium Scriptorum lucubrationes Caroli Franciſci d' Abra, de Raconis, Vaurenſium Episcopi, & Iſaaci Haberti, Episcopi Varenſis. Vterque doctrinæ & flagrantis pro Dei Eccleſia zeli laudem, quam anterioribus ſcriptionibus comparat, ea ſcriptione cumulauit. Ex lectione verò libri damnati, agnoui virum de Theologia Scholaſtica optimè meritum, Domnum petrum à S. Ioseph, cum aliis egregij Scriptoris dotibus optimè inſtructum, tum ſcriptionis pelluciditate vitro ſplendidiore ſingulariſ; in hoc ipſo argumento ſtylum exercuiſſe. Sed quod illud eius opus ad manus meas non petuenerit, illius lectione (quod auidè feciſſem) frui non licuit.

16. Quid verò captatiuè appendo Doctores pariſienſes, cum poſſint omnes ſimul, & in cœtum adunari, huc aduocari: Extat Cenſura proximè ſuperioribus annis à facultate Theologica Pariſienſi, contra Marcum Antonium de Dominis; quæ in biceps Eccleſia: corpus æquè intorquetur. Hæc erat propoſitio prima Marci Antonij de Dominis ex lib. 1. de Repub. Eccleſ. cap. 2. n. 18. [Diſparitas potestatis inter Apoſtolos, & humanum inuentum; in ſacris Euangeliis, & diuini noui teſtamenti ſcripturis minimè ſubſiſtens.] Cenſura facultatis pariſienſis de ea propoſitione, hæc fuit. [Hæc propoſitio eſt hæretica & ſchiſmatica, de iuriſdictione Adoſtolica ordinaria quæ in ſole S. petro ſubſiſtebat, intellecta.] Altera propoſitio Marci Antonij de Dominis ex lib. 4. c. 6. eiuſdem operis, hæc erat. [petrus non habuit quicquam peculiare, in quo ei dari debeat, magis quam cæteris ſimul omnibus ſucceſſor.] Hanc propoſitionem ſic ſuffixit facultas. [Hæc propoſitio eſt hæretica, ſchiſmatica, & Hierarchici ordinis perturbatiua.]

17. Ex his maniſeſtiſſimè habetur, cadere in Doctores pariſienſes eo nomine dignos, decus quod SS. Apoſtoli tribuit Fauſtus Apolloniadis Episcopus, ſcribens ad petrum Fullonem. [Scis, Apoſtolos non fuiſſe præceptores in nouitate.] Liqueat inquam, ſimiliter Doctores pariſienſes non eſſe præceptores tradentes noua quod tanto ſtudio cautum volebat Vincentius Lyrenſis. ac proinde vnus, aut alter ex eo cœtu, à cæteris palam improbat, non plus ſuum dedecus affricant aliis, quàm Iudas ſcelus ſuum Apoſtoliſ collegis: vel quàm Lucifer Michaeli, & SS. Angelis, cum quibus in vnum cœtum aliquando coaluit.

K k PUNCT.

PVNCT. 13. Salus ex inimicis nostris.



PVNCTVM XIII.


Salus ex inimicis; ab Ethnicorum & aliorum quorundam Ecclesie hostium testimonio de S. Pauli ad S. Petrum subiectione.

NON leue Catholicae doctrinae munimen existimare soleo, quod ex hostium eius testificatione defamitur. Sic demonstrare memini tractans iustam confixionem librorum, etiam Luciani ac Celsi Epicuri, & aliorum quorundam Ethnicorum scriptiones, quibus nostros ritus, aut sensa deriserunt, non parum commodasse Ecclesiae, in firmandis veris dogmatibus. V. g. apud Lucianum videtur mysterium Trinitatis, & cultus sanctarum imaginum. Ethnicus apud Minutium, insinuat idololatriam impiae Sacerdoti, procubitum fidelium ad eius genua, inter confutandum. Ibidem, & apud Tertullianum, atque Athenagoram, obicitur Christianis pabulum ex carnibus infantis farre contexti; quae est perspicua veritatis Catholicae confirmatio. Neque enim hi sanniones irridebant, nisi quod apud Christianos receptum nouerant. Sic gloriose Satan suismet armis prosternitur. Nam vt est apud Eucherium homil. 2. de pasch. [Validis absque dubio nititur priuilegiis, qui causam de Aduersarij asserit instrumentis. Speciosa victoria est, contrariam partem chartulis suis, velut propriis laqueis irretite, & testimoniorum suorum vocibus confutare? & emulum telis suis cuincere, vt pugnatore sui argumenta, suis probentur vtilitatibus militare.]

2. Non dissimiliter ergo in re nostra, supeditatur validum argumentum receptissimi sensus praeceptorum fidelium, de sancto Petro solo Primato, & ipsius etiam sancti Pauli superiore, ex eo quod Porphyrius, referente D. Hieronymo epist. ad August. & Petro Damiani opus. 46. cap. 6. fugillet D. Paulum, quod in causa legalium, procaciter & arroganter egerit, reprehendens sanctum Petrum superiorem suum, vt habetur ad Galat. 2. Bene est, quod intercedit opus Iuliani Apostatae contra Religionem Christianam; nec S. Cyrillus, qui ex eo plerasque plagulas suae confutationi intexuit, in hac parte Iuliani verba excripsit, sed tantum dixit, hypocrisis B. Petri a Paulo fuisse fugillatam. Nec dubium, quin Paulum quoque, eadem ex causa, ex qua Porphyrius, allatruerit Iulianus; nempe ob Paulo affectam procacitatem in sui superioris reprehensione. Ego in praesentia, quomodo Paulus Petrum arguerit, non moror; nec an verò Petrus in eo facto peccauerit. Tantum dico, Porphyrium, ex tunc vigente communi sensu Christianorum, agnouisse, sanctum Petrum fuisse sancti Pauli superiorem, & idcirco Paulum


notasse arrogantiae, & procacitatis, quod superiori suo ausus fuisset resistere in faciem, quo nihil potuit commodius proferri ad stabilendam per externa testimonia, veritatem Catholicam pro qua satagimus.

3. Et quia Theodororus in Dialogis, post comprobata ex Patribus veritatem Catholicam, haereticos subtextit, quos eidem quoque suffragatos esse contingebat, Ethnicis adiungam etiam haereticos: qui tamen vt plurimum, toti sunt in deprimendo sancto Petro, & aequiparandis ei omnibus Apostolis; tamen veritate conuicti, aliquando agnoscunt sanctum Petrum esse superiorem, & aliis Apostolis; & nominatim sancto Paulo. Atque ita verum comprobatur illud Basilij lib. 2. in Eunoc. ad finem. [Ipsi saepe, qui operantur mendacium, rerum perspicuitate coacti, etiam nolentes veritatis attestantur. Nam & Daemones non faciunt opus Euangelistarum, sed cum lucem veritatis non possent non respicere, clamabant, & cimus quia tu es Sanctus Dei.] Igitur vt supra indicaui, Calvinus quoque agnoscit sanctum Paulum subiactum sancto Petro, atque aded non fuisse ei patrem potestate. Habet hic profectò locum, quod Faustum eiusque partiaros, cum proflus alienis a fide componens Claudianus Mamertus lib. 3. de statu animorum cap. 9. aiebat. [Acrius isti (alieni) abstrusas rerum rationes ingressi sunt, quam non nulli nostrates, qui cubiculariis disputationibus, sublimium indage causarum, aliquid saporiferum in lectulis oscitantes, perpellebant copia tepentium naniarum, solido laudatore veteras anilium opinionum suspiciones edormiunt.] Acrius, inquam, petuaserunt Scripturas, & traditionem de Monarchia Ecclesiasticae Hierarchiae hi exteri, quam hi in speciem saltem Catholici, maioris partis, & veterum & nouorum haereticorum in hoc negotio Sectatores; quatenus alium Apostolum quoad potestatem in Ecclesiae regimine, aequiparant cum B. Petro, de summo gradu exturbato.



PVNCTVM XIV.

Absolutio Controversiae. Cur providente Deo, sanctus Paulus, non item sanctus Petrus, reciso capite vitam finierit, ex dictis estimatum.

1.  VNDE, & rationibus, & Sanctorum, ac Doctorum omnis generis manifesta suffragatione, euictum videtur. S. Paulum non fuisse Ecclesiae caput, & zelum pro maiestate Romanae Ecclesiae, ex successione in vtriusque Apostoli dignitatem, non esse secundum scientiam. Id quod interposita his ipsis dictis Sedis Apostolicae definitione, aded deinceps

PVNCT. 14. Cur solus Paulus, in morte capitis minor.

ratumerit apud Catholicos, vt nulla sit futura de eo dubitatio: cum ipse pontifex, post rem rite discussam, & adhibita omnia requisita ad responsum ex cathedra datum, pronuntiauerit haereticum, statuere S. Paulum caput Ecclesiae; non subordinatum S. petro. Et merito ita pronuntiatum est, quia cum S. Paulus inter oues Christi numeretur, non potuit, non subici vniversali omnium Christi ouium Pastori: ac proinde non fuit caput Ecclesiae, sed membrum sub capite; ac si licet ex antiquo Romano vsu loqui, fuit capitis minor.

Hinc verò adducor vt existimem, certo consilio prouidisse Deum, vt S. Paulus capite minutus vitam fineret, non item S. Petrus. Id enim perantiqua traditione, & referentibus praeis auctoribus compertum habetur. S. Petrum capite deorsum verso, cruci confixum esse, quicquid fabulinos Caluinus garrat, dicens eam narrationem esse fabulosam; quod magna impudentiae iure notat Maldohatus in cap. 21. Ioan: De Sancto autem Paulo, eadem traditio, & multa veterum testimonia, confirmant quod dixi. Videtur autem hac in parte humanum consilium longè a diuino discrepassè. Neque nouum est, vt in penarum irrogatione per homines, alio spectent homines, aliò Deus, eam irrogationem siue volens si absque peccato fiat, siue permittens, si sit cum peccato coniuncta. Ita notum est ex Cruce Christi, quae de Iudaeorum malignissimo consilio; ad Christum infamia & probro respurgendum pertinebat, quia maledictus omnis, qui pendet in ligno. Ex Dei autem consilio, vt varij Patres apud Toleum in cap. 3. Ioan. annot. 22. & Malonium ad Paleorum de sacra syndone considerarunt, genus illud supplicij ad significandum Christi à terra exaltationem, & omnium ad ipsum subiectionem, referebatur. Idem igitur circa martyrum cruciatum contigisse ambigere non licet; praesertimque circa cruciatum S. S. principum Apostolorum, qui inter martyres eminent; attempto gradu ipsorum, & bona confessione.

2. Et Sanctus quidem Petrus, attento consilio humano, eo seruilis & turpissimo necis genere, vt monstrat fuscè Grotius lib. 1. de Cruce cap. 38. idcirco cecidisse videtur, quia habebatur persona vilis. At Crux, erat supplicium infimae fortis hominum; quo in ciues abstinerebatur; vt idcirco Tullius in Verrem conclamet, quod ciuem Romanum egisset in Crucem. Magna enim ratio habebatur conditionis personarum, in admetiendo ei supplicij generi, vt Petrus Faber l. vnic. cap. 17. in Semestribus obseruauit; & notauerat quoque philo; scribens in Placcum: vbi refert, flagrorum quoque fuisse differentiam, pro Caesorum conditione, apud Lictores Aegyptiorum, dictos *Sotaphoros*. Ex hoc ergo vsu discriminandi ir supplicij irrogatione nobiles a plebeis, sanctus Paulus ensè impacto cecidit, Sanctus, verò Petrus clausione in Cruce. Et fortassis inter varia alia supplicia, quibus vterque contentaneè ad gradum & conditionem suam perire potuisset, delecta est quoad vtrumque mortis irrogatio per ferrum, vni impactum, alteri adactum, ne indennes euaderent. Plurimque enim aliorum suppliciorum illatio, non perdebant Martyres. Causam protuli in Opere de *Theophili Raynandi Pontificia*.

Martyrio parte secunda, capite primo, numero sexto, & tractatur etiam à Malonio ad paleorum de sacra Sindone ad caput vigesimum primum. Quid si ergo, vt certa esset mors horum Sanctorum, nec per magiam, cuius ob prostratum, & superatum Simonem suspecti fuerunt, subducerentur morti, delectum est genus illud supplicij? Sicut etiam ea ex causa (quod item circa hos Sanctos seruatum est) ad praepediendam vim Magiae, credebant Ethnicis, valere supplicij irrogationem sub dio, vt intelligitur ex Beda libro primo historiarum capite vigesimo quinto. Prima tamen ratio proposita, videtur verisimilior. Fortassis enim ea Martyrum per alios plerumque cruciatu illatio, atque indemnitas, praeterquam à ferro, humana libertate admoto, non innotuerat in illis Ecclesiae, veluti canabulis, ac propè primordiis martyriorum, quorum dedicatio Romanae Nero fuit, vt Tertullianus in Apologeticis testatur. Itaque verisimilius est, homines, Paulum gladio, Petrum Cruci addicentes, habuisse tantum rationem conditionis vtriusque personae; ita vt Paulus, quia cuius Romanus erat, ense caderet, quod ea mors habeatur nobilitati accommodata; Petrus verò, quia vilis persona habebatur, cruce triumpharet.

3. At Dei consilium aliud fuisse videtur. Nimirum vt Beatus Petrus insinuaretur esse caput Ecclesiae, in quo ipsa ex Christi oraculo erat edificanda; Beatus verò Paulus, significaretur capitis minor. Quod de sancto Petro dixi, habeo ex sancto Leone I X. Epistola ad Michaelem Carularium Patriarcham Constantinopolitanum pro primatu Romanae Ecclesiae. Eius verba sunt. [Sancto Petro Dominus, non per Angelum, nec per prophetam, sed proprio ore ipse Dominus Angelorum & prophetarum, sic repromittit. *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam.* Illius capiti vos satagitis subtrahere Christum Iesum, praeter quem nemo potest vniversali Ecclesiae aliud ponere fundamentum? Quod vtiq; deuotissimus ille Petrus, non solum viuens, sed etiam moriens demonstrauit, quando nimia humilitate & congrua significatione, se crucifigi deorsum verso capite, petiuit: profectò diuina inspiratione praefigurans; se se esse primum & quadrum lapidem in fundamento, quod est Christus Iesus, compaginatam, coherentem atque connexam. Qui utpote superpositus angulari lapidi, totum pondus Ecclesiasticae fabricae incorruptibili soliditate sufferreret, ac proprii capitis suppositione omnia membra Corporis Christi per aptas, & naturales compages vsque ad consummationem saeculi, quasi vsque ad pedes crescentia, inflexibili collo ad caelos sustolleret.] Quid ad rem nostram aprius, aut illustrius? Et compensauit eo pacto Deus, profundam humilitatem sancti Petri in optanda & postulanda clausione, capite deorsum, iuxta illud Prudentij homil. 12. peristoph.

*Prima Petrum rapui sententia legibus Neronis  
Pendere iustum praeminente ligno,  
Ille tamen veritus celsae decus amulando mortis  
Ambire tanti gloriam Magistris  
Exigit vt pedibus versus caput imprimat supinis;  
Quo spectet innum stipitem cerebro.*

PUNCT. 14. *Figitur ergo manus subter, sola versus in cacumens*  
*Cap. solus Hoc mente maior, quo minor figura.*  
*Paulus in morte, capitia minor.*  
*Nouerit ex humili, colum citius solere adiri.*  
*Deiecit ora, spiritum daturus.*

Minorem dicit fuisse S. Petri sic confixi figuram; idest despectiorem, ita ut generi mortis vilissimo, Apostolus superpondium vilitatis sibi asciuerit, ex eo genere clauificationis. Tantam sui depreffionem in Apostolo, Deus pro more suo, expressione extantis supra omnes mortales apices dignitatis eo mortis genere delineatae compensauit.

4. De diuino autem consilio in tali genere S. Pauli, excogitari possunt congruentiae complures. v. gr. ut S. Pauli niuea puritas, & intemperatus pudor manifestius patefieret; cum recitatio fac pro sanguine manaret, de quo prodigio restantur S. Chrysostomus in Encomio SS. Petri & Pauli, iuxta probatam illius lectiohem ex Græco Codice Cardinalis Sireti, de quo apud Molanum l. 3. de imag. c. 24. & S. Ambrosius serm. 68. ac Gregorius Turonensis lib. 1. mir. cap. 29. habeturque etiam in actis Lini nomine vulgatis. Non adscribentur quidem spurciloqui Sæctarij, qui turpitudini suæ lenocinantes, omnia mouent, ut Paulum coniugio illigatum fuisse persuadent. Tamen ipsemet sanctus Paulus impingit eis mentionem, cum commendans Virginitatis studium, ait; *Volo omnes esse sicut me ipsum* i. caelibem scilicet, & operum coniugij rudem. Potuit igitur diuinum consilium spectare expressionem Paulinæ puritatis, cuius lac symbolum est appositissimum. Vel quod S. Chrysostomus, & Gregorius Turonensis tradunt, potuit eo lactis defluxu; in sinuari munus S. Pauli, qui tanquam bona nutritrix lac fidelibus immulserat. Sed præcipua eiusdem diuini consilij ratio fuisse videretur, ut insinuaretur decesse S. Paulo quantumuis in Ecclesia magno, decus capitis; ita ut iuxta Romanam phrasin, dici verè posset hyficè, sicut ita & mysticè, *capitis minor*. Nam quandoquidem folium non cadit super terram absque patre nostro, multo minus caput S. Pauli cadere absque certo Dei consilio potuit. Quid autem congruentius spectare poterit Deus in delictu talis supplicij per malitiam impiorum inferendi, potius quam alterius, quod perinde fuisset Damatoribus Pauli decernere, occurrit nihil.



PUNCTVM XV.

*Quo consilio hac nouitas de bicipiti Ecclesie corpore, excogitata videatur.*

**D**IFFICILE est de humana mente pronunciare. Est enim profundum, quod liquidò perueni à solo Deo potest, iuxta illud; *Prauum* (inaccessum, atque impetuum) *est cor hominis, & inuerutabile* 3. *quis cognoscerit illud? Ego Dominus scrutans corda.* Itaque operosum est, definire, quid re-

ipsa spectarit faber huius nouitatis de bicipiti Ecclesia.

*Reipsa dico*, quia verbo tenuis obtendit se spectasse augmentum maiestatis Romanæ Ecclesie, ex utroque illo Episcopo; atque Pontifice. Quamuis enim S. Petrus magnus omnino fuerit Apostolus, & gloriosissimum sit Ecclesie Romanæ, eum habuisse Pontificem, cuius authoritati omnes deinde Pontifices succedant: tamen tanta est vndequecunque S. Pauli eminentia, ut non exiguo emercandum pretio videatur, eum quoque habuisse Pontificem, cuius item authoritas, ad consequentes Pontifices transfundatur, & hoc etiam stimulo ad omnem sanctimoniam urgeantur, memores in quanti Præsulis throno sedeant. Quantus enim reuera est S. Paulus? [ Siue quid egregium (inquit Chrysostomus hom. de virtut. & vit.) edidit Propheta, siue Patriarchæ, siue iusti, siue Apostoli, siue Martyres, hæc simul omnia complexus Paulus tanta excellentia possidet, quanta illorum quicquid virtutis vbiq; fuit, nullus profectò possederat. Quando igitur quæcumque in hominibus bona fuerit, sola vnius anima complectitur; & cum excessione quidem non hominum modò, sed Angelorum quoque, omnia complectitur, quoniam pacto verbis tantarū laudum cumulum adæquate poterimus? ] Alibi, hom. scilicet 15. in ad Rom. ne Pauli quidem soleis dignos pronuntiat, seipsum, sibi que consimiles; quos etiam statuit indignos; vel ipsum Pauli nomen audire. Vnum eius vnguem, totius orbis terrarum imperio potiorum, ac eligibiliorem dixit homil. 13. in 1. Cor. Fulgura ex eius micantia ore, per quod Christus locutus est, in cuius lingua Deus sedit, scitè describit homilia 32. in ad Roman. homo laudum S. Pauli nunquam satur. Tantus cum fuerit S. Paulus, non potest tenue decus videri, ei succedere, & eandem authoritatem qua ille diuinitas in vniuersam Ecclesiam instructus est, ad se transfusam possidere.

2. Hoc igitur tantum decus, Pontificibus Romanæ Ecclesie conciliaturus autor cum quo agimus, in id incubuit, ut salua S. Petri prærogatiua, quam Scripturæ, & Concilia ac Patres clamant, confors ei Pontificie dignitatis adiungeretur S. Paulus; ideòque libro suo titulum fecit; *De magnitudine Romana Ecclesie, ex successione ad utrumq; simul Apostolorum Principem, Petrū & Paulum*. Præterea hoc pacto Romana Ecclesia fit lapis angularis in quem & Iudæi, & Gentes concurrunt, & vniuntur; quia S. Petrus fuit Pastor circuncisionis, & S. Paulus Gentium: sicque Romanus Pontifex utriusque succedendo, duos illos pariter in vno se, velut angulari lapide connectit. Item hoc modo consulitur stabilitati Pontificatus Romani: quia posito, quod S. Petrus Romæ non fuerit, hæret pontificatus Romano pontifici per S. Paulum, de quo non ambigitur quin Romæ fuerit, cum id aperte prodar Lucas. Denique hoc modo, docetur pontifex, nihil sibi esse suscipiendum, aut decernendum, nisi communicato cum Coepiscopis consilio, sicut SS. Petrus & Paulus collato studio & communi cura, in rectionem Ecclesie, & propagatione fidei incultauerunt. Hos fructus spondet Aduersarius ex noua doctrina de bicipiti Ecclesia, & S. Paulus capite cum S. Petro.

3. Quid

3. Quid dicam? Datus sum non Oedipus. Boni tamen, & naris haud obesa coniectores, aiunt verendum, esse, ne Romana Ecclesia, huc in speciem erga se aded benifico scriptori dicar; Timeo Danaos, & dona ferentes. Verituta videtur, ne hoc sit beneficium piscatorum, quo tantulæ esse obiectu, captatur piscis, ut Philo lib. de plantat. Noë, de hamatis beneficiis loquens, dixit. Quid si enim hæc De Petri depreffio, per partitionem potestatis eius, & socij adiunctionem, eo denique pertingat, ut plena Pontificie dignitatis possessio sic in plures dispartatur, ut penes omnes sit eius portio, penes nullum integritas? Quod enim salua esse dicitur S. Petri prærogatiua, adiuncta licet S. Paulo. Pontificie dignitatis sociio, spermologia est manifesta. Neque enim potest eius prærogatiua pertare, qui adiuncto consorte, ac æqualiter particeps dignitatis, definit esse solus, ac pleno iure Pontifex, ita ut ipso aliquid in commune bonam præscribente, alius possit ei obstrepere, & consensu negato disturbare eius consilia. Itaque satis superque ex solius S. Petri primi Pontificis dignitate, splendet Ecclesia Romana: neque ut magna viquequeque sit; hunc nouitium falsæ magnitudinis titulo teneatur admittere. Eoque vno Pontificij S. Petri titulo hæcæns honestata, ad eam pertingit dignitatem & magnitudinem; ut summam prærogatiua magnitudinis Romanæ sublimitatem, non exæquetur modò, etiam longo interuallo superarit; quod Thomas Stapletonius iusto opere est executus.

4. Mirum verò est, quomodò Aduersarius Pontifici, & Romanæ Ecclesie tanto perere, ) vt putat, ) commodans, frontem non exporrexerit, & aperte non propalauit quis esset; qui tam sancta, tam salubria, tam necessaria suggereret: quod illi & gloriosum, & ad iustam compensationem opportunum esse potuisset. Nunc ei occini potest illud Claudiani Mamerti ad Anonymum cum quo agit. [ Mihi primùm quætere cordi est, quidnam rationis extiterit, ut tantas inuitas causas, tamque sublimibus loquutus, sciri vitauerit. Si bene conscius disputas, cur nomen occultas? Si agnosci metuis, cur opus prodis? Nec dicam cur ita scribis. An maiorem forsitan super hoc exempla Sæctaris? Sed video Prophetas, Euangelistas, Apostolos, post etiam authenticorum plurimos tractatores, sua propriis voluminibus nomina prænotasse. Alios etiam operum suorum in propriis vocabulis inchoasse principia, vt est illud; *Petrus Apostolus Jesu Christi*: Et Paulus, nec non alij, atque alij fundatores Ecclesie, atque eruditores, &c. Enim verò quod isthic pagina propalatur, eius denique author occultatur, euident facit iudicium, eundem scilicet à quo sit composita fuisse damnatum. Nemo enim studet oculi, nisi qui formidat agnosci. Ego tamen satis miror, cur in eodem vitandæ noxæ non fuerit studium, in quo suppressendi nominis potuit esse iudicium.

5. Hoc ipsum, Aduersario cum quo ago, obijci potest, ac etiã multo fortiori ratione. Nã tametsi suppetere possunt variæ causæ, ex quibus interdum fas sit celare authoris nomen, qua de re plerum in Tractatione de iusta consuetudine librorum partit. 1. erorem 19. tamen nulla vi-

detur suppetere posse idonea causa celandi nomen suum, quando Pontifex in re ad fidem Catholicam attinente aditur: vt factum est ab Aduersario, qui Epistolam de hoc argumento ad ipsummet Pontificem direxit. Certissima enim est Ascetarum omnium doctrina, nihil esse celandum, & recessus omnes pandendos esse, quando agitur cum superiore, de rebus spectantibus animæ salutem & perfectionem. Videndi S. Basilius ad q. 288. 227. & 2201. breuium; & in fine homilie in Laicis, Dorotheus, doct. 5. & variis locis Cassianus lib. 4. cap. 9. & 37. coll. 2. cap. 2. 10. & 11. ac S. Benedictus cap. 4. reg. & grad. 5. humil. & Ricardus Victorinus annot. vlt. in psal. 118. At quis superioris nomen in Dei Ecclesia iustus, & fundatiore titulo obtinet quàm Pontifex? Itaque non fuit agendum in obscuro, & captatis latebris; quòd faciunt cum Confessariis, quos non puduit pudenda admittere, pudet autem Conficientiæ arbitrio diuinitus constituto explicare. Præsentens haud dubiè Aduersarius falsi dogmatis damnationem, præcauit infamiam: in eo vtrumque culpam minuens quod veterandis peccare videri potest, qui latere peccando desiderat, vt disserit sanctus Bernardus. epist. 126.

6. Vt vt verò sit de causa suppressi ab Aduersario nominis proprii, non sunt dandæ aures fucatis eius sermonibus, quibus suum pro Ecclesia studium, & pro Pontificia dignitate augenda, atque firmanda sollicitudinem ostentat. Enimuerò solemne est intentis in alicuius exitium maleficis, bona in speciem ostentare. Hoc artificium à Dæmone acceptum, imitantur omnes, qui sunt ex parte illius. ] Nemo (inquit Tertullianus lib. de specta. cap. 26.) venenum temperat felle & elleboro, sed conditis pulmentis & bene saporatis, & plurimum dulcibus, id mali iniicit. Ita & Diabolus, lethale quo conficit, tebus Deo gratissimis & acceptissimis imbut. [ Cassianus coll. 1. cap. 20. id esse ait quod Sapiens iuxta 70. admonuit: *Malignus nocet cum misenerit se iusto*: idest, boni obiectu ac colore. Faustus quoque concinnè, l. 1. de grat. & lib. arb. cap. 4. [ Diabolus calliditate veteris artificis, ac multiformis ingenij condit blandimenta peccandi. Sic etiam malefici facere solent, qui mortiferos herbarum temperant succos, in conditò, aut aliquo dulci poculo nescientibus propinaturi, gustum mentita suauitate cooperiunt, virus amaritudinis obscurant fraude dulcedinis. Prouocat primus odor poculi, sed præfocat inclusus sapor veneni. Mel est, quod ascendit in labia; fel est, quod descendit in viscera. ]

7. Haud dissimiliter se gerunt omnes errones: Omnes inquam Satanae administri, ab ipso subornati, vt S. Cyprian. initio libri de vnitae Ecclesie admonuit dicens, hoc esse, abstractis à tenebris, aliàs rursus tenebras offundere, ita vt, qui decipi non potuerunt detenti in errorum manifestorum cæcitate, circumscribantur & decipiantur noui itineris errore. Blandiloque tentant imponere; id quod præter Cyprianum Ignatius Theophorus egregiè obseruauit, præmuniens Trallianos aduersus apparentem speciem pietatis. Sunt enim ( inquit ) nonnulli vaniloqui & seductores, non Christiani, sed

PUNCT. 15. *Quorūsum inducitur biceps Ecclesie.*

PYNCT. 15.  
Quorsum  
inducta bi-  
ceps Eccle-  
sia.

Christi tempore: id est Christi luciones, qui ex nomine Christi quæstum faciunt, fraude circumferentes illius nomen, & adulterantes verbum Euangelij & erroris venenum allinientes dulcibus alloquiis, velut mulso aconitum miscentes, vt suauissimo sapore deceptus gustandi sensus; incaute mortem hauriat. Mōiet quidam veterum; Nemo bonum dixerit, qui bonum malo admiscet. Loquuntur namque Christum, non vt Christum annuntient, sed vt Christum damnent & reprobent. Calumniatos Manichæos narrationem de stella Magis præuia, causatos Christi inhonoratiōem inde sequentem; quasi subiciatur stellis ac fato Astrologico Deus infans, testatur D. Augustinus 2. contra Faustum cap. 5. Agunt scilicet, qui eiusmodi sunt, iuxta S. Gregorium lib. 11. mor. cap. 16. inimicos & defensorēs; in hostes diuini honoris; vnde eum promouere, aut tueri se simulant. Prætextunt Sectarij hostia figurata honorem Dei: ne scilicet Christus si verè speciebus subiceretur, vilesceret. Marcion humani partus dedecora prætexens, Virginis conceptum & partum euertebat, ne Christi honori officeret. Similiter ergo in hoc negotio, operata sunt tectoria celanda mysterij Cabalisticæ iniquitati. Obtenditur magnitudo auctoris Romanæ Ecclesiæ, & stabilitio Pontificiæ in ea dignitatis, aliæque superiūs tacta, quæ reuera vani sunt prætextus, vt faciliè erit iis decurrendis monstrare.

8. Et inanitas quidem primi prætextus propositi, augenda scilicet maiestatis Romanæ Ecclesiæ, deprehenditur ex dicendis de vera inuendenda nouitatis huius causa. Romani verò in super allegabatur, Pontificum stimulus ad omnem sanctimoniam, ex successione tam sancti tamque perfecti decessoris, vix caret aliqua erga S. Petrum iniuria, quasi non esset in S. Petri virtutibus, satis virium ad stimulandos successores, vt omnes perfecti Antistitis partes expleant, sicut ille reuera expleuit; cum tamen de S. Petri eminentissima sanctitate, constare debeat, freudentibus licet Magdeburgensibus, qui eius peccata ad eum anxie & calumniose annumerant: tamen si quantauis essent eius peccata, possent per charitatem, quæ in eo præcelluit, operiri: Scitè de ea S. Petri gemma, Theodoretus orat. de charitate, & bene etiam S. Christophorus in cap. 1. ad Galat. cum de eius simulatione in causa legalium disertit. Breuiter homil. 10. ex variis in Matth. locis. [ Petrus Apostolici Chori primas, os discipulorum, columen Ecclesiæ, firmamentum fidei, confessionis fundamentum, Piscator orbis terrarum, ille qui genus nostrum à profundo erroris ad cælum extraxit, qui vbique feruet plenus libertate, imò verè Charitate. [ Sed demus, exemplum S. Pauli conferre plurimum posse, ad stimulandos & in omne opus bonum virgidos Pontifices: Quis veter in hoc quoque Pontificiarum virtutum speculum spectare S. Petri successores? Præsertim cum, etiam si sancto Paulo in Pontificia potestate non succedant, habeant tamen eum pro confundatore Romanæ Ecclesiæ particularis, & martyre Romano: quod si vel omnes alij tituli decissent, ad eum pro Sancto patrio habendum sufficeret; cum Martyris patria locus sit passionis, quia ibi

cælo nascitur, vt habet in S. Theodori laudatione Nyssenus. Accedit quod S. Paulus omnibus, planè Episcopis propositus est in exemplum; tanto flagrauit æstu boni animarum, & promouenda diuina gloriæ. Et idcirco nulli alligatus fuit certè Ecclesiæ, iuxta Petri Damiani, vt quasi pennatus agricola totius Ecclesiæ agrum excolens, omnino multis fidelibus, opere: planè verò omnibus animarum curatoribus exemplo prodesset. Vana igitur est hæc successio Pontificum in Romanum S. Pauli Episcopatum allegatio, ab bina simul capita corpori Ecclesiæ appingenda.

9. Prætextus tertius sordet aperta hæresi: Non enim ferri à Catholico potest, quod Pontificia sancti Petri potestas, dicatur fuisse arctata ad Iudæos, & sancti Pauli Apostolatus ad Gentiles. Nam sanctus Paulus erat prædicator Oecumenicus, à Deo destinatus, vt vbique plantaret Ecclesiam, portaretque nomen Christi coram Regibus, & gentibus, & filiis Israël, id quod re ipsa apud vtrumque populum præstitit, cum se dedit occasio; tamen ob causam supra assignatam, incubuit præsertim in Gentium conuersionem, quia illis exofus non erat: Iudæis autem exofus erat, quia impingebant ei præuaricationem, & apostasiam. Sanctum verò Petrum fuisse Pastorem vniuersalem, & Gentium & Iudæorum, fide certum est, vt latè confirmat Sanderus lib. 6. de visib. monarch. cap. item 6. Oule enim Christi, cui S. Petrus datus est Pastor, & Iudæos, & Gentes comprehendebat, vt ex vtriusque vnum ouile, & vnus Pastor fieret: Quod de S. Petro accipiunt graues DD. Igitur sordet aperta hæresi, dicere Romanum Pontificem succedendo vtrique Apostolo, eandem lapidem angularem, in quem Gentes & Hebræi concurrant, quasi si vni ac soli Petro succederet, non esset habiturus iurisdictionem vniuersalem, & rectoricem vtriusque populi potestatem. At è contrario SS. Patres passim celebrant vniuersalem Romani Pontificis potestatem in totam domum Dei, ex eo quod succedat S. Petro, quem proinde agnoscunt restricta in vtrumque populum præfectura potitum, vt perspicue sonant Christi verba ad S. Petrum, & cum ei promisit, & cum re ipsa contulit Pontificatum.

10. Sabilitas maior Romani Pontificatus, quæ erat prætextus quartus ad concinnandum figmentum, quod exagitamus, præfert non tam absurditatem, quam stultitiam aduersarij, quæ inter opinabilia & agitabilia vtriusque problemata, reponit S. Petri Romam accessum. At hoc ad eum liquidum est, vt ne Calvinus quidem, ausus sit inficiari, hunc esse constantem sensum totius rectè antiquitatis, & omnium scriptorum, veterum iuxta ac nouorum. Vnus dumtaxat aut alter pauper spiritu, & frontis detentioris; nimirum Vvिल्helmus quidam Vvicleffi præceptor, teste Valdensi lib. 2. doctr. art. 1. c. 7. & Lutherus iam potus in Colloquijs mensalibus cap. de Antichristo, ac Vldricus Velenus à Rossensi iuxta lucubratione castigatus, ausi sunt effutire, S. Petrum nunquam Romæ fuisse, in quo non tam confutatione indigent, quam eleboro. Est enim obcæcatio mera & vltronea, inficiari rem apud omnes historicos, & patres restatissimam. Innumeros in eam rem testes produ-

ducunt Baronius anno 44. & 45. Bellarminus lib. 2. de Pontif. & Coccius tom. lib. 7. art. 5. Tricas verò ex Chronologia & Scriptura petitas, accuratè expedit Cardinalis Perronius in Antapologetico lib. 1. cap. 3. Verum non est quod in his hæreamus; quia nimis stulta, (vt ad Epictetum scribens S. Athanasius rectè dixit) uon sunt refellenda, ne alicui videantur potuisse esse credibilia. Quanta ergo aduersarij est sapientia, qui de luculentis sectariorum, scrobibus hauriens tantquam problema statuit. S. Petri Romam aduentum & inde prospicit stabilitio Romanæ Sedis, quod si sanctus Petrus fortè Romæ non fuerit, certus eidem sedi maneat supremus Pontificatus per S. Paulum ibidem certò moratum atque defunctum. Ain? Atqui tui te Magistri, per quos aduersus S. Petri Romam tibi anceps est, æquè informare potuerunt, de sensu suo deliro, circa S. Paulum, non Romæ, sed Hierosolymis passum. Ita Velenus dicto Opus. & scriptorum omnium effrontissimus Balanus cent. 1. Script. Britan. falsò ad id allegans S. Hieronymum atque Lyanum.

11. Reliquus est prætextus vltimus, quo constitutis simul duobus capitibus, insinuatum vult aduersarij, non esse antistitibus vllis, ac ne Pontifici quidem, liberum de rebus Ecclesiæ quicquam decernere, nisi consultis Coëpiscopis: sicut S. Petrus & Prulus communicatis sæpè consilijs, Ecclesiam rexerunt, & conuersioni populorum ac disseminationi fidei operam nauarunt. Verum hinc non inferretur biceps Ecclesiæ; quia facile fuit SS. Apostolis ad inuicem conferre de Ecclesiæ propagatione, etiam si alter duntaxat eorum supremo Sacerdotio fungeretur. Neque enim Consiliarij, qui à Regibus adhibentur ad consultationem de regni negotijs, sunt consortes Regiæ Maiestatis. Nec Cardinales quibus Pontifex vitur Consiliarij, communicans cum eis grauiora quæque Ecclesiæ negotia, sunt ex æquo, cum eo Pontifices.

Suspecta porro non nemini visa est hæc insinuatio adiunctionis necessaria cæterorum Episcoporum, vt Pontifex aliquid decernat. An enim vult aduersarij, Pontificem solum, nihil siue circa fidei definitiones ferendas, siue circa grauiora quæque Ecclesiæ negotia statuere posse, nisi aut ex antè constitutis in plenarij Episcoporum Concilio, aut ex recens constitutis in eo rursus adunato? Ita sanè mentem aduersarij interpretatus est D. Vautensis Episcopus sect. 3. medit. vlt. At certum est non posse hos frenos iniici Romano Pontifici. Non enim ad eum modum arctari potest in gestione grauium negotiorum; vt tot seculorum experientia docuit, confirmatque Gelasius tota epistola 13. ostendens potuisse Acacium deponi sola Romani Pontificis autoritate, absque interuentu Synodi. Quoad definitiones autem fidei, tamen vt Pontifex prudenter se gerat, non debet aliorum iudicia negligere, imò ea exquirere, & audire est consultissimum; tamen extra dubium esse debet, si Pontifex aliquid ad fidem pertinere pronunciet, non esse vocandum ad examen, an adhibuerit Consiliarios, eosque idoneos. Multo minus necesse est cogi in eam rem Concilium Oecumenicum: cum videamus decreta Conciliorum Africanorum & Arianensium de diuina gratia, haberi certa ex fide, quia à Pontifice

suggesta sunt, aut confirmata, etiam si nullum Oecumenicum fuit ad ea statuenda conuocatum.

12. Sic disiectis varijs prætextibus, regeunda sunt mysteria; & quid hæc captatio auctoris maiestatis Ecclesiæ Romanæ, ex duplici eius supremo capite reuera occultat, aperendum. In adytis ergo notitia Theologiæ, & Cabala qua Satan Catholicissimi euerfionem subdolè ab annis aliquot machinatur, per suffossionem fundamenti Ecclesiæ, varia latent mysteria, quæ subinde in apertum educantur. Notum est quot Decumani à paucis annis in exemptiones ab Ordinariis intumuerint; quot in priuilegia excipiendi fidelium confessiones, eisque Eucharistiam præbendi cum sùptio ex nullo præcepto est necessaria; quot in laxationem præcepti de audiendo festis diebus sacro in Paroecia. Nam hæc omnia, in iis quæ dixi mysterijs, numerantur. Sed illud est primarium; nulli, ita planè, nulli, in Ecclesia ius esse in alterius territorium; & vnumquemque Episcopum in Diocesi sua esse Pontificem supremum. Id enim nouæ Theologiæ professores, non obscure, sed aperte & absque ambagibus enunciant; Nec nunc primum ea vox auditur. Disertè enim Gerfo lect. 3. de vita spirit. viguille suo tempore apud nonnullos hunc errorem, sic affirmat & damnat. [Sunt qui dicunt, quemlibet in sua Diocesi esse Papam supremum.]

13. Hoc vt stabiliant, mangones huius placiti, accommodant ad hoc institutum, principium apud Theologos satis receptum, quod Episcopi succedant Apostolis id quod habet Concilium Florentinum in Armenorum instructione, & Concilium Tridentinum sess. 23. cap. 4. habeturque etiam ex Hilario in cap. 4. ad Ephesios ex D. Augustino ad illud Psalms 44. pro patribus tuis nascunt tibi filij. Agnoscunt eam Episcoporum ad Apostolos successionem, Aletis, D. Thomas, Richardus Paludanus, quos signant Suarez tract. 1. de fide disp. 10. sect. 1. num. 4. & Azor. tom. 2. lib. 3. cap. 30. q. 13. sed ita eam exponunt, vt non possit ex ea erui, quod fabri Ecclesiæ bicipitis propositum habent. Nimirum isti supposito quod Apostolis succedant Episcopi, Apostoli autem S. Petro sint æquiparandi, (vt etiam supponunt) colligunt inde, omnium Episcoporum; cuiusque in sua Diocesi, æquiparationem cum Romano Pontifice. Verum quia non ignorant, quo loco sit apud Catholicos ea aliorum Apostolorum æquiparatio cum Petro, solis Hæreticis Vvicleffo imprimis, Luthero, atque Caluino probata, opportunum visum est noui dogmatis fabricis, pro Episcoporum omnium ad Papatum euectione sollicitis, tacita ad tempus cæterorum Apostolorum æquiparatione cum S. Petro, virgere folijs S. Pauli cum eo paritatem quia paulò plus verisimilitudinis se offert pro ea B. Pauli æquiparatione cum S. Petro, ob cooperationem eius in cultura Ecclesiæ Romanæ, & insignes prerogatiuas quibus collacet: ita vt ob eas, non semel S. Petro nihilo inferior pronuncietur à patribus. Id si B. paulo pacificè vindicauerint, non dubitarunt quin ad cæteros apostolos faciliè diffundenda esset eadem æquiparatio cum Petro, ex qua petri temporis nostri & aliorum Episcoporum cæteris Apo-

PYNCT. 12.  
Quorsum  
inducta bi-  
ceps Eccle-  
sia.



PUNCT. 16.  
Clasula  
Paranetica.

stolis succedentium æquiparatio consequere-  
tur. Nec enim difficile tunc erit, aliorum Apo-  
stolorum merita extollere, etiam supra sanctum  
Paulum; qui blasphemus aliquando; & perse-  
cutor, ac peccatorum primus audiuit, venitque  
ad vineam Domini hora undecima. Itaque  
si hæc rimula pateat ad suffodiendam Ponti-  
ficiam sancti Petri potestatem, nullo negotio  
pertingetur, ad optatam aliorum item Apo-  
stolorum æquiparationem cum sancto Petro. Ea  
verò improvidè data, cæterorum quorumvis  
Episcoporum, qui Apostolis succedunt, æqui-  
paratio cum Romano Pontifice, qui S. Petro  
succedit, inferetur ut explorata.

14. En quibus artibus, specie amplificandæ  
maiestatis Romanæ Ecclesiæ, in suffosionem  
eius incumbitur. Nec refert, quod nunc ista  
omnia non ingerantur. Quod inquam passim  
ab omnibus huius Cabalæ mystis, non dicatur  
omnes Apostolos esse S. Petro æquales; & om-  
nes Antistes in actu primo quoad iurisdic-  
tionem æquare Romanum Pontificem, ac saltem in  
actu secundo id ipsum posse quemlibet Episco-  
pum in sua Diœcesi; quod potest Pontifex in  
vniuersa Ecclesia: Quod aliter dicitur, vnum-  
quemque Episcopum, domi suæ, & in territorio  
suo, Papam esse. Hæc inquam nunc premi, aut  
etiam verbo tenus negari, non refert. Nam facile  
est iactò fundamento prædicto, superstruere reli-  
quam ædificij molem. Nec difficile quod nunc  
negatur, postea affirmabitur per solemnem er-  
ronibus in constantiam in dogmatibus, à D.  
Irenæo lib. 3. cap. 2. pridem annotatam. Sicut  
ergo consilium huiusmodi ex quo biceps Ec-  
clesia est excogitata, profanum manifestè est,  
ac schismaticum, omnique Catholico auerlan-  
dum; quia tendit ad anarchiam, & ad euer-  
sionem vnitatis Ecclesiæ; ita bicipitis Ecclesiæ mon-  
strofitas quæ est profanitatis illius fundamen-  
tum, meritissimè est explodenda.



PUNCTUM XVI.

Clasula paranetica biceps; cum ad  
Anonymum, & eius Partianos  
prurientes auribus; tum ad an-  
tiquæ doctrinæ tenaces, Ec-  
clesiæ filios.



VO mihi, ad obsequendam  
cum fructu hanc disputatio-  
nem, præstanda video, Con-  
ueniendus primùm est noui  
dogmatis de bicipiti Ecclesiæ  
corpore faber, qui latere quàm prodire ma-  
luit: nec non qui ei præ aurium pruritu, &  
nouiloquiorum studio hæctenus adhaerent.  
Tum secundo loco, obiter quoque erunt com-  
monendi, qui tenaces hæctenus fuerunt an-  
tiquæ doctrinæ, de vnico semper Ecclesiæ ca-  
pite.

Aduersarius ad frugem bonam & recanta-

tionem, vrgendus venit. Absit enim ut in  
præconcepta sententia obfirmetur, vitio malè  
consultis non nouo, ut optimè monuit Clau-  
dianus Mamercus, initio libri primi ad Ano-  
nymum, authorem libri de creaturis omnibus  
corporeis, qui postea deprehensus est Faustus.  
Absit igitur, ut quod Faulto latenti & Anony-  
mo, occidit Claudianus, nostro item ad veri-  
tatem occinatur. [Magnum in genere humano  
vitiū est, arrogans imperitia, & perucax in de-  
fendendis perperam præsumptis opinionibus  
perrinacia, &c. Illud longè maximum, & lon-  
gè periculosius crimen est, quod Catholice  
sanitati, opiniones inimicas stultè concipiunt,  
vanè profertur, superbè astruunt, cum temeritate  
scribunt, cum praua intentione defendunt.  
Et quoniam humanitas per imprudentiam  
lapsi sunt, eligunt audaciam culpam perucaci  
obstinacione defendere, ne videantur potuisse  
peccare. Ita enim palam suas sententias  
astruunt, ut clam nihilominus mustantes,  
blandimentis lenocinantibus, ignaros rerum  
sedulo presentur, ut suæ potissimum sententiæ  
acquiescant, sibi met assentiantur. Illud veri  
plenum, illud esse saluterum, quod ipsi do-  
cant, etiam delirando confirmant.] Eui stultam  
perrinaciam, & deliram in malè iactatis ob-  
firmacionem improvidorum, sugillatam quo-  
que à Capreolo Carthaginensi; epistolæ non  
ita pridem vulgatæ, initio, & à Vincen-  
tio Lyrinensi in aruco Commonitorio ca-  
pite vigesimo primo.

2. Aliam potius mentem Aduersario opto,  
ut quando ex ea causa est, quæ additionem  
doctrinæ D. Augustini, maxime iactat, eiusdem  
S. Patris demissionem, & ad corrigendam prio-  
rem falsam sententiam, patatum animum imi-  
tetur. Monitus sanè de quibusdam in Opere  
de libero arbitrio lubricè dictis; [Fateor (in-  
quit post alia) me ex eorum numero esse conari,  
qui proficiendo scribunt, & scribendo pro-  
ficiunt. Vnde si aliquid vel incautiùs, vel in-  
doctiùs à me positum est, quod non solum ab  
aliis, qui videre id possunt meritò reprehenda-  
tur, verum etiam à me ipso; quia & ego saltem  
postea videre debeo si proficio; nec mirandum  
est, nec dolendum, sed potius ignoscendum, at-  
que gratulandum, non quia erratum est, sed  
quia improbatum. Nam nimis peruersè se  
ipsum amat, qui & alios vult errare, ut error  
suus lateat. Quanto enim meliùs & viliùs, ut  
vbi ipse errauerit, alij non errent, quorum ad-  
monitu errore careat? Quod si noluerit, saltem  
comites erroris non habeat.] Moxque expen-  
so dicto Tullij, qui laudauerat aliquem, quia  
nullum vnquam verbum, quod reuocare vel-  
let, emiserat; subdit. [Ab hac ego excellentia  
tam longè absum, ut si nullum verbum, quod,  
reuocare vellem protulero, fatuo sim quàm sa-  
pienti similior. Illius quippè scripta, summa  
sunt autoritate dignissima, qui nullum ver-  
bum, non quod reuocare vellet, sed quod re-  
uocare deberet, emisit. Hoc quisquis nondum  
est affectus, secundas habeat partes modestiæ,  
quia primas non potuit habere sapientiæ; quia  
non valuit omnia non penitenda diligenter  
dixisse, penitente quæ cognouerit dicenda non  
fuisse.] Hoc aliter dixit idem D. Augustinus  
lib. 3. cap. 3. agens cum Cresconio. [Sicut  
laudabile

PUNCT. 16.  
Clasula  
Paranetica.

laudabile est à vera sententiâ non amoueri, ita  
culpabile persistere in falsa; quam nunquam  
tunc prius laus est; secunda mutare: ut aut  
ex initio vera permaneat, aut mutata falsa, ve-  
ra succedat.] Adscribuntur S. Augustini iu-  
dicio Cassianus 1. de Incarn. cap. 4. Facundus  
l. 10. pro tribus capit. cap. 2. Beda retract. in  
in acta: Et præuocet Coration apud Ense-  
bium.

3. Adduco tot Sapientum iudicia, ut Aduer-  
sarius depudeat vanitati, quod D. Augustinus  
in Victorino celebrabat. Et quod in mala cau-  
sa faciebat Tertullianus æmuletur ipse in bona  
& necessaria. Scripserat Tertullianus prius-  
quam Montani virtus combiberet, adhuc Catho-  
licus, librum de penitentiâ, quo peccato-  
ribus omnibus aditum ad salutem per clauas  
Ecclesiæ patere profitebatur. Eam Catholicam  
doctrinam, imbutus postea Montani delirij  
censuit reprobam, nec erubuit rescindere,  
verba eius sunt lib. de pudic. cap. 1. [Erit &  
hic aduersus psychicos titulus, aduersus mox  
adoque sententiâ, retrò penes illos, Societa-  
tem. Quo magis hoc mihi in notam leuitatis,  
obiecit. Nunquam Societatis repudium, de-  
licti præiudicium est, quasi non faciliùs sit er-  
rare cum pluribus, quod veritas cum paucis  
ametur. At enim me, non magis dedecorabit  
inutilis leuitas, quàm ornauerit nocens. Non  
suffundor errore quo caruisse delector, quia  
meliorem me & pudiciorum recognosco. Ne-  
mo proficiens erubescit. Habet & in Christo  
scientia atates suas, per quas deuolurus est &  
Apostolus. Cum paruulus (inquit) essem, tan-  
quam paruulus loquebar; tanquam paruulus sa-  
piebam. At ubi vir sum factus, ea quæ paruuli  
fuerant euacuauit. Aded deuertit à sententiis  
prius, nec idcirco deliquit, quod amulor  
factus est non paternarum traditionum, sed  
Christianarum, optans etiam ut præcederetur,  
qui circumcissionem detinendam suadebant.]  
Hoc eatenus Aduersario imitandum dico, qua-  
tenus sicut Tertullianus quem censuit errorem  
(reuera Catholicam veritatem) absque mora  
reiecit, nihil veritus hominum sermones, & no-  
tam leuitatis; ita cum necessarium ei sit senten-  
tiam mutare, non erubescat errorem malè ante  
hac combibitum, & dediscere ipse, & alios de-  
docere.

4. Necessariam dico Aduersario recantatio-  
nem, quia vel ad Caluini castra transgreden-  
dum illi est; (quam mentem auertat ab eo be-  
nignum Numen) vel rescindenda sententia  
spisso opere ab eo confirmata. Nam Summus  
Pontifex re mature discussa, liquidò & verbis,  
quæ nullam admittunt ambiguitatem, eam sen-  
tentiam pronuntiauit hæreticam. Nec superest,  
quod excusare liceat: Quid enim? Defectum  
potestatis in Pontifice, ad statuendum aliquid  
ex fide certum; aut aliquid fidei contrarium  
pronuntiandi, extra Concilium plenarium? At  
hoc causari, esset arrietare in rupem supra quam  
Christus ædificauit Ecclesiam. Hoc inquam  
esset, Pontificem de munere pascendi diuinitus  
concredito deiecere. Ea quippè passio, maxime  
sit interuentu sanæ doctrinæ; nec dictum est  
Petro, pascere oues meas, adhibito Oecumenico  
concilio, sed absolutè iustus est pascere oues,  
quod præsertim doctrinæ sanæ exhibitione

Theophili Raynaudii Pontificia

præstatur. Nec (quod contra mutantes ad-  
uertendum est) allegare, aut excusare licet, eo-  
rum qui ad rem discutiendam adhibiti essent, si-  
ue tenuiorem doctrinæ censum, siue inaccusatam  
tionem, ac indiligentiam. Quantumcunque  
enim, qui ad rem discutiendam sunt adhibiti,  
cœcutiissent, aut videri possent processisse  
non satis solidè; ac etiam quantumuis eorum  
fundamenta videri possent ruinosa, nec con-  
uenienter firmata; (quarum causationum nul-  
la, reuera hinc habet locum;) Tamen ex quo  
Pontifex, illis, si visum fuit, auditis, iudicium  
suum tulit, & palam aperuit, eidem iudicio pro-  
ut explicato est inhærendum.

5. Quinetiam si Pontifex nullius opera ad  
discutiendum adhibita, ex cathedra, hoc est cum  
voluntate fideles obligandi ad credendum, sta-  
tueret aliquid esse fide certum, & contrarium  
esse hæreticum, non esset fidelium caulari de-  
fectum examinis; sed simpliciter teneantur  
assensum fidei præstare veritati per Pontificem  
propositæ; deberentque certi esse; Pontificem  
in ea doctrinæ propositione non desistere à  
vera fide; alioquin casum in eo redderent illud  
Christi promissum Petro datum; & de Patrum  
ac Doctorum sententia ad successores quoque  
pertinens. Rogauit pro 12 Petro, ut non deficiat fi-  
des tua; & tu aliquando conuersus confirma fra-  
tres tuos. Dixi in hanc rem plenius in Epilego-  
menis subnotat. 2. verit. 7. ad Coronam au-  
ream supra mitram. Itaque hinc, siue Theologi,  
qui negotium ante Pontificiam definitionem  
discusserunt, solidè stabilierint ratiocinatio-  
nes suas, siue ea protulerint, quæ conuelli pos-  
sent; immobilis nihilominus perstat lata à Pon-  
tificæ definitio; quia assistentia Spiritus sancti  
promissa Pontifici, ne in tradenda sana doctri-  
na, & hæresum improbatione labatur, non est  
alligata soliditati ratiocinationum, à Theolo-  
gis, vel à quouis alio præmissarum; sed iungi-  
tur propositioni veritatis, factæ à Pontifice, ap-  
probante aliquid ut certum ex fide, & impro-  
bante contrarium, tanquam à fidei sinceritate  
abhorrens.

6. Quare & opto, & spero, hominem qui  
se Catholicum dicit, calcitraturum aduersus sti-  
mulum, & demissurum cornua ne ventilentur  
iam ritè constituta; quod faciendum monebat  
S. Anselmus l. de Incarn. Verbi cap. 2. Quidni  
verò acquiescere velit sententiæ constituti à  
Deo arbitri dubitationum de fide, cum in ciui-  
libus & humanis negotiis, standum sit iudicis  
arbitrio, iuxta illud Regis Teodorici ad Floria-  
num Cassiod. l. 1. var. epist. 5. [In immensum  
trahi non decet finita litigia. Quæ enim da-  
bitur discordantibus pax, si nec legitimis sen-  
tentiis acquiescant? Vnus enim inter procellas  
humanae portus instructus est, quem si homi-  
nes feruida voluntate prætereunt, in vndosis  
iurgis semper errabunt.] Et tamen iudices in  
huiusmodi causis, homines sunt errori obno-  
xij; & qui gratia, aut cupiditate corrupti, pos-  
sunt à veritate desistere: quibus incommodis  
non est timendum circa iudicem, cuius senten-  
tia Aduersarius causa cecidit. Itaque non puto  
futurum, ut Aduersario latæ sententiæ conficio,  
dici possit, quod Iuliano dixit S. Augustinus  
lib. 2. in Iulia. cap. 5. post prolatum aduersus  
eum locum S. Ambrosij. [Quantalibet feraris  
animi

PUNCT. 16. animi obstinatione, quantalibet aduersus nos  
*Clausula* peritacia pro errore consistas, tanta per Bea-  
*Paroetia.* tum (*subtino Beatissimum*) Pontificem circum-  
 uallaris teruū euidencia, tanta uerborum eius  
 manifestatione contunderis, ut profectò si nullo  
 te ratio, cognitio, consideratio, religionis,  
 pietatis, humanitatis, atque in te ipso aduer-  
 tendæ ueritatis à pertinaci intentione reuoca-  
 uerit, ostendas quantum in malis humanis ualeat,  
 eo quemquam fuisse progressum, ubi manere non  
 libeat, uide iam redire pudeat. Sic enim te credo  
 affici, cum ista legeris. Sed ò si pax Christi in tuo  
 corde uiuat; & bona pœnitentia, de mala uerecundia  
 palmam ferat! ] Iam tulisse palmam, puto.

7. Sed expecto, ut hac in parte Aduersarius, doctrinæ  
 illius meminerit, pro qua & ipse, & eius gregales agunt  
 pertinacissimè. Noua Theologia cui adherent, pœnitentiam  
 pro occultissimis criminibus publicam deposcit; & nisi  
 multa à Sacerdote imposita, ut digni fructus pœnitentiæ  
 fiant, executioni prius mandetur, negat validam esse  
 absolutionem, de quo errore per Sixtum I V. pridè damnato  
 in Petro Oxomensi, agendum alibi: ut & de pœnitentia  
 publica, pro arcanis quoque noxis infamiam conciliaturis  
 indicta; quam abusionem, pridem S. Leo in Occidente,  
 & in Oriente Nestarius Constantinopolitanus sustulerunt.  
 Noua tamen doctrinæ partiaris, aded eius amor dementauit,  
 ut nuper ad Latetiam, eius doctrinæ fermento turgens  
 Parochus, Equitem ad extrema deductum, non prius  
 uoluerit peccatorum absolutione donare, quam publicè  
 coram non paucis testibus in eum sinem aduocatis  
 expromeret dolorem suum de turpi commercio cum muliere  
 coniugata, bonæ apud omnes famæ, re ipsa clam omnibus  
 adulterio diu repetito polluta. Quod Eques, quantumuis  
 admodum grauatè, tamen ne æternū periret, ac ut  
 peccatorum absolutione in mortis prociectu non fraudaretur,  
 denique præstitit, magno eū omniū scandalo, & mulieris  
 perpetuo dedecore, nulla tergiuersatione, aut inficiatione  
 declinando: cum hominem ea conditione, in illis aditionis  
 ad Deum ultorem angustiis, mendacium dixisse, ut miseræ  
 mulieris famam profligaret, nemo unquam in animum  
 uideatur inducturus. Ex ea ergo lege, iustum est, ut  
 Aduersarius, moretum quod aliis intriuit, non auerfetur;  
 sed obeat publicam pœnitentiam, de diffiminata, & tot  
 contentionibus firmata hæcenus doctrina, quam fovere  
 hæresi dubitare ulterius non licet. Sic enim, qui per  
 Aduersarium malè eo errore sunt imbuti, commodius  
 errorem dedocebuntur, Deoque & Ecclesiæ facilius  
 satisfiet. Hos dignos fructus pœnitentiæ, ab Ad-

uersario & eius partiaris, iuxta ipsorum principia;  
 iure mihi, uideor deposcere.

8. Qui probatæ doctrinæ hæcenus institerunt,  
 monendi sunt, caueant deinceps omni spiritui credere,  
 & circumferri omni uento doctrinæ; nec tam  
 attendere quibus uerborum lenociniis, nouitas  
 aliqua obrudatur, ut placeat auideque hauriatur,  
 quàm sit ne solida, & recepto in Ecclesiâ usu  
 firmata. Plerumque cochleari aureo uenenum  
 porrigitur, ut admonet S. Cyrillus lib. 7. in Iul.  
 cap. 4. & è contrario iuxta Hugonem à Folieto l. 4.  
 de claus. animæ in prol. simplicitas & neglectus  
 styli, ueritatis potius est indicium. [ Sic Christus  
 inter duo animalia positus, uilibus est pannis  
 inuolutus. Ponitur Dei sapientia inter bouem &  
 asinum, ut erudiret rudem, moneret tardum;  
 rudem sensu, tardum intellectu; erudiret simplicitatem  
 per humilitatem. Qui igitur inuolui se permittit  
 in uilibus pannis, permittet ut de eo quis loquatur  
 simplicibus uerbis. ] Non est igitur, mundo uerborum  
 quibus nouitas quæpiam obuoluitur, insidendum.  
 Nec attendendum, quàm multa pro ueteris  
 Ecclesiæ antiquato usu, uel ex obtortis Patrum  
 locis studiosè acernatis, contra præsentem  
 Ecclesiæ praxim publicè probatam, & pridem  
 uigentem adducantur; aut à communi sensu  
 Ecclesiæ & à rubrica doctrinæ sanæ fidelibus à  
 Christo præstituta dissentit. Cedo enim, quàm  
 multa è Patribus, ex Pontificibus, & Conciliis,  
 ex Scripturis addensata sunt, pro bicipiti  
 Ecclesiæ corpore? Cuius lusciosi oculos, fulgor  
 ille testimoniorum tanto artificio productorum,  
 non perstrinxisset? Et tamen cotryna ueritatis,  
 labia Sacerdotis custodientia scientiam quia  
 Angelus Domini exercituum est hæreseos notam  
 inuolere ei doctrinæ, re ipsa malè Scripturis,  
 pessimè Conciliis, Pontificibus, Patribus,  
 tot retrò Catholicis Doctoribus affictæ.


9. Eadem itaque cautio circa similia tenetur.  
 Panes occulti ( quos scilicet palam Ecclesiâ non  
 probat ) ne libenter eduntur; & quantumcunque  
 promittatur scientia ueritatis, per aliquid se  
 scire opinantes, abstinere panibus non expleturis  
 animam ueritatis esurientem, imò exitium  
 creaturis. Sic enim D. Augustinus tract. 97. in  
 Ioan. ænigma ( ut uocat ) Salomonis est interpretatus.  
 Præstat, conuiuium ex Ecclesiasticis oleis  
 simpliciter apparatus, de S. Cyrilli sententia  
 homil. 29. de pasch. nouis ferculis ab extremo  
 terræ, magna impensa & labore petitis; nec  
 condimentariorum opera destitutis, ut gratior  
 sit nouitas. Aurea Vincentij Lyrinensis  
 commonitio, de aduersandis nouitatibus, ne  
 hæc uerbatim adscribatur ) quanquam  
 opportunissimè huc caderet) obstat prolixitas.

# AGNVS CEREUVS PONTIFICIA BENEDICTIONE CONSECRATVS.



SYMBOLVM CHRISTIANI,  
 per Baptismaum ex Christo Patre, & Ecclesiâ Matre,  
 Filij Dei.

EXPOSITVM


A R. P. THEOPHILO RAYNAUDO,  
 Societatis IESV.



# SYLLABVS CAPITVM.

- CAP. I.  HRISTI sponsi cum Ecclesia sponsa connubium san-  
ctum & thorus immaculatus.
- II.  Nostra ex Christi & Ecclesie coniugio generatio, & nati-  
uitas in Baptismo.
- III. Infantis de Christo Patre & Ecclesia matre procreati, horoscopus, &  
nobilitas, eamque consequens non degenerandi necessitas.
- IV. Necessaria Christiano ex hac generatione, in Deum, Ecclesiam, proximos,  
seipsum, officia.
- V. Christi infantium nutrices que lac immulgeant, & pueros mundos  
seruent.
- VI. *Quæ necessaria nutricum mysticarum & alumnorum officia, ex proximè  
dictis eruuntur.*
- VII. Anniversaria diuina per baptismum filiationis & prouisa nutritionis  
memoria, octauo à Paschate die.
- VIII. Christiana filiationis & nutritionis tessera iugis, ac quotidianum me-  
moriale, Cereus Agnus.
- IX. Discussio aliorum finium quos nonnulli cereorum Agnorum institutioni  
presigunt. Vbi de periaptis & amuletis complura.
- X. Deus, cui Cereorum Agnorum ad finem institutioni Ecclesiasticæ propo-  
situm, operibus supra naturam ascriptus.
- XI. Giunnius scetzanorum contra usum, & tantam vim Cerei Agni.
- XII. Quod Magnorum virorum de cereo Agno consecrato iudicium?
- XIII. Ritus cereorum Agnorum antiquitas vestigata.
- XIV. Dubia Moralia de Agnorum sacrorum, incensione, mersione, venditio-  
ne, pictura, conuestitione, contrectatione per laicos, insertione in  
annulos, suspensione è collo, peccato inter illos gestandum, eorumdem  
appensione in stabulis aut brutis, ementitione denique aut falsi-  
tione.
- XV. Tropologia de piâ Cerei Agni consecrati gestatione.

Eminen



Eminentissimo ac Reuerendissimo Domino

D. FRANCISCO  
S. R. E. CARDINALI  
BRANCACCIO.

THEOPHILVS RAYNAVDVS,

è Societate IESV, &amp; τυχέιν.



CCVI tandem hancce de AGNO CERE O,  
Pontificis Romani Benedictione conse-  
crato, tractationem, quàm Eminentia tuæ,  
dedicarem, (CARDINALIS EMINENTISSIME)  
cui studiorum meorum iam fructus om-  
nes addicti sunt. Vitæ integritas ac inno-  
centia singularis, quibus Urbem in tui  
rapis admirationem, postulabant vt tuo  
nomini de Agni Immaculati symbolica

imagine commentarius inscriberetur; Eruditio verò tua singu-  
laris, vt non alium laborum ac vigiliarum mearum arbitrum  
deligerem. Iam quid de tuis, vbicunque se dedit occasio de me  
bene merendi, collatis in me beneficiis dicam, quæ tibi mea om-  
nia innumerabilibus penè nominibus obstrinxerunt. Fecit hæc  
incredibilis humanitas, vt præsidium tuum Elucubrationibus  
meis implorarem, in Censorios Aristarchorū huius æui oculos de-  
uenturis, quò muniti patrocínio E. T. nullum inuidiæ ac obtrecta-  
tionis morsum pertimescerent. Sperare certè possum, prorsus fore  
neminem qui eam quam trado doctrinam non probet, qui tuo no-  
mine insignitam non extollat, qui denique vt tuam non excipiat.  
Nunciatur mihi etiamnum quotidie E. T. quamuis tanto dignita-  
tis, locorum, temporisque interuallo à me pridem semotam, de se-  
nectutis meæ statu, studiorumque ratione sæpe sapius ab amicis  
qui mihi in Vrbe sunt, amantissimè percontari solitam. Quare vi-  
gere semper apud me, & meritorum ac virtutum tuarum peren-  
nem memoriam hoc munusculo testatum volui, nec alium patro-

Ll 3 num

num quærere, quàm qui *meas esse aliquid putare se nugas* semper professus est. Accedit quod in Gallia nunc octodecim nostra aut viginti *in folio* volumina prodeunt in lucem, in qua scilicet regione Clarissimum BRANCACCIORVM nomen, nobilitatis ac præclarè gestorum fama à pluribus sæculis viguit vigetque hætenus, in VILLARIORVM ac CERESTIORVM familiis, ex qua Generosissimus furculus M. BRANCACCIA Ampusia, Templum Magnificum ac Originis suæ celsitudine dignum à fundamentis excitauit Societati nostræ in Collegio Carpentoraçtensi, vt liberalitatis auitæ, amorisque erga Societatem nostram æterna extant monumenta, Regum munificentiam æquatura. Accipe igitur hoc quaecumque grati mei animi pignus, vt Libri quos liberos & amores meos appellare soleo, etiam Parente ac Auctore suo fati functo, me tibi æternum nexu mancipioque transcriptum esse posteritati significare possint, suamque se omnem lucem ac commendationem à tuæ dignitatis autoramento fuisse mutuatos.



ARGV



## ARGVMENTVM.

**Q**UOTIES nouæ pietatis officia cum antiquis compono, (quod facio nec sine voluptate haud infrequenter) occurrit animo illud cōcinnè vt omnia à Dione Prusæo\* pronunciatum; aliam esse pharmacorum antiquorum, aliã antiquorum sermonum rationem Vetus siquidem pharmaca, spiritu exhalante exolefunt: Cum è contrario, antiquis sermonibus id ipsum quod vino accidat, vt scilicet annositate commendentur. Quod Dio de sermonibus dixit, pari vel etiam potiore iure, de officiis pietatis dicendum arbitror. Tamen si apud aliquos, ad vetustatem vbique, etiam circa pietatem nausæantes, antiquitas minus sit accepta; faciliusque fastidiatur; nouitas autem cupidè & ardentè excipitur, sitque in summo pretio: Tamè cum in aliis plerisque, canæ vetustati primas defero, quod alibi per otium ostendo,\* tum circa pietatis officia & religiosas functiones idem valere, habeo persuasissimum. Aristotique mihi semper, iudicium viri sapientissimi, & tractationis animorum ex solida & probata SS. Doctoribus forma consultissimi, qui ferre non poterat, eo deuentum esse per hanc nouandi pruriginem, vt quibusdam Berabibus (has enim maximè hæc pica corripit) ex nouæ infortitatis ductu, sordet officium ritu Romano de B. Virgine atque defunctis conscriptum; nec placet Psalmos ad pœnitentiam concipiendam fouendamve iam ab ipso S. Gregorij æuo delectos vsurpare, tanquam nimis antiquos atque victos, sed tantum quædam farragines formularum, verborum pampinis conuestitarum in pretio sint. Orationes item picturæ, omnes dicendi veneres, omnia verborum lenocinia præferentes, solæ adamentur, abactis simplicibus rudioris æui ab hodierno cultu & mundo procul semoti precationibus, instrumentisque pietatis. Quare timendum visum est illi prudenter simplici & benedictæ à Deo animæ, ne signi crucis à dextra per sinistram in dextram reuoluta conformatio, vt quotidiana, ita pœuetusta, & ab ipsis Christianæ Ecclesiæ repetita, abiiceretur: deinceps verò, manus sinistra dextrorsum ducta, ad consignationem Christianam adhiberetur. Sed improvidè profectò, veterationis superuenientibus proiciuntur; cum ita sint probanda noua, quibus Ecclesiæ aut sapientum suffragatio accesserit, vt tamen antiquis pietatis officiis, sacrisque exercitationibus vetustate commendatis, nihil de suo iure & debito honore decedat.

1. Hoc consilio, in tanta nunc vbertate, nouorum pietatis siue instrumentorum siue adminiculorum, quæ tametsi idcirco tantum quod noua sint non repudio, veteribus tamen antiquitate veluti defæcatis ob solam nouitatem minimè antepono; cum ceras piaculares, quibus vulgò ab impressa agni forma nomen AGNORVM DEI inditum est, apud non Paucos nouorum pietatis instrumentorum buccinatores, penè aboleuisse viderem, annitendum existimaui, vt sacri huius ritus originem & eidem conserua mysteria, obliuione penè sepulta, quanto possem studio & accuracione refoderem. Inde enim præsentio fore, vt pretiositas sacrorum illorum symbolorum, quæ vix extra Sacramenta & signum redemptionis nostræ auctior vsquam occurrit, inter nos reflorescat. Liquebit quippe, cereum agnum aliud reuera non esse quàm tesseram Catholicissimi, & monumentum diuinæ adoptionis homini in Sacramento regenerationis collatæ, vnde illi perpetuò ingeratur cœlestis ex Christo patre & Ecclesiæ matre profapia, in quam intentus, degeneres animos, & quidquid tam excelssæ originis nobilitatem commaculare potest, quàm diligentissimè auerfetur. Quæ cogitatione, quæ alia homini sanctior atque salubrior incidere possit, equidem nescio. Alia certè pars nulla est è qua fortius atque frequentius grauissimi quique Christianæ perfectionis Magistri, Cyprianus, Ambrosius, Augustinus, Chrysostomus;



postomus, alijque suo loco infra referendi, Christiano homini ad omne virtutis officium strenuè obeunctum, vitia vero refugienda aurem vellant, quam ex hac rationis nostræ ex Christo Patre & Ecclesia matre, recogitatione, quæ (vt dixi) sacro, ceræ piacularis Agni imagine consignatæ, symbolo ingeritur. Vt proinde hæc plagulæ ceræ consecratæ, non iam amuletorum duntaxat & periaprorum locum tenere debeant ad auertenda corporum vel externa incommoda, quod plerisque è vulgo visum: sed mutorum & tamen sonantissimorum ad omnem sanctitatem inducentium excitamentorum nomine, chara esse debeant, ob eam sanctè viuendi necessitatem quam iniiciunt, ex natalium Christianorum memoria quam refricant, & excidere animo prohibent.


3. RESTRINXI me ad ceros agnos consecratos, etiam si non sum nescius, alios & nunc circumferri & olim in vsu fuisse qui agni Dei dicerentur, nec cerei essent, sed ex alia materia constarent. Bene multi, sua periapta quæ de collo suspensa gestant, nominant AGNOS DEI, etiam si plerunquè neque formæ orbicularem similitudinem, neque Agni imaginem impressam habeant, neque micam ceræ consecratæ contineant. Item videmus è plerisque sacris reliquiis in vnam massam pistis & coagmentatis, confici orbiculos quibus passim AGNORVM DEI inditur, & quia amuleta sacra sunt vt cerei Agni, & quia forma orbiculari referunt cereos Agnos. Magis ad rem præsentem facit, quod orbiculis in eundem cereorum Agnorum finem confectis, communicatam AGNORVM DEI appellationem in confesso est. Nam Agni figuram ex auro, argento, gemmisve compactam, frequens iam olim fuit in vsu esse Fidelium. Aliis in auro, argento, vel vnione aut margarita, Agni imaginem celare sculperè & in pretio habere, consuetum fuit, vt scribit Iacobus Gretserus \* Fortassis pij fideles inclusam cerei Agni imaginem externa illa specie proditam, materiæ continentis pretiositate, quam charam haberent, fecere testatum. Nam si deerat inclusa cerei Agni consecrati plagula, eratque solidus agnus aureus vel argenteus, carebat efficacia à consecratis Ecclesiæ precibus, quibus supra omnem à materia ætimationem pretiosa euassisset. Hæc igitur causa est, cur hanc tractationem ad cereas Agni imagines restringam, quia solis illis, adiungitur vis illa moralis, & summa à consecratis Ecclesiæ orationibus pretiositas, interuentu Pontificiæ benedictionis ac consecrationis.

Ad hanc porro Tractationem eo lubentius adieci animum, quod minus proterita visa est anteriorum studiis. Attigere quidem hoc argumentum, (sed attigere duntaxat) nonnulli ex iis qui sacris Baptismi ritibus disputationes texuerunt. Nonnulli inquam. Non enim qui de his ritibus fute agunt ad Tertulliani librum de Baptismo, Pamelius †; & Briffonius \*, ac Scholastici fuscè de Baptismo disserentes, siue ad magistrum \* siue ad S. Thomam † in hæc excurrerunt, imo ea ne attigerunt quidem. Attigerunt tamen quidam alij ex Baptismi Tractatoribus, vt Vicecomes perpaucis. Librum Onuphrij de Baptismi ritibus quo ista attigisse dicitur, diligenter frustra conquistum ex solo Possuini Apparatu & Fabiani Iustini Indice vniuersali compertum habui dum hæc scriberem. His iam ad prelum maturis, Româ tandem transmissus est, diligentia Nostri Antonij Richeomi, cuius syncerum erga me amorem, studiumque editionis librorum meorum planè singulare ac vbique constans volui hoc loco testatum. Sed vix vnam & alteram pagellam de hoc argumento habet, nec ferè nisi voluntariis Onuphrij diuinationibus refertam. Propterea obiter in hoc argumento versati sunt qui de diuinis officiis Tractationes ediderunt, agentes de ritibus sabathi Sancti ac Dominicæ in Albis, nominatim Autor ordinis Romani Alcuinus, Amalarius, Gulielmus Durandus. Iacobus item Gretserus tractans sacras benedictiones, hanc tanquam primariam & summi Pontificis propriam, breuiter perstrinxit. Qui igitur Latine ex instituto ista sit prosecutus, vnus est Ioannes Molanus qui tamen tractationem suam vltra vnus orationis angustias non diffudit. Nec prolixior est Italica Vincentij Bonardi dissertatio his pridem finitis accepta. Andreas Frusius carmine Elegiaco de Agno cereo, vix nisi de morali eius efficacia ac virtutibus egit. Itaque relictus est posteriorum industria ac diligentia locus in illustrando eo argumento; & diuite vena sanctorum affectuum ad vitæ conformationem effodienda, quod cum bono Deo præsti-

\* l. 2. de bened. c. 36. in fine.

† in practi- diis. \* ad l. Dominico de spectac. à pag. 100. ad 184. † in 4. dist. † 3. p. 9. 66. art. 10.

tum venio, postquam te monuero hunc à me tractatum in gratiam Domini L'AGNEAV (Gallicè AGNVM sonat) Gratianopoli olim conscriptum ac editum qui quamuis ad plures sit appositus, viuunt tamen cara ipsi & mihi tum capita D. LVDOVICVS MARCHIER præpositus antehac Aquensis sacri hominis viuum exemplar, eique simillimus D. ALPHONSVS FERRANDVS DE S. FERJVS, quorum in me nunquam interitura sunt officia & merita.



CAPVT I

Christi Sponsi, cum Ecclesia sponsa connubium sanctum, & thorus immaculatus.



VILEX Dei cum rationali creatura connubium, Scripturæ produnt, & explicant Patres. Alterum Verbi, cum humanitate illa singulari quæ ad consortium personæ diuinæ cuncta est. Alterum Christi, Dei & hominis, cum Ecclesia Christiana ex gentibus adunata.

De priore coniugio, varij accepere; illud prophetice Genes. 2. prænuñciatum, Erunt duo in carne vna. Et quamuis S. Gregorius a grauiatur agnoscere coniugium Verbi cum humanitate, eo quod coniugium inter duas personas ineatur, quas abit vt demus in Verbo & humanitate assumpta habuisse locum: Tamen passim alij, titilla se religione prohibitos censent; coniugium illud admittere: quod tamen in Christo ex Verbo & humanitate compacto; vnica reperitur persona, & ex eo capite sublata sit peruulgata inter coniuges distinctio personarum plurium solo affectus nexu colligatarum, nihilominus alia suppetant analogiæ, penes quas incarnationis & coniugij comparatio possit subsistere, quamuis in Christo personarum multiplicitas omnibus coniugibus communis deficiat: Nam sicut in parabolis, vt præclare notauit S. Chrysostomus b, non est quod omnia minutè & anxie accommodentur: ita neque in comparationibus necesse est proportionem vndecunque constare, sed potest penes quædam capita bene coherentia, institui contentio, cæteris quæ minus quadrarent præterniis. Atque ita variæ scripturæ, non obstante personæ in Christo vnitate, coniugium Verbi cum singulari humanitate assumpta insinuant, & Patres illas in eum sensum accipiunt; præsertim Augustinus e, Epiphanius d, Cassianus e & Anastasius Sinaïta quos in hanc rem appendo alibi, tractans titulum Christi Sponsi.

2. Alterum quod huic instituto potius seruit Dei coniugium, illud est, quod Christus Deus & homo, cum Ecclesia è gentibus adunata contraxit. Hunc fuisse finem aduentus Christi in mundum, S. Augustinus f contestatur, & ex Apostolo confirmat. Agens enim de Christi aduentu in Cana tertia die, Theophili Raynandi Pontificis.

a homil. 38. in Euang.

b homil. 65. in March. & hom. 48. in Ioan.

c Tract. 1. in Epit. Ioan. & in Psal. 44. in initio. d Orat. de Dep. e lib. 5. de inc. c. 11. f Tract. 3. in Ioan.

ait: [ Quid mirum si in illam domum ad nuptias venit; qui in hunc mundum ad nuptias venit? Si enim non venit ad nuptias, non hic habet sponsam. Et quid est quod ait Apostolus; Apiani vos vni viros virginem castam exhibere Christo? Quid est quod titnet, ne virginitas sponsæ Christi per astutias diaboli corrumpatur? Timeo (inquit) ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, sic vestra mentes corrumpantur à simplicitate, quæ est in Christo. Habet ergo hic sponsam. ] Patres passim hoc Christi cum Ecclesia connubium agnoscent ac celebrant, nominatim Cyrillus, Theodoretus; ac Rupertus; expendentés illud Osee 2. Sponsabo te mihi in fide, quod ad Christianam Ecclesiam accommodant. Agunt de hoc connubio accuratè & diligenter, penultimi seculi, Scriptores duo, Laurentius Iustinianus g, ac Ioannes de Turrecremata h, qui Antonomasticè Theologus audiuit in Concilio Florentino. Nuper item Thomas Bosius i liculenter & amonè in eo argumento versatus est. Nos id ipsum copiosè profecti sumus, tractantes titulum Sponsam Ecclesiæ k; ad quam diffusam, & quantum vires nostræ tulerunt, accuratam illius tituli discussionem & illustrationem, plena (vt sic dicam) messè testimonium & probationum constantem; adiungemus hoc loco manipulum, adhibito spicilegio; nec ad decerptas ibi spicas manum iteratè admouebimus, quantum per congruam argumenti tractationem fas erit.

3. Exhibet Christum hoc cum Ecclesia coniugio illigatum Apostolus, Ephes. 5. l cuius ratiocinatio dignissima est quæ accuratè excutitur. Ibi ergo Apostolus informans coniuges ad perfectionem vitæ coniugalis, imprimis mulieri indicit subiectionem respectu viri, eo quod vir sit caput mulieris, sicut Christus est caput Ecclesiæ: Vnde infert; par esse, sceminam præstare se subiectam viro in omnibus, sicut Ecclesia subiicitur Christo. Viceuersa autem statuit; virum debere impendere vxori amorem eximium, sicut Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit seipsum pro ea, vt illam sanctificaret. Infert igitur Apostolus, virum similiter debere fouere & amare coniugem suam, sicut Christus fouit & amauit Ecclesiam: Quam proportionem motuorum amoris viri erga vxorem, fundat in eo, quod vit diligit vxorem tanquam corpus & carnem suam, iuxta illud Gen. 2. Erunt duo in carne vna. Sicut Christus Ecclesiam tanquam corpus suum dilexit, factus idcirco eius Saluator, illamque fouens & nutriens omni studio ac cura, quia membra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius. Alludit his verbis Apostolus ad formationem Enæ ex carnosa Adami costa. Significat ergo, Christum fouere ac diligere Ecclesiam, quia nos

CAP. I. Connubium Christi & Ecclesiæ.

g lib. de casto connub. verbi, c. 9 & 10. h lib. 1. sum. de Eccl. c. 36. i lib. r. de sig. per octo prima capita. k lib. 5. de Christo.

l à vers. 1. & 2.

CAP. I. Connubium Christi & Ecclesie.

qui sumus Christi Ecclesia, id ipsum sumus respectu Christi; quod Eua respectu Adami, hoc est sumus membra corporis eius. Sicut enim Eua ex Adami membro seu cocta fuit constructa, idemque membrum corporis eius & caro ac os eius fuit, id quod Adam conspecta primum vxore professus est dicens, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: Ita nos quoque, sumus caro de carne Christi, & os ex ossibus, ac proinde membra sumus corporis eius. Quod quomodo factum sit, Apostolus non exponit, Patres autem varie declarant. Germanissima exponendi ratio esse videtur, quod dicamur moraliter & symbolicè compacti de carne & ossibus Christi, quatenus de substantia Christi in cruce dormientis, ibidemque quoad corpus carne & ossibus constans immolati, suimus conditi in Deo, & sanctificati. Nec defuit supplementum carnis pro costa ossa: quod SS. Augustinus m, & Prosper n, ac Petrus Damiani o, accipiunt de infirmitate & quasi carne ac mollitudine nostra, quam Christus suscepit, collato nobis suo robore, & ossa fortitudine, vt perspicuum fuit in Martyribus cum Christo sub mortem comparatis. Vbi enim Christus cohorruit, & pauore ac tædio correptus est, ibi martyres exultarunt; nec aliter ad rotas & viuicomburia quam ad rotas & amoenitates conuolarunt. Hæc, supplementum carnis pro costa in secundo Adamo dormiente & patiente factum, optime exhibent. Est ergo Ecclesia ad modum prædictum, os & caro de ossibus & carne Christi, ac membrum corporis eius, non secus ac Eua fuit membrum corporis Adami & os ac caro de ossibus & carne eius. Vnde sicut vir, (vt statim subdit Apostolus) propter eam mulieris ex Adamo compactiorem, iussus est relinquere patrem & matrem & adherere vxori suæ, ac esse duo in carne vna, quæ est summa inter mortales necessitudo atque coniunctio, qua duæ personæ humanæ in vnam veluti constantur: ita Christus, propter Ecclesiam reliquit Patrem, à quo exiit venitque in mundum: & matrem, hoc est Hierusalem cœlestem, vt S. Hieronymus p interpretatur. Vel vt Beda Primasius, passimque alij glossant q, reliquit synagogam matrem, è qua secundum carnem ortus erat, adheretque vxori suæ, nempe Ecclesie ex gentibus adunatæ, factique sunt duo in carne vna. Cum enim olim, præter totidem Gentilium falsos ritus quot erant idola, etiam in eos ipsos qui vero Deo in variis ortis famulabantur, varius omnino cultus vigeret, (aliter quippe Abraham, aliter Melchisedec, & aliter etiam Iob, cultum Deo vero exhibebant: ) omnibus illis cultuum ac rituum varietatibus sublatis, vna sponsa Ecclesia, vni viro Christo adheret: Vnde factum est, vt polygamia qua vxores simul plures vni viro adherere permittebantur, typum varietatis prædictæ, abrogata sit introducto vno communi ritu, vt pulcherrimè philosophatur Philippus Abbas r; tanquam oportuerit typum substituta veritate euancescere, atque cessare. Huc Philippus spectare censet epiphonema Apostolicum, quod subiicitur post indicatam viro adhesionem cum vxore, & declaratam

m Tract. 15, in Ioan. n p. 1. de prom. cap. o Scrm. 66.

p in cap. f. ad Ephes. q ibidem.

r Lib de con. m. Cleric. cap. 61.

duorum in corpore vno coexistentiam. Putat enim Apostolus spectantem adæam viri ac vxoris, vnus deinceps cum vno adhesionem ac vnitatem ibi memoratam, subiunxit, Sacramentum hoc magnum est: Ego autem dico, in Christo & Ecclesia. Verisimiliter tamen est, Apostolum retulisse suum illud epiphonema, ad totum matrimonij apparatus, antea ex Genesi expressum, mulierisque ex viro compactæ structuram, quam ab eo paulò anteriùs tactam monstrauimus, illo Sacramenti magni ambitu comprehendisse: ita vt sensus sit, coniunctionem Adami cum Eua, & institutum in ea coniunctione, connubium posterorum diuersi sexus, fuisse sacramentum & mysterium magnum; id est typum & adumbrationem rei sacræ haudquaquam vulgaris, sed omnium maximæ, quæ in Christo & Ecclesia, suo tempore erat perficienda, quando Christus in plenitudine temporis, cum Ecclesia per connubium sanctum & fœdera nuptialia longè nitentissima, deinctus est. Nam prout coniugium sistit in vinculatione duorum purè creatorum, siue Adami & Eue; siue posteriorum quorumuis coniugum, contestatur Apostolus, se illud non habere pro Sacramento magno, sed tantum prout refertur ad Christum & Ecclesiam, quorum coniunctionis in fine temporis faciendæ, typus & adumbratio verè magna, aut etiam maxima, fuit humanum coniugium. Concludit vniuersalem hanc ratiocinationem Apostolus, eo capitis quinti limbo. Veruntamen & vos singuli, unusquisque vxorem suam sicut seipsum diligit, vxor autem timeat virum suum. Sensus est; Sicut ergo Christus, cuius coniugium sic adumbratum est, ita adheret sponsæ suæ Ecclesie ex eius ossibus & carne constructæ, eamque sibi ritè subiectam fouit & charam habuit: Ita & vos Christiani coniuges, mutuis officiis certate: Vir vxorem omni dilectione & charitate, mulier virum omni reuerentia & honore, debitæque subiectione prosequatur.

4. Ex filo propositæ ratiocinationis Apostolicæ, manifestum est quod monstrandum suscepit, nempe Apostolus exhibere Christum tanquam coniugio cum Ecclesia illigatum, vt optimè aduertit S. Methodius s. Nam & Ecclesie ex Christi dormientis latere formationem, antitypam fuisse docet formationis primæ coniugis ex viro primo; & paradigma officiorum quibus Christiani coniuges se demereri ac prosequi debent, statuit esse consensionem illam, hinc amoris & curæ, inde reuerentiæ & subiectionis, quæ Christum inter & Ecclesiam luculenter emicuit. Itaque aperte Apostolus, Christum habet pro Ecclesie sponso, Ecclesiam verò pro Christi sponsa. Et idem in multis aliis Scripturis insinuat, passimque annuunt Patres. Nec est quod quis opponat, Ecclesiam quomodocunq; sumatur, pertinere ad sobolem ex Christi coniugio oriundam, non esse igitur Christi coniugem. Id enim ex carnali de his nuptiis ad nostras admensis cogitatione, ortum habet. Itaque D. Augustinus circa illud Psalmi 127. Vxor tua sicut vitis abundans, cum hanc Christi vxorem dixisset esse Ecclesiam,

s l. de castit. 2. ond Photii, Cod. 237.

CAP. I. Connubium Christi & Ecclesie.

siam, progrediens ad sequentem versiculum, Filij tui sicut nouellæ [Quæ est (inquit) vxor, & qui sunt filij? In istis carnalibus nuptiis & coniugiis, alia vxor, & alij filij. In Ecclesia, quæ vxor, ipsi filij. Ad Ecclesiam enim pertinebāt Apostoli & in membris Ecclesie erant; & coniux erant secundum portionem suam quam in membris obtinebant. Quare ergo de illis dicitur, cum recesserit ab eis sponus tunc ieiunabunt filij sponsi? Ergo ipsa coniux & ipsa filij.] Fusè prosequitur eandem Ecclesiam in Scripturis, & coniugem, & sororem, & fratrem, & matrem fidelium appellari. Tunc concludit. [ Ergo in quibus intelligis coniugem, in illis matrem, in illis filios.]

Est igitur Ecclesia, coniux siue potius sponsa Christi, vtor enim sponsæ ac sponsæ vocabitur, potius quam viri & vxoris, quia quamuis non existimem eam duntaxat desponsationem fuisse typum consociationis Christi & Ecclesie quæ est matrimonij antecambulo atque præludium, nec fert præsentem corporum traditionem, sed duntaxat aliquando faciendam, ad quam data tradendorum postea corporum fide partes oppignerat: sed potius censent imaginem adhesionis Christi cum Ecclesia ab Apostolo propositam, cerni in potestate ac iure mutuo quod sibi coniuges in corpora tradunt per verba de præfenti: Tamen quod Iulius Firmicus r addensatis Scripturarum locis confirmat, ex vsu est, voces potius sponsæ ac sponsæ vsurpare in hoc negotio, tanquam puriores & procul ab omni illuue semotas. Sic enim insinuat huius connubij sanctitas, & inuiolata semper Ecclesie integritas, cuiusmodi est sponsæ; & quandiu sponsa audit. Insigni quippe miraculo quod S. Chryostomus egregiè suspexit u, in hoc coniugio sponsa ita fit coniux, vt tamen Virgo & integra maneat. Imò quæ ante coniugium virginitate & integritate destituebatur, illam recuperat per hoc coniugium, comprobaturque in ea quod Apostolus dixit de corruptissimis antea Corinthiis, despondi vos vni viro, virginem castam exhibere Christo. Hæc igitur causa est, cur sponsæ & sponsæ nomina de Christo & Ecclesia agendo, vsurpata potius sint, quam nomina viri & vxoris, vel nomen conjugum, quibus corruptio nostratibus coniugiis frequentius adiuncta præfertur. Ob eamque ipsam causam, quia nomina sponsæ & sponsæ, quandoque verum matrimonium ratum designant, (vt cum B. Virgo dicitur desponsata Iosepho & cum decem Virgines, dicuntur exiisse obuiam sponso ac sponsæ;) vt longius semoueretur omnis suspicio imminuendæ aliquando per hoc coniugium integritatis, Spiritus sanctus, vt D. Hieronymus x notauit) prorsus immaculatum semperque purum huius coniugij nexum, exprimi interdum voluit, adiuncto sponsæ, nomine sororis: vt cum dicitur, Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa. Nam sponsa florem à sponso libandum, facile quis, vt credat, adducetur; quod de sorore, ne cogitet quidem.

t lib. de error. profan. c. 20.

u hom. 23. in 2. Cor.

x lib. 1. in Io. uia.

ideoque Christo & Ecclesie aptè tribuuntur, quamuis eorum adhæsiō, per conjugalem societatem planè perfectam atque etiam consummatam, (salua semper sponsæ integritate) plerumque exprimat. Vt cum Christus Ecclesie sanctæ vir ac maritus, ipsaque Ecclesia, vxor eius & coniux dicitur. Nam S. Gregorius de Christo Ecclesie viro interpretatus est y illud Prouerb. 30. Nobilis in portis vir y lib. 10. mo. eius. Et Apocal. 19. agendo de Christo & Ecclesia dicitur, Venerunt nuptie Agni, & vxor eius preparauit se. Concinnè S. Eugenia z, agens z in Actis cum Nicetio præfecto, Magiæ insimulante ciuium Christianos, Christum vxoris Ecclesie vicum sic describit. [Magister noster, habet patrem sine vlla matre, & matrem absque Patre. Denique sic eum genuit pater, vt omnino feminam nunquam nosset: Sic eum genuit mater, vt masculum omnino non nosset. Hic ipse habet vxorem Virginem quæ illi quotidie filios creat etiam innumerabiles ei filios parit, quotidie suam carnem eius carnibus cōiungit, Oscula eius, circa eam sine intermissione sociantur; in amore suo inuicem omnino perdurant, & ita integritate subsistunt, & omnis charitas, & omnis integritas ex eorum coniugio non dirimatur.] Patres passim astipulantur.

Augustinus t pulchre, expendens illud, qui maducatis panem doloris. Alibi\* item egregiè. [ Ipse est caput Ecclesie. Ipse panis de illa terra, Corpus autem eius quod est? Coniux eius id est Ecclesia. Erunt enim duo in carne vna. Sacramentum hoc est magnum: Ego autem dico, in Christo & in Ecclesia. Sic & Dominus in Euangelio cum de viro & vxore diceret, Igitur iam non sunt duo, sed vna caro. Ergo vnum voluit esse hominem Deum, Christum & Ecclesiam. ] Idem repetit bonum vilitatis expendens. †

S. Ambrosius\*. [ Nemo venit ad me nisi pater meus qui misit me, attraxerit eum. Ille enim potuit has nuptias copulare. Et ideo mysticè Salomon dixit, A Deo preparauit vira vxor. Vir Christus, vxor Ecclesia est. Charitate vxor, integritate virgo. Ergo quem Deus traxit ad filium; non separet persecutio, non auertat luxuria, non Philosophia deprædetur, non Manichæus contaminet. ]

Pacianus a concinnè [ Ecclesia est virgo sancta, castissimis sensibus, sponsa Christi. Virgo verum est; sed & mater sponsa, manifestum est, sed & vxor & coniux, de viro suo sumpta. Ideoque os de ossibus eius, & caro de carne. Nam de hac Dauid dicit, vxor tua sicut vitis fœcunda in lateribus domus tue; filij tui sicut nouelle olinarum in circuitu mensæ tue. Multus igitur huic virgini partus, & proles innumera qua totus orbis impletur, qua circumfluis semper aluearibus, populosum feruet eximen; magna in filios cura matris istius & mollis affectus. ]

Hildebertus b nomina mariti & vxoris sapè adhibet, agens de Virginitate & coniugatis Christo per vota aut vitæ sanctimoniam copulatis. [ Sponus tuus, (inquit agens cum quadam Moniali) eis etiam se maritum offert, numerum perdidere maritorum. Christo vti- que multe vxores. Eius vxor Agnes, & Anna, & Susanna est. ] Scitè Clemens Alexandrinus c

† in Psal. 126. \* Iam. 12. c. 40. nouis. † cap. 10. \* lib. 8. in Luc. ad c. 16. z epist. 1. a. Sympro.

c 1. 3. Strom. M m 2 agens

CAP. I. *Connubium Christi & Ecclesia.*

agens aduersus spurcos hæreticos, Matrimonio infestus ex eo nominatim capite, quod Christus vxore caruerit, respondet; cam alia, nempe Christum non fuisse vulgarem hominem cui necessarium fuerit adiutorium secundum carnem; item Christum æternum Dei filium, p̄creatione liberorum carnalium cui vxor deseruit, non eguisse: Tum illud quod rem præsentem potius spectat, Christum cui coniux erat Ecclesia carnalem vxorem ducere non debuisse. Immensus in hoc puncto est Anastasius Sinaïta d. Benè item in hanc rem differit Albertus Magnus e qui argumentatur ex definitione vxoris, quã in eo statuit, quod generet ex semine alterius, quod planè habet Ecclesia per comparationem ad Christum, ex Isaia 26. & 2. Corinth. 3. & ad Galat. 3. Optime eandè doctrinã ex S. Thoma illustrat Stratētonius f.

lib. 9. & 10. Hexa. lib. de muliere forti, c. 1. §. 1.

lib. 8. de princ. c. 19. ratione 7.

serm. 49.

De nuptiali ergo fœdere Christum inter & Ecclesiam, satis liquet. Gratulantem de eo sibi, illoque nomine gratias Deo agentem Dauidem inducit his verbis Petrus Damiani g. [Parum visum est in conspectu tuo, Domine Deus meus, quia dilexisti me, nisi loqueris etiam de domo serui tui in longinquum: moxque subiungit: Ista est enim lex Adam, Domine Deus. Ac si perspicue dicat: Sicut in terreni mundi huius exordio, Adam cõstituiti posteritatis securæ parentem, atque ex hac radice totius humani generis decreuisti pullulare propaginem; ita nunc mundum renouare disponis; me quasi nouum Adam facis, dum Christum ex meo semine nasciturum; qui est Auctor & caput Ecclesiæ polliceris. Ista est, inquit, lex Adam, qui sicut ille erat in filiis suis hunc mundum visibilem possessorus; ita & ego populi spiritualis in Christo pater efficio, cum illo qui in cœlis est, perpetuè regnaturus. Sicut enim costa illius formata est viuientium mater Eua; ita de latere Christi qui ex me nasciturus est, victura perenniter egredietur Ecclesia.]

hom. 38. in Euang. & Cant. 3.

tract. 8. in Ioan.

6. Minus perspicua sunt adiuncta, in quibus prædictum nuptiale fœdus iniri contigit, tempus scilicet & locus. Nam Patres benè multi in ea videntur fuisse sententia, vt locus in quo hoc coniugium celebratum est, fuerit Deiparæ vterus, tempus verò, momentum quo peracta est Verbi Dei Incarnatio. Ita S. Gregorius b, Beda, Anselmus Laudunensis, Philippus Abbas, alijque non pauci; quorum plerique ad id accommodant verba illa ex Cant. 3. Videre Regem Salomonem in diademate quo coronauit cum mater sua, in die desponsationis & lætitiæ cordis eius. Alij verò eodem aptant illud Psalmi 18. Ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Diem quippe desponsationis, aiunt fuisse diem Verbi in materno vtero coronati per carnis nostræ susceptionem; quæ fuit illi corona gloriæ, & diadema speciei. Thalamum verò in quo hæc nuptiæ sunt celebratæ, & è quo fulgentissimus instar solis sponsus processit, aiunt fuisse vterum Virginis, in quo peracta sunt diuina mysteria, & Deus humanitati sociatus vinculo indissolubili. Pulchrè in hanc sententiam differit S. Augustinus; [Dominus (inquit) securus moriens, dedit sanguinem suum pro ea quam resurgens

haberet quam sibi iam coniunxerat in vtero virginis. Verbum enim sp̄sus, & sponsa caro humana, & vtrumque; vnus filius Dei, & idem filius hominis vbi factus est caput Ecclesiæ. Ille vterus Virginis Mariæ, thalamus eius. Inde processit, tanquam sponsus de thalamo suo, sicut Scriptura prædixit: Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo, exultauit, vt gigas ad currendam viam. De thalamo processit velut sponsus, & inuitatus venit ad nuptias.]

Nylsenus k hac de causa, lectulum vmbrosi sum cuius apud Salomonem est mentio, interpretatur Incarnationem. Locus est elegans æquè ac pius, quo sic glossat ea verba, Lectulum noster vmbrosus. [Lectum nominat, vt sponsa tropica significatione interpretans humanæ naturæ cum diuina contemperationem. Quomodo etiam magnus Apostolus despondet nos virginem Christo, animamque ornat tanquam sponsam, & deducit duorum coniunctionem ad vnus coporis vnionem; & magnum dicit esse mysterium ac Sacramentum vnionem Christi cum Ecclesia. Cum enim dixisset, Erunt duo in vnâ carne, subiungit Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo, & Ecclesia. Propter hoc ergo Sacramentum, lectum animæ, virgo nominauit, cum Deo coniunctionem ac societatem. Fieri autem benè non poterat, vt ea esset, nisi per hoc quod Dominus vmbrosus per corpus nobis apparuit.]

Philo Carpathius in illud sacri Epithalamij, Collum tuum sicut iurris David. [Verbum (inquit) sacratissimæ & semper intemeratæ Virginis vterum sibi preparauit ad desponsandam sibi humanam carnem: tunc enim facta est diuina illa desponsatio cœlestis sponsi ad sponsam Ecclesiam, cum Deus filius humanitatem nostram in sanctissimo Virginali vtero mirabiliter sibi copulauit, & tanquam sponsus de thalamo processit, ad nuptias humani generis reparandi.] Idem habet Paschasius Ratisbertus l, tractans parabolam nuptiarum quas Pater fecit filio suo.

7. Longè seruius, & loco planè alio, Patres quidam & DD. initum Christi cum Ecclesia connubium censuerunt. Nonnulli quidem in cœnaculo, super extremam Christi cœnam per Eucharistiæ institutionem, id factum voluerunt. Et ita insinuarunt Theodoretus, & Aponius m, ad illud in die desponsationis & lætitiæ cordis eius. Omnino multi, idem dixerunt de tempore passionis & lecto crucis. Refert plerisque Deltio n. Insuperque Anselmus, Gilebertus, & Cantacuzenus o. Scholasticè & accuratè idem profecutus est Abulensis p. Præiussè videntur Patres illi, qui Adami soporem & exemptæ ab eo costæ structuram in mulierem componunt cum morte Christi, & educatione Ecclesiæ ex perfosso Christi latere. Quod pereleganter tradit S. Augustinus q circa illud, Qui māducatis panem doloris, alibique non semel r. Nec non S. Hieronymus s, Ambrosius t, Leo Papa u, Chrylostomus x, & concinnè de more S. Zenoy. Quotquot insuper in abiectione Synagoga noueræ, asseruerunt Christum vxori suæ Christianæ Ecclesiæ adhæsisse: (asseruerunt verò hoc penè innu-

hom. 4. in Cant.

lib. 10. in Matth.

m Cant. 3.

ad eundem locum. o ibidem. p q. 73. in c. 12. Match. q Psal. 126. r tract. 9. in Ioan. & l. 12. contra Faust. cap. 7. s in c. 5. ad Ephes. t l. 2. in Luc. ad c. 3. u capit. 23. x hom. 83. in Ioan. y fecim. de circunc.

CAP. II. *Connubium Christi & Ecclesia.*

lib. 1. de symb. ad Cant. c. 6. \* Sermon. 17. de tempor.

meri versantes illud ex c. 5. ad Ephes. Propiera relinquet homo patrem & matrem, & adhaerebit vxori suæ; videntur astipulati sententiæ de Christi coniugio cum Ecclesia inito in morte Christi, in cuius puncto lex vetus euiguit, & Synagoga expirauit, vt fert communissima sententia sacrorum interpretum in c. 7. ad Rom. & Scholasticorum, cum agunt de legalibus. Non vtrunque sententiam de Christi cum Ecclesia coniugio in cruce celebrato insinuaui, sed expressè tradidit S. Augustinus z dicens, Christum sponsum in cruce actum, ascendisse thalami sui ligni lignum; thalami sui lectum. Quid clarius? Idem alibi. \* Reuertitur nunciis & nuptialem thorum ingreditur Christus. Accipit stolam carnis in thalamo Virginis, intra thesaurum maiestatis, sacculum carnis cessit. Diuinitati sponsatur homo, præmium accipit caro. Procedit Christus quasi sponsus de thalamo suo, cum præfatio nuptiarum exiit ad campum seculi, cucurrit sicut gigas exultando per viam, peruenit vsque ad crucis tropheum, & ibi firmavit ascendendo coniugium; vbi consentit alienantem in supplicii craturam, commercio pietatis se pro coniuge dedit ad pœnam. Tradidit quoque carbunculatam sui sanguinis gemmam, copulauit sibi perpetuè iurè Marronam. Aptauit; inquit Apostolus, vos vni viro, virginem castam exhibere. Ecce nunc quæ fuerat, facta est ancilla; quia vidit vitam suam in ligno pendentem, & non credidit liberantem. Gaudemus ergo fratres, in commercio Dei & hominis, sponsi & sponsæ, Christi & Ecclesiæ, Saluatoris & Virginis, quæ dum sponsaretur fabro, cœli nupsit architecto.]

l. de triumphali Christi agone, c. 1. n. 3.

Non minùs perspicue Laurentius Iustina, † ad illa Christi verba, Desiderio desiderauit. [Istiusmodi (inquit) eloqui de cellario ardentis pectoris idè mediator ipse protulit, vt in amorem sui sanctam excitaret Ecclesiam, traheret ad se, & copularet sibi. Illam siquidem nimium diligens corporis sui pabulo saginare cupiebat, quatenus indissolubilis charitatis pari firmata sanctissimi connubij celebrarentur insignia, fierentque duo in carna, quemadmodum ab ipso mundi exordio per Adam vaticinatum fuerat. Quum enim Deus mulierem, quam de ipsius Adæ costa formauerat, statuisset ante eum, ait: Hoc nunc ex ossibus meis, & caro de carne mea; quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhaerebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Nempe Dominus Iesus Dei & hominum Mediator ipse est, qui ob amorem sponsæ immaculatæ Ecclesiæ reliquit in cœlo patrem suum, quando formam serui suscipiens, semetipsum exinaniiuit. Reliquit & matrem, dum Synagoga de qua carnis traherat originem, propter infidelitatis demeritum repudiando contempsit. Sæque adhæsit vxori, quum in cruce pendens, dato sanguinis precio, atque aquæ lauacro, sibi eam inseparabiliter copulauit.]

Inter tam graues Doctores, in rectam variantibus sententiis agitata, arbitrum sedere, arduum est. Fortassis tamen conciliatio aliqua inter discrepantes sententias iniri poterit, secernendo varia quæ ad nuptias diuersimo-

dè pertinent; & monstrando, aliquos Doctores non tam de loco ac tempore iniri à Christo cum Ecclesia connubij, quàm de illis nuptiarum adiunctis habuisse sermonem, expressisse per ea adiuncta, Christi coniugium. Nec enim infrequens est, vt res indicetur ac exprimitur per vnum aliquod accidens suum, etiamsi constet de distinctione adiuncti & rei cui adiacet.

8. Statuendum ergo in primis est, aliud esse presè dicta sponsalia, aliud nuptias atque coniugium; etiamsi duntaxat ratum, nec dum consummatum. Sponsalia enim presè sumpta, concipiuntur verbis de futuro, constantque promissione subsecuturæ quandoque traditionis iuris in corpora; qua traditione iuris teapse posita, constituitur coniugium veluti substantialiter, quoad essentiam suam spectatum. Deinde statuendum est, longè aliud à coniugio esse donationem arrhatum & sponsalitiæ largitatis. Hæc siquidem sunt adiuncta quadam valdè extrinseca coniugio, quæ adhibentur vt illicet amoris erga desponsos. Præterea præcurrit coniugio, longèque ab eo differt proclamatio celebrationis nuptiarum, executioni mandandæ non ita multo post. Propterea enim ex vsu Ecclesiæ antiquissimo, præmittuntur coniugio denunciations, & vt apud Tertullianum a legimus, accipibatur maritus à vidua, nec nisi adscriptio Episcoporum ratæ erant tabulæ connubiales iuxta D. Augustinum b nempe ne quid in coniugij celebratione peccaretur, cuius post coniugium substantialiter inritum, pigeret coniuges. Syrius Papa c eodem sensu ait. [Nos sanè nuptiarum vota non aspernanter accipimus, quibus velandis interfuimus.] Hoc est adsum sacerdotum cum noua nupta flammeo tegitur, & in mariti potestatem transit per substantialiter coniugij celebrationem & traditionem corporum, quam ea veli impositio signabat. Tandem aliud est Matrimonij vsum suæ consummationem, aliud ipsum matrimonium, res est extra dubium apud Catholicos, qui de vero & substantialiter perfecto B. Virginis coniugio cum Iosepho non ambigui, certum ex fide habent, desuisse illi coniugio consummationem; quæ vulgaribus plerisque matrimoniis accedit vt complementum quoddam matrimonio extrinsecum, ac vt corollarium supra substantiam adiectum. Hæc omnia in Christi connubio cum Ecclesia sunt fecernenda, & ex eorum secretionem, inter variantes sententias tentanda concordia. Tameis autem non sunt hæc in Christi coniugio exigenda ad seueritatem & proprietatem omnimodam, cum hoc Christi connubium non sit nisi analogicum, & per aliquam tantum proportionem cum coniugij nostratibus, nomen ac notionem coniugij participet: Tamen per accommodationem nonnullam, & minime ineptam consentionem eorum quæ ad veri coniugij substantiam & adiuncta pertinent, & eorum quæ in mystica Christi & Ecclesiæ coniunctione cernuntur, possumus in ea Christi & Ecclesiæ consociatione notare atque secernere, quæ in propriè dicta societate coniugali passim notantur, & secernuntur, tanquam substantia & adiuncta substantiæ

lib. de Monog. c. 11.

serm. 18. ex 40. nouis.

Epist. 6. apud S. Ambr.

CAP. I. *Connubium Christi & Ecclesia.*

stantia coniugij extrinseca. Et ita factum à variis Patribus, vel exponentibus vel attingentibus Sacramentum magnum in Christo & Ecclesia. Interdum enim illud circumloquuntur per sponsalia nostratía præsè dicta; quandoque per vnum aliquod ex aliis propositis matrimonij adiunctis; aliàs denique per id quod est nostratis coniugij maximè intimum, & eius velut substantia & essentia.

9. Qui ergo Patres grauesque Scriptores, dixerunt connubium Christi cum Ecclesia iníutum esse in puncto incarnationis, accipiendi sunt de similitudinariis sponsalibus, sive de imagine præcurrentis coniugij nostratibus promissionis tradendorum postea corporum. Analogiam quippe non exiguam cerne-re licet, sponsalium nostratium præsè dicto-rum, & assumptionis humanæ Christi naturæ per verbum. Tametsi enim Ecclesia Christiana quæ ex Gentibus coalitura erat, & in Christi sponsam destinabatur, nondum in ratione Christianæ Ecclesiæ constituta erat, cum Verbum est incarnatum, ideòque in rigore non poterant tunc celebrari cum ea sponsalia; (Quis enim sponsalia celebrat, cum puella nondum nata? Simili certè ex causa Rupertus dicit, Patrem fuisse maritum Synagoga, non Christum qui nondum tunc homo erat.) Tamen aliqualis sponsalium nostratium adumbratio, & delineatio, notari ritè potest in ea humanitatis ac Verbi adiunctione, quatenus in ea singularis illius naturæ confociatione, fuit prolusio quadam, & datæ fidei oppigneratio de consecutura suo tempore, Christi tunc orientis & reliquæ humanæ naturæ, magna ex parte in vnam Ecclesiam adunandæ; coniugali fœderatione atque connubio. Post contractam namque cum Deo necessitudinem interuentu vnica illius humanitatis, dici potuit vniuersæ humanæ naturæ, quod Tertullianus e de prehensione gloriæ, & aditione cœlestis hæreditatis per nos omnes facienda dixit, post subuectam in cœlum, Christi carnem. [Securæ estote caro & sanguis: Vsurpatis & cœlum, & regnum Dei in Christo.] Nempe quia vt præmiserat, à nobis Christus arthabonem carnis accepit, & vexit in cœlum, pignus totius summæ illuc aliquando redigendæ. Similiter igitur humanitas vniuersa, quatenus in vnam Dei sponsam mysticam, Christianam inquam Ecclesiam, suo tempore congreganda, præoccupauit in illa sua singulari humanitate, Christi coniugium, cuius ea coniunctio fuit præludium. Nec si quis per eam, coniugium inchoatiuè & partialiter iníutum cum Ecclesia dixerit, multum refragabor. Facile porrò est, declinare telum quod initio vibrabatur ex deficiente in Christo multitudine personarum, quam ad verum coniugium deposcebat S. Gregorius. In promptu liquidem est reponere, deesse ea ex parte proportionem cum connubiis nostratibus: quamuis conueniens analogia satis superque retineatur, in naturarum ad Christi compagem interuenientium diuersitate. Vt propterea passim, nomen sponsalium quod aequè personas plures inter nos deposceit, nec raro etiam nomen coniugij, à Patribus de incarnationis myste-

d l. 1. de oper. Spirit. sanct. c. 8.

e de resur. carnis, c. 15.

rio agentibus adhibeatur, vt supra monstra-tum est.

10. Iam qui tempus & locum connubij à Christo cum Ecclesia celebrati, assignant cœ-naculum & cœnam postremam, spectare for-tassis voluerunt, sponsalium propositorum extensionem ad singulas humanitates fide-lium. Quod enim egregiè notauit S. Chryso-stomus \*. [ Vnicuique fidelium se Christus per mysterium, (sive Eucharistiam) admiscet, hoc singulis rursus persuadens, quod car-nem nostram assumpserit. ] Itaque quod nec decuit nec oportuit hypostatice fieri noquad omnes, exuberantissima Christi bonitas, in-stitutione Eucharistiæ diffudit ad vniuersos: Ita vt vnicus quidem sit, in cuius humanitate subsistat diuina Verbi personalitas, isque so-lus inter homines dicatur propriè & substan-tialiter Deus, ad omnes tamen quadrantibus beneficio Eucharistiæ transeat illa Davidis compellatio, *Ego dixi Dñs estis, & Filij excelsi omnes.* Præclare in notauit Damascenus † Et possunt eodem aptari nonnulla ex iis quæ habet B. Hildegardes de parallelis mysterio-rum Incarnationis & Eucharistiæ \*. Extra dubium videtur ad eam extensionem vnionis hypostatice ad singulos homines, respexisse eos qui in Eucharistiæ institutione celebra-tum Christi nobiscum connubium dixerunt; quod per Eucharistiam, fians singuli cum Christo vna caro. Vnde quia coniuges per matrimonij vsum & mixturam feminum, sunt, vna caro vt D. Chryso-stomus f expli-catissime tradit; per Eucharistiæ verò vsum, finis Christo concorporei, vt loquitur Cy-rillus Hierosolymitanus g: nec secus misce-mur cum Christo, quàm cera per liquefactio-nem, ceræ iungatur; aut quàm fermentum massæ cui immittitur; quæ sunt præclaræ in hanc rem comparationes Cyrilli Alexandri-ni h; Inde factum est, vt aliqui Eucharistiæ vsum, connubij Christi nobiscum consum-mationem esse pronunciarunt; eòque ipsos institutionem Eucharistiæ pro celebratione coniugij, agnouisse videantur. Ita Theodoretus circa illud Cant. 1. *Osculetur me osculo oris sui.* Benè in eandem sententiam S. Ephrem i alloquens Christum. [ Quicumque mysterijs tuis indignus accesserit, suam animam ipse condemnat non *σζυζωον*, id est castificans se, vt cœlestem Regem atque immortalem spon-sum sui pectoris purissimis suscipiat thalamo. Nam anima nostra sponsa est immortalis sponsi: copulæ autem nuptiarum, cœlestia sacramenta sunt, quia cum manducamus eius corpus, & sanguinem bibimus, ipse in nobis est, & nos in eo. Attende ergo te ipsum frater. Festina vt thalamum cordis tui iugiter virtuti-bus exornes, vt mansionem cum benedicto Parte apud ite facias. ]

\* hom. 83. in Matth.

† lib. 4. sul. c. 14.

\* lib. 1. reuel. vision. 6. à n. 7.

f homil. 18. in Epist. 1. ad Cor.

g catech. 4. in mystago.

h lib. 4. in Ioan. c. 17.

i lib. de iudi-cio extremo & comp.

k in sympos. decem virg.

CAP. I. *Connubium Christi & Ecclesia.*

Excipit autem illud semen Ecclesia, & format instar vxoris ad generandam virtutem, & alendam. Hac enim ratione impletur illud, *Crescit, & multiplicamini*, capiente Ecclesia incrementum per congressum & communio-nem verbi; quod adhuc ad nos se demittit & soporem capit secundum commemorationem passionis. Non enim potest Ecclesia ali-ter concipere credentes, & regenerare per lau-acrum regenerationis; nisi & Christus pro-pter eos se exinaniens, vt capi possit secundum commemorationem passionis, (vt dixi) iterum moriatur descendens de cœlo; adhærensque vxori suæ præbeat virtutem quandam late-ris sui, vt augeantur qui in eo ædificati sunt omnes per lauacrum regenerationis. ] Alios in eam sententiam Patres laudat Tur-rianus l.

l lib. 2. de Eu-char cap. 7.

Aptius fortassis (expeditius certè) quis dixerit, Eucharistiæ institutionem in cœnaculo & suprema ac nuptiali cœna longè magnifi-centissima, ad Christi coniugium etiam cum Ecclesia vniuersa, referri vt exhibitionem sponsalitiæ largitatis & artharum pronuba-lium, quod ferunt illa Laurentij Iustiniani de Christi munificentia erga Ecclesiam m. [ Cui etiam (Ecclesia) pro amoris pignore, proque fœdere maritali, corporis & sanguinis sui sacramenta concessit, vt non solum in spiritu verum etiam essent duo in carne vna. ] Pulchrè ad eandem mentem S. Chryso-stomus n agens de Christo sponso & dote tributa sponsæ *ἀντιἀρρακάτως.* [ Dedit (inquit) ei veniam pecca-torum, remissionem supplicij, iustitiam, san-ctificationem, redemptionem, *σῶμα θεοδότην* τράπεζαν δεῖαν *πνευμαδότην*, id est corpus Do-minicum, mensam diuinam, spiritualem.

m lib. de tri-umph. Christi. agone, c. 2. n. 3.

n homil. in il-lud *Aspirat. Regina.*

V. *Ἐπαύλια.*

o apud pho-cis, Cod. So.

runt. Hæc tamen tanta tamque inter mortales miranda magnificentia pompa, diues egestas meritò audiatur, si cum pronubalibus hinc Chri-sti donis, & arthris sponsalitiis in Eucharistia exhibitis componatur. [ Eucharistiam cum dico (ait Chryso-stomus p) omnem Dei benigni-tatis thesaurum apperio. ] At nemo vel si apertè insaniat, omnem Dei thesaurum cum humana quauis opulentia auferre conferre. Nihil in Dei cimeliis, his donis locupletius, his muneribus pretiosius. *Quod est bonum eius*, exclamabat tantæ opulentia præsci-us Zacharias, *vel quod pulchrum eius, nisi frum-entum electorum?* Tenet igitur Eucharistia locum artharum nuptialium, vel largitatis sponsalitiæ coniugio interdum præcurrentis, & eatenus ad nuptias Christi cum Ecclesia pertinet.

q homil. 24. in 1. Cor. cap. 4.

11. Plenam dotem in passione esse annu-meratam dixit Hilarius Arclatenis q. Ideo-que quod Sephora marito per fufum à se filij sanguinem morti subducto, aula est dicere, *sponsus sanguinum tu mihi es*; iure mul-to potiore Christus Dominus, Ecclesiæ spon-sæ suæ dicere possit, *sponsa sanguinum tu mihi es.* Cohæret id omnino rectè cum antiquo vsu emendi vxores, de quo plenè ex variis scripturis Pineda r. Sic Osee 2. dotale pre-tium ad aperiendam adulteræ spem, assigna-tur à Deo, vallis Achor. Ipse Osee c. 3. de vxore Dei iussu à se comparata, *Fodi* (inquit) *eam mihi, quindecim argenteis.* Vbi verbum Hebræum quod interpret expressit per *fodi*, aequè verè poterat, *emi*, vel *acquisiui pretio.* Sicut Genes. 50. ager pecunia acquisitus atque coemptus (vt scribitur cap. 49.) dicitur *fossus*. Fodit ergo sibi vxorem Osee, id est compa-rauit pretio quemadmodum Sichem Genes. 34. Dinæ sibi emere voluit, quantumvis aucta dote & postulatis muneribus: ipsèque Dinæ pater Iacob, vtramlibet primariam vxorem, Rachelem ac Liam, septenni seruitiò emerat Genes. 29. & Dauid Micholem sibi desponit centum præputiis Philistinorum. In Syriaco Matthæi contextu, vbi nos habemus B. Vir-ginè fuisse Iosepho desponsatam, Syri legunt, *coemptam*. Plurima ex profanis in hæc reu da-bunt Tiraquellus s, atque Brissonius t. Ex eo itaque pisco vsu, Christus sponsam sibi com-parauit magno pretio, sanguinis scilicet om-nem æstimationem superantis, in passione effusi. Et idcirco Ecclesia Actor. 20. dicitur *acquisita*, id est *coempta* Dei sanguine; & Petrus Christianum populum vocat *populum ac-quisitionis*. Vult S. Augustinus u, Christianum attentum esse in hoc facto, cum hoc ho-nore Dei & laude maiestatis eius, ac cha-

q hom. 7. de nupt.

r lib. 5. de Sa-lom. c. 2. n. 5.

s ad l. 4. coe-mp. nub. tract. de ritib. nupt.

t tract. 8. in Ioan.

u tract. 8. in Ioan.



CAP. I. *Connubium Christi & Ecclesie.*

\* lib. 4. de Symbol. c. vlt.

terā. Dominus autem securus moriens dedit sanguinem suum pro ea quam resurgens haberet. [Et alio loco x. [Ecclesia mater est spiritalis. Ecclesia sponsa Christi est, gratia eius dealbata, pretioso sanguine dotata. Totum possidet quod a viro suo accepit in dote. Lego tabulas matrimoniales eius.] Philippus Abbas, de hac eadem sanguinea dote, hæc habet. [Patefacto vitæ fonte, mictione militis, manavit pretium nostræ redemptionis; atque conscisso thesauri sacculo, sponsalis margariti egressa est plenitudo. Dotalis etiam pacti supra crucem scripti stipulatio, in pulcherrimo Hebraicis, Græcis, Latinisque expressa literis, apparuit albo.]

12. Hæc de cruenta dote spontæ Christi, prænumerata in passione, non grauatè admitto. Inde tamen non potest rectè inferri, Christi & Ecclesie nuptias per id tempus esse celebratas: cum Ecclesia Christiana tunc nondum esset, & ex perfosso Christi latere, vt Eua ex Adamo dominente, e ducta sit iuxta Patres. At Adami cum Eua coniugium, non fuit celebratum quando costa Adamo exempta est: ac ne tunc quidem cum ea colla conformata & ædificata est in mulierem, inditæque rationali spiritu animata, quod clam Adamo gestum est: sed tunc tantum celebratum est Adami & Eua connubium, cum Deus Euam adduxit ad Adamum, & ambobus benedixit, dicens, *Crescite & multiplicamini.* Neque igitur nuptiæ Christi & Ecclesie tunc celebratæ sunt, cum Christus mortem pro nobis admisit in cruce; quamuis tunc plena dos futuræ vxoris sit constituta & prænumerata. Et quod in contrarium superius vrgebatur, facile expeditur. Nam legem Mosaicam in puncto mortis Christi cuignisse: vnâque mortuam esse Synagogam, non eo inficias. Palpitauit tamen ad tempus aliquod (vt sic dicam) Synagoga: & vt eius honori consuleretur, decentiûque esseretur, non illico subinducta est nona sponsa, Christiana Ecclesia; sed post aliquam moram, intra quam solemnes matrimonij proximè celebrandi proclamationes adhibitæ sunt, & conformationis ac exornationi futuræ vxoris impensa opera. Sanè Assuerum, quas destinasset thori confortes, non admisit ad suam societatem nisi prius per integrum annum in gynæceo, comptæ, inunctæ, & omni mundo expolitæ fuissent, docet Estheris historia. Similiter ergo Christiana Ecclesia, cuius rudimenta & inchoamenta in B. Virgine, & Apostolico collegio, cæterisque Christi discipulis præiacebant, denunciato post Christi anastasin proximè subsecuturo connubio, in mandatis habuit ablegatæ à se impedimenta omnia tantum coniugium dedecentia, & omni se accuratione ad nuptias excolere. In quam rem non parum contulit, accessio noua donorum facta à Christo in cælos subuecto. *Accepit enim dona in hominibus*, iuxta Psalmem; id est Ecclesiam per noua dona Spiritus sancti, plenæ effusioni præcurrentia, aptauit atque disposuit ad cælestem connubium. Hi igitur sunt termini, intra quos Christus, cælebs (vt ita dicam) fuit, & absque sponsa de præfenti.

13. Consecratæ tandem sunt in Pentecoste nuptiæ Christi cum Ecclesia; in cœnaculo in quo homines simul ferè centum viginti, prætolantes tantam Dei genus humanum beneficentiam, consistebant ex Christi monito. Nec refert quod tunc Christus, abesse corpore, subuectus antea in cœlum. Affuit quippe per Spiritum sanctum veluti procuratorem: nec desiderata est moralis præsentia, qua se Christus ad consummationem vsque seculi nobiscum in terris fore receperat, Matth. 28. Dicta ergo die, lex Mosaiica quæ Christo commortua, tamen illuc vsque non mortifera perstiterat, cepit exinde mortifera esse, seclusa ignorantia inuincibili, & per eius abrogationem, legis nouæ promulgationi ac obligationi initium datum est, simulque constituta Christiana Ecclesia, eiusque cum Christo connubium celebratum. Cum primum enim accepit esse, etiam si tum primum nascens, euecta est ad Christi connubium, quia nihilominus iam tunc nubilis, & Christo viro matura fuit, vt annorant DD. ad illud Cant. 8. *Sovor nustra paruula est, & vbera non habet.* Accepit porro esse Christiana Ecclesia, cum primum lex Christi promulgata est, tanquam deinceps ab omnibus suscipienda ex necessitate; quod contigit in Pentecoste. Tunc enim impellente Spiritu sancto, Apostoli qui ad eam diem meticulosè prædicatione abstinerant, publicè celebrant Christum Messiam, & baptismi ostium quo in Ecclesiam subeundum esse referant, tanti Sacramenti necessitate, palam & aperte denunciata per Apostolorum Principem atque collegas.

Non nego quin aliqua Baptismi necessitas ante Pentecostem habuerit locum. A puncto enim mortis Christi, in quo consummatis omnibus, & confirmato per Testatoris obitum Testamento nouo, lex antiqua expirauit iuxta Apostolum Hebr. 7. 8. & 10. verum est, iniectam esse omnibus exinde iustificandis, necessitatem Baptismi, quæ dicitur *necessitas medij* consequens diuinam institutionem; & adeo vrgens, vt ab ea non exoleret ignorantia insuperabilis & inculpabilis, quæ à necessitate per legitimum præceptum iniecta, excusare potuisset. Quotquot igitur à puncto mortis Christi, iustificandi fuerunt, ob inductam ex tunc necessitatem medij respectu baptismi, nulla ratione id assequi valuerunt absque Baptismo Christi, eiusve conuictis supplementis (ratione quorum vota baptismi appellantur) si adulti fuerunt. Quoad paruulos autem, ex parentum errore inuincibili destitutos baptismi, potuisse ad tempus aliquod adhiberi fructuose circuncisionem, vel remedium legis naturæ, supplente Deo susceptionem iam euandam remedium illorum in gratiam prolis innocuæ & bonæ fidei parentum, censeat Molina\*: An rectè, & consequenter ad necessitatem medij à puncto mortis Christi admittam, dicendum alibi. Existimo porro DD. illos qui indistinctè dixerunt Baptismum Christianum cepisse esse necessarium à puncto mortis Christi, egisse de hac necessitate medij, quæ sola, nondum promulgata lege locum habere potuit. Asserunt autem indi-

\* Tract 7. de iust. disp. 62. n. 6.

3. p. 9. 66. art. 2. 1. 2. d. 7. q. 8. p. 1. c. 1. 2. tract. 14. d. 23. n. 28. & d. 23. n. item 28. d. tract. de kg. c. 4. q. 9.

hom. 6. in fine. f. lib. de oper. Trinit. in 4. Reg. circa Psal. 92.

§ Serm. 182. de temp. h. q. 23. i homil. 14. in ad Rom.

CAP. I. *Connubium Christi & Ecclesie.*

stinctè, Baptismum ex tunc fuisse necessarium, S. Thomas, Valentina b, Salas, & Becanus d, & alij. Tamen quia lex noua non fuit publicè promulgata ante diem Pentecostes, nulla præcepti necessitas induci per eam potuit ante illud tempus. Neque enim lex in ratione legis ac præcepti, obligare potest nisi innoscat; innoscat autem sola promulgatione publica & solemnè, quæ in re præfenti facta duntaxat est in die Pentecostes quoad Hierosolymitanis; pedentim verò facta est quoad reliquos mortales; intra illud tempus quo lex Christi potuit toto orbe disseminari. Nam etiam si per accidens non sit promulgata, tamen elapsò tempore quo promulgata potuit, censetur promulgata. Itaque non prius iniecta est necessitas præcepti de susceptione Baptismi Christi, quam tuba Euangelica in Pentecoste insonuit, denunciataque est ciuibus Hierosolymitanis, Christianæ legis & Baptismi ad eam ipitiantis necessitas. De qua necessitate præcepti, accipio Doctores illos qui indistinctè dicunt necessitatem Baptismi, cepisse tantum in Pentecoste, quod cum S. Bernardo epist. 77. tradunt Suares 9. de leg. cap. 22. n. 2. & l. 10. cap. 4. à n. 6. Bellarminus lib. de baptis. c. 5. propos. 4. Coninck 3. p. q. 68. n. 24. & Bonacina q. 2. de bapt. p. 2. n. 12. Constat autem non prius esse fundatam & constitutam Ecclesiam Christianam, quam necessitas præcepti respectu legis nouæ atque baptismi iniecta publicè esset, saltem alicubi, quod factum primò est in Pentecoste. Ea ergo die Christiana Ecclesia, (vt probandum susceperat) accepit esse, & constituta ac fundata est: quod disertè agnoscit S. Macarius e vocans idcirco Pentecostem, *nomi mundi natalem*: & subscribit Rupertus f glossans titulum Psalmi 92. *Laus Cantici David, in die ante Sabbatum* quando fundata est Ecclesia.

14. Euellendus est scrupulus in contrarium, est eo quod ante Pentecostem fuerint benè multi filij Dei: nec pauci quoque ante Pentecostem, beneficium diuinæ adoptionis, per Christi baptismum sint consecuti. Nam obtrigisse quibusdam ante Pentecostem Baptismum Christi, in confesso est. Baptismum autem Christi fuisse semper feracem gratiæ, ac filios Dei effectisse qui eo initiabantur, est extra controuersiam. Nam Patres, passim hoc discrimen assignant inter Baptista & Christi baptismum, quod ille vi quidem sua esset mera fordium carnis depositio, non conscientie bonæ interrogatio in Deum: contra quam statuunt de Christi baptismi, etiam priusquam ex obligatione susceperetur.

Hic scrupulus facile exinetur, dicendo eos qui ante primam Pentecostem Christianam, gratiam sunt adepti, siue vi Baptismi Christi, siue quomodolibet aliter, imprimis non fuisse habitos & educatos vt filios, sed veluti verbas & seruos; austero Pædagogo fuisse concreditos, in quam rem vidèdus D. Augustinus g & Hilarius Diaconus verus Autor qq. veteris ac noni Testamenti suppositarum Augustino h optimèque & fusè Chrylostomus i. Deinde quamuis reipfa erant filij Dei adoptiui, non

Theophili Raymundi Pontificia.

tamen ex Ecclesia Christiana coniuge primaria, sed ex anteriore coniuge secundaria; postea deserta; quales sponas Deo fuisse ab orbis initio, docemur ex scripturis. [Non enim tu mihi (inquit Origenes homil. in Cant.) ex aduentu Saluatoris in carne, sponsam dici aut Ecclesiam putes, sed ab initio humani generis, & ab ipsa constitutione mundi. Imo vt Paulo duce altius mysterij huius originem repetam, ante etiam constitutionem mundi. Sic enim dicit ipse, *Sicut elegit nos in Christo ante constitutionem mundi, vt essemus sancti, & immaculati coram ipso, in charitate, prædestinans nos in adoptionem filiorum.* Sed & in Psalmis scribitur, *memento congregationis tuae Domine, quam congregasti ab initio.* Prima etenim fundamenta congregationis Ecclesie, statim ab initio sunt posita; vnde & Apostolus dicit, ædificari Ecclesiam non solum super Apostolorum fundamentum, sed etiam Prophetarum. Inter Prophetas autem numeratur & Adam, quia magnum mysterium prophetauit in Christo, & in Ecclesia dicens, *Propter hoc relinquet homo patrem suum, & matrem suam, & adhaerebit uxori sue, & erunt ambo in carne vna.* Euidenter enim de his dictis eius, dicit Apostolus, *Quia mysterium hoc magnum est. Ego autem dico in Christo, & in Ecclesia.* Sed & idem Apostolus cum dicit, *Sic enim Ecclesiam dilexit, vt semetipsum traderet pro ea sanctificans lauacro aquæ*, non vtique ostendit eam prius non fuisse. Quomodo enim dilexisset eam quæ non erat? Sed eam sine dubio dilexit quæ erat. Erat autem in omnibus sanctis, qui ab initio seculi fuerunt facti: Diligens igitur eam, venit ad eam. Et sicut pueri sui communicauerunt carni, & sanguini similiter, & ipse particeps factus est eorum, ac semetipsum pro eis tradidit; ipsi enim erant Ecclesia quam dilexit, vt eam vel numerositate augetet, vel virtutibus excoleret, vel perfectionis charitate, de terris transferret ad cœlum. Fuerunt igitur iam à mundi initio, sponse ex quibus Deus Filios adoptiuos suscipiebat. Nec ago de illis non sed diaboli sponis & vxoribus, vt Anastasius Sinaita appellat\* hoc est de sectis perditionis & infidelitatis, Dei se sponas falsò iactantibus; cum reuera non sint sponse Dei & pudicæ matronæ, sed infamia scorta quibus concubinarum nomen indidit S. Augustinus † sceditatè vocabuli tetrioris deuitans. Ago igitur de sponis legitimis, quas agnosco ante Christum, atque adeo ante constitutam Catholicam Ecclesiam; plures Deo fuisse. Verum hæc erant secundariæ sponse, qualis Abrahamo Agar; Iacobo Zelpha & Bala. Primaria verò sponsa, & verè columba atque perfecta, vna est, Ecclesia Christiana.

15. Sic coaluit sanctum illud & immaculatum verèque honorabile connubium Christi & Ecclesie Christiane, quo nullum perfectius, imo cui nullum æquale vnquam fuit: siue atcedamus prerogatiuas coniugum, sponsi præsertim, siue pacem inconcussam, & imperturbatam partium concordiam, nulla vel dissolutione vel seiuñctione temerabilem, siue amorè mutuum flagrantissimū; siue deniq; flores inarraccessibiles elegantissimæ & numerosissimæ prolis: quæ sunt capita omnia penes quæ lau-

N n dari

\* lib. 17. Hecæ.

† lib. 4. de Symbol. in fine.

CAP. I. *Connubium Christi & Ecclesie.*

\* Psal. 44. † Cant. 5.

dari ac prædicari connubium ritè initi potest. Sponsus totus desiderabilis, amabilis & decorus supra omnem æstimationem: cuius ornamenta cum apud Psaltem \*, tum apud Salomonem † proponuntur. Sunt autem adeò vulgata, vt fastidium in eis tempus consumere. Itaque obiter tantùm dico, quæ dotes in sponso maximè commendantur, omnes eximie, & singularem quadam ratione in hoc sponso eminere, speciem ac pulchritudinem bonæ valetudini subiunctam, vrbanitatem, comemque congressum, opulentiam & gloriam. Est enim speciosus forma præ filiis hominum, nec speciositate enerui & fœminea quæ bonum est euanidum & perbreui marcens, sed virili & mascula. Sanitatem verò consequitur nullis vnquam externis iniuriis, nulla intemperie interna labefactam, & cui ex quo sponso esse capit, nulla ex parte sit timendum; quippe qui iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Itaque non abiungat has nuptias amara mors sponsi, nec sponsa se viduam lugebit vnquam, sponsum habens nulla tentabilem inualetudine, imo immortalem & æternum. Eius placidissimum congressum, diffusa in labiis illius gratia, & melle dulcior oratio, acceptissimum facit. De eius gloria & diuitiis, præstat silere quàm pauca dicere, cum tales tantæque sint, vt nulla eis par esse possit oratio. Quamquam coniectura fieri de illis potest, ex eo quod Deus nihil dimiserit non subiectum Christo, & omnis creatura quæ in cælo & sub cælo est ac quæ sub terra, pangit ei gloriam: & quotquot à Deo honore & gloria donatur, decutiunt ante Christum coronas suas, vt Ioannes Apocal. 4. prodidit; eo ipso contestantes, illum se Regè, gloriæ agnoscere, gloriæ inquam totius qua fulgent, caput atque principium profiteri. Sponsi huius decora S. Hilarius carmine ad Apram filiam, (quod Venantius Fortunatus S. Hilarij germanum fœtum agnoscat malè adiudicante Erasino) egregiè expressit: Et optime quoque Liberius Papa, èa allocutione ad S. Ambrosij forem Marcellinam quæ apud ipsam S. Ambrosium \* legitur, cum eam Virginem in Natali Domini sacro flammeo obnuberet, Videndus item Petrus Damiani †, hunc sponsum totum desiderabilem & virtum electum ex millibus scitè describens Blanca Comitissæ.

\* lib. 3. de Virg. initio. † opulsc. 50. c. 4.

† homil. 1. in Cant.

16. Sponsæ haud dissimilia sunt decora, proportionè seruata. Nam quamuis immenso interuallo à sponsi ornamentis & dotibus elongatur, tamen sponsi benignitate, iis donata & ditata est prerogatiuis, quæ tam eximij sponsi sponsam deceant, ita vt quantumvis ex se esset abiecta & deformis, proculque esset à censu & opibus tantæ sponsæ conuenientibus, tamen sponsi magnificentissima charitate, nihil in ea ad omnem pulchritudinem & elegantiam, opulentiamque desideretur. Idè se ipsam profertur nigram, sed formosam id est interprete Gregorio Nysseno †, ex se fœdam & nigram, peccato ac tenebrosis operibus atram, beneficio autem sponsi elegantem ac nitidam. Dicit ergo, nigra sum sed formosa. [Nunc mihi informata fuit pulchritudo, propterea quod dilecta fuerim à recti-

tudine, sed scio me à principio non fuisse elegantem ac nitidam, sed nigram. Hanc autem atram ac tenebrosam quæ in me erat formam, mea fecit vita. Sed tamen cum illud essem, illa nostra tenebrarum similitudo transmutata est in formam pulchritudinis. Præmiserat hunc fuisse effectum diuinæ benignitatis, quæ sua puritate impertit Ecclesiam, commutata pulchritudine Ecclesie natiua.

Pari modo quæ priùs paupertissima erat, ad regias, (pudet verborum rei maiestatem non adæquantium;) ad diuinas opes euecta est, facta per hoc coniugium Augusta, & regni Christi quod per omnia patet, confors ac particeps. Idè Esaias, laborem Egypti & Sabaïm, omnes videlicet vndeunque diuitias in Ecclesia Christi sponsæ suam confluxuras gratulabatur, spondebatque fore, vt omnes prouinciæ subiectionem ei profiterentur, demissisque in terram vultibus adorantes, tanquam Regina cæli & Christi compari Augustæ, honorem ac venerationem deferrent. Quam pro veteri tenebrositate Athiopissa Mosi coniuncta, murmurantibus domesticis adumbrarar, vt S. Cyrillus lib. 2. de adorat. & S. Bernardus serm. 2. dom. 1. post octau. Epiphaniæ, annotarunt (ad Angelos rebelles ob posthabitu nature purè intellectualis splendorem, murmur illud haud ignobile Theologi retulerunt: hanc Rutha pauperula, Booz homini locupletissimo nupta, perque eas nuptias ad immensas opes euecta præsignauit, autoribus Chrysostramo, patque Ambrosio 9. Huius elegans est oratio. [Non alius sponsus, sed solus Christus est sponsus, de quo dixit Ioannes, Qui habet sponsam sponsus est. Illis igitur calceamentum soluitur, huic solui non potest, sicut dixit Ioannes; Non sum dignus soluere corrigiam calceamenti eius. Solus ergo Christus est sponsus, cui illa veniens ex gentibus sponsa ante inops atque ieiuna, sed iam Christi mense diues, innubat: quæ manipulos fœcundæ segetis, vbique reliquias gremio legat mentis interno, vt exhaustam illam viduam morte filij atque inopem defuncti populi matrem, nouis pascit alimentis, non relinquens distitutam viduam, & nouos quærens. Solus ergo Christus est sponsus, cui nec synagoga ipsa manipulos suæ messis inuidebat. ] Optima item est comparatio cum Rachel à S. Iustino adhibita †. Erat Rachel speciosissima, & abiens cum sponso, furata est Patris idola quibus innutrita fuerat. Fuit verò Rachel Iacobo cognatione iuncta, & moribus simillima. Nihil horum in Ecclesiam gentium ad Christum comparatam, non cadit perbellè.

p hom. 3. in Matth. 9 lib. 3. de fide, c. 5.

† in calce colloquij est Triphone.

17. Tanta sponsi ac sponsæ (quantum huic per purè creatam conditionem licet) similitudo, amorem flagrantissimum inter eos conciliavit. Est enim similitudo, mater amoris: & quo maior perfectiorque alicubi similitudo cernitur, eo incensior emittit amoris flammam, indubiam est. Sed sponsam vt infinitis partibus superiorem quoad omnes perfectiones, ita hac quoque in re superiorem infinitè esse, fatendum est. Nemo non videt quo suus eum erga sponsam affectus deiecerit. Ad extrema quæque pro coniugibus


CAP. 2. *Nostra & Ecclesia procreatio.*

\* Sermon. 92.

jugibus deuenisse plerisque viros præ amoris magnitudine, considerat Theophilus Antiochenus, lib. 2. ad Autol. & illustribus exemplis confirmat Plutarchus, lib. de miris amoris effect. Sed quid ea omnia ad Christi pro Ecclesia perfectiones? Tali tanque singulari amore præuentam se videns sponsa, quamquam æquare sponsi amorem non potest, nihil tamen prætermittit, quo redamari absesse, amantem prodar.

Quis in tanta amoris æstu, turbas & tixas vulgatis coniugiis perfamiliares suspicetur? Quis diffidiis in hoc connubium irrupturis, & pacem coniugum de more male temeraturis timeat? Rosa hæc est, absque spinis, qualem status innocentia tulisset: siue id de rosa materiali ad literam accipere placeat, cum SS. Eustachio † & Basilio homil. 11. quibus subscribit Leo Allatus †, siue mysticè duntaxat. Verè enim tunc coniugium vacasset iis aculeis punctionum & angorum quibus in presenti statu horrescit, vt latè præter ceteros alibi adductos prosequitur Chrysostramus †. Eorum aculeorum omnium, planè expers fuit semperque erit, Christi connubium cum Ecclesia Christiana. Nam etiam si sunt in Ecclesia, qui Christo quantum in ipsis est faceffunt negotium, & infami adulterio (quod extimescebat Tertullianus, lib. de anima, c. 42.) initam cum Christo sponso connubium incessant; hæc tamen maculæ ad speciale cuiusuis animæ cum Christo connubium pertinent; nuptialibus Christi & Ecclesie fœderibus ab omni semper dehonestatione liberis, & vsquequaque nitentibus. Sunt tamen etiam specialiter illi cum quavis anima connubio, sua decora; præ carnali, de quibus consulendus Chrysostramus.

† in exæm. pag. 10. † in notis ad dictum S. Eustachij locū. † I. de Mart. p. 1. c. 6. † I. de virgin. c. 57.



CAPVT II.

*Nostra ex Christi & Ecclesie coniugio generatio ac natiuitas in Baptismo.*



OSTREMVM decus coniugij Christum inter & Ecclesiam initi, proponebam flores ex coniugij hortu lectos, vt scite loquitur Clemens Alex. lib. 2. pædago. c. 8.

prolem inquam formosam & plurimam ex Christo patre & matre Ecclesia procreatam. Neque enim cadit in hoc coniugium ea infelicitas, cuius damnata coniugia, & olim in veteri Testamento maledicta atque probrosa, & in nouo minus fortunata semper sunt habita. Vigente quippe lege Moïsi, vilua absque libetis, diuinæ iræ & extremæ calamitatis argumentum præferebat. In lege autem gratiæ, quamuis sterilis & quæ non parit non maledicatur; imo si quæ fortè Pulcheria vel Chultheophili Raynaldi Pontificia.

negundes, prælegit nomen melius à filiis & filiabus, præcipua benedictione donetur; tamen quæ integritate carnis excidit, nec sperata è matrimonio pignora liberorum percepit, ea caret corona gratiarum quam liberi plectunt parenti fœcundæ, & nonnulli opprobrio est obnoxia. [Honor coniugij (ait Chrysostramus) & matrimonij dignitas, est procreatio dulcium liberorum: satis enim graue est, & satis triste, & virginitatis carere præmio, & filiorum solatia non habere: sustinere onera matrimonij, & ad fructum matrimonij non venire. Hinc est, quod gaudet à se ablatum sterilitatis opprobrium, dicendo; Quia sic mihi fecit Dominus in diebus, quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines. Quia hoc apud homines miserum computatur.]

Huiusmodi ergo opprobrium, Christus à sponsa sua auertit, tanto potentiùs, quanto fuit illi iam ab inita coniugali societate, soboles mirabilior ac numerosior & clarior. Nam & ipsa Ecclesia simul sibi est mater & filij vt disserit Augustinus, lib. 1. 99. Euang. c. 18. [Nam simul omnes quibus constat Ecclesia, mater dicitur; singuli autem iidem ipsi filij appellantur. Quare magno miraculo eadem hic soboles, quæ mater: & quod miraculum auget, cum primùm esse accipit, & coniux, & mater, & puerpera fuit absque procrastinatione. Siquidem ipsa die qua Ecclesia ad Christi coniugium euecta est, in Pentecostè inquam, incredibili fœcunditate copiosissimam; fœturam concepit, & quod Elaiam ini stuporem egit c. 66. Antequam parueret peperit, antequam veniret partus eius, peperit masculum. Quis audiuit vnquam tale, & quis vidit huic simile? Nūquid paruerit terra in die vna, aut parietur gens simul, quia paruerunt & peperit non filios suos? Rectè Genebrardus †, eum locum accipit, de subita & propè momentanea numerosissima sobolis procreatione ex Ecclesia matre, ad primam vocem Apostolorum. Annuneriatur prope fabulis, iactata Comitissæ Germanicæ fœcunditas, quæ vno partu liberos sex supra triginta viuos & incolumes produxerat, sub annum Christi 1200. Nam in Hollandiæ Comitissa quæ sequenti seculo trecentos sexaginta quinque edidit vno enixu proditur, agnoscent prodigium cœlestè, qui fidem ei narrationi non abrogant. Christiana Ecclesia vno partu initum coniugium mox subsecuto, & concepit simul & peperit ad tria millia; nec ibi iterit fœcunditas ad nonimestre, sed nouam ea ipsa die sobole sibi est gratulata.

† in Chron. secul. 1.

2. Fuit hæc clausula creationis orbis noui & secundæ Geneseos. Hoc aliquis cum non paucis Patribus, per Adami procreatione primam, tanquam nostræ ex Christi & Ecclesia generationis antitypam, velit expressum. Est enim per Christum & Ecclesiam, in hac quoque secunda Genesi, productus homo nouus. Nam sicut prima creatio fuisse manca, & præcipua sui parte deficiens, si post præmissam mundi supellestem, & instructam ac ornatum domum, vt Philo \* scitè differit, homo habitator non fuisset inductus in Palatium mundanum, ita secunda creatio, (quam Anastasius Sinaïta, lib. 7. hexaë. idcirco notat, seorsum à prima, & tanquam à Domino Deo, N n 2

\* in Comp.

C A P. II. Nostri de Christo & Eccles. pro creatio.

a lib. 3. c. 33. b 5. Strom. c. cotta Marcio. cap. 17. d. serm. 37. e. serm. 77. f. de errore profan. c. 26.

g. homil. 13. in Cant.

h. orat. 1. de telur.

i. lib. 1. hexaem.

x. lib. de Monog. c. 9.

\* serm. 134. de temp.

† in expof. hif. c. 6.

l. 4. Trin. c. 10.

m. hom. in S. Bape.

n. l. 9. in Ioan. c. 14. & l. 12. cap. 56.

o. lib. 6. de Trin. cap. 9. & 10.

p. Ruis disp. 66. de Trin. l. 3. & 4.

q. lib. de Spir. sanc. cap. 16.

r. serm. 10. in Pfal. 118.

s. q. 64. ad Antioch.

sive à Verbo iam composito factam, per iteratam descriptionem alioqui superfluum, fuisse expressam: ) hominem nouum habere debuit. Imo vt omnia instaurarentur in Christo, & ad suum initium reuocaretur & recapitularentur, vt Apostolus loquitur, quod S. Irenæus a, Clemens Alex. b, Tertullianus c, Ambrosius d, Chryfologus e, Iulius Firmicus f, iisdem lineis exquisitè factum monstrant; eadem ratione secunda hæc natio, populus quem creauit quem fecit Dominus, accepit esse; quæ primus homo in lucem venerat. Sicque per ea quæ Oeconomix tempore sunt facta, & vt Gregor. Nyssenus g animaduertit, per opificium mundi Ecclesiastici; intellecta sunt secula, Verbo Dei aprata. [ Nam opificium Ecclesie quasi quædam mundi creatio est, in qua secundum illam Vatis vocem, & cælum nouum creatur quod est firmamentum fidei in Christum vt Paulus loquitur, & terra noua paratur, quæ imbrem in se delatum bibat; & alius homo formatur, qui per generationem supernam renouatur ad imaginem creatoris: & luminarium natura fit alia, de quibus dicitur, Vos estis mundi lumen. ] Similia & distinctius alibi h, minutatim describens alterius procreationis initium, & noui mundi principium, per partes suas, cælum mysticum, terram, ætrem, mare, stellas, arbores, herbas, ac germia, ipsum denique hominem de nouo procreatum ad Dei similitudinem. Copiosos hac in parte fuisse veterum plerosque, Cosmopœciam vniuersam in Christo instauratam monstrantes, Papiam Hierapolytanum, Pantenum Alexandrinum, eiusque discipulum Clementem, Ammonium quoque vitum doctissimum, Anastasius Sinaita notauit i. Sed sisto in noui hominis productione per Christum in mystici mundi principio quando Deus vniuersa in Christo ad caput & initium reciprocavit, vt loquitur Tertullianus k: iuxta quem idcirco Christus [ a & o, summam & vltimam Græciæ litteras sibi induit, initij & finis concurrentium in se figuras. ] Hexaëmeron mysticum huic instituto accommodatum, exhibet concinnè S. Augustinus \*. 3. Aduertit perpulchre Petrus Damiani †, per plenam Spiritus sancti effusionem ceptam in Pentecoste, hominem ita nunc per duci ad esse diuinum, sicut olim per ducens est insufflante Deo, ad esse humanum. Eoque pertinet Christi rediuiui insufflatio, cum plenam Spiritus sancti communicationem ante occuparet. Quamquam enim S. Augustinus l, symbolum id esse censuit processionis Spiritus sancti, qui ex intimis Patris & Filij velut halitus emittitur; qua comparatione alijs quoque Patribus eam processionem significare placuit, vt Basilio m, Cyrillo n, Richardo o & c alijs quos allegat nuperus Theologus per eruditus p. At non minùs commodè, certè congruentius effectui remissionis peccatorum quem Christus tunc adumbratum volebat, asseruerunt alij Patres nominatimque Basilius q, Ambrosius r, Athanasius s, ea insufflatione expressam esse à Christo, animationem massæ nostræ, proportionalem illi primæ animationi, quæ æquè facta est insufflante Deo. Animati autem sumus, inmisso Spi-

ritu sancto mox à Christi Ascensione, iuxta illud nahum 2. Ascendit sufflans in faciem tuam. Sic enim legunt, & ad præsens institutum cum locum accommodant Cyrillus Hierosolymit. t & Augustinus u, vbi in vulgata editione aliter legitur, & alius sensus efficitur. Pulchre verò sanctus Ambrosius x expendens cum Psaltis versiculum, Manus tua Domine fecerunt me, & plasmauerunt me; secutus de more sanctum Hilarium y geminas illas manus, ait esse Christum & Spiritum sanctum, quibus adhibitis homo nouus à Deo plasmatur, & vitæ cœlesti ac supernaturali constituitur. Commodius verò Chryostomus z, Cosmopœciam mysticam ex Cardinalibus Christi operibus contextam describens, locum primum in eo diem senario tribuit Natiuitati Christi, quæ (vt ait) fuit radix festorum; eodemque sensu alibi \*, eam nominat festum festorum, ac festorum Metropolitum. Dies secunda iuxta eundem est Epiphania, quæ merito nominat maximam festiuitatem. Tertium locum assignat diei qua Christus mortem pro nobis oppetit, quæ ex decreto Constantini Magni apud Eusebium † hebdomadam recolit & festiua exigi debuit. Quartam sedem iuxta Chryostomum, sibi vendicat dies Resurrectionis Domini, quam ipse matrem festorum, Nazianzenus Regem dierum nominat \* verticem & arcem festorum omnium Epiphanius ‡. Quintæ diei Chryostomus \* adscribit ascensionem in cælum; quam diem alibi caput festorum, & festorum galerum; ac festiuitatum ornamentum appellat; & rationem reddit. [ Ornamentum enim corporis & superimpositum ipsi caput, ornamentum autem dierum festorum; celebritas Ascensionis. ] Eodem sensu Theodorus Studita †, idem festum vocat apicem festorum & festum festorum. Commodè verò quintus locus adscriptus est festiuitati Ascensionis Christi quæ quinta die hebdomadæ mundanæ contigit. Sextum locum in spirituali hexaëmero assignat Chryostomus, ei festo quo homo sicut die sexta primum conditus, ita emissio Dei Spiritu creatus est in iustitia & sanctitate veritatis; post quem relinquunt tantum sabbatismus populo Dei. Eum diem ait esse diem Pentecostes. Metropolitum festorum vocat alio loco \*. Eusebius † appellat, omnium celebratam principem & maximam. Quamuis autem dies Pentecostes qua Spiritus sanctus solempniter effusus est, fuerit dies Dominica atque aded prima non sexta hebdomadæ, qua contigit primum physice produci à Deo hominem; tamen quod neglecta ea materiali diuersitate dierum, agnoscat S. Chryostomus diem demissis de cælo Spiritus sancti, esse in hoc Festorum Hexaëmero sextam diem, & correspondere sextæ diei hebdomadæ, qua primum homo conditus est, perbellè confirmat quod diximus ex Petro Damiani, de homine spirituali in Christiana cosmopœcia, producto in pentecoste. 4. Benè ista profectò. Negari siquidem non potest, quin hæc secunda hominis creatio facta per Spiritum sanctum, respondeat productioni primi hominis in Cosmopœcia materiali; quatenus homo interior in mundi spiritalis

c. catech. 17. u. 18. ciuit. cap. 31. x. serm. 10. in Pfal. 18. y. ibidem.

z. hom. 4. de ascens. apud Voilium.

\* orat. de S. philog.

† l. 3. de vita Coult. an. esp. 18.

\* orat. 19. † orat. de re-

\* homil. 8. de ascens. apud Voil.

† serm. 7. & 8. cat. ch.

\* serm. 2. de pent.

† l. 4. de vita Cōstan. c. 24.

spiritualis initio, insufflante in ipsum Christo, & spiritum suum emittente, creatus est renouataque terræ facies, sicut homo primus, productus fuerat sexta die, insufflante Deo & immittente in massam luteam spiritum vitæ. Hac igitur absolute loquendo rectè habent. Sed quod in naturali Cosmopœcia, primus Adam Christi antitypus, & vxor prima mater omnium viuentium, nihil ad primi hominis productionem contulerint ( vt per se liquet ) non apparet quomodò analogia generationis noui populi ex Christo & Ecclesia, (quam analogiam hic venamur) possit quoad rem præsentem ritè fundari in procreatione hominis primi. Non enim occurrit aliquid in prima hominis productione, cui nouæ prolis parentes Christus & Ecclesia, proportionaliter respondeant. Quare ea primi hominis per diuinam manum figuratio, & efformatio Eux ex eius costis, potest quidem proferrī tanquam correspondens procreationi secundi Adami, nempe Christi, & mysticæ coniugis eius siue Ecclesie: in quam rem cum alij superius adducti fuscè disputant, tùm latè & optimè Anastasius \*. Si tamen adumbranda sit nostra ex Christo patre & Ecclesia matre per Baptismum regeneratio, quod nunc intendimus; alium fundamentum quaerendum erit cui ea analogia inædificetur.

\* l. 9. hexaem. & seqq.

† lib. 11. hexaem.

\* Deltio & Cornet. in c. 3. Gen.

incommodat analogiæ, nequaquam ad analogiam seuerè exigendæ per omnia, quod memini monere Chryostomum \*. 6. Non vereor insimulari inhonestatis, componens carnale primorum coniugum commercium, cum spiritali & mystica Christi & Ecclesie copulatione: procreationem item liberorum ex Adamo & Eua, cum ioustra per Baptismum procreatione ex Christo & Ecclesia. Hanc ipsam enim analogiam à Spiritu sancto adhibitam, perpulchre notauit Clemens Alexandr. \* obseruans idcirco olim qui acubili & re vxoria surgebant, iustos esse baptizari, vt nostra per baptismum regeneratio præsignificaretur. Quem verò laeret, coniunctionem Osæ cum fornicaria, ipsamque etiam adulterium Dauidis \* cum Bethsabee, haberi pro typis coniunctionis Christi cum Ecclesia, vel Dei cum anima: Legendus sanctus Ambrosius \* & sanctus Gregorius †, ac D. Augustinus b, nec non Bledensis c. Ex recentioribus verò Sancius d. & Sherlogus e. Frustra verò in contrarium nititur Gulielmus Paris. f contendens, rem turpem & malam cuiusmodi fuit Dauidis adulterium, perpetram assumi vt typum rei bonæ; ita vt scelus, sit mysterium. Hoc iisdem retundunt fortius.

C A P. 2. Nostri de Christo & Ecclesia procreatio.

\* homil. 16. in ad Rom.

\* l. 3. Strom.

\* in apolog. p. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

d. in c. 1. Osæ

e. Antel. 1. f. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

g. l. 1. de matrim. c. 5. ad 6.

Si igitur fœdum commercium potuit esse typus rei sanctissimæ; quanto magis dicere liceat, vndecunque innoxiam & honorabilem primorum parentum commixtionem, & inde secutam liberorum susceptionem, imaginem fuisse coniunctionis Christi cum Ecclesia, vnde proditimus ad vitam gratiæ, & lucem æternitatis? Sanè olim priusquam Ecclesie decreto, præsentia Parochi ad confessionem matrimonij & gratiæ per illud collationem requireretur, accessus ad congregationem factus animo maritali, expressionem consensuum vtrinque ferens; gratiæ ex opere operato ferax erat, vt habet grauissimorum Theologorum sententia, quam rectè aduersus superiorum Sectariorum sannas, propugnat Belarminus g. Non abhorret igitur ab honestate, nec indignum aut indecens videri potest, si allegoria mysticæ nostræ ex Christo & Ecclesia procreationis implantetur actui, gratiæ aliquando ex opere operato feraci, quem libido non natura fœdauit. Sed expendamus ac illustremus sigillatim omnia, monstramusque, ex Christo & Ecclesia per Baptismum sacram prolem procreari, ad eum proportionem modum cum dissimili semper similitudine, quo genus mortalium ex Adamo & Eua ad vitam corpoream perituramque est procreatum.

7. Interuenire noui hominis generationem in re proposita, ostendere licet, innumeris Scripturarum testimonijs, & ratione non incongrua, & suffragio sapientum. Neque enim vnica est hominis natiuitas, vt rectè statuit Nazianzenus carmine ad Vitalianum, filiorum nomine sic canens. Non vnus tantum miseris mortalibus ortus. Contigit, emanans è carne ac sanguine, qualis. Est hominum, qui pascuntur, rapidaque metuntur.

g. l. 1. de matrim. c. 5. ad 6.

num. 6.

Cap. 2. Nostra de Christo & Eccles. procreatio.

Falce necis, tenuisque citi voluntur ad umbras. Primus hic est nobis ortus. At Paenitentis alter, Tum cum purifici lustratis rore lauacri Aduenit alherens splendor, qui pectora luce. Compleat. Extremus lacrymarum est atque doloris. Effugiem abstergens suctam crimine turpi. Primum horum tribuere patres; Deus ipse secundum Tu tibi postremi pater es, dans optima vita. Lumina.

Epist. 77. ad Constan.

cap. 1. homil. 10. hexaëd. n.

homil. 14. in Num.

de S. Virg. c. 10. hom. 15.

Epist. 3.

lib. c. 1.

centur. 1. ex variis, c. 76.

Prima & tertia hominis natiuitas ad hunc locum non pertinent. Itaque harendum est in secunda quæ fit per baptismum aquæ. Sed vt solidè rem exequamur; iaciendum est fundamentum ex S. Ambrosio b. [Sunt (inquit) in vno homine, duo homines, de quibus dictum est, etiam si quis foris est noster homo corrumpitur; sed qui intus est, renouatur de die in diem.] Eadem alibi diffusius Virginem instituentem. Profecit de more S. Ambrosius, ex D. Basilio, qui doctrinam ex D. Ambrosio propositam; ob signat hac clausula. [Introclusum itaque hunc habemus & arcanum hominem, deprehendimurque quadantenus esse duplices: ac proinde id verum, quod in omnium ore versatur, intus sumus.] Idem latè & pulchrè profequitur Origenes \* circa illud Num. 30. Homo, homo, quicumque noverit, & S. Hilarius ad illum Psalmi 118. manus tue fecerunt me, itemque Gregorius Nyssenus † & S. Macarius \*. Cum igitur sint in vnoquoque nostrum duo homines; duplicem ad nos formandos interuenisse generationem necesse est: vnã corpoream, qua exterior homo producit; spirituales alteram, qua homini interiori quem S. Petrus † absconditum cordis hominem nominat, esse internum confertur, gratia sanctificante constitutum: pene cuius esse collationem, dicimur nasci non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis aut viri, sed ex Deo, patre spirituum, vt loquitur Apostolus Hebr. 12. quia sicut quod natum est ex carne caro est, ita quod ex Deo, purissimo spiritu natum est, spiritus est, iuxta Christi ipsius oraculum Ioan. 3.

Sanè si Philosophis licuit, Patres se eorum profiteri, quos docebant doctos errores, nec veriti sunt eam doctrinã per sensus communicationem, donare generationis nomine vt Clemens Alexandr. est autor \*; multo iustius communicatio gratiæ sanctificantis diuinitus immittã in animæ penetralia, nomen generationis obtinebit; & qui eam fortietur, dici poterit concipi & nasci spiritualiter. Possumus non incongruam huius rei rationem, ducere ex vulgata apud Philosophos definitione generationis viucentium. Atunt enim generationem esse processionem viucentis à viuente in similitudinem naturæ. Quæ sit hęc similitudo natura, (cætera enim minus obscura sunt) monstrare licet ex verbis illis S. Maximi \*. [Gratia, diuinitas ex proportione.] Non ait, gratiam sanctificantem esse diuinitatem simpliciter & absolute. Est enim ens planè crea-

tum: vnde per eius communicationem, non confertur illa ipsa independentia & purissima actualitas, qua Deus in suo esse constituitur. Quod Ioannis Vincentij plusquam fabulosum figmentum, ferè frustra resellunt Recentiores; cum sit per se euident, creaturam nulla vi posse euadere actum purum, & accipere independentiam, sicut nulla vi, creatura potest esse Deus. Est igitur gratia, diuinitas duntaxat proportionalis, quatenus sicut Deus per diuinitatem constituitur in ratione Dei, indeque progerminant omnia diuina attributa: ita ex gratia sanctificante homini diuinitus indita, tanquam ex essentia quadam hominis supernaturalis exoriuntur virtutes supernaturales, eique debentur velut proprietates non aliter diuinis attributis correspondentes, quàm gratia earum radix correspondeat essentia. Sic fides & eius actus, correspondent lumini diuino & notitiæ Dei vt Deus est. Nam quamuis fides non nisi obscure attingat Deum, tamen fertur in illum vt in se est, absque medio creato quod sit ratio formalis attingendi, qui est modus notitiæ Deo proprius. Spes est participatio quædam illius propensissimæ inclinationis qua Deus in seipsum tanquam in bonum sibi congruentissimum (si fas est dicere) rapidissime precipitat. Quod medicamentum constantia, vt Synesius nominauit\*, vel vt loquitur Clemens Alexandrinus, fides sanguis, viuifico calore fidem fouendo ac vegetando, nobis fuit opportunissimum, ne ob tantam boni illius respectu nostri supereminentiã caderemus animis, nosque in eius prosecutione deficeret constantia. Charitas est participatio suauissimæ illius coniunctionis, qua Deus seipsum stringit per amorem sui super omnia. Idem proportione statuendum est de virtutibus moralibus per se infusis, quæ item debentur gratiæ sanctificantis tanquam proprietates essentia.

Proindeque gratia est in nobis quasi vicaria diuinitatis. Et quemadmodum virtutes infusæ, cum Theologicæ, tum morales, & actus secundi illarum, sunt participationes diuinarum attributorum prout concipiuntur sub ratione talis aut talis attributi, eaque ratione diuinam essentiam consequuntur; ita gratia sanctificans, diuinæ in nobis essentia: proportione correspondet, estque veluti forma totius, siue essentia hominis interni in corde absconditi iuxta Apostolum, qui per eam, hominem diuinæ naturæ consortem efficit, ideòque gratiam esse magnum ac pretiosum donum pronunciauit. Idem ferunt crebræ illæ Patrum locutiones, quibus homo gratia sanctificante exornatus, dicitur quadantenus in Deum transire, & Deus esse. Habet hoc discretè Thalassius \*. Habet S. Basilius, cuius illud ad Valentis Praefectum, forte responsum laudatur à Theologo †. [Deus sum, & Deus esse iubeor; creaturam Dei non adoro. [Videtur alios quos profert Ludouicus Carbo \*. Homo certè, peccando, dicitur excipere semen demoniacum, & transire aliquatenus in demonem, vt tradit Trismegistus †, & confirmat Occumenius \*. Quid igitur vetat dicere, hominem per diuinum semen transire in Deum,

Suar. 7. de grat. c. 1. n. 24.

lib. de infom.

hecat. 1. in fine. † Nazianz. orat. 20.

lib. de interiorio, h. c. 18. † in Astelepio.

1. Ioan. 3.

Epist. c. 1.

Eract. 80. in Ioan.

1. Ioan. 5.

1. c. 6. Varim.

Deum, & esse Deum, in quem generatur atque renascitur ad æternitatem vi diuini seminis incorruptibilis, vt loquitur Princeps Apostolorum, qui hoc semen, ait esse, verbum Dei.

8. Sed cum multiplex sit Dei Verbum; (est enim verbum personale increatum, est verbum scriptum ac traditum, siue diuina locutio, est verbum Sacramentale) si Apostoli quidem mentem spectemus, semen incorruptibile ex quo renati sumus, quod ait esse Verbum Dei viui & permanentis in æternum, non aliud esse videtur, quàm fides Christiana obiectiue sumpta, hoc est mytheria, quæ fidei nostræ obuerlantur, & assensus iisdem præstitus. Apostolus enim declarans quod sit Verbum illud fungens in nobis munere seminis diuini incorruptibilis, addit; hoc autem est verbum quod Euangelizatum est in vobis Quasi diceret; interuentu mytheriorum, quibus ex quo annunciata sunt fidem adhibuistis, consecuti estis vt in Dei filios euaderetis, & tanquam indito diuino semine, in Deo nascere-mini. Inter tam multa tamen verba in nobis euangelizata, quæ veluti diuina semina hominem ad immortalitatem in Christo procreant, eminent quoad hoc verba sacramentalis formæ Baptismi, quorum verborum accessu ad elementum, sit Sacramentum, vt dixit D. Augustinus †. His quippe verbis, aquæ ex se mortuæ adiunctis, velut semine masculino, sociato materiæ per matrem supeditatæ, vis confertur viuifica. Quanquam non ipsa verba nuda id habent, sed prout resperia & perfusa Christi sanguine, inibi conclusio per Christi institutionem, qua sanxit, intra illud vas ac veluti inuolucrum solemnium verborum, aquam cui adiunguntur sanctificantium, concludi moraliter merita sua, expressa per sanguinem fufum, tanquam per nobilissimam & primariam meritorum Christi materiã: ita vt non aliter mortales meritorum Christi participes efficerentur, quàm intinctione per aquam, verbis factis ad modum propositum Christi sanguine rubricatam. Quæ causa est, cur Apostolus † contestetur Christum venisse per aquam & sanguinem: & tria esse quæ vnum sunt in Baptismo, (id est quæ dissociari non possint, ita vt vnum ab altero abiunctum non possit, vt interpretatus est S. Ambrosius, lib. de iis qui inuiti. c. 4.) spiritum, aquam, & sanguinem. Inde Christiani omnes Porphyrogeniti, tanquam in Christi porphyra & domo purpuræ nati, quod insigniter expressit Theophanes Nyssenus apud Turrianum, lib. 2. de dogmat. charact. sub init.

9. Ex his apparet, cur regeneratio nostra specialiter tribuatur Christo patri nostro & non omnibus simul diuinis personis. Fit enim interuentu meritorum Christi, quæ personæ Verbi sunt peculiaris. Communicatio tamè diuinitatis participatæ, ac si fas est dicere naturæ nostræ supernaturalis, quæ communicatio regenerationem formaliter constituit æquè fit ab aliis diuinis personis, quia operationes ad extra, (cuiusmodi ista est) sunt indiuisæ, quippe manantes à scientia, voluntate & potentia, comuni omnibus diuinis personis. Et hoc est quod Idacius Clarus \* pro-

latis variis scripturis confirmat, Patrem & Filium ac Spiritum sanctum, æqualiter regenerare. Concinitque Gregorius Nyssenus †. Proptereaque meritò Christi institutio tulit, vt ad testandam nostram à Deo processionem per baptismum, in similitudinem proportionalis naturæ, omnes diuinæ personæ in forma Baptismi, verbisque solemnibus quibus aqua sanctificanda est, compellerentur ex nomine, singularim atque distinctè, quod semper tulit vsus Ecclesiæ. Nunquam enim Ecclesiã baptismum aliter contulit, quàm in plenam & adunatam Trinitatem, vt dixit S. Cyprianus epist. 73. benèque confirmant Fulgentius lib. de incar. cap. 11. ac Beda quæst. 14. ex variis, cui malè aliqui contrarium tribuunt, eo quod Actor. 10. vbi aliqui ab Apostolis in Christi nomine baptizati referuntur, admittere simpliciter videtur, baptismum in nudo Christi nomine collatum, validum esse atque legitimum. Id quod discretè tradere videtur S. Ambrosius lib. 1. de Spir. sanc. cap. 3. & cum allegans Nicolaus Papa, priuatum duntaxat Doctorem agens. Valuissetque id ad tempus, ob factam à Christo dispensandi ea in parte potestatem, agnoscent S. Thomas b alijque nonnulli c. Verum nihil est necesse comminisci dispensationem, meritissimo reiectam ab Arnacano lib. 8. de qq. Arm. à c. 3. tanquam pugnantem cum generalibus regulis, quæ absque vrgentissimo fundamento non sunt conuellendæ. Præterquam quod, ea dispensatio non satis cohæret cum forma Baptismi insinuata Actor 19. vbi Apostolus demirans quosdam qui se baptismo iniciatos profitebantur, aiebant tamen se non audisse, an esset Spiritus sanctus; subintulit; In quo ergo baptizati istis? Quæ interrogatio, aperte supponit tunc temporis adhiberi solitam in forma Baptismi explicitam Spiritus sancti, atque adeo etiam cæterarum diuinarum personarum appellationem. Et nihilominus statim subdit S. Lucas, Apostolum iussisse eos baptizari in nomine Domini Ies v. Ex quo patet, baptismum collatum in nomine Ies v, non excludere explicitam inuocationem singularium Augustissimæ Triadis personarum, quam fuisse in præcedente baptismo prætermittam, admirabatur Apostolus. Verus ergo sensus, quo per modum loquendi prædictum, non excluditur à Christiano Baptismo singularis mentio omnium personarum diuinarum, is est quem Facundus Hermianensis l. 1. cap. 3. Ferrandus Diaconus epist. ad Anatol. S. Eulogius apud Phorium, cap. 280. & S. Athanasius † tradiderunt; nempe baptismum dici collatum in Christi nomine, vel in nomine Ies v, quia conferebatur iuxta institutionem Christi, & ritum ab eo præscriptum.

Renascimur ergo in Baptismo, interueniente opera omnium diuinarum personarum, ratione voluntatis & potentia gratiam largientis, omnibus diuinis personis æquè communis. Quod interdum apud Patres dicitur, baptizari in nomine Patris, & Domini omnium, sumpto Patris nomine essentialiter, non notionaliter. Per nomen enim Patris & Domini omnium, intelligunt totam Sanctissimam Trinitatem,

Cap. 2. Nostra de Christo & Ecclesia procreatio.

† in orat. catech. c. 38.

cap. à quoniam Iudæo, de cõf. dist. 4. h. 3. p. 9. 66. art. 6. c. Castro v. baptizatus, har. 2. Val. 22. disp. 1. q. 1. p. 7. §. 43.

lib. de Trinit. Latine edito.



**CAP. 2.** Trinitatem, distinctè quoad singulas personas appellaram; cui nomen *Patris* essentialiter non notionaliter sumptum competit. Ita nominatum S. Iustinus, sub finem Apol. ad Anton. Qui addit, nullum præterea nomen eius adhiberi in Baptismo; quibus verbis excludere tantum voluit profana Gnosticorum ad vulgatam Baptismi formam additamenta, de quibus S. Irenæus lib. 1. c. 18. & Epiphanius hæc 34. Quanquam Iustinus cum & antea præmississet, & postea etiam subdat, filios voluntatis & scientiæ, renasci in nomine Dei Patris ac Domini omnium inuocato insuper IESU Seruatore, ac Spiritu sancto; potest dici; sumpsisse nomen Patris notionaliter prout scilicet denotat solam primam augustissimæ Trinitatis personam; cui appropriatur, sicut omnipotentia, ita & dominium omnium. Christianos autem sic natos pulchrè vocat *filios voluntatis & scientiæ*; quia cum in prima generatione, nascamur nescientes, & citra assensum ac voluntatem nostram; in hac secunda generatione, non sic contingit. Deus enim voluntariè genuit nos, contentientes inquam & volentes, & ipse quòque sciens ac volens quod generat, nos producit.

10. Liqueat de patre nostro in Baptismo. Christus enim specialiter dicitur pater noster, & pater futuri sæculi, ac sponsus maritusque matris è qua progignimur, ob fecunditatem tributam aquis per Christi sanguinem; siue per Christi meritam in passione, consummata; quam in rem perpulchrè philosophatur Nifsenus †. Et nihilominus quandoquidem gratiam & gloriam dabit Dominus, & effectio gratiæ qua regeneramur, prodit à diuina essentia omnibus diuinis personalitatibus æquè communi, certum est, nomen *Patris Nostri*, ad Deum adæquatè sumptum extendi oportere: & quidem exclusio quocunque alio, ita vt nulla pura creatura ad illius tituli confortium admittatur.

Dicimur quidem filij arietum, id est Apostolorum, vt Augustinus in Psal. 28. & Chrysologus Serm. 10. interpretantur. Ipsèque Apostolus profitetur se genuisse aliquos per Euangelium, & eorum non pædagogum sed Patrem fuisse. Illud item Psalms *dedit dona filiis hominum*, Tertullianus de filiis Apostolorum tanquam spiritualium Patrum exponit lib. 5. in Marc. c. 8. Apud creditum Prosperum lib. 2. de vita cont. cap. 2. in egregio panegyrico Episcopatus, Episcopi dicuntur. [Patres rege-neratorum in fide Catholica.] quod æquè habet S. Bernardus in serm. ad Pastores, agens cum Pastoribus in Synodo, & fusè exponitur confirmaturque à Chrysostomo l. 3. de sacer. cap. 5. Pulchrè idem tradit S. Ambrosius lib. 1. de offic. c. 7. reddens rationem cur de Officiis scriberet ad suos, sicut Tullius de iisdem ad filium scripserat. [Non alienum (inquit) duxi à nostro munere, vt & ipse scriberem. Et sicut Tullius ad erudiendum filium, ita ego quoque ad vos informandos filios meos. Neque enim minus vos diligo quos in Euangelio genui, quam si coniugio suscepissem. Non enim vehementior est natura ad diligendum, quam gratia. Plus certè diligere debemus

† in orat. catech. c. 35.

d Psal. 67.

quos perpetuè nobiscum putamus futuros, quam quos in hoc sæculo tantum. Illi de-generes nascuntur frequenter, qui dedecant patrem: vos autem elegimus, vt diligamus. Itaque illi necessitate diliguntur, quæ non satis idonea atque diuturna est ad perpetuitatem diligendi magistra: vos iudicio, quo magnum charitati pondus ad vim diligendi adiungitur, probare quos diligas, & diligere quos elegeris.]

11. Non nego, & Apostolos, & nauos Antistites, nomen Patrum nostrorum esse fortitros; & extendi etiam eam appellationem aliquando vterius ad quoscumque collaborantes Euangelio, non grauatè admitto. Verùm ea paternitas non est nisi ministerialis, quæ cum summo illo ac præcipuo iure quo Deus Pater noster audit; nequaquam colliditur. Optimè hoc vidit S. Augustinus, † agens cum Montano Episcopo Donatista. [Vbi se patrem dixit Apostolus ne ipsius Paternitatis veluti basem, humanam infirmitatem crederemus, addidit, per Euangelium ego vos genui. Semen ergo & vena seminis mei de Euangelio ducitur, &c. Pro salute æterna, pace Apostoli dixerim, imo iubente Apostolo dixerim, non pater meus Apostolus est ad salutem æternam qui mihi dicit, Ego platanus, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat est aliquid neque qui rigat sed qui incrementum dat Deus: de hoc Dominus dicit, Nolite vobis dicere Patrem in terra. Vtique sciuit dicturum Apostolum, Per Euangelium ego vos genui. Non enim Domino dicente ne vobis dicatis Patrem in terra contrarius futurus erat Apostolus dicens, Etsi multos habeatis pædagogos per Euangelium ego vos genui. Sed quia distinxit ad quam rem Patrem nobis constituerit Dominus, & pro qua honorificentia eum Apostolum possimus Patrem accipere, idco sic locutus est vt eius oratio non esset contraria Dominicæ veritati.] In breuiculo Collationis diei tertiæ, disertè dicitur. [Patrem ad fidem salutemque æternam, non esse nisi Deum.] Honorificentia tamen causa propter Euangelicum ministerium quod dispensabat, Apostolum dixisse se Patrem, quod eius imitatione faciunt alij collaborantes Euangelio.

12. Concluso cum Paciano †, qui præfatus, quomodo sicut per Adamum genitorem carnis nostræ eluio culpæ in totam progeniem effusa est, sic per Christum genitorem secundum, transfusam esse sanctimoniam in prolem ex nuptiis ab eo cum Ecclesia initis procreatam, subdit. [Et hæc sunt nuptiæ Domini vni carni coniunctæ vt secundum illud magnum Sacramentum fierent duo in carne vna, Christus & Ecclesia. Ex his nuptiis Christiana plebs nascitur veniente desuper Spiritu Domini, nostrarumque animarum substantiæ superfuso & admixto protinus semente cælesti, visceribus matris inolefcimus, alioque eius effusi viuificamur in Christo. Vnde Apostolus, *Primus Adam in animam viuientem, nouissimus Adam in spiritum viuificantem*. Sic generat Christus in Ecclesia per suos sacerdotes, vt ait idem Apostolus,

† collat. 5. n. 242.

† in paræno ad baptis.

*in Christo autem ego vos genui*. Atque ita Christi semen, id est Dei spiritus, nouum hominem alio matris agitatum, & partu fontis exceptum, manibus sacerdotis effundit, fide tamè pronuba. Neque enim aut inferus in Ecclesiam videbitur qui non creditur, aut genitus à Christo qui spiritum ipsius non recepit. Credendum est igitur posse nos nasci. Sic enim ait Philippus: *Si credis, potes*. Recipiendus est Christus vt generet: quia sic Ioannes Apostolus dicit: *Quosquor enim receperunt, dedit eis potestatem filios Dei fieri*.] Hoc quod ad nostram de Christo conceptionem & procreationem deposcit Paschasius, perpulchrè expressit verbis istis S. Macarius\*. [Dominus noster Iesus Christus de humana salute sollicitus, dispensationem omnem, studiumque à principio, Patrum, Patriarcharum, legis, ac Prophetarum ministerio peregit; postremò etiam ipse veniens, spreta crucis ignominia, mortem perulit, totusque labor ille & studium eius in eo fuit, vt ex seipso, è sua ipsius natura procrearet filius è spiritu superno, pergratum habens si nasceretur è sua Deitate. Et quo modo Patres carnis nisi genuerint anguntur, sic etiam Dominus qui dilexit hominum genus vt proprium sanguinem, voluit eos ex ipso semine diuino producere. Si qui ergo venire recusauerint ad talem generationem, & de ventre spiritus diuini nasci, dolorem non modicum suscipit Christus, qui illorum causa passus est, ac perulit vt eos seruat. Omnes enim homines vult Dominus hanc natiuitatem adipisci, quia mortuus est pro omnibus, omnesque vocauit ad vitam. Vita autem est, desuper ex Deo generatio, sine qua viuere nequit anima, vt inquit Dominus, *Nisi quis renatus fuerit desuper, non potest videre regnum Dei*. Vt è diuerso, quicumque Domino crediderint, & accedentes natiuitatè hanc consecuti fuerint, gaudium & exultationem summam in cælis ingerunt parentibus qui eos genuerunt. Cuncti denique Angeli, sanctæque virtutes lætantur de anima, quæ de spiritu nata est, & effecta spiritus.] De Patre filiorum Dei, non plura.

\* homil. 30. in iuo.

\* lib. 8. de princ. c. 19. † lib. 1. Pædag. c. 6.

† 6. thom.

stram, è qua orti, concepti, & in supernaturalem vitam editi sumus. *Matrem Christianorum, verissimam*, nominat S. Augustinus\*. Idque Psalmo 86. expressum esse, si receptam apud nonnullos lectionem sequamur illius versiculi, *mater Sion dicit homo*, obseruat ibi S. Hieronymus verbis illis. [Isti qui nati fuerunt in Ecclesia, credunt in Ecclesiam & nascuntur in Ecclesia. Nisi enim Baptizati fuerint, filij Ecclesiæ non erunt. Isti verò qui baptizati sunt in Ecclesia, matrem appellant Ecclesiam.] En ergo Ecclesiam, fideliū matrem, ac etiam Sanctum eius vterum. Quis iste?

Sanctus & impollutus eius vterus, est Baptismus aquæ. Eam quippe ex se emortuam materiam, nec in prolem si sola maneret, casualitatem, (quod maternum in naturali generatione officium redoler) suppeditat Ecclesia. Propterea S. Dionysius cap. 2. Eccles. Hierar. aquam vocat *adoptionis matrem*. Nec dissimiliter Chrysostomus in c. 4. ad Galat. *Lauacrum aquæ, vterus fidelium*. Et homil. 25. in Ioan. [Quod est matrix embryoni, hoc est fidei aqua. Siquidam in aqua fingitur & formatur. Nam primum dictam est, *producant aquæ reptile anime viuientis*. Ex quo autem Iordaniis alueum ingressus est Christus, non amplius reptilia animarum viuientium, sed animas rationales & spirituales aqua producit.] S. Cyprianus epist. 2. aquam Baptismi, eadem ex causa vocat *vndam genitalem* Zeno item Veronenfis a sapè vsurpat verba fontis, *alvei, vndæque genialis*, inuitans ad Baptisum. Idem alibi è ad eam mentem. [Ver sacrum, fontem debemus accipere: cuius diuite ex alueo, fauonio non vento, sed Spiritu sancto generatè, odorem diuinum beata spirantes fide, diuerso charismate sed vna natiuitate Ecclesiæ flores clarissimi, ac dulces nostri funduntur infantes.] Eodem modo, infantes per medium aquarum florescentes, & lilia noua de fonte plantata, memorat Chrysostomus homil. de resur. quæ incipit, *Maria veniens*, tractans titulum hortulani Christo per errorem à Magdalena tributum. Vterque verò ex his Patribus alludit ad flores ex Matrimonij prato lectos, iuxta phrasim Clementis Alexandrini lib. 2. pædag. c. 8. quod perinde est, ac Christiano genialis lauacri sobolem dicere, consentaneè ad illa S. Paulini epist. 12 ad Seuer.

**CAP. 2.** *Nostra d. Christo & Eccles. procreatio.*

\* lib. de mor. Eccles. c. 30.

† inuitat. 1. 4. 6. & 8. ad fontem. b serm. 1. pasch.

*Concipit vnda Deum, sanctamque liquoribus aluis.*  
*Edit ab æterno semine progeniem.*  
 Non dissimiliter S. Auitus f.  
*Cum purgata sacris deletur vnda fluentis,*  
*Emittiturque novam parientis Lympha lauacri.*  
*Prolem, post veteres quos edidit Eua renatus.*

f lib. 5.

Bracharius e concinnissimè id ipsum his verbis dixit. [Filius Domini nostri Ecclesiastici fontis vterus, & secreti perplexique vulua mysterij, parturiuit.] Agens de Victorini Rhetoris conuersione S. Augustinus l. 8. c. 6. c. 2. baptismumque ab eo denique susceptum referens, celebrat, *quod non erubuisse esse puer Christi, & infans fontis Dei, subiecto collo ad humilitatis iugum, & edomita fronte ad crucis opprobrium*. Quate iudice D. Augustino, infantes Christi, de baptismi fonte nascuntur, & accedentes

† epist. ad Ianuar.

**CAP. 2.** dentes ad gratiam, (sic enim mox nominat  
Nostra de  
Christo &  
Ecclesia  
procreatio.

accessum ad fontem Baptismi,) regenerantur  
in aquis. Ob hanc ipsam rationem, quia scilicet  
in Baptismi aquis nascimur. Tertullianus  
lib. de baptis. c. 1. Christianos vocat *pisciculos*,  
secundum *1. ad Rom. nostrum*: Alludens ad Sy-  
billinum de Christo Acrosticon, quo Chris-  
tus *1. ad Rom.* est denominatus, siue quia in mor-  
talitatis abyſſo viuis perſtitit, vt S. Auguſti-  
nus philoſophatur 18. ciuit. c. 23. ſiue vt tra-  
dunt Optatus lib. 3. *initio*, ac Proſper p. 2. de  
promiſſ. c. 39. quia quod vni Tobia ad mortus  
Angelica manu Callyonymus piſcis præſtitit,  
hoc Chriſtus innumeris mortalibus benefi-  
centiſſimè contulit, illuminans exoculos,  
& præſtans à demone ſecuros, qui priùs eius  
crudelitati patebant. Secundum ergo piſcem  
Chriſtum Chriſtiani piſciculi, quia ex aqua  
ſari acediti, in Chriſtiane vitæ lucem, de quo  
videndus item D. Auguſtinus b. In Miſſali  
Gothico poſt collatum baptiſmum proponi-  
tur oratio in qua Chriſtiani baptizati vocan-  
tur *amphiby*. Quo nomine vocantur anima-  
lia, & terreſtria & aquatilia. Eoque, ipſo, in-  
nuitur ſtatus Chriſtianorum poſt baptiſmum;  
qui quod ex aquis orti ſunt, redolent aquas, &  
ob naturæ fragilitatem, facilè terrenis impli-  
cantur. Niſi terrenos à primo ortu per Ada-  
mum terrigenam, aquatiles à ſecunda natiui-  
tate ex aquis dictos placent.

Eandem Eccleſiæ maternitatem ex Baptiſmi  
vtero bellè expreſſit Optatus, cum ſolius Bap-  
tiſmi mentionem facit in procreatione filio-  
rum Dei, ſic alloquens Parmenianum \*. [Cur  
de ſolis Eccleſiæ dotibus loqui voluisti & de  
Sanctis eius membris ac viſceribus tacuiſti,  
quæ ſunt procul dubio in Sacramentis, & in  
nominibus Trinitatis: Cui concurrit fides cre-  
dentium, & profeſſio quæ apud acta confici-  
tur Angelorum, vbi miſcetur cæleſtia &  
ſpiritualia ſemina, vt ſancto germine noua poſ-  
ſit renaſcentium indoles procreari: vt dum  
Trinitas cum fide concordat, qui natus fue-  
rat ſeculo, renaſcitur ſpiritualiter Deo. Sic fit  
hominum pater Deus; Sancta ſic fit mater Ec-  
cleſia.]

Non eſt omittendus Andreas Cretenſis qui  
deſcribens S. Patapij natales ſecernit duas  
Chriſtiani hominis natiuitates; eaſque egre-  
giè in hanc rem componit, his verbis. [S. Pa-  
tapium quodd quidem ſpectat ad carnem, The-  
bæ genuerunt; quod autem ad ſecundam il-  
lam natiuitatem attinet, genuit piſcina, com-  
munis omnium noſtrum mater. Illas quidem  
Nili frugum altoris confluento, habere glo-  
riatur Ægyptus, eique vicinas, humili vtique  
gloria, abiecta que; hanc autem cæli regia gra-  
tulatur, immortalis planè vitæ, diuitiarum-  
que omnium & gloriæ mercatorem. Ac ſanè.  
Quippè illa, rectè flumen in mare agit quod  
hancce eſcam corruptibilem impingauerit;  
hæc autem in perpetuum manentem bono-  
rum copiam fructu ſuggerit. Illa ignominia  
gloriam, carnumque obſcitatem; hæc gloriam  
indefectibilem ac myſticam contemplatio-  
nem promittit. Præbet illa aurum ac lapides  
pretioſos, hæc bona iis qui ſunt digni, à Spi-  
ritu præparata conciliat. Quid verò opus, pro-  
licum eſt? Illa & eſt Ægyptus, Ægyptusque

b ſerm. 134.  
de temp. in  
ſne.

\* lib. 2.

nuncupatur; hæc autem eſt piſcina, & no-  
men piſcinæ habet. Verum illa tenebras gignit  
& caliginem, hæc parit immateriatum  
lumen. Eſt illa peccatorum alitrix, hæc iuſtifi-  
cationum largitrix: Illa dux vitæ mortis; hæc  
ad immortalẽ vitam manu ducit. Illa vitio-  
rum artifex, hæc vacuitatis à vitii doctrix:  
Illa triftitia regio, hæc gaudij penus: Illa te-  
nebroſum vitiorum, hæc virtutis luminofum  
domicilium. Ex illa ergo vir beatus, quod  
ſpectat ad carnem, deſcendit; Ex hæc autem,  
quod ſpectat ad ſpiritum, ſpirituali ratione or-  
tum trahit.]

14. Eſt hic Baptiſmi vterus, ex parte matris  
per ſe ſufficiens ad ſecundam generationem  
& natiuitatem noſtram. Vnde à Clemente  
Alexandrino † Baptiſmus vocatur nomine  
*perfecti*. Nec audiendi ſunt qui ad integran-  
dum maternũ generationis & natiuitatis no-  
ſtræ ſpiritualis principium, adiungunt Bap-  
tiſmo Confirmationem quod Patianus velle vi-  
detur \*, cum ait: [Recipiendus eſt Chriſtus vt  
generet quia ſic Ioannes Apoftolus dicit: *Quot-  
quot eum receperunt, dedit eis poteſtatem filios  
Dei fieri*. Hæc autem cõpleri aliàs nequeunt,  
niſi lauacri & chriſmatis & Antiftitis Sacra-  
mento. Lauacro enim peccata purgantur, chriſ-  
mate ſanctus Spiritus ſuper funditur, vtraque  
verò iſta manu & ore Antiftitis impetramus;  
arque ita totus homo renaſcitur & innouat-  
ur in Chriſto.]

Hoc ſi accipiatur de neceſſitate Confirma-  
tionis ad regenerationem noſtram, quaſi Bap-  
tiſmus deficiente Confirmatione, ad eum ef-  
fectum præſtandum non ſufficiat, errore non  
vacat. Notantur illius erroris ab Alphonſo de  
Caſtro †, Claudius Taurinenſis & Armenij.  
Idem ſenſit Raymundus ille, cuius Articulus  
retulit Eymericus k. Paciani tamen lôgè alius  
ſenſus fuit; nempe idem qui multorum aliorũ  
Patrum, à quibus Sacramentum Confirmationis  
Baptiſmo adiungitur, tanquam eius com-  
plementum. Sic Melchiades Papa l, ait Bap-  
tiſmum & Confirmationem eſſe duo Sacramen-  
ta ita coniuncta, vt vnum abſque altero ritè  
perficere & conſummarè non poſſit. Eodem ſen-  
ſu S. Dionyſius m vocat Confirmationem, *ſe-  
croſantiam perfectionis diuine generationis*. Eſt  
quippe ſpirituale, collatum in regeneratione  
per Baptiſmum, perficitur & conſummatum,  
firmaturque per alterum illud Sacramentum,  
cui ab eo luculento effectu nomen *Confirma-  
tionis* eſt inditum, primò (quod ſciam) à S.  
Ambroſio n Similibuſque nominibus dona-  
tur ab aliis Patribus, quæ collegerunt Stepha-  
nus Durantus lib. 1. de rit. c. 20. n. 8. atque Mo-  
lanus tract. 4. Theolog. Præctice, cap. 6. De ea  
porrò confirmatione & roboratione, vulga-  
tiſſimo huius Sacramenti nomine ſignata, per-  
pulchrè Gulielmus Pariſ. tract. de confir. c. vni-  
co, & ſubiectis exemplis Cantipratanus lib. 2.  
Apum, c. 57. n. 32. necnon Turrianus ad 3.  
Conſt. Clem. c. 17. & Boſius lib. 2. de fig. c. vlt.

Quia verò firmitas & roboratio per Sacra-  
mentum Confirmationis collata, veluti obſi-  
gnat Baptiſmi effectum, idcirco & à S. Cy-  
priano epiſt. 73. vocatur *ſignaculũ Dominicum*,  
& à Cornelio Papa apud Eusebium 6. hiſt. c. 33.  
aliàs 35. *ſigillum Domini*. Neque verò confir-  
matio

† l. 1. prædag.  
c. 6.

\* ſerm. de  
baptif.

† V. Baptif.  
her. 7.  
x in Direc.  
2. p. q. 9. &  
26.

l epiſt. ad  
Hiſpan. c. 3.

m c. 4. Eccleſ.  
Hierar.

n lib. de in-  
tiand. c. 8.

matio *ſignaculi* aut *ſigilli* nomine donatur,  
quia conferat characterem: ſic enim Bap-  
tiſmus quoque & Ordo, ſimiliter denominatètur.

Denominatum ergo eſt Sacramentum Con-  
firmationis, *ſigillum* vel *ſignaculum*, quia con-  
ſummat, & quaſi obſignat Chriſtianiſmum  
in renatis firmans & roborans illos, vt per-  
fectè exequantur quod præſtare debent con-  
ſentaneè ad eſſe ſupernaturale præceptum,  
nullis deiecti minis aut hoſtilibus aſſultibus;  
à qua perfectione S. Ambroſius a Sacramen-  
tum Confirmationis appellat *perfectiorem*.  
Nec aliud voluerunt Clemens Papa b &  
Concilium Aurelianenſe c cum negarunt homi-  
ninem abſque Confirmationis Sacramento,  
eſſe plenè ac perfectè Chriſtianum. Eodem-  
que pertinent pleraque illuſtria huius Sacra-  
menti eſticia quæ legere licet apud Euche-  
rium d & apud Gratianum e. Quæ omnia ita  
demonſtrant Sacramenti Confirmationis vti-  
litate ad effectum prædictum, vt tamen  
non aſtruant tantam eius neceſſitatem, quan-  
tam erroneſe ſupra memorati inuenerunt;  
nempe vt niſi accedente Confirmatione, Bap-  
tiſmus regenerationem non conferat. Id enim  
nullo modo eſt admittendum. Imo graues  
Theologi f ſecurè pronunciant ſi abſit con-  
tempus, & ſpectata ſola intrinſeca obliga-  
tione Sacramento Confirmationis adiuncta,  
atque aded per ſe loquendo, nullum violari  
præceptum & nullum admitti peccatum,  
prætermittendo Sacramentum Confirmatio-  
nis, quod innuit S. Hieronymus g & probat,  
quia alioqui deſperandi eſſent, qui iam ba-  
ptizati moriuntur in vinculis priuſquam ab  
Epiſcopis inungantur, & Confirmationem  
ſuſcipiant. Quamquam hæc argumentatio  
aduèrſus erroneſe ſupra memoratos valida,  
contra iniectam recens à nonnullis neceſſi-  
tatem præcepti imbellis, facilèque declina-  
bilis per impotentiam neceſſitate præcepti  
exoluentem. Quare ratum eſto, Baptiſmum  
& neceſſarium & ſufficientem eſſe ad Filio-  
rum Dei generationem ex matre Eccleſia,  
etiã ſi deſit confirmatio, ita vt rectè à S.  
Chryſoſtomo dictum ſit, vnicum fidelium vte-  
rum eſſe lauacrum aquæ.

15. Cui aqua tantæ dignationis meruit  
officium? Nyſſenus oratione de Chriſti ba-  
ptiſmo cauſam petit ex munditiæ, quam aqua  
omnibus ſordidus impertit. Tertullianus lib.  
de baptiſmo capite ſecundo, in hac diſqui-  
ſitione multus eſt, quam nou vna ratione ex-  
haurit. Illa eſt perelegans. [Stulta mundi ele-  
git Deus vt confundat ſapientiam eius, præ-  
diſſicilia penes homines, facilia penes Deum.  
Nam ſi Deus & ſapiens & potens, quod  
etiã prætereuntes eum non negant; meritò  
in ſtultitia & impoſſibilitate, materias ope-  
rationis ſuæ inſtituit: quoniam virtus omnis  
ex his cauſam accipit, à quibus prouoca-  
tur.] Reliquas cauſas à Tertulliano ſubtex-  
tas, planiore Cyrelli Hieroſolymitani \* ora-  
tione repræſento. [Si quis (inquit) ſcire de-  
ſiderat, quare per aquam potius, quam per  
aliquod aliud elementum gratia detur, ſa-  
ceras Scripturas relegens, inueniet. Magnum  
enim quiddam eſt aqua, & ex quatuor mun-  
dani *Theophili Raynandi Pontificia*.

a l. 2. de Sa-  
gram. c. 2.

b epiſt. 1.  
c cap. 3.

d ſerm. in die  
Pentec.  
e de consecr.  
diſt. 5.

f Sines t. 3. 3.  
p. d. 38. l. 1.  
Ægid. 3. p. q.  
72. n. 91. Bo-  
nacia q. de  
confir. p. 2.  
n. 25. & latè  
Antonius  
Goffar. in  
Vindictis  
Sanctiſſimis  
g contra Lu-  
cifer.

\* catech. 3.

di elementis apparentibus pulcherrimum. CAP. 2.  
Angelorum habitaculum eſt cælum: atqui Noſtra de  
ex aquis ſunt cæli. Terra eſt hominum locus: Chriſto &  
atqui ex aquis etiam terra. Et ante omnem Eccleſ. pro-  
rerum creatarum, ſex illis diebus diſtinctio-  
nem, ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas. *procreatio.*  
Principium mundi aqua; principium Euan-  
gelij Iordaniſ. Liberatio Iſraëlis à Pharaone;  
per mare facta eſt: & liberatio à peccatis  
mundi, per lauacrum eſt aquæ in Verbo  
Dei. Vbiunque fœdus aliquod inter Deum  
& homines, ibi & aqua. ] Quod principium  
mundi aquam dixit, aded celebrabant Ægy-  
ptij teſte Vitruuio \* vt hydriam ad tem-  
plum religioſè referentes procumberent de-  
miſſimè, & ſublatis in cælum manibus, gratias  
numini de tanta benignitate ſupplices  
agerent. Mirum igitur non eſt, reſingendo  
homini adhibitam aquam, ex aqua & mundi  
primordia extiterunt, & homo quoque ſig-  
latus eſt, quippè ex materia humecta & lucida,  
(iuxta Tertullianum proximè laudatum)  
compactus. Non omitto concinnam illam  
rationem quam ſuppeditat Clemens Roma-  
nus \*, eiuſve Paraphraſtes veriùs quàm Inter-  
pres Ruſſinus: delectam ſcilicet fuiſſe aquam  
ad formationem fidelium, quod vitio primi  
parentis flagret in nobis caminus interior,  
vnde inge hominis viticomburium, cui re-  
ſtingendo commodum Chriſto viſum eſt,  
adhibere aquam: & in ea formari ac ex ea  
fundì voluit filios Dei, quos ex ſponſa Eccle-  
ſia ſuſcipit.

16. Satis hiſce verbis exprimo, quod ſu-  
perius inſinuaui, Eccleſiam per Baptiſmum;  
filiorum Dei, matrem ſimul ac puerperam,  
quod ſingulariſſimum & nulli noſtrati pro-  
creationi cõmune. Tertullianum † Catechu-  
menos vocare nonitiolos incipientes diuinis  
ſermonibus aures rigare, quique catuli infan-  
tiæ adhuc recentis, nec perfectis luminibus  
incerta rapiant; quibus verbis ſupponit Ca-  
techumenos ad minimum eſſe conceptos.  
Item ſcio D. Auguſtinum \* per proportionem  
aliquã inter vterum maternũ, & ſtatim infan-  
tis intra eum, cum ſtatu Catechumenorum, af-  
firmare Catechumenos eſſe in matris Ec-  
cleſiæ vtero, ibique conceptos hærete donec  
per baptiſmi partum educantur: Eſcas  
verò quibus intra eum vterum aluntur, has  
recentet. [Omnia Sacramenta, quæ acta ſunt  
& aguntur in vobis per miniſterium ſeruo-  
rum Dei exorcismiſ, orationibus, canticis ſpi-  
ritualibus, inſufflationibus, cilicio, inclinatio-  
ne ceruicium, humilitate pedum, pauor ipſe  
omni ſecuritate appetendus, hæc omnia (vt  
dixi eſca ſunt, quæ vos reficiunt in vtero;  
vt renatos ex baptiſmo, hilares vos exhibeat  
mater Chriſto.) Expreſſit Diuum Auguſti-  
num Iuo Carnot. eo ſermone quem de Neo-  
phytorũ Sacramentis habuit. Nimirum tam-  
eſt Baptiſmus omnem planè peccati rubi-  
ginem ſeipſo eradit, hominemque præſtat  
vſquequaque nitentem ac putum, vt pro-  
pterea ad id ſignificandum, olim qui baptiza-  
batur totus aquæ immergeretur, vt notauit  
Abelardus ſerm. de circumciſ. tamen in a dul-  
to qui volens auerſus eſt à Deo, debet Ba-  
ptiſmo præcurrere aliqua pœnitentiã dignis  
fructibus

\* lib. 2. in  
procrea.

\* l. 9. de ré-  
cog.

† l. de pœnit.  
cap. 6.

\* lib. 4. de  
Symbol. ad  
catech. c. 1.

CAV. 2. Nostre de Christo & Ecclesie procreatio.

fructibus testata, qua adultus ille voluntarie ad Deum regrediat, ut plene S. Augustinus lib. de fide & operibus, & ante eum Tertullianus lib. de bapt. cap. 20. ibique Pamelius num. 28. & 135. & Albaspinus lib. 1. obser. cap. 1. nec non admodum minute Vicecomes lib. 3. de bapt. a cap. 3. ad 13. Hos igitur pœnitentiæ Baptismo prævia fructus, D. Augustinus escas vocat, quibus fetus in utero matris Ecclesie abditus, alitur priusquam inde per Baptismum educatur: atque aded supponit eum longè antè concipi, quàm fundi utero ac nasci, ut etiam contingit in corporea generatione & natiuitate. Verùm cum mater esse non possit, cuius proles nec dum viuit; hæc proles vita, ad nutritionem per escas sit necessariè supponenda: cum item spiritalis vita prolis, (excluso opere operantis ut nunc facimus, quia est per accidens, nec est omnibus Christi & Ecclesie filiis commune, sed quibusdam tantum adultis) supponat antecedentem Baptismi susceptionem; meritò dicimus, analogiam corporeæ & spiritalis generationis, hic claudicare; ita ut simul & semel sancta parens Ecclesia per Baptismum de Christo prolem & concipiat & pariat, secus quàm matribus corporum accidit.

17. Bonam huius rei confirmationem, suggerit antiquus Ecclesie usus, quo Catechumeni priusquam actu suscepissent Baptismum, nec habebantur nec vocabantur fideles & filij Dei. Sunt autem filij Dei, ex quo sunt filij Ecclesie, & viceversa. Catechumenos autem priusquam per Baptismum actu susceptum essent renati, non esse recensitos inter Dei filios, monstrat quod verabantur orationem Dominicam recitare, & precari ea ex legitima formula, in cuius fronte Deus appellatur Pater. Soli itaque renati tanquam soli, Dei atque aded etiam Ecclesie filij, orabantur ex ea formula, ut habetur ex S. Cypriano in orat. Domin. & ex S. Augustino in Enchir. c. 70. nec obscure ex S. Ambrosio h. Ecclè id obseruauit Albaspinus i. Paucis quidem diebus ante Baptismum, docebantur Catechumeni orationem Dominicam, nempe feria secunda post Dominicam palmarum, ut Sabatho sancto possent ex memoria orationem illam reddere quod ex D. Augustino k est manifestum. Tamen ante baptismum perceptum, & ut Chrysostomus \* loquitur ante admirabiles illas parturigines, nouamque ac mirificam enitendi legem, Catechumeni non nisi recitatiuè fundebant eam orationem, minime verò ea utebantur ad inuocandum, quia illuc vsque non habebantur filij Dei, atque aded neque Ecclesie. Ex quo optimè confirmatur quod assereram, Baptismum esse simul conceptum & puerperium filiorum Dei ex matre Ecclesia. Egi de usu communiore ac ferè vniuersali. Nam alicubi fas erat Catechumenis orando appellare Deum, Patrem, & recitare orationem Dominicam, ut de Rauennatibus habetur ex Petro Chrysologo \* vsus tamen ferè vniuersalis, tulit quod dixi.

18. Extra hanc fidelium matrem simul ac puerperam, per lauacrum regenerationis, non est alia, ut S. Cyprianus contestatur, excludens natiuitate ex Christo ut Patre, atque aded di-

h. l. 5. de fact. c. 4. i. lib. 1. obser. 19.

k. homil. 42. ex 50. \* hom. 14. in ad Rom.

\* serm. 70. & 72.

uina filiatione, quoscunque pia mater Ecclesia, suo illo utero non gestauerit ac fouerit. Et quanquam certa fides est, Baptismum per hæreticos ex vera forma & idonea materia adhibitum validum esse, (qua in parte audiendus non est S. Cyprianus malè reclamans.) Tamen hæretica meretrix non confert validè Baptismum, nisi prout in locum veræ matris Catholicæ Ecclesie seingerit, concreditumque illi ministerium peruersè vsurpat ac surripit. D. Augustinus præclare hoc expressit ꝑ dicens. [ Vna est Ecclesia quæ sola Catholica nominatur, & quicquid suum habet in communionibus diuersorum à sua vnitatem separatis, per hoc quod suum in eis habet, ipsa vtiq; generat, non illæ. Neque enim separatio eorum generat, sed quod secum de ista tenuerunt. Quod si & hoc dimittant, omnino non generant. Hæc itaque in omnibus generat cuius Sacramenta retinentur, vnde possit tale aliquid vbicunq; generari. ] Nec ita multo post. [ Ergo ipsa generat, per vterum suum, & per vteros ancillarum ex eisdem Sacramentis tanquam ex vtri sui femine. Non enim frustra dicit Apostolus, omnia illa in figura esse gesta. ] Alludit ad Saræ ac vxorum Iacobi voluntatem suscipiendi filios ex ancillis, in quam similitudinem plura inferiunt ꝑ, vbi illud pulchrè. [ Ecclesia omnes per Baptismum parit, siue apud se, id est ex utero suo, siue extra se de femine vtri sui, siue de se, siue de ancilla, &c. ] Ismaël magis Saræ filius erat, quia per ipsius iura coniugalia, & in ancilla feminatus erat & ex ancilla susceptus. Sic & apud istos (Donatistas Hæreticos) Ecclesie iure quod est in baptismo nascuntur, quicunque nascuntur. ] Similia de Rachele & Lia tradit paulo post ꝑ, iure coniugali sed per ancillarem vterum parientibus. Omnia ista adducit Augustinus ut monstrat imbellè esse reulum illud Donatistarum quod intorquebant in Catholicos quasi essent Donatistæ filij Christi & Ecclesie ob susceptum verum Baptismum, sicque quia vna est vera Ecclesia ex qua ipsi nati essent, Catholicos ab ea excluderent. Negat ergo Augustinus hæreticam ancillam parere, nisi per Sacramentum cuius ius est penes solam Ecclesiam, tanquam per veram solam vxorem. Vnde sicut Ismaël ex ancilla procreatus, magis fuit Saræ per cuius iura coniugalia & secundum cuius voluntatem in Agare ancilla est feminatus, deque ea susceptus; sic qui nascuntur apud sectarios, non nascuntur Deo, nisi interueniret voluntas faciendi quod facit Ecclesia: & eadem cum ea baptizandi intentio, sin minus in actu signato adhibita, at saltem in actu exercito. Ex se autem Hæretici quique, habent ventrem vacuum & semen mortificatum ne pariant. Id quod S. Augustinus ꝑ, perbellè tradidit, tractans illud Osæ 9. Da illis ventrem vacuum, & vbera arida, mortifica semen vtri ipsorum ne pariant. [ Intelligent (inquit) de his esse dictum de quibus dicit Apostolus, Sicut fames & Membres vestiterunt Moysi, sic & isti, resstunt veritati, homines mente corrupti, reprobi circa fidem, sed vltra non proficiunt, dementia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit. Cum ergo vltra non proficiunt,

† lib. 1. de bapt. contra Donatistas.

† cap. 15.

† cap. 16.

† lib. contra Adimantum c. 25.

\* orat. 11. & carm. 8. n. 31.

\* lib. 1. de b. c. contra Donatistas.

proficient, tunc habebunt ventrem vacuum, & vbera arida, & mortificatum semen; In qua sententia se isti tanquam in speculo dignentur inspicere. ] Hæreticos notat, qui initio surripientes Ecclesie baptismum videntur florere, sed mox exarescunt; Ex se autem ne florent quidem, id est ne initium quidem aliquod creaturæ Dei profunderent. Quinetiam nisi nisi subiecti infantia, vel adulti necessitas summa, aut error inuincibilis, Baptismum sic susceptum excuset, infructuosa fiet Baptismi apud eos susceptio, ita ut Baptismus non sit transcensus rationem signaculi, vt alia occasione ac mente de sua Gorgonia dixit Nazianzenus \*; hoc est, imprimet quidem characterem, vnde non poterit repcti, non tamen inseret gratiam, sed erit aqua mendax, mala subiecti dispositione præpediente Baptismi vim ad gratiæ collationem, etiam pro momento susceptionis baptismi, vtcunq; aliter sonent quadam verba D. Augustini \*. Atque ita per se loquendo, sola Catholica Ecclesia filios Christo gignit. Sola est fidelium, & Dei Christi filiorum, sancta parens.

19. Recensentur interdum aliæ quædam filiorum Christi matres, sed indemni semper iure Ecclesie in eum titulum. V. g. Spiritus Sanctus videtur aliquando dictus mater Christianorum siue fidelium. Sic Beda ad illud Prouerb. 1. Ne dimittas legem matris sue. [ Nihil verat, matrem ipsam Dei gratiam qua saluamur accipere. Nam & apud Hæbreos, spiritus qui gratiam præstat, genere feminino nuncupatur. ] Expressus S. Hieronymus qui Bedæ haurit dubiè præiuit. Tractans enim illud Esaiæ 40. In brachio suo congregauit agnos, sic habet. [ Hæbrei asserunt, nec de hac re apud eos vlla dubitatio est, Spiritum Sanctum lingua sua appellari genere feminino. Illudque quod in 67. Psalmo dicitur, Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa, illi sic intelligunt. Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa, his videlicet animabus quæ Spiritum sanctum consecutæ sunt. Nec non & illud, Sicut oculi ancille in manibus Domine sue, animam interpretantur ancillam, & Dominam Spiritum Sanctum. Sed & in Euangelio quod iuxta Hæbreos scriptum Nazaræi lectitant, Dominus loquitur; Modo me tulit mater mea, Spiritus sanctus. Nemo autem in hanc parte scandalizari debet, quod dicatur apud Hæbreos spiritus genere feminino cum nostra lingua appelleretur genere masculino, & Græco sermone, neutro. In diuinitate enim nullus est sexus. Et idèd in tribus principalibus linguis quibus titulus Dominicæ scriptus est passionis, tribus generibus appellatur, ut sciamus nullius esse generis quod diuersum est. ]

Dicatur sanè Spiritus sanctus mater, siue à materna in homines charitate, siue quia ipse est qui fecundat aquas Baptismi, iuxta illud. Tria sunt quæ testimonium dant in terra, tria inquam quæ verum ac fidelem Dei testem in terra efficiunt, spiritus aqua, & sanguis, & hi tres vnum sum: hoc est coniunctum debent accipi, eo quod aqua ex se nihil esset nisi aqua, rubricata autè Christi sanguine & sancto spi-

ritu fecundata, progignat veros fideles. Itaque Spiritus sanctus potest censeri mater primaria filiorum Dei non exclusa maternitate Ecclesie quæ est causæ illi primariæ Sanctorum, subordinata. Quod tamen Beda, gratiam qua saluamur & idcirco mater nostra dici potest, accepit de Spiritu sancto gratiam conferente, ab aliis Patribus æquè dicitur, sed accipitur de Baptismo gratiam regenerationis conferente non de Spiritu sancto. Nam vt est apud Clementem Alexandrinum \*, c. 6. vnum ex nominibus quibus Baptismus appellatur, est gratia. Et in consecratione fontis Baptismalis quæ extat in Sacramentario S. Gregorij, inuocatur Spiritus sanctus aquam fecundans. [ Vt sanctificatione concepta, ab immaculato diuini fontis utero in nouam renata creaturam, progenies cælestis emergat; Et quos aut sexus in corpore, aut ætas discernit in tempore, omnes in vnam pariat gratia mater infantiam. ] Punicè teste D. Augustino lib. 1. de peccato. merit. cap. 24. sicut Eucharistiam proprio nomine appellabant vitam sic Baptismum proprio appellabant salutem. Quid autem salus nisi gratia? Nec abhorret ab hoc sensu quod Punicè, cum Latine nominatur salus, intelligitur Tria: Et cum Punici lingua sua Tria nominant, Latine salus intelligitur, vt ex animaduersione Valerij Hipponensis cuius Coepiscopus & successor fuit, obseruauit S. Augustinus \* ad illud Apostoli, Gratia vobis & pax: quod optimè cadit in salutem S. Trinitatis expressione, in Baptismo collatam. Hac igitur ratione Spiritus sanctus per Baptismum cuius aquam fecundat, nomine gratiæ & salutis appellatum, quia gratiam & salutem confert in nomine Patris & Filij ac Spiritus sancti, denominatur mater fidelium, saluo Ecclesie, eodem titulo matris fidelium.

20. Beata item Virgo, interdum dicta legitur mater fidelium, & communis omnium Dei filiorum adoptiuorum, æquè ac Christi naturalis filij parens. Hunc titulum aliqui detulerunt Deiparæ, mediatè tantum, siue per Christum. Alij ratione curæ quam B. Virgo adhibet vt regeneremur. Quo vtroque modo, nihil decedit iuribus Ecclesie in maternitatem nostram. Priore modo locutus est Chrysologus \*. [ Maria (inquit) mater vocatur, & quando non Maria mater? Congregationes, inquit, aquarum appellauit maria. Nonne hæc exeuntem populum de Aegypto concepit vno utero, vt emergeret cælestis in nouam creaturam renata progenies: iuxta illud Apostoli; Pares nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes transierunt, & omnes in Moysè baptizati sunt in nube & in mari. Et vt semper Maria humane præuia sit salutis, populum quem vnda generatrix emisit in lucem, ipsa iure præcessit in cantico, Maria (inquit) soror Aaron, sumens tympanum in manu sua, dixit: cantemus Domino, gloriosè enim honorificatus est. Nomen hoc, prophetiæ germanum est, hoc renascentibus salutare. ] Eodem sensu Goffridus Vindoc. \* [ Bona Maria peperit Christum, & in Christo peperit Christianos. Est itaque mater Christi, mater Christianorum. ] Nempe mediatè ac per Christum, sicut auia dicitur

CAV. 2. Nostre de Christo & Ecclesia procreatio.

\* r. Pedag. c. 6.

\* in expositione inchoata Epist. ad Romanos.

\* serm. 146. sub finem.

\* serm.

**CAP. 2.**  
*Nostre de*  
*Christo &*  
*Ecclesia*  
*procreatio.*

mater nepotis, utique per filium à quo Ne-  
pos postea generatur. Et mox. [Ad matrem  
ipsum, & per ipsam ad ipsum recurramus, qui  
pia & misericordie dispensatione, matrem  
suam, nostram esse voluit.]

21. Posterioriorem modum quo Deipara di-  
ci potest mater nostra, primo nexuit Guerri-  
cus serm. i. de Assumpt. [Ipsa (inquit) vnica  
Virgo mater, quæ se Patris vnicum genuisse  
gloriatur, eundem vnicum suum in omnibus  
membris eius amplectitur, omniumque in  
quibus Christum suum formatum agnos-  
cit matrem se vocari non confunditur. Eua  
vetus illa, non tam mater quam nouerca, quæ  
filiis ante propinquit præiudicium mortis,  
quam initium lucis, dicta est quidem mater  
cunctorum viuentium, seu genitrix morien-  
tium; cum suum generare, nihil aliud sit,  
quam mortem ingenerare. Et quia illa non  
potuit fideliter interpretari nomen suum, ista  
impleuit mysterium, quæ & ipsa sicut Ecclesia,  
cuius forma est, mater est omnium ad vitam  
renascentium. Mater siquidem est vitæ, qua  
viuunt vniuersi, quam dum ex se genuit, ni-  
mirum omnes qui ex ea victuri sunt, quo-  
dammodò regenerauit. Vnus generabatur,  
sed nos omnes regenerabatur: quia vi-  
delicet secundum rationem seminis quo ge-  
neratio fit, iam tunc in illo omnes era-  
mus. Sicut enim in Adam fuimus ab initio,  
propter semen carnalis generationis: sic in  
Christo ante initium, maxime propter semen  
carnalis regenerationis. Porro Beata mater  
illa Christi quia, matrem Christianorum, se  
agnoscit ratione mysterij, cura quoque se ma-  
trem eis præstat, & affectu pietatis. Neque  
enim duratur ad filios, quasi non sint sui, cu-  
ius viscera semel quidem foeta, sed nunquam  
effæta, nunquam desinunt fructum parturire  
pietatis. Benedictus siquidem fructus ventris  
tui, grauidam te, ô pia mater & affluens, &  
in horro conclusa castitatis, fontem signatum  
charitatis, semper abundare faciens: qui licet  
signatus sit, foras tamen deriuatur, & in pla-  
teis aquæ eius nobis diuiduntur. Licet nam-  
que fons charitatis proprius Ecclesiæ, incommu-  
nicabilis sit alienis, beneficium tamen  
eius, impartire gaudet etiam inimicis. Deni-  
que si seruus Christi filios suos iterum atque  
iterum parturit cura atque desiderio pietatis,  
donec formetur in eis Christus, quando ma-  
gis ipsa mater Christi? Et Paulus quidem  
genuit eos, verbum veritatis quo regenerati  
sunt prædicando: Maria autem longè diui-  
nius atque sanctius, Verbum ipsum genera-  
do. Laudo quidem in Paulo prædicationis  
ministerium; sed plus miror ac veneror in  
Maria, generationis mysterium. Vide autem,  
si non & filij matrem videntur agnoscere, di-  
ctante utique ipsis veluti quadam naturali  
pietate fidei, vt ad inuocationem nominis  
eius, primò vel maxime refugiant in omnibus  
necessitatibus & periculis, tanquam paruuli  
ad sinum matris. Vnde nimirum de his filiis  
puto non absurdè intelligi, quod per Prophe-  
tam promissum est ei, *habebunt in te, filij tui.*]

\* ad Gal. 4. &  
hom. 10. de  
pænit.

22. Apostolus quoque matrem se dixit  
verbi illis\*. *Filioli mei quos iterum parturio,*  
*donec formetur Christum in vobis.* Vbi Chryso-

stomus, eiulatus huius matris multo acriores  
esse docet quam sint parturientium mulie-  
rum. Ad eandem mentem ex eo Apostoli lo-  
co pulchrè S. Basilij expendens illud Psal-  
mi 33. *Venite filij audite me.* Rursus Chryso-  
stomus idem alibi præclare tradit de qui-  
busuis Apostolorum successoribus, siue Epif-  
copis siue Sacerdotibus, quos matres esse fi-  
delium simul ac patres & fratres egregiè pro-  
sequitur, concluditque agens de se ipso. [Mul-  
tos ex vobis genui, sed postea fuerunt dolo-  
res partus. Nam apud partus quidem corpo-  
rales, prius sunt dolores, & tunc est partus.  
Hic autem ad vltimam vsque respirationem  
sunt dolores, ne etiam post partum sit aliquid  
abortiuum. Idque ego desidero. Nam etiam  
si alius genuit, ego tamen curis dilanior. Ne-  
que enim ex nobis generamus, sed totum est  
Dei gratia. Si autem ambo parimus per spiritum,  
non aberraueris, si & eos qui ex me nati  
sunt, meos appellaueris.]

Sunt igitur Christianorum matres Sacer-  
dotes, sed per Ecclesiæ vterum, siue median-  
te Baptismo, quem adhibent vt Ecclesiæ mi-  
nistri, vt idem Chrysostomus pulchrè expref-  
sit tractans eum locum ex cap. 4. ad Gal.  
*Nos fratres, secundum Isaac, repromissionis  
filij sumus.* [Non enim (inquit Chrysosto-  
mus) sterilis tantum erat Ecclesia, quemad-  
modum Sara; neque solum multorum libero-  
rum mater facta est vtilis; sed & ita genuit,  
quemadmodum illa. Vt enim illam non na-  
tura, sed Dei repromissio fecit matrem, (nata  
qui dixit, *Secundum tempus hoc veniam, &  
erit Sara filius,* idem ingressus in vte-  
rum, infantem formauit: ) sic & nostra re-  
nascencia, natura quidem nulla est, cæterum  
verba Dei, quæ norunt fideles, hæc in aquæ  
lauacro per Sacerdotem pronuntiata, tan-  
quam vtero quodam formant ac regenerant  
eum qui baptizatur.] Plerumque verò Sacer-  
dotes appellantur fidelium matres, non ra-  
tione causalitatis maternæ in generationem  
& partum prolis, sed habita ratione tenerrimæ  
curæ quæ ab eis impendenda est fidelibus.  
Hoc nomine S. Paulinus scribens ad Romanianum,  
admonet licentium, vt S. Augustinum non modò  
pro patre sed etiam pro matre habeat, sic illum  
affatus. [Audi ergo fili legem Patris tui, & noli  
repellere consilia matris tuæ, quod æquè nomen in te  
Augustini pietas iure sibi vindicat: qui te tantillum  
sinu gestauit suo, & à paruulis primo lacte sa-  
pientiæ secularis imbutum, nunc etiam spiri-  
tualibus lactare, & enutrire Domino gestit  
vberibus. Quoniam te adultum ætate corpo-  
rea, in spiritualibus adhuc cunabulis vagien-  
tem videt, adhuc infantem verbo Dei, vix  
dum in Christo primis passibus, & vestigio  
titubante repentem, si tamen Augustini do-  
ctrina, tanquam manus matris, & vna nu-  
triciis, instabilem regat paruulum.] Æquè  
Clemens Romanus ad reuerentiam Antistiti  
exhibendam adhortans ob studia erga Christi  
infantes, admonet his verbis. [Cognosce fili,  
dexteram quæ est mater tua.] Eadem ratione  
S. Bernardus\*, Prælatos feroces commonet  
officij, reuocans eis in memoriam, quod sub-  
ditorum non Domini sed matres esse debeant.

Itaque

† hom. 4. in  
2. ad Thesal.  
in fine.

epist. 48

† 2. constit.  
cap. 32.

\* serm. 23. in  
Cant.

Itaque salua est Ecclesiæ soli, vera mater-  
nitas in Dei filios, etiam si Sacerdotes, matres  
eorum aliquando audiunt, ob causam propo-  
sitam.

23. Nos ipsi, illæsi Ecclesiæ in eum titu-  
lum iuribus, dicimur interdum esse nobis ma-  
tres in spirituali generatione. Sic enim potius  
itatuere placuit Richardo Victorino in Psal.  
28. ad illud, *filij vnicornium*, quem S. Bernar-  
dus videtur imitari lib. de inter. domo c. 68.  
quam cum Nysseno a, & Nazianzeno b, ac  
Bernardo c dicere vnumquemque nostrum  
esse sibi patrem, sequæ vt idem Nyssenus ait,  
pro libito matrem aut vterum procreare.  
Commodior autem videtur Richardi senten-  
tia, de vnoquoque nostrum sibi matrem,  
potius quam patrem. Cum enim homo ad cu-  
dendum actum supernaturalem, & se iustifi-  
candum ac procreandum spiritualiter, egeat  
diuina præuentione; & quasi seminio extrin-  
secus iniecto secundari prius obit; matris  
non patris erga se partes obit. Id quod ante  
Richardum & creditum Bernardum, dixit his  
verbis Eusebius apud Theodoretum, in illius  
Capitici Eliaæ, à timore tuo Domine concepimus.  
[Timor Dei secundam reddit hominis  
naturam, & motum concupiscentiæ ex carne  
conferentem compescit. Mulieris enim vte-  
ro similis est humana mens, quæ quidem si  
recipiat à Deo pietatis semina, parit omnino  
bonos fructus. Igitur secundum sunt, qui Chri-  
sto adhærent. Pariunt namque veluti mystico  
vtero, fructus (vt dixi) bonos.] Præiurat  
Philo lib. de cherubin. expendens illud,  
*Adam verò cognouit uxorem suam.* Sicut ob  
proportionalem causam, terra frugum mater  
frugum, cæelum autem quia fecundat terram,  
pater frugum, & terræ maritus, iuxta Chry-  
sostomum \* denominatur. Matres ergo su-  
mus; interdum prægnantes tantum, mox-  
que abortientes, vt scitè S. Ambrosius ad  
illud Lucæ 10. *Vel prægnantibus, sed tamen*

\* hom. 6. in  
Ecclesiæ & l. de  
vita Moys.  
i. carm. ad  
Vitalia.  
serm. 57. ex  
paruis.

\* homil. 18.  
in ad Ephes.

Nihil tamen ista officium maternitati,  
quam soli Ecclesiæ vendicauimus in nostra  
spirituali regeneratione. Vel enim sermo est  
de augmento gratiæ sanctificantis iam præia-  
centis, cumulatæ per actum nostrum; vel de  
prima gratia sanctificante, ad eundem mo-  
dum interdum comparata per adultos. Si ser-  
mo tantum sit de augmento gratiæ, non est  
hæc generatio spiritualis à qua matrem deno-  
minamus Ecclesiam, sed habet se vt aggen-  
ratio alimenti ad viuens; quam etiam nemo  
sibi causat, nisi vt præuentus à Deo, ac vt pars  
quædam S. Ecclesiæ. At si sermo sit de ade-  
ptione primæ gratiæ sanctificantis, manifestus  
est matris Ecclesiæ in eam influxus: quando-  
quidè nullus talis actus noster baptismo præ-  
currentis, gratiam sanctificantem & Dei filia-  
tionem conuehit, nisi in voto Baptismi, qui  
est Ecclesiæ vterus. Itaque ratum esto, Eccle-  
siam, fidelium omnium vnica propriè ma-  
trem, ex Christi semine incorruptibili, id est  
ex meritis Christi Ecclesiæ dispensationi con-  
creditis, concipere simul ac parere Dei filios,  
simul præstando renatis, quod Eua mater om-  
nium viuentium diuina præstitit quoad cor-  
pora, quatenus sola ex semine corruptibili

prioris Adami concepit; subinde peperit  
sobolem, vnde omne humanum genus suc-  
creuit.

24. Aiebam tamen, eam similitudinem  
non vacare dissimilitudine, non modò quo-  
ad puerperium hic coniunctum conceptui, vt  
iam dixi, sed etiam quoad pleraque alia. Nam  
Eua prolem concipiens mortalem, non man-  
sit quod erat, sed excidit virginitatè, nec pro-  
lem illam alio gestauit absque ærumnis, aut  
absque multo dolore ac sordibus ad mortem  
profudit. Omnia hic in contrarium cadunt.  
Nam Ecclesia de Christo concipiens & pa-  
riens felicem sobolem, virgo manet; De hac  
matris Ecclesiæ Virginitate dubitans quis-  
piam, Lanfrancum Cantuariensem consuluit,  
a quo hoc responsum accepit. [Ecclesia Vir-  
go est, & verè Virgo. Nam si intueamur in  
speculo puritatis & veritatis, est verè Virgo,  
imaginem habens Virginitatis. Quod est  
carne B. Virgo Maria, Mater est Ecclesia,  
conscientiâ. Cuius rei in lineam citius diri-  
gimur, si quatuor Ecclesiastica Sacramenta  
diligenter inspicimus, fidem, baptismum,  
Dominici corporis & sanguinis consecratio-  
nem, ac peccatorum remissionem. Fide enim  
est mater Ecclesia, quod est carne B. Maria,  
quia quod ista in Spiritu sancto concepit, illa  
in Spiritu sancto credit. Sacramentis baptis-  
mi, Dominici corporis & sanguinis, pecca-  
torum confessionis, diuisa non est: Et quia  
verè vna, verè est Virgo; quia omnis Virgo  
ex eo quod Virgo est, in duo diuidi non potest.  
Etenim cato quæ Virgo est, perfectè est Vir-  
go. Beata verò mater Ecclesia, vna eadem-  
que in Sacramentis & fide, dum nihil conu-  
ptum in conscientia, sicut nec Dei genitrix pa-  
turitur, vt ista in corpore, ita ipsa quoque, sensu  
Virgo est.] Conclamat deinceps in eos qui  
Sacramentum penitentiae in quo duæ con-  
scientiæ in vnâ transeunt, diuidunt, & vel  
sigillum violant, vel aliena peccata in Con-  
fessione manifestant detrahendo: quam esse  
Virginitatis Ecclesiæ infractionem, subti-  
liter prosequitur. Nunc satis est cum eo  
agnoscere, Ecclesiam quamuis non ex solis  
Virginibus constantem, esse Virginem, simul  
& matrem, vt præmittebam.

Nec vt præterea addebam, mater ista mul-  
tiplicatis ærumnis alio gerit prolem, aut cum  
dolore parit. [Vno die non parit terra (ait  
S. Ambrosius\*) sed parit gratia. Venit Pas-  
chæ dies, in toto orbe Baptismi Sacramenta  
celebrantur. Vno ergo die sine aliquo dolore  
multos filios & filias solet Ecclesia parturire:  
ideoque pulchrè dicitur, *gens nata est si-  
mul*, de populo consecrato.] Gaudet ergo &  
exultat de cælesti foetura mater Ecclesia, eò-  
que plenius & liquidius gaudet, quo est proles  
numeriosior. [Non vteri onus notum (ait  
idem Ambrosius lib. 1. de Virg. sub finem)  
non dolor partus, & tamen numerosior sobo-  
les piæ matris quæ omnes pro hæbitis habet:  
fecunda successoribus, sterilis orbitibus,  
nescit funera, nouit hæredes. Sic sancta Eccle-  
sia, immaculata costu, fecunda partu, virgo  
est castitate, mater est prole. Concipit itaque  
nos Virgo, non viro plena sed spiritu: parit  
nos Virgo non cum dolore membrorum, sed  
cum

**CAP. 2.**  
*Nostre de*  
*Christo &*  
*Ecclesia*  
*procreatio.*

l. de celandâ  
Confessione  
iuriis.

\* in instit. ad  
Virg.



CAP. 2.  
Nostra de  
Christo &  
Ecclesia  
procreatio.

cum gaudiis Angelorum. Nutrit nos Virgo non corporis lacte, sed quo Apostolus infirmam adhuc crescentis populi lactavit aetatem. Quae igitur nupta plures liberos habet quam sancta Ecclesia, quae virgo est sacramentis, mater est populis, cuius fecunditatem etiam Scriptura testatur dicens: *Quoniam plures filij deserta, magis quam eius quae habet virum.* Nostra virum non habet, sed habet sponsum, eo quod siue Ecclesia in populis, siue anima in singulis, Dei verbo, sine vilo fluxu pudoris quasi sponso innubit aeterno, effecta iniuria, facta rationis.]

25. Nitorem prolis nascentis, matrisque patientis. Zeno Veron. inuitat. 3. *ad finem*; his verbis aperit. [Exultate fratres, in Christo, omnique desiderio conuolantes, caelestia dona percipite. Iam vos sempiterni fontis calor salutaris inuitat; Iam mater nostra adoptat, vt pariat; sed non ea lege, qua vos matres vestrae pepererunt: quae & ipse partus dolore gementes, & vos plorantes, sordidos pannis sordidis alligatos, huic mundo dedititios intulerunt, sed laeta gaudentes, caelestis, libera, peccatis omnibus absolutos, non foetidis cunis, sed suauiter redolentibus sacri altaris foeliciter enutrita cancellis.] Genuit denique Eua mortem, vt Epictetus \* de matribus mortalibus loquitur. Hic est *natiuitas immortalis*, qua ex Ecclesia procreatur, vt scite ait Optatus lib. 5. *sub inirum.*

26. Has ob causas, solemne est Patribus, Ecclesiam cum Deipara concipiente ac pariente conferre, ita vt sicut Christianus, iuxta Fulgentium lib. de inc. c. 20. ad modum Christi de Spiritu Sancto concipitur, ita Ecclesia eius mater, Christianum concipiens & pariens, referat B. Virginem, quae concipiendo ac pariendo, non modo non est passa integritatis dispendium, sed vt nouata voce concinne dixit Amedeus Laufenensis \* *Virginior ex Christi conceptu ac partu euasit*; nec grauata est, sed leuata gestatione benedicti fructus ventris sui: cum denique laetabunda & laudans peperit absque vilo dolore aut eiulatu. Hoc ipsum in Ecclesia prolem de Christo concipiente ac pariente notare licet, cuius idcirco analogia cum Deipara, a variis Patribus celebratur. Profero paucos. Theophanes Nicenus a Epistola ad Sacerdotes & clericos de Sacerdotij praecellentia. [Cum a peccato contractam inuenisset suam imaginem, Deique similitudine quam habebat penitus spoliata, prius hanc veluti iterum constandam ac reformandam, & sic ad pristinum decus imo vero ad maius reducendam duxit. Facit igitur hoc per sacrum baptismum. Creandi enim virtutem qua ille hominem primum ad diuinam suam imaginem & similitudinem formauit, cum per eandem iterum reformare constitueret, (quasi per sapientiam atque doctrinam quandam, effectiuamque virtutem, aquae attribuit. Et primus ipse per sese ingressus est & baptizatus in illa, cum vt quemadmodum dixi, reformatiuam gratiam illi largiatur, (neque enim indigebat expurgatione qui tollit peccatum mundi: ) tum vero vt per baptismum renatos ad fraternitatem conuocet, primogenitus ipse, propter eundem quodammodo

\* apud Arian.

\* hom. 4.

\* Epist. 3.

supernaturalis eius secundum carnem generationis modum, in multis fratribus effectus, sed & lauacrum sacri baptismatis velut imaginem quaedam describit Virginei & immaculati ventris, in quo secundum naturam nostram efformatus, & ex quo editus est. Sicut enim beatum illum & qui Deum excepit vterum nuda cum Deitate ingressus, finxit denud primitias nostrae massae eam sibi coniungens, Deique filium in ipsa vnione fecit per aduentum sanctissimi Spiritus absque virili commistione, efficiens nempe beatissimum illum locum, nostrae cum Deo reconciliationis, ineffabilisque vnitatis testem, vterum nempe Dei hospitem, fontem vero vitalem & vim habentem reformandi naturam nostram a corruptione ad incorruptionem diuinamque pulchritudinem; sic inquam aquam ingressus non iam nuda cum Deitate, sed cum regeneratis & Deificatis in primo atque viuifico lauacro nostrae massae primitiis, fecit illam sua & S. Spiritus praesentia, veluti alterum ventrem totius nostrae naturae reformatorem. Per hanc enim offendit hunc salutis fontem sine carnali copula & naturae legibus mirabiliter regenerare. valentem eos omnes qui ad Christum cum fide accedunt, & facientem quidem filios Dei, fratres autem Christi secundum gratiam; propter quamdam, vt dictum est, identitatem natiuitatis. Intere est tamen multum inter primum & secundum ventrem: Tanto enim secundus nempe fons in quo regeneramur, cum primo qui scilicet & Deum excepit & peperit, dignitate incomparabilis est, quanto Dominus qui ex primo natus est maior est iis qui ex altero renascuntur, imo vero & magis. Nam qui ex secundo regenerantur, fratres illius qui ex primo natus est & Dei filij secundum gratiam efficiuntur. At secundus alucens cum primo nullam talem habet cognationem: quinimo inter se ita differunt vt signum extrinsecum natura differt a veritate; illa enim est vera Dei mater, quoniam verè ex ipsa qui supra omnem substantiam est, suscipit substantiam. Aqua vero sacri baptismatis, accipitur, vt diximus, tanquam signum & figura viuifici illius ac Dei hospitis ventris.] Addit alia non pauca in hanc sententiam, & cuiusmodi fraternitate sic renascendo fratres Christi efficiamur, egregie aperit.

Caesarius Arelatenus †. [Gaudeat Christi Ecclesia, quae ad similitudinem beatae Mariae sancto Spiritu operante datur, & mater diuinæ prolis efficitur. Cesset ergo infidelium caecus error asserere, quod femina quae sine viro filium potuit parere, virgo non potuit permanere. Ecce quantos & quantum fratres, sub vna nocte nobis edidit fecunda de sinu integritatis Ecclesia mater & sponsa. Mirabaris paulo ante de incorruptione nascentem hominem: mirare nunc, quod non minus nouum est, etiam renascentem. Conferamus (si placet) has duas matres, & vtriusque generatio fidem nostram in alterutra corroborabit. Mariam secretè impleuit allapsu spiritus obumbratio, & Ecclesiam in fonte benedicto, sancti Spiritus maritauit infusio. Maria filium sine peccato genuit, & Ecclesia in his quos generauit peccata consumpsit. Per Mariam

† homil. 4. de Pasch.

natum est quod in principio erat, per Ecclesiam renatum est quod in principio perierat. Illa plurimum generauit, haec populos. Illa vt nouimus Virgo permanens semel peperit filium, haec semper parit per Virginem sponsum. Quod ergo putabas à saeculis singulare miraculum, iam munus annuum recognosce.]

Eucherius serm. de Trinit. sic scribit de Spiritu sancto. [Ipse ad regenerandas animas, steriles benedicit aquas: [Vtraque fontis irriguum, illa qua dudum Mariam locupletauit, virtute fecundat. Castos Ecclesiae sinus maritat; nubis integritas puritati, vt ad similitudinem Virginis genitricis, etiam Ecclesia, matris fructu donanda, sine sexu de sanctificatione concipiat, & sine corruptione parturiat, & regenerata pignora, in filios Dei, felici mancipatione transcribat.]

Petrus Damiani serm. 63. componens commendatam Ioanni Deiparam, cum Ecclesia Petro commendata, [Vtraque nimirum mater. Mater Maria, Mater Ecclesia. Sed Maria mater Christi, Ecclesia mater populi Christiani. De Maria Christus carnem suscepit, Ecclesiam vero de lateris sui carne produxit. Ex ista prodiit secundum carnem natus, illam protulit carnem iam mortuus. Ex ista voluit nasci, pro illa dignatus est mori. Ex vna semel natus est in persona sua, ex altera nascuntur quotidie membra sua. Traxit ex altera, quod pro altera moreretur, & quo vtraque communiter saluaretur. Magna igitur, & foelix mater, & beata Virgo Maria, ex cuius visceribus caro Christi desumpta est, & ex qua rursus per aquam, & sanguinem profuxit Ecclesia. Hoc itaque modo, & ex Maria prodiisse videtur Ecclesia. Vtraque tamen casta, vtraque munda, vtraque perpetuae virginitatis signaculo praemunita.]

Ambrosius Ansbertus serm. de Purificat. tractans Christi à matre ac propinquis illationem in templum: [Inuenimus ipsam gloriosam Matrem & Virginem, eiusque propinquos, figuram gessisse illius Ecclesiae quae ex Iudaea in Apostolis credidit. Quando enim Ecclesia non Virgo? Cuius membra Apostolus affatur dicens, *Respondi enim vos vni viro, Virginem castam exhibere Christo.* Quando ipsa non mater? de qua per Psalmistam dicitur: *Mater Sion dicit homo.* Et Dominus in Euangelio, *Quicumque fecerit voluntatem Patris mei qui in caelis est, ipse meus frater, & soror, & mater est?* Quando electi non propinqui qui fratres & sorores sunt appellati? Mater itaque ac propinqui, Redemptorem nostrum à Nazareth in Hierusalem in templum deferunt, quia primitiua illa in discipulis Ecclesia, à Iudaeis repulsa, eiusdem Redemptoris dispensationem ad noticiam gentium perducit.]

Sanctus Leo serm. 4. de Natiuit. Domini. cap. 3. [Spiritalem originem in regeneratione quisque consequitur, & omni homini renascens, aqua baptismatis instar est vteri virginalis; eodem Spiritu sancto replente fontem, qui repleuit & virginem? vt peccatum quod ibi euacuauit sacra conceptio, hic

Theophili Raynaudii Pontificia.

mystica tollat ablutio.] Et alibi \*. [Factus est homo nostri generis, vt nos diuinæ naturae possimus esse consortes. Originem, quam sumpsit in vtero virginis, posuit in fonte baptismatis. Dedit aquae quod dedit matri. Virtus enim altissimi, & obumbratio Spiritus sancti, quae fecit, vt Maria pareret Saluatorem: eadem facit, vt regeneret vnda credentem.] Videndus insuper alibi \*.

Sedulius breuiter, sed pulchre †. [Discedat synagoga proprio iam colore fuscata. Christus sibi pulchram niueo decore sociavit Ecclesiam. Haec honorem Mariae praestat ad gloriam, quae cum claritate conspicua semper mater esse cernatur, semper tamen Virgo conspicitur.]

Sanctus Augustinus variis locis disertè idem habet \*. Nec nisi per ordinem ad nos & nostrum de Christo conceptum in matris Ecclesiae, id est aquae lauacro, valet quod dixit de Christi Baptismo comparato ad natale eius ex Virgine †. [Gloriamur in vtroque facto, quia filium genuit mater, & casta est; & quia Christum vnda lauit, & sancta est. Nam sicut post partum gloriata est Mariae castificatio, ita post baptismum, aquae est purificatio comprobata. Nisi quod penè maiori munere quam Maria, vnda ditata est. Illa enim sibi tantum meruit castitatem, ista nobis contulit sanctificationem. Illa meruit ne peccaret, ista vt peccata purgaret. Illa propria delicta à se repudiat, ista in se per Dei gratiam aliena condonat. Illi est collata virginitas, isti donata fecunditas. Illa vnum procreauit & pura est; ista generauit plures, & virgo est. Illa praeter Christum nescit alium filium; ista cum Christo, mater est populorum.] Aio haec tantum per ordinem ad nos & Baptismum nostrum vera comprobari, quia Christus ex baptismo suscepto non est factus filius Dei, nec gratiam recepit; non modo quia totam gratiam ei ex diuina destinatione congruentem, simul ab initio nactus est, sed etiam quia Baptismus Ioannis quo solo est perfusus, gratiae sterilis erat. Itaque insinuare voluit sanctus Augustinus, quem effectum re ipsa erga nos habeat Christi Baptismus, cuius antea mbulo ac praesidium erat Baptismus Ioannis. Exponere item voluit, qua ratione Ecclesia, prolem sanctam per baptismum simul concipiens & pariens, sit simul mater & Virgo: sicut beata Virgo Christum generans & pariens, ita reuera mater fuit, vt simul perfectè Virgo manserit.

Sanctus Paulinus in Iuliani & Iae Epithalamio, post descriptam Incarnationem, & structuram sacraei in Virgine templi, quod Deus ipse sibi arcano condidit impluuium, subiungit.

*O noua ad humanam Domini commenta salutem!*

*Fit sine concubitu femina facta vterum. Sponsa viro tantum, non est subiecta marito,*

*Et genitrix partu, nec mulier coitu. Fadere erat coniux, sed corpore non erat vxor*

*Intemerata viro, mater erat puero.*

P p

Grande

CAP. 2.  
Nostra de  
Christo &  
Ecclesia  
procreatio.

\* serm. 5. c. 7.

\* serm. 6. de

Nat. c. 2.

† 1. 5. Pasch.

cap. 2. 1.

\* lib. 4. de

symb. ad Ca-

tech. c. 1. &

l. de sanct.

Virg. c. 1.

† serm. 36. de

temp.

CAP. 2. Nostra de Christo & Ecclesia procreatio.

Grande Sacramentum, quo nobis Ecclesia Christo, Et simul est Domini sponsa sororque sui, Sponsa quasi coniux; soror est quia subdita non est.

Inde manet mater, aeterni semine Verbi Concipiens populos, & pariter pariens. Hinc soror & coniux; quoniam sine corporis usu, Manet coit; cui vir, non homo, sed Deus est. Hac genitrice, senex aequè generatur ut infans Aetatem & sexum non habet hac soboles. Hac etenim est benedicta Dei generatio, qua non.

Seminis humani, sed generis superi est. Describit mox, hanc generationem ex Ecclesia, fieri per Baptismi susceptionem.

Clemens denique Alexandrinus, hunc nempe Virginitatis & fecunditatis in Ecclesia matre, aequè ac in Deipara his verbis suspicit. [O miraculum mysticum! Unus quidem est vniuersorum pater. Vnum est etiam Verbum vniuersorum, & Spiritus sanctus vnus, & ipse est vbique. Vna autem sola est mater Virgo. Mihi autem placet eam vocare Ecclesiam. Lac non habuit mater haec sola, quoniam sola non fuit mulier. Virgo est autem simul & mater, integra quidem & inuolata, vt virgo: amans autem vt mater.] Quod Clemens vniam solam esse matrem Virginem ait, nempe Ecclesiam, restringendum est ad matres liberorum creatorum, cuiusmodi sunt tum omnes communes matres, tum ipsa Ecclesia. Inter huiusmodi namque liberorum matres, sola Ecclesia est Virgo; quia in ceteris, conceptio & partus cum Virginitate inconciliabiliter dissident. Non fuit autem mens Clementis excludere Deiparam, quae Dei hominis mater est illa Virginitate.

† homil. de censu & profess. B. Virg.

27. Aliam perelegantem Ecclesiae & Deiparae concipientis ac parentis comparationem, inuit sanctus Athanasius. Aliam dico, quia est comparatio Ecclesiae materialis cum Deipara; tamen inde occæpta comparatio, tandem reuoluitur in propositam sponsae Christi Ecclesiae & Deiparae comparationem. Ecclesiam ergo Bethleemica spelunca fuisse praefiguratam, sic docet sanctus Athanasius. [Operæpretium est videre aediculam vbi beata Virgo peperit, Ecclesiae typum habentem; cuius altare est praesepe; cuius Vicarius Ioseph; cuius Diaconi, Pastores, Sacerdotes, Angeli; cuius summus Sacerdos, ipse Dominus; thronus, & beata Virgo; crateres, Virginitis vbera; Vestis Sacerdotalis, incarnatio; cuius flabella Cherubim; discus, Spiritus sanctus; Pater autem, disci opetculum. Quod autem Ecclesiae speciem praefigurauit locus is, vbi & beata Virgo Dominum pariebat, audiuiti modo dicentem Lucam Euangelistam: Factum est autem cum essent ibi, impleti sunt dies vt pareret filium suum primogenitum, & panis eum inuoluit, & reclinauit eum in praesepe, quia non erat eis locus in diuersorio.] Quomodo his verbis, consensio Deiparae, & loci in quo Christum peperit, praefigurantis Ecclesiam affirmetur, obscurum esset, nisi ipse S. Athanasius subiceret, ceteris verba praedicta hanc correspondentiam ferre, quatenus Virgo semel concepit & semel in Bethleemica aedicula peperit, nec postea genuit, aut alio gestauit. Videtur igitur S. Athanasius innuere, similiter Ecclesiam (non iam inanimam & materialem, sed viuam, Deique sponsam, ad quam adrepsit per occasionem materialis Ecclesiae, seu templi in aedicula Bethleemica adumbrati) quos semel per Baptismum genuit, non gignere iterato. Est enim Baptismus Sacramentum initerabile. Puritas item partus Virginei, quam ibi celebrat sanctus Athanasius, nec non vacuitas doloris in partu, & omnium circa prolem officiorum per solam matrem exclusis obstetricibus, celebrata ibidem sedulitas, bellè responder partui S. Ecclesiae: quae & nitentissimè genuit, & purissimè peperit per seipsam filios Christi. Itaque ea per sanctum Athanasium Ecclesiae & Deiparae comparatio, quamuis ab Ecclesia materiali seu templo occæpta, desinere videtur in rem praesentem, nec ei malè congruere.

28. Procius verò extranea ab hoc instituto est, ea Ecclesiae materialis & B. Virginis concipientis ac parentis comparatio, quam sanctus Germanus a ex Graecorum vsu repetit. Graeci enim, vsu ex Magnae Ecclesiae ministris ad alios deriuato, panem è quo oblatio decerpenda erat, ferro quod ipsi lanceam vocabant; perfodiebant medium; significantes exemptam è Deipara sanguinibus formam Christo materiam, ipsiusque Christi compactionem, interuentu Angeli paranympii, quem vt adumbrarent, Diaconus salutationem Angelicam recitabat, inter exequendum eam perfossionem. Christi item egressum è materno vtero, ea exemptione adumbratum ait S. Germanus ibidem, repetitque in calce operis. Et quia haec omnia perficiebantur in Ecclesia materiali, huiusmodi Ecclesiam cum beata Virgine in Bethleem enixa comparat sanctus Germanus. Et addi potest, quod Theodorus b mensam Ecclesiae cum praesepe confert, in quo beata Virgo reclinauit infantem: quae collatio Theodoro item placuit e, & Chrysostomo d; qui alibi quoque e, altare vocat spirituale praesepe. Nec omitto Adamum de Perse f, qui species Eucharistiae, ait esse panos quibus Verbum infans in angustia praesepe obuoluit. Id quod etiam pulchre de more dixit Guericus g, verbis illis. [Fratres & vos & nos, inuenimus hodie infantem panis inuolutum, & positum in praesepe altaris. Videte, vilitas tegminis ne offendat, aut turbet obtutum vestrae fidei, veritatem reuerendi corporis, sub aliis rerum formis inuentis. Sicut enim mater Maria, quibusdam assumentis pannorum inuoluit infantem; sic mater gratia, dispensatoris specibus, rerum eiusdem sacri corporis nobis obteggit veritatem.] Sed nihil ista (vt liquet) ad praesens institutum, quo Ecclesiam vniam Christi sponsam matrem simul ac Virginem in conceptu & partu, cum Deipara aequè in conceptu & partu Virgine, componendam receperamus.

\* in Theoz. tera Eccles.

b homil. in Conc. Ephes.

c ferm. 10. de prouid.

d orat. de S. Phitogo.

e homil. 7. in Muth.

f in allegor. Tillm. ad c. 2.

g Luc.

h ferm. 5. de natu. Dom.

Non

CAP. 3. Christiani infantis habitus & nobilitas.


Non evertit hanc nostram ex Christo & Ecclesia matre sanctam & puram iam ex hac vita natiuitatem tam multis haecenus constitutam, & per proportionem ad natiuitatem Christi ex Deipara, declaratam; quod interdum Patres aiunt, nos etiam post Baptismum perceptum immanere materno vtero, donec formetur Christus in nobis. S. Augustinus praeter ceteros id disertè tradit ad illud Psalmi 57. Alienati sumi peccatores à vultu. Praemittens enim eam esse vultum in qua dolores patiebatur charitas per Apostolum dicentem, Filii mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis, subdit. [Expecta ergo formati. Noli tibi tribuere iudicium quod forte non nosti. Carnalis ex adhuc, conceptus es eo ipso quod accepisti nomen Christi; Sacramentum quodam natus es in visceribus matris. Non enim ex visceribus tantum homo nascitur, sed in visceribus. Prius nascitur in visceribus, vt possit nasci de visceribus. Propterea dictum est & de Maria. Quod enim natum est in ea, de Spiritu sancto est. Nondum de illa natum erat, sed iam in illa natum erat. Ergo nascuntur intra viscera Ecclesiae quidam parituli, & bonum est vt formati exeant, ne abortiuu labantur. Generet te mater non abortiat. Si pariens fueris; viquequo formeris, viquequo certa in te sit doctrina veritatis, continere te debent materna viscera. Si autem impatientia tua concusseris latera matris, cum dolore quidem te excutit foras, sed magis tuo malo, quam suo.] Agnoscat aperte S. Augustinus aliquos Sacramentum quodam initiatos, hoc est Baptismo qui primus est inter omnia Sacramenta per quod nomen Christi accipitur, non esse natos nisi in vtero siue conceptos & haerere intra vterum donec plenè formetur, quod accipiunt cum certa eis sit doctrina veritatis, hoc est in excessu ex hac vita. Quo pertinet idiorismus Ecclesiasticus, denominans diem obitus sanctorum, natale eorum. Videlicet, quae in eam rem dico in Opere de Martyrio \* & in Indiculo SS. Lugdunensium f.

\* parte 4. c. 6. n. 18. f sum de S. iusto.

Hac difficultas ita enodanda est, vt admittamus, fideles etiam post perceptum Baptismum, non secus se habere, quam infantem in vtero matris, si status huius vitae conferatur cum beatitudine vitae aeternae consequente excessum ex hac vita. In quam rem planè egregiè differit Gregorius Nyssenus orat. de mortuis, exhibens mortem vel obstetricem, quae ex oculo hoc ventre educat sobolem cum plenè fuerit formata. Breuiter autem analogia in eo est sita, quod quemadmodum in vtero materno puer delitescit in tenebris, admodum angustè ac miserè degens, in spurcitiis ac faecibus suis defixus, rationalis vitae omnino expers: sic fidelis in hac vita, caligine densa offunditur, cum ærumnis iugibus consistans; praecognitione verò quam in alia vita adipiscetur, protius rudis est ac hebes, vt Apollolus de scipio professus est, omnem suam (tamen vberem respectu aliorum) diuinarum rerum notitiam cum infantili desipientia componens. Locus item aeternae comporationis, non aliter ad praesentem sedem comparabatur, quam locellus materni vteri, ad orbem

Theophili Raynaudi Pontificia.

vniuersum quem homo nascendo subit; ita vt sicut vterus matris in quo infans concipitur & perfecte formatur, non est quoad magnitudinem comparabilis cum orbe vniuerso, ita neque sedes huius vitae quanta quanta est, componi possit cum magna Dei domo, & ingenti loco possessionis eius, ad quem homo per mortem educitur. Ob has igitur ac similes analogias, interdum fideles quandiu mortalem vitam viuunt, dicuntur haerere in matris vtero, nec nasci nisi cum inde educuntur per mortem. Si tamen agatur de vita gratiae, & vsuta lucis fidei, accipiunt eam fideles, cum primùm baptizantur saltem in voto haecque est eorum prima conceptio simul & natiuitas, in ratione filiorum Dei adoptiuorum. Quod si quandoque dicimur expectare adoptionem & filiationem non nisi in altera vita obtenturam, intelligendum id est de adoptione & filiatione vndeunque consummata, & adiunctis manifestos Dei filios decentibus conuicta, qualem hinc non assequimur, quia etiam si iam nunc filij Dei sumus, nondum tamen apparuit quid erimus.



CAPVT III.

Infantis de Christo Patre ex Ecclesia matre procreati, horoscopus, & nobilitas eamque consequens non degenerandi necessitas.



1. Os is equidem sum, cui vanitas Genethliacorum aliud sit quam vanitas, meritissimè à SS. Patribus, omnibusque retro sapientibus, etiam Ethnicis, confixa, quod alio loco latè prosequor \*. Nec hominum duntaxat, siue Sanctorum, siue sapientum iudiciis confixam eam inanitatem, veriusque stultilogiam (vt verbum Bernardi † huc traham) quam Astrologiam; sed diuinis quoque decretis confosam, exhibet Ioannis Sarisberienfis Polycraticus \*, pronasiam ex hac vita de vanis Genethliacis coniecturis sumptas exhibens. Nihilominus dabo aliquid consuetudini, & quod circa infantes virorum Principum sibi indulget vel assentatio vel vana se ludens credulitate, vericupiditas; praetabo circa Dei & Ecclesiae infantes, quorum conceptum & ortum haecenus sum prosecutus.

\* de iusta co- fixatione libro- rum, part. 1. crotem.

† epist. 190.

\* lib. 1. cap. 26.

2. Vt autem securior & amencior sit huius consilij expressio, insistam Sanctorum vestigiis, imprimisque S. Zenonis \*, cuius haec est ad Neophytos oratio. [Fortitan requiratis & à nobis, qua genitura, quove signo tam diuersos, tam plures, tam dispares vna vno partu vestra vos peperit mater. Sicut paruulis mortem geram; sacrique horoscopi pandam rota breuitate secreta. Igitur, fratres, generis talis est vestra. Primos vos, qui in se

\* ferm. 5. ad Neoph.

Pp 2 crotcha

C A P. 3. *credentem* reprobatur nullum, non Aries, sed *Christiani* agnus excepti: qui vestram nuditatem velleris *infantis ho-* sui niueo candore vestiuit: qui suum lac bea- *roscop. &* ter infudit. Idem non tumidus ceruice, non *nobil.* toruus fronte, non minax cornu Taurus, sed optimus, dulcis, blandus, ac mitis vos admonet vitulus, vt nulla villo in opere captantes auguria, eius sine malitia succedentes iugo, terramque vestrae carnis domando fecundantes, letam diuinorum seminum messem caelestibus horreis inferatis. Et admonet prosequentibus geminis, id est duobus salutare canentibus Testamentis, vt principaliter idololatriam, impudicitiam, auaritiamque fugatis quae est incurabilis Cancer. Leo autem noster, sicut Genesis protestatur, Leonis est catulus: cuius ista pia Sacramenta celebramus, qui ad hoc recubans obdormiuit, vt vinceret mortem: ad hoc euigilauit, vt beatae resurrectionis suae in nos munus immortalitatis conferret. Quem competenter sequitur Virgo praenuncians Libram, vt nosceremus Dei per filium, qui incarnatus processit ex Virgine, aequitatem, iustitiamque terris illatam: quam qui constanter tenuerit, ac fideliter ministrauerit, non dicam Scorpionem, sed sicut Dominus ait in Euangelio, omnes omnino serpentes illaesa planta calcabit. Sed nec ipsum quoque Diabolum, qui verè est acerrimus Saggiarius, formidabit vnquam, variis, atque igneis sagittis armatus, totius humani generis omni momento corda distringens. Propter quod sic Paulus Apostolus ait, *Induite vos armaturam Dei, vt possitis vos constare aduersus nequitiis diaboli, accepto scuto fidei, per quod poteritis omne sagittas illius mali, quae sunt igne plena, extinguere.* Is enim infelicibus nonnunquam immittit Capricornum vultu deformem, & per cornu exilioris labra liuentia spumantibus venis ebulliens, palpitante ruina captiui tota miserabiliter per membra defauit, alios amentes, alios furiosos, alios homicidas, alios adulteros, alios sacrilegos, alios auaritia efficit caecos. Longum est ire per singula, varias, atque innumerabiles nocendi artes habet, sed has omnes salutari profluens amne, non magnoperè noster Aquarius delere consuevit; quem necessario, vno sequuntur duo Pisces in signo, id est duo ex Iudaeis, & Gentibus populi baptismatis aqua viuentes, in vnum populum Christi vno signo signati. ] In eadem signorum Zodiaci ad rem Christianam accommodatione, operam posuit Anastasius Sinaita †, qui tamen potius Christi filios in ea signa transcriptos considerat quam quod in Genethliaca signorum inspectione attendi solet. Satis de Christi & Ecclesiae infantium horoscopo. Nam quod praeterea Hugo Victorinus lib. de Medicina animae cap. 3. in fine, iuncto cap. 4. & 5. & 6. Zodiaci signa ad bonum eorumdem infantium considerat, non pertinet ad hoc institutum. Ibi quippe Hugo, non spectat ea signa nisi in ordine ad curationem infantis cum aegrotauerit, & in ordine ad congruentem pharmacorum applicationem ei faciendam in morbo, quod nunc non attendimus.

3. Iam nobilitas infantis sic editi, explicat-

† lib. 4. hexam.

tionem non indiget, cum sit perspectissima, nec vlli sint nobilitatis aut illustrium stemmatum, tituli cum istis componendi, siue Patrem, siue matrem attendamus. Pater, vniuersum natura Dominus, caeli ac terrae creator; vel si ad eam diuinam personam cuius peculiari iure soboles sumus, restringatur oratio, est, *Vniuersus Dei Filius, cordis eius nobilitas inquilinus*, vt scitè dixit S. Zeno †. Idem cum apparere inter mortales voluit, & videri ac conuersari in terris, ex matre sanctissima, eademque Virgine intemerata, sine Patre satus, Patriarcharum & Regum illustre germen, venit in mundum; manens quod erat, & absque nobilitatis suae dispendio factus quod non erat. *Nobilissimi* titulum, quem olim Imperij haeres & designatus successor praeferebat, inabdicabili iure retinet hic Pater, nec periclitatur nobilitate sua excidere, quod habet omnis humana nobilitas vicissitudini semper obnoxia, vt S. Chrysostomus tom. 5. Graec. serm. 17. egregè aduertit. Eamque ob causam, Romani, Lunam habebant pro nobilitatis tessera, iuxta illud, *Patriam nigra, Lunam subiecit alua.* Solus Christus inter homines, vt Deo immobiliter haerens, ita nobilitati suae nihil timens. Quae verò possint esse nobilitatis capita & fontes, quorum non sit in Christum confluxus? Si scientia exquisita nobilitat, sunt in eo omnes thesauri sapientiae & scientiae Dei. Rem bellicam & militaria facta nobilitate, visum mortalibus? Est iste, summus exercituum Domini Imperator, vt loquitur Eusebius † à prostratis fortissimis, potentissimis, ac malignissimis hostibus, aeternum decus & omnium salutem consecutus. Sanctimonia & probitas, quae verè est hominis summa nobilitas ex Ambrosio †, tanta fuit in Christo, vt solus Sanctus, & millies Sanctus dicendus sit, cum Catholico Armeniorum in legat. Theor. Prae illo saltus est omne quod dixeris, vt ait Origenes hom. 2. in Cant. Ipse inquam solus, vera malus fructifera, optimis referta & edulibus pomis: ceteri sunt arbores syluestres, quod Philippus Abbas optimè ac fuisse persequitur †. Adumbratio est ista, virtutum & spiritualium omnis generis ornamentorum, quae in eo supra captum & sensum nostrum, iam à primordio effloruerunt. Diuitiae penes quas profanum vulgus nobilitatem meretur, quantè illi sunt, quem constituit Pater haeredem vniuersorum, per quem fecit & secula? Nullius ex hac parte proles nobilitas, conferri cum ista potest.

4. Mater tamen sobolis patrem non aequat nobilitate, est tamen & ipsa nobilissima. Quid enim in terris Ecclesia nobilior, siue spectare placeat claritatem maiorum, ( tot inquam Sanctorum anteriorum ) siue antiquitatem cum ipso mundo certantem, siue late patentissimam Iurisdictionem spiritualem, ipsiusque Dei vicarias vices, eadem in suo visibili capite concreditas; siue quod praecipuum est, gratiam qua apud Deum valet. Est quippe Ecclesia Deo acceptissima, & ipso caelo charior, iuxta Chrysostomum serm. de eius expulsi. & hom. 4. de verb. Isaia. Nam propter Ecclesiam, non propter caelum, carnem suscepit. Et quod multo magis me mouet, Christus iuxta

† serm. 2. de aet. gener.

† orat. de laudibus Coen.

† lib. de Noe c. 4.

† lib. 2. in Cant. c. 21.

† cap. 5. in v. is Patrum.

iuxta Blefensem serm. 11. [ Hoc corpus suum quod est Ecclesia, magis dilexit, quam illud quod traxit de Virgine. Illud enim verberibus & plagis imo & morti exposuit, vt isti incolumitate pareret. ] Huius matris decorata in Actis SS. Epicteti & Alstonis †, sic describuntur. [ Immortalis permanet; & quae dignè Saluatori nostro est desponsata, atque per Angelos est adornata, per Apostolos glorificata, per Martyres & Confessores exaltata, atque in Christo, & per Christum in caelesti thalamo est eleuata: quae & ab hominibus haec sancta mater Ecclesia pronuntiat. Cuius vox, vt turturis habetur, ad cuius labia distillant aromata; scilicet Apostolorum doctrina. Cuius oculi, duo sunt caeli luminaria: cuius dentes sunt candidi, & quasi de lauaero ascendentis. Quem mysticum sensum viginti quatuor libri, sacratissima habent in figura. De cuius manibus stillat myrrha, quod est iustitia & fides vera. Cuius decem digiti, decalogi virtutem continent, & Sacramentum. Cuius vbera duo sunt Testamenta; Moisaica scilicet lex, & Euangelij gratia. Cuius pedes, similes sunt aurichalco: cuius venter & interiora, sacratissimi fontem Baptismi, & omnium gentium declarant regenerationem. ]

5. Haec omnia satis superque demonstrant, quanta sit gentilitia Christiani hominis penes vtrumque suum parentem nobilitas, maxime tamen penes Patrem Deum. Vnde fit vt Christianus securè ac verè possit Deum nominare Patrem. Quod quanti sit, & recentiorum plerique, Lessius lib. 12. de diuin. perf. cap. 11. nominatim, & Scheuicauus †, & multi Patres exponere sunt conati. Verùm quantoperè id hominem attollat, nemo satis explicet. Tentauit tamen id aperire in hunc modum Gregorius Nyssenus \* expendens illud, *quoniam filij Dei vocabuntur.* [ Si videre Deum, ab nulla re superari potest in bono, filium Dei fieri, omnem planè superat felicitatem. Quoniam enim verborum excogitatio, quoniam ex omnibus conflata significatio, tantè promissionis donum complectetur? Quodcumque vehementiore mentis intentione aliquis cogitauerit; supra illud profusum est id quod significatur: si bonum, vel charum, & honorandum, vel sublime nominaueris id, quod iuxta beatitudinem hanc per promissionem propositum est, amplius quam pro significatione illorum nominum, declaratur. Superat votum prosperi successus, & felicitas, quae consequitur: supra spem Dominus, supra naturam gratia est. Quid est homo, si cum diuina natura comparetur? Cuiusnam sanctorum proferam vocem, per quam genus humanum extenuatur? Secundum Abrahamum, terra ac cinis: secundum Esaiam, faenum: secundum Dauidem, ne faenum quidem, sed simile faeno est. Nam ille quidem dicit, *Omnis caro faenum*; hic verò ait, *homo quasi faenum.* Secundum Ecclesiam, *vanitas*: secundum Paulum, *miseria* est. Quibus enim seipsum Apostolus verbis denominat, his vniuersum genus humanum miseratur. Haec homo: Deus autem quid est? Quomodo dicam, quid, cuius ne videndi quidem, nec auribus percipiendi, neque corde comprehendendi

potestas est? Quibus vocibus enunciaro naturam? Quod huius boni inter ea, quae nota sunt, exemplar & similitudinem inueniam? Quas nouas formabo voces ab significandum id, quod & ineffabile & inexplicabile est? Audiui diuinam scripturam magna de superna natura exponentem: sed quid haec ad ipsam naturam? Quantum enim ego poteram capere, tantum scriptura dixit, non quantum est id, quod significatur. Vt enim eorum, qui respirando aërem ad se trahunt, quisque pro ea, quae in ipso est, capacitate, alius vero minus aëris assumit: non tamen is, qui multum in se detinet aërem, totum in sese elementum redegit, sed & is ex toto quantum poterat, sumpsit, & totum non habet; ita sancta quoque Scriptura de Deo sermones, qui nobis ab iis, qui sancto Spiritu afflati erant, expositi sunt, ad nostrae mentis quidem modum sublimes & magni sunt: atque adeo superant omnem magnitudinem, sed veram magnitudinem non assequuntur. *Quis caelum* (inquit) *palmis dimensus est, & manu aquam, & omnem terram pigro?* Videlicet magnifica verba describentis inexplicabilem potentiam? Sed quid haec ad id, quod reuera est? Nam partem aliquam diuinæ efficientiae talibus magnificis verbis sermo propheticus indicauit. Ipsam verò potentiam, vnde efficientia existit (ne quid dicam de natura, vnde potentia procedit) neque dicendo expressit, neque expressurus fuerat: quin etiam sermone reprehendit eos, qui quibusdam coniecturis diuinum nomen quasi adumbrando expriment, atque effingunt, tanquam ex persona Dei talia verba proferens: *Cui me assimilastis? dicit Dominus.* Idem verò consilium Ecclesiae quoque in suis poenit sermonibus, *Ne festines efferre verbum ante faciem Dei: quoniam Deus in caelo supra, & tu in terra infra:* ostendens, opinor, per elementorum abinuicem distantiam, quantoperè diuina natura terrenas superet cogitationes. Huic tamen tali ac tantae rei, quam neque videre, neque audire, neque ratione perpendere licet, is, quo nihilo in rebus vniuersis reputatus est homo, qui cinis, qui faenum, qui vanitas est, conciliatur, atque in locum filij assumitur à Deo rerum vniuersarum. Quae gratiarum actio huic beneficio par inueniri potest? quae vox? quae sententia? quis cogitationis motus, quibus insuperabile beneficium celebretur? Excedit homo suam ipsius naturam, immortalis ex mortali: ex fragili atque caduco, integer & incorruptus; ex diario atque temporario, sempiternus; in summa, Deus ex homine euadens. Nam cum dignus habitus sit, qui filius Dei fiat, dignitatem patris in sese profus habebit, atque omnium patrum haeres existit. O largam & vberem palmam! O magnam manum! quanta arcanorum thesaurorum sunt dona? In patrem propemodum atque ipse est, honoris conditionem humanitate adductus, naturam propter peccatum ignominia notatam atque deonestatam recipit. Nam si eius quod ipse est, propinquitatem & necessitudinem hominibus largitur, nunquid aliud atque patrem quandam honoris conditionem per cognationem pollicetur? ]

C A P. 3. *Christiani* infantis horoscop. & nobil.

CAP. 3.  
Christiani  
infantis ho-  
ros cop. &  
nobil.

En ergo apicem nobilitatis nostræ, quam si cum Iudæis componamus, visum iri longe illustriorem, notavit Ildorus Pelp. lib. 5. epist. 197. [Ipse (inquit) adoptionis author, dignitatem eius vbique deprædicat. Qui verò ex Iudaico fastigio, Euangelij factus est vas, ostendens honorem hunc opere confirmato, dicit; Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis, in quo clamamus, Abba, Pater; Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei. Si autem filij, & heredes: heredes quidem Dei, cohæredes autem Christi? O ingentem honorem! Quam altè erexit humi prostratos: Eadem enim opera & Iudæorum ignobilitatem Apostolus ob oculos ponit: nobilitatem contra Christianorum, quam omni ope seruare iustum fuerit, ne honore excidentes, grauiùs castigemur, vtpotè tanto indigni honore.]

\* epist. 4. ad  
Securam.

6. Quid mirum si cum Iudæis qui serui erant, componendi non sumus, iam filij, atque adeò fratres Christi & cohæredes? Intrepidè nos dico fratres Christi, quo nomine Christus ipse nos cohonestauit. Sanctus quidem Paulinus \*, negauit audendum nobis esse sic loqui. [Neque idèd (inquit) frater noster (quanquam & hoc diuina pietas pro humilitate cordis sui famulis nomen indulserit, dicens; Narrabo nomen tuum fratribus meis: ) tamen nostra arrogancia non audendum dici frater; nec quia homo fieri dignatus est; quia & in ipso hominis ortu nihil habet commune nobiscum; qui citra nostræ generationis vsum caro factus de Spiritu sancto, intemerata sacræ matris virginitate, & conceptus & natus est.] Probanda sancti viri demissio, tametsi neque improbandum vsus in Scriptura ipsa probatus, & ad nostram animi pusillitatem erigendam peridoneus: manifesteque consequens compellationem Dei per nos sub Patris nomine, ad quam & ipse Christus Dei filius nos formauit institutione sua, & Deus quoque seipsum nos inuitauit, vt notauit Clemens Alex. † ex c. 18. Ezech. verbis illis: Si conuersi fueritis ex toto corde vestro, & dixeritis Pater: audiam vos tanquam populum sanctum. Loquamur ergo intrepidè vt Deus ipse admonet, quodque inde perspicuè sequitur, Christi nobiscum fraternitatem agnoscamus; imò ad tantum honorem, tantamque inde in nos deriuatam nobilitatem stupeamus. [Reuera enim (inquit S. Chrysostomus \*) magnum est & admirabile, & plenum stupore, quòd quæ est ex nobis caro sedeat apud superos, & adoretur ab Angelis, & Archangelis, & Seraphim, & Cherubim. Hoc sæpè mente versans, stupeo & mente excedo, & magna de genere humano visione apprehendo. Video enim magna & præclara præmia, & nostram naturam Deo esse magno studio. Et non dixit solum, homines apprehendit, sed volens ipsos extollere, & ostendere ipsorum genus esse magnum & honorandum, dicit, Sed semen Abrahæ apprehendit. Vnde debuit per omnia fratribus similari.]

† lib. 1.  
Pædag. c. 10.

\* hom. 5. in  
ad Hebr.

Hærebat defixus ad tantam & Dei in nos dignationem & dignitatem nostram, optimi fratris, frater optimus, Geferadus, vt ipse

S. Bernardus retulit \*. Cum enim ad extrema venisset, & solèmnem illam abeuntium formulam à Christo propositam vsurpasset, Pater in manus tuas commendo spiritum meum, regustata ea Patris appellatione, conuersus ad fratrem astantem, non satiatus eius vocis sæpe iterata suauitate. [Quanta (inquit) dignatio Dei, patrem hominum esse? Quanta hominum gloria Dei filios esse & hæredes?] S. Antonius Magnus Epist. noua quarta sub finem, perpulchrè sublimitatem huius tituli attingit, & quàm homo obstringatur ad gratias pro eo agendas, aperit. Et idem egregiè profequitur S. Amphilocheus orat. in S. Deiparam pag. 46. Agnouit quoque & luculenter professus est dignitatem filiationis diuinae per baptismum collatam S. Ludouicus IX. Rex Francorum Idcirco enim sciscitatus aliquando, vbinam terrarum maiorem omnibus honorem accepisset, Pissiaci respondit vbi initiatus baptismo fuerat, cum alij vel Rhemos vbi in Regem inunctus erat, vel Lutetiam vbi omnium cultu frequentabatur, in mente haberent. At sancto Regi vt Gaufridus † de bello loco in illius rebus gestis notauit, collatio baptismi donum omnibus mundanis honoribus ac dignitatibus sublimius habebatur. Itaque cum secretas literas familiari cuiuspiam exarabat, nominabat se Ludouicum à Pissiaci, malens ab oppidulo denominationem trahere ob susceptam inibi per baptismum Filij Dei nomenclationem.

\* serm. 26. in  
Cant.

† cap. 33.

7. Res talis ac tanta, dignitas inquam tam sublimis, vltra ac supra omnes honorum mundanorum apices erecta, in manu nostra & arbitrio diuinitus præuenio & adiuto sita est. Dedit enim potestatem filios Dei fieri, iis qui receperint Christum. Exclamat ad hæc verba S. Augustinus \*. [Erige cor genus humanum, respira in aura vitæ & securissimæ libertatis. Quid audis? Quid tibi promittitur? Dedit eis potestatem. Quam potestatem? An fortè inde instantur homines, iudicandi de capitibus humanis, ferendi sententias de innocentibus & nocentibus? Potestatem (inquit) dedit eis filios Dei fieri. Iam enim non erant filij, & sunt filij, quia ille per quem sunt filij Dei, iam erat filius Dei & factus est filius hominis. Iam ergo & illi erant filij hominum, & facti sunt filij Dei. Descendit ad id quod non erat, quia aliud erat. Erige ergo spem, Magnum est quod tibi promissum est, & incredibile videtur: & quasi non posse æstimatur, filios hominum fieri filios Dei. Sed plus pro illis factum est, quia filius Dei factus est filius hominis. Erige ergo spem ô homo: pelle à corde infidelitatem. Incredibile plus iam pro te factum est, quàm quod tibi promissum est. Miraris si homo habeat vitam æternam? Miraris si homo perueniat ad vitam æternam? Mirare potius quod Deus pro te perueniat ad mortem. Quid dubitas de promisso, tanto pignore accepto? Vide ergo quomodò te confirmat, quomodò promissionem Dei roborat. Quisquis (inquit) receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Qua generatione? Non illa vilitata, non veteri, non transitoria, vel carnali. Non ex carne (inquit) non ex sanguine, neque ex voluntate viri,

\* serm. 8. ex  
40. nouis.

CAP. 3.  
Christiani  
infantis ho-  
ros cop. &  
nobil.

vir, sed ex Deo nati sunt. Miraris, non credis? Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.] Itaque iudice Augustino, Deus factus est filius hominis, vt homo efficiatur filius Dei, & per humilem ad nos descensum, contulit nobis potestatem si velimus oblatum munus recipere, euadendi in hæredes regni Dei, & tanti Patris filios.

\* in Patrem.  
n. 7.

Quæ summa est hinc Dei erga nos facilitas atque benignitas; inde multorum segnitie & nullatenus ferenda oscitantia, qui velut vlcroncas merces despiciant habent dignitatem immensam, adèd paratu facilem. Quod meritò & miratur & dolet Eucherius \*, illis ad cognatum melicis modis: [Si hominum quispiam clarus ac locuples, in locum liberorum te adoptaturus acciret, ires per oppositas rerum difficultates, & per quamuis longi recessus iter, veatus accurreres. Deus vniuersitatis, rerumque Dominus, te in adoptionem vocat, illud (si velis) tibi blandum filij nomen impartiens quo Deum nostrum, vnicum suum nuncupat; & non accessus raperis? non properus vrgeris, ne conditionem tantam celeri occurru mors festina præcipiat? Atque ad hanc obtinendam tu non inuias terræ solitudines, nec longinquas incerta penetrabis. Cum volueris, hæc adoptio tui tecum est. Numquidnam segnes ac desides nos res ista habeat, idcirco quia tam prompta quàm maxima? Quòd durius conditionem hanc dissimulatores experientur: tantò enim nolentibus perniciosior, quantò est volentibus promptior.]

\* in Acta  
Apost. hom.  
13.  
† l. 1. c. 9.

8. Non minùs abominandum est illorum scelus, recepto Christo & effecti filij Dei, sanctum genus dehonestant impiè viuendo, & sanguinem cœlestem fœda vitæ ratione contaminant. Idque ex proximè expensa filiationis diuinæ dignitate licet colligere. Pro sublimitate namque personæ terrior est macula quam contrahit peccando vt alibi cum Saluiano disputo; immensum ergo augeri necesse est eius labem qui à Deo donatus sit tanta claritate quantam confert generatio ex Deo. Quod cum ex Patribus plene hætenus sit monstratum, non est cur huc aduocem Ethnicum hominem, tametsi Diuo Chrysostomo aliquando laudatum \*, Epictetum † dico, ex cuius dissertatione Arrianus insigniter planè de sublimitate diuinæ in homine filiationis supra omnia humana decora disputat. Quam ergo homini turpe futurum ac indecorum, degenerare à tanta nobilitate, iisque se fœdare moribus, qui genus illud talemque profapiam dedecant? [Videte fratres, (exclamat Guericus \*) ne degeneretis. Vt taceam de nobilitate Patris vestri, nobilis est mater quæ vos genuit, generosa sunt vbera quibus lactati estis.] Tametsi autem Christiani nobilitas ex matre est omnino insignis, indèque par est, cum ab omni turpitudine commaculante genus suum, potenter auerti; tamen quia multo fortius ad abiiciendos degeneres animos vt gemat ex cõsideratione nobilitatis quam confert nobis paternum genus, non est profectò de ea nobilitate tacendum, cum de maculis & labibus declinandis ex motiuo nostræ nobilitatis agitur, & creberimò eo recurrunt

\* serm. 2. de  
SS Petro &  
Paulo.

Patres cum de homine ad omnem sanctitatem stimulando, & ab indignis operibus auertendo miscent sermonem; contestantes par esse, & omnibus titulis debitum, vt exquisitissima vitæ sanctitate refulgeat, qui Patrem vocat Deum. Benè S. Germanus in Theor. rerum Eccles. ] Verè Pater omnium nostrum est, & omnes) vt vocis Etymon indicat) seruat: ac si quidem voluntatem eius facimus, Pater est noster: sin minùs, cuiuscumque opus facimus, is est pater. ] Et mox. [Pater Deum vocas? vt filius vitam tuam institue, vt gratias sis, & placeas ipsi tuo Patri qui in cœlis est. Quis enim sub mundi principe rerumque infertatum potente militans, & in filium ei adoptatus malis operibus, audeat Auctorem omnium bonorum ac Dominum, dicere Patrem? Certum est quòd hic non Dominum Sabaotâ vocat Patrem, sed aduersarium, cuius etiam opera facit.] Tandem consequenter. [Patrem dicis (ô homo) Deum; Præclare dicis, est enim pater, & auctor omnium nostram, sed festina ea obire munia quæ tuo placeant Patri. Si vero mala opera facis, perspicuum est, te, Diabolum inuocare Patrem: ipse enim est præfes malorum. Quocirca festina hunc effugere, & bono patri tuo, & procreatori tuo placere.]

† l. in orat.  
Domin.

9. Ordo Romanus in ecphrasi egregia orationis Dominicæ, præfatus mandatum Domini de orando clauso ostio, pertinere ad peccus nostrum clauis fidei à mala cogitatione claudendum, vt labijs clausis, incorrupta mente loquamur, subdit, Christum, sapientiam Dei, vnde sermo est, docuisse nos, vt ita oremus; [Pater noster qui es in cœlis. Hæc libertatis vox est, & plena fiducia. Ergo nobis his moribus est viuendū, vt & filij Dei, & fratres Christi esse possimus. Nam Patrem suum, Dominum qua temeritate dicere præsumit, qui ab eius voluntate degenerat? Vnde vos dilectissimi, dignos exhibere adoptione diuina, quoniam scriptum est, Quotquot autem crediderunt in eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.]

S. Cyprianus † ad eandem mentem. [Nec peccator populus, potest esse filius; sed quibus remissa peccatorum datur, eis filiorum nomen adscribitur, eis & æternitas repromittitur, Domino ipso dicente; Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Seruus autem non manet in domo in æternum; filius autem manet in æternum. Quanta autem Domini indulgentia, quæta circa nos dignationis eius & bonitatis vbertas; qui sic nos voluerit orationem celebrare in conspectu Dei, vt Deum patrem vocemus, & vt est Christus dei filius, sic & nos Dei filios nuncupemus? Quod nomen nemo nostrum in oratione auderet attingere, nisi ipse nobis sic permisisset orare. Meminisse itaque fratres dilectissimi, & scire debemus, quia quando patrem Deum dicimus, quasi filij Dei agere debemus, vt quo modo nos nobis placemus de Deo patre, sic sibi placeat & ille de nobis. Conuerssemur quasi Dei templa, vt Deum in nobis constet habitare: nec sit degener actus noster à spiritu, vt qui cœlestes, & spirituales esse cœpimus, non nisi spiritalia & cœlestia cogitemus & agamus, quia & ipse



**CAP. 31** & ipse Dominus Deus dixit; *Eos qui clarissimi Christiani canit me, clarificabo: & qui me spernit, sperne infansis horum.* [ Pulchre & breuiter sub finem libri de roscop. & nobil. ] Pulchre & breuiter sub finem libri de roscop. & nobil. ] Nuncquam humana mirabitur, quisquis se cognouerit filium Dei. Deicit se de culmine generositatis suae, qui admirari aliquid post Deum potest. ]

† in Psal. 118.

10. S. Basilius † expendens illud, *Afferre Domino Filij Dei.* [ Ante omnia (inquit) dico, Pater, deinde petes ea quae ordine sequuntur. Scrutare uero teipsum ex cuiusmodi conuersatione ad Deum accedas: expende, num dignus sis, qui Deum sanctum, uoces patrem. Per uitae enim sanctimoniam nobis peruius est ad eum sanctum ac familiaris aditus. Si sancti filius cupis esse, sanctitas te in filium adoptet. ]

Nysenus Basilij germanus orat. 2. in Orat. Dom. & copiose & pie. Prolixitatis damnum pensabit grauitas orationis. Vix enim aliquid in hanc rem fortius & aptius proferre liceat. [ Dominus ad discipulos ait; Cum oratis, dicite, Pater noster qui es in caelis. Quis dabit mihi alas tanquam columbae, inquit alicubi magnus ille Dauid in Psalmis, Dixit enim etiam ipse, parem uocem emittere ausus: quis dabit mihi alas illas ad hoc, ut possim una cum sublimitate praestantiae maiestatisque uerborum mente subuolare? Ut terram quidem omnem relinquam, transcamque omnem aetrem in medio fulum, asseuera eadum, & omnem in iis ordine ac ratione digestum ornatum inspiciam? Ac ne in his quidem consistam, sed haec etiam percurram, & extra omnia, quae & mouentur & mutantur, euadam: atque stabilem assequar naturam, immobilem, & in seipsa statutam, fixam, fundatam atque firmatam potentiam, omnia ducentem pariter atque ferentem, quaecumque in esse sunt; omnia, inquam, quae ab inenarrabili uoluntate diuinae sapientiae pendunt? Ut ab omnibus quae & alternant, & mutantur mente procul remotus, in immutabili pariter, & immobili animae statu, eum qui nec mutari, nec in alterum peruari potest, per animi sententiam atque iudicium prius conciliem & familiarem reddam; deinde uero maxime familiari & amica appellatione inuocem ac dicam, Pater? Nam quali dicenti opus est animo? quanta fiducia? quali conscientia? ut ubi Deum, quo ad eius fieri potest, per eas appellationes quae in illo animaduertantur, ad intellectum inenarrabilis gloriae quasi manu ductus, mente conceperit atque didicerit, quod diuina natura, quodcunque tandem, ea sit ipsa, bonitas sit, sanctimonia, exultatio, potentia, gloria, puritas, aeternitas, semper eodem modo atque similiter sese habens: ac quaecumque talia circa diuinam naturam intelliguntur, cum & per diuinam Scripturam ac proprias cogitationes animaduertent, deinde talem emittere uocem, & eum, qui talis sit, suum patrem nominare audeat? Perpicuum est enim, quod si alicuius intelligentiae particeps sit, non ausurus sit, cum non eadem etiam in se cernat, illam uocem ad Deum emittere, ac dicere Pater. Nam improbae uoluntatis atque propo-

siti Pater esse is, qui sui natura bonus est, naturaliter non potest; neque uita contaminati, sanctus; neque eius, qui huc illic circumagitur, is qui alius fieri ac mutari non potest: neque mortificati per peccatum, patet uita: neque eorum, qui uitiis probrosis & ignominiosis impulsu turpia committunt, is qui purus & integer est: neque avari & raptoris, benefactoris: nec eorum denique, qui in aliquo malo deprehenduntur, is qui in omni bono cernitur atque consideratur, parens esse potest. Nam si quis expiatione etiam nunc opus habens, seipsum inspiciens, uitiolam conscientiam suam agnoscentem, plenam maculis, & scelerum notis inuistis, priusquam à tot tantisque malis expurgatus sit, se Dei cognationi inserat, ac dicat, Pater, iusto iniustus, puro impurus, contumelia atque conuicium planè ea uerba fuerint; siquidem suae nequitiae patrem, Deum nominat. Nam *Patris* uocabulum, causam ex ipso procreati significat. Ergo si conscientia uitiolosa quis prae datus, patrem suum, Deum dicat, nihil aliud, quam suorum malorum quasi principem & autorem eum insimulabit. At nulla communio luci cum tenebris, inquit Apostolus, sed cum lumine lumen confociatur, cum iustitia iustitia, cum honestate honestas, cum incorrupto incorruptum. Contraria uero, cum iis, quae eiusdem generis sunt, planè cognationem habent. Non enim potest arbor bona, malos producere fructus. Si quis igitur graui tardoque corde, ut inquit Scriptura, atque mendacij patet existit. Ille peccatum, & peccati pater est. Propterea animi affectibus ac perturbationibus obnoxij, filij ire, ab Apostolo appellatur, & qui à uita descuerit, *perditionis filius* nominatur: mollis item quispiam & effeminatus, *filium puellarum transiugentium* appellatur. Similiter etiam ex contrario, conscientia laeta pura ac luculenta praediti, *filij lucis & dei* appellantur, *uirum* item *filij alij*, qui ad diuinum robur sese firmauerint. Cum igitur ut patrem Deum in oratione dicamus, Dominus nos docet, nihil mihi facere aliud uidetur, quam sublimem & altam instituere atque praescribere uitam. Non enim utique mentiri nos ueritas docet, ut dicamus nos esse quod non sumus, & appellemus nos eo nomine, quod natura nobis attributum non sit: sed ut dum incorruptum, & iustum, & bonum patrem nostrum dicimus, uitae integritate propinquitatem referamus, eamque ueram esse ostendamus. Vides quanto nobis opus sit apparatus? quali uita? quanto ac quali studio? ut ad eum modum fiducia erecta tandem conscientia nostra, ad Deum dicere audeamus, Pater. Nam si pecunias spectes, si circa seculares uitae fraudes occupatus sis, aut ex hominibus gloriam quaeras, si uitiolis cupiditatibus seruias, deinde eiusmodi orationem in ore habeas; quid dicturum esse putas eum, qui uitam tuam intuetur, & orationem intelligit? Nam ego quidem eiusmodi quaedam, quasi Deo ad talem dicente, mihi uerba uideor audire: Patrem uocas, qui uita corruptus

corruptus es, eum qui incorruptibilitatis & integritatis pater est: Cur fordida tua uoce contaminas nomen incorruptum? Cur falso tibi uerbum hoc usurpas? Cur naturam impollutam dedecoras? Si filius meus esses, moribus bonis proflus etiam tuam uitam insignem esse oportebat. Non agnosco naturam meam imaginem in te: aduersariorum sunt ista insignia. Quae societas luci cum tenebris? quae uita & mortis cognatio est? quae necessitudo natura puro cum impuro intercedit? Multum interest inter benefactorem & raptorem: Inscitabilis inter misericordem & inimicem contrarietas intercedit: alius est pater uitorum, quae in te sunt, nam mea soboles paternis honis decoratur, filius misericordis misericors: integri & puri, integer & purus est. Corruptus, alienus est ab incorrupto, & ut summum dicam, ex bono bonus & ex iusto iustus editur. Vos autem non noui, unde sitis. Quocirca priusquam aliquis uita expiatus & expurgatus sit, periculosum est in hac oratione audacem esse, & patrem suum Deum nominare. ]

\* homil. 19. in ad Rom. 11. 207.

11. Chrysostomus \*, post explosam uanam iactationem de carnali nobilitate, & monstratam praecellentiam nobilitatis ex uirtutum illarum expressione quae in anterioribus fulserat, sic concludit. [ Simus itaque & nos sanctorum filij, imo & Dei filij. Quod enim liceat & Dei filios fieri, audi quid dicat: *Estote igitur perfecti*, inquit, *sicut pater uester qui in caelis est*. Propterea illum & orantes *patrem* uocamus; non solum factam nobis commemorantes gratiam, sed & nos ipsos ad uirtutum admonentes ne quid tali cognatione indignum committamus. ]

\* in Psal. 84.

S. Augustinus \*, quamuis primum negat nos esse in re filios Dei, tantumque ait, nos talem esse perfidem, quia comparat sortem filiorum in caelo fruuentium Deo cum sorte peregrinantium hinc in terra, tamen ueritate adoptionis qua filij Dei nominamur & sumus, absolute agnoscentem, subdit. [ Propterea Ioannes in Epistola sua, quid ait? *Dilectissimi, filij Dei sumus, sed nondum apparuit quid erimus*. Quis non exultet si subito nescio cui peregrinanti & ignorantis genus suum, patienti aliquam egestatem & arumnam, & in labore constituto, diceretur, filius Senatoris es, pater tuus amplo patrimonio gaudet in terra uestra. Reuoco te ad patrem tuum: Quali gaudio exultaret, si hoc non fallax promissor diceret? Venit ergo non fallax Apostolus Christi, & ait, quid est quod de uobis speratis? Quid est quod concupiscentias uestras sequendo, in egestate istarum uoluptatum contenti uultis? Habetis patrem, habetis patriam, habetis patrimonium. Quis est iste pater? *Dilectissimi, filij Dei sumus*. ]

† Serm. 6. de uita Domini. 6. 4.

12. S. Leo †. [ Quomodo diuinae particeps erit pacis, cui ea placent, quae Deo displicent, & iis appetit delectari, quibus illum nouit offendi? Non est iste animus filiorum Dei, non talem sapientiam recipit adoptiua nobilitas. Genus electum & regium, regenerationis suae respondeat dignitati. Diligit, quod diligit pater

Theophili Raynaudi Pontificis.

ter, & in nullo ab auctore suo dissentiat, ne iterum dicat Dominus; *Et illos genui & exalauit ipsi autem spreuerunt me. Agnouit bos possessorem suum, & asinus praesepe Domini sui: Israel uos cop. & autem me non cognouit, & populus meus me non nobil. intellexit*. Magnum est dilectissimi, huius muneris Sacramentum, & omnia dona excedit hoc donum, ut Deus hominem uocet filium, & homo Deum nominet Patrem. Per has enim appellationes sentitur & discitur, quis ad tantam altitudinem ascendat affectus. Nam si in progenie carnali & stirpe terrena, claris parentibus genitos uita mala conuersationis obscurant, & ipso maiorum suorum lumine soboles indigna confunditur, in quem exitum uenient, qui propter amorem mundi à generatione Christi non metuunt abdicari? Si autem ad humanam pertinet laudem, ut patrum decus in prole resplendat, quanto magis gloriosum est, ex Deo natos in autoris sui imaginem resplendere, & illum in se, qui illos genuit, ostendere? ]

Petrus Chrysologus †, postquam diu stupuit ad hoc mysterium, quo homo caelesti benignitate Deum appellat Patrem, in eundem stuporem denud actus, exclamat. [ Quid te homo repente prouexit gratia? quo te rapuit caelestis natura? ut in carne, & in terra positus adhuc, & carnem iam nescias, & terram, dicendo; *Pater noster qui es in caelis*. Qui ergo se tanti patris filium confiteatur, & credit, respondeat uita generi, moribus patri, & mente atque actu asserat, quod caelestem consequutus est per naturam. ]

Non est dignus qui SS. Patribus suffragetur Pelagius. Tameñ quia, etiam filiis concubinarum ut dixit S. Augustinus a, praebentur a l. de patientia cap. 27. munera, possimus etiam proficere ex iis quae homo haereticus dixit ad hoc institutum percommode. Hortatus, ergo Demetriadem ut meminerit se filiam Dei per baptismum, subdit. [ Honor tuus, te ad sollicitudinem tui propoliti admoneat. At nullus debet esse ibi negligentiae locus, ubi tam praecleara seruanda sunt. Pretiosior quaeque uellis, timidius custoditur à macta. Mulco quaesita auro gemma, maiori sollicitudine possidetur: & generaliter, grandi cura, magna quaeque seruantur. Vnde & tu, si teipsum bene custodire cupis, debes honorem tuum semper, preciumque cogitare. Tanto enim se uulquisque negligentius utitur, quanto se existimat uiliorem. Non ob aliam causam, magis nobis in Scripturis diuinis, tam frequenter filiorum Dei nomen imponitur, ut illud quod dicitur per Prophetam *Et ego ero uobis in Patrem & uos eritis mihi in filios & filias, dicit Dominus omnipotens*. Et Apostolus dicit: *Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi*. Et beatus Ioannes, inquit: *Charissimi, nunc filij Dei sumus. & nondum apparuit, quid erimus*. Scimus quoniam cum apparuerit similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est, ut qui habet hanc spem in eo, sanctificet se, sicut ille sanctus est. Vult nobis caelestis doctrinae dignitatem qua donati sumus, frequenter ingerere, & honorem nostrum, peccandi pudorem facere. ]

13. Planè ergo ad omnem uirtutem incensuriam

CAP. 3. Christiani infantis baptis cap. & nobil.

tium potentissimum, & validissimum ab omni peccato auocamentum, ea cogitatione continetur quod filius Dei sis per Baptismum. Tametsi enim detestandus est error Nouatorum, plene explosus à Bellarmino lib. 1. de pœnit. cap. 12. 13. & 14. & à Fœwardentio in append. ad Caltrum v. Baptis. har. 5. quod scilicet sola Baptismi recordatio, omnia cum subsequente peccata aboleat, tamen verissimè dicitur, hominem ea recordatione ritè vigente, præuenturum omnia peccata, attentata denigratione nobilitatis gentilitiæ quam infert peccatum. Quam enim indignum fuerit, filium tanti Patris, non inquam Regis aut Principis filium, sed ipsi sancti Dei ac Regum Iesu Christi, oblitum generis ac familiar, dimitti ad societatem ac conuictum vilium lixarum atque calorum, & si quid est abiectius? Occupari circa infima, vel etiam fœda ministeria, hatis incubare, forarum agere? Meritò itaque Cyrillus Hierosol. \* obstupefcit ad tantam hominum & stupiditatem & malignitatem, qui immemores quantoperè eos sustollat decus filiorum Dei in regeneratione collatum, indignè genere illo cœlesti se gerunt. [Dictorum (inquit) recordans, in quibus Deus hominum pater prædicatur, vehementer ad hominum ingratitude obstupefcit. Siquidem Deus ineffabili clementia, Pater hominum vocari dignatus est. Ille qui est in cœlis, eorum qui super terram sunt: qui secula fecit, eorum qui in temporibus: qui terram pugillo continet, eorum qui sunt super terram tanquam locustæ. Homo tamen super cœlestem patrem relinquens, dixit ligno, Pater meus es tu; & lapidibus me genuisti. Et ut mihi videtur, propterea ad humanitatem dicit Pfaltes; Et oblitiscere natali tui, domus patris tui; quem elegisti patrem, quem traxisti ad perdicionem. Non solum autem ligna & lapides, verum etiam nonnulli animi cidam, suum eligeant patrem, quos Dominus reprehendens, inquit; vos operaparis & estri facitis. Cum pater ille sit hominum, non naturâ, sed deceptione. Nam quemadmodum per religiosam doctrinam Paulus Corinthiorum vocabatur pater, sic & Diabolus eorum, qui spontè cum illo conueniunt, pater vocatur. Neque enim recipimus eos qui dictum illud malè intelligunt? h. e. eo reco. noscimus filios Dei, & filios diaboli; tanquam sint aliqui inter homines, qui naturâ aut seruentur, aut perdantur. Non enim ex necessitate, sed voluntate ad eiusmodi sanctam adoptionem deuenimus.] Et inferius. [Hoc igitur cognoscentes, spiritaliter conuertemur, ut adoptione Dei, digni efficiamur: qui enim spiritu Dei ducuntur, ipsi sunt filij Dei. Nihil enim proderit nobis, Christianorum possedisse appellationem. si opera illam non sequantur. Ne forte & illud nobis dicatur; Si filij Abraham effectis, opera Abraham faceretis. Si enim cum patrem vocamus, qui opus cuiusque sine personæ acceptione iudicat, non sine timore, incolatus seu peregrinationis nostræ tempus transigemus: non diligentes mundum, nec ea quæ in mundo sunt. Qui enim diligit mundum, non est dilectio patris in illo. Itaque dilecti filij, patrem cœlestem per opera glo-


\* catech 7.

rificatus, ut videant opera nostra bona, & glorificent patrem nostrum qui est in cœlis: Omnem sollicitudinem nostram in illum projiciamus: Sicut enim pater noster quibus opus habeamus.]

† serm. 10. Tom. 5. Giac. Affinia & illa ex Chryostomo †, indignante quod homines, filij Dei & Christi fratres effecti per Baptismum, sponte ab ea nobilitate deficientes, degenerent in bestias. [Sed profectò (inquit) non tu vocem eiusmodi frustra doceris mittere: nimium vt ad eam quam lingua tua protulit, appellationem patris erubescens, eius imitari bonitatem discas. Estote (inquit alibi) similes patris vestri, qui in cœlis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Vocare enim benignum ipsum Deum patrem non potest, quisquis est inhumano, atque effarato animo. Namque cœlestis patris notas, ac signa bonitatis non retinet, sed ferinam potius formam induit, atque illa diuinæ bonitatis excellentia degener excidit, iuxta illud beati David; Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Etenim qui taurino more exultans cornu petit, vt iumentum calce ferit, vt camelus iniuria meminit, vt vulsus vorat, vt lupus rapit, vt scorpium pungit, sub dolo agit vt vulpes, adhuc nit ad fœminas instar equi mulierosus, qui possit hic dignam filio vocem mittere, ac parentem suum Deum vocare? Quem hunc igitur appellemus? & belluam? At belluæ singulæ, singulis honorum vitis insignes sunt, hic verò vnus, omnia ad vitia contrahens, ipsi rationis expertibus feris, euadit immatior. At quid dixi feram, qui sit ipsa fera terrior, atque inhumanior.]

† Præd. c. 6. sub finem. Concludamus igitur cura Clemente Alexandrino †. [Vnicuique nostrum qui infantes sumus, ( id est baptizati, & scilicet consentaneè ad perceptum Baptismum vitam exigentes) licet in Domino gloriari & cloqui, Pater bono, talique ex sanguine glorior esse. ] Cæteris à generis cœlestis nobilitate vitio suo auertis, & conuersantibus indecorè ac indignè filiis Dei, non item. Quod recidit quod ait Isidorus Pelus. † eos duntaxat orationem Dominicam in qua Deum appellamus Patrem, ritè ac iure recitare posse, qui post admirandum diuini baptismatis partum, & nouam ac perigrinam puerperiorum legem, filiorum germanam indolem ostenderint; cæteros quauis audacia superiores esse, qui cum nihil eorum faciant, quæ laudabilem deceant alium, tamen aut sint Patrem appellare, omnium rerum Dominum.

CAPVT



CAPVT IV.

Necessaria Christiano ex hac generatione, in Deum, Ecclesiam, proximos, seipsum, officia.



ALERTIS profapia, tantæque nobilitas ad quam hominem sustollit, seminarium est insignium affectuum & officiorum erga omnis generis personas, ex quibus quia vniuersa interioris hominis compositio, plenæque perfectio maxime pendet, iuuat illis tantisper insistere.

\* lib. 1. de serm. Dom. in monte, cap. 8.

Summatim multos huiusmodi sanctos affectus, quorum diuina filiatione fementis est, perstrinxit S. Augustinus \*, à quo idcirco lubet auspicari. Sic igitur habet, exponens proœmium Dominicæ orationis. [Quoniam quod vocamur ad æternam hereditatem, vt sumus Christi cohæredes, & in adoptionem filiorum veniamus, non est meritum nostrorum, sed gratiæ Dei eandem ipsam gratiam in orationis principio ponimus, cum dicimus, Pater noster; quo nomine & charitas excitatur. Quid enim charius filiis debet esse, quam Pater? Et simplex affectus cum homines dicunt Deo, Pater noster, & quædam impetrandi præsumptio quæ petitori sumus, cum priusquam aliquid peteremus tam magnum donum accipimus, vt finamur dicere, Pater noster, Deo. Quid enim iam non det filiis petentibus, cum hoc ipsum ante dederit, vt filij essent? Postremò quanta cura animum tangit, vt qui dicit, Pater noster, tanto Patre non sit indignus. Si enim quisquam plebeius, Senatorum grandioris ætatis ab eo ipso patrem vocare permittatur, sine dubio trepidabit, nec faciliè audebit, cogitans humilitatem generis sui, & opum indigentiam, & plebeie personæ vilitatem. Quanto ergo magis trepidandum est appellare patrem Deum, si tanta sunt labe, tantæque sordes in moribus, vt multo iustius eas à sua coniunctione Deus expellat, quam ille Senator cuiusuis mendicæ egestatem? Quandoquidem ille hoc contemnit in mendico, quo & ipse potest humanarum rerum fragilitate deuenire? Deus autem in sordidos mores nunquam cadit; & gratias misericordie ipsius, qui hoc à nobis exigit, vt pater noster sit, quod nullo sumptu, sed sola bona voluntate comparari potest. Admoneatur etiam hic diuites, vel genere nobiles secundum seculum, cum Christiani facti fuerint, non superbire aduersus pauperes & ignobiles: quoniam simul dicunt Deo, Pater noster: quod non possunt verè ac piè dicere, nisi se fratres esse cognoscant.]

2. Et uoluimus ista distinctiùs, & in primis quæ in Deum officia nos urgeant ex eo capite Theophili Raynandi Pontificia.

quod filij Dei facti sumus, sigillatim spectemus; inde progressuri ad officia, quibus & erga nos, & erga proximum eodem titulo obstringimur, vt D. Augustinus admonuit. Nec prætermitturi, quid item eo nomine debeamus Ecclesiæ, cuius explicitè non est à D. Augustino facta mentio: tametsi nec eam profus omisisse videri debet, eo ipso quod proximorum meminit, ac nostri ipsorum, è quibus constat Ecclesia.

CAP. 4. Necessaria vi proœrationis de Christo.

Deo, in primis ex hoc capite, amorem ac gratitudinem debemus. Et incredibile sanè videri possit, quanta hinc amoris pyra debeat incendi tanto diuinæ in nos charitatis igne subiecto, vt filij Dei nominemur & sumus. Optimè id attigit S. Augustinus \* exscriptus ab Adriano Papa I. nuper edita Epistola ad Episcopos Hispaniæ. Sic igitur D. Augustinus † super eminentem Dei erga nos amorem in conferenda filiorum prærogatiua demonstrat. [Quotquot autem receperunt eum; Quid eis præstitit? Magnam beneuolentiam, magnam misericordiam. Vnicus natus est, & noluit manere vnus. Multi homines cum filios non haberint, peracta ætate adoptant sibi, & voluntate faciunt quod natura non potuerunt: hoc faciunt homines. Si autem aliquis habeat filium vnicum, gaudet de illo magis, quia solus omnia possessurus est, & non habebit qui cum eo diuidat hereditatem, vt pauperior remaneat. Non sic Deus; vnicum eundem ipsum quem genuerat, & per quem cuncta creauerat, misit in hunc mundum, vt non esset vnus, sed fratres haberet adoptatos. Non enim nos nati sumus de Deo, quo modo ille vnigenitus, sed adoptati per gratiam ipsius. Ille enim venit vnigenitus, vt solueret peccata, quibus peccatis implicabatur ne adoptaret nos, propter impedimentum eorum, quos sibi fratres facere volebat, ipse soluit & fecit cohæredes.]

\* c. 2. 1. in 10. m. † est epist. 97. in collecta. neis Gæceteri.

3. Quam decet, imo quam omnibus titulis est necessarium, sic à Deo amatos, Deum redamare flagrantissimè & ætuoissimè? Sæxus enim meritò audiat, quem si amare pigeat, non delectet redamare. Petrus Chrysologus \* non qualemcunque beneuolentiam agnosci vult in hac Dei erga nos beneficentia, sed coniunctâ cum ipsius Dei demissione, quæ multo fortius ad amandum, & redamandum debeat non urgere tantum, sed & adigere. Neque enim hærendum censet in collato nobis titulo filiorum Dei, sed peruadendum vltius ad eius usque fundamentum, quod inde repetit quod filius Dei factus sit filius hominis vt nos subucheret ad diuinam filiationem, quantum fas erat, & per putarum creaturarum conditionem licere poterat, vnde quanta amoris in Deum flamma existere debeat, nulla satis affectuatur oratio. Sic igitur ratiocinatur. [Nihil tam stupet cœlum, pauet terra, expansit vniuersa creatura, quam quod vos estis hodie, nobis dicentibus audiamus. Seruus Dominum patrem vocare audeat, iudicem suum reus nuncupat genitorem; conditio terrena sua se voce adoptat in filium: terrena perdidit, æstimat se diuinitatis hæredem. Sed audemus, quia præsumptio dicentis non est, vbi autoritas est iubentis: ipse enim nos hodiè dicere sic

\* serm. 70.

Q 2 voluit,

CAP. 4. Necessaria vi procreationis de Christo.

voluit, qui nos docuit sic orare. Et quid mirum, si homini Dei consecrauit vt filios, quando se homini dedit & aptauit in filium? Carnis nunc naturam transtulit in diuinam, deitatem quando humanam detulit ad naturam. Tunc hominem sibi in caelestibus praestitit cohaeredit, quando se participem reddidit terrenorum. Aut homini negare quid amoris potuit, quid muneris, qui totum quod erat hominis, etiam peccatum suscepit, & mortem? Aut quomodo hominem in suis prosperis socium non habebit, qui in aduersis hominis se fecit esse consortem? Homo redi ad Deum, sic amatus a Deo; & ad illius gloriam da totum te, qui se totum, propter te, ad suam deduxit iniuriam; & voca patrem fidens, quem tanto amore tuum probas, sentis, intelligis esse genitorem.]

Quod peccatum, ait susceptum a Verbo Dei, caue de formali (vt sic dicam) peccati proprie dicti susceptione accipias; quod Christi innocentia & summa sanctitas vetat admittere. Accipiendum ergo est de peccato metonymicè dicto, id est de reatu culparum nostrarum, vt non raro sumitur ea vox apud Apostolum. Nisi malis similitudinem carnis peccasti, accipere pro peccato. Ex eo igitur quod Deus, vt nos filios suos efficeret, tanto perè se demiserit pra amore, iure amor erga eum incensibilis ab homine reposcitur, longè incensior quam ob creationem. Imo iuxta eundem Chrysologum \*, longè etiam auctior, quam ob assumptionem carnis nostrae. Id enim est, quod terrorem sibi maiorem incurere dicit, cum ait, [Quid est magis tremendum, quod se dedit terris Deus, aut quod vos dat caelo? quod societatem carnis intrat ipse, aut quod vos facit consortium diuinitatis intrare? quod mortem sumit ipse, aut quod vos resumit ex morte? quod ipse in vestram nascitur seruitutem, aut quod vos sibi gignit in liberos? quod suscipit paupertatem vestram, aut quod vos sibi facit haereditas, sui vnici cohaereditas? Est vtique terribilius, quod terra transfertur in caelum; homo deitate mutatur; seruitutis fors, dominationis iura sortitur.]

4. Volcbam, amorem erga Deum, ob tantam tamque stupendam beneuolentiam, habere adiunctam gratitudinem, & fiduciam ex ea diuinæ in nos charitatis expromptione, vnde fiat vt posthabita terreni cuiusuis patris mentione, vnus sit nobis in caelo pater, Deus. Monicum est egregium S. Cypriani \*, verbis illis. [Homo nouus, renatus, & Deo suo per eius gratiam restitutus, Pater, primo in loco dicit, quia filius esse iam cepit. In sua, inquit, propria venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem eum receperunt, dedit illis potestatem, vt filij Dei fierent, his qui credunt in nomine eius. Qui ergo credidit in nomine eius, & factus est Dei filius, hinc debet incipere, vt & gratias agat, & profiteatur se Dei filium, dum nominat patrem sibi esse in caelis Deum? confiteretur quoque inrer prima statim natiuitatis suae verba, renunciaffe se terreno & carnali patri, & patrem solum nosse se, & habere cepisse, qui sit in caelis, sicut scriptum est: Qui dicunt patri & matri, non noui te, & filios suos non agnouerunt, hi custodierunt praecepta tua, & testamon-

\* Serm. 67.

\* in orat. Domin. n. 10.

ium tuum seruauerunt. Item Dominus in Euangelio suo praecipit, ne vocetis nos patrem in terra, quod sit scilicet nobis vnus pater qui est in caelis. Et discipulo qui mentionem defuncti patris fecerat, respondit; Sine, mortui mortuos suos sepeliant. Dixerat enim patrem suum mortuum, cum sit credentium Pater viuus.]

5. Debitam Patri à Filio fiduciam (quod S. Cyprianus attigit) est per se euicens, & tritum eo vulgati prouerbio apud Petrum Damiani \*, [Securus vadit ad placitum, qui Patrem habet Iudicem.]

S. Chrysostomus † eundem ex hac causa animum erga Deum induit, post descriptam miseriam nostram ante baptismum conditionem, & quæ inde nobis obuenerunt bona. [Ac primum (inquit) pharmacum, quasi antidotum quoddam, lauacrum dedit. Ita omnem euinuumis vitiositatem. Ita omnia simul in fugam se dederunt, inflammatio cessit, febris extincta est, & sanies exiecit. Omnia enim & quæ ab auaritia, & quæ ab ira, & cætera omnia mala per spiritum euauerunt: aperti sunt oculi, aperta aures, aptam vocem locuta est lingua, vires acquisiuit anima, acquisiuit corpus pulchritudinem, & florem humani modi, qualem par est habere pulchritudinem Dei filium, ex spiritus gratia procreatum, qualem par est habere gloriam, filium nuper Regi natum, & in purpura eductum. Hei mihi quantam nobis donauit nobilitatem. Nos vero erga eum qui aded nos amauit, ingrati esse perseueramus. Peperit nos, nutriuit, beneficiis affectit, quid rursus fugimus ab eo qui tanta tribuit beneficia? Quod partam corpori & animæ baptizati pulchritudinem asserit S. Chrysostomus, vt inde amoris in Deum ac gratitudinis flammam exsuscitet, reuocat in memoriam quod ex Villaneo refert Bosius lib. 1. de sig. cap. 16. de filio Cassani Regis Tartarorum, cuius deformitas matri Christianæ à truci marito periculum propè creauit, sed mox depulsum est omne discrimen, cum interuentu baptismi, puellus è deformissimo euasit pulcherrimus. Tales nos quoque omnes ante baptismum eramus animi, sed Baptismus speciosissimos & parente Deo ac matre Ecclesia dignos effecit. Depulit à nobis omnem morbum animi, & cum expediuit, etiam morbos corporis ablegauit, vt docent exempla apud S. Augustinum lib. 22. ciuit. cap. 8. qui epist. 23. ex eo sine curandi corporis aegritudines, oblatos à plebique parentibus ab baptismum filios prodidit. Et vulgatissima etiã est Constantini Magni à lepra per Baptismum curatio, pro qua aduersus Nouatorum & Politicorum officias, nec non aduersus nullo iure subnixam Caietani a ambiguitatem, fatagunt Eugubinus b, Reginaldus Polus c, Baronius d, Coccius e, Galestinus f. Sed hæc in quibusdam mirabilia, in omnibus quoad animam quæ longè præcellit corpori, quotidiana atque perpetua sunt: Et tamen quod S. Chrysostomus non sine stomacho mitabatur, frigemus erga tam beneuolentem tamque beneficium Patrem, & ingrati esse perseueramus.

Memores ergo tanti erga nos diuini amoris, soluamus

\* Serm. 15.

† Serm. 11. in ad Philipp.

a 22. q. 64. art. 8.

b lib. 1. de Donat. Const. d. n. 77

c libro de hac re.

d anno 314. et 1 lib. 7. art. 9.

f in notis ad Sulpitium, sub finem.

† 1. 5. Orat. Serm. 10.

soluamus rigorem nostrum, & gratiam rependamus pro gratia, audientes Chrysostomum cuius illa sunt omni selesano lapidiora †. [O amoris abundantiam! O dignitatis excellentiam! Et quæ tandem agendis gratiis par sit oratio apud ipsum, tot, tanta quæ nobis bona profundentem Deum? Tunc inæque naturæ indignitatem, amabo, tantisper inspice, dilectissime. Scrutare cognationem tuam, terram, puluerem, lutum, cinerem: E terra enim ficti, in terra vitam degentes, in terram demum reuicimur, ac reuertimur. Quæ tu cogitans, percluso animo inexplicabiles largæ illius in nos diuinæ bonitatis opes admirare, qui talem, ac tantum vocare patrem es iustus, terrenus caelestem, mortalis immortalis, corruptibilis incorruptibilem, temporalis æternum, hesternum ac nuperum lutum ipsum qui est ante secula Deum.]

\* hom. 129.

6. Antiochus \* gratitudinem erga Deum quam ex hoc capite deposcit, ex hac formula concipit. [Gloria esto benignitati tuæ, eximie hominum amator Domine, qui nos rerum omnium indignos, tam amanter excipis, filiis tuis tam indulges clementer; qui deamas animas, qui tanti ætlimas qualemcumque vitæ nostræ probitatem, quemque nulla vixet memoria malorum. O Domine primos quidem iam olim (mandatum abs te præscriptum quum in paradiso positi contemptim transmississent) mortis sententia multatos ob peccatum, nosque prius voluntate mortificatos; non libertate solum donasti, sed & proprios filios declarasti; cum alioqui in hunc vsque diem improvidè tam desideamus circa adimpletionem mandatorum tuorum, vt in nobis impleri illud meritò videri possit; filios genui & exaltasti, ipsi autem spreuerunt me. Quis enarrare sufficiat pelagus tuæ erga nos commiserationis; qui longanimitate tanta, animarum nostratum procuras salutem, Deus omnipotens & Domine misericordie? ] Et inferius post expensam tantam hinc Dei benignitatem, & adiungenda ei in caelo corollaria. [Nos igitur (dilectissimi) eum qui nos tanto affectu honore, in idque prouexit dignitatis fastigium, reueremur & obseruamus. Illi seruiamus in timore, tanquam legitimo & secundum naturam Domino: exultamus item ei in tremore, vt Patri per gratiam; nequando irascatur Dominus, & excidamus iure istius filiorum adoptionis. Quisquis adoptione hac spoliatur, ludæ proditori efficitur similis: nimirum perditionis filius ac gehennæ, imo diaboli. Ne (quæso) contingat nos ab eo desciscere refugas: qui nostræ est vindex salutis, & Deus noster. Is enim hanc indulsit benignus potestatem, nobis vt liceat calce proterere serpentes, scorpiones, omnemque inimici potestatem. Quotquot enim accepimus eum, dedit nobis potestatem filios Dei fieri: quando dixit, Vos autem nolite vocare Patrem super terram: vnus enim est Pater vester qui est in caelis.]

\* orat. in S. Baptif.

7. Oblignet hæc in Deum officia pius sensus Gregorij Nysseni \* post expallâ Baptifmî decora. [Haud alienum (inquit) deinceps fuerit, vt ad eum qui tantum nobis donum benignè largitus est, conuersi sermone, hoc

modo finem dicendi faciamus, exiguan vocem, magnarum rerum compensationis loco profertentes. Tu enim reuera Domine, purus ac perennis fons bonitatis es, qui intè nos auersatus, ac benignè nostri miseratus es; odio prosequutus & reconciliatus es; execratus es, & benedixisti; exterminasti ex paradiso, & iterum reuocasti; exuisti nos foliis ficulneis, indecoro illo tegumento, & circumdediti pallio pretioso; aperuisti carcerem, ac dimissisti condemnatos; aspersisti aqua pura, & à sordibus mundasti. Nam si posthac à te vocetur Adam, erubescet, neque conscientia coarguente, sed luco paradisi latens præ pudore se obuolabit: Neque verò flammæ gladius paradysum circumdabit, qui aditu accedentes prohibeat, & locum efficiat inaccessum, sed omnia nobis hæredibus peccati ad lætitiã traducta sunt: ac paradysus quidem, atque ipsum aded caelum, homini patet: Creatura autem tam mundana, quam supra mundana, olim inter se dissidens ad amicitiam coit, atque reconciliata est: & homines cum Angelis, illorum omolentes Theologiam, concordés facti sumus, atque consensimus. Propter hæc igitur gaudij hymnum Deo canemus; quem os spiritu oblectum olim Propheticè magna voce pronunciauit: Exultet anima mea in Domino, induit enim me pallio saluari, & unica lætitiã circumdedit me, vt sponso adaptauit mihi mitram, & vt sponsam exornauit me ornamento.]

8. Erga Ecclesiam matrem, ingens ex hoc capite debetur reuerentia per filium non degenerem. Item honor plenus, quo nomine vt sanctus Hieronymus in cap. 15. Matth. obseruauit, cum de parentibus agitur & reuerentia obediens, & subuentio necessaria designari in Scripturis solet. Obedientiam ac reuerentiam Ecclesie matri à filiis debitam sanctus Cyprianus pulchrè commendat, Beda \* quoque ad illud Prouerb. 1. Ne dimittas legem matris tuæ, perpulchrè attingit obedientiam à filiis debitam Ecclesie. De subuentione eidem ab omnibus Christianis tanquam filiis impendenda iure multo potiore quam carnali matri à filio debeatur, est locus perelegans apud D. Augustinum Epistola 38. ad Latum qui suam Euangelicam quam arripuerat, abiicere meditabatur miseratione matris. Eum Augustinus corripit, quod raptus ad Euangelicæ predicationis officium, & Domino signum dante vigilandi in castris, & tuba caelesti militem Christi rapiente ad praelium, retineret mater, causata forè decem illos menses quibus viscera eius onerauerat, & dolores parturitionis ac labores educationis. E contrario matris Ecclesie dolores atque labores ad ei potius opitulandum vrget Augustinus, his præter cætera. [Mater Ecclesia, mater est etiam matris tuæ. Hæc nos de Christo concepit, hæc martyrum sanguine parturiuit, hæc in sempiternam lucem peperit; hæc fidei lacte nutriuit & nutrit, cibosque maiores præparans, quod adhuc parvuli & sine dentibus vagire vultis, horrescit. Hæc mater toto orbe diffusa, tam variis & multiplicibus errorum infestationibus agitur, vt abortiuam iam filij eius, aduersus eam

CAP. 4. Necessaria vi procreationis de Christo.

\* lib. de vnir. Eccles.

CAP. 4. Necessaria si procrea- tionis de Christo.

infestis armis belligerare non dubitent. Ignavia etiam atque torpore quorundam quos gremio continet, membra sua frigiditate plu- rimis locis, & fouendis parualis minus idonea fieri dolet. Vnde nisi per alios filios, vnde nisi per alia membra, quorum e numero tu es, iustum ac debitum poscit auxilium? Huiusne tu necessitates deserens, ad carnalia verba conuertaris? Nonne haec grauioribus querelis insonat auribus? Nonne haec chariora viscera, & caelestia vbera ostentat? Addit in eandem sententiam alia sane eximia. Sed haec satis ad monstrandum subueniendum esse tali matri.

Præterea, quandoquidem matrem istam Deiparæ, sicut Christianum concepto in ea Christo proportionales esse præsumimus, curandum omni ope est Christiano, ne matrem grauet. Hoc enim Christus Matri non fecit. Guerrici Abbatis pia adhortatio huc pertinet, cum ait\*.

\* scem. 3. de Annunc. in fine.

[In hoc tibi sit exemplo Iesus conceptus & gestatus in vtero: vt sicut onus illud leue ac suauis & si grauidauit, non tamen grauaui vterum Mariæ, sic te non sentiat grauem, aut molestem vterus Ecclesiæ. Grauida est, o fratres, Ecclesia, non sicut Maria solo Iesu, sed sicut Rebecca Iacobo & Esau: non solum scilicet bonis & modestis, sed etiam discoloris & indisciplinatis: quos tamen, & ipsos propter nomen Iesu, vel forsitan aliquod initium substantiæ eius, Ecclesiæ viscera suscipiunt & amplectuntur. Sed cum sese colliderent paruuli discordes in vtero Rebeckæ, quæ prius orauerat vt conciperet, dolens ventrem suum à tribulatione malorum, & dolore, penè poenitebat quod concepisset: Si sic inquit futurum mihi erat, quid necesse erat concipere? Si de aliquo nostrum, fratres, sic conuerterit viscera matris nostræ, timeo ne melius fuisset, si conceptus non fuisset homo ille.] S. Leonis non ex eodem capite argumentatio sanè potens refertur apud Petrum Damiani\*.

\* l. 5. epist. 6.

[Si inquit honorare parentes, primum dicitur in repromissione mandatum, si maledicens patri vel matri, multari morte præcipitur; cuius animaduersionis sententia digni sunt qui non carnales genitores persequi gestunt, sed ipsam matrem suam Ecclesiam, in qua ex aqua & Spiritu sancto regenerati sunt, viperinum genus dissipare contendunt? ] Allusisse videtur ad Ennodij\* expostulationem erga ingratos Ecclesiæ filios. Nam ipsa Ennodij verba ex parte vsurpat. Quoad sensum verò præiurata S. Augustinus serm. 50. de verb. Dom. in fine, qui de nuptiis Ecclesiæ cum Christo, atque aded de maternitate eius respectu nostri præfatus aliqua, ad extremum concludit: [ Obsecro vos per sanctitatem talium nuptiarum, amate hanc Ecclesiam. ]

\* in calce Apologet.

9. Amoris præterea flagrantissimi erga quoscunque fideles incentiuum validissimum, suppeditat nostra ex Christo Patre & Ecclesia matre natiuitas. Fratres quippe sumus, in eodem Baptismo vtero per eundem patrem facti, editique ex eadem parente. Urgebat Christianos ad mutuam charitatem Asterius, quippe qui eodem sinu editi semine, &

z homil. de S. mat. apud Ph. rom. Cod. 271.

eodem vtero fusi. Et matrem in cuius vtero seuerit nos Pater Deus, interpretatur terram, cui sanè matris nomen dedere Ethnici ac Iudæi, Plinius b ac Philo c quia nihil cogitarant sublimius. Urgebat item eam communem fraternitatem Plato d, & apud Porphyrium e Theophrastus. Interdum quoque Christiani eandem fraternitatem vrgent, vt concordiam suadeant. Videlicet SS. Basilium f & Ambrosium g. Hæc illi, siue agentes apud animales homines, qui ægrius ad sublimiora assurgerent, siue vt inter differendum assolet, infirmiora argumenta non dedignant, sed iungendo permixtum cum fortioribus; quale sanè est cum de mutua charitate incendenda agitur, communis fidelium fraternitas, ex factu & ortu nobiliore in quo versamur. Frequentes in hoc charitatis mutæ argumento sunt Patres, quorum aliquos inuat atterere.

b lib. 2. hist. cap. 63. c in Cosmop. d in Menek. e l. 3. de Re. pub. in fine. f lib. 3. de altiss. g homil. in lauzis. h lib. de Noë. c. 26. & l. 2. de Abrah. c. 6.

Tertullianus alloquens Ethnicos sic habet h. [ Fratres etiam vestri sumus iure naturæ matris vnus, et si vos parum homines, quia mali fratres. At quanto dignius fratres & dicuntur & habentur, qui vnum patrem Deum agnouerunt, qui vnum spiritum biberunt sanctitatis, qui de vno vtero ignorantia eiusdem, ad vnam lucem expirauerunt veritatis? ]

h c. 39. Apol.

10. Origenes i circa illud Apostoli, Salutate vos cognati mei, quo nomine Apostolus ibi, nonnullos interdum dignatur; [Quomodo (inquit) Paulus qui se Tharso Ciliciæ natum professus est, Hebræum ex Hebræis, nunc vel Timothei Derbenis eius ex parte gentili cognatus vel consanguineus esse dicatur, vel Iasonis Thessalonicensis, vel Sosipatri Pyrrhi Beroënsis. Quod si pro eo aliquis dicat, quod etiam ipsi qualibet ex parte ex circumfusione veniebant; non ergo oportuit de his specialiter dicere, sed & de omnibus qui ex Iudæis erant, quod essent cognati Paulo. Nunc verò cum cæteris nequaquam hoc nomen indulgeat, his verò & aliis nonnullis adscribat; certum est, eum aliam quandam cognationem nominare, quæ isti Sosipatro cum Timotheo & Luca aliisque paucis horum similibus communis habeatur; quam cognationem vel consanguinitatem, arbitror esse ex baptismo contractam.

i in ad Rom. c. 16.

S. Hilarius ad illud, omnes autem vos fratres estis k. [Totius humilitatis præcepta consummat, vt meminerint omnes, fratres esse se, id est filios parentis vnus, & per nouæ natiuitatis generationem, terreni ortus excessisse primordia. ]

k Canon. 24. in Matth.

Chrysostronus optimè, ad illud, quamdiu fecistis vni de his fratribus meis l. Et bene item alibi m, excutiens illud quod allegat ex 2. Cor. 9. Si quis, frater nominatur inter vos. [Fratrem (inquit) hoc in loco dicens absolute quemuis fidelem, non eum qui est monachus. Nam quid est quod facit fraternitatem? Lauacrum regenerationis, posse Deum patrem vocare. Quamobrem Catechumenus quidem, etiam si sit monachus, non est frater: Fidelis etiam si mundanus sit, seu secularis, est frater. Si quis (inquit) frater nominatur. Nam nec vllum quidem tunc erat Monachi veltigium. Sed

l hom. 80. in Marth. m hom. 25. in ad Hebr.

CAP. 4. Necessaria si procrea- tionis de Christo.

n quodl. 7. att. 17. ad 4.

Sed mundanis seu secularibus hæc omnia dicebat hic beatus ] Non negat Chrysostronus fuisse tunc Religiosos, quorum vt Christianitati conuocorum præconia sexcentis celebrat; sed negat facile, quales postea fuerunt certam regulam profitentes, quibus Fratrum nomen appropriaretur, prout S. Thomas n consimilem Apostoli locum est interpretatus. Erant iam monasteria, etiam si postea sic appellata, vt Augustinus dixit tract. 97. in ad Ioan. Ita erant iam qui nunc dicuntur fratres, etiam si postea sic nominati.

Sedulius lib. 2 operis Pasch. exponens exordium Orationis Dominicæ.

Indulgenda peti breuiter iubet, vt cita præbet.

Sic dicens: Orate patrem baptisate nostrum,

Iure suum propriumque homini concessit honorem,

Et quod solus habet, eunctos permisit habere.

Qui Dominum cali patrem memoramus, in ipso

jam fratres nos esse decet, nec origine carnis

Germannum gestare odium, sed spiritus igne.

Flammæ abolere doli monumenta ventusti,

Atque nouum gestare hominem, ne forsitan ab alio

Degenerent terrena Deo, cui nos duce Christo

Fecit adoptiuos caelestis gratia natos.

Ex hoc capite pater & mater nostra secundum carnem fratres nostri sunt, eodem & ipsi nobiscum vtero geniti, vt Latum admonet Augustinus\* matris carnalis amantiorum.

\* epist. 38.

11. Rata igitur est ex Patrum mente, omnium fidelium fraternitas, ob exortum & genus ex eodem Patre Christo, & matre Ecclesia, sunt itaque omnes ab omnibus amandi tanquam fratres. Nec licet obtendere, quod aliqui sint inimici. Quin potius passim Patres, ex eo quod sumus filij communis Patris, qui tantam erga hostes suos exprompsit charitatem, expromitque in dies, vrgent fideles, ad charitatem erga inimicos, Pulchrè S. Cyprianus ea luculenta oratione\* quam imminente peste habuit ad suos, vt etiam hostibus in ea necessitate adesse vellent; ex qua libo hæc pauca. [Oriri facit Deus iugiter solem suum, & pluuia subinde nutriendis feminibus imperit; exhibens cuncta ista non suis solum, sed etiam alienis: & qui se Dei etiam filium esse proficitur, cur non exemplum patris imitatur? Respondere nos docet natalibus nostris, & quos renatos per Deum constat, degeneres esse non congruit: sed probare potius in sobole, traducem boni patris amulatione bonitatis. ]

\* homil. 14. ad Ephes. in Mor.

Chrysostronus idem argumentum adhibet\*. [Os (inquit) habes spirituale. Cogita quod verbum dixeris primum quando es locutus; quanta sit dignitas oris. Patrem vocas Deum, & fratrem statim iniuria afficis? Cogita vndenam Deum vocas patrem. A natu-

ra? Sed non poteris. A virtute? Sed nec hoc. Sed vnde? A sola benignitate, & clementia, à multa misericordia. Quando ergo Deum vocas patrem, non solum hoc cogita, quod facis indigna illa, generis nobilitatem contumelia afficiens, sed quod etiam à benignitate & clementia habes nobilitatem generis. Ne eam ergo dedecore afficias, cum eam quidem acceperis à benignitate & clementia; crudelitate autem & sanctia vtaris aduersus fratres? Deum vocas patrem & eum contumelia afficis? Sed hæc non sunt filij Dei, imo verò longè absunt. Quòdnam est opus filij Dei? Inimicis remittere, pro crucifigentibus orare, pro iis qui oderunt, sanguinem effundere. Hæc sunt digna filio Dei, inimicos, ingratos, fures, impudentes, insidiatores, eos fratres facere & hæredes, non autem qui facti sunt fratres, eos tanquam mancipia afficere contumelia. Cogita quænam verba locutum est os tuum, quænam mensa sit dignatum, quænam tangat, quænam gustet, quonam fouatur alimento. Te fratri nihil graue facere existimas de eo maledicens? Quomodo ergo vocas fratrem? si non ergo est frater, quomodo dicis pater noster? Illud enim noster, multas significat personas. ] Affinia & illa\*, quibus abstinentium docet verbis asperis & contumeliosis quæ vtique non nisi in eos intorquentur quos habemus infensos. [Quid mirum si Paulus conseruos sic vocauit; cum & Dominus ipse sic vocarit nostram naturam, dicens; Annuntiabo nomen tuum fratribus meis, in medio Ecclesiæ laudabam te? Non solum autem vocauit nos fratres, sed & ipse fieri frater voluit, & factus est humana carne induta, naturæ particeps: quæ vtique & ipse Paulus admirans, decebat; Non enim Angelos apprehendit Deus, sed semen Abrahæ apprehendit, vnde per omnia debuit fratribus assimilari: & iterum; quia pueros participes fecit carnis & sanguinis, & verisimile est, & ipsum hominum fuisse participem. Hæc omnia cum audimus, omnem arrogantiam, & fastum, & stultitiam ex anima nostra expellamus, studioque multo id faciamus, familiaribus nominibus, & honorem habentibus fratres vocantes. ] Insigniter in eandem sententiam disputat homil. 18. in 2. ad. Cor. in fine, ex vno Baptismo, vno fonte, vna omnium creatione mystica, & denique patre vno, dissectiones ac diuisiones fidelium auerandas docens.

\* homil. ad dicitia in t. Co.

12. Nihil igitur obesse possunt, quæ nobis cum aliquibus fidelibus intercedunt inimicitia, quominus ad eos beneuolentia & amore proficquendos, abiectionis inimicitia seramur, si natales nostros ex Christo Patre & Ecclesia matre omnibus communes spectemus. Quare si contingat exortiri inter nos iurgia & contentiones, iustius quàm Iudæis illis occinetur nobis; Vri, fratres estis, vt quid nocetis alterutrum? Nec Abrahami ad Lothum minus conueniens allocutio, sic expensa à S. Ambrosio †. Non sit rixa in er me & inter te, & inter pastores meos & pastores tuos, quia homines nos fratres sumus. Patrum legimus Abraham, & Loth eius nepotem: quomodo eum fratrem appellabat; Sed aduertere, quia causas concordia sapiens

† lib. 2. de Abraham, c. 6.



Cap. 4. Necessaria vi procreationis de Christo.

sapiens adhibet. Vnde præmisit, homines nos sumus. Omnes autem homines vnius naturæ partus sunt, intra eius concepti viscera, & vno foeti atque effusi utero. Vnde nobis iure quodam germanitatis, velut fratres connectimur, ab vno patre conditi, & vna matre tanquam fratres vterini editi. Et idè cum simus rationalis naturæ soboles: tanquam vterini nos diligere debemus amore mutuo, non impugnare ac persequi.]

13. Nec verò fideles tantum, (de quibus hæcenus) sed etiam schismaticos, & quod magis mireris, hæreticos, penes hoc caput communium ex Christo & Ecclesia natalium, diuinæque communis filiationis si Deum recipiamus, habendos & amandos vt fratres, decernunt Patres. Schismaticos sanè, fratres nostros esse, quippe Ecclesiæ filios sed prodigos, agnoscit Urbanus V. scribens ad Ioannem Palæologum Græcorum Imperatorem anno 1365 Idem argumentum ducem ex crebra Donatistarum nuncupatione, fratrum nomine, apud Optatum lib. 1. & 4. & Augustinum Concione de gestis cum Emerito, & in breuiulo post collat. cap. 3. si schisma vnde ortus est Donatistarum factio, non esset per breui progressum ad hæresim. Quare ex eo quod iidem Patres, Donatistas, non ita multo post primordia sua hæreticos, appellant fratres, cõque nomine amari volunt; argumentum est, idem benevolentia fundamentum ad omnes hæreticos pertinere. Et sanè ratio quam D. Augustinus \* adhibet, cur Maximinum Donatistam appellasset in Epistola titulo fratrem, omnium hæreticorum æquè est communis. [Fratrem (inquit) vt vocem; non te latet præceptum nobis esse diuinitus, vt etiam eis qui negant se fratres nostro esse, dicamus; fratres nostri estis. Et hoc vehementer valet ad causam propter quam scribere volui fraternitati tuæ.] Locus quem adducit ex c. 66. Ista, optimè quoque in eandem sententiam ab eo vgetur in Psal. 32. † vbi agens de hæreticis, quos ait consiteri vnum nobiscum caput Christum, à corpore autem esse separatos; hortatur ad expromendam in eos charitatem, tanquam in fratres. [Dolcamus (inquit) illos fratres, tanquam fratres nostros. Velint nolint, fratres nostri sunt. Tunc esse desinent fratres nostri, si desinent dicere pater noster. Dixit de quibusdam Propheta; His qui dicunt nobis, non estis fratres nostri, dicite, fratres nostri estis. Circumspicite de quibus hoc dicere poterit. Nunquid de Paganis? Non. Neque enim dicimus eos fratres nostros secundum scripturas, & Ecclesiasticum loquendi morem. Nunquid de Iudæis, qui in Christum non crediderunt? Legite apostolum, & videte quia fratres quando dicit Apostolus sine aliquo additamento, non vult intelligere nisi Christiano. Non est autem subiectus, inquit, frater aut soror in huiusmodi; cum diceret de coniugio, fratrem & sororem dixit Christianum vel Christianam. Iterum dicit, Tu autem quid adicas fratrem tuum, aut tu quid spernis fratrem tuum? Et alio loco, Vos (inquit) iniquitatem facitis, & fraudatis, & hoc fratrum. Illi ergo qui dicunt, Non estis

\* Epist. 103.

† Conc. 1. in fine.

fratres nostri, Paganos nos dicunt. Idè enim & rebaptizare nos volunt, dicentes nos non habere quod dant. Vnde consequens est error ipsorum, vt negent nos fratres suos esse. sed quare nobis dixit Propheta, Vos dicite illis fratres nostri estis, nisi quia nos in eis agnoscimus quod non repetimus? Illi ergo non agnoscendo baptismum nostrum, negant nos esse fratres: nos autem non repetendo ipsorum, sed agnoscendo nostrum, dicimus eis, fratres nostri estis. Dicunt illi quid nos queritis, quid nos vultis. Respondemus fratres nostri estis. Dicunt, ite à nobis, non vobiscum habemus rationem. Nos prorsus vobiscum rationem habemus, vnum Christum confitemur, in vno corpore, sub vno capite esse debemus. Quid ergo me queritis (ait) si perij? Magna absurditas, magna vesania. Quid me queritis si perij? Quare quererem, nisi quia peristi? Si ergo perij (inquit) quomodo sum frater tuus? Vt dicatur mihi de te, Frater tuus, mortuus erat, & reuicuit, perierat & inuentus est.] Similiter Arrianos Nazianzenus \*, tamesi parum fraterno in Catholicos (vt ait) animo, fratres appellat. Sunt igitur Hæretici quoque fratres habendi, & contra affectum erga hæresim, diligendi tanquam factus eiusdem communis vteri.

14. Sed quid est quod Damascenus †, Manichæos pernegat esse fratres nostros, & omni odio prosequendos decernit? Et quanta animi acerbitate in eos conclamat. [Audi cœlum & auribus percipe terra. Attende cœlum & loquar; & audiat terra verba oris mei. Loquar enim verba non cordis mei, sed tenebris obductorum ac sceleratorum Manichæorum. Audite populi, tribus, lingua, audite. Hodierno die cœlum ac terra vnum theatrum sint. Audite quid execrandi Manichæi dicant, circa lumen caligantes, ac vere os diaboli. Ajunt materiam cum Deo conflixisse, partemque ab eo abstraxisse. Circumscriptum videlicet Deum dicunt, vt oppugnet & oppugnetur, ac maxore afficiatur, & amputetur. Quid ais? Deusne bello læscit? Deusne absconditur? O me miserum! Non eos morte afficiemus? Non flammis absumemus? Cum his consuetudinem habebimus? Hos ad communionem recipiemus? Quisquis cum his communicat, eorum est similis, partisque eorum tum in hoc æuo, tum in futuro erit. Ad fratres communio dicitur: at mortem prius oppetamus, quam vt Manichæos ad communionem admittamus. Moriamur vt viuamus. Qui eos ad communionem admittit, Manichæus est, atque ipsis par. Præstat Iudaicum profiteri, ac Iudæum mori, quam cum Manichæis communicare.] Ita quidem de Manichæis Damascenus, nec mitius S. Leo serm. 4. de Natiu. Dom. cap. 5. & serm. 4. de Epiph. cap. 4. & serm. 5. de ieiun. decimi mensis. Sed præterquam quod potuit haberi ratio, profligatissima, & supra omnes perditionis sectas perditissima hæresis, (nam etiam Diabolum impietate à Manichæis superari, dixit S. Isidorus Pelusiota †: & Manichæismum marcorem esse Ecclesiæ, dixit S. Basilius \*: vel vt ex alio interprete loquitur, [Abominabilem sceleratamque sectam, quam

\* Orat. 33. n. 17.

† Dialo. contra Manich.

† lib. 1. epist. 43.

\* hom. 1. Hexæ.

Cap. 4. Necessaria vi procreationis de Christo.

\* lib. de hærefin. 46.

† in præfat. catech.

\* epist. 42.

† in fragmento pag. 555.

quam si quis Ecclesiæ esse putredinem dixerit, à veritate non aberrauerit.]) Præter exaggeratam ergo impietatem, & extimescendum ab eis contagium, quod potuit iustissimi erga eos odij causam suppeditare: ea est quoad illos peculiaris ratio, cur post illis denegari à Catholicis fratrum nomen, quod non essent baptizati. Disertè enim de eis S. Augustinus \*, [Baptismum in aqua nihil cuiquam perhibent salutis afferre, nec quemquam eorum quos decipiunt, baptizandum putant.] Et idè cum conuertebantur, iuebantur baptizari, vt decretum est Canone 96. Trullano.

Meritò igitur non habebantur fratres, qui nec ex eadem nobiscum matre editi erant, nec ex eodem patre, cui vnica est sponsa, è cuius utero, (baptismi inquam lauacro) liberos suscipit, Catholica Ecclesia. Et idem pari iure dicendum est, de omnibus illis hæreticis, qui quod Baptismi vel formam vel materiam substantialiter peruerterent, Baptismum irritum conferebant, de quibus solis agit Cyrillus Hierosol. † cum ait. [Vna fides, & vnum baptisma. Nam soli hæretici rebaptizantur. Siquidem prius illud non erat baptisma.]

15. Tales hæreticos denominandi fratres, nulla alia superest ratio, quam ea, ratione cuius S. Augustinus, Madaurense adhuc Idololatras, fratrum nomine dignatur; nempe ob fraternitatem naturalem, & communem humanitatem. Nisi si placeat huc præterea accommodare fabellam Ethnicam, à Iuliano Apostata ad hoc negotium adhibitam. † Expostulat planus ille de suoribus inhospitalitate & parcitate erga mendicos; cum tamen vt ex Poëta refert, ab Ioue sint omnes, mendicique, peregrinique. Miratur itaque quomodo cum Gentilitij nominarentur Dij, ipseque Iupiter audiret Genitilis mortales tamen perinde inimicem afficiantur, ac si essent alienissimi, cum tamen (vt ait) homo quilibet, homini velit, nolit, cognatione coniunctus sit. Idque vt confirmet, adducit quod ab antiquis sacerdotum ministris acceptum refert; [Nimirum quo tempore Iupiter ordinabat omnia, sacri sanguinis guttas excedisse, è quibus humanum genus pullulauit. Ita ergo propinqui sumus inuicem omnes vtriusque sexus homines.] Fabulosa ista mortalium omnium cognatio ex diuino sanguine omnibus instillato, reuocari ad veritatem poterit, si spectetur pretiosus sanguis quasi agni immaculati, quo omnes mortales, etiam Ethnicis, perfusi sunt quoad sufficientiam, & quantum in Christo fuit; etiamli quoad efficaciam res aliter habeat. Est ergo hic titulus, maxime idoneus ad fundandam erga quoscunque homines benevolentiam nostram, quod agnoscamus Deum sic illos dilexisse, vt filij sui sanguine perfusos quantum in ipso fuit, omnes nemine excepto voluerit.

16. Antigi verò quàm exposui, quid Patris, quid matris, quid fratris eodem utero facti ac editi, debeat Christi & Ecclesiæ filius, sua hæc exordia & immortalem natiuitatem recogitans. Restant quæ sibi ipsi debet eodem titulo. Debet imprimis iuxta Chrysologum \*,

\* serm. 10.

vitam viuere filij Dei nomine dignam, eoque respondentem. Tractans enim illud Psal. mi 28. Afferre Domino filij ei, sic habet. [Putatne cœlestes taliter appellat iste virtutes? Aut homines, Deiprat in filios, & terrenam carnem cœlestem subleuat ad naturam? Afferre Domino filij Dei. Homines fratres, homines nuncupat hic Propheta, quos Dei filios alibi sic decantat. Ego dixi, Dei estis, & filij excelsi omnes. Audiuimus fratres, quod nos extulit diuina dignatio, quod paternitas extulit nos superna; credamus nos Dei filios; respondeamus generi, viuamus cœlo, patre similitudine referamus, ne perdamus vitas, quod sumus per gratiam consecuti.] Idem serm. 68. [Quia fuit tibi quondam pater qui te resoluit in limum, qui te ad claustra duxit & pertraxit inferni: Terram nesciat, amorem carnis ignoret, patrem pulueris non requirat, nihil in se vitis licere permittat, qui Deum Patrem, cœlestem repperit ad naturam. Et qui se Dei filium credit, actu, vita, moribus, honestate, tanto generi respondeat, ne iterum ad terrena descendens, ad ipsam tanti genitoris tendat iniuriam.] Quid sit cœlo viuere & generi respondere, Gregorius Nyssenus bene expressit †, dicens. [Qui factus est alicuius filius, is est omnino eiusdem generis cuius is qui genuit. Si ergo Deum accepisti, & factus es Dei Filius, ostende etiam tui animi libero proposito ac electione, Deum qui in te est. Ostende in te, eum qui genuit. Per illa in quibus Deum cognoscimus, oportet ostendit cum Deo coniunctionem & necessitudinem eius qui factus est Filius Dei. Ille aperit manum & implet omne animal bona voluntate; transfirit iniquitates, de malo agit poenitentiam. Christus Dominus vniuersis non infert iram per singulos dies. Rectus Dominus Deus, & non est in eo iniquitas, & quæcunque huiusmodi sparsim docemur à sacra Scriptura. Si in his versaberis, factus es verè Dei filius. Si autem permanes in signis notisque vitij, temerè te de superna iactas generatione. Tibi dicit Propheta, es filius hominis, non filius altissimi. Diligis vanitatem, quæris mendacium. Nescis quod homo non aliter sit Dei filius quàm si fiat sanctus?]

17. Erigatur animo ex hac cogitatione Dei filius, & sustollatur super omnes altitudines terræ, memor venatum se esse ad hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcescibilem, consecratam in cœlis per eius gratiam. Ratiocinatio est Alexandri II. ad Clerum & populum Mediolanensem. \* [Memento te (inquit) fratres mei, quod in oratione Dominica dicitis, Pater noster qui es in cœlis. Quem itaque Patrem vocamus, ad eius hæreditatem tota mentis concupiscentia festinare debemus. De terrena porro hæreditate scriptum est, hæreditas ad quam testatur, in vniuerso benedictione carebit. Cur ergo cum dicimus Pater noster, oratio subiungimus, qui es in cœlis, & non potius qui es in terris, videlicet quæ nobis notiores sunt. Sicut qui es in aquis aut in abyssi, cum vbique Deus sit, nihilque ab eius omnipotentia vacuum sit. Sed cum dicimus Pater noster, idcirco addimus qui es in cœlis, vt ad illam cœlestem hæreditatem sese noster animus erigat,

\* apud Petrum Damiani, lib. 5. epist. 7.

R 1

atque

CAP. 4. Necessaria vi procrea- tionis de Christo.

atque in tam sublime germen ascitus ut sit hæres Dei, terrena quælibet ignobiliter non requirat. Enim verò pater fidei Abraham plures habuit filios; sed solus ille nobilis, qui fuit vxoris: qui verò ex concubinarum sunt ignobilitate suscepti, paternæ hæreditatis successione leguntur exclusi: Porro autem dum eos aleret Abraham, omnes dicebantur filij Abraham: at verò cum ad testamentum venitur, qui sit legitimus hæres, qui fieri non debeant hæredes, patenter ostenditur. Nam Scriptura testante, dedit Abraham omnem hæreditatem filio suo Isaac: filiis autem concubinarum de diti muneris, & segregavit eos à filio suo Isaac. Ecce itaque omnes dicebantur filij, sed non omnes hæreditatis paternæ sunt iura sortiti. Sic profectò fratres, quàm plures sunt hodie Christianæ professionis titulo decorati, qui videlicet in Christi hæreditatem nequaquam merentur adscribi: Et nunc quidem paterno vocabulo gloriantur, sed nequaquam ad hæreditanda paternæ bona perveniunt, quia velut spurij non cælestia, sed terrena ignobiliter concupiscunt.]

Quia porro nihil magis hominem de gradus sui ac prosapie cælestis nobilitate deiecitum affigit humi & cæno conspurcat terreno, quàm lutulentia carnalis illuiciei, idcirco monebat Zeno Verò. \* Christianum ut memor è quo editus coniugio esset, coleret sanctitatem corporis. [Si exultat (inquit) gloria pudicitia sæpe in Gentibus, quamvis illic fructuosa vel vera esse non possit, quia sub impudico prædone versatur; quanto magis debet esse gloriosior in populo Christiano, qui eius sanctificatori inimitabili deseruit Deo. Nam si Ecclesia idèd Christi sponsa est, quia pudica; idèd iugo thalami cælestis honorata, quia etiam post nuptias manet postmodum Virgo perpetua; nos qui nascimur de tanto coniugio, omnifaciè adniti debemus quemadmodum prosapie nostre nobilitatem, non relatione tantum, sed etiam fide similitudinis approbemus. Vnde tamen præ me fero, Fratres dilectissimi, quod ista & non ambigua in nobis retinet assertio. Deum enim Patrem vos & habere & possidere monstratis, cum pudicitiam in qua Deus habitat, non dicam diligitis, sed luculentis moribus adornatis.]

Renocabat in memoriam huius puritatis obligationem, & vincensè necessitatem nitentis per sanctos mores, iniectam in Baptismi susceptione, vestis alba qua Neophyti per ocliduum amiciebantur, ut testantur qui eam Neophytorum amictum memorant, S. Dyonisius cap. 2. Eccles. Hierar. Cyrillus Hierosol. catech. 4. Ambrosius lib. de init. cap. 7. Iobius Monachus apud Photium Cod. 223. optimè ac fusè Theodulphus lib. de ordine baptif. cap. 14. Breuiter idem insinuat Fortunatus lib. 5. carm. 4. lacteum colorem vestis sudæorum, Atrurnæ baptizatorum attingens; & describens alio loco lib. 3. car. 7. baptismum Saxonum per Felicem Episcopum vbi illud præter cætera.

Fulgentes animas, vestis quoque candida signat,

\* ferm. de pudicitia.

Et grege de niueo gaudia Pastor habet. Profecit ex Lacantio, si eius est carmen de Resurrectione Domini quod illius operibus infertum habetur. Sic enim ibi legitur, in expressione triumphi diei Paschatis, quo baptismus conferebatur.

Rex facer, ecce tui radiat pars magna trophæi,

Cum puras animas sacra lanæra beant.

Candidus egreditur niuis exercitus undis,

Atque vetus vitium purgat in amne nouo.

Fulgentes animas, vestis quod candida signat,

Et grege de niueo, gaudia Pastor habet.

Simile erat, quod apud Romanos pueri prætextam relinquentes & Vesticipes facti, liberam togam, ut est apud Nasonem a Liberales ferias describentem, siue puram vestem, ut Catullus ad Manlium loquitur, inducuntur, quæ alba erat, iuxta illud Statij b.

Albentique humeros induxit amictu.

Et concinit Persius r, dicens de excedente ex ephebis, & inducto togam virilem, idèdque custodia soluto, & vitæ liberioris iter sumente, vnde Liberialia dicta,

Permissit sparsisse oculos, iam candidus umbo.

Monebat hæc vestis puritas & albedo Romanos iuvenes, ut nitentur & alberent moribus. Haud aliter ergo, filij Dei facti; qui simul infantes, simul perfecti & viri esse debent, (quia Dei perfecta sunt opera, vnde Baptismus nomine perfecti donatum supra retulimus) hoc esse debent in moribus, quod veste alba & pura præfertur, ut sint filij patris in quem non cadit macula.

18. illud verò maxime infanti Dei commendatum esse erga seipsum vult Zeno Veronenfis d. [Vt sine pausa crescens in senium, à cunis genitalibus non recedat.] Vt inquam semper sit quod denominatus est, cum Baptismo est initiatus, nempe infans. Ita enim olim denominatos qui baptizabantur, discimus ex S. Augustino tract. 1. in 1. Ioan. Epist. Indèdque etiam monstratur, quod olim Dominica palmarum legitur dicta Capitilium, ut notant Alcuinus lib. de offic. cap. de don. Palm. & Isidorus 6. Orig. cap. 18. qui inde petunt rationem illius denominationis, quod ea die peccerentur & detergerentur infantium capita, illuic squallentia ob præcedens totius quadragesimæ ieiunium, quo durante vetabantur lauari. Hoc quid est? Num infantes olim Quadragesimam totam exigebant ieiunii, ac illoti; ac proinde ne sacra rinctio & inunctio illotis capitibus fæderetur, paucis ante Pascha diebus priusquam baptizarentur, lauabantur capitibus?

De infantibus primam aratulam corpoream exigentibus, id puto incredibile, tamen si circa eos quoque adhibitam illam severitatem, censet Vicecomes lib. 3. de Baptif. cap. 6. qui nititur loco S. Augustini, laudantis sanctum Hieronymum epist. 28. eo quod in

a in Fastis.

b 5. Syll.

Sary. 5.

d ferm. 3. de Pasch.

CAP. 4. Necessaria vi procrea- tionis de Christo.

lib. de diu. offic. c. 19.

in c. 3. Ionæ agnoscat ieiunia infantium propter peccatum originis. Adducit præterea antiquam praxim priuandi lacte paruulos lactentes toto Sabatho sancto cum baptizandi erant, asserens nullum esse qui dubitet eos integram sumè vsq; ad vesperam, attulisse ad baptismum; Et ita liquere ait lib. 4. c. 14. ex Ioanne Diacono qui refert lib. 1. vitæ. c. 7. S. Gregorium Sabatho sancto valde doluisse, quod ea die in qua paruuli baptizandi omnes ieiunabant, ipse ieiunare non posset. Addit etiam illud Alcuini g, momentis prouidendum esse, ne paruuli baptizandi lactarentur, antequàm post baptismum communicassent. Si igitur infantes lactentes exigebant integram diem planè ieiunii, non debet paradoxum videri, si dicantur tota quadragesima in cuius meta baptizandi erant ieiunasse. Hæc tamen omnia ægrè fulciunt paradoxum prædictum. Ac primum, quod dicitur, infantes iuxta S. Hieronymum ieiunasse, verum est seruatum aliquando esse in magna calamitate, ad flectendum Deum per vexationem tenebrimæ aratula in ipsos maiores redundaturam. Et ita accidere potuit Niniuitis de quibus agebat S. Hieronymus. Nihil tamen est necesse, id accipere de infantibus lactentibus, sed rectè accipi potest de pueris grandiuiculis, puta octennibus vel decennibus; quos apud nos quoque, certis diebus religioso luctu clarioribus v.g. feria sexta in Parasceue, pia parentum pietas condocet ad ieiunium. Idque vnum voluit Ioannes Diaconus, qui non agit de infantibus baptizandis vt ei affingit aduersarius, sed de quibuscunque pueris. Nec quamuis verum esset infantes lactentes ieiunasse in extrema aliqua calamitate, aut etiam Sabatho sancto, si in eius vespera baptizandi essent, consequens foret, omnes infantes tunc baptizandos, etiam si lactentes, totam quadragesimam exegisse ieiunios. Quod verò Alcuinus, ieiunium illud lactentium in Sabatho sancto, vsque ad perceptam per eos post Baptismum Eucharistiam videtur agnoscere, exponendum est, si fieri absque incommodo posset, nam si eguissent lactatione, poterat illis adhiberi, vt patet ex S. Gregorio, cuius hæc sunt verba. [Infantes non prohibentur lactari ante sacram communionem, si necesse fuerit.] Item in Ordine Romano sub finem Officij Sabathi sancti. Illud de paruuli prouidendum est, ne postquam baptizati fuerint, vllum cibum accipiant, neque lactentur, sine summa necessitate, antequàm communicent Sacramento corporis Christi.] Capedo porro inter Baptismi Eucharistia perceptionem non erat vnus dies, vt perperam assumebatur, sed tantum temporis, quantum exigebatur ad impendendam Confirmationem, & Litaniarum admissam obeundam, vt disertè traditur in Ordine Romano, paulo ante verba mox allegata.

Quare ratum esto, infantes simpliciter dictos siue lactentes, cum in Sabatho sancto baptizandi erant, non exegisse quadragesimam totam ieiunios; ac proinde alios fuisse infantes quibus in Dominica Palmarum adhibendum erat capitilium, propter illuicem contractam tempore ieiunii, excluso tunc vsu bal-

Theophilus Kaynaudi Pontificia.

nearum. Erant ergo infantes illi, ipsimet adulti ad quadragesimæ ieiunium idonei, quorum corpora obseruatione quadrag. simæ fordidata, (vt dixit S. Augustinus) lauanda prius erant, vt in sacro fonte absque offensione sensus tractarentur, nec vlla sacræ vntioni contaminatio ab illuic accederet. Atque ita apertè euictum manet quod præmittebam, baptizandos quacunque tandem essent ætate, denominatos esse infantes.

19. Se igitur Christiani, quippe Baptismi Sacramento initiati, meminerint infantes esse oportere, & quidem per totam vitam, ita vt insonet illis perpetuò, quod Apostolorum Princeps ad cuiusvis ætatis Christianos dicebat, monens vt essent quasi modo geniti infantes. Etates quidem corporum, perpetuò dilabuntur, quia sumus in perpetuo æui & corporis fluxu, vt pulchrè disserit S. Augustinus, ad illud, in flumine pertransibunt pede. At ætas, hominis interni debet esse iugis ac perpetua infantia, & quo plus homini accedit fluxi temporis, eo (si fas est dicere, infanrior debet euadere. Planèque in eum sensum accipi video à Gregorio Nazianzeno, illud Psalms votum, spirituum rectum inuoca in visceribus meis. Augustissimas in orbe familias, videmus titulum Infantium, etiam in grandi ætate præferre. Quàm honorificentius, semper dici, ac semper esse, infantem Dei? Iuuenes ergo (inquit Clemens Alexandrinus lib. 1. Pædag. cap. 5.) populus nouus, vt distinguatur à veteri populo, ij sunt qui noua bona didicerunt: & est nobis vber ætatis ipsa iuuentus expers senij, in qua semper vigemus ad intelligentiam & mentis agitationem, semper iuuenes, & semper mansueti, & semper recentes ac noui. Oportet enim novos esse sermones, qui noui Verbi fuerunt participes. Quod autem fuit æternitatis participes, ei quod est ab interitu alienum, solet assimilari. Vt puerilis ætatis appellatio, sit nobis ver totius vitæ, propterea quod sit senij expers, quæ est in nobis veritas, & mores nostri qui sunt veritate perfusi. Sapientia autem semper germinans, quæ semper similiter & eodem modo se habet, & nunquam mutatur. Pateret hic locus latissimè, ad demonstrandum iniici Christiano necessitatem perpetuam seruandi infantiles mores & innocentiam vi diuinæ filiationis, & suscepti Baptismi. In quam rem egregiè disserunt Clemens Alexandrinus lib. 1. Pædag. cap. 5. & 6. & Origenes homil. 6. in Esai. Mihi satis fore videtur, attingere quatenus infantilibus moribus deceat esse aut non esse Christianum prout Dei infantem. Quò pertinet distinctio Clementis Alexandrini, affirmantis diuinos, infantes debere esse vnus, non vnus, id est malitia, non sensu paruulos.

20. [Paruulus absque malitia (ait Doctrothens) etiam si contemnatur, non irascitur; si honore afficitur, non in vanam gloriam effertur, si rebus suis spoliatur, non dolet, neque affligitur. Paruulus enim est malitia. Non vleiscitur iniuriam, non gloriam affectat inanem.] Non minùs appositè Esaias Abbas. [Quænam sunt infantis opera? Infans si

† epist. 118.

† orat. 43.

\* cap. illo 5.

† doct. 1. n. 17.

\* orat. 25.

R r 2 verbete

CAP. 4.  
Necessaria  
vi procrea-  
tionis de  
Christo.

verberetur, plorat. Rifu agnoscit arridentes sibi. Affectus contumelia, non irascitur. Laudibus non extollitur. Si loco eius alium venereris, non dolet. Si res illi suas eripias, non turbatur. Si paucis in rebus haeres fuerit institutus, minime curat. Neminem vocat in Iudicium. Pro fortunis suis non contendit. Neminem odit. Si pauper est, non meret. Si Diues, non superbit. Si mulierem videt, non concupiscit. Nulla illi neque libido, neque sollicitudo dominatur. Neminem iudicat, nemini imperat, invidet nemini. In iis quae necesse est, se se non iactat. Proximi formam aut habitum non deridet. Non exercet villo cum homine inimicitias. Non simulat. Non querit mundi dignitates. Cumulandis diuitiis non incumbit. Non diligit auaritiam. Non est pertinax, non litigiosus, non in docendo ambitiosus. Si exuatur non est sollicitus. Non tristatur. Propriam non defendit voluntatem. Tamen non metuit. Maleficos & facinorosos homines non timet. Serpentes & feras non formidat, bellum non perhorrescit. Tales sunt de quibus ait Dominus Iesus Christus, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum Dei. Tandem iuxta Chryostomum\*, paruuli honorati non turgent, spoliati non laborant, non curant de craftino, sed soli necessitati praesenti satisfacere sunt contenti. Non praerunt Reginam splendidam matris pannosae.

21. Iudice Christo Math. 19. talium est regnum caelorum. Non dixit τῶν, vt bene expendit Victor Anthiochenus in cap. 10. Marci. Nec enim infantiam annorum Deus attendit, quasi illos (vt appellat Prosper lib. 2. de voc. gen. cap. 23.) paucorum dierum homines, acceptiores habeat solo titulo aetatis immatures & infantilis: sed dixit τῶν, talium. Eorum scilicet qui mores praedictos infantium in se expresserint, fuerintque malitia paruuli. Quod vt Monachus per totam vitam esset commendatissimum, placuit maioribus, vt notarunt Cassianus q. Dorotheus, Palladius s, atque Sozomenus t, Monachorum capita obtegi cucullis. [Cucullus quippe, symbolum est innocentis animi, puri, & vere humiliati. Pueri enim infantuli & innocentes cucullum gestare solent, non viri perfecti.] Haec Dorothei verba. Etiam Sanctimoniales, eo tempore gestasse cucullum, vt infantiles mores nunquam dediscent. Palladius notat\*. Nominatim vero accessuros ad sacram mensam, gestare cucullum edixit S. Pachomius; nempe vt recordarentur, quam infantili innocentia deberent de eo filiorum pane participare.

Infantes itaque Dei, malitia semper paruuli sunt, iuxta monitum Apostoli: qui tamen simul vetat, eos esse pueros sensibus. Vult igitur iuxta Pfaltis oraculum, nasci Ecclesiae pro patribus filios, qui vt ait Chrysologus serm. 130. [Sint prudentia senes, grauitate patres, charitate filij, virtute iuuenes, dulcedine soboles, innocentia infantes, malitia paruuli, quae mundi sunt nescientes, totam regni Dei praesentiam possidentes, attestante Domino, cum dicit; misite paruulos venire ad me, talium est regnum caelorum. Tales generat

perpetuae Virginitatis copula, tales generat caelestis vitae coniunctio, sexus neficia, conceptus conscia, ignara partus, corruptionis ignara, pudore integra, integritate clausa, casta pignoris, fecunditate diffusa.] Non sunt ex hoc numero, illi apud Isaiam cap. 65. *infantes dierum, & pueri centum annorum.* Talis fuit Ismael, quem Philo\* notauit, iam grandaeuum in Scriptura quae liber Dei est, nomen infantis ac pueri esse sortitum, quia erat paruulus sensibus, non malitia. Sic Graeci quantumuis annosi, dicti sunt *bis pueri & plane infantes*, vt est apud Nyssenum homil. 1. in Eccles. atque Chryostom. homil. 4. in 1. Cor. Sunt sane permulti, iuxta praesentem paracemiam Faesto memoratam, *stulti aduersus aetatem & capitis canitudinem*; habentes nomina senum & vitia puerorum; iuxta Senecam b. *Veteres pueros* appellat Comicus c. *Frusra canos ferentes*, vocat S. Ignatius epist. ad Magnes. Talibus implendam Iudaeam, comminatus olim est Deus, cum senem ab eis auferendam, est obrestatus Isaiam 3. quod ibi S. Hieronymus, recte librat, & inferius ad illud. *Dabo pueros principes eorum.* Itaque caueamus hanc sensum infantiam, nec obstruscamus ad illud monitum, *vsquequo paruuli diligunt infantiam?* Sed malitia paruuli & infantes simus, quales fuimus cum recentes e materno Ecclesiae vtero prodiiimus, vt habet longa & longè sapientissima Christiani paedagogi lib. 1. cap. 5. paracemesis lectu & lectu dignissima. Breuior illa, sed optima ex S. Zenone serm. 4. ad Neophytos. [Beatus est, semper qui meminit quod renatus sit; beator, qui non meminerit fuisse antequam renatus sit; beatissimus, qui infantiam suam prouectu temporis non mutauerit.] Talis S. Paulinus\* qui scribens ad Augustinum annos se natum multos aetatis profitebatur: [in natalibus autem animae (aiebat) illius adhuc mihi tempus infantiae est, quae intentatis Christo vulneribus immolata, digno sanguine, Agni victimam praecurrit, & Dominicam auspiciata est passionem.] Hoc est aetatis mihi non plus est quam SS. Innocentibus. Quod vir Sanctus ex humilitate dicebat vnde petebat se spiritali aetate lactentem educari vberibus fidei, sapientiae, charitatis D. Augustini inhiantem. Est tamen reuera maxima laus hominis grandaeui qualis tunc erat Sanctus Paulinus, non mutasse infantiam suam prouectu temporis.



\* h. o. m. 63. in Math.

g lib. 1. de luit. c. 4. r doct. cita. ra. f lect. 35. Laus. r lib. 3. c. 13.

\* lectio 41.


\* l. in id resp. puit Noë.

a v. caritudo.

b ad Magnes. a.


c in Mercat. act. 5.

\* epist. 41.



CAPVT V.

Christi Infantium nutrices, quae lac immulgeant, & pueros mundos seruent.



† lib. 12. c. 1.  
† dialog. de orat.  
† lib. 1. c. 13.  
† lib. 1. c. 13.

DITVM in lucem infantem, excipit cura nutrices, quae Christi & Ecclesiae filiis non deest, & quidem absque eo Ecclesiae matris probo quo dimidiatas matres onerat apud Gellium Phanorinus †. Sic enim appellat matres illas, quae cum factum visceribus abditum aluerint, nec visum nec abblaudientem & risu matrem cognoscere impotem; huc tamen donatum atque conspicuum, dedignantur eo prosequi beneficio ad quod impendendum veluti lacteis fontibus donatae sunt à natura. In quam veluti impietatem, agit item apud Tacitum Messala †: Et ex nostris Clemens Alexandrinus lib. 3. Paedag. cap. 4. Ambrosius lib. 1. de Abrah. cap. 7. Chryostomus hom. de natu. Machab. Gregorius Magnus ad 10. Augustini interrog. & ex variis Tiraquellus cap. 20. de nobil. & non indiligenter Matthaeus Veggius, tractans educationem congruentem liberorum lib. 1. cap. 4. In virorum Principum liberis, hunc sapè defectum obrepere, questi sunt Galenus & Athenaeus, vt notauit Conradus ad Oppianum a. Quod enim liberi matres ferè non habeant nutrices; sed plerunque occultas meretrices, degenerare eos frequenter parentum indole, mirum esse non debet. Ei igitur probo non subiacet mater Ecclesia. Suis siquidem ipsa vberibus, pascit & lactat suos de Christo infantes.

† lib. 3. hist. c. 10. & l. 7. c. 12.

† lib. 12. de tabe.

† lib. 3. hist. c. 10. & l. 7. c. 12.

† lib. 12. de tabe.

CAP. 5.  
Nutrices  
infantium  
Christi.

testis est Andreas Vesalius lib. 5. cap. 18. Idem de quibusdam Indis scribit Dandinus lib. 4. de corp. cap. 19. Quinciam infantibus maribus abs se visis lac attluxisse, ait Leuinus lib. 2. de complex. cap. 3. Et quanquam haec Physicæ obseruationes vitorum lactificorum deessent, tamen lac spirituale ac mysticum quo cibandi sunt infantes Dei, vndecunque absque distinctione sexuum potest effluere. Quare haud absurdè quod ad hoc attinet, aliqui (vt dicebam) vbera Ecclesiae in Christo statuunt, & Christum ipsum pro nutrice filiorum Dei assignant. Ita Clemens Alexandrinus d, qui Christum idcirco vocat sacrorum infantium patrem simul ac matrem, & nutricem siue alioem. Subscribit S. Gregorius iam laudatus, qui vbera Christi esse dicit duo praepcepta charitatis, quibus filios Dei lacte pietatis nutrit & reficit. S. Bernardus paulo aliter de charitate intrinseca ipsi Christo haec duo vbera accipit, sic dicens †. [ Duo sponsi vbera, duo in ipso sunt ingenitæ manufactudinis argumenta: quod patienter expectat delinquentem, & elementer recipit poenitentem. Gemina inquam, dulcedo suauitatis exuberat in pectorè Domini Iesu, longanimitas videlicet in expectando, & in domando facilitas.] Ex his Christi vberibus, pinguedinem gratiae, veri animarum lactis effluere, monstrat in subsequentibus S. Bernardus, & respiciat stipulatur Rupertus †, declarans quae sint vbera vino meliora. [ In Isaiam (inquit) loquitur idem ipse Deus; *Audite me domus Iacob, & residuum Israhel, qui portamini à meo uteris, qui gestamini à meo vultus, vsque ad senectam ego ipse, & vsque ad caros ego portabo.* Ergo & vbera rectè dicitur habere, quae Psalmista non ignorans, dicebat: *Si exaltaui animam meam, sicut ablactatum super matrem suam, ita retributio in anima mea.* Quid ergo per vbera eius, nisi dulcedinem eius rectè intelligimus? Et quid est dulcedo eius, nisi Spiritus sanctus? Talis dulcedo pulchre in duo vbera discernitur, quia duo sunt data eiusdem sancti Spiritus. Alterum datum est in remissionem peccatorum cuius videlicet dati vberis, nullus ante hanc beatam Virginem lactatus est Sanctorum antiquorum. Alterum datum est in diuersarum diuisiones siue distributiones gratiarum, quo videlicet vberis lactati veteres Sancti, & prophetauerunt & multa miracula operati sunt.] Quod gratiam remissionis peccatorum, nemini ante B. Virginem, hoc est ante Christum obtigisse ait Rupertus, alibi expositum est de gratia sanctificante propter solum Christum ex Virgine concipiendum olim concessa, citra vim Sacramentorum antiquae legis, & meritorum cuiuscunque alterius à Christo Spiritus ergo sanctus, siue gratia, (iuxta Rupertum,) lac est ex vberibus Christi affluens Dei infantibus.

† serm. 9. in Cant.

† lib. 1. c. 13. Cant.

3. Aequè S. Augustinus †, gratiam Christi, nomine lactis e Christi vberibus fluentis Pfal 143. expressam docet. [ Quid fecit ( inquit ) Dauid vt lex ipsa utilis esset? Accepit gratiam. Lex enim sine gratia impleri non potest. Pleuitudo enim legis est charitas. Et vnde est ista charitas? Vide si non est ex gratia. *Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus*

† praefat. in Pfal 143.

CAP. 5. Nutrices infantium Christi.

datus est nobis. Quia ergo gratia fecit impleri legem, significatur autem gratia lacte; (hoc enim est in carne gratuitum, ubi mater non querit accipere, sed satagit dare. Hoc mater gratis dat, & contristatur si desit qui accipiat.) Quomodo ergo ostendit David legem sine gratia operari non posse, nisi cum illos lapides quinque quibus significabatur lex in libris quinque, coniungere volens gratiae, posuit in vase pastorali, in quo lac mulgere consueverat? Alibi quoque agens de monte in caesateo, pulchre tradit lac esse gratiae symbolum germinum.

\* in Psal. 67.

\* hom. 1. in Cant.

\* lib. 1. Psal. 2. 6.

\* epist. 4.

† hom. 83. in Math.

Gratia ergo quae verè à solo Christo fluit, & gratiae comitans Spiritus sanctus, est lac Christi. [Lac verè diuinum (vt Nyssenus appellat) per quod vniuersiusque vitam, tanquam nutrix alit Deus.] Sicque ipse Christus lac illud impertiendo, rationem habet nutricis. [Et ipse siquidem sponsus (iuxta Guerricum serm. 2. de SS. Petro & Paulo,) habet vbera meliora vino, id est doctrina legali, vel gaudio seculari. Habet inquam sponsus vbera ne vllum de omnibus officiis & nominibus pietatis eum praterat: vt qui pater est creatione naturae, vel regeneratione gratiae, seu etiam auctoritate disciplinae, sit etiam mater affectu clementiae sit & nutrix sedulitate officij & curae.] Suffragatur ratiocinatio quam suppeditat Clemens Alexandrinus. [Si in Christo regenerati sumus, qui nos regenerauit, proprio lacte nutrit nempe verbo. Quicquid enim generauit, ei quod generatur, proximum alimentum vbera, quam ipse totus vber erat; qui ita misericordia vberi affuebat, vt non modò spiritum suum desideraret totum filiis immulgere, sed & corpus impendere.] Prolixè excurret in hoc decus duorum istorum Sanctorum. ante quos visceribus per Spiritus sancti affusionem feratatos & impletos vberibus, dictum esse ait ab Ecclesia triumphante, sollicita pro militante, Christo ab ea abiuncto, Soror nostra paruula est, & vbera non habet. Ecce autem (addit Guerricus) repente spiritu misto de caelo, tanquam lacte de propriis Christi vberibus effuso, Petrus impletus est lacte plurimo. Nec multo post, de Saulo fit Paulus praedicator de persecutore, mater de tortore, nutrix de carnifice: vt planè intelligeres totum eius sanguinem mutatum in lactis dulcedinem, seuitiam in pietatem. His igitur vberibus geminis pectori suo affixis, gloriatur Ecclesia, non modò matrem se esse secundam, sed & ciuitatem munitam. Ego (inquit) murus, & mea vbera turris. Mille clypei pendent iam de turribus istis, omnis armatura sortium. Ipse quoque sponsus, de eisdem vberibus in laudem sponsae, in carmine amoris, mystico sermone sic ait; Duo vbera tua sicut duo hinnuli caprea gemelli.]

4. Vulgatius est, vt non Christo de quo haecenus, sed Apostolis & Apostolicis viris qui pro Patribus illis nati sunt filij, Pralatis inquam & Sacerdotibus, tribuantur vbera Ecclesiae, & munus nutricium lac suppeditantem,

tium filiis Dei. Disertè sanè Apostolus, factum se tanquam nutricem contestatur. Eundem verò Apostolum, cum compare suo B. Petro, gemina Ecclesiae vbera scite nominat Guerricus tractans illud, Duo vbera tua, sicut duo hinnuli caprea gemelli. [Quae nimirum duo vbera, (inquit Guerricus) Petrum & Paulum esse, non solùm interpretatur nobis dies ista, in qua potamur ab vberibus consolationis eorum satis iucundè & abundè; sed etiam euidentiam operis ipsorum approbant argumenta ac monumenta doctrinae. Quibus enim aliis vberibus nutriti sunt filij Ecclesiae, siue ex praepotio, siue ex circumcissione? Illos vti que ego reor esse de quibus olim paruula & pauperula consolatio diuina promittebat Ecclesiae; Reges nutricij tui erunt, & mammilla Regum lactaberis. Nisi enim tam generoso lacte nutrita esset, nunquam ad hoc virtutis ac gloriae culmen excreuisset. Ad vbera paruulos Petrus inuitabat quibus dicebat; Sicut modò geniti infantes, lac concupiscite. Vbera Paulus praebuerat, quibus dicebat; Lac vobis potum dedi. Et illud; Factus sum in medio vestri, sicut nutrix fouens & nutrens filios suos. Quam plenus autem lacte redundauerit spiritali, pulchre significatur esse vnda lactis visibilis, quod de corpore ipsius fertur exisse loco sanguinis, cum decollatus hodierna die pro illis quibus dabat mammillam dedit & animam. Planè nihil in eo sanguineum, sed totum lacteum, qui nihil carnale, nihil suum cogitabat, sed tantum quod aliis vile erat. Nec tam habebat vbera, quam ipse totus vber erat; qui ita misericordia vberi affuebat, vt non modò spiritum suum desideraret totum filiis immulgere, sed & corpus impendere.] Prolixè excurret in hoc decus duorum istorum Sanctorum. ante quos visceribus per Spiritus sancti affusionem feratatos & impletos vberibus, dictum esse ait ab Ecclesia triumphante, sollicita pro militante, Christo ab ea abiuncto, Soror nostra paruula est, & vbera non habet. Ecce autem (addit Guerricus) repente spiritu misto de caelo, tanquam lacte de propriis Christi vberibus effuso, Petrus impletus est lacte plurimo. Nec multo post, de Saulo fit Paulus praedicator de persecutore, mater de tortore, nutrix de carnifice: vt planè intelligeres totum eius sanguinem mutatum in lactis dulcedinem, seuitiam in pietatem. His igitur vberibus geminis pectori suo affixis, gloriatur Ecclesia, non modò matrem se esse secundam, sed & ciuitatem munitam. Ego (inquit) murus, & mea vbera turris. Mille clypei pendent iam de turribus istis, omnis armatura sortium. Ipse quoque sponsus, de eisdem vberibus in laudem sponsae, in carmine amoris, mystico sermone sic ait; Duo vbera tua sicut duo hinnuli caprea gemelli.]

Non est ergo speciale Religiosorum, sed omnium Christianorum commune, si ad suos Antistites conferantur, quod de Religiosis alibi ostendo diffusius, religionum praefectos, debere suis esse nutrices; id est multis Patribus doceo in Commonitorio vt fit moderatio quod dicitur, nominatim ex Philippo Abate, qui Apostolum laudat de se contestantem,

† 1. Theff. 2.

† serm. 2. de SS. Petro & Paulo.

† lect. 1. p. 6. num. 10. † epist. 13.

\* in regna Monac. c. 2.

\* hom. 1. in Cant. in fine.

\* orat. 1. de resur.

\* lib. de vnit. Eccles.

tem. Facti sumus paruuli in medio vestrum, tanquam si nutrix foueat filios suos. Quem nutricis animum, induendum esse Religioso praefecto, pulchre ex eo Pauli loco eruit ibi Philippus. Ex eo loco Guerricus Abbas Apostolum non tam habuisse vbera quam totum fuisse vber, atque adeo omnibus aliorum spiritalibus moderatoribus idem esse praestandum scite colligit. Eundem Pauli animum, & nutricis partes ab eo obitas, ex eodem loco aequè eruit, & Abbati religiosae familiae moderatori commendat S. Ildorus. 5. Lam vt sigillatim ad duas illas quas initio proposui, nutricis partes veniam, initio facto à puelli cibatione, lac quod immulgetur Christi infantibus ab iis quas dixi nutricibus, variè variè exponunt. Haerendum quippe est in huiusmodi lacte, dimisso lacte sanctificationis & consolationis; itemque lacte veniae, gratiae, & gloriae, quae distinguit Petrus Cellensis lib. 3. epist. 2. secernens tanquam lac diuini vberis, primam benedictionem in iustificationis, secundam in glorificatione; & duplex diuinum vber, nempe praesentis visitationis, & futurae expectationis, & in vnoquoque lacte pro varia qualitate vberali, multiplicem cum variis personis & gradibus aetatum contemperatorem. Hic (vt dixi) sistendum est in lacte quod nutrices Christianae immulget filijs, hoc est iis iuxta eundem Petrum, qui ventris nati sunt gratia.

Sunt qui doctrinam habent pro hoc lacte. Doctrinam quippe sinceram & puram, in Scripturis & Patribus lactis nomine venire, frequentissimè est. Sic Gregorius Nyssenus, lac caeleste interpretatur sapientiam & doctrinam Euangelicam, agens de Ioanne Theologo, qui plus omnibus de caelestis sapientiae fonte haurit. Verbi (inquit) amavit vbera, qui supra pectus Domini in caena recubuit, & veluti quandam spongiam cor suum apposuit fonti vitae: & ex ineffabili quadam traditione repletus Christi mysterijs, nobis quoque exhibet mammillam à Verbo impletam, nosque implet bonis quae ei à fonte sunt indita, magna voce praedicans quod semper est Verbum. Disertè quoque idem Nyssenus alibi, describens nauitatem & infantiam Christianam, pro lacte quod ex matris vberibus haurit, assignat sacram doctrinam. Idem habet S. Augustinus lib. de quant. animae cap. 33. Nam agens de vniuersa doctrina hic à nobis parabili, & sensu quem formabimus, cum intellecto Deo, videbimus quam sint omnia sub Sole, vanitas vanitatum, addit. [Tunc agnosceamus quam optime ac saluberrimè apud matrem Ecclesiam nutriti fuerimus, quae fit vitilis lactis illius quod Apostolus Paulus paruulis se potum dedisse praedicauit. Quod alimentum accipere cum quis mature nutritur, vtilissimum est; cum iam grandis est pudendum; respicere cum opus est, miserandum; reprehendere aliquando aut odisse, secleris & impietatis, tractare autem ac dispensa commode, laudis & charitatis plenissimum est.] Quo loco lactis nomine, manifestè donatur vniuersa doctrina sacra, cuius homo in hoc statu perpetuae infantiae capax est. Eodem modo S. Cyprianus. [Vna est mater

fecunditatis successibus copiosa. Illius foetu nascimur, illius lacte nutritur, spiritu eius animamur: Haec nos Deo seruat, haec filios regno quos generauit, assignat.] Et hic quoque genus omne doctrinae quo filij Dei aluntur in Ecclesia Catholica donec regno caelesti transcribantur, lactis nomine insignitur.

6. S. Ambrosius lib. de bened. Patri. cap. 11. astipulatur, exponens vberum benedictionem. [Vbera (inquit) duo Testamenta dixit, quorum altero annunciatus est, altero monstratus. Et bene vbera, quoniam velut quodam nos spiritali lacte nutritos educauit, & obtulit Deo filios.] Et hic quoque lac appellatur omnis doctrina siue veteris siue noui Testamenti quae filiis Dei propinatur. Eodem reuoluitur quod dixit S. Epiphanius. [Matres lobolis Christi, non aliae sunt quam baptisimi fontes, quibus fidelès iteratò gignuntur. Quoniam porò sunt marum vbera? Nempe Testamenta duo, (quos totidem Magistros habemus) quae lac nobis spirituale & caeleste propinant.] Vtique lac doctrinae, quod interiecta Magistrorum mentio praefert. Facit eundem sensum, quod S. Gregorius ad illud Cant. 4. Duo vbera tua, sicut duo hinnuli caprea gemelli, Ecclesiae vbera vnde infantibus Dei lac affluit, interpretatur duplicem praedicatorum ordinem. Nam Praedicatores non aliud lac immulgent quam doctrinae. Iam retuli, eum locum SS. Apostolorum principibus aptari à Guerrico, qui multa de hoc lacte sincerae doctrinae à lectissimis illis nutricibus affuso fidelibus, adducit; & eodem accommodat quod ex succia B. Pauli ceruice la manauit. Sed hoc vberius & dulcius verfat S. Ambrosius serm. 2. de SS. Petro & Paulo, his praeter cetera. De Pauli ceruice cum eum persecutor gladio percussisset, dicitur fluxisse lactis magis vnda quam sanguinis, & vitum in modum sanctum Apostolum baptisimi gratia in ipsa caede extitisse splendidum portus quam cruentum. Quae quidem res in sancto Paulo stupenda non est. Quid enim mirum, si abundat lacte nutritor Ecclesiae, sicut pfe ad Corinthios ait; Lac vobis potum dedi, non escam? Haec est planè repromissionis illa terra quam patribus nostris Deus promisit, dicendo; Dabo vobis terram fluentem lacte & melle. Non enim de hac terra locutus est, quae manantibus aquis ceenum inuoluit, lutumque permiscet; Sed de illa terra Pauli, & similium Pauli, quae ingiter purum suauèque distillat. Quae enim Pauli Epistola non melle dulcior est, lacte candidior? quae Epistola tanquam vbera Ecclesiarum, populos enutriunt ad salutem. Itaque extra dubium est, omnem doctrinam sacram, lactis nomine donari.

7. Specialiter tamen lactis nomine ea sincera doctrina signatur, quae est accommodata infantiae lacteola conuersationis, vt loquar cum Petro Damiani; quae inquam est accommodata captui eorum qui solidum cibum non caperent praè imbecillitate & teneritudine. Ita lac accepit Apostolus, protrito illo loco quem S. Paulinus concinnè in hunc modum enucleat. [Ex harum caprarum gregibus erat

\* orat. muti'a de vniuersis palmarum.

\* opusc. 50.

† 1. Cor. 3.

† epist. 4. erat



CAP. 5. Nurrices infantium Christi.

erat ille vir gregis, qui paruulos Christi nondum aptos solidiori cibo, tenentis lactabat alimentis, quibus dicebat; Lacte vos potavi, non esca; nondum enim poteratis, sed nec adhuc potestis. Cum autem huius lactis alimonia creuerimus, firmatis primò uidei conceptione vestigiis, adolescemus in robur iuuentæ; & confirmata per fidem charitatemque patientia, lenabimus manus nostras in actionem robustiorem; operibusque virtutum, velut cibo fortiore, viuamus. Diligenter eundem Pauli locum excutit D. Augustinus tract. 97. in Ioan. Inde initio factò quod, [ In ipsa mente crescitur, non solum ut ad cibum à lacte transfeatur, verum etiam ut amplius atque amplius cibis ipse sumatur. Non autem crescitur speciosa mole sed intelligentia luminosa, quia & ipse cibus intelligibilis lux est ] Hinc infertur & iis qui paruuli sunt & adhuc alimentis lacteis indigent, id ipsum esse lac quod aliis est solidus cibus. [ Ipse Christus crucifixus quo velut lacte, paruulos aluisse se dicit Apostolus, ipsa vera caro eius, in qua facta est vera mors eius, & vulnera vera confixi sanguinisque effusi, non eo modo à carnalibus quo à spiritualibus cogitatur, & illis est lac, illis cibus est: quia etiam non audiunt amplius, intelligunt amplius. Non enim aequaliter mente percipiunt, etiam quod in fide pariter ab utriusque recipitur. Ita fit ut predicatus ab Apostolis Christus crucifixus, & Iudæis esset scandalum, & gentibus stultitia, & ipsis vocatis Iudæis & Græcis Dei virtus & Dei sapientia. Sed carnalibus paruulis id tantum credendo, tenentibus; spiritualibus autem capaciorebus id etiam intelligendo cernentibus. Illis ergo tanquam lacteus potus, illis tanquam solidus cibus: non quia hoc illi aliter in populis, isti aliter in cubiculis cognouerunt, sed quod eodem modo utriusque cum palam diceretur, audiebant, pro suo modo quique capiebant. Cum enim Christus propterea sit crucifixus ut in remissionem peccatorum sanguinem funderet, qua eius vnigeniti passionis diuina gratia commendatur, ut nemo in homine gloriatur, quomodo intelligebant Christum crucifixum qui adhuc dicebant, Ego sum Paulus? Numquid quomodo ipse Paulus qui dicebat, Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi? De ipsa itaque Christo crucifixo, & ipse cibus pro sua capacitate sumebat, & alios lacte pro eorum infirmitate nutrebat. ] Subiicit benè multa quibus doceat, eandem doctrinam pingui minerua pro captu audientium expositam, esse lactis alimentum, subtilius verò discussam atque perceptam, esse ut cibi solidamentum. Lac esse ait, & doctrinam quæ per symbolum traditur, orationem Dominicam, præsertim quatenus continent mysteria humanitatis Christi quæ facilius incurrit intelligentiam quantumvis obtusiorum. Eandem verò doctrinam quatenus rerum spirituum firma intelligentia capitur & ad Deum carni nexum, intimius peruasum penetratur, esse solidam escam non lac. Vnde concludit deficere in hac parte analogiam spiritualis lactis atque corporæ, quod corporum

\* tract. 98.

abiciatur à grandisculo infante solidi cibi capace, non item spirituale. Respectu quippe eius, nemo vnquam tametsi perfectus est ita ablaetandus quin aliquando reueniat ad hoc vber & Christum sugat in humanitate, etiam cum ex eius diuinitate solidius cibari idoneus est factus. Quibus nihil commodius proferri potuit ad exponendam lactis mystici notionem propositam.

8. Præclare in eandem sententiam differit Origenes \*, castigans Celsum arguentem Christianos Doctores, quod non æquè omnia communicarent cum omnibus. [ Occultimus (inquit) & silentio premitus quæ altiora sunt, illis præcipue qui vbi ad nos peruenierant, sermonibus indigent quos tropicè lac nuncupamus. Noster enim scribit Corinthiis Paulus & Græcis his planè qui nondum essent terribilibus & optimis moribus expoliti, Potavi vos lacte non esca, non enim adhuc ferre potuistis, neque etiam nunc potestis: adhuc carnales estis, cum enim inter vos zelus & contentio sit, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Vel hic ipse nihil ignarus quo cibatu, & hoc quidem perfectiore eorum alenda sit anima. Vnde qui recens sunt ad fidem inducti, lacteo cibo fouendos dicit hoc modo; Facili enim estis indigentes lacte non solido cibo. Vnusquisque enim qui lactis participat, inexperius est verbi iustitiam, insans enim est: perfectorum autem est solidior cibus, qui propter habitum exercitatos habeant sensus ad discernendum inter bonum & malum. ] Egregiam huius rei rationem reddit idem Origenes, alibi \*, post præmissam variorum ciborum aptitudinem respectu diuersorum animalium; Sic igitur philosophatur. [ Omnis natura rationalis, propriis & sibi competentibus nutriti indiget cibus. Cibus autem verus naturæ rationalis, sermo Dei est. Sed sicut in nutrimentis corporis multas paulo ante dedimus differentias, ita & natura rationalis, quæ ratione & Verbo Dei (ut diximus) pascitur, non omnis vno, atque eodem verbo nutritur. Vnde ad similitudinem corporalis exempli, est aliquibus etiam in verbo Dei cibus lactis, apertior scilicet, simpliciorque doctrina, ut de moralibus esse solet, quæ præberi consuevit iis, qui initia habent in diuinis studiis, & prima eruditionis rationabilis elementa suscipiunt. His ergo cum recitatur talis aliqua diuinorum voluminum lectio, in qua non videatur aliquid obscurum, libenter accipiunt: verbi causa, vt est libellus Hester, aut Iudith, vel etiam Tobie, aut mandata sapientie. Si verò legatur & liber Leuitici, offenditur continuò animus, & quasi non suum refugit cibum. Qui enim venit ut disceret Deum colere, iustitia ac pietatis eius præcepta suscipere, audit mandata de sacrificiis dari, & immolationum ritus doceri, quomodo non continuò auertit auditum, & tanquam non sibi aptum cibum recusat: Sed & alius cum leguntur Euangelia, vel Apostolus, aut Psalmi, latus suscipit, libenter amplectitur, & velut remedia quædam infirmitatis suæ inde colligens, gaudet. Huic si legatur Numerorum liber, & ista maxime loca, quæ nunc habemus in manibus, nihil

\* lib. 3. contra Celsum, & cap. 28. Philoc.

\* homil. 17. in Numb.

\* homil. 38. ad Rom. § 1. Pedagog. 66.

hæc ad vtilitatem, nihil ad infirmitatis suæ remedium, aut animæ salutem prodesse iudicabit; sed continuò refutabit & respuet tanquam graues & onerosos cibos; & quia ægræ, atque inualidæ non competant animæ. ]

9. Præclare denique & fusè in hanc sententiam differit Autor Operis Imperfecti in Marthæum \* suppositus Chrysothomo, quem lubens prætereo Sed noto dimissum Clementem Alexandrinum †, qui de lacte mystico, omnium plenissime & eruditissime disferens, propositi ex Apostololoci hanc metaphrasin adhibet. [ Catechizauit vos, hoc est, per auditum in Christo instituit, simplici vero & ex se naturali alimento spiritali. Talis est enim lactis, quæ est alitrix animalium, substantia ex amantibus vberibus scaturiens: ita vt vniuersum sic intelligatur. Quomodo enim nutrices, recenter natos infantes lacte nutriunt; ita ego Christi lacte, nempe vobis spirituale nutrimentum intillās. ] Addit ibidem Clemens, etiam cibum perfectorum qui in æterna requie post laborem concedetur lacis nomine in Scriptura insigniri, cum prænnunciat iustus introductio eorum in terram fluentem lac & mel, hoc est in beatitudinem æternam. Diuus tamen Augustinus, tametsi vt superius vidimus, lac restringit aliquando ad alimentum imbecillibus accommodatum, alibi consentaneè ad Apostolum, omnem hæc animarum cibum lactis nomine donatum maullt, præsertim quo anima ex Christo propter nos humili & exinanito reficitur: cibum verò beatorum, panem regni Dei appellat. Eius hæc est oratio tract. 3. in epist. 1. Ioan. inna. [ Quisquis nouit natum esse se, vt audiat quia puer est & infans; auidè inhiet vberibus matris, & cito crescit. Est autem mater, Ecclesia; & vbera eius duo Testamenta Scripturarum diuinarum, hinc sugatur lac omnium Sacramentorum temporaliter pro æterna salute nostra gestorum, vt nutritus atque roboratus perueniat ad manducandum cibum quod est; In principio erat Verbum, & Verbum erat a Deo, & Deus erat Verbum. Lac nostrum, Christus humilis est; cibus nolter est, idem ipse Christus æqualis patri: Lacte te nutrit, vt pane pascat. ] Eodem modo distinguit Hugo Victorinus \*. [ Quam primum (inquit) puer nascitur, necesse est vt lacte nutriatur, donec per incrementa temporis, pasci valeat fortioribus alimentis. Puer igitur lacte nutritur, quoties de humilitate Christi, nouiter conuersus eruditur. Ex hoc siquidem vberè abstracto de sinu diuinæ pietatis, propinatur tenerrudini nostræ lac veræ humilitatis, donec illo pane charitatis possimus perfici de quo si assidè velti studeas, à nullo poteris superari. Charitas enim omnia suffert, omnia sustinet, ita vt complexionem mentis fortem & incolumem conseruet. ]

\* l. de medicis anim. 2. 2.

10. Vniuersa ergo doctrina euangelica, qua hæc nobis propinatur noticia Christi humilis, pertinet ad lac infantium Dei, iuxta hos Doctores: & vidimus consentire Origenem, qui tamen eodem loco rectè aduertit, in huius doctrinæ molitudine contineri benè multa quibus commolendis exerceri possunt

Theophili Raynaudi Pontificia.

infantes: quod aliter dixit S. Gregorius † Scripturam ( præsertim noui Testamenti ) ita esse apertam & facilem in planitie. vt in profunditate recondat pleræque penetratu & perspectu difficillima. Quantum tamen ad salutem & perfectionem fidelium inta rest, doctrina Euangelica, etiam ab herbibus & imperitis percipi potest, & idcirco rectè conferatur lacti & euangelium mammillæ, iuxta illud Bracharij \* nunquam satis iterandum. [ Filios Domini noltri, Ecclesiastici fontes veteris, & facti ac perplxi vulua mytrici parturuit, natos crucis cuna suscipit, Euangelij mammilla lactauit. ] Prænnunciat hanc mammillam Isaias cap. 66. vt ibi Hieronymus, ac Cyrillus exponunt, circa illud, *lactem gentium sugent, ad vbera portabimini, & super gremio blandientur vobis.* Quod item Isaiæ 60. in vulgata legimus, *filij tui de lacte surgent;* Hieronymus legit *sugent*, & accipit de lacte lateris, hoc est vberum & mammarum euangelicarum, immulgentium doctrinam celestem. Sanè Philo \* ad illud *fontes ascendebat de terra*, fontes & flumina dixit esse mannas benigne terram lactantes atque rigantes vitali neccitate, sine quo terra exar. sceret. Quidni ergo flumina illa euangelica quæ eleuauerunt vocem suam, Apostolicos inquam doctrinæ euangelicæ disseminatores, de quibus sub fluminum imagine D. Augustinus † dicere liceat *mammæ terræ myticae, nutritiendis Dei Filiis lac sapientiæ fundentes?*

CAP. 5. Nurrices infantium Christi.

† 1. mor. c. 27.

\* epist. ad Ianuar.

\* in Cosm.

† in psal. 93.

Et cadit planè in hanc doctrinam, quod de natura lactis ab erroribus & fallacibus immuni ex Physiologorum obseruatione tradit Gregorius Nyssenus hom. 13. in Cant. expendens quomodo oculi Ecclesie dicantur lacte abluti. [ V. re ( inquit ) hoc in lacte, obseruatum est, solum inter humida proprietatem hanc habere, quod in eo nullus rei simulacrum ac similitudo conspiciatur. Etenim res omnes, quæ humida natura sunt, ad similitudinem speculorum ob leuitatem superficie faciunt, vt insipientium in eas vicissim ex ipsis imagines relucant. In solo autem lacte huiusmodi simulacrorum expressio locum non habet. Quo fit vt hæc oculorum Ecclesie sit laus perfectissima, quod non subsistat in rerum natura, nihil erroneum, nihil vanum præter ipsam rerum veritatem, velut umbraculi quodam simulacro fraudulenter representent: sed ipsissimam veritatem intueantur, erroneis huius vitæ spectris & imaginationibus nequam admissis. Propterea lactis lauacrum perfecta hæc anima certum esse remedium statuit ad oculorum puritatem. ]

11. Amedeus Lausan. hinc extollit doctrinam quamcumque sacram supra vniuersam humanam sapientiam. Sic enim differit. † [ Habet Ecclesia sponsa Christi, vbera Testamentorum quibus infundat paruulis lac consolationis, perfectis lac exhortationis. Nec mirum si eius lacte perfecti alantur, quæ ait, *Ego murus, & vbera mea sicut iurris, ex quo facta sum coram eo qui ipse pacem reperiens. Hæc vbera meliora sunt vino, & Paulo attestante, quod stultum est dei, sapientius est hominibus.* Meliora ergo sunt vbera eius vino

† hom. 6. de Deip.

SI inanis

CA. 5. Nutrices infantium Christi.

infantis Philosophiæ, vino secularis scientiæ, vino cupiditatis mundanæ, non quidem expresso de vinea Sorech, neque de vinea Cypri, aut de vinea Engaddi, sed de vinea Sodomorum, & de suburbanis Gomorrhæ, aut certe de vna fellis, & bôtro amaritudinis. Itaque adolescentulæ memores vberum sponsæ, super vinutn lactis eius copia enutrirî desiderât, vt eo crescant in salutem. Meliora sunt vbera inâ vino; fragrantia vnguentis optimis. Fragrant hæc vbeta vnguentis optimis, cum præfata Ecclesiæ Testamenta, perfectis innotescunt eloquiis; vt pro sensum capacitare, alios historica superficie nutriant, & alios morali suavitate instruant, alios mystica intelligentia ad alia sustollant.]

Laudemus cœlestem altorem pro hoc lacte, quod facere monebat Clemens †, sic alloquens Christum.

† Clem. Alex. in hymno.

Lac cœlestis, Dulcibus vberibus Nymphæ Gratiarum Sapientia mea expressum, Infanuli Ore tenero Enutriti, Mamme rationalis Rostro spiritus Impleti, Laudes simplices, Hymnos veraces, Regi Christo Mercedes sanctitatis Vita, doctrina, Canamus simul.

† 1. Petr. 2.

11. Lac aliud quod piz nutrices infantibus Christi suppeditant, est corpus Christi. Videtur id tradidisse S. Petrus † cum præmissa filiorum Dei regeneratione, non ex semine corruptibili, sed per verbum Dei viui, subdit: Reponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & inuidias & omnes detractiones, sicut modo geniti infantes, rationabile sine dolo lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem, si tamen gustastis quoniam suauis est Dominus. Sermonem hinc esse Apostolo de Eucharistia, per eundem prosequitur Turrianus lib. 2. de Euch. cap. 20. & 21. & ad l. 3. Constitut. cap. 13, ex quo proficit Salméron † Et sunt ad id euincendum validæ probationes; quarum prima petitur ex tantâ quæ accurata dispositione, quam Apostolis prærequirit in subiecto istud lac percepturo. Nam si de lacte duntaxat doctrinæ sermo esset, non oporteret præmitti talem dispositionem subiecti; quandoquidem doctrina Christiana quæ est conuertens animas, etiam non expurgatis dolis committi potest, eaque hausta homo disponetur ad se mundandum, vt ait S. Dionysius Epist. ad Titum. Eratque id Ethnicis aded compertum, vt Celsus apud Origenem lib. 3. exprobrat Christianis, ad alia mysteria. (vtique Ethnicorum) vocari pueros, ad Christiana verò peccatores. Ad doctrinæ igitur Christianæ exceptionem, vitæ nitor præuius & expurgatio a vitis, non requiritur ex necessitate; requiritur autem necessarid ad exceptionem Eucharistiæ: quam proinde Apostolus designare voluisse videtur, non

† ad eum Petri locum.

doctrinam. Deinde agit Apostolus de lacte ratione prædico, & absque dolo. Quod enim diligenter ex Hieronymo, Augustino, Beda, & veteribus Codicibus monstrat Erasmus \*, perperam aliqui legunt rationabile sine dolo, referendo hæc verba ad infantes, quæ Græcorum contextus clarè refert ad lac; vt, ἄδουλον γάλα. Lac rationale, vel rationale, absque dolo, & innocuum. Quod iam autem verius lac rationale, & sine dolo, ac innocuum, an doctrina emortua, an Christus ratio & Verbum Patris, in cuius ore non est inuentus dolo? Vis verò augendi in salutem, quam suo huic lacti tribuit Apostolus, maxime propria est Eucharistiæ; quam constat, per se, & spectata vi sua directa, non consistere vitam primam sed augere duntaxat, cum sit Sacramentum viuorum. Ita vim Eucharistiæ celebrat S. Dionysius Epist. ad Titum. Denique locus Psalmi 33. si tamen gustastis quoniam suauis est Dominus, allegatus ab Apostolo, optimè facit ad Eucharistiæ. Nam & in ea gustatur Dominus, cuiusque dulcedo in suo fonte; & antiquus Ecclesiæ vsus iam à temporibus Apostolorum, vt ex S. Dionysio cap. de commu. & Clemente Romano 8. Constit. cap. 20. liquet, Psalmum 33. è quo versiculus iste de promptus est, ferebat canit inter communicandum: Tum quia in eo Psalmi sit mentio gustandi quoniam suauis est Dominus, tum etiam quia eodem pertinere censetur mutatio vultus Davidis, & affectatio de qua in eiusdem Psalmi titulo, vt insigniter præ cæteris prosequitur S. Augustinus, itaque conuenienter omnino locus Apostoli accipitur de lacte Eucharistiæ quod Sacerdotes subministrant infantibus Christi. Idque visum Clementi Alexandrino, mox ostendam. Eiusdem interpretationis autorem S. Dionysium \*, laudat Turrianus.

\* ad eum locum Petri.

\* cap. illo 10.

13. Suppetit alius locus ad lactis denominationem tribuendam Eucharistiæ, petitus ex cap. 5. Cant. vbi sic habetur. Comedit fauum cum melle meo, bibit vinum meum cum lacte meo, comedite amici, bibite & inebriamini charissimi. Hæc postrema, verba, Berengosus lib. de myster. cruci. atque Rupertus lib. 4. in Cant. interpretantur de Eucharistia; & cum inuitatio ad comedendum & bibendum referatur ad esculenta & poculenta quorum præcellerat mentio, fauum inquam cum melle, & lac cum vino; dubitare non licet, quin iuxta hos autores, lac & vinum, de Christi corpore & sanguine sint accipienda, sicut iuxta S. Ambrosium \* de iisdem accipitur fauus cum melle. Confirmatur, quia adhortatio ad bibendum sèque inebriandum, id est iuxta phrasim Scripturæ, ad frequenter haariendum hunc sacrum potum, cuius haustum subsequitur somnus mysticus cum cordis vigilia, optimè cadit in perceptionem Eucharistiæ. At primum quod illa ad ebrietatem adhortatio, sic ad Eucharistiæ vsum referenda, egregiè docet Gregorius Nyssenus verbis illis \*. Apponit propinquus mysteria Euangelij, dicens, comedite propinqui mei, & inebriamini fratres mei: Apud eos enim qui sciunt mysticas voces Euangelij, nulla est differentia eorum, quæ hic sunt verborum, ab ea quæ illic exhibetur discipulis, mystagogia,

\* homil. 10. in Cant.

CA. 5. Nutrices infantium Christi.

gitationum accumulatio: hac ebrietate ebrii sumus. ] Hæc igitur est ebrietas consequens impletionem ex spiritu, id est ex Christi corpore in modum spiritus constituto in Eucharistia, vt propterea Origenes \*, & Bernardus †, de eo accipiant verba illa Hieremias Threno. 4. Spiritus oris nostri Christus Dominus, de qua proportionem, alibi diligentius.

\* hom. 3. in Cant. † Serm. 48. in Cant. & serm. vnic. de Nat. ciuir. Virg.

15. Ebrietatem excipit somnus. [ Propterea (ait supra Nyssenus) post epulum, sponsa tenetur somno. Est autem alienus quidem somnus, & à consuetudine naturali remotus. Nam in consueto quidem somno, qui dormit non vigilat; & qui vigilat non dormit; sed vtrumque in se inuicem desinit: Nempe somnus & vigilia sibi inuicem succedendo cedentia, & vicissim ad vnumquemque excedentia. Hinc autem noua quædam & admirabilis mixtio & coitio contrariorum in ea cernitur. Ego enim, inquit, dormio, & cor meum vigilat. Quænam ergo est de his rebus accipienda sententia? Somnus est mortis similitudo: in eo enim soluitur omnis sentiens corporum operatio, cum nec visus, nec auditus, nec odoratus, nec gustus, nec tactus, somni tempore, suo fungatur munere; procreat etiam obliuionem, sollicitudinem, & curatum quæ sunt in homine, sopit metum, & iram lenit, & eorum qui sunt acris & exacerbati animi remittit vehementiam, & efficit vt nullus sit omnium malorum sensus, quandiu dominatur corpori. Hoc ergo dicimus per ea quæ dicta sunt, quod seipsa euasit excellior, quæ sic magnificè gloriatur, & dicit, Ego dormio, & cor meum vigilat. ] Omnia ista præstari per somnum Eucharisticum, consequentem à mystica ebrietate per eum cibum & potum illata, sigillatim & luculenter monstrat Nyssenus. Ex hoc igitur somno, & ei præuia ebrietate, ac potu vini & lactis, rectè inferimus vinum illud & lac, de quibus agitur eo Canticorum loco, aliud non esse quàm Eucharistiæ perceptam à Christi infantibus, vt monstrandum assumpseram.

16. Video pleròsque Interpretes, cum Hieronymo, Cyrillo, atque Procopio, similiter accipere illud Isaiæ 55. Emite absque argento & absque vlla commutatione vinum & lac. Ita tibi Leo Calstrus, Cornelius, & Sanctius, qui ait penè omnes consentire. Nec refert quod 70. loco lactis legant adipem. Vos enim Chalab, quam vulgatus expressit per lac, mutatis punctis sonat cheleb, & significat adipem. Vnde ea lectionis varietas, quæ nihil officit sensui proposito. Nam Hebræi per pinguedinem seu adipem, designant quicquid vbiliber est lectissimum & optimum. Vt de frumento Psal. 80. Cibavit eos ex adipe frumenti. Et Psal. 147. adipe frumenti satiati. Atque ita etiam in lacte erit adeps, quatenus lac optimum & lectissimum nomine adipis insignitur. Præsertim quia inuenitur lac præpingue, quale illud in monte lactario apud Cassiodorum lib. 11. epist. 10. & lib. 12. epist. 12. quod aded pingue est, vt cum exprimitur hæreat digitis. Ad huiusmodi igitur pinguisimum lac, gratis & absque commutatione accipiendum, inuitamur per Isaiam. [Credibile est (inquit S. Cyrillus \*) hos versum

\* ad eum locum.

Mystagogia, nempe mysteriorum seu sacramentorum institutione. Nam similiter & illic & hic dicitur verbum, comedite & bibite. Adhortatio autem ad ebrietatem quam hic fratribus fecit verbum, potuerit videri multis, habere aliquid amplius quàm Euangelium; sed si hoc diligenter & accuratè fuerit examinatum, inuenietur consonare verbis Euangelicis. Quod enim hic verbo iussit amicis, hoc reipsa fecit, quandoquidem omnis ebrietas solet efficere, vt mens excedat, à vino superata. Quod ergo hic adhortatur, hoc tunc quoque factum est per diuinum illum cibum & potum, & semper sit simul conueniente cum cibo & potu mutatione & excessu à deterioribus, ad ea quæ sunt meliora. ] Affert varia exempla ebrietatis spiritualis, germana ei ebrietati quæ hanc potum consequitur. Tum subdit. [ Cum ergo sit ex vino huiusmodi ebrietas quam conuiuus apponit Dominus, per quam animæ sit excessus ad ea quæ sunt diuiniore, rectè iubet Dominus iis qui propè sunt per virtutes, non iis qui longè absunt, Comedite propinqui mei, & inebriamini. Qui enim indignè comedit & bibit, iudicium sibi comedit & bibit. Rectè autem appellauit fratres eos qui digni sunt vt comedant. Nam quæ facit voluntatem patris, nominatur à Verbo frater, & mater, & soror. ]

Tomo 5. Græcol. serm. 34.

14. Eximie quoque hanc ebrietatem ab Eucharistia inuectam celebrat S. Chrysostramus \*, expendens illud ex Ephes. 6. Nolite inebriari vino in quo est luxuria, sed implemini spiritu. Quæ enim sit hæc ebrietas, inde consequens quod quis sit impletus spiritu, sic tradit S. Chrysostramus, [Præclara est hæc ebrietas: ac Spiritus crapula tuam animam sopora, ne ebrietati popores: præoccupat mentem & cogitationes, ne locum impudens ille morbus inueniat. Propterea non dixit, participes estote Spiritus, sed implemini Spiritum: ad summum vsque, mentem tanquam calicem imple Spiritu; ne quicquam deinceps iniicere possit Diabolus: non enim quouis modo participes nos fieri Spiritu iam oportet, sed Spiritu impleri, Psalmis, Hymnis, Canticis spiritualibus, quibus hodie repleti estis: quapropter de temperantia vestra confido. Præclarus est nobis ebrietatis calix: est calix ebrietatis, qui temperantiam gignit, non paralysim: Quisnam ille porro? calix spiritualis, calix salutaris, calix impollutus dominici sanguinis: non gignit ebrietatem ille calix, non paralysim gignit. Non enim vires dissoluit, sed vires excitat; ille non neruus infringit: sobrietatem quippe affert; ille angelis venerandus est. hominibus pretiosus, Domino amabilis. Vides quid dicat Dauid de spiritali calice isto, qui propositus est in hac mensa? Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me: impinguasti in oleo caput meum, & calix tuus inebrians, quàm præclarus est. Et enim ne audito nomine ebrietatis subito metuetes, & cunctum putares esse, vt infirmitatem inducat, adiunxit esse præclarum & firmum: nouum ebrietatis genus, robur immittit & validum reddit ac potentem: quippe quod ex spiritali petra proflexerit: non est deprauatio cogitationum, sed spiritalium co-

Theophili Raynandi Pontificia.

Cap. 5. Nutrices infantium Christi.

\* ibidem.

subinnuere Christi mysterium. Qui enim bibunt aquam viventem, id est per Spiritum gratia locupletati sunt, eumque possident ac participant & fide emunt, participes etiam sicut vini & adipis, id est sacrosancti corporis sanguinis Christi. Hieronymus optime \*. [Spreto illo argento & pecuniis quibus aquas domini emere non possumus, pergamus ad eum qui tenens calicem sacramenti discipulis loquebatur; Accipite & bibite: hic est sanguis meus, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum; quod vinum miscuit sapientia in cratere suo, omnes stultos seculi, mundique sapientiam non habentes, prouocans ad bibendum. Ut non solum vinum emamus, sed & lac quod significat innocentiam paruulorum: qui mos ac typus in Occidentis Ecclesiis hodie vsque seruetur, vt renatis in Christo vinum lacque tribuatur: de quo lacte dicebat S. Paulus, Lac vobis potum dedi, non solidum cibum. Et Petrus, quasi modo nati paruuli rationales lac desiderate. Vnde & Moyse vinum ac lac in Christi intelligens passione, mystico sermone testatur, gratiosi oculi eius a vino & candidi dentes eius a lacte. Pro lacte in presentis loco lxx. s'cap, id est adipem transtulerunt de quo sanctus Dauid dicit in Psalmo, Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: Et in alio loco, Cibauit eos de adipe frumenti, & de petra melle saturauit eos: qui adipem non aliud quam mysticam carnem fonant, ad quam dominus discipulos hortabatur dicens, Nisi comederitis carnem meam & biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam in vobis. Vnde & in Gesselmanin traditus est, quod significat vallem adipeam siue pinguisimam.]

17. E valle pinguisima, subire in hanc rem possumus montem pinguem, de quo Psalmo 67. iuxta B. Augustini interpretationem. Nive (inquit) dealbabuntur in Selmon, quod perinde esse ait, atque [gratis candidabuntur in proiectione corporis Christi]. Hunc autem montem, consequenter dicit montem Dei, montem vberem, montem incalescentem, vel montem pinguem. Quid hic autem aliud pinguem quam vberem diceret? Est enim & mons isto nomine nuncupatus, id est Selmon: sed quem montem intelligere debemus, montem Dei, montem vberem, montem incalescentem, nisi eundem Dominum Christum, de quo & alius Propheta dicit, Erat in nouissimis temporibus manifestus mons Domini, paratus in cacumine montium. Ipse est mons incalescentis, propter paruulos gratia tanquam lacte nutriendos: mons vber ad roborandos atque ditandos bonorum excellentia. Nam & ipsum lac vnde fit caseus, miro modo significat gratiam: manat quippe ex abundantia viscerum maternorum, & misericordia delectabili paruulis gratis infunditur. Agnosceis montem, geminum monti illi lactario, de quo supra Cassiodorus.

\* Conc. 1. in Psal. 33.

18. Alibi idem Augustinus \*, tractans mutationem vultus Dauidis eamque accommodans Eucharistiae, sic differit appositè ad rem nostram. [Sublatum est sacrificium Aaron, & cepit esse sacrificium secundum ordinem Melchisedech. Ergo mutauit, nescio quis,

vultum suum. Quis est iste? Nescio quis non sit, & scio quis. Notus est enim Dominus noster Iesus Christus. In corpore & sanguine suo voluit esse salutem nostram. Vnde autem commendauit corpus & sanguinem suum? De humilitate sua; Nisi enim esset humilis, nec manducaretur, nec biberetur. Respice altitudinem ipsius. In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Eccè cibus sempiternus; sed manducant Angeli, manducant supernae virtutes, manducant caelestes spiritus: & manducant & saginantur, & integrum manet quod eos satiat, & latificat. Quis autem homo posset ad illum cibum? Vnde cor tam idoneum illi cibo? Oportebat ergo vt mensa illa lactesceret, & ad paruulos perueniret. Vnde autem fit cibus lac? Vnde cibus in lac conuertitur, nisi per carnem traiciatur? Nam mater hoc facit. Quod manducat mater, hoc manducat infans: Sed quia minus idoneus est infans qui pane vescatur, ipsum panem mater incarnat, & per humilitatem mammillae, & lactis succum, de ipso pane pascit infantem; Quomodo ergo de ipso pane pascit nos sapientia Dei? quia verbum caro factum est & habitauit in nobis. Vide te ergo humilitatem, quia panem Angelorum manducavit homo. Id est verbum illud quo pascuntur Angeli sempiternum, quod est æquale Patri, manducavit homo: quia cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualem Deo, saginantur ergo illo Angeli, sed semetipsum exinaniuit, vt manducaret panem Angelorum homo formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo: humiliavit se factus obediens vsque ad mortem, mortem autem Crucis, vt iam de Cruce commendaretur nobis caro & sanguis Domini, nouum sacrificium, quia mutauit vultum suum coram Abimelech, id est, coram regno patris.]

19. Sar multis testimoniis confirmatum manet, Eucharistiam nomine lactis venire. Nunc subiicienda est eiusdem denominationis non incongrua ratio, ex natura & conditionibus natiuis lactis. Est enim lac, simul esculentum quid & poculentum. In Eucharistia autem sub vtraque specie subministratur Christus totus, vnde Christus & cibi & potus rationem habet. Est lac, iuxta longam Clementis Alexandrini \* de eo disquisitionem, sanguis defecatus, & id quod est in sanguine suauissimum ac subtilissimum. At sanguis, vt idem philosophatur, est veluti caro humida, quae agitatione & spiritus administratione exalbescit: substantialiter quidem manens sanguis, (quemadmodum senescentibus pili flauii, iidem substantialiter manentes, mutantur in canos:) mutata verò quoad qualitates, vt infans vacet metu, quo percelleretur sugens sanguinem. Subdit Clemens, [Nihil certè quod melius nutriat, neque quod sit dulcius, nec lacte candidius inuenieris. Est id itaque omni ex parte spiritali nutrimento simile, quod est quidem dulce propter gratiam, nutriens autem tanquam vita, candidum autem vt dies Christi: & sanguinem Verbi, ostensum esse tanquam lac.] Et mox. [Alimentum autem

\* l. i. Pedag. c. 6.

Cap. 5. Nutrices infantium Christi.

autem quod est ipsum conueniens ac vtile puello recenter compacto & nato, à Deo altore & patre eorum qui generantur & regenerantur elaboratur: quemadmodum veteribus Hebraeis manna caelitus defluebat, super caeleste Angelorum nutrimentum. Certe nunc quoque nutrices id lactis quod primum ad potum effunditur, eodem quo illud nutrimentum nomine manna appellauerunt. Cæterum mulieres quidem praegnantibus, cum matres factae fuerint, lac emittunt. Dominus autem Christus fructus Virginis, non beata duxit vbera foeminea, nec ea ad nutrimentum delegit: sed cum amans & benignus pater verbum impluisset, ipsum iam spiritale alimentum factum est, bonis & moderatis hominibus.]

20. Non obscure Clemens, lac quod infantibus Christi sugendum praebet, insinuat esse Eucharistiam, vt praesertim indicat lo. us ex cap. 6. Ioannis, quem de Eucharistia esse accipiendum, non puto debere vocari in controuersiam. Quod autem Clemens ibidem, semel ac iterum aduulserit mentionem nutritionis infantium per Verbum, vt cum dixit, Ecclesiam verbo infantis enutrire (hristi infantis; & rursus cum dixit, nouum coelum verbo nutrens: hoc inquam non est referendum ad Verbum Dei scriptum aut praedicatum, siue ad doctrinam quae fuit prima lactis mystici notio, sed referendum est ad Verbum carne amictum, & speciebus panis ac vini obiectum, cuiusmodi Verbo pascimur & nutriuntur. Quia enim non eram idonei, vt pasceremur persona nuda Dei Verbi, dignata est Dei sapientia lactescere, primum in Incarnatione, vt S. Augustinus \* philosophatur: deinde etiam in Incarnationis corollario, quod est Eucharistia. Id porro voluisse Clementem, & in hunc sensum accepisse locum Petri de lacte rationali, supra discussum, praclare confirmatur ex alio eiusdem testimonio quod subiicio, non pertaxus ad descriptionem, in tanta & verè lactea suauitate orationis eius de lacte mystico. Sic igitur habet. [Alimentum infantium est Dominus, qui est spiritus & verbum. Alimentum id est Dominus Iesus, hoc est, verbum Dei, est spiritus incarnatus, caro caelestis sanctificata Nutrimentum est lac patris, quo solo aluntur infantuli. Ipse itaque qui est dilectus, & altor noster verbu, effudit pro nobis suum sanguinem, salutem humanae naturae afferens, per quem qui in Deum credidimus, ad mammillam patris, quae curarum oblivionem inducit (nempe verbum) confugimus. Ille autem solus, vt est consentaneum, nobis lac dilectionis infantibus suppediat. Itaque sunt verè beati, qui hanc lactem mammillam. Et ideo Petrus quoque dicit; Deposito ergo omni vitio, & omni dolo & simulatione, & inuidia, & detractione, tanquam nuper nati infantes, verbale lac concupiscite, vt in ipse crescat in salutem, si gustastis quod Christus est: inominus.] Rursus inferius. [Nobis ipse Christus infantibus est alimentum, qui verbum caelorum exugimus. Hinc querere, Graecè dicitur ναγύρα, quod infantibus qui verbum quaerunt, paterna benignitatis vbera lac suppediant. Praeterea autem seipsum quoque panem caelorum, ver-

\* in Psal. 33, conc. 1. & ser. 33 de Verb. Dom. & 7. Confes. c. 18. & l. 3. de lib. arb. c. 10.

bum fatetur. Non enim Moses, inquit, dedit vobis panem de caelo: sed Pater meus dedit vobis panem de caelo verum. Panis enim ex Deo est qui de caelo descendit, & vitam dedit mundo, & panis quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo oro mundi vita. Sic panis notandum est mytlerium, quod ipsum dicat carnem, vt quae per ignem resurgat. Quemadmodum ex corruptione & saouone frumentum resurgit, atque aded quae etiam per ignem consiluit, in gaudium Ecclesiae, vt panis qui pinlitur. Tandem inferius. [Multi adipe lactis, quod butyrum vocant, vtuntur ad lucernam: multiplicem Verbi misericordiam per hoc aenigma aperte significantes, vt quod solum iure nutriat, & auget, & infantes illuminet. Propterea enim Scriptura quoque dicit de Domino; Cibauit eos germina agrorum: suserunt mel de petra, & oleum ex petra solida, butyrum bouum, & lac ouium, cum adipe agnorum.]

21. Praemisera verò superius Clemens, quod & ista omnia bellè confirmare ac illustrare, & antiqui vsus Ecclesiastici recordationem insinuare possit, id. è que non videtur omittendum. [Lacte ergo (inquit) Dominico scilicet nutrimento, statim quidem postquam editi sumus alimur: simulac autem regenerati fuimus, honore affecti sumus, dum spes quietis annuntiatur, superna Hierusalem, in qua & lac & mel plueri scriptum est, dum per materiale, sanctum nobis alimentum depondetur. Cibi enim, sicut ait Apostolus, abolerentur. Quod per lac autem est nutrimentum, deducit in caelos, ciues caelorum, & cum Angelis choreas ducturos enutrens.] De ea lactis cum melle mixtura pluribus ad capitis calcem disserit Clemens, vbi etiam de lactis & aquae baptismi affinitate. Quis verò in ea mixtura non perspicit, antiquum ritum in Actis S. Susannae Martyris memoratum, porrigendi baptizatis lac & mel? Disertè Tertullianus \* mellis & lactis societate infantari renatos dicit. Et alibi †, ter merfos & inde susceptos, lactis & mellis societatem, praegustasse tradit. Eam lactis & mellis concordiam, ad infantiae significationem fuisse praegustatam, ait S. Hieronymus x. Videndi de eo ritu, Vicecomes, ac Ludouicus à Cerda z. Pertinere verò eum ritum ad cibationem infantium Dei, ex ipso Christo inde habetur quod Christus in Scriptura aliquando exprimitur per lac commixtum melli. [Lac quippe (inquit Petrus Damiani \*) fructus est carnis, mel labitur de supernis. Et quia Redemptor noster de caelo veniens carnem suscepit ex Virgine, haec est terra illa viuentium, ad quam debemus intendis semper amoris gressibus festinare. Hunc sponsum, verè charitatis vlnis amplectere, super hoc iugiter delectare. Delectare, inquam, in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Huius corpus & sanguinem, etiam ore carnis crebrius suscipe, vt hanc eius vocem meritò possis audire, Faus distillans labia tua sponfa, mel & lac sub lingua tua. Terretur enim aduersarius, cum Christiani labia Christi videt cruore rubentia, &c. Christus ergo per mytlerium suum tibi videatur in ore.] Ex his apparet, cur recens renatis Dei infantibus, affunderetur lac & mel. Alij teste S. Hiero-

\* lib. 1. in Marcio. c. 14. † lib. de cor. mil. c. 3. x lib. cont. y lib. 5. de bapt. c. 47. 42. & 43. z ad Terrull. de cor. mil. a. 19. & 60. \* Opusc. 50. cap. 3.

CAP. 5. Nutrices infantium Christi.

lib. 1. de Cereoniis c. 10.

cap. 1.

c. 4. Thren.

cap. 1. § 24. mor. c. 8. & hom. 3. in Euang.

ca. hom. 31.

nymo, lac & vinum mixta propinabant: quæ videtur esse prima illa nascentium in Christo mulctra, cuius S. Paulinus meminit, in cuius verbis subobscurioribus luce perfundendis laborat Rosuedius, referens ibidem de aliis qui recens baptizatis vinum solum propinabant, loco sanguinis Christi; quem antiqua Ecclesia, sub specie vini, infimæ ætaturæ, intincto Sacerdotis digito sugendum dabat; quem usum valde approbat, & pro illi subintroducto revocandum contendebat Hugo Victorinus, agens de recens baptizatis.

Porrò ex proximè disputatis circa Eucharistiam lac infantium Christi, lux affunditur loco cætero qui obscuro Clementis Alexandrini; negantis, Ecclesiam matrem nostram habere lac, quia cum sola non fuerit mulier, sola inter matres lac non habet. Supponit enim Clemens, lac non affluere nisi corruptis. Huic ergo Matri Virgini, ait non esse lac, utique proprium, nec verò fuisse necessarium, cum habent infantulum pulchrum & appositum, scilicet corpus Christi, quo Verbo infanti, & ad escam infantium accommodato, nutrit illos; Christo ipso in Eucharistia, sugendum sese exhibente.

22. Venio ad aliam nutricum mysticarum functionem, quam esse dicebam, servare infantem mundum, & ab infantilibus sordibus ac fœcibus tergere. Abundant enim pueri excrementis, utque se incogitantes conspurcant. Et quamvis ad coinquinationem sibi sufficiant, non tamen ad expurgationem. Retegamus obducta hoc allegorice sparior. Esse peccata fœces ac stercorea quibus se pueri solent illinere, frequentibus Scripturæ testimoniis & Patrum suffragatione docemur. Sophonias ex ore Dei, vitiationem, hoc est supplicium, denunciat iis qui defixi essent in sordibus suis. Qui in croceis siue cocceis nutriebantur, præ recordia amplexatos esse stercorea, indeque supra modum sorduisse, lamentabatur Hieremias. Imo nonnullos in stercorebus suis ut iumenta computruisse, querela est Ioëlis, quod tamen à S. Gregorio de iis practisè accipitur qui luxuriæ cœno inquinantur, tamen latius quoque patere potest, consentaneè ad eundem S. Gregorium, qui cophinum stercoreis arbori infructuosæ appositum, ut fructuosa euaderet, interpretatur recogitationem peccatorum [Nos itaque (inquit) quoties carnalem mentem de suis peccatis increpamus, quoties ad eius memoriam vitia ante acta reducimus, quasi infructuosæ arbori cophinum stercoreis versamus: ut malorum quæ egit, memoriam recolat, & ad compunctionis gratiam quasi de fœtore pinguescat. Mittitur ergo cophinus stercoreis ad radicem arboris, quando prauitatis suæ conscientia, tangitur memoria cogitationis. Cumque se per pœnitentiam ad lamenta mens excitat, & ad bonæ operationis gratiam reformat, quasi per iactum stercoreis, redit ad fecunditatem operis radix cordis. Plangit quod fecisse se meminit: displicet sibi qualem fuisse se recollit. Intentionem contra se dirigit, atque ad meliora animum accendit. Ex fœtore ergo ad fructum reuiuiscit arbor; quia de confide-

ratione peccati, ad bona se opera resuscitat animus.] S. Chrysostomus circa illud 1. Cor. 6. Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? non dubitat quidem quin luxuria sit ipsemet immunditiæ lebes, ut propterea dicat qui à perpetrato alicuius sceleris redeunt, non adire eam ob causam balnea, sicut faciunt qui in luxuriæ cœno sunt volutati: Tamen vniuersè admittit, omne peccatum polluere & inquinare peccatorem, prolato nominatim exemplo homicidæ, & auari, atque raptoris.

23. Sterquilinum quoque cui Iob insedit, corda esse pœnitentium in Dei sedes euadentia, affirmat S. Gregorius. [An non enim quasi quoddam sterquilinum sunt corda pœnitentium, qui dum mala sua flendo considerant, quasi ante se stercorea sese abiciendo coaceruant?] Eodem loco S. Gregorius, fanem ac purulentiam vicerum qua nihil fecidius, de peccati fœditate accipit, censetque lobum dictum esse testa fanem radere, quia Christus contagia & sordes ac illuuiem carnis nostræ, exterit interuentu carnis suæ per passionem excodit, & ut Psalmo 21. habetur, arefactæ in modum testæ, & igne perpeffionum exsiccatæ ac solidatæ. Præterea peccatores Genes. 11. dicuntur de Oriente venisse, & habitasse in terrâ Sennaar: quæ vox sonat factorem eorum, quia abiecto Christo cui nomen est Oriens, in otiosæ vitæ voluptuosi iacentes, infamiz suæ circumquaque fœtorem exhalant. Verba sunt eiusdem S. Gregorij alio loco. Itaque tametsi luxuria antonomastice audit fœdum peccatum, esseque reuera putor eius & fœtor Dei naribus admòdum grauis, ut mirum sit inueniri turpiloquos qui sermonibus de ea fœditate, os suum cloacam & latrinam efficiant, de quo expostulat S. Chrysostomus: Tamen vniuersè, quodcumque peccatum de corde exiens, coinquinat hominem, ex Christi oraculo. Et sicut gratia est pulchritudo animæ, ita iuxta Cassianum peccatum est ipsa animæ turpitudine, & peccator qui libet iterans vias suas, admòdum vilis efficitur, id est admòdum sordet, putetque ac fœtet de Prophetæ sententia. Nihil factidius ac putentius peccato, ait Chrysostomus si attendatur discussio iam concupiscentiæ núbilo, & post culpæ perpetratoem. Quantumcumque porrò peccator lauerit se nitro, & multiplicauerit sibi herbam Borith, maculatus est, Nulla inquam sua arte, aut naturali remedio deponere sordes & emundari potest, ex quo semel per culpam destructus est ab emundatione.

24. Necessaria proinde fuit Christi infantibus, pia nutricum sedulitas, quæ fontem patentem domui Iacob ad eos deriuaret, ut effusa super illos aqua munda, niterent & eluerentur ab iniquitatibus suis, quod in Dei persona spondit Ezechiel. Præstant eam munditiam Sacerdotes infantibus Christi, per Sacramentum pœnitentiæ, quod creditus Augustinus agens cum Eremitis, vocat borith, & nitrum, ac lixiuum interioris hominis. Isidorus Pelusiota vocat alie um lauacrum, & voluntariam piscinam. S. Chrysostomus spirituale balneum dixit. At quod balneum? Num lacteum?

CAP. 6. Officia nutricum adiuuata.

lib. 11. c. 41.

\* Cant. 5. \* tem. 1. ad Neoph. \* serm. 2. de Pasch.

\* serm. 16. in Psal. 118. \* ad c. 5. cant.

\* lib. de pœnit. \* lib. 4. fid. c. 10.

\* 1. pœd. c. 6.

\* lib. 1. c. 1.

\* lib. 3. de Inuent. Crucis c. 4.

\* hom. 15. in 2. cor. in moralibus sub finem

\* epist. 51.


\* in Indic. Hitor. \* 5. hist. c. 15.

\* 1. rm. 11. \* lib. 1. epist. 408. \* hom. 15. in 2. Cor.

lacteum? num sanguinem? Poppæam Ne-tonis coniugem, quingentas oves quocunque pergeret deducere solitam scribit Plinius, ut earum lacte quod ad extergendum valet plurimum, haberet semper paratum balneum ad conciliandum exquilitum cutis nitorem. Eandem ob causam, hoc est ad prodendum nitorem exinium, oculi sponsi conferuntur cum oculis columbarum lacte lotarum. Est quidem baptisimus fons lacteus, ut scite de more dixit Zeno Veron. \* & ut alibi \* ait lacteus Oceanus. Est inquam baptisimus balneum lacteum, ut docent S. Ambrosius, & S. Gregorius b. Meritò tamen sacramentum quoque pœnitentiæ dici potest balneum lacteum, quia Sacramentum pœnitentiæ est admòdum affine Sacramento Baptismi, eiusque velut germanum. Vnde à Tertulliano dicitur secunda immunctio; à Damasceno d autem vocatur baptisimus laboriosus: & utrumque sacramentum indidem habet efficacitatem extergendi maculas, nempe à Christi lacte, ut proinde utriusque balnei lactei denominatio aptè conueniat. Quia verò lac & sanguis iuxta Clementem Alexandrinum, non differunt substantia, sed solis qualitatibus, dicere etiam licet, id esse balneum ex infantis sanguine, quale apud Plinium memoratur, & ex trium milium lactentium cæde destinatum fuisse Constantino Magno ad extergendam lepram, scribit post alios Berengosus, g

25. Demissi per Sacerdotes in hoc balneum peccatores, quantumuis sordentes & immundi, confestim nitent. Quia ex causa, egregiè hoc balneum celebrat S. Chrysostomus. Componens enim ciuile Imperium cum Ecclesiastico, & istud longè anteponeus, ex eo nominatim capite istud præfert, quod per balneum pœnitentiæ, ægra & fœda sanet & mundet; cum è contrario Imperium ciuile, ad membri rescisionem, nec tam remedia quam excidia necessariò veniat. Et balnea quidem domestica (piscinas appellat Seneca) corpus abluunt, hæc verò ut cum Isidoro Pelusiota supra dicebam, voluntaria piscina, ad animæ sordes peruadit, easque potenter detergit ac eluit. Et quidem ita, ut desperandus sit peccatoris nitor secluso eius interuentu. Nulla enim via superest adulto, qua à lethali-bus noxis post baptismum admissis elui possit. Non nego actum amoris perfecti, vel etiam contritioni ex solo Iustitiæ siue diuini iuris læsi motiuo elicita, vim suam ad extersionem sordium animæ. Sed actus illi essent planè euanidi, nisi essent (ut ita dicam) fœti Sacramento Pœnitentiæ. Vnde eluunt peccatum, in voto (ut loquuntur) huius Sacramenti, nullamquæ alioqui haberent in lege gratiæ efficacitatem ad abluendam animam. Contingit planè nobis per hoc Sacramentum, quod sibi per aquas Gangis fluij obtingere circa remissionem peccatorum, fabulose iactant Indi Eoi, ut scribit Petrus du Iarrie. Nec minùs insulsè Indi Occidui, referent Iosepho à Costa \* spondebant sibi nitorem à peccatis, interuentu quorundam balneorum, quibus mergebantur, post lauacrum Confessionis quasi sacramentalis, qua plebs in a-nrem Poppis vice peccata insulfurabat. Solus

lingua recitabat Soli admiffa peccata, referenda per eum Viracochæ, sicque dimittenda, interposita mersione in flumine puro. Fabulæ, & quidem in eius fabri incude cufæ, qui propositum habebat depreciare sacramentum pœnitentiæ, cum apud illas gentes per Christianos prædicatores inaudiretur eius necessitas. Nobis fixum & ratum est, post baptismum superesse vnicum pœnitentiæ balneum, quod in Sacramento, re ipsa aut desiderio est incundum. Idque est balneum illud Christi, aut potius balneum Domini, ut habent Hebræa apud Ieremiam c. 17. vbi nos legimus, Expectatio Israël Domine.



CAPVT VI.

Quæ necessaria nutricum mysticarum & alumnorum officia, ex proximè dictis, eruantur.



1. X propositis Christianarum nutricum circa alumnos muneribus, nulla inferuntur, tam quoad nutrices, quam quoad alumnos, quæ iuuat non omittere: sunt enim refertissima optimi succi, ac solidæ pietatis.

Ac primum nutricibus, vel ex ipso nutricum nomine, ne vacuum sit & inane, indicitur maternus erga alumnos animus, plenus beneuolentiæ atque dulcedinis, qui defectibus ac fœcibus infantium non offendantur, ab eis conspurcari patienter ferat, etiam irritò nilu percutientibus ac cassos morsus insignitibus ablandiatur. Quod enim prouidentissima Dei sapientia circa corporum nutrices curauit, ne teneta atas propensissimo earum affectu destituta, vel prohiberetur adolefcere, vel cum innumeris vixque ferendis incommodis conflictaretur quamdiu sibi ipsa par esse non posset; hoc Deus à spiritualibus nutricibus, proportione deposcit. In quam rem egregiè distit Rupertus \*, tractans educationem filiorum Israël ex mari rubro, per Moysem tanquam nutricem, ut ipsemet se appellat Num. 1. Patrem enim beneuolentiam, & æquè sedulum studium, nutricibus Christianis quos Deus paruulis ex nouæ generationis lauacro susceptis præfecit, indicit Rupertus; quandoquidem filij Israël, sublato de mari rubro typi erant catechumenorum ad baptismum progredientium, ut vult Origenes, vel potius Christianorum suscipientium baptismum, ut distit habet Apostolus, & passim confirmant Patres, nominatim Basilius Selenciæ, Ambrosius, Chrysostomus, Augustinus, Prosper à Damasceno, Bernardus. His Patribus stipulatus Rupertus, ait. Tulit Moyses (inquit Scriptura) filios Israël de mari rubro.

\* lib. 3. in Exod. c. 3. \* hom. 4. in Iosue. \* hom. 2. de Iona. \* lib. 1. de factis c. 1. in coloss. c. 1. in Iuan. \* hom. 20. romi 1. Græcol & tom. 7. in ad coloss. n tract. 11. in Iuan. \* ep. de promissis c. 38. \* 3. fid. c. 10. \* 1. let. 39. in cant. Puta



CAP. 6. Officia nutritio adiuuata.

Putat dixisse, qui tulit nutritus sedulus, paruos alumnos de noue regenerationis sacramento. Nam illi quidem non nisi in figura baptizati erant, nec ita vt nos in Christo, renati erant. Ac proinde illi quoque, sicut omnes homines, futura emundatione sanguinis Christi adhuc indigebant. Verumtamen propter eandem praefigurationem baptismi, in ipso ascensu suo de maritubro, illos significant paruulos, quibus B. Petrus Apostolus dicit; Deponentes igitur omnem malitiam & omnem dolum, & simulationes, inuidias, & omnes detractiones, sicut modo geniti infantes rationabiles & sine dolo, lac coenpiscetes, vt in eo crescat in salutem. Constat autem eiusmodi infantes oportere affectu nutritio portari, quando paruuli sunt, quando lacte illis opus est, & non solido cibo. Et haec maxima rectoribus populorum cura impendet, vt eiusmodi, quasi in humeris tollant, iuxta Prophetam dicentem; Pueri in humeris eorum portabuntur, & super genua consolabuntur. Bene ergo dictum est & proprie, ruli: quia videlicet grande onus super se tollit, quisquis infantiles hominum mores recte & secundum Deum portare intendit. Quod primum hic Moses in se ipso expertus, dicit ad Dominum; Cur afflixisti seruum tuum? Quare non inuenio gratiam coram te? Et cur imposuisti pondus vniuersi populi huic super me? nunquid ego concepi vniuersam multitudinem hanc, vel genui eam, vt dicas mihi, porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutriti infantulum, & defer in terram pro qua iuravi patribus eorum?]

2. Hoc sibi dictum putet Christianus Sacerdos, Dei infantium nutritus, habeatque persuasissimum, exprimendam sibi esse imitatione Moysi patientiam in populum hebetem & supra quosuis infantes sentu paruulum. Ne ferociat in lapsos, foueat infirmos, omnes in sinu portet, aduersus Deum ipsum pius mediator contendat, ac velit pro alumniis esse anathema, & deleri de corporee vitae libro pro exoranda illis venia non refugiat. Quae omnia ex radice illa quam proponebam progerminabunt, hoc est ex affectu beneuolo, qualis est nutritis erga alumnos. Eius inquam nutritis, quae simul sit parens, qualem superius dixi esse Ecclesiam. Nam eorum nutritum morem quae alienam ad id operam conducunt, in Ecclesiae ministris acriter improbat Damascus\*, semel ac iterum conferens eos Sacerdotes qui sibi commissos aliis alendos committunt, meretricibus quae statim ac pepererunt infantes suos, aliis nutritibus tradunt educandos, vt suas libidines expleant. Quod a Pastoribus subrogantibus sibi Vicarios Pastores, tunc fieri docet Damascus, cum dimissa & aliis permessa alendorum populorum cura, pro suo libitu secularibus operibus distinetur, & quod sibi visum fuerit, excussa sarcina expeditius obeunt.

3. E contrario ergo pia matres quae solem meretricio affectu non procreant, qualem redolet abieccio illa infantium per matrem eos non lactantem, vt censuit S. Gregorius\* respondens Augustino, studium per se ipsas impendunt iis quos in Christo regenerauerint, nec partes suas succedis nutritibus

committunt; sed ipsae per se in quodcumque muneris sui est, diligentem ac beneuolam nauant operam, parui facientes, quod per eam alumnorum curam, aliquid forte dulcedinis illis pereat, dum ab accurato diuinorum rerum contemplatione auocantur. Id enim non esse grauiter ferendum nutriti mysticae, praclare docet S. Gregorius†, circa illud Annae, non vadam donec ablaſteatur. Descripto enim ascensu Helcanae in Hierusalem qui typus fuit ascendentium ad contemplationem suauissimam aeternorum, subdit sacra historia, Annam ante infantis Samuelis ablaſtationem noluisse in domum Domini proficisci: quod ad praesens institutum sic accommodat S. Gregorius. [Ad hanc solemnem hostiam Anna inuitatur: quia sancta Ecclesia superni spirituali cohortatione ad aeternam contemplationem diuinae charitatis, per quotidiana desideria amoris accenditur. Quae tamen ab ascensu suo abstinere, vt filium lactet: quia vt proficit hic Christi paruulis, dilationem suae gloriae patienter sustinet. An non ad immolationem huius sollemnem hostiae mater illa inuitata fuerat quae dicebat; Cupio dissolui, & esse cum Christo. Sed quae per amoris desideria ad sponsi speciem trahitur, ac auct lactare filium, dicat in carne mihi manere necessarium est propter vos.]

4. Haec est illa inquietudo, quam Sacerdotes à filiis spiritualibus sustinere haud inuiti debent, iuxta Caesarium\*, cuius est ea in hanc rem similitudo [Sacerdotes in Ecclesia, similitudinem habent vaccaurum; Christiani vero populi, typum praefurunt vitulorum. Quomodo enim vaccae per campos, & prata discurrunt, vineta & oliueta circumueant, vt de partibus herbis ac frondibus cibum lactis praeparant vitulis suis; Ita Sacerdotes, diuinis sanctarum Scripturarum motibus assidue legendo, Verbi Dei debent flores decerpere, ex quibus spiritualis lactis filios suis valeant cibum ministrare: vt possint partem habere cum Apostolo Paulo, qui dixit; Lac vobis potum dedi, non escam. Non incongrue (fratres charissimi) Sacerdotes, vaccaurum similitudinem habere videntur. Sicut enim vacca duo vbera habet, ex quibus nutrit vitulum suum, ita & Sacerdotes, duobus vberibus, veteris scilicet & noui Testamenti, debent pascere populum Christianum. Considerate tamen fratres, & videte quia carnales vaccae non solum ipsae ad suos vitulos veniunt, sed etiam vituli sui eis obuiam currunt: & ita vbera matrum suarum capite suo frequenter percipiunt, vt aliquoties (si maiores vituli sint) ipsarum matrum corpora de terra subleuare videantur: attamen ipsae vaccae iniuriam libenter excipiunt, dum vitulorum suorum cupiunt videre profectum.]

Pertinent ista, ad primum illud lactis genus quod à nutritis infantium Christi supeditandum ex officio dicebamus: doctrinam inquam synceram & puram, ac vt ita dicam boni succi, & adipalem, quam nutritio infantium deposcit. Ex quo intelligitur, quam sit defendenda fors vberum illorum arenarium, quae Oseas cap. 9. in personam dari denunciat potius quam imprecatur, vt vt sonent verba,

† lib. 1. io. r. Reg ad c. 1.

\* homil. 22. alias 26.

CAP. 5. Officia nutritio adiuuata.

palma, & vbera tua botris.] Alterum lactis genus quod Christi infantibus à piis nutritis immulgendum dicebamus, est Eucharistia. Hoc munus, bene depositum sacrum nutritum d. posit. Nam quamuis deficiat hic analogia nutritis corporeae, quae de sua substantia cibatur infans, id est: quae pro qualitate bonae suae aut malae dispositionis, infanti commodat vel incommodat: (quo pertinent praepcepta de feligendis nutritibus alibi ex Ethnicis ac nostris commemorata †) Tamen vel ipsa efficitio & administratio tam sancti alimenti, sanctissimum ac purissimum, quantum humana fert imbecillitas, deposcit administrum. [Qua enim re, vt Chrysofostomi verbi s. † vtat) mundiorum esse non oportet, eum qui hoc sacrificio participaturus est? Quos radios solares non deberet excedere manus illa quae hanc carnem perumpit; os quod igne impletur spiritali lingua quae cruciatur hoc admirabili sanguine? Alia Chrysofostomi versio, vt hoc obiter admoncam, pro illis vocibus, hanc carnem perumpit, habet hanc carnem perumpit. Quod nonnulli recentiores, referunt ad figuram rotundam hostiae ex vsu perantiquo, cum apud Graecos, vt dist. ree † in Anchor. habet S. Epiphanius †, & Caesarius Nazianzenus frater\*, tū etiā apud Latinos. Idcirco enim S. Gregorius †, quae vocat hostias, vocat etiā coronas, nimirum ob rotunditatem. Ita quippe ex causa, sacerdotum in capite tonsuram, † in q. 1. scriptus à Terentio 2. de Euch. cap. 2. † 4. dialo. c. 55. dici corona, notat Ordinis Romani expositior. Videndi ex recentioribus Stephanus Durantus lib. 2. d. rit. c. 38. n. 7 & V Val. rus. caena 3. c. 4. Caterum locus Chrysofostomi perperam in rem adducitur. Nam Graecus Codex in quo legitur *αυα δειψουει, carnem diuidi*, siue distribuit, mendum Latini contextus coarguit in quo, pro carnem, legitur *cor-mam*. An ob aliquam elementorum viciniam? An ob interpositionem à Sacramentario quopiam, vt locus pro veritate carnis Christi in Eucharistia, ipsi Solis radiis scriptus, aliquatenus obumbratur? Quod tamen ad institutum praesens attinet, vtraque lectio eodem recidit. Nam siue coronam à rotunda specierum figura dicas; siue carnem, à velata specierum rectorio substantia; aequè sequitur, manum administram tam puri Sacramenti, debere esse nitentissimam, nec à tertioribus duntaxat maculis, sed etiam à labeculis liberam, vt indicat non manus vniuersae sed extremorum tantum digitorum ablatio in procinctu ad sacrificium, de Dionysij sententia †. Expressumque id est sufficientissime, verbis illis sancti Chrysofostomi, quibus manum Sacerdotis supra solarem radum puram ac splendentem esse oportere, statuebat. Quae ibidem sub homiliae finem disputat Chrysofostomus, de arcendis ab hoc (vt vocat) spiritualis vberis poculo indignè accedentibus, deque diligentia per Sacerdotes adhibenda ea in parte, vi concredita circa hoc poculum potestatis, longam inferrent disputandi materiam, si placeret in ea excurrere, praesertim quoad peccatores occultos, Sacerdoti compertos, quos Chrysofostomus annumerasse videtur iis peccatoribus manifestis & notis, quos solos à Sacerdotibus inrepede quicunque demum illi sint, repellendos

\* epist. 4. in p. 1.

\* p. 1. c. 1.

\* praef. ad Plurimum de defectu orationis.

verba. Haec sunt vbera super quae plangi, mandabat Isaias cap. 32. dicens super vbera plangite. Ij sunt qui cum ex officio, lacte coelestis doctrinae, infantes Dei alere deberent, eisque ministrare alimentum diuini Verbi, vel id officium praetmittunt, vel ita parce ei dant operam, vt adhæreat lingua lactentium ad palatum eorum in siti, quod deplorabat Hieremias, quæsus de vberum spiritualium ariditate. Enitatur ergo pia nutritis, hoc semper lacte in grandibus mammis qualis ad humeros retorquet solitas à mulieribus quibusdam fingit Synesius\* abundare, illudque sedulo & assidue immulgeant, ne occidant quos non pascunt. Quod enim Concilium Colonienſe anno 1536. celebratum grauius admonet\*, habet hic quoque locum multo magis quam circa funem corpoream, illud protritum ex Ambrosio. Si non paneris, occidi. Estque ea cades hic longè immanior, quod non de corpore, sed de anime vita agatur; cui sicut huius pabuli affusione consulitur, ita subtractione creatur exitium: Plura in hanc rem, executione heteroclitam tractationem Verbi Dei, vbi de necessitate lactis huius mystici per sacras infantium nutritis sedulo & assidue affundendi, distinctus ac plenus.

5. Curandum vero est etiam atque etiam, vt lac affundatur syncerum ac purum, non gypſatum, quale ab hereticis propinari scribit Irenaeus lib. 3. c. 10. & quale etiam à saga suo tempore, infixo cultro, de pariete educum testatur Camerarius\*. Eodem loco habendum & aequè deuitandum nutritio est quintuplex lac adulteratum, quod Petrus Blesensis proponit serm. 3. sub finem, & componit cum sexto ac solo syncero. [Considera (inquit) idiomata singulorum vberum, vt scias cui debeas os ad mouere, & à quo amouere. Primum vber fuit serpens, secundum Aegypti, tertium Philoſophi, quartum Dei, quintum heretici, sextum viri Catholici. De primo manauit lac venenosum; De secundo, lac acetosum, quia multis amaritudinibus respersa est dulcedo humanæ felicitatis; De tertio, lac ampullosum; De quarto, lac coagulatum; De quinto, lac aqua mixtum; Pessimi enim caupones vinum aquae miscuerunt. De sexto, lac syncerum. Primum ergo est reſicientum, secundum illud, vade retro Satana. Secundum temperandum, secundum illud, vultum & vestitum habentes, bis contenti sumus. Tertium excolandum, vt quod liquidum est in Philosophis, reponatur abiicitur, quod foeculentum est. Quartum hauriendum, unde, haurietis aquas in gaudio, de fontibus Saluatoris. Quintum vitandum, secundum illud, hereticum hominem post primam & secundam admonitionem, de vita. Sextum bibendum, iuxta illud, bibe & inebriamini filij. De primo scriptum est, fuit aspis oua sua, diu vbera caeculis suis. De secundo, sili misit lactauerunt peccatores, non acquiescitis eis. De tertio, sed & latine nudauerunt mammam, lactauerunt catulos suos. Haec sunt medici, in quibus mulier hemorrhoida omnem substantiam suā inuoluit erogauit. De quarto, memores erimus vberum vrorum super vinum: recti diligunt it. De quinto, da eis Domine sulcam sine liberis & vbera arentia. De sexto, ha uua tua assimilata est Theophili Raynaudi Pontificia.

† in mor. dist. 3. n. 64.

† hom. 83. in Math.

† in Anchor. scriptus à Terentio 2. de Euch. cap. 2. † 4. dialo. c. 55.

† in Eccles. Hierar. cap. de commun.

\* epist. 4. quae est de cho-repifc.

\* ad 10. in-textog.

C A P. 6. Officia nutritionis adiuncta.

lentos docet. Quinetiam alibi, expendens illud Psalmi 49. & cum adulteris portionem tuam ponebas; extraita Sacramenti Eucharistiae sanctitate, necessitatem iniicit omnibus conciliis, mouendi Sacerdotes de accedentium indignitate, si ea forte Sacerdotes lateret, vt soluta ignorantia illos asceant. Ea disputatio quod longioris sit operae, & absque multis distinctionibus expediri nequeat, praetermittenda hoc loco est. Addeantur autem qui de Eucharistiae dispensatione differunt, quos inter late nuper Ioannes Sanchez \*. Hoc dicere quis possit ab lactatione grandium & infantiam praetergredientium. Solent enim matres, pueros iam capaces cibi solidioris, superposito papilla aliquo amaro, abducere a lacte. Similiter ergo cum pueri Ecclesiae extolluntur in superbiam quae grauis cuiuscunque culpae mater est, qui sibi prae eo tumore grandes videntur; ab lactandi sunt & mouendi ab vberibus, per correptionem & castigationem amarulentam. Dauid certe cur esse deberet sicut ab lactatus, (V Benedicimus \*, legit sicut ab lactatum adiectiuo substantiue accepto) non aliam de causam perit quam eo quod exaltatum illi esset cor. & elati oculis agnoscebat iustam fore retributionem in anima si grandescens, similiter tractatur & auclatur ab vberibus. Hoc longè iustissimum est de ea papilla, eoque vt Chryostomus vocat spiritalis vberis poculo quod infra cap. 15. num. 9. videbimus esse mysterium humilitatis Domini à quo procul arcedi sunt superbi.

\* disp. 14. selecta.

\* c. 10. regula.

7. Iam partes alumnorum, & officia ad quae astringuntur titulo cibationis & emundationis per Sacerdotes exhibita; partim spectant Sacerdotes administratos, partim etiam Christum, & ipsosmet alumnos. Quae Christum & alumnos ipsos spectant, attingam percurrens sigillatim vtramque cibationem & mundationem. Nun. generatim & vniuersè agendo, dico, im. mensa esse, nec vnquam dissolubilia nomina quae infantes Dei praedictis titulis contraxerunt erga Sacerdotes, à quibus Christi beneplacitum talitè ac tanta in eos bona deriuari. S. Hieronymus †, eo titulo grauior admonet, abstinendum esse oblocutionibus de Sacerdotibus. Multo plus exigit S. Chryostomus; nam & amorem, & venerationem non vulgarem vult eis impendi, & ita accipit illud Pauli 1. ad Thessalonic. cap. 5. Rogamus vos fratres, vt noueritis eos qui laborant inter vos, & praesunt vobis in Domino, & mouent vos, vt habeatis illos abundantius in charitate. Propter opus illorum, pacem habete cum eis. Quomoddò ergo (inquit Chryostomus †) non est absurdum, si homo quidem patrociniū suscipiat & te defendat apud hominem, omnia agis, & omnem ei habes gratiam. Hic autem apud Deum tui patrociniū suscipit, & te defendit, & ei non habes gratiam? Et quomoddò inquit, me defendit? Quoniam pro te peccatur, & dono quod per baptismum datur, tibi inseruit. Visitat, hortatur, & monet, & media nocte, si vocaueris, venit. Is verò nihil aliud quam perpetuò tibi est in ore, & quae tu in eum congeris fert maledicta. Quanam eum pressit necessitas? Rectène fecit an malè? Tu quidem, & habes vxorem, & te exples de-

† epist. ad Heliodor.

† hom. 10. in 1. ad Thess. sub init.

licis, & vitam seclatris deditam mercaturae. Sacerdos autem in hoc suum contulit negotium. Nulla est ei alia vita, quam vt versetur in Ecclesia. V. habeatis, inquit, illos abundantius, in charitate: propter opus illorum, pacem habete cum ipsis. Vides quomoddò nouerit quae sunt animi deiectiones, non dicit absolute diligit, sed abundantius; sicut patres filii; per eos enim generari estis, regnum assecuti. Per manus ipsorum fiunt omnia. Per ipsos vobis portae caelestes aperiantur. Nemo seditionem agiter, nemo contendat. Qui Christum diligit, cuiusmodiunque sit Sacerdos, eum diligit, quod per eum sit veneranda assecutus sacramenta. Dic mihi, si velles videre Regiam multo auro splendentem, & gemmarum fulgore coruscantem; inueneris autem eum qui habet clauas, ille autem rogatus statim aperuerit, & introuiserit, an non ipsum omnibus proponeres? non aequè atque oculos amares? non osculareris? Hic cælum tibi aperuit, & non oscularis? non amplecteris? si vxorem habes, non eum maxime desideras qui eam tibi conciliavit? Ita si Christum diligit, si diligit regnum caelorum, agnosce per quos id habueris. Propterea, inquit, propter opus illorum pacem habete cum eis. Id est illos bene & optimè habete, iuxta receptam in Scriptura pacis notionem, pro optimo rerum statu & prosperitate.

\* hom. 2. in 1. ad Timoth.

8. Idem Chryostomus, alibi \*. Reuerentiamur diem illam, qua illuminati ab illis sumus. Patrem qui habet, et si mille pariat incommoda, omnia patris reuerentia contegit. Noli enim (inquit) gloriari in ignominia patris tui; neque enim tibi iam gloria quam probum est. Est sensum amiserit, veniam habe. Longè hæc magis in patre Spirituali dicenda sunt. Reuerere illum, quod tibi diebus singulis diuina ministrat, scripturas relegit, tui gratia exornat domum, propter te vigilat, propter te vota persoluit, pro te Deum precaturus adstat, tui causa preces exsoluit, pro te apud illum religio, cultusque & obsequium est, pro te ista omnia. Reuerere hæc ergo, atque considera, accede ad ea summa cum reuerentia. Præmiserat & multimodis confirmarat, honorem hunc vniuersum in Sacerdote non sistere, sed refundi in Deum, qui Sacerdotem tantorum honorum ministrum & dispensatorem constituit: minutèque persequitur, omnes excusationes quae Sacerdotum irreuerentiæ obtendi possunt; inter quas eminet illa tam protrita quam antiqua & tamen reuera nulla, quod scilicet Sacerdotes secus se gerant quam Sacerdotium ferat, nec sint probate vitæ. Hoc ipsum irreuerentiæ vel etiam impietatis obtendiculum, potenter disijcit Theoleptus, quem descripsit Turrianus †. Bene item S. Augustinus \*, [An fortè (inquit) attendunt multos, etiam in ipsis honoribus Ecclesiasticis praepositorum & ministrorum, non congruenter viuere sermionibus & Sacramentis, quae per eos populis ministrantur? O miseros homines qui hos intuendo Christum obliuiscantur, qui tanto antè prædixit vt legi Dei potius obtemperaretur, quam imitandi videantur illi, qui ea quae dicunt non faciunt; & traditorem suum tolerans vsque in finem etiam ad euangelizandum

† l. 2. de Error. Ord. c. 24. \* hom. 11. in 1. ad Cor. c. 13.

C A P. 6. Officia nutritionis adiuncta.

zandum cum cæteris misit. Tam sunt autem isti absurdi & praeposteri, & miseri, qui praepositorum suorum malos mores imitari eligunt, quam per eos praedicta Domini praeccepta seruare, quam si quisquam viator remeandum sibi esse existimet, in itinere cum viderit miliaria lapidea literis plena, viam docere, & non ambulare. ] Vt autem demus (quod ibi Augustinus non diffitetur) esse aliquos Sacerdotes verè eo gradu ac munere indignos; quae malum perueritas est, velle vnus alicuius Sacerdotis labes ac nauos, esse cum omnibus eiusdem ordinis communes, tametsi vbi-libet alibi, inter eos qui eiusdem sunt instituti, vnus culpa in alios non transfundatur: Expostulant meritis de ea perueritate, Nazianzenus orat. 14. ac Theodoretus l. 12. contra Graec. sub finem, & Isidorus Pelusiota lib. 3. epist. 242. & l. 2. epist. 52. scribens ad Nilanomonem Scholasticum, rursusque scribens ad Theodosium Episcopum: vbi rem quandam diuinam esse Sacerdotium, ac omnium rerum praestantissimam, ab adnascensibus vitio subiecti defectibus accuratè fecerendam, rectè confirmat ex iis Christi oraculis, quibus regenerationem nostram, & corporis ac sanguinis sui participationem siue quibus sempiternas sedes consequi non licet, Sacerdotibus concedidit.

† lib. 2. contra Iul. c. 33.

Locus planè aureus Clementis Romani † aptè ob signabit hoc monitum. [Ama (inquit) fili, eum qui secundum Deum factus est tuus Pater, & cole hunc. Nam si de partibus secundum carnem, ait diuina Scriptura, Honora patrem tuum & matrem vt bene sit tibi; Et, qui maledixerit patri aut matri morte moriatur, quanto magis de Patribus spiritualibus, verbis Dei moneamur honore & charitate eos prosequi vt beneficos, & ad Deum legatos: qui nos per aquam, Deo regenerarunt, Spiritu sancto impleuerunt, lacte Verbi Dei aluerunt, & doctrinae alimento nutrierunt, monitis stabilierunt, corpore saluari & pretioso sanguine nos dignati sunt, nobisque peccata remiserunt, & sanctæ ac sacrae Eucharistiae participes fecerunt, ac promissionis Dei confortes & Christi coheredes constituerunt. His igitur reuerentiam adhibentes, omni eos genere honoris afficite. Siquidem hi potestatem vitæ & mortis à Deo acceperunt in iudicandis iis qui deliquerunt, & in damnandis ad mortem ignis sempiterni: Et iis qui se ad rectè viuendū conuertunt, absoluedis & viuificandis: Hos exultimate vestros Praesides, hos putate Reges.]

cap. 15.

Non ad Antistites duntaxat, aut Sacerdotes, sed etià ad quoscunq; è Clero, tanquam eiusdem corporis mēbra, & fundamento honoris quod proposuimus participantes, honoris illius communionem extendi mandat Concilium 2. Marticon. sic decernens. [Statuimus, vt si quis secularium, quempiam Clericorum honoratorū in itinere obuium habuerit, vsque ad inferiorem gradum honoris veneranter. (sicut condecet Christianum,) illi colla subdat, per cuius officia & obsequia, fidelissima Christianitatis iura promeruit. Et si quidem ille secularis equo vehitur, Clericū sicut similitè, secularis galeatū de capite auferat, & Clerico syncera salutatiois munus adhibeat. Si verò Clericus, pedes

Theophili Raynaudii Pontificia.

graditur, & secularis equo vehitur sublimis, illic ad terram defluat, & debitum honorem praedicto Clerico syncerae charitatis exhibeat; vt Deus qui vera charitas est, in vtrisque lactetur, & dilectione sua vtrumque attingat. Qui verò hæc quæ Spiritu sancto distante sancta sunt, transgredi voluerit, ab Ecclesia quam in suis Ministris dehonorat, quamdiu Episcopus illius Ecclesiae voluerit, suspendatur. Tantum ea Synodus de honore Clericorum ob Sacerdotes.

9. Quod si praedictis titulis cibationis & emundationis, tantū Sacerdotibus ac Clericis debent infantes Dei, quantum iidem infantes censendi erunt debere Christo, cuius Sacerdotes in vtroque illo munere sunt duntaxat ad ministrari atque Vicarij? In extersione quidem macularum animarum, non videt primariā obligationem ad Christum referri. Nam quis potest remittere peccata, nisi solus Deus? Lactis verò doctrinae quo nutrimur in vitam aeternā, ipse suppeditator primus & veluti fons est. Vniuersus enim qui est in sinu Patris, ipse enarrauit quæ nemo vidit vnquam. Sed & lactationabile, à Christo praesertim & primariò subministratur, etiam interuentu Sacerdotum. [Non sunt humanae virtutis hæc opera, (ait rectè Chryostomus \*)] Quæ tunc in illa cæna confecit, ipse nunc quoque operatur, ipse perficit: ministrorum nos ordinem tenemus; qui verò hæc sanctificat & transmutat, ipse.] Voluit scilicet, nos huiusmodi suo lacte pascendo, & quod ibi semel & iterum demiratur Chryostomus, non pro more multarum matrum aliis nos nutricibus alendos dando, sed suamet substantia cibando, ex tate in nos luculentum illud amoris sui argumentum insigni amore meritò pensandum, quod vtrumque lac superius expositū complexus, his verbis expressit Clemens Alexandrinus \* [Postquā est in lucem editus puellus, eodem sanguine alitur. Natura enim sanguinis, est fluxus lactis, & fons nutrimenti, lac est, quo etiam mulier ostenditur & verè peperisse, & esse mater: per quod etiam benevolentiae amatorum accipit. Propterea ergo qui in Apostolo erat sanctus Spiritus, Domini voce vtens, dicit mysticè; Lac vobis potum dedi. Si enim in Christo regenerati sumus qui nos regenerauit, proprio lacte nutrit, nempe verbo. Quidquid enim genuit, ei quod regeneratur, protinus alimentum praebere est consentaneum. Quemadmodum autem regeneratio conuenienter, ita etiam nutrimentum fuit homini spiritale. Omni ergo ratione nos in omnibus Christo coniugimur, & familiares reddimur, & in cognatione per sanguinem eius quo redimimur, & in consensione per nutritionem quæ ex verbo efficitur, & in corruptione per eius ipsius institutionem, & vitæ agenda rationem. Aluisse autem, inter homines sæpè affert plura amotis incitamenta, quam procreasse liberos.]

\* hom. 83. in Matth.

\* lib. 1. Praed. cap. 6. sub finem.

10. Quod ad nos attinet, est quod iidem titulis, incēdamur ad omnem sanctimoniam, discusso torpore qui circa bona per functiones mysticarum nutricum propositas obuenientia, potest obrepere. Dicamus nonnulla distinctius. Lac doctrinae auidè expectandum ab infantibus Christi; & vel si nutrices

T t 2 cessarent

CAP. 6. Officia nutritioni adiuncta.

\* homil. 22. nunc. 16.

cessarent à lactido, accurrendum paruulis esse ad vbera vnde vitale hoc lac profluit, docet per palestram Casarius insitens similitudini vaccarum suos vitulos lactantium, cuius partem quæ Sacerdotes ipsos spectabat, superius ex eo retulimus. Eius hæc est oratio\*. [ Considerate tamen Fratres, videte quia carnales vacca non solum ipsæ ad suos vitulos veniunt, sed etiam vituli sui eis obuiam currunt: & ita vbera matrum suarum capite suo frequenter percutiunt, & aliquoties ( si maiores vituli sunt) ipsarum matrum corpora de terra subleuare vid. antur: attamen iniuriam ipsæ vaccae libenter excipiunt, dum vitulorum suorum cupiunt videre profectum. Hoc etiam homini Sacerdotes debent fideliter desiderare vel cupere, vt filij pro salute animæ suæ assiduis eos interrogacionibus inquietent, vt dum filiis pulsantibus gratia diuina tribuitur, etiam Sacerdotibus sanctarum Scripturarum secreta reuelantibus, æternum præmiuim præparetur. Hoc idem dico, vt in nobis, & in vobis, ista similitudo seruetur. Cupimus enim, à vobis istam desiderabilem inquietudinem assidue sustinere, dummodò animas vestras videre mereamur in Christi amore proficere. Vnde, sicut nobis expedit, collectis Scripturarum floribus spiritualem cibum conficere; ita & vos oportet cum grandi auuiditate requirere. Nam quomodò solent vituli, matrum vbera grandi impetu inquietare, vt de interioribus earum, necessarium sibi possint extrahere cibum; ita & populi Christiani, Sacerdotes suos, velut Sanctæ Ecclesiæ vbera, assidue debent interrogacione piissima prouocare, vt sibi possint cibum salutis acquirere, & victum animæ suæ necessarium prouiderent: ne forte si & Sacerdotes tardius voluerint offerre, & populi nimis impedimentis mundi istius occupati non dignentur inquirere, impleatur illud quod scriptum est, *mitam famem in terra, non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi Verbum Dei.* ] In hanc rem plura cum de heteroclitica tractacione Verbi Dei, vbi nominatim excutitur ea Origenis hom. 13. in Exod. & Augustini homil. 26. in 50. doctrina, qua lac istud doctrinæ, non minus studiosè ac reuerenter accipiendum tradunt quàm lac realis corporis Christi in Eucharistia. Cutandum verò maximè, quod Casarius proxime adductus rectè admonet, vt cibacioni è tam bono lacte, respondeat lactentis sustentatio & incrementum; vt inquam Verbo Dei audito & excepto, respondeant fructus digni.

† homil. sequenti.

\* r. Pædag. c. 6.

11. Lac Eucharisticum, eandem ac etiam multo maiorem, & proficiendi ac in salutem crescendi curam & mysticæ huius cibacionis auuiditatem deposcit, respondentem ei miraculo prouidentia, (sic enim appellanda est) qua tam pretiosum tanque efficax alimentum habemus in pròptu. Exclamat in hanc rem meritissimò Clemens Alexandrinus\*, impositinere affectum intus gestientè. [ Cum amans & benignus Pater Verbum impluisset, ipsam spirituale alimentum factum est bonis & moderatis hominibus. O miraculum mysticum! Vnus quidem est viuierorum pater. Vnum est etiam Verbum viuierorum, & Spiritus Sanctus vnus, & ipse est vbique: vna

autem sola est mater Virgo. Mihi autem placeat eam vocare Ecclesiam. Lac non habuit mater hæc sola, quoniam sola non fuit mulier. Virgo est autem simul & mater; integra quidem & inuoluta vt Virgo, amans autem vt mater: & suos accersens infantulos, sancto lacte, nempe verbo infantili enutrit. Idem autem lac non habuit, quod lac esset hic infantulus pulcher & appositus, scilicet corpus Christi, nouum cæterum verbo nutriens; quem ipse Dominus carnali labore peperit, quem ipse falcis alligauit Dominus, pretioso sanguine. O sanctas secundinas, & partum sanctum! O sanctas falcias! Verbum est omnia infanti, & pater, & mater, & Pædagogus, & altor. *omedit, inquit, meam carnem, & bibit meum sanguinem.* Hæc apposita & conuenientia alimenta nobis suppeditat Dominus, & carnem præbet, & affundit sanguinem: & ad incrementum nihil deest infantulis. O admirabile mysterium! Veterem & carnalem nos iubet exuere corruptionem, quemadmodum & verus nutrimentum: aliud autem nouæ Christi diætæ effectus participes, illum, si fieri possit, recipientes, in nobis ipsis reponere, & seruatore intra pectus comprehendere, vt carnis nostræ affectiones integras perfectasque reddamus. ] En quid huius lactis suctus poscat à nobis.

12. Auuiditatem verò & flagrantem cupiditatem sugendi hoc lac, nulla nauescione præpediendam, indicit his verbis S. Chryostomus †. [ Singulis fidelibus per hoc mysterium se coniungit: & quos peperit, non aliis nutriendos tradit, sed ipse studiosissimè alit, hæc etiam re tibi persuadens, carnem illum tuam assumpisse. Tanta igitur charitate atque honore affecti, non torpeamus. Non videris, quanta infantes animi alacritate, mammillas arripiunt? Qua pressione papillis insigunt labia? Non minore cupiditate, nos quoque, ad hanc mensam, & ad huius Calicis spiritalem accedamus papillam. Immo verò maiore desiderio quasi lactentes pueri, gratiam spiritus sugamus. Vnus sit nobis dolor, vna mœsticia, si hoc alimento spirituali priuamur. ] Sanè si tanta est vberum & lactis cupiditas in infantibus, quanta deberet esse fidelium cupiditas, sugendi hæc vbera, & verè Regum mammillas? Ferenda proinde non est, ea quorundam ad bonum suum incuria, quibus cum suppetant vbera lacte turgentia possintque inde affatim satiari, malum tamen languere præ cibi huius defectu, & corde exarescere. Stulti qui purum hoc & syncerum lac fastidientes, præferunt lac peccatorum, quibus non esse acquiescendum monebat Sapiens\*. Hoc est lac propinatum Sifare, simul cum temporum transfixione, & æterno exitio. Verè id quoque lac gypstatum, exitiale sugentibus, quale superius retulimus. Fugiamus lethalem succum, appetamus autem & desiderio desideremus lac cœlestis alimonie, quod iure dixerim ipsimet lac Deiparæ. Multi Toletum, Amissum, Lutetiam, Carnutum, aliisque loca petunt, in quibus lac B. Virginis asseruari ferunt, vt illud venerentur. En lac Deiparæ in Eucharistia quod non colere tantum, sed & haurire, quoties liberit, conceditur.

† hom. 87. in Mart. sub finem.

\* prou. i.

CAP. 6. Officia nutritioni adiuncta.

† orat. 21. \* lib. 2. de Sapient. † lib. 1. c. 1.

† lib. 1. c. 1. † ad 12. Æneid.

† lib. 4. m. 58. cap. 15.

† in Christ. puel. inst. c. 1.

† in Catech. ad illum, aliis hom. 21. ad Pop.

conceditur. Itaque excutiamus nauescam & torporem desendum.

13. At non minus desendi videntur, qui tam bono lacte assidue ab initio pasti, mores tamen habent degeneres; nec aliter afficiuntur ad officia Christiani hominis, quàm si lac pecuinum aut suillum combibissent. Mortum sanè & affectuum varietatem, pro lactis varietate existere longè maximam, idque in brutis etiam deprehendi, obseruauit Dio Pruseus †, & confirmat Cardanus\*. Vnde illa Fabij † sollicitudo, vt futuro Oratori, optima nutritrix prouideatur, qualem Chrystippus futuro viro optimo optabat, nempe probatis moribus, cuius lacte puellus ad omnem probitatem imbueretur. E contrario autem doctus Poëta, Hyrcanas tigres admouisse vbera immitti ac duro homini dixit, insinuans haustam cum lacte feritatem, vt Gellius † ac Donatus † annotarunt. Constat, Caligulam à truculentæ nutricis lacte efferatam, desciuisse à parentum humanitate. Puerum caprino lacte educatum, in capræ morem assidue saltitasse postea solitum cum adoleuisset, scribit Martinus Vtriusque nauensis † addens, cum estandis plantarum geminibus, caprinam nutritionem exhibuisse. Alium memorat suillo lacte infantia pastum; cæno semper & volutabris delectatum; quod tamen inter Ethica signamenta numerat Ludouicus Viues †. Vt vt sit, quæ malum prauitas nostra est, qui pasti lacte rationali & humanissimo, ferinos mores præferimus? Imo qui diuino lacte enutriti, nihil diuinum sapimus, intra carnem semper ac sanguinem demerit?

14. Quam iustitiam fuerat, tam sancto lacte pastus, sanctificari vnde cunque; & quia hoc alimentum eiusmodi est, vt non conuertatur in alitum, sed in se potius vertat eum à quo sumitur, transmutari suo modo in Christum, & singula membra nostra euadere Christi membra? Certè S. Chryostomus †, versans illud Propheta, *Ecce ego & pueri mei quos tradidit mihi Deus*, egregiè dixit, puerulos Christi, quos scilicet ipse lactat suo hoc lacte cœlesti, transire in membra eius, nec iam debere spectare sui corporis membra, vt membra puerulorum qualiumcunque, sed vt membra Christi. Vnde infert. [ Hæc omnia certè sciens dilectè, sis gratus erga benefactorem tuum optima conuersatione; & sacrificij magnitudinem cogitans, orna corporis tui membra. Cogita quid manu capias, nec vnquam vllum verberare audeas, nec tanto decoratum munere, plagæ crimine confundas. Cogita quid manu capias, & ipsam ab omni auaritia, & rapina liberam conferua. Reputa quod non tantum manu capias, verum & ori admoveas, & linguam custodi à contumeliosis mundanis & turpibus verbis, blasphemia, periurio, & aliis omnibus eiusmodi. Etenim perniciosum est, tam tremendis ministrantem mysteriis linguam, & sanguine tali purpuratam, & factam arcum gladium, ad conuitia, & contumelias, & scurrilitates transferre. Reuertere eam honore quo Dominus ipsam honorauit, nec ad peccati vsum, ipsam deducas: sed rursum animaduertens, quod post manum & linguam, cor suscipit horrendum illud myste-

ritum, ne vnquam in proximum sumas dolum, sed mentem tuam ab omni malitia mundam conferua. Sic & oculos, & aures munire poteris. Quomodò enim non est absurdum, post mysticam illam vocem à cœlis delatam (à cherubin dico) meretriciis cantibus, & fractis melodiis aures inquinare? Quomodò verò non extrema pœna dignum est, oculis quibus arcana vides, & horrenda mytheria, his meretricibus spectare, & mente adulterium exercere? ] Præclarè item Theodorus Studita †. [ Placide mansuetè que degite, pacem amplexi cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua Deum contuebitur nullus; maximè reuerit Dominicum corpus, atque sanguinem, quo sumus potiti. Quamobrem ne qui imbutus animus est sine macula donis, tumultibus, infania, fœdis desideriis imbuitor; neu os immortalis hansto fonte, sordidos sermones, ac cloacas inanes edito; neu oculi, angusto sanguine piati, efferum cernunt, & aspectus meretricios figunt; neu manus, sacris contactis opibus, quæ nefas sit atrectato; quin cuncta membra proinde ac Christi membra cultodiuntor, atque seruantor. ]

† Catech. 46.

15. Ad extremum, cum paratum sit à Christo, & in potestate mysticarum nutricum constitutum spirituale balneum, ad extergendas sordes omnes & maculas; iniecta est infantibus Dei, necessitas non hærendi in fœcibus suis, nec perpetuandi in volutabro luti, ad quod peccatum nos deiecit. Est hæc deprecacione non leuis, tantæ erga nos Christi prouidentia, qua ob baptismi initerabilitatem, alterum nobis lauacrum pronisum est, alterque baptismus, ad eluendas sordes quas in dies contrahimus. Distinxit David vtrumque hoc lauacrum Psal. 50. iuxta Laurentium Nouariensem †, qui verba illa, *Asperges me Domine hyssopo, & mundabor, lauabis me, & super niuem dealabor*, refert ad Adamum, siue ad sordes parentales, quæ aqua baptismi permista Christi sanguine eluuntur, idque esse ait lauacrum publicum omnium, quo Adam abluitur Christi corpore, & enitescit in fonte. Illa verò verba *amplius*, vel vt ipse legit, *vsquequaque lauam me ab iniquitate mea*, refert ad Davidem actua- lia & priuata cuiusque peccata representantem, cuius fœditates tamen generali lauacri flumine abstergi post primam mundationem non possunt; tamen alio secundo, eoque laborioso baptismo exterguntur. Quate ad illas peccatoris voces; [ Claro corpore egressus de fonte, cæno me iterum immundo perfudi, limoque fœdaui, &c. Malis quibus carui, in ipsis relapsus contaminor. Euangelicam tunicam rursus pellicia commutauit. Stulam meriti quam mundam texueram, labe vitiatorum fulcaui, & nouum hominem iterum vetustate contexi. Quid nunc requiro, aut quid expecto adhuc? Vbi quæro fontem, aut vbi inuenio baptismum? Numquid est respectus ad aquam? numquid recipiet me adhuc vnda, vt me reformet in vtero aquæ, & pariat innocentem? Aut fortè quætere debeo adhuc dexteram Sacerdotis, quæ me mergat in fontem, & inde iterum purificet? ] Ad has inquam peccatoris voces de suis fœditatibus eluendis desperabundi, respondet Laurentius; [ quia non poterat

† hom. de punit.


CAP. 6. Officia nu-  
tritioni  
admitta.

teras manens in membris, corporisque com-  
page, liber existeret à peccato, immunisque esse  
à noxa post baptismum; remedium tuum in te  
ipso statuit, remissionem in arbitrio tuo po-  
suit, ut non quæras Sacerdotem cum necessi-  
tas flagitauerit: sed ipse iam ac si sciens per-  
spicuique magister, errorem tuum intra te  
emendes, & peccatum tuum poenitudine  
abluas. Itaque desinat duritia, cesset despera-  
tio, desinat ignauia; fons nunquam deficit,  
aqua intus est, ablutio in arbitrio est, sanctifi-  
catio in solertia est, remissio in rore est lachry-  
marum. Nolite soluere in segnitiam: fons  
est in homine conseruatus, perpetua poe-  
nitudo.]

16. Non excludunt ista Sacerdotis mini-  
sterium in abluendo peccatore; ut nec illa quæ  
paulo ante præmiserat: [Ex inde (id est  
post baptismum primum) statuit te ipsum tibi  
iudicem & arbitrum.] Nec ista inquam pes-  
fundant aut impetunt potestatem iudicia-  
riam Sacerdotis in tribunali poenitentiam, quoad  
peccata iam renatorum: sed sensus tantum est,  
dexteram Sacerdotis baptizantis, & collato  
baptismo eluentis peccata, non esse ulterius  
quærendam ad finem eluendi peccati post  
susceptum baptismum primum: Superesse ta-  
men alterum baptismum laboriosum, cuius  
non dispositiones duntaxat, sed partes sub-  
stantiales aliquæ sint actus nostri: cuius ba-  
ptismi delineationem in Magdalene poeni-  
tentia præcessisse, in hunc modum docet in-  
ferius. [Stetit anxia, curuatoque corpore, pe-  
des Domini tenet rea, & remedium elicit.  
Vritur, animo loquitur, tacet & gemit silen-  
ter, instat importunè, poenitudine stimulat,  
subtrigit ad cœlestis panis, aspectumque de-  
figit in terra. Illum solum videt quem tenet,  
illi pandit peccatum suum, illi peccata detegit,  
& criminofam referat conscientiam. Cor  
suum supra pedes eius, mistum cum fleibus  
fundit. Capillis etiam mollibus lachrymis  
perfosos pedes quasi linteo quodam detergit.  
Nec solum lachrymis abluere satis est, & cri-  
nibus tergere: insuper de alabastris quod in  
manu tenebat, unguento perfudit, ut pedes  
quos rigauerat, unguento linitet. Atque in his  
tribus speciebus, immunda mulier in lachry-  
mis, & capillis, & unguento, quasi fontem  
baptismi sui, de pedibus Christi extraxit. Nam  
in fonte Baptismi, quid aliud est quam aqua,  
& Christum, & vestis alba? Huic mulieri, pro  
aqua, fletus fuit; pro christumate, unguentum;  
pro veste, capilli.] Hic igitur est alter bap-  
tismus à Christo prouisus, ac ut antè dixe-  
rat, fons in oculis nostris constitutus, ad  
eluendas sordes & fœditates post baptismum  
primum contractas. Nam ea aqua ex oculis  
nostris manante, & accedente vel actu, vel  
(ut loquuntur) in voto ac destinatione ani-  
mi, defricatione per manum Sacerdotis, lauamur  
denuo, & super niuem dealbamur. Quanta  
ergo segnitias nostra est, & quantis digna  
suppliciiis, si ad patentem fontem in ablutionem  
sordium dedignamur accedere? Cur in  
stercoribus nostris velut iumentum libenter  
computrescimus? Sanctis Martyribus &  
Confessoribus Carthagenensibus, referente  
Victore, gloriosum fuit respergi stercoribus

† lib. 2. per-  
fecit. Vandal.

suis, ac perfundi lotio, præ angustia loci in  
quo ingens multitudo sanctorum ab immani  
Tyranno conclusa stabat: unde illis ea il-  
luvie vestibus procedentes, meritò cantabant,  
*gloria hæc est omnibus sanctis eius.* Peccatorum sic  
inquinari suis fœcibus, non modò inglorium  
est, sed etiam abominandum & infame. Quare  
balneum sacramenti poenitentiam, per Sacer-  
dotes administrandum, inire seque abluere ne  
remoretur.



CAPVT VII.

Anniuersaria diuina per Baptismum  
siliationis, & prouise nutrica-  
tionis memoria, octauo à  
Paschate die.



1. PARVIT alia generatio,  
alia vita, alius viuendi modus,  
ipius naturæ nostræ commu-  
tatio. Quanam generatio?  
Quæ non ex sanguinibus, neque ex voluntate  
viri, neque ex voluntate carnis, sed ex Deo  
facta est. Quinam, inquit, hoc fieri potest? Au-  
di, nam paucis explicabo. Fœtus hic per fidem  
concepitur, per baptismatis gratiam & regen-  
erationem in lucem editur, nutricem habet  
Ecclesiam; huius doctrinam & instituta fugit  
tanquam vbera: illi cœlestis panis, est cibus,  
ætatis perfectio est sublimis viuendi ratio, nu-  
ptiæ consuetudo sapientiæ; liberi, spes, do-  
mus, regnum; hæreditas & opulentia, de-  
licia paradisi; finis, non mors, sed vita il-  
la quæ dignis parata est, beatissima & sem-  
piterna.]

Summa est, Gregorij Nysseni † verbis con-  
texta, & magorum & pretiosorum donorum,  
Dei infantibus in Baptismi vtero, partim re-  
ipsa & in præsentia, partim in spe ac iure col-  
latorum. Tot ac tantorum beneficiorum, im-  
memores esse non debemus. Et olim quidem  
alicubi, diuinæ huic beneficentiæ recolendæ,  
qui recens baptizati erant, hærebant per dies  
octoginta, apud Presbyterum à quo fuerant  
baptizati, ut habent Acta S. Anastasij Persæ,  
quibus asseritur, eum [mansisse octoginta  
dies apud Presbyterum Eliam, quibus non  
licet egredi, eos qui modò fuere illuminati.]  
Nunc autem ea mora exoleuit, & quamuis  
perstaret, nequaquam sufficeret ad gratitudi-  
nem toto vitæ tempore debitam, & Christia-  
no post tanta dona planè necessariam. Vnica  
quippe ratio, exoluendi professionem clien-  
telarem qua Deo nominibus illis obstringi-  
mur, (quod debitum nisi exoluamus pericli-  
tamur fundis ac feudis quorum beneficiarij  
sumus excidere,) gratitudo est, ut piè admo-  
dum disserit Gulielmus Parisiensis †. Itaque  
& iam olim Synagoga, ex Dei ipsius præscri-  
pto, ad testandam pro quibusuis alicuius mo-  
menti benefactis gratitudinem, totidem in-  
stituit

† orat. 1. de  
refur.

† in Rhetor.  
diu. c. 4.

CAP. 7. Anniuersaria  
Christi.  
ortus memo-  
ria.

stituit festa. Quod diuinum institutum sanctè  
æmulata Ecclesia Christiana, ad eandem gra-  
titudinem pro collaris sibi longè auctioribus  
bonis prodendam, varia instituit festa, quorum  
annuo recurſu gratiam beneficij accepti me-  
moriæ sibi non excidere testatum faceret.  
Cum igitur beneficia regenerationis in Chri-  
sto per Baptismum præstitæ, & nutritionis  
spiritualis ei subiunctæ, de quibus hæc tenens  
est actum, tanta sint, tamque luculenta, ut tran-  
scendant captum nostrum, sintque verè magna  
& pretiosa dona per quæ efficiamur diuinæ  
confortes naturæ; æquissimum profectò fuit,  
huiusmodi beneficia quotannis recolere, inter-  
uentu alicuius festi quotannis in eum finem  
ritu anniuersario celebrati.

2. Sanè natalem diem quo in hanc lucem  
ad ærumnas, & plerumque ad gehennam ven-  
erunt, festum exigunt magna ambitione  
mortales Principes, ut monstrant qui de die  
Natali iustas tractationes ediderunt, Cenfori-  
nus, & Martinus à Roa. Vrbiu natales fuisse  
festiuos ac celeberrimos, latè prosequitur Pe-  
trus Faber † nec non Brissonius †, qui etiam  
de feriatio Principum Natali, pleraque habet.  
Quanto itaque iustius fuit, natalem diem  
Christianum quo ad gratiam renati sumus, &  
in Dei filios ac hæredes transcripti tanquam  
verè Porphyrogeniti (ut supra cum Theo-  
phane Nysseno \* loquebamur) subiunctis-  
que beneficiis donati, festiuum quotannis exi-  
gere? Rectè hinc quadrat, quæ alia occasione  
dixit Nazianzenus \*. [Salutem nostram læ-  
titia prosequi conueniebat, ac multo quidem  
magis quàm carnis amici dies eos quotannis  
celebrant quibus vel nati, vel matrimonio  
iuncti sunt, vel nomen acceperunt, vel locum  
aliquem primum incoluerunt, vel quacum-  
que tandem alia de causa mortales, diem fe-  
stum agunt.] Diem excessus ex ephēbis & ar-  
tonisæ primum comæ addit Nicetas. Sepona-  
mus humana & secularia. *Natale Calbedræ*,  
siue diem quo quis in Episcopum esset inau-  
guratus, anniuersaria celebritate recolere soli-  
tos maiores, variorum exempla monstrant.  
Habemus enim SS. Augustini, Leonis, & Eu-  
cherij, qua die in Antistites assumpti fuerant,  
repetitur per annos singulos festæ recordatio-  
nis argumenta, sermones ad populum. Viden-  
di qui id pluribus illustrent Baronius \* &  
Rosuedius †. *Natale Episcopi*, vocant Sixtus  
& Hilarius Pontifices; Ille scribens ad S. Cy-  
rillum, hic ad Episcopos Tarraconensis Pro-  
uinciæ. Templorum materialium enecenia,  
recurrunt quotannis ex antiquissimo vsu Ec-  
clesiæ, de quo Stephanus Durantus \*. Nec  
tamen Ecclesia, cum vsu templa dedicandi  
inducens & quotannis repetens, in materiali-  
bus ædificiorum molibus litit, ut docent qui  
de ritu dedicationis Ecclesiæ scripserunt, præ-  
sertim Hugo Victorinus †, & Iuo Carnoten-  
sis †, sed ad templa non manu facta in quibus  
Deus habitat, animas inquam quæ cœlesti re-  
generatione ædificantur in templa sancta in  
Domino, direxit eas adumbrationes rerum  
quæ in anima geruntur: Ut propterea Guliel-  
mus Paris. \* sanctificationem animæ exhibeat  
sub specie ac imagine consecrationis Eccle-  
siæ. Indubitatum ergo videtur, Ecclesiam de

† lib. 1. Se-  
meltr. c. 9.  
† ad l. dom. de  
spe. c. ac. sub  
finem.

\* cap. 2.

\* orat. 40.  
initio.

\* in Mar. ad  
18. Ianu.  
† ad epist. 16.  
S. Paulini.

\* lib. 1. de rit.  
cap. 24.

\* in speculo  
Eccles. c. 2.  
† serm. de sa-  
cram. Eccles.

\* lib. de leg.  
c. 29.

typo & imagine adumbrata festiuè recolenda  
ad eò sollicitam, non defuisse officio, in testan-  
da gratitudine circa tanti momenti expressam  
solidamque veritatem, ac proinde collationis  
tantorum bonorum anniuersariam memo-  
riam, festiuam præscripsisse fidelibus certa  
quapiam die, saltem generatim & vniuer-  
sè. Nam ut pro singulis idem publicè si-  
gillatim præstaretur, superabat curam hu-  
manam.

3. Existimauit Rupertus †, hoc ipsum esse  
quod Ecclesia recolat, quoties alicubi quoran-  
nis solemnè pompa renouat celebritatem de-  
dicationis Ecclesiæ. Cum enim de Ecclesiæ  
seu templi materialis dignitate discessisset,  
monstrassetque eam verè esse domum Dei &  
portam cœli, subdit. [Quod in parietibus vi-  
sibilis structuræ lapides singuli, hoc in spiri-  
tuali ædificio sunt homines singuli. Proinde  
non vanè consecratio templi, vel altaris, festi-  
us laudibus per annos singulos celebrati con-  
suevit. Nam sicut altare Christum, & singuli  
lapides parietum, singulos significant electos,  
vivos utique lapides superædificatos super  
fundamentum Apostolorum, & Prophetarum  
ad construendum vniuersæ Ecclesiæ templum:  
sic omnia quæ sub nominibus altaris, lapi-  
dumque siue fundamentorum atque muro-  
rum decantamus, oportuna gratiarum actio-  
nes sunt, pro principali vnctione Christi san-  
cti sanctorum, & pro regeneratione quorum-  
cumque fidelium. Nec enim poterat fieri, ut  
quisque nostrum diem suæ regenerationis an-  
natim solemnizaret; nec rursum omittenda  
erat absque memoriali celebritate, tantæ gra-  
tiæ iucunditas quæ singulis nostrum de domo  
Ecclesiæ collocata est. Igitur qui diuersis tem-  
poribus nati, diuersis nihilominus tempori-  
bus, Ecclesiæ sacramentis quæ suis in locis  
aguntur, renati sumus; oportunè pro particu-  
laribus festis vniuersalia locorum in quibus  
vitalia Dei dona percepimus, festa cele-  
bramus.]

Verùm hæc Ruperti opinatio inde mani-  
festè discitur, quod constat, templi dedicati-  
onem & anniuersarium Eneceniorum festum,  
vsurpatum fuisse in veteri Testamento, prius-  
quam Christiana regeneratio haberet locum.  
Ita notat S. Isidorus \*, Imo habetur ex ipso  
Euangelio. Nam Ioannis 10. refertur Chri-  
stum ad hoc festum aduenisse. Ex eo loco, Fel-  
ix Papa † solemnitatem dedicationis Eccle-  
siæ quotannis renouandam esse, collegit. Fe-  
stum istud ad quod Christus accessit, non  
fuisse festum primæ dedicationis templi, sed  
aliud, nempe festum repurgati & instaurati ac  
è profano demuo sacri per Iudam Machabæum  
templi Hierosolymitani, notauit Valastidus.  
\* Quod si templi instaurati memoria, erat  
quotannis festiuum; non videtur ambigendum,  
quin æquè festiuum haberetur primò constructi  
dedicati templi memoria. Itaque legem de  
Eneceniis quotannis recurrentibus, Nazian-  
zenus † legem veterem appellat. Cum igitur  
solemnitas dedicationis templi vigeret ante  
institutum baptismum, & eius appendices  
supra propolitas, clarum videtur, similem  
solemnitatem imitatione Hebræorum in-  
ductam in Ecclesiam, non esse indictam  
ad

† lib. 7. in Ge-  
nel. c. 24.

\* lib. 1. de  
offic. c. 35.  
† epist. ad  
Episcopos  
per diuers.  
Prouin.

\* cap. 19.

† orat. 43.  
initio.



C. A. P. 7. Anniversaria Christi. orius memoria.

ad recolendam memoriam Baptismi Christiani, & subiuictorum Baptismo beneficiorum.

4. Assignat caelesti per Baptismum natiuitati, & eius appendicibus recolendis, festiuam diem Guido Aretinus Auctor Micrologi, sed neque vniuersalem, neque qualem venamur. Eius haec est oratio. [Romani, annotinum Pascha, quasi anniuersarium Pascha dicunt: quia antiquitus apud illos, qui in priori Pascha baptizati erant, in sequenti anno, eadem die ad Ecclesiam conuenere; suaeque regenerationis anniuersarium diem cum oblationibus solemniter celebrauerunt. Cuius diei hoc erat officium, Resurrexi. per totum. Lectio; Vidi osium. Euangelium, Erat homo ex Pharisaeis, cum orationibus ad hoc competentibus, quae omnia aperitissime de gratia regenerationem agere videntur. Sed quamuis huiusmodi anniuersarius a paucis vsquam obseruetur, authentici tamen libri, ipsum obseruari debere innuunt, qui nobis lectionem & Euangelium sub titulo Pascha annotini annuarum praescribunt. Si enim quilibet suum natalem quo ad aeternam mortem natus est, obseruet; quanto magis illum obseruare deberet, quo ad aeternam vitam regeneratus est?]

En festum Baptismi in primaria Ecclesia Occidentali, non tamen quale inquirimus. Nam iuxta haec, soli Neophyti anniuersarii celebrant huiusmodi festum. Nos autem quaerimus festum quotannis recurrentis, quo omnes memoriam percepti aliquando baptisimi recolant. Deinde hic Auctor, ait illos qui in anteriore Paschatis festo fuerant baptizati, hoc est Sabatho sancto, elapso anno eadem die celebrasse sui baptisimi memoriam. Videtur ergo alligare hoc festum Sabatho sancto. At inauditum videtur, vt Sabatho sancto celebratum vsquam sit officium peculiare Neophytis illius duntaxat anni. Quid quod haec dies denominabatur Pascha annotinum, vt ait Auctor Micrologi, quia erat dies anniuersaria percepti anteriore Paschate baptisimi. Qui igitur baptizabantur in Pentecoste, & quod aliquando contigit, in festo Epiphaniae, non celebrassent Pascha annotinum, sed Pentecostem vel Epiphaniae annotinam, cuius nulla vsquam extant vestigia. Ratio porro qua hic Auctor confirmat aequum esse recoli memoriam Baptisimi, non probat de vnica tantum solemnitate anniuersaria quae celebraretur post annum a Baptisimi perceptione exactum, sed idem probat de annis singulis. Nam qui suum ad vitam corpoream natalem recolunt, quotannis id faciunt per totam vitam. Quare festum Baptisimi quale venamur, non est illud quod est assignatum ab Autore Micrologi.

5. Censeo igitur diem Baptismo recolendo addictum ab Ecclesia, vniuersaliter quoad omnes, & quotannis recurrentem, esse octauam Pascha, quam passim dicimus, Dominicam in Albis, aut ab initialibus verbis introitus Missae, quasi modo. Alcuinus epistola ad Carolum Magnum, vocat Pascha clausum, quam appellatione legere item est apud Gregorium Turonensem a, longè ante tempora Caroli Magni: mansitque eam appellationem apud Francos vulgarem, Amalarius tra-

a l. 9. histor.

dit, cum in opere de Ecclesiasticis b Officiis, b c. 32. agens de Septuagesima, tum in Antiphonario. Graeci dixerunt nouam Dominicam, vt infra dicam. Et à tali Dominica huius denominatione, consequens hebdomada, dicta est hebdomada noua. Ita enim nominatur in Cantacuzeni historia c; quae erat hebdomada initialis, temporis quod Graeci vocabant Galilaean, & à Paschate quo Christus discipulis in Galilaeam condixerat, protendebatur vsque ad Ascensionem. Sic enim ex Cedreno & Zonara habetur, describentibus nuptias Constantini Imperatoris, filij Leonis Philosophi, cum Helena filia Romani Lecapeni. Aethiopes eandem Dominicam nouam, vocant Dominicam Apostolorum, ab apparitione, omnibus tunc Apostolis facta. In syllabo descriptionum Gregorij Ceranei quem dedit Gesnerus, vocatur Dominica Antipascha, qua auctor ille huiusmodi dicitur homiliam de contritione Thomae. C. corruptè verò Gesnerus legit Antepascha. Sic enim ea denominatio caderet in Dominicam Palmaram in qua non recolitur contritio Thomae, sed hoc fit in Dominica prima post Pascha. Legendum ergo fuit, Antipascha, quod sonat Dominicam, Pascha quasi è regione oppositam, qualis est ea Dominica de qua agimus.

Aio, hanc diem fuisse addictam recolendo baptisimo quorumcumque baptizatorum, etiam si alius anni temporibus fuissent baptizati, & praesertim Sabatho sancto: ita vt exactis iam omnibus circa Christi mysteria solemnitatibus, Pascha primarium, quod est festum Christi rediitui, duplici alio Paschate vallaretur: nempe florido, vt vocat Richardus Victorinus † (alij vocabant Pascha petuum, ob competentes, vt videre est apud Albinum Flaccum †) celebrato in Ramis palmarum: & hoc altero quod annotinum dicebatur, recurrebatque annuatim in Octaua Paschae. Significat hanc sententiam Honorius in Gemma Animae \*. Nam absolute ait, Pascha annotinum idem esse quod Pascha anniuersarium, inde sic denominatum, quod anno sequenti, (vtique non primo tantum sed deinceps omnibus,) recolere- tur baptismus susceptus, festina solemnitate; quam non annexit Sabatho sancto, sed attendita serie capitum operis, videtur potius alligare eam solemnitatem, Dominicam in Albis. Suppetunt in hanc rem validae coniecturae, & rationes non inidoneae.

6. Ac primum, suffragatur aperte vsus Graecorum. Ab iis enim Dominica prima post Pascha vocabatur noua Dominica, quia erat addicta recolendae nouae generationi, & nouitati vitae per Baptismum perceptae. Extat oratio S. Ioannis Chrysostomi in nouam Dominicam, & Thomam Apostolum, cuius ea die historia in sacro perlegitur. Nazianzeni quoque oratio 43. est in nouam Dominicam, cuius institutum ad nouam creaturam & natale salutis nostrae pertinuisse, docet: Sicque Dominicam Paschae, quae sacrosanctam illam noctem & luminum gestationem excepit, discernit ab hac Dominica subsequente, quod [Illa saluifera erat, haec salutis natale: illa sepulchrae & resurrectionis confinium erat; haec secundae omnino regenerationis est: vt quem admodum prima creatio initium à Dominica die

c l. r. c. 68.

† tract. de gemma animae. † l. de dia. c. 1.

\* lib. 3. c. 1. 7.

C. A. P. 7. Anniversaria Christi. orius memoria.

die accepit ( id quod ex eo perspicue liquet, quòd septimus ab ea dies Sabathum efficitur, quòd ab operibus requiem affert) sic etiam rursus secunda, ab eadem Dominica incipiat; vt quae prima sit earum quae ipsam sequuntur, atque octaua ab iis diebus, qui ante fluxerunt, sublimi vtique sublimior, & admirabili admirabilior. Ad supernae liquidem vitae statum spectat, quam etiam mihi diuinus ille Salomon designasse videtur, cum praescriberet, vt partem septem darenus, id est, huius vitae, argue etiam octo, hoc est futuro auro. Sublimi sublimiorem vocat Theologus nouam Dominicam, non vt visum Nicetae †, per comparisonem ad diem Paschatis vt sacrum resurrectionis Dominicam ( quem diem sic spectatum ipsemet Theologus alibi dierum Regem nominat † ) sed per comparisonem ad diem Dominicam, prout fuerat primae creationis initium de qua Dominicae consideratione immediatè ante egerat: Sicque verisimum est, nouam Dominicam esse sublimi sublimiorem, & admirabili admirabiliozem. Longè enim sublimius est, mundum esse in Christo refectum, quam fuisse primò creatum. Ad eandem diem optimè refertur ratio quam subiicit Theologus ex monito sapientis, Da partem septem nec non octo: quod æquè ad hoc negotium accommodat Hugo Victorinus agens de officio Paschali & albis vestibus †. Videtur enim Theologus respexisse ad morem receptum abrumpendi Octauam Paschae finito septiduo sine Sabatho in Albis; eo quod memoria primae creationis conferta diei Paschae, non debeat vltra septiduum diffundi tanquam non pertinens ad Octauam quae vbiq; in scripturis Symbolum est felicitatis aeternae, cui per solam nouam generationem atque Baptismum paratur aditus, non autem per primam creationem. Clarius idipsum expressit S. Augustinus †.

7. De hac Dominica proximè subsequente sacrum Pascha deque allegata Nazianzeni oratione, accipiendum est quod affirmat Concilium Mediolanense 6. † haberi ex Nazianzeno, antiquo instituto recoli quotannis Baptisimi memoriam. Nam quod Vicecomes \* existimat Concilium respexisse ad Orationem Nazianz. in SS. Lumina, non est admittendum. Feediùs quidem iniegit Pamelaus, vir cetero qui doctissimus †, cum censuit eam Theologi Orationem esse de Festo Purificationis: quod meritò repudiant Iacobus Billius \*, atque Baronius \*. Nec audiendus item est Iosephus Stephanus a, existimans eam orationem esse de ipso die Dominicae resurrectionis, cuius principium apud Christianos tam multis luminibus coruscabat. Nihil horum admittendum dico. Non quod negem, festum Resurrectionis Dominicæ, dictum apud Graecos esse Festum luminum. Id enim Eugubinus b agens contra Vallam, admittit esse exploratum, constititque ex Eusebio, qui testatur, ex Constantini Magni institutione, tota nocte Resurrectionis Dominicæ, arsisse vrbe vniuersa lucernas; quasi expressam vellet Princeps optimus, veram noui luminis rediitui Epiphaniae, multo iustius in Christo resurrectionis Theophili Raynandi Pontificia.

† ibi in commentario.

† orat. 19.

† l. de special. missar. obser. cap. 27.

† serm. 19. ex 40. nouis.

† tit. de bapt.

\* lib. 5. de bapt. prim. c. 52.

† ad epist. 34. S. Cypri. n. 13. \* lib. 1. fact. obser. c. 20. \* ad Marc. Rom. 6. lann. a in c. 4. Machab. pag. mibi 279.

b l. 1. sub fin. pag. 265.

gente comprobata, quam in fabuloso illo Aegyptiorum numine, post aliquot longebres dies, ab duto lumine exactos, conlaturato, & apud Iulium Firmicum c acclamatione, καίπερ νόμιστο, καίπερ νέον κόσ. Quod luminum festum apud urbem Saï, cuiusque vbis exemplo per vniuersam Aegyptum, vt est apud Themistium d iis celebratum est profanis ritibus, qui ad veritatem, in Christum lumen nostrum per resurrectionem rediituum, optimè transferantur. Phrygium itaque, quod micantissimum erat, constabatque gemmis luminosissimis & radiantissimis, insigne esse resurrectionis Dominicæ luminosissimæ, quae omnia luce compleuit, & in qua Christus inuit solemnem regni sui possessionem, edixit Constantinus Magnus, vt eius edicto asseritur; atque hac ratione dies resurrectionis Dominicæ festum luminum est appellata. Hoc igitur non negari, cum inficiatus sum orationem Nazianz. ni in S. Lumina spectare diem luminum in eo sensu acceptum. Est enim apertissimum ex toto decursu orationis, eam esse de Baptismo, & esse habitam in Epiphania Domini, quam Graeci τὴν εὐρωαν ἡμερῶν nominant. At non minus ex eadem oratione liquet, eam spectare baptismum Christi, non noctum. Adducit in contrarium Vicecomes, initium orationis sequentis, hoc est quadragesimæ, vbi Theologus, hesternam de luminibus orationem perstringens, ait par fuisse quotannis celebrari diem luminum, quia noua celebritas salutis nostrae, multo plus conueniebat, quam celebratio variorum festorum quotannis inter mortales recurrentium. Verùm hæc verba nihil aliud ferunt, quam congruam celebrationem mysterij nostrae salutis in celebratione baptisimi Christi, per quem Deus, vt Patres loqui solent mundum abluat, purgaueritque vt S. Augustinus \* loquitur, & sanctificauit aquas & Adamum veterem merit. [ Nos ( ait S. Bernardus † ) abluti sumus, non Christus, quia nobis lauandis aquae cognoscuntur ablutæ. ] Alios similiter locutos adduco tractans Christi innocentiam. Facile verò prætereat est, directè ostendere, diem luminum qui ea Nazianzeni oratione celebratur, non alium fuisse quam diem baptisimi Christi, idque libatis aliquot orationis illius plagulis monstrò. Nam in vestibulo propè Orationis, ita habetur. [ Sanctus luminum dies, ad quem peruenimus, qui emque hodie diuino beneficio celebrauimus, pro principio quidem; Christi mei, hoc est, verae lucis, omnem hominem in mundum venientem illuminantis, baptismum habet. ] Idem repetitur numer. 26. [ Nunc ( inquit ) alia Christi actio, aliudque mysterium sequitur. Animi voluptatem tenere nequeo, diuino futuro corripior, prope modum etiam, Ioannis instar, fastidum nuncium profero, non quidem, vt ille, praecursor, ceterum à solitudine veniens. Christus illuminatur: simul illustremur, Christus baptizatur, simul descendamus, vt simul etiam ascendamus. ] Et num. 29. [ Baptisimi hoc festum est, nostra causa

e lib. de cer. profan. c. 20. d orat. 13. initio.

\* serm. 20. de reapp. † serm. 1. de Epipha.

CAP. 7. Anniversaria Christi.

ad c. 8. Codic. 4. & leg. 99.

formatus & baptizatus atque in crucem sublatu... Tandem propè in calce Orationis. [Nos hodie Christi baptismum honore complectamur, ac festum honestè celebremus; non ventris deliciis operam dantes; sed spiritualiter nos ipsos oblectantes.] Itaque luce meridiana clarius videtur, Theologum Orationem in sancta lumina, non nostro, sed Christi baptismo celebrando & recolendo addixisse. Id quod postea animaduerti, à Grefero a quoque, esse annotatum. Quamquam enim Christiani baptizati, sunt lumina à patre luminum voluntariè genita, ut sunt initium aliquod creaturæ eius, rectèque quoad vitam supernaturalem, homo dicitur ovis, æquè ac apud Macrobiu penes vitam naturalem, homo ovis & cereus appellatur; discretèque Nazianzenus agit de sanctis luminibus... ex Clemente Alexandrino i. Pædag. cap. 6. Tamen Nazianzenus eo loco non agit de fidelibus baptizatis nisi secundariò, & per aliquam relationem ad Christum, de cuius lumine lumina sunt participata. Ac proinde quod Concilium 6. Mediolanense de festa Baptismi nostri die quotannis recurrente ex Nazianzeno memorat, non est referendum ad Nazianzeni Orationem in SS. lumina, sed ad Orationem in nouam Dominicam. Atque adèd rectè ex tali nomenclatione illius Dominicæ, argumentati sumus in rem nostram.

8. Simile argumentum ducere possumus, ex nomine eiusdem Dominicæ apud Latinos frequentè. Vocatur enim Dominica in Albis. Non potuit autem sic denominari, ex eo quod Neophyti tunc gestarent vestem albam. Illam quippe in Baptismo susceptam, & ad eam vsque diem exclusivè seruata, tunc abieciabant. [Paschalis solemnitas (ait sanctus Augustinus sermone centesimo quinquagesimo septimo, de tempore, ea die agens ad populum) hodierna festiuitate concluditur: & idè hodiè Neophytorum habitus commutatur: ita tamen ut candor qui de habitu deponitur, semper in corde teneatur, ut quidquid moris corporali abstinentia non acquirimus, mentium puritate queramus. Vos alloquimur nouella germina sanctitatis, regenerata ex aqua & Spiritu sancto, germen pium, examen nouellum, flos nostri honoris & fructus laboris, gaudium & corona mea, omnes qui statis in Domino, induite Dominum Iesum Christum.] Quate si prima dies Dominica à Paschate, fuisset denominata in Albis ob gestatas adhuc ea die vestes albas, non esset verum quod S. Augustinus dixit, depositas tunc fuisse albas vestes. Et similiter in Missa Ambrosiana, vocatur Dominica in Albis depositis. Idque ut significaret Sanctus Gregorius in suo sacramentario, agens de ea Dominica, illam vocat Dominicam post Albas: quo eodem modo eam nominat Ordo Romanus, in quo item paulo superius discretè legitur albas vestes fuisse depositas Sabatho infra albas im-

diatè ante benedictionem aquæ ad albas deponendas. Idem habet Alcuinus agens de sabatho in Albis in opere de officiis Ecclesiasticis. Sed discretè Sanctus Athanasius Oratione in Sanctum Pascha, & idè τῆς παρασκευῆς τῆς σαββάτου τῆς ἀπολυτίκων. Id est Sabatho quod præcedit Dominicam immediatè subsequentem Pascha: vel ut Græcorum rituales libri loquuntur, καὶ ἀπολυτίκων τῆς ἀντιπάσχα; quæ erat terminus extrinsecus hebdomadis renouationis cui idcirco nomen erat διακωνιστικῆς. Quia igitur Sabatho illo intrinsecè concludebatur septimana renouationis, idcirco illud Sabathum dictum est ab Athanasio τῆς ἀπολυτίκων: λέξις enim siue ἀπολυτίκων, idem est quod solueret; & postremus solemnitaris dies à cœtus solutione, quondam dictus ἀπολυσις, ut Meursius in Glossario, ex Basilio Seleuciæ, aliisque admonuit. De eo igitur sabatho festum intrinsecè soluente ac claudente, sic Sanctus Athanasius, alloquens Neophytos. [Hodie vestem quam gestatis, exuitis, sed signaculum occultum non deponitis; Exuitis externa symbola, sed militiæ insignia tesseramque non deponitis. Deponitis vestem, ò Christi milites, sed fidei armis non denudamini.] Habemus discretè, vestes albas non fuisse depositas Dominica prima post Pascha, sed Sabatho præcedenti. Videtur ergo ea Dominica dicta in Albis, non à gestatis per eam vestibus albis Neophytorum, sed à festiua commemoratione vestium albarum quibus induti fuerant candidati æternitatis in Baptismi susceptione: Vestibus albis metonymicè sumptis, pro albatis hominibus in die baptismi suscepti. Quid si etiam aliqua illarum vestium exhibitio fiebat, ad expressiorem & viuidiorem recordationem? Nam asseruatis fuisse à sacris ministris albas vestes quibus amici fuerant Neophyti in Baptismi susceptione, docet exemplum sanctissimi Dionisi Murittæ quem Victor Vticensis libro tertio de persecutione Vandal. refert increpasse Elpidophorum Apostatam, cuius iustitiam neci debebatur, & prolata veste alba apud se asseruata qua perfidus defector in baptismo indutus fuerat, (Sabana vocat Victor) interminatam esse diuinam vindictam, confirmatèque se eam vestem in Dei iudicio producturum, contra infamem transfugam. Quemadmodum enim in secundo baptismo (ita vocant Religiosæ vitæ aditionem) ex usu fuit de capillis eius qui tondebatur mittere in Confessionem, ut loquitur sanctus Aurelianus in sua Regula b, id est in sacrum tabernaculum, & seruatum legitur in vita sancti Gulielmi Gelonensis coma nobili & barba venerabili Deo consecrata. Ita exuuiæ istæ primi baptismi asseruabantur ut essent baptizato in testimonium, proinde de ea capillorum asseruatione loquitur sanctus Aurelianus.

9. Consentit perbellè cum scopo nostro, quod Baptismus quædam hominis resurrectionis est. Vnde post absolutam festiuam memoriam Resurrectionis Dominicæ, quæ primaria est & exemplar nostræ, cum corpore, tum

CAP. 7. Anniversaria Christi.

tum spiritualis resurrectionis, rectè subnectitur memoria resurrectionis nostræ spirituales, per quam spem concipimus resurrectionis corporeæ gloriolæ in mundi clausula. Ut hæc ratio illustretur, monstrandum est, baptismum esse resurrectionem nostram mysticam. Nec tantum contentendo, baptismum & resurrectionem nostram spirituales conuenire in ratione natiuitatis nostræ, iuxta Scripturas, quod tradit discretè Nazianzenus; sed præterea monstrandum assumo, baptismum esse Resurrectionis imaginem. Tradunt hoc varij Patres. Seligo nonnullos.

Eucherius. [Secundum illud Propheticum agente spiritu, impletur in baptismo. Ego occidam & viuere faciam. Quid est hoc? Occidit peccatum, & viuificat peccatorem. Fluentibus in talibus reus abluitur, & reatus absoluitur; debitum originale vacuatur, pondus perditionis exuitur, & incomprehensibili miraculo de profundo fontis, mortuus resurgens, in fonte mors moritur. Adoptiuus gratiæ, perit Diabolo, acquiritur Deo: hæreditario crimine illigatus homo, consumpta primæ originis conditione, de occasu suo nascitur, & naturæ se age re vires genitalis vnda miratur. Et quia dicit Apostolus: Consepulti enim sumus cum Christo, per baptismum in mortem, procedit noui hominis vita, de veteri sepultura, &c. Commoti & conspeliati Christo, iubemur in baptismo. Quid præter aqua, quid spiritus, diligenter auscultat. Per visibilem submergionem, aqua sepultura imitatur officium; Spiritus Sanctus in mergente resurrectionis speragit Sacramentum. Aqua morti debitorem deducit, & velut concludit in tumulû: Spiritus sanctus resuscitat in nouatû, & regnum præparat acquisitus.]

S. Paulinus describens Baptismum à S. Niceta Episcopo Daco ouibus Christi collatum, & notat vitæ illi impressam in aquis, non secus ac per Iacobum positus intra aquas, lectis trina ab arbore virgis, insignita est futura ad aquas concepta: addit.

Sic animas steriles, in nomine gratia Trino in nouat, & verbi coitu vir spiritus implet; Conceptusque Deo notat intus Ecclesia sacris, Virgineo secunda utero, materque salutis; Dum virgine intacta tribus bibit auida verbi Semina, & interius signatur lumine vultus, Hinc steriles peperit sepiè, & defecit abundans Dilante Deo tenues, tenuante superbos.

Pacianus exponens vim Baptismi. [Totus homo (inquit) renascitur & innouatur in Christo; ut sicut resurrexit Christus à mortuis, sic & nos in nouitate vitæ ambulemus; id est, ut depositis vitæ veteris erroribus, idolorum seruitute, crudelitate, fornicatione, luxuria cæterisque vitis carnis & sanguinis, nouos per spiritum, mores sequamur in Christo; fidem, pudicitiam, innocentiam, castitatem; ac sicut portauimus imaginem terreni hominis, portemus & eius qui de cælo est: quæ primus homo de terra, terrenus; secundus à cælo celestis: quod agentes, dilectissimi, iam non moriemur amplius.]

10. Distinctiùs & eximie Fulbertus his præter cætera. [Salutaris disciplina ratio est, baptismi ratione nosse vel causam, sicut Apostolus ait: si enim mortui sumus cum Christo, cre-

dimus quia simul viuimus cum Christo. Commori enim cum Christo, & sepeliri, ad hoc tendit, ut cum illo resurgere possimus; & cum illo viuere. Sed dicis mihi, quomodo hoc quod ad defunctos pertinet, in viuentibus possit impleri? Dominus noster Iesus Christus beneficia nobis sua pro nostra salute commendans, & sollicitè sensibus nostris, memoriam suæ mortis, & sepultura, atque etiam resurrectionis inculpens, ineffabilia contulit, baptismi munera, per quæ superueniente primæ originis sine, ei commortui & intra sacrum gurgitem conspeliati, demersi resurgeremus, vita emergente criminibus. Vide quid agit artifex misericordiz. Tale tibi inuenit tumuli genus, quo sciret peccata sepelire, & peccatorem neciret obrueret; ut descendente homine in fontem, tanquam in sepulchrum delictorum, reus exiret ad portum, & sola patereut dulcissima naufragium. Proinde aqua & Spiritus sanctus sociantur causis, sed beneficiis separantur. Requiritur sanè in baptismatis sacramentis, aqua propter sepulturam, Spiritus sanctus propter vitam æternam. Remoue Creatoris nomen, & non habet creatura quod præstet. Hæc similitudinem mortis imitatur, ille veritatem salutis operatur. Non vult videri ista de suo commentas Fulbertus. Itaque ea firmat Apostoli autoritate, subdens. [Audi igitur Apostolum ad Romanos. An ignoratis quia quicumque baptizati sumus in Christo, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quomodo Christus resurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Et cum dixisset, conspeliati, magnificè adiecit, Si, inquit, complantati facti sumus similitudini mortis eius simul & resurrectionis erimus. Sicut ergo Dominus noster Iesus Christus, tribus diebus, & tribus noctibus corporaliter sub terræ sepulchro conditus fuisse describitur, & homo ita sub cognato terræ elemento trina vice demersus operitur. Ac sic vitalis imitatione mysticè, dum demergitur, sepelitur; dum educitur, suscitatur. Inter hæc quid ad hæc aqua, & quid Spiritus sanctus operetur aduerte. Aqua velut morientem deducit in tumulum, Spiritus sanctus velut resurgentem perducit ad cælum.]

11. S. Maximus, quamquam videtur Baptismum cum sola sepultura conferre, tamen ei etiam adiungit collationem cum resurrectione. Sic enim habet. [Consepulti sumus, sicut ait Apostolus, cum illo per baptismum in mortem. Baptismus igitur Christi, est nobis sepultura, in quo peccatis morimur, criminibus sepelimur, & veteris hominis conscientia resoluta, in alteram natiuitatem, re diuina infantia reparamur. Baptismus inquam, Saluatoris nobis est sepultura, quia & ibi perdimus ante quod viximus, & ibi denud accipimus ut viuamus. Magna igitur sepulturae huius est gratia, in qua nobis & vitæ mors inferatur, & vita vitiorum condonatur. Magna, inquam, huius gratia sepulturae, quæ & purificat peccatorem, & viuificat morientem.]

Similiter S. Leo, monstrans cur tempus Paschatis sit delectum ad collationem Baptismi, allegat Apostolum Rom. 6. docentem, nos

† orat. 40.

† ho. vil. de Tomit.

† Marc. 9. S. Felici.

† ser. de bapt.

† epist. 1.

† hom. de Iud. 4. in fine.

\* epist. 4. c. 3.

**CAP. 7.** per Baptismum conspeliari Christo in mortem, & inde emergere, ambulaturos cum Christo in nouitate vitæ. Tum subdit ex Apostolica illius doctrinæ specie, apparet, regenerandis filiis hominum, & in Dei filios adoptandis, illum diem esse, & illud tempus electum, in quo per similitudinem, formamque mysterij, ea quaeruntur in membris, quæ in ipso capite sunt gesta, congruere: dum in baptismatis regula, & mors interuenit interfectione peccati, & sepulturam triduanam imitatur trina demersio, & ab aquis eleuatio, resurgens ad instar est de sepulchro. Ipsa igitur operis qualitas, docet celebrandæ generaliter gratiæ eum esse legitimam diem, in quo orta est, & virtus muneris & speciei actionis. Ad dit collatum quoque in Pentecoste Baptismum, quia dies Pentecostes de Paschalis festi pendet articulo, estque nonnullum eius complementum. Quæ verba haud obscure insinuant tempus Pentecostes aut Paschatis, cum ei alligatus dicitur baptismus, non esse totum tempus Paschale, vt visum est Ludouico Viues a & Isaacio Haberto b; sed esse duntaxat tempus Pentecostes aut Paschatis: inter quæ duo festa, latissimum spatium suppetebat ordinandis lauacris, iuxta Tertullianum c: quia factis diuturnum erat tempus illud, vt se componerent ad baptismum qui illud suscepturi erant. Sicut enim nomine Paschalis, insinuat præcedens quadragesima, parandæ dispositioni ad baptismum addicta, ita ante Pentecostes baptismum, præcedebat latissimum spatium eidem dispositioni acquirendæ, nempe quinquagena dierum quæ aliquando Tertulliano dicitur Pentecoste, vt notauit Pamelius d: nimirum quia præparationes per illud tempus adhiberæ, referebantur ad Pentecostem, & suscipiendum in ea baptismum, quod disertè habent varij Patres à Pamelio adducti e & insinuat benedictio fontis baptismalis in vitroque perungilio, nunc quoque frequentata. Tempus ergo Paschale, in illis suis duobus extremis terminis, erat tempus baptismi. Quod S. Leo solo tempore Paschali extra grauem necessitatem collatum Baptismum docet, antiquissimi vsus fuit, vt videre est apud Tertullianum f & in Concilio Gerundensi \* ad quod Binius hunc ritum illustrat. Concinnissimè autem id expressit Ennodius in calce Apolegetici expositulans nomine matris Ecclesiæ Romanæ, quod factioli, tempore Paschalis, Symmacho obstrepentes, pacem communem turbarent, [Quo tempore pretiosis siccantur ybera partibus, quo prolem æterna genitrix rursus paritura nunc suscipit, cuius post primam natiuitatem grandæuis fœtibus alius impletur, quæ prolem regenerando dulcem facit esse, quæ ad se venientes, senium facit exnere, & ad vitæ principia redire contractos.] Et placuisse Deo vsum illum, non nisi eo tempore extra necessitatem baptismum conferendi, monstrant impletæ diuinitus eo tempore piscinæ: vt de Lusitania scribit Gregorius Turon. a & Sigebertus in Chronico ad annum 573. idem de quadam Italia Ecclesia scribens ad annum 417. Et idem habet Ioannes Moschus b in Prælo de fonte baptismali in Castello Cede-

brais. Quamquam de alio quodam baptisterio præmiserat c, in quo eadem mira aquæ suppeditatio, contingebat in Epiphania Domini: qua die ob memoriam tunc suscepti à Christo baptismi, conferti solitum (apud Græcos solemnem baptismum, docet oratio Nazianzeni in SS. Lumina. Apud Afros omne tempus erat ad id aptum ex Augustino d. At apud reliquas nationes Christianas, maximè que apud Romanos & Occidentales, baptismus solemniter ob causam propositam, tempore quod dixi, Paschalis inquam & Pentecostes, fuit alligatus, quantum quidem ad vsum probatum & ferè vniuersalem attinet, demptis paucis Ecclesiis, in quibus vel in Epiphania, vel in Natali Domini, conferebatur baptismus solemniter, vt eruditè prosequitur Hugo Menardus e, benè notens id fuisse singulare & præter motem approbatum, vtrumque communem. Quantum verò is vsus durauerit, attingam infra f. Nunc sit esto annotasse, tempus illud conferendo Baptismo fuisse delectum, vt apparet germanitas Baptismi Christiani ac Resurrectionis.

12. Latinis Patribus, paucos Græcos subnecto. Theophilactus \* trinam nostram in baptismum meritionem, ad triduum mortis Christi; emersionem verò abluti ac nitentis, ad Christi rediui fulgorem refert.

Pulcherrimè in rem nostram philosophatus est S. Chrysostomus †, verbis illis. [Duplex in nobis mors est: quapropter & duplicem fieri in nobis resurrectionem oportet: in Christo duplex mors non fuit, non enim Christus peccauit: sed ipsa mors simplex propter nos est suscepta: non enim mortem debuit ille, neque enim reus erat peccati, quocirca nec mortis; propterea ille quidem resurrectione simplici à morte resurrexit: nos autem, qui duplici morte mortui sumus, duplici quoque resurrectione resurgimus; vna quidem antea resurreximus, quæ est à peccato: conscripti enim sumus ipsi in baptismum & consurreximus cum ipso per baptismum. Vna hæc resurrectio est liberatio à peccatis; altera verò resurrectio est corporis, dedit maiorem: expecta etiam minorem: hæc enim multò maior est illa: multò enim maius est à peccatis liberari; quàm corpus resurgens intueri. Propterea cecidit corpus, quia peccauit: si igitur principium cadendi est peccatum, principium resurgendi est à peccato liberari: resurreximus deinceps resurrectione maiori, abiecta graui morte peccati, & veteri exuta veste: ne igitur de minori desperemus. Hæc & nos olim resurrectione resurreximus, quando baptizati fuimus, atque hi qui heri vesperi baptismate digni habiti sunt, hi agni præclari. Nudiustertius crucifixus est Christus, sed nocte præterita resurrexit: & hi nudiustertius à peccato detinebantur, sed simul cum eo resurrexerunt: ille corpore mortuus est, & corpore resurrexit: hi mortui peccato erant, & à peccatis liberati resurrexerunt. Ac terra quidem verno hoc tempore rosas & violas aliosque flores nobis edit, aquæ verò terra nobis pratum delectabilius exhibuerunt. Ne miretis quod ab aquis flores germinant; nec ipsa terra ex propria natura, sed ex Domini mandato gemina edit: animalia

Anniversaria Christi. prima memoria.

ad l. de ciu. b ad partem s. iurg obferu. s. c lib de bapt. c. 19.

ad dictum caput n. 138.

ibid. n. 131.

† lib. de bapt. c. 19. \* cap. 4.

a l. de glor. marty. c. 24. 25 26. b cap. 215.

cap. 24.

d ferm. 74. de diuersis c. 1.

e ad Sacram. S. Gregorij pag. 160.

† cap. 13.

\* in c. 3. Ioan.

† ferm. 34. de resur. c. 5. Græcol.

malia quoque motu prædita in principio edidit aquarum natura; prædicant enim, inquit, aquæ reptilia animarum viuientium: & mandatum opus euasit, illaque animæ experte substantia, animata protulit animalia. Ita nunc etiam, producant aquæ, non reptilia viuientium animarum, sed spiritalia dona. Produxerunt tunc aquæ pisces rationis expertes ac mutos; nunc ratione præditos ac spirituales pisces effuderunt: pisces, quos Apostoli sunt piscati. Quod Chrysostomus Baptismum vocat vernam florum è lauacro geminationem, conforme est iis quæ superius \* retulimus ex Zenone Veronensi. Consonat item Gregorio Nazianzeno, qui nouam Dominicam Baptismi festa commemoratione celebrem, vocat *ver animorum, ver inuisibile*.

S. Athanasius alloquens Neophytum, post descripta Christi de morte & corruptione trophæa, addit. [In his bonis, tu recens illuminare, tinctus es. Resurrectionis tibi arrhabita facta est gratiæ initiatio, quilibet eiusmodi est. Baptisma pignus tibi est futuræ in cælo vitæ. Mersione imitatus es Domini sepulturam: rursus verò inde emergens, resurrectionis opera aspexisti, cum necdum opera exhibuisses. Quorum vidisti, eorum quoque res accepta, ac proba. Verborum retem accipe Paulum, cum ait; *si enim complantati facti sumus, similitudini mortis eius simul & resurrectionis erimus*. Pulchrè illud complantati. Baptismus quippè plantatio est immortalis vitæ, piscinæ aquis edita ac cælo fructificans. Illiic gratiæ spiritus, arcana ratione operatur: neque te naturæ cognatio in miracali ignorationem implet. Aqua ad vsum ministrat; quod in piscinam mittitur in ea nouum tanquam in vulua formatur. In aqua haud secus atque in fornace descendentem constat. Immortalitatis ei, ceu desponsationis iure, pignora tribuit, resurrectionis præbet signaculum. Hæc tibi miracula è tu recens baptizate, vestis ipsa symbolo representat. In te ipse bonorum indutum imagines respice. Splendida quippè est ac fulgens quam gestas vestis, incorruptionis symbola, expressa imagine referens. Candidū tibi linteum in star diadematis astringens caput, præco est libertatis. Partæ aduersus Diabolum victoriæ, manus circumgestat signa. Te namque Christus suscitatum ostendit. Hactenus quidem symbolis, postmodum autem ipsis ostensus rebus; modò fidei tunicam non polluanus peccatorum sordibus; modò gratiæ faciem non extinxerimus ablonsis turpibusque actionibus, modò coronam Spiritus seruauerimus.] Hæc facis inextinctæ propositio, monstrat quid fuerit illud partæ aduersus saranam victoriæ signum manu gestatum, nempe cereus ardens, manu à baptizato gestati solitus, de quo plura Vicecomes l. 5. de bapt. cap. 20. Sicut ergo accenso funali tenebrarum depulso notatur, ita & victoriæ de principe tenebrarum, rectè ea face insinuat. Quod verò de consilatione in aqua attingit S. Athanasius, plenius mox exponetur, præsertim ex Chrysostomo.

13. Gregorius Nyssenus de Christiani hominis perfectione cum Olympio disserens,

tractansque quomodò Christus 1. Cor. 15. dicitur *primogenitus ex mortuis*, affinitatem nostræ per Baptismum regenerationis, & resurrectionis Christi, ita declarat. [Est igitur ex mortuis primogenitus, aut primitiæ dormientium factus, vt omni carni ad resurrectionem iter aperiret. Cumque nos, qui natura eramus filij iræ, cælesti generatione per aquam & spiritum, filios lucis, & dei filios esset effecturus, eiusmodi generatione in Iordanis flumine dux ipse præcessit, vt ad naturæ nostræ primitias, spiritus gratiam attraheret: id est, vt omnes ex spiritali regeneratione, ad vitam generatos, fratres ipse per aquam & spiritum ante genitus constitueret. Ad eundem modum creaturæ in Christo generatæ, ipsum primò genitum cogitantes, ab opinione pia minime recesserimus. Quoniam igitur vetus creatura ingressa est per peccatum, & inutilis reddita, necessarid peccatorum subiuit viam noua vitæ creatura, quæ per regenerationem & resurrectionem ex mortuis constituitur, cuius princeps auctorque vitæ, primogenitus est & appellatur.]

Morbosum videri possit quod hîc dixit Nyssenus, Christum ante genitum esse per aquam & spiritum. Id quod etiam alibi habet agens aduersus Eunomium \*. Hoc inquam non videtur sanæ doctrinæ consentaneum. Tum quia Baptismus Ioannis spiritum & gratiam non largiebat, atque ad eò non regenerabat suscipientes. Tum quia Christus nullum vnquam gratiæ auctarium de nouo accepit. Itaque baptismum Ioannis suscipiendo, non potest dici fuisse regeneratus ex aqua & spiritu, nisi similitudinariè & in speciem; quatenus Christus sic perfusus, videbatur hominibus regenerari ex aqua & spiritu, sicut ceteri qui ad Ioannis baptismum confluabant, regenerabantur susceptione gratiæ regeneratiuæ; non quidem collatæ ex opere operato illius Baptismi qui infertilis gratiæ, & cælestis illius roris planè exsuccus erat, sed aduocæ per opus operantis, si ei externæ ablationi contingeat adiungi contritionem, vel dilectionem perfectam: vi cuius gratiæ, ij qui baptizabantur, quantum seculis tunc status ferebat, regenerabantur in Dei filios, id est sanctificabantur, fiebantque accepti Deo. Diei item potest, Christum in eo Ioannis baptismi, regeneratum esse typicè & exemplariter, quatenus ille baptismus à Christo susceptus, fuit typus ac exemplar baptismi nostri in quo regeneramur. Sic enim exponere cogimur, quod dixit S. Augustinus \*, Christum esse renatum Sacramentis in Ioannis baptismi, & consecratum ac genitum: secunda denique natiuitate per Spiritum sanctum, esse baptizatum. Et alibi † ait, [Hanc Christi regenerationem, confirmationem esse fidei nostræ. Insinuat enim nobis muneris sui beneficium, per secunda natiuitatis exemplum, & quod facere voluit, prior ipse fecit.] Et mox. [Vitalem gratiam non corpus ex flumine, sed flumen mutatur ex corpore. Descendete in se fontem suum felix vnda miratur, sub vno momento remedia æterna concipiens, & noua Deum regenerationis fecunditate parturiens, quod acceperat hoc reddens, & quod

CAP. 7. Anniversaria Christi. prima memoria.

\* orat. 3. vel secundum Græcum Periocham 4.

\* ferm. 36. de tempor.

† ibid. ferm. 29.

\* cap. 2.

Orat. in S. Pascha.

CAP. 7. Anniversaria Christi ortus memoria.

non habebat accipiens.] Si emplastrum quod his Augustini locis adhibemus, proposito item Nysseni loco mederi possit, eo melius. Nobis ad rem presentem satis superque est, agnosci ibi à Nysseno, nascentium per Baptismum resurrectionem ex mortuis, qua Christo resurgenti rectè assimilentur, ut monstrandum receperamus, & ex Latinis ac Græcis Patribus declaravimus.

\* 1. Petr. 1.

14. Attine est, quod frequentissimè in Scripturis, cum resurrectione Christi necitur Baptismus, tanquam antitypum cum prototypo. Sic enim Petrus \*, ait, Nos regeneratos esse in spem, ( hoc est sobolem, quæ spes est familiaris ) vinam per resurrectionem Iesu Christi Domini nostri; Nempè expressam, & representatam in nobis baptismoinitiatis. Et inferius †. Quod vos similis forme saluos facit baptismus, non carnis depositio sordium, sed conscientia bona interrogatio in Deum per resurrectionem IESU CHRISTI Domini nostri. Solec S. Chrysostomus, eodem referre locum insignem ex Psalmo 2. vbi post prænunciatam Christi resurrectionem iuxta interpretationem Apostolorum Principis Actor 2. subditur, facta Christo rediuvio donatio gentium quas recturus ipse esset in vinga ferrea, non graui (ait Chrysostomus †) sed forti. Quod verò additur, & tanquam vas figuli, confringes eos, S. Chrysostomus accipit de baptismo. Unde exclamat; [ Ecce & lauacrum sentitur mysticè. ] Probat verò sensum hunc suum, quia Pfaltes non loquitur de vase fictili, quod coctum est, nec potest conterri quin fiat prorsus inutile; sed loquitur de vase figuli, quod cum molle sit & humectum, potest refingi, & pro figuli arbitrio commutari in nouam formam ut est apud Hieremiam c. 18. & 19. Reformatio ergo, cuius non vas fictile seu testa capax est, sed vas argillaceum, rectè exprimit eos qui per susceptum lauacrum regenerationis, poterant refingi ac reformari in nouam creaturam, adhibita contritione vtili, qua percommode confracti & contriti, è peccatoribus fiant Sancti & accepti Deo, Christoque digni, & eiusdem rediuvii idoneæ imagines.

† homil. ad baptr.

15. Insistit insigniter huic Pfaltis interpretationi, & connexioni Baptismi nostri cum resurrectione Christi tanquam causa exemplari, idem Chrysostomus alio loco sic inducens loquentem Deum \*. [ Noui vas quod meum est. Noui planè quibus suadelis deprauatum est. Priùs erat vas luteum, & peruersum est refingo vas per lauacrum regenerationis & trado illud igni. Accipit puluerem à terra & fecit hominem, ac formauit eum. Venit Diabolus, & peruertit eum. Venit ipse & rursus accepit eumque fecit renasci; conflauit ipsum in baptismate, neque fuit præterea ut esset luteus corpore, sed corpus ipsum, fecit, ut esset testaceum Tradidit puluerem igni spiritus. Ipse vos baptizauit in Spiritu sancto & igne. In aqua, ut reformetur, in igne ut consolidetur. Ob hoc Propheta superius dicebat, quasi vasa figuli conteres nos. Non dixit, quasi testacea quæ singuli quisque possident. Sed & sunt vasa figuli lutea quæ effingit per rotam, sunt & lutea: nostra autem sunt testacea. Præ-

\* homil. in illud. Assinis Regi-na.

dicens igitur conflationem nostram per baptismum reperit, quasi vasa figuli (ait) conteres eos: Dicit, reformatur & conflatur. Descendo in fontem baptismatis, & reformatur non figura, constatque eam igni Spiritus sancti, & fit testaceum. ] Pergit monstrare eo loco S. Chrysostomus, quomoddò Christiani fiamus vasa testacea, in quibus diuinus thesaurus tutò condatur iuxta Apostolum \*; quem item \* 2. Cor 4. monstrat fuisse verè vas fictile sine testaceum, condito intra illud Dei thesauro locupletissimum. Optimè verò conditio testacei vasis referri potest ad impossibilem semel illuminatorum renouationem, ac deteriorationem peccatorum post baptismum admissorum, per eam penitentiam quæ in adultis cum baptismo sufficiens fuit ad plenam peccatorum expurgationem, etiam quoad reatum.

\* 2. Cor 4.

16. Monstratum sufficienter est, quàm belè spiritualis nostra per Baptismum resurrectio, consentiat cum Christi resurrectione ut exemplari, quàmque ex vfu Scripturæ, subnecti eidem soleat. Meritò itaque Ecclesia, ut argumentari cœperam, memoriam festiuam nostræ spiritualis resurrectionis per Baptismum collatæ, subnexuit celeberrimæ festiuitati de Christi resurrectione; eamque baptismi & connexorum ei beneficiorum memoriam, alligauit Dominicæ, quæ post finitam propriè in præcedenti Sabatho Octauam Paschæ, prima subsequitur plenè consummatam de Christi resurrectione solemnitate. Eius sanè diei Missa, appositissimè respondet baptismi, & baptizatis, siue alumnis nutricum Christi. Introitus enim Missæ, quasi modo geniti infantes, rationabile, sine dolo, lac concupiscite, & generationem in Christo, & lac infantium appetè præfert. Epistola, de eodem argumento est apertissimè. Eius initium est, omne quod natum est ex Deo, vincit mundum. Quod perspicuè spectat baptizatos. Subditur, Christum venisse per aquam & sanguinem, non in aqua solum, sed in aqua & sanguine: & tres esse qui testimonium dant in terra, spiritum, aquam, & sanguinem, & hos tres unum esse. Quæ item omnia ad Baptismum pertinent. Neque enim aqua, si per se spectetur, quicquam est nisi aqua, ut superius cum Ambrosio dicebamus. Regenerat ergo per admistum meritis sanguinis Christi, spiritum viuificantem. Euangelium, continet Christi insufflationem, quæ iuxta S. Cyrillum lib. 12. in Ioan. c. 56. & S. Ambrosium serm. 10. in Psal. 118. v. 1. typus fuit regenerationis mundi per Baptismum, quo noua creatura, insufflante Deo producit in primitiæ plasmationis imaginem: monstraturque Christum rediuvium ratione præcedentium meritorum, factum esse non modò in animam viuentem, ut contigit primo homini, sed etiam in spiritum viuificantem; id est in corpus quadantenus spirituale, plerisque spirituum dotes participans, & vitam mundo impertiens per baptismum suæ resurrectionis imaginem. Eodem Euangelio, narratur concessa Apostolis à Christo rediuvio potestas remittendi peccata, quæ est illa Christianarum nutricum functio tam necessaria Christi infantibus, ut absteris fecibus, mundi seruentur. S. Chrysostomus † in immissione

† orat. in nouam Domini. & S. Thomæ.

CAP. 7. Anniversaria Christi ortus memoria.

\* lib cap. 6. initio.


\* in insinu. diei piet. exerc. citat. 1.

immissione ibidem commemorata manus S. Thomæ in latus Christi, & in collaudatione eorum qui non viderunt & crediderunt, de qua in calce Euangelij, Eucharistiæ quoque perceptionem subolsescit. Perinde enim esse putat verba S. Thomæ prolata, ac si dictum esset fidelibus omnibus. [ Accipite, edite, adhibete manus vestras, & mittite in latus meum. Omnes mea membra tenete. Quodcumque enim fragmentum cœperitis, in eo sum totus, qui à Thoma contrectatus sum. Accedamus ergo omnes, purè ad parvum. ] Meridiana itaque luce clarius videtur, quàm bellè ritus Missæ diei illius, consentiat cum memoria regenerationis nostræ, & officiorum quibus Christianæ nutrices, Christi & Ecclesiæ infantes demerentur. Non malè ergo inde coniectamus, propositum esse Ecclesiæ, omnia illa recolere prædicta die.

\* tit. de baptr.

17. Nunc quia eius diei celebritas, sub baptismi festiui titulo apud plerisque obsoleuit, optandum esset, vt saltem priuatum, vel ea ipsa Dominica in Albis renouato apud se antiquo vfu; vel qua die quisque ex Deo natus est & baptismum percipit, recoleretur ab vnoquoque tanti beneficii memoria, ex ea formula quam ex Concilio 6. Mediolanensi sub S. Carolo \*, hic represento. [ Religiosi instituti olim fuit, diem baptismi quotannis à fidelibus piè celebrari; id quod Sanctus Gregorius Nazianz. aliquando ostendit. Quæ sanè institutio, cum ad pietatis Christianæ cultum piæque morum disciplinam non parum adiumentum in primis adiutricem Dei gratia afferre possit; eam in vsum reuocari vehementer in domino cupimus. Itaque Parochus & Confessarius, prout occasio tulerit, cohortationis officio in id incumbant, vt fidelium quorum curam gerunt vnusquisque quo die baptizatus est, quotannis ardentiori prece; & elemosina (si per facultates potest) omniique charitatis opere atque officio, spiritualisque gaudij celebritate recolat; memor se chirographo damnationis delato hæreditatis cælestis participem in Christo Domino factum esse. Qua in cogitatione, cum semper aliàs, ferèque in singulos dies, vt Beatus Chrysostomus monet, tum eo potissimum die sanctè sese excitet ad præclaram illam sponsonem & Christianam professionem quam in sacro lauacro per sponsores solemniter edidit. Repete (inquit sanctissimus Pater noster Ambrosius) quid interrogatus sis. Recognosce quid responderis. Renuntiasti Diabolo & operibus eius: mundo & luxuriæ eius ac voluptatibus. Memor esto sermonis tui, & nunquam tibi excidat tuæ series cautionis. Parentum cura sit, diem ob eam causam notare, quo eorum filius Christo renatus est: idèoque Parochus cum baptizauit, moneat etiam, vt id ab illis fiat: Præter scriptionem quam ipse eo de genere in codicem statim parochialem referre debet. Baptismi verò ritus, qui solemnè illa abrenuntiationis sponsonem professionemque insignis est, ad omnem pietatis exercitationem vsumque, non pompis sæculi, non conuiuiorum apparatus, non luxu, non operibus tenebrarum, cum dies lucis sit, celebretur sed tantæ charitatis erga Deum, ergaque proximum

officiis. ] Diem lucis vocat diem baptismi ex veteri formula qua baptismus illuminatio & lumen, baptizati verò, etiam apud Paulum, illuminati dicti leguntur: quod notum est ex Christiano Pædagogo \*. Pulchrè verò apud Chrysostomum homilia quadam de Resurrectione, cuius initium est, Fraues quam pretiosissimè, dies Paschatis à partu & regeneratione filiorum Dei; dicitur denominata Dies lucis, ab aliis Dies Regalis siue Dominicum ab aliis Dies panis. Hoc nomen ad communem omnibus panis vitæ participationem in Paschate referendum videtur, alterum verò nomen ob Domini in eo resurrectionem est inditum. Denique prima appellatio à luce noua renatorum & partu ex vtero de quo homilia initio, ducenda est. Sic ergo dies haustæ primùm lucis spiritualis, meritò recolenda est per opera lucis. Optabat quotannis certo tempore præsertim in Paschate & Pentecoste recoli Baptismi memoriam S. Gertrudes \* & ad id præstandum varias exhibet recolendi formulas quas vidisse inuenit.



CAPVT VIII.

Christiane filiationis & nutritionis, tessera iugis, & quotidianum memoriale, cereus Agnus.



1. NON fuit satis Ecclesiæ, anniversario festo recordationem Baptismi ac subiuictorum ei beneficiorum ingerere fidelibus, sed insuper, vt ea recordatio (quam summi esse ad vitam sanctè exigendam momenti, rectè perpendit Concilium Parisense †) perpetua esset, excogitauit iuge ac quotidianum monumentum, nempè cereum Agnum, qui vulgo dicitur Agnus Dei. Eo quippe pertinere huiusmodi ritum, multa suadent, quæ aliorum de sacri illius ritus sententiis præponderant, vt monstrabo.

† sub Ludo. l. c. 9. & 10.

Præmittendum verò est, quid de cereo Agno. Ecclesiasticorum tituum veteres Tractatores tradiderint. Ordo Romanus \* perantiquus, sic habet de isto ritu. [ Hic ordo cerei benedicendi in forcébus ciuitatibus agitur. Nam in catholica Ecclesia, intra ciuitatem Romanam, non sic benedicitur: sed manè primo, Sabatho sancto, venit Archidiacono in Ecclesiam, & fundit ceram in vas mundum maius, & misceat ibidem oleum, & benedicit ceram, & ex ea fundit similitudinem agnorum, & seruat eos in loco mundo. ] Et inferius † | Dominica post Albas, id est in octauis Paschæ, infra ciuitatem Romanam, dantur agni cerei ab Archidiacono in Ecclesia post missam & communionem populo, & ex eis faciunt infra domos suas incensum incendi, ad suffumigandum in domibus suis pro quacumque

\* tit. bened. Cerei.

† tit. Ordo in Octauis Paschæ.



CAP. 8. Christiani ortus iuge symbol. ceterum agnum.

quacumque necessitate. Similiter in suburbanis ciuitatibus, de cereo benedicto faciunt, ad suffumigandum, scilicet in domibus suis, seu ponendum in agris, vel in vineis, propter illusiones diabolicas, sine contra fulgura & tonitrua. Denique adductas cerei benedictiones [In Octaua vero Pasche, dantur ipsi Agni ab Archidiacono in ipsa Ecclesia post Missam & communionem populo, & ex eis faciunt incensum accendi, ad suffumigandum in domibus suis, pro quacumque tribulatione eis euenerit necessitas. Similiter & in forensibus ciuitatibus de cereo faciunt.]

\* lib. 1. de officis, c. 17. † lib. de officis, c. de Sabatho sancto.

Allegat & exscribit Ordinem Romanum, Amalarius \* agens de Vigilia Pasche. Nonnulla addit Alcuinus † notatu digna. [In Romana Ecclesia (inquit) intra urbem mane primo Sabathi venit Archidiaconus in Ecclesiam, & fundit ceram in vase mundo, & miscrat in ea oleum: inde benedicit ceram, & ex ea fundit similitudinem agnorum, & seruat eos in loco mundo. In Octauis vero Pasche dantur ipsi Agni ab Archidiacono in Ecclesia post Missam & communionem populo, & ex eis faciunt in domibus suis accendi incensum, & ad fumigandum in domibus suis pro quacumque eis necessitate euenerit. Similiter in suburbanis ciuitatibus de cereo faciunt. Agni quos Romani faciunt, agnum pro nobis factum immaculatum designant: omnibus enim rebus, Christus nobis ad memoriam frequentius reducendus est: quibus S. Gregorius oleum infundi instituit, quando mysteria Pasche agni referant.]

2. Ex dictis habemus materiam, formam, & effectricem causam agnorum sacrorum, iuxta antiquum modum. Nam postea aliquid variatum est, tum quoad materiam, tum quoad consecrationem seu benedictionem, quae est forma moralis sacrorum horum symbolorum, tum denique quoad causam effectricem. Et forma quidem ut audisti, si agatur de forma quasi physica, erat effigies agni, unde similitudo agni dicta est in adducto loco Ordinis Romani. Postea tamen non solum Agni & Crucis forma est expressa in cera, uti nunc asserit, sed etiam effigies sacrificij Abeli aut sacrificij Abrahami ac similes, ut notauit Augustinus Valerius Card. Veronensis in dissertatione de benedictione Cerei Agni ad Gregorium XIV. Circa benedictionem quoque, quam dixi esse formam quasi moralem huius sacri artefacti, variatum aliquid esse procedente tempore, mox intelligitur. Iam materia, ut ex Ordine Romano audisti, olim erat dontaxat supra aquam cera & oleum, quibus Archidiaconus quotannis in Sabatho sancto benedicebat, & ex eis sic commixtis formabat cereos Agnos, quos ipsemet Dominica in Albis populo in Ecclesia post Missam & communionem distribuerebat. Postea vero non sic. Nam materia, supra aquam & ceram, additum est oleum & balsamum, seu chrisma. Quamquam si quis nomine olei quod olim adhiberi solitum retulimus, chrisma intelligi velit, vix erit unde reuincatur. Nam frequens est apud veteres ut olei nomine chrisma designent. Sic Prudentius †.

† in Psycho.

Post inscripta olei fronti signacula, per qua Vnguentum regale datum est, & chrisma perenne.

Aperte per oleum cuius in priore versu meminimus, intelligit chrisma, quo solus Episcopus consignat in fronte Neophytum, idque liquet ex versu secundo, quo excluditur interpretatio eorum qui nudum oleum materiam consecrationis illius statuunt, quia à Patribus saepe dicitur oleum. Neque enim nudum oleum, diceretur vnguentum regale, & chrisma perenne. Sane tamen vox chrisma, spectato extimo cortice, non aliud sonat quam materiam ad inungendum tamen ex accommodatione Ecclesiae, & vsu Patrum ac Doctorum, restringitur ad mixturam olei simpliciter dicti & balsami: quae mixtura ab oleo simplici fecernitur apud Iustinum quæst. 137. ad Orthod. Cyprianum serm. de vnctio, chrisma. atque Gregorium Cant. 1. ad illud Botru Cypri. Itaque verum est, aliquando nomen olei, sumi pro chrismate: ac proinde fortassis iam olim materia cereorum Agnorum consecratorum quae ex parte dicitur fuisse oleum, erat oleum commixtum balsamo siue chrisma, quale nunc adhibetur ad consecrationem Agnorum. Et ita oleum sumpsit in hac ipsa materia, Gulielmus Durandus †. Quod si olim non adhibebatur ad Agnorum consecrationem nisi oleum nudum, quod sonare videntur quae superius de hac agnorum materia retulimus, sic fatendum est, variatum esse quoad materiam praedictam, quae postea adhibita est, & quidem iam à satis longo tempore. Nam in carminibus quae nomine Vrbani V. ad Imperatorem Orientis cum tribus cereis Agnis missa feruntur, disertè notatur hae materia. Sic enim ibi habetur.

Balsamus & munda cera cum Chrysmate vnda, Consecrunt Agnum, quod munus do tibi Magnum. Fonte velut natum, per mystica sanctificationem.

An legendum in primo versu, munda cum cera, ut metrum constet? In eodem versu vnda chrysmatis, accipienda est pro chrismate & vnda, meliusque legeretur chrysmatæque, vnda. Nam praeter balsamum & aquam, chrisma quoque adhibetur in consecratione Agnorum, ut est in Ceremoniali Romano, & apud Gulielmum Estium in Ephraisi metrica praedictorum Vrbani carminum, vbi sic canit.

Quale sit, & qua vi venerabile polleat Agni. Σταυροειδὲς signum, carmine disce breui. Punica cera subest, mixtumque opobalsamon vnda. Chrysmatæque; Pontificis cuncta sacrata prece.

3. Non expressit tamen Estius, Agni consecrationem intra aquam, ac consecrationem extractionem, ut sit fonte velut natus, sitque expressio hominis renati, qui iuxta Nazianzenum \* est Christus quidam, adhibentur ad consecrandum Agnum principia materialia iis quae ad Christi constitutionem concurrunt proportionalia. Cera munda, purissimum

\* orat. 21.

purissimum corpus Christi refert, in quam cera notionem symbolicam plerumque adducunt tractando de symbolis effectricionis Christi Domini. Aqua iuxta Anastasium Sinaitam †, est imago animae Christi. Balsamus ut dixit Alexander III. Epist. ad Regem Francorum circa Rosae aureae inunctionem, & Innocentius III. sermone de Rosae consecratione, est typus diuinitatis. Chrisma ob mixturam & compositionem, bellè responderet vnioni hypostaticae; ob fragrantiam vero, donis gratiae Christum vberimè perfundentibus. Itaque materialia principia Agni, optimè consentiunt cum principijs intrinsecè constituentibus Christum, cuius Christianus debet esse imago viua, & simulachrum animatum. Vnde ad Agnum cereum qui Christiani antitypus est, omnia ista concurrunt. Ut autem intelligatur, eum hic spectari ut regeneratum ac Dei filium interuentu baptismi, Agnus sic consecutus, sit fonte velut natus, id est intra aquam mergitur, indeque postea educitur, multis benedictionibus mysticisque precibus sanctificatur versu vltimo Vrbani.

† lib. 1. hexa.

4. Hinc habetur alterum discrimen antiquae Agnorum consecrationis à noua. Nam olim Archidiaconus quot annis in Sabatho sancto benedicebat materiam remotà Agnorum: ceram, scilicet oleum, & aquam; & ex eis sic commixtis formabat cereos Agnos, quos ipsemet postea Dominica in Albis distribuerebat, ut retulimus, tamen non nihil dissimulata habet Gulielmus Durandus \*, affirmans Agnos fuisse consecutos ab Acolythis, & distributos à Pontifice, Sabatho in Albis: Quinetiam consecutos aliquando Agnos eo ipso Sabatho in Albis, distributosque à Pontifice domesticis suis Dominica in Albis cum intrat ad mensam. Et eadem habentur in libro Centij Camerarij in Bibliotheca Vaticana asseruato. Tamen haec omnia aliter narrantur in Ordine Romano Ut proinde vel hallucinatus sit Durandus, vel mutatio contigerit circa praedicta, post tempus quo conscriptus est Ordo Romanus. Nunc benedictio Agnorum fit ab ipsemet Pontifice; non quotannis, sed primo duntaxat anno initae Pontificiae sedis, & deinceps quolibet tantum septennio. De distributione mox dicam.

\* lib. 6. c. 79. ratio.

5. Sic breuiter expeditis alijs cerei Agni causis, haerendum praesertim est in finali causa institutionis huius sacrae ceremoniae. Aiebam ego, hos cereos Agnos esse symbola Christiani hominis, qui per Baptismum factus sit filius Dei, acceperitque omnem illam nutritionem Baptismo subiunctam, quam supra exposuimus. Quod aio, Agnum symbolum esse Filij Dei, non videbitur mirum, ei qui perpexerit, in sacris libris ex vsu Hebraeorum quem Clemens Alexandrinus notauit †, Agnum idem saepe esse quod Filium. Vnde illud in Cantico Angelorum, Domine Deus Agnus Dei, Filius Patris. Et in Clausula formulae Litaneicae, ac in sacro ante communionem, Agnus Dei qui tollis peccata mundi. Vbi Agnus Dei, idem est quod Filius Dei. In casu namque vocandi, aequè posse Theophili Raynandi Pontificia.

† 1. psalms. cap. 5.

dici Agnus, ac Agne, contra quorundam de Grammaticae indemnitate sollicitorum cauilos, bene statuit Serarius lib. 1. litan. cap. 18. ortus iuge Christus ergo in illis orationibus denomina symbol. ceterum Agnus Dei, id est Filius Dei, imitatione reus Agnus. Baptista, qui digito suo indicans Christum verum Messiam, & naturalem Dei Filium, dixit Ecce Agnus Dei. Hoc (ut dicebam) ex vsu Hebraeorum petum est. Nam Hebraei rei pecuariae valde addicti, pusiones suos praeterititudine agnos dicere soliti, Christianis qui ex eis orti sunt, occasionem praebuerunt inter plerosque ab eis mutuos sumptos loquendi modos, hunc quoque vsurpandi Quia igitur Christiani per baptismum sunt filij Dei, merito Christianus baptismo initatus dicitur Agnus Dei; cuiusque sub ea ratione accommodatam symbolum, est cereus Agnus ad id adhibitus ex Ecclesiae institutione.

CAP. 8. Christiani ortus iuge symbol. ceterum agnum.

6. Quod dico de mente Ecclesiae, rectè confirmatur ex nonnullis Ecclesiasticis ceremonijs, & ex Antiphona \* quam concinit Subdiaconus Sabatho in Albis, deferens ad Pontificem cereos Agnos in lance, ut est in Ceremoniali Romano. Pater sancte, isti sunt Agni nouelli qui annunciauerunt vobis alleluia, modo venerunt ad fontes, repleti sunt claritate. Haec est manifesta expressio Christianorum recens tenentium, qui paulò ante in sacro fonte illuminati sunt, & repleti claritate caelesti, laudemque Deo annunciauerunt coram initiatoribus. Cum ergo dum ista concinuntur exhibeantur Agni cerei, perspicuum videtur, eos esse symbola Christianorum baptizatorum. Eodem pertinet, quod VVidmanstadius Syrus \* testatur Syros cum Romae baptizantur in hebdomada candidatorum, accipere à Pontifice in Baptismi monumenta ac symbola, cereos Agnos. Id ipsum erga omnes recens baptizatos seruari solitum, & appensum omnibus bullae specie à collo huiusmodi cereum agnum, scribit Baronius anno 58. num. 76. Quod ita intelligendum est, ut Agni quidem cerei consecrentur ea ipsa die qua Baptismus conferebatur, ita ut idem esset Christiani hominis & cereorum Agnorum natalis; distribuere autem Agni in solemnitate Paschalis clausula, postquam deposita esset vestis alba, quae erat insigne recens suscepti Baptismi: ut memoria baptismi cum veste baptismali non abiiceretur, sed excitante sacro hoc monumento oculos semper feriente, ac pendente de collo, viua semper & nunquam obliteranda perstaret. Ferunt interdum viris primarijs factam Agnorum distributionem Sabatho in Albis. Sed hoc & posterioris motis fuit & veluti extra ordinem & primarium finem institutionis Agnorum cereorum, quae per se primò spectauit recens baptizatos, quibus in clausula solemnitate Paschalis. & octiduo à Baptismo, cum vestes quae baptismi insignia erant, pridie fuissent depositae distributos esse cereos Agnos scripsit ante annos tredecimos Gulielmus Durandus \*. Est † qui in eandem sententiam alleget Optatum Mileuitanum lib. 3. contra Parmen. Hanc tamen Optati allegationem, tanquam falsariam & gratis confictam, seuerè

\* lib. 3. sect. 1. c. 6.

\* praefat. ad Testamentum Syriac.

\* lib. 6. rati. c. 78. † lib. 7. hom. 1. de Christi bapt. Cartag.

CAP. 8. Christiani orius iuge symbol. cereus Agnus.

carpit Vicecomes lib. 5. de bapt. c. 51. improbandus & ipse quatenus ceream Agni imaginem non nisi per primum Christiana natiuitatis octiduum gestatam dicit, exinde vero fuisse depositam. Id cur dicitur, reuera non habet Vicecomes, cum per illud octiduum quod festiuum quotannis, etiam cum cessatione a feruilibus exagebatur, ut est in Concordia Regularum S. Benedicti Anianensis †, nec adhuc accepissent Neophyti Agnos ceros, nec eos necellarios haberent, in tanta recenti Baptismi susceptione, & adhuc vigente vsu albarum vestium quarum vel aspectus satis commonefaciebat de suscepto Baptismo.

7. Suffragatur praeterea sententiae propositae, vsus antiquus denominandi Agnos, & pingedi specie Agnorum, Christianos baptizatos. De vsu sic denominandi, liquet ex Clemente Alexandrino \*, qui colligit varia tenerissima nomina quibus Scriptura gaudet appellare Dei filios. Obseruat enim eos aliquando vocari pueros, alibi infames nonnunquam pullos, alia populum recentem, aut populum nouum cui nomen nouum imponendum praeuincitur Isaia 56. & 66. Hoc est nomen & recens & aeternum, impollutum ac simplex; infantile & verum. Sapidissimum vero est nomen Agni, seu Agnelli, quo Clemens obseruat vltum S. Matthaeum cap. 25. in promulgatione decreti irtractabilis facienda in mundi meta: Sic enim allegat Matthaeum, sicut agnelli a dextris. Adducit quoque in eandem sententiam Matiam cap. 40. verbis illis. Sicut Pastor pascat gregem suum, & brachio suo colliget Agnos. [ Per id ( inquit Clemens ) quod est in quibus tenerimum, agnos scilicet; simplicitatem, ( vique infantilem ) allegoricè significans. ] Tandem in calce capitis, rationem reddens cur Ioannes de Christo, Magno ( vt ait ) Deo & perfecto puro dixerit, Ecce Agnus Dei, Deum propter nos factum, filium Dei infantem Patris, idcirco ait vocatum esse Agnum, quia scriptura, pueros & infantes, Agnos nominat. ] vt mirum non sit, in Christiana Ecclesia infantes Dei & pueros, illi de Baptismi vtero susceptos, denominari Agnos vel absolute vel Agnos regales, vt idem Clemens in hymno appellat, vocans Christum, Pastorem Agnorum. Videlicet, non quod ait Clemens de infantibus Dei, nomine Agnorum in Scriptura donatis, habeatur ex Ioannis 21. Vbi Christus rediuitus, S. Petrum Generalem ouilis sui Pastorem constituens mandat illi, tum vt oues, tum vt Agnos pascat. Omnium nomine notans Antistites, simplicium Christianorum parentes, quibus B. Petrus tanquam Episcopus Episcoporum praest. Agnorum vero nomine, signantur caeteri omnes Christiani. Notarunt hanc diuersitatem illorum Christi mandatorum ad Petrum, Pasce oues meas; Et Pasce Agnos meos, eruditi Interpretes †. Denominantur ergo qui Baptismo initiati sunt, agnorum nomine. Quod non conuelliur ea nomenclatione qua S. Ephrem B. Basilium affecit\*, vocans eum, certum matris vitae, Tantum enim abest vt inde caeteri fideles arceantur appellatione Agnorum, vt potius firmitur quod diximus, de Christiani Agnorum nomine rite donatis: Beato autem Basilio, tanquam

† cap. 49.

\* 1. p. 1. pag. 6. 5.

† Tol. Ioan. 21. annot. 7. Mald. ibid. ex Eusebio Euiif. \* orat. de Basilio.

participant & peculiare tribuunt, quod esset certus agnus matris vitae, tum testata & perspicua erat eius sanctitas, & diuina filiatione praefiliatione caeterorum, quae seculis specialiter uelatione, semper est accepta. Et ipsi tamen Agni sunt, & dicuntur, quantum ad cetero coherenti Deo soli. [ Agnos suos ( ait Chrysostomus ) serm. 10. exponens filios arietum afferri Deo iustos ) caelestis Pastor ad ouile Dominicum vult deferri, ne dispersi per inculcagantiam, luporum deuorentur incurisibus. Sed quid admovent vox diuina plenitudinem loquatur: Afferte omnino filios arietum. Afferte Dominico Baptizandos: Afferte quos fides concipiat, non caro. Afferte quos Dei gratia generet, non mundi natura. Afferte quos Agnos praestet innocentia, non habeat peccatis habitudine. ] Belle omnino S. Hieronymus tractans illud Isaia 40. In brachio suo conuincit Agnos; [ Non tauros ( inquit ) & arietes, & hircos, & grandes oues, quibus per Ezechielem comminatur quod lacte uelcantur & operiantur lanis, & infimum conterant gregem; sed Agnos adhuc tenellos, & rudis in Christo infantia, qui nuper in baptismo sunt renati, de quibus ipse Dominus loquebatur ad Petrum, pasce agnos meos. ]

8. Frustra haereo in his exemplis, Christianorum nomine Agni appellari, & communitate sumpto donatorum, cum videatur esse ad manum luculentius exemplum eorum quibus id nomen fuit proprium. Quid aliud est homini Agnelli, quo sanctus abbas Neapoli miraculis illustris annotatur in tabulis Ecclesiasticis 14. Decemb. Eiusdem nominis alius Episcopus Rauennas, libellum scripsit de ratione fidei ad Arminium aduersus Arrianam pestem. Quidam agnus nomine, vnus e duobus Eudonis Aquitani, notatur in actis S. Austregisili. S. Ioannes Agnus, Tungrorum fuit Episcopus, de quo prodicit, quod miraculo ad insulas vocatus, contestatus sit, se non prius Episcopale onus admitturum, quam baculus quem manu gestabat, poma tulisset. Eum vero illic defixum, statim vidit onustum pomis quae inde denominata sunt poma paradisi. Auditor quondam meus, Agnus Benignus Sanres, Ecclesiastes Belnenlis, vir doctus cuius est de voce Paraclitus amena simul ac erudita dissertatio, & alia ite de concilio Musico, nomen Agni sortitus est. In molliore sexu, Agnes, idipsum sonat quod Agna. Possent hoc probare ex Philippo Abbate, qui carmine de S. Agnete, eam vocat Agnam, vt cum ait,

Totus ad hanc vocem Index hilare fuit, & Agna

Patribus insinuat hanc necesse esse ream.

Et in calce totius Poematis,

Agnam qui mundi peccatum sustulit istis

Virtutum titulis vendicat Agna sibi.

Consulto tamen abstinere hac probatione, quia facile diceretur, Philippum necessitate metri adactum, Agnam posuisse loco Agnetis. Adduco igitur S. Augustinum serm. 101. de diuersis, cap. 6. qui conceptis verbis Agnam in oratione soluta nominat, dicens. [ Quod vocabatur, erat Agnes Latine, agnam

† epist. ad Leon. 114. 8.

epist. 12.

\* lib. 6. c. 4.

\* 15. Decemb.

epist. 12.

Vnde saluiferis imbuit ora cibis. Hinc senior facia congaudet turba ceterua, Alleluia nouis balat ouile choris.

CAP. 8. Christiani ortus iuge reus Agnus.

10. Ex his verbis Baptisterio adscriptis à S. Paulino, coniectura ducitur, Christianos ad Baptisterij oras appictos esse specie Agnorum. Sed expressè & clarè idem ferunt variae antiquae imagines sub Agni symbolo, exhibentes dignos Christianorum nomine, & germanos Dei filios. Et imprimis id perspicue fert pictura illa Christi Iudicis sub Agni imagine, Christianos ad dextram vt Agnos, ad laeuam vt haedos iudicantis, de qua pictura sunt hi versus eiusdem S. Paulini \*.

Sanctorum labor & merces sibi rite cohaerent  
Ardua crux, pretiumque crucis sublime corona.  
Ipse Deus nobis princeps crucis atque corona  
Fuit floriferi caeleste nemus paradisi  
Sub cruce sanguinea niueo stat Christum in agno  
Agnus vt innocua iniusto datus hostia leibo.  
Alie quem placida sanctus perfundit hian-tem  
Spiritus, & rutila genitor de nube coronat.  
Et quia praecelsa quasi index rupe sa-  
perstat  
Bis gemina pecudis discors agnis genua, hadi  
Circumstant solium: lauos auertitur ha-  
dos  
Pastor & emeritis dextra complectitur agnos.

\* epist. illa 11.

11. Narniae supra ianuam cryptae S. Iuuenalis, est pictura ( verius sculptura ) quae item docet Christianos pingi ac sculpi solitos effigie agnorum. Est super eam cryptae ianuam, marmor oblongum, in cuius medio Crux est expressa, cui hinc inde adiacent duo Agni, se respicientes è regione. Hos duos Agnos, representare S. Cassium, & eius olim coniugem Faustam, patet ex hisce verbis inscriptis marmori, quos ipse B. Cassius, etiamnum viuens, confecisse creditur, & suo sepulchro quod viuens struxerat, apponi curasse.

Cassius immerito Praesul de munere Christi, Hic sua restituo terra mihi credita membra.

Quem fato anticipans consors dulcissima vita,

Ante meum in pacem requiescit Fausta sepulchrum.

Tu rogo quisquis ades, prece nos memorare benigna,

Cuncta recepturum te noscens congrua factis.

12. Eodem pertinet imago Romae reperta anno 1544. inter pretiosissima cimelia recondata in sarcophago Mariae filiae Sciliconis, coniugis Honorij Imperatoris, cuius Epithalamium extat apud Gentilissimum Poetam. Sic enim Claudianum, adulta iam Christianitate, sub Christianissimis Principibus, Ethnicismo indormientem, merito nominat S. August. \* Testatur ergo Munsterus †, cuius, cuius † in Conf.

\* lib. ciuit. c. 11. fidei moer. lib. 2.

Agnam significat. ] Similiter Aldelmus lib. de Virgin cap. 25. Agnam dicit non Agnetem, nulla licet carminis lege astrictus. Passim hoc nomen sanctissimae illius puellulae Romanae quam omnium gentium luteris ac linguis exornatam scripsit S. Hieronymus †, & magnificè celebratur praeter caeteros S. Ambrosius, S. Augustinus, S. Maximus, Prudentius, Philippus Abbas, Thomas Kempensis, ita acceptum video, vt ei subiecta notio, sit vel virginitatis nientissimum vel martyrij, quod vtrumque decus fuit in ea virgine micantissimum, iuxta illud S. Ambrosij, [ haberis in vna hostia duplex martyriam, pudoris & religionis. ] Et illud Prudentij de eadem,

Duplex corona est praestita Martyri,  
Inactum ab omni crimine Virginit,  
Mortis deinde gloria libera.

Notionem petita à Martyrio, fauet illud S. Paulini, agnum habentis pro symbolo hostiae immolatae,

Sacram fauentur, Crux & Agnus uictimam.

At notionem ductam à puritate, disertè comprobatur S. Augustinus, cuius haec sunt verba. [ Agnes Latine Agnam significat. Graecè castam. Erat quod vocabatur, merito coronabatur. ] Planè vox Graeca ἀγνός, exquisitam & prorsus illinim castitatem signat, vt docet Cassianus \*. Mihi nomen Agnetis, siue Agnae, latinum videtur, nec aliud sonare, quam filiam; ( vtique Dei ) siue Renatam, aut Christianam, vel Xristalem. Christiani nomen non accipio appellatiuè, quo pacto primum Antiochia denominati sunt discipuli Christiani, nec tantum ea ratione, qua nonnulli Sancti titulum Christiani, pro nomine & omni ad ipsos atinente sibi esse voluerunt, vt Sanctus, Diaconus Viennensis; S. Lucianus apud S. Chrysostomum orat. de eo, S. Eutichianus in Actis S. Anastas. necnon S. Concordius, Tharaxus, & Sancta quaedam ancilla Ibero- rum trans Euxinum pontum à postola, dicta est Christiana, quod fuisse eius proprium nomen non bene distiterat Baronius \*. Omnia igitur praedicta nomina, eandem filia Dei per Baptismum, siue Renata ex Christo Patre, notionem habent subiectam. Atque ita liquet, nomen Agni pro filio, & Agni Dei pro Dei filio, antiquum esse in Ecclesia.

9. Quod addebam de pietis iam olim Agnorum specie Christianis, liquere imprimis videtur, ex illis S. Paulini verbis ad Basilicam bipartitam eiusque picturas, quam Basilicam constructam ait,

Lata nouos geminis vt mater Ecclesia paruis

Excipiat snibus, quot aqua prouulerit, &c.

Inde parens sacro ducit de fonte Sacerdos,

Infantes ninos corpore, corde, habitu.

Circundansque ruder festis altaris agnos,

Theophili Raynaudi Pontificia.

† epist. ad Leon. 114. 8.

\* 15. Decemb.

epist. 12.

Theophili Raynaudi Pontificia.

CAR. 8. Christiani orius inge. Symb. cereus Agnus

fidei homo, agnum è pretiosa materia (ipse Munsterus tametsi Sectarius, & spurcus Apostata agnum Dei vocat) consecutum fuisse Imperatrici, in cuius peripheria exaratae erant hæ voces, Maria nostra, omnium pulcherrima. Unde liquet, agnum illum esse agnam, expressisse symbolicè Imperatricem, prout illustratam sacro fonte, & in Dei Agnam per sacras aquas conuersam.

Extra dubium pono, Christianum exprimere voluisse, qui imaginem illam emblematicam effinxit, cuius meminit Guido Pancirolus cap. de speculacibus, recensens vetera deperdita. Testatur is autor, accepisse se à Martino Gerstman Vratislauensi Antistite, chrytallum affabrè effigiatam, in qua eminent Chelydus quasi ore aperto agnum deglutiturus, & agnus Crucem prædabundo Chelythro obitiens, vtraque aded tenui & pellicente materia, vt quasi aer videretur, extremis foliis partibus visui expositis. Christiani symbolum id fuit, aduersus Satanam obiectu crucis se tutantis. Sunt qui eodem referant imagines Agnorum quas in Vaticanæ Basilicæ abside ressellati operis aræ Pontificiæ imminente, ex Constantiniani operis structura, extitisse superiore seculo ferunt, priusquam ea Basilicæ nouis instaurationibus augustior, & vnum ex orbis miraculis euaderet. Ita VVidmanstadius præfat. ad Testam. Syriac. Molanus orat. de agno cap. 6. atque Lorinus in cap. 8. Actor. v. 32. existimantes lapideos Agnos qui vbi visebantur à tot seculis, eiusdem rei symbola fuisse, cuius nunc sunt cerei Agni; atque aded iuxta nostram sententiam, fuisse imagines symbolicas baptizatorum. Non distat id esse probabile, est tamen incertum: quia illæ Agni expressiones facile possent accipi de Christo ipso, non de Christianis Baptismo initiatis. Frequens quippe iam olim fuit Christi expressio sub imagine Agni, vsque aded vt Synodo Quinisextæ visa sit necessaria temperatio, de qua postea. Illa itera Agni imago aureis nummis impressa, (à qua nummi ipsi Agni dicti,) iussu Gulielmi ex Comite Hollandiæ Romanorum Imperatoris, ex libello eius precatorio per Albertum Magnum conscripto, representata à Petro Opincero a, omnino videtur ad Christum pro nobis immolatum pertinuisse. Nam etiam Philippus Pulcher, cum similibus formæ nummos aureos, omnium nomine à Gallis donatos cudi curasset, inscriptionem adhibuit ex qua liqueret de sensu imaginis, verbis illis conceptam; Agnus Dei qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Ex aucta verò parte, Christus vincit, Christus regnat, Christus imperat. Leges item de eo nummorum genere (Mutones vocabant) quæ coniectant vir eruditus apud Coluenerium ad Cantipratum lib. 1. cap. 20. num. 5. Hallucinatus quippe primum est Coluenerius censens quod ibi dicitur de optimo accipitre decem mutonum corruptè legi pro buteonum, qui sunt accipitres satis pretiosi, quorum tamen decem æquaret pretio accipiter de quo ibi agitur. Verùm legitima lectio habet mutonum, siue pecudum hoc est veruecum: qui item nomine Agni quandoque donantur in re pecuniaria,

in Chronogr. anno 1254.

vt videre est apud Lipsium \* in descriptione vrbis Lonanij, & apud Guaguinum \* cum de Ioanne Francorum Rege ad annum 1310. Et inferius † cū agit de Trimolio perfolutis quatuor mutonum aureorum millibus è carcere. Mutones ergo siue verueces Galliè mutationis, genus fuit pecuniæ, cui etiam nomen Agnorum aliquando est inditum vt prænoti. Et consonat Scriptura Genes. 33. cum ait Iacobum emisse à filiis Hemor patris Sichem, partem agri centum agnis; vbi Eugubinus vertendum esse ait centum nummis, iuxta Hebræum contextum. Nam Stephanus Actorum 7. memorans eam agri emptionem, ait factam pretio argenti, cui scilicet Agni imago insculpta erat, sicut olim iuxta Plinium †, & Columellam †, atque Plotarchum \*, omnis nummus signabatur nota pecudis, vnde nom. pecunie est deriuatum. Rectè igitur & appositè quia Christus fuit pecunia quâ litrâ nostrâ est perfolutum, inter Christianos pecunia Agni imagine est signata, Agni apud aliquos nomine in Mutonem commutato, quia exhibebatur Agnus grandiuolulus, accedens ad veruecem. Vel quia aliqui profani vsum illum inter Christianos inualecentem, voluerunt reuocare ad vsum antiquum Ethnicorum, signandi pecuniam impressâ pecudis notâ: Vt Patrum memoria quidam ostentatores rei antiquariæ circa alia fecerunt, ac etiam circa nomina. Sed reuenio ad rem propositam,

Ne igitur imagines Vaticanæ illius absidis, Christum fortasse referentes per ordinem ad omnia alia quàm ad Baptisium, Christianos baptismo initiatos expressisse dicerem, idonea causa fuit: consultiūque visum est, eas Agnorum imagines in hanc causam adducere, quas circumstantiæ indicarent, non in Christum, sed in Christianos cadere occasione Baptismi.

13. His siue picturis, siue signis, aut sigillis, an numero cereos Agnos à Pontifice consecratos: quod cum omnibus antedictis factum haud incongruè videtur, tum optimè quoque confirmari potest, ex verbis quos nomine Urbani V. cum tribus cereis Agnis missos ad Græcorum Imperatorem ferunt, vt supra iam tetuli. Quod si reuera versus illi non sunt Urbani Pontificis, ex eis tamen æquè assequemur intentum, cuiuscunque demum sint Autoris. Sic igitur habent versus illi, vt refertur in Opere de Ceremoniis Romanæ Ecclesiæ \*.

Balsamatis & cera munda cum Christum vnda, Consciunt Agnum quod munit do tibi magnum, Fonte velut natum per mystica sanctificatione.

Verba illa fonte velut natum, videntur sonare hoc munus esse velut hominem in baptismo & sacro fonte renatum; id est esse expressam eius effigiem. Nec repugnat sensus alius, quem superius eidem versus iam dedimus, imò istum bellè confirmat. Diximus enim significari eo versus, Agni cerei quasi baptismum, per immersionem in aquam, & educationem ex ea. Quorsum enim cereus Agnus in sua consecratione

\* lib. 2. c. 6. \* 1. 9. histor. Francor. † 1. 10. ibid. † lib. 33. c. 3. † 1. 6. in præf. \* in Publicel.

\* lib. 1. c. 2.

secratione mergitur in aquam, indèque extrahitur, nisi vt luculentius præferat baptizati hominis imaginem; Itaque quicumque ex duobus illis sensibus subesse dicatur ei versus, æquè assequemur intentum: nempe quod mens Poëta fuerit, significare Agnum cereum esse imaginem Symbolicam Christiani hominis nati de sacro fonte, qui est finis primarius quem institutioni Agnorum cereorum præfiximus.

14. Videti possint sententiam hanc nostram quater verba Ordinis Romani, in quo cum agitur de Agnorum distributione dicitur tantum; indè solitum fieri incensum ad suffumigandum in domibus pro quacunque necessitate; sicut extra Romam fideles vtebantur particulis cereæ è cerco benedicto decerpis, ad suffumigandum in domibus, seu ponendum in agris, vel vineis, vt ibidem dicitur. Vt quid ergo finem institutionis cereorum Agnorum, esse dicimus, Baptismi memoriam? Hoc tamen argumentum enode est. Nam etiam cereus Paschalis quamuis ex superabundanti, (vt ita dicam) vsurparetur in finem illum suffumigationis, tamen ex sua primaria institutione aliò spectauit, quod negati non potest, etiam si in Ordine Romano non explicetur. Nec mirum, quia libri rituales, non sunt conscripti ad enucleandas causas & fines sacrarum ceremoniarum, in quam rem suppetunt, alij libri tam multorum qui de diuinis Officiis Rationalia, simileque tractationes ediderunt: sed præcisè conscribuntur ad tradendum modum & vsum receptum sacrorum rituum. Itaque silentium Ordinis Romani de fine quem Agnorum cereorum institutioni præfiximus, & expressio vsum eorum ad suffumigationem, nihil incommodat nostræ sententiæ. Est in hanc rem aliud affine exemplum, in eodem quippe Ordine Romano, consentientibus S. Gregorio \*, & Albino Flacco †, disertè traditur, aquam Baptismi, è Baptisterio postquam consecrata fuisset, accipi solitam in vasculis à fidelibus, ad vsum respergendorum agrorum aut domuum. Quis tamen dicat, finem institutionis aquæ Baptismalis & consecrationis eius, alium primariò esse, quàm regenerandi hominem, etiam si finis iste in Ordine Romano non explicetur in actu signato, proponatur autem vsum ille aspergendi talem aquam in agris aut domibus? Et videtur huic minutioni vsui deseruisse distributio Agnorum, quæ fiebat plebi octiduo post Pascha, postquam recens baptizati positus pridie vestibus albis octiduo ante susceptis, donati erant his sui Baptismi monumentis. Plebs enim quæ iam habebat cereos agnos ad finem institutioni Agnorum præfixum, poterat agnos qui promiscuè distribuebantur, accipere ad incendendum & suffumigandum domi aut fous.

15. Vide verò, an non vtrumque cereorum agnorum vsum propolitum, serant illa antiqui Scriptoris, Benedicti Canonici S. Petri in Vaticano, in Opere Ceremoniarum conscripto anno 1140. [Sabatho de Albis, manè ad Missam, Statio Lateranensis, vbi Dominus Apollitiens cantat Missam, & postea dum Mimicerius cum schola cantat Agnus Dei,

Dominus Apostolicus expendit seu distribuit C A P. 8. Agnos per populum, hac ratione; vt sicut filij Israël in Ægypto positi, præcepto Domini de sanguine immaculati Agni in liminibus domorum scripserunt hoc signum T, ne ab Angelo percuterentur: Ita & nos de sanguine passionis immaculati Agni Christi, debemus hoc signum scribere in limine domorum nostrarum per fidem, ne à Diabolo & à vitiiis percutiamur, & vt à potestate Diaboli liberemur. Secundò propter infantes nouiter Baptizatos, deponentes veterem tunicam, qui annunciant Allehuya, id est gloriam beatitudinis cœlestis patriæ. Tertio quia quicumque habebit de cera prædictorum Agnorum, & ex ea in domo sua crucem habuerit, vel secum portauerit, non lædetur ab aliquo phantastico spiritu, & à tonitruo. ] Hæc Benedictus, & planè eadem ac iisdem propè verbis exarata referuntur ex I. Centij Camerarij qui scribebat sub Cælestino. III. Ex quibus liquet, in Paschate datos cereos Agnos, recens baptizatis, & aliis quoque. Sed Neophytis dabantur præsertim vt essent signa rememoratiua siue memorialia suscepti tunc baptismi, & vitæ ad normam tanto sacramento eiusque effectibus debitam exigendæ, quæ est perspicuè secunda ratio Benedicti: in quam recidit prima, qua ait, ceram Agnorum efformatam in crucem (qui ritus alibi mihi notatus non est) fuisse fidelibus loco sanguinis Agni Paschalis, quo in Tau Crucis formam illito Hebræorum liminibus, subducebantur vindictæ inundanti. Ea enim sanguinis Agni perfusio, typus erat baptismi Christiani, quo perfusi sanguine Agni immaculati, eripimur ab ira ventura. Itaque duo primi fines ex quibus dabantur Agni iuxta Benedictum, eodem recidunt. Tertius finis qui non nisi secundatius est, & prioris velut corollarium, spectet minuitores vsus, pro quibus Agni cerei in Paschate, post Neophytos, aliis quoque iam olim Christianis dabantur, vt habet etiam Ordo Romanus.

16. Et hinc eliditur alia difficultas quæ videri potuisset nostram sententiam grauare: ex eo ducta, quod tempus statum Baptismi solemnis, extra quod fideles nisi necessitas vegeret non initiabantur, erat non modò tempus Paschatis, sed etiam Pentecostes, tanquam de Paschalis festi pendens articulo, vt dixit S. Leo Epist. 4. cap. 3. & Concilium Triburiense cap. 12. allegans eundem S. Leonem, ad Siricium. Multis idem confirmant Brissonius ad l. dom. de spectac. §. quædam caest. & Pamelius †. Ac fuisse Onuphrius sub medium Operis de baptismo Paschali. Habeturque disertè ex Tertulliano \* arctatum ad duo illa tempora baptismum memorante. Non nego quin alicubi, aliud quandoque sit seruatum. Nam Clodoueus I. Rex Francorum baptizatus est in Natali Domini, vt scribit ad ipsum Clodouæum, gratulans ei S. Auitus, quamuis Hincmarus in vita S. Remigij, & Fredegarius †, id factum dicant die Paschatis. Imò eundem vsum baptizandi in Natali Domini, videtur Deus ratum habuisse Ebeduni in S. Marcellini baptiste-

C A P. 8. Christiani orius inge. Symb. cereus Agnus.

† ad Tertullian. de baptis. initio. \* lib. de arctatum ad duo illa tempora baptismum memorante.

† cap. 25.

CAP. 8. Christiani oris iugo Symbol. cereus Agnus.

† est 64. apud S. Leon. \* lib. 1. de gloria Mar. y. cap. 4. † lib. 8. epist. 33. \* c. 214 & 215. † de glori. confell. cap. 69. & 5. h. stor. & lib. 10. c. 23. \* c. 17. can. 3. † sp. it. 3.

\* lib. 2. perlec.

† in c. 4. ad Ephel.

† can. 3. can. 8.

\* lib. 5. cap. 21.

rio, quod ea die, vt etiam sub Pascha, aquis diuinitus suppeditatis redundabat, vtique ad vsum baptismi; sicut alibi factum connotat in die Paschatis ad eum vsum v. g. apud Siculos in possessione cui nomen Melinus teste Paschafino Libybetano Episcopo, epistola ad S. Leonem †, & alibi vt recitant Gregorius Turonensis \*, Caesiodorus †, & Ioannes Moschus \* ac in Chronico Sigebertus ad annum 573. Quemadmodum ergo his aliis locis fons diuinitus replebatur in Paschate ad vsum baptismi, ita Ebrei in Natali Domini ad eundem vsum replebatur, vt scribit Gregorius Turonensis †. Præterea quidam baptismum conferebant in festis SS. Martyrum, quem vsum sustulit Concilium Matisconense 2. \* & S. Leo †, qui item recidit vsum baptizandi in die Epiphaniæ apud Siculos receptum. Quamuis in Africa, etiam post S. Leonem, perseverauit vsus, vt videre est apud Victorem Vtiensem \*, cum describit illuminationem cæci per S. Eugeniū Carthaginensem. Eundem vsum in Gallia aliquando receptum, sustulit Concilium Rothomagensis, celebratum anno 1072. Non ergo semper & vbique viguit vsus baptismi solemnem in solo Paschate, eique nexa Pentecoste; sed id per multa secula iam ab æuo Tertulliani, (vt dicebam) inductum est, & continuatum, quamuis initio, & postea etiam, quoties necessitas vrgeret, baptismi susceptio ad nullum tempus esset restricta, vt habet Hilarius Diaconus †. Nam quoad necessitatis articulum, multis Ecclesiasticis decretis mandatum est, vt extra Pascha & Pentecostem conferretur priuatim baptismus, vt videre est in Concilio Matisconensi 2. † & in Antiocheno, desinente, Grabatarios, siue Clinicos quibus (inquit) mors vicina est, baptizari debere quocumque tempore: quod item sanxit Gregorius II. scribens ad Turingos. Nimirumque feruori habitus Thessali, qui extra Pascha neminem baptizabant, ita vt omnino multi excederent in expiari, vt scribit Socrates \*. Secula itaque graui necessitate ob imminentem mortem iniecta, vsus ferè vniuersalis, iam à Tertulliani tempore vigens, & Pontificum antiquitatis tenacium studio diu retentus, tulit, vt baptismus in Paschate eique nexa Pentecoste conferretur.

Quomodo igitur si baptismus extra necessitatem, iam à Tertulliani æuo conferebatur tantum duobus illis temporibus, nihilominus renati donabantur tantum cereis Agnis in Paschate? Si enim cerei Agni dabantur vt essent monimenta baptismi suscepti, æquè donandi illis fuissent qui baptizabantur in Pentecoste, cum tamen ex Orline Romano habeatur, Agnorum distributionem factam esse octiduo à Paschate, sicutur autem de eorum distributione facta in Pentecoste?

Aiebam hanc difficultatem elidi ex proximè dictis de distributione agnorum in Octaua Paschæ, facta non solis recens baptizatis, sed etiam plebi, quæ concurrebat ad accipienda pia illa munera in suffimentum pro donibus aut agris. Itaque inde non habetur, quod in Pentecoste qui tunc baptiza-

bantur, expertes essent pij illius munusculi, vt & qui ob necessitatem baptizabantur alio tempore. Omnes enim cum baptizabantur, vt vult Baronius †, statim donabantur cereo Agno, vel potius cum accipiebant cum ponebant vltimam candidam: quod in Pentecoste æquè faciebant octiduo post, vt scribit Amalarius \*. Sicque collatio Agnorum in finem recordationis baptismi, seruabat proportionem cum solemnem distributione Agnorum ex primario fine institutionis eorum, facta sub Pascha recens baptizatis. Ordo verò Romanus, Paschalem solam agnorum distributionem expressit, quia in ea tantum distributione, præter Neophytos, plebs sacrorum illorum munerum parte donabatur in Vrbem; sicut extra vrbem accipiebat Cerei Paschalis particulas ad suffumigandum domi aut foris.

17. Opponi præterea aduersus sententiam à nobis positam, posse vidè, si is esset Agnorum cereorum scopum quem diximus, nullum fore agnorum illorum vsum nisi sint integri, & totam Agni formam præsentent; per quam solam possunt esse signa hominis renati, qui effectus sit Agnus siue filius Dei. At qui vt fragmentum duntaxat aliquod sacre cereæ ex integro cereo Agno decerpit, includatur vsuali cereo Agno, quotidianum est, nec paucis miraculis comprobatum. Suffragaturque versus adscriptus Vibano V. tunc etiam in quibusdam Codicibus, versus ille non adiungitur cæteris, nec habeatur in Libro Ceremoniarum Romanæ Ecclesiæ.

Parique minor tantum solu valet, integra quantum.

Aliud igitur spectare videtur institutio cereorum Agnorum, quam ad expressiorem hominis renati per Baptismum.

Hoc tamen argumentum inbellè est. Nam quæcumque sacra cerea plangula, accommodata est exhibendo homini renato, quia non obicitur menti vt abijuncta ab aliis particulis quibus cum integrabat plenam Agni formam, sed obuertatur animo prout nexa cum cæteris partibus à quibus est abijuncta. Ad conspectum enim cuiuscumque talium particularum, imò ad eius alicubi conclusæ aut consutæ præsentiam, ex orbiculari inuolucris forma aliisq; indicis compertam, recurrit animo integra Agni effigies cereæ integræ impressa. Sicque eo contuitu, homo obiectivè excitatur ad recogitationem baptismi, & filiationis diuinæ eo Agno representatæ; qui est fructus primarius in quem captandum collimauit Agnorum sacrorum institutio. Quo eodem modo hoc argumentum elidere cogentur, qui passim dicunt cereum Agnum esse Symbolum Christi Agni, quando quidem effigies Agni non retinetur in particula cereæ decerpta ex cerea integra cui impressa fuerat forma Agni. Vis verò moralis siue efficaciaconserta sacris cereis ad varia mira præstanda, æquè exercitur si suppetat quæcumque eius fragmentum, ac si plena cerea integri Agni imagine impressa esset ad manum; quia voluntas Ecclesiæ conferentis eam efficaciam interuentu Pontificiæ benedictionis, æquè tulit conferri talem vim plangunculæ cuiuscumque

† anno 38. n. 76. \* lib. 1. de offic. c. 38.

\* c. 1 & 3. de consecr. Eccles.

Molan. orat. de Agno, c. 17.

\* in præfa. Mitæ Dom. 5 post Pascha apud Pamel. c. liurg. 319. † in Sacrament. præfat. dom. 5. post. Epiph. & Dom. in Ramis. \* hom. 5. de Patch.

CAP. 8. Christiani oris iugo Symbol. cereus Agnus.

\* in gemma. lib. 3. c. 102. † de prom. 1. p. cap. 37. & 38.

† lib. de Catechismo, c. 3. & 4. & in psal. 80. ad illud dum exieret de terra Egypti & serm. 44. de diuers. à c. 8.

† lib. 1. de offic. c. 16.

† orat. in Pascha.

que, ac toti cereæ. Sicut ex eadem Ecclesia mente, tantum prodest gutta aquæ benedictæ, quantum plenus vceus aut dolium: quia & totus aquæ vceus, & singulæ ex ea guttæ, participant ex æquo benedictionem & consecrationem Ecclesiasticam. Quia in parte est dispar ratio altaris portatilis, quod non æquè retinet consecrationem in fragmentis omnibus, sed tantum in iis quæ idonea sunt continere species panis, & calicem consecratum. Nimirum quia si hoc desit, tollitur vltus altaris portatilis, & finis in quem est consecratum. Nihil autem tale contingit circa quæcumque sacre cereæ fragmenta, vt per se patet. Ob aliam verò causam ex decencia congruente petitiū, altare fixum quamuis adhuc possit hostiam & calicem continere, perdit consecrationem, si lapis enormiter frangatur aut diminuatur, vt habent iura\*, quibus exprimitur censei enormem fractionem si cornua iuncta frangantur. Itaque discrimen altaris sui à portatili quoad rem propositam, idoneum est: vt & discrimen altaris portatilis ac cerei Agni, quoad superstitem aut euanescentem fragmentorum consecrationem, & aduectam ab ea vim moralem.

18. Sunt qui ad hoc ipsum circa sacras cereas illustrandum, adducunt exemplum Eucharistiæ, de qua verè dixit S. Thomas, tantum esse sub fragmento, quantum toto tegitur; quod aiunt in sensu commodo posse aptari integro cereo Agno. & eius fragmentis. Abstinentium tamen censeo hac illustratione, ob patentissimum discrimen. In Eucharistia enim Christus subest speciebus ad modum spiritus, & absque vlla extensione; & idcirco mirum non est, quod totus Christus æquè subsit singulis speciebus particulis, ac ipsam speciem integris: quod planè insigniter tradunt S. Ambrosius \*, S. Gregorius †, Eusebius Gallicanus \*, & Eutyrius Græcus Autor, adductus à Niceta Choniare in Annalibus, cum de Alexio Angelo. At Agnus cereus, non occultit intra se corpus quod se habeat ad modum spiritus, & ob earentiam extensionis æquè sit sub singulis fragmentis ac sub tota aliqua quantitate. Quare quæ protulimus sufficiunt ad rem præsentem, circa aduocationem Eucharistiæ ad hanc causam.

19. Maneat itaque, scopum in quem collimauit Ecclesia instituens ritum cereorum Agnorum, fuisse quem diximus: Nemperefricare fidelibus memoriam suscepti baptismi, vnaque diuinæ filiationis, & Christianæ nutritionis per Sacerdotes exhibite. Estque valde verisimile huc spectasse Iaponios, (aut potius primos Christianorum Iaponum Magistros;) quos ferunt cereos agnos consecratos cupidè expetiisse, indito eis nomine reliquiarum amoris. Ita scribebat Ludouicus Froës anno 1564. epistola ad socios, quæ in calce Massæ legitur. Sensus autem illius locutionis non videtur alius esse, quam agnos istos consecratos, esse monumenta amoris nobis à Christo Patre impensis cum vocauit nos in partem sanctorum in lumine, & per Baptismum filios effecit. In quem etiam finem, institutus est cereus Paschalis, velut antitypus Symboli cum Agno Paschali valde connexi,

& sub idem tempus diuinitus preuisti, nempe columnæ illius qua preuia Hebræi baptizati sunt in nybe & in mari iuxta Apostolum quod benè attigit Honorius \* & optimè Profper verbis illis †. [Induratus Pharaon vt totus cum suis periret, curribus equitibusque coniunctis secutus est fugientes. Hoc agit sauiens Diabolus cum vitis Angelisque suis, dum nostros à se fugientes insequitur. Omnis enim qui his renunciat, ad baptismum tanquam ad rubrum mare festinans hostem fugit, vt saluator eum inueniat.] Et mox. [Mare exequendo iudicium sui creatoris, & Regis sententiæ, diuina iussa compleuit deum puniendo rebelles; innocuis viam, rescissis vnda, suspensoque gurgite, steco puluere gradientibus præbuit; redactaque in sese vnda hostes in ima demersit & vindex aqua, sacra verbo, rubrata sanguine, ligno Crucis in mysterio virgæ percussa, salutem ad Saluatorem venienti ministravit: peccata verò cum autore Diabolo, & Ægyptios cum suo Rege in profundo detruisit. Hic est Deus noster, de quo Micheas dicit Propheta, ipse conuertetur & miserabitur nobis, & demerget in profundum maris omnia peccata nostra.] Legebis reliqua apud eundem Prosperum. Item videlicet in eadem sententiam latè differentem & baptismi fidelium omnia illa aptantem Augustinum †.

Baptismi igitur in eo Hebræorum baptismi adumbrati, imago est cereus Paschalis, cuius vice, singulis qui baptizabantur vnus modicus cereus dabatur; cuiusque mersio in aquam ad clariorem huius rei significatæ demonstrationem præscripta erat, quamuis aliud eam detorserit Amalarius †. Sicut ergo cereus Paschalis in vniuersa Ecclesia baptismi imago emblematica & symbolica erat, ita cereus Agnus Romæ consecratus, (cuius loco vt supra ex antiquis rituum Tractatoribus vidimus, alibi vsurpabantur plagulae cerei Paschalis) memoriæ baptismi refricandæ ob commodiorem gestationem eius quam cerei, institutus censei debet, quamuis vsui illi primario qui vnice præfixus est institutioni Agnorum cereorum, accesserit veluti corollarium ex precibus ac benedictionibus Ecclesiasticis, quibus ad acceptiorem vsum Agnorum in primarium ipsorum finem, interpellatur Deus, vt pleraque bona ventibus conferat, & ab iisdem mala auertat. Quod superpondium fructus Agnorum institutione quæsit, apud non paucos, verum ac primarium finem institutionis Agnorum propè obliterauit: ita vt non nisi confusa perisset eius notio. Nec aliter apud plerosque contigit circa Paschalem cereum, cum vsus fuit particularum eius ad suffumigandum, auertendaque varia mala & bona concilianda.

20. Hæ baptismi nostri tessere, (sed Agnus præsertim qui ad manum semper est,) illud Christiano initiato, cum in eas desigit oculum, muta sed valida adhortatione inclamant, quod S. Athanasius † recens illuminato dirigebat. [Ne inquines fidei tunicam quam gratia contexit. Ne contemnas donum quod à Deo accepisti, cogita quis dederit, & datum custodi. Si margaritæ aut regie purpuræ cutos constitutus esses, nonne ad mortem vsque

vsque



CAP. 9. vsque, custodiam eius curæ tibi esse ostende- res. Verùm nunc non margaritæ tantùm, ne- que purpura, neque de regia quippiam supel- lectili, sed ipsum Domini corpus, curæ fidei- que tuæ commissum est, quin potius inquam, ipse Dominicum factus es corpus, membrum factus es Christi, Christum induisti, secun- dum Apostoli Pauli vocem, quicumque in Chri- sto baptizati estis, Christum induistis. Caue ne membrorum Christi proditor fias. Christi domicilium es, & membrum eius qui in cœ- lis regnat. Virtutibus ergo donum illud ho- nora. Temperantiam omni studio sectari inci- pe, misericordiam promptè exerce, increduli- tatis venenum excute, fraudem Diaboli ami- cam & familiarem auersare, mendacium ad- uersarij nostri telum odio habe; imitare B. Paulum, qui post acceptum baptismum præ- dicauit quem ante baptismum persequebatur. Imitare Eunuchum illum Ethiopem qui bap- tizatus in via particeps factus, ipse Ethiopi- bus credendi via factus est. Multiplica gratiæ talentum vt optatissimam illam vocem, Euge serue bone ex Christo Deo nostro audias cui gloria in secula seculorum, AMEN.]



CAPVT IX.

Discussio aliorum finium quos nonnulli cereorum Agnorum institutioni præfigunt. Vbi de peraptis & amuletis com- plura.



Io directè constituta nostra sententia, placet eam quoque indirectè stabilite expensione & conuulsione aliarum sententiarum, quæ cerei Agni ritum ac vsum, aliò retulerunt quàm ad reficandam Baptismi & subiunctorum ei beneficiorum memoriam, vt nos fecimus.

Multorum ergo fuit sententia, hos cereos Agnos esse Christi symbola, & in eum finem fidelibus distribui, vt Christum illis obiciant. Ita Alcuinus a & Amalarius b, cum de horum Agnorum confectioe & distributione dis- putant. Idem censet Vicecomes c, & Molanus d adducens aliqua cur Christus dicatur Agnus; quibus multo plura congeessimus, tractantes de eo Christi titulo, qui fundamentum habet in variis Scripturis, de quibus Iulius Firmicus & in plerisque diuinis visis, quibus Christus obiectus est specie Agni. In Apocalypsi ea Christi species sæpè occurrit. Orante sancto Clemente, apparuit ei Agnus Dei de sub cuius pede fons viuus emanabat, idest Christus, qui fons vitæ nobis factus est. Antiqua S. Agnetis acta quæ leguntur apud S. Ambro- sium, e, produnt, Christum specie Agni niue candidioris stetit à dextris eius, & illam sibi sponfam & martytem consecrassè. B. Lutgar-

a lib. de offic. c. de Sabatho Paschæ. b lib. 1. de offic. c. 17. c lib. 1. de bap. c. 51. d orat. de Agn. c. 9.

e Certin. de S. Agnet.

di Christum apparuisse Agni forma, prodit Thomas Cantipratanus. † Plerumque item Christum Agni specie in Eucharistia apparuisse, scribunt Paschasius f, & Petrus Damia- nig atque Casarius h quos retuli ad Epiphani- um i autorem vitæ Pauli secundi. Nec mi- rum toties Christum Agni specie obiectum, cum Agnus sit expressissima Christi imago. Idedque inter tam varia sacrificia Hebræis indicta, iugè sacrificium quod Deo acceptis- simum & illi populo religiosissimum erat, peragebatur immolatis quotidie agnis duo- bus, altero mane, vesperi altero, ob expressio- nem Christi tepræsentationem per Agnum. Nam siue attendamus incarnationem, siue Crucifixionem & passionem, siue rediitui à mortuis Christi gloriam & dominatum su- per Sion montem sanctum eius, siue iudici- um ei vniuersaliter concredutum quia Fi- lius hominis est; vidimus Cardinalia illa Christi mysteria, adhibita Agni imagine ex- primi solita à Patribus, quod strictim attingo; dimisso Philippo Melancthone quem Cani- sius \* iure explodit, Patres inprehendentem, quod Christum censuerint dictum Agnum, non ob solam in Cruce immolationem.

2. Incarnationem Verbi, Zeno Veronen- sis \* Agno ritè expressam tradit, ob tractam ab hædo & oue Agni naturam. Itaque Roma- chatur in carnales Iudæos, qui mysterium Pas- chalis Agni, non referebant ad Christum in- carnatum. Zenonis verba sunt; Sacram legem qui spiritaliter accipit, fratres, iste est qui eius fructu lætatur: Iudæi etenim cum carnaliter sentiunt, in gregibusque pecuinis agnum bi- fariam naturam commissum, qui inueniri non potest, querunt, sic agnum verum CHRISTUM quem inuenerant perdiderunt. Non enim in- tellexerunt quia ex hædis humana designabatur caro suis onusta peccatis; ex ouibus, spiritus maiestatis: quæ vtraque in Christo concreta, agnum legitimum præstiterunt. ] Similiter S. Agobardus † agnum Paschalem tametsi de- bebat esse absque macula, tamen expressisse nitentissimam Christi originem ex homine matre docet, quia Agnus est ex genere turpi. Rectè porro hædus cum natura humana con- fertur, quod monstrant hædinæ Iacobi pelles ad nostram mortalitatem & naturalem vitio- sitatem aptatæ à Prospero † post Augusti- num \*. Ouis è contrario, ob eximiam innocen- tiam, & quia tota bona est, nulla sui parte si- ue interna siue externa inutilis, rectius statui videtur Dei symbolum quàm leo, aut alia, ob aliqualem correspondentiam cum Deo in vno quoppiam attributo. Et accedit, quod ouis imago est proficientis nec vsquam silen- tis, vt notauit Philo †, adducta notione Græ- cæ vocis πρωτόγονος, tractans illud primogenitum asini mutabis oue. Deus autem est bonitas in- exhausta, nec vllis vnquam coërcenda fini- bus, sed vltra quascunque metas semper pro- ficiens. Itaque agnus in quo hædus & ouis commissa cernuntur, bellè exhibet incarna- tionem, vt Zeno philosophabatur ob gemi- næ naturæ adunationem. Et sub hac ratione Christum esse agnum non coquendum in læ- tæ matris suæ, quia non est tantum ho- mo, venustissimè prosequitur S. Ambrosius \* Credi-

† lib. 1. vitæ apud S. v. i. m. f. lib. de E. ach. cap. 14. g lib. 6. epist. 25. h lib. 9. c. 3. i quæstion.

\* l. 1. de cor- rupt. verbi Dei c. 9. pag. 71.

\* serm. 1. de Exodo.

† l. de priu- legio & iure Sacerdotij, initio.

† parte 1. de pron. c. 21. \* lib. contra mendac. c. 10.

† lib. de fact. Abel. & Cai. ni.

\* in virg. in- titur. c. 16.

thom. ex var. in Matth. Creditus tamen Chrysostomus, † eum lo- cum retulit ad Christum Herodis crudelitati subductum, ne adhuc tener immolaretur, non- dum impleto Patris opere.

3. agno aptè adumbatam passionem, & hostiam qua Christus in cruce litauit, Theo- doretus notauit a circa illud Esaiæ, tanquam ouis ad occisionem ductus est, & sicut agnus cor- ram tondente se, non aperuit os suum. Vbi ob- seruat, mactatione ouis, mortem humanitati illatam signari: Ponsuram autem Agni, exhibere Christum in passione impassibilem, nec nisi corporis lanam dantem tonsoribus. Nec dissimiliter Nyssenus b historiam oblari nec immolari Isaac huc accommodat. [ Pater (in- quit) Isaac dilecto filio non parcens suo, & Vnigenitus oblatio et victima factus, & agnus loco illius qui immolabatur. Licet enim totum in hac historia, pictatis myste- rium intueri. Agnus è ligno conibus hærens pendebat. Vnigenitus autem holocausti ligna gestabat. Cernis quomodo qui cuncta fert verbo virtutis suæ is & lignorum, hoc est, peccatorum nostrorum fert onus, & super li- gnum extollitur, ferens quidem vt Deus, su- blatus autem tanquam Agnus? Sic enim Spi- ritus sanctus, vtraque re, magni mysterij signa- ram partitus est, vt per agnum mortis Sacra- mentum significaret; per Vnigenitum autem, vitam morte non creptam ostenderet? ] He- bream vocem quam noster vulgatus vertit Arietem, sonare Agnum, notauit Delrio c. Ali- ter agnum ad passionem & mortem crucis applicat Origenes d. [ Ipse Dominus Iesus Christus (inquit) non ided Agnus dicitur, qu- si qui mutatus sit & conuersus in speciem Agni. Dicitur tamen Agnus, quia voluntas & boni- tas eius qua Deum repropitiatur hominibus, & peccatorum indulgentiam dedit, talis ex- titit humano generi, quasi Agni hostia im- maculata & innocens, qua placari hominibus diuina creduntur. ] Et alij quidem interneni- re apud Deum pro hominibus possunt velut hædi aut arietes, at Christus vt Agnus, de quo plenius ibidem Origenes. affinis est ratio de- nominandi Christum agnum quam profert Ionas Aurelianensis. e Nimirum Christum dici Agnum, [quia agnus præ cæteris anima- libus vacuus est læsionis externæ; & mutus permanet tempore iniuriæ. ] Id verò Christus cum per vitam vniuersam exhibuit, tum ma- ximè per tempus passionis, in qua obmutuit sicut Agnus coram tondente se, vt prænuucia- rat Esaias Verèque tunc gestum, quod frustra, imo cum scelere feminatum ab Ethnicis, scrip- sit Seneca \*, vt scilicet ad auertendam tempe- statem ab irato numine immissam, agnum im- molarent. Hanc ob causam, frequens olim erat, Christi specie Agni, coniunctio cum cru- ce. Sic apud S. Paulinum f,

a Serm. 10. de prouid.

b orat. 1. de rebus initio.

† in caput 22. Genes. d homil. 24. in Num.

e lib. 1. de Inag.

f. 4. natur. qq. c. 6.

f epist. 12.

Sub cruce sanguinea, viueo stat Christus in Agno. Agnus et innocua, in iusto datus hostia leibo.

Et superius. Sanctam fatentur crux & Agnus vili- man.

4. Figuram Christi, Agni specie sub cruce stantis, in lapide altaris Vefontionensis ex- Theophili Raynandi Pontificia.

hibet Chiffletius in descriptione vrbis Vefon- tionensis g. Agnum item sub cruce rupi infi- xentem, quinque fontes emittentem; è pecto- re vnum, totidem ex singulis manibus & pe- dibus, ad expressionem quinque primariorum Christi vulnerum, repræsentat Iacobus Bos- sius h. Illud perbelle huc facit, quod alias ex Iustino notare memini i Agnum Pascha- lem ita allari solitum, vt planè Crucifixi ima- ginem præferret, iuxta illud, Agnus in crucis leuatur immolandus stipite. Vera enim in truncum corporis ita immittebatur, vt tam priores eius pedes qui manus referunt, quàm posteriores infixis in volas bacillis, diuaticati extenderentur. Atque ita stipites crucis per ve- ru, transuersa verò per bacillos, aptè exprime- bantur. Et esse imagines nescio quas vulnerum in mediis volis Agnorum aliquatenus fissis, quod ad fixuras clauorum in Christi manibus pedibusque exhibendas commodate potest, alij annotarunt, k. Quosdam Iudæos suo tempore feria 6. in Parasceue agnum crucifi- xisse, crucem conspuisse, & pedibus concul- casse in Christi dedecus, restatur Oldradu. l Ex quo manifestè liquet, eos agnouisse agnum esse expressissimam Christi patientiæ imaginem, in quam sententiam plenè disserit. Antonius Honcala m. Apostolus ipse, Agnum Paschalem, Christi pro nobis immolati, atque aded Paschatis nostri, typum fuisse disertè est professus. Itaque Zeno Veronenensis b eius in- sistens vestigijs, ait de Christo. [ Hic est Agnus de quo litare Pascha est Domini. Apostolus quoque Paulus, Pascha nostrum immolatus est Christus. Cur autem dignatus fuerit immolari, Ioannes Baptista ante prædicauit, his verbis, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Sic itaque dictus est primitiuus, quia paternæ antiquitatis solus est conscius. Sic maturus, quia post ipsum est nullus. Sic sempiternus, quia occisus est & inuentus est viuus. Sic im- maculatus à peccato, quia solus est mundus. Sic salutaris, quia per ipsum vincimus mortem. Sic maculus, quia Dei est virtus. Sic inquam agnus perfectus, quia in ipso magnus ille Sa- cerdos pio mysterio sua victima inclusus. hodie Deum reddidit hominem quem litauit ] Id est, per humanitatem suam singularem Deo immolatam, effecit vt tota species humana ad coniunctionem cum Deo proueheretur. Est hac ex parte Christus re ipsa, quod agnus ille tiaratus apud Plutarchum in Alexandro, externa specie præferrebat. Ouis enim ( vt ibi à Plutarcho narratur ), agnum genuit gestan- tem capite tiaram, resticulis vtrinque penden- tibus. Adumbrationem hanc dixeris Sacerdotis Magni, vt cum Zenone proximè loquebar, pio mysterio in Agno victima sua inclusi, pro- creatis ex oue purissima S. Deipara, vt offer- retur pro nobis, & fieret Pascha nostrum.

4. Fusc & de more creditè, omnes Agni illius Paschalis ritus ad Christum accommo- dat Nazianzenus c, & ibi Nicetas. Minu- tissimè item ac eruditissimè S. Cyrillus d. Quod verò omninò eiusdem ceremoniæ ty- pica adiuncta, ad Christum perbelle si sen- sum spectes, ( quamuis infantissimè si verbo- rum & metri ratio habeatur ) expressit Goffri- dus Viterbiensis e, placet eum adscribere. Y y Agnus

CAP. 9. Alia placita de fine Cerei Agni.

g pag. 208. h l. 6. de Cru- ce triumph. c. 12. i tr. c. de Iu- dac. 9. n. 4.

k Franc. Lu- cas Marth. 26. v. 1.

l consilio 36

m opusc. 11. tract. 14.

n serm. 1. de Exod.

c orat. 41. d lib. 2. Gla- phy. in Exod. initio.

e parte 5. Chronici.

CAP. 9. Alia placita de fine Ceres Agni.

Agnus erat Christus, gemino de germine dictus. Agnus id est passus, moriendo Deum crucifixus. Agnus & hunc populum dum crucifigit eum, Ipse caret maculis, qui mundi crimina tollit, Sanguine nos redimit, qui nos moriendo resoluit. Frontibus inducit sanguine signa crucis. Os Agni non comminui inbeo, Dens inquit, In cruce, dicta Dei legimus non fracta relinquit. Tunc quoque Mors Agni, vita redempta fuit. Aegyptus fuit infernus, quo carcere tenuis Extrahitur populus Agno mediante redemptus. Tunc sine fermento viuere iussit eos, Azyma pura fides, & mens bene munda notatur, Zabulus & Pharaon tunc in mare precipitatur;

\* carmine de Euchar. c. 4.

Eripitur populus, vincit ubique Deus. Metricam quoque expositionem ritus Agni Paschalis ad Christum accommodati, legere licet apud Blesensem. \* Huc porro referendus est vsus hodiernus vicens benedicendi Agnum in Paschate eiusque postea carnibus vescendi; in quem usum pium, cur tantoperè concitetur VValafridus cap. 18. equidem non video Agnus ergo redemit oves, Christus innocens Patri reconciliavit peccatores, quo vniuersus ille Agni Paschalis ritus pertinebat. Erat enim Agnus irrationalis deducens nos ad magnum & celestem Agnum, pro nobis & vniuerso mundo mactatum, ait S. Epiphanius f. Fuitque ea vera abiectione agni ad sopiendum bellum cum Deo nobis intercedens. Ex vsu enim antiquo de quo Diogenianus, caduceator missus ad negotium pacis conficiendum, vel nisi pax succederet, indicendum ac ineundum bellum, cum agno ablegabatur, quem dimittebat intus; significans (ait Diogenianus,) ipsorum bona ac ciuitatem deualtatum iri ita vt pecudes ibi pasceret. Verisimilius mihi est, aliud spectasse agni deductionem. Nam commodius fuisset ad finem quem Diogenianus proponit, aliud potius brutum maioris pabuli indigum atque voracius adducere. Significabatur ergo agni adductione, placidam esse mentem eius qui caduceatorem allegabat, nec aliud cogitare quam pacem. Et vt constaret, nequaquam per ipsum stare quominus pax conficeretur, agnus dimittebatur apud eos quibuscum caduceator de pace egerat: quæ dicebatur agni abiectione. Sic demisit ad nos Deus agnum suum, Christum Dominum, eumque obfirmatis in nequitia mortalibus, & à pace auersis, abiecit quodammodo in passione, monstraturum quam cordi esset Deo pacis nostræ negotium.

† har. 8.

\* Centur. 2. num. 96.

Facit ad consecrationem pacis per agnum, quod ex Vincentio habet S. Antoninus 2. p. tit. 17. §. 27. cum Rex Aragoniæ & Remundus Comes S. Aegidij implacabiliter bellarent,

subministratum esse diuinitus cuidam Aniciensi carpentario imaginem Deiparæ filium tenentis in cuius rotunditate hæ voces erant inscriptæ. Agnus Dei qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem. Fama rei increbescente, cum ad festum Assumptionis Deiparæ, multi Magnates conuenissent Anicium, & carpentarius iussu Antistitis rem omnem exposuisset; & Dei consilium ferre aperuisset, vt pax inter Regem ac Comitem iniretur, & omnes ad eam conciliandam concurrerent; ingens animorum motus est factus. Vnanimiter itaque omnes iuramento se abstinerunt ad pacem curandam atque seruandam, oblide pacis adhibita prædicta imagine quam plumbeis sigillis expressam & lineis fasciis assutam; peccatori admoram gestatur: tanto pacis incundæ ac tenendæ æstu, vt vel si frater alicuius fuisset occisus, frater superstes conspecta imagine, in homicidæ amplexu meret; adeo altè pectoribus infederat amor pacis donatæ per agnum Dei, tollentem peccata mundi.

Trina hæc compellatio Christi sub communionem adhibito Agni nomine, ingerit cogitationem de Christo per Agnam expresso prout in Eucharistia iacet, cam anteriorem passionem subiens quam descriperunt Gregorius Nyssenus orat. 1. de Resurr. & Helychius. Ipse Christus in Eucharistia specie Agni obseruatus aliquando legitur, vt variis exemplis monstratum est in Tractatione ad Historiolam Pauli secundi, punc. 4. Et addendum est aliud exemplum quod subministrat S. Brigitta 6. reuel. c. 86. Orientales Agnum vocant hostiam quam ad consecrationem seponunt adhibita lanceola. (Aliqui Græci sigillum oblationis appellant.) Eximitur autem ex integro pane, quem cum Virginis utero componunt. Cur autem Agnus typus Christi in Eucharistia abditi dici possit, liquet ex eo quod sit ibi hostia viua, vi verborum veluti cultro confossa, ad omnis bonitatis specimen.

6. Est item Agnus typus Christi rediuiui, ac regnantis propter mansuetudinem & iustitiam suam, quod concinnè expressit Prudentius hymno 3. cathen. describens Agnum hunc niueum, vice mirifica leonibus imperitantem, & hiare lupos prohibentem, subque iuga tigridis ora prementem. Nimirum Agnus fuit Agnus qui occisus est, accipere virtutem & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Non quod defuisset per mortem Deus esse, sed quod debuisset abiectioni mortis rependi diffusa qua quaerens notitia diuinitatis eius, vt Augustinus dixit tract. 7. in Ioan. Eamque ob causam, vixit iam olim vsus inter Catholicos, vt in Paschali solemnitate offerrent Agnos, non sine aliqua pompa, & quasi triumpho, quibus publicè benedicerentur in Ecclesia. Quem Occidentium vsus calumniam Græci, referente Flodoardo \*, commenti sunt Latinos in Paschate, cum corpore Domini, Agnum sacrificare.

Regnum porro super Sion montem sanctum eius, nouo titulo concessum Christo à Patre in Resurrectione, optimè adumbratur pallio quod in signum plenitudinis potestatis

\* Apoc. 5.

\* l. 3. lib. Rom. c. 17.

CAP. 9. Alia placita de fine cerei Agni.

à summo Pontifice Metropolitanis, & paucis quibusdam Episcopis conceditur, ante quod acceptum, nec Concilium conuocare, nec crisma conficere, nec basilicas dedicare, nec ordinare Clericos fas est. Antistiti ex cap. nisi de auctor. & vsu palli, vbi nomen quidem Archiepiscopi permittitur iam potenti iurisdictione, & omnia ad eam pertinentia exercere idoneo, nisi ad plenitudinem potestatis accipiat pallium. Tam mylticum ergo amiculum, quod subordinationem Episcoporum omnium ad Christi Vicarium & stillicidium Pontificiæ Christi dignitatis Antistiti transmissum significat, vt ex Ruperto lib. 1. de offic. cap. 27. tradit Valdenus, & ex variis Stephanus Durandus lib. 2. de rit. cap. 9. à num. 41. ex Agni lana conficitur, eo ritu qui describitur in libro Ceremoniarum Romanæ Ecclesiæ \*, vbi dicitur quod Sanctimonialia Ecclesiæ S. Agnetis imo Religiosi qui sunt in ea Ecclesia, quotannis in festo S. Agnetis duos agnos albos offerunt super altare illius Ecclesiæ, dum in Missa cantatur Agnus Dei, qui Agni à Canonis Lateranensis accepti, & subdiaconis Apostolicis traditi mittuntur in pascua, tondenturque opportuno tempore, & ex lana illa conficitur pallium, quo significari Christum pastorem, & Ecclesiæ per eum rectionem lenem simul ac fortem, optimè expallij materia eruit Innoc. III. f. Inter legendum porro Euangelium, tanquam Christus præfens adesset, deponi solitum ab Episcopo omphorium (sue humerale omnibus Episcopis commune ornamentum; quod quamuis à pallio Archiepiscoporum differret, habebat tamen non nullam cum eo analogiam, & ex lana quoque conficiebatur). Auro est Isido. Pelus. \* Si igitur amiculum ex agnina lana confectum, plenitudinem potestatis Antistiti cuius transmissam signat, vt Canones frequenter tradunt, nec vno loco S. Gregorius lib. 4. epist. 54. & lib. 11. epist. 42. & lib. 7. epist. 112. haud absurdè diximus Christi rediuiui potestatem in Ecclesiam, adumbrari per Agnum, quandoquidem plenitudo potestatis talis hominibus concessa per decerptam ex Agno lanam confectumque inde amiculum representatur, & exhibetur. Suppetit etiam in rem nostram luculentum testimonium Simeonis Thessalonicensis lib. de Templo, qui describens εὐνοῦργιον sive pallium Episcoporum ait. [Ex lana confectum, in orbem humeros, ante & retro conuestit. Hoc genus indumenti sine dubitatione à Verbo carnem ex Virgine propter nos susceptam, humanaque natura assumptionem declarat. Ideo enim ex lana quoque textitur, quoniam erraticam ouem, hoc est naturam nostram signat & quoniam ipse quoque, Agnus pro nobis occisus, vocatus est. Ipsa item verba quæ humeris eo tegendis profert, sententiæ huic suffragantur. Ait enim. [Sublata in humeros, Christe natura quæ errauerat, assumptus Deo & Patri illam obtulisti.] Vides, gloriam Christi, sacro illo gestamine Episcoporum proprio, esse, adumbratam; Agnina materia, non modò Incarnationem & sublationem humanitatis in Pastoris humeros, sed etiam assumpti in gloria Christi, propter

\* l. 1. c. 10. c. 8.

† lib. 1. de myltic. c. 63.

\* lib. 1. de mylt. c. 63.

\* lib. 1. epist. 31.

\* l. 3. lib. Rom. c. 17.

Agni mactati mansuetudinem, sublime decus iuliuante. De eo amiculo plura apud Iurretum ad epist. 250. Iuonis. Baronium anno 336. Binium ad vitam S. Marci Papæ. 7. Gloriam agni rediuiui regnantis super Ecclesiam dum voluuntur lux & tenebræ transfixioni in cruce repensam, (nam & Agno manuum pedumque fissuræ pro plagis superstitibus in Christo post anastasin) subsequetur in tempore, iudiciariæ potestatis vniuersalis exercitium, quale referebat pictura Fundanæ Basilicæ his verbis expressa à S. Paulino \*, Christum in Agno stantem describente,

\* epist. 12.

Et quia præcelsa quasi Iudex rupe superstat, Bis gemina pecudis, discors agnis genus hædi Circumstant solum: laeas aueritur hædos Pastor, & emeritis dextra complectitur Agnos.

Erit is dies magnus iræ Agni, à cuius facie per calum montium & petrarum, abscondi optabunt reprobi, vt dicitur Apocal. 6. Erga bonos autem erit summa placiditas eiusdem Agni, quem sequentur quocumque ierit.

Post supremum iudicium, consequetur æterna gloria in qua Christus Rex, omnibus sanctis suis eius hinc vestigia affectatis, reddet coronas. Et in hoc item statu, Christus in Apocalypsi specie agni representatur, & beati canticum agni cantatur dicuntur cap. 15. Et quamuis cap. 14. ij soli dicantur cantaturi canticum nouum, qui Virgines fuerint, & idcirco sequi dicuntur agnum quocumque ierit; hoc tamen specialem duntaxat Virginum gloriam designat, qui secuti hinc fuerint, in eo in quo ceteri illum non fuerint imitati, tamen inaccesserint per eius vestigia quantum iuxta suum statum licuit, vt S. Augustinus optimè perpendit l. de sancta Virginit. cap. 27. 28. & 29.

8. Hinc manifestum efficitur, Agnum esse appositissimum CHRISTI symbolum in quocumque status præsertim cum in hac pecude, naturales pleræque dotes notari soleant, quæ cum supernaturalibus Christi perfectionibus mirè consentiunt, nominatim innocentia, placiditas, & similitudinaria prudentia, de quibus inferius in Agni Tropologia. Inde factum censetur, vt Dæmon qui plerumque sub variorum brutorum forma conspiciendum se præbuit, nunquam legatur Agni forma apparuisse (vt post Thyrazum lib. 1. de apparit. Spir. cap. 9. disputat Deltio lib. 2. Mag. q. 28. f. 3.) sed vel specie hirci, vel canis, aut felis. Quod enim Agnus sit aded expressa imago Christi, par non fuit, permittere vt Dæmon formam sibi Agni obduceret. E contratio, indidem factum est, vt viti sancti, ob memoriam Christi Agni & dotium Christi quibus utrunque proportionales dotes in Agnis obseruabant, mirificè afficerentur erga corporales Agnos, quod de S. Francisco prodidit S. Bonauentura \* his præter cetera. [Consideratione primæ originis omnium, abundantiori pietate repletus, creaturas quantumlibet paruas, fratris vel sororis

\* in actis S. Francisc. cap. 8.

CAP. 9. Alia placita de fine cerei Agni.

appellabat nominibus, pro eo quod sciebat eas vinum secum habere principium. Illas tamen viscerosius amplexabatur, & dulcius, quæ Christi mansuetudinem piam, similitudine naturali præterunt, & Scripturæ significatione figurant. Redemit frequenter agnos, qui ducebantur ad mortem, illius memor agni mitissimi, qui ad occisionem duci voluit pro peccatoribus redimendis. Hospitatio quadam vice seruo Dei apud Monasterium Sancti Verrecundi de Episcopatu Eugubij, ouicula quadam magnicolum peperit illa nocte. Aderat sus ferocissima, quæ vitæ innocentis non parcens, rapaci eum morsu necavit. Hoc audito, pius pater mira compassione commotus, & agni sine macula recordatus, lamentabatur pro morte agniculi, coram omnibus dicens: Heu me frater agnicule, animal innocens, Christum hominibus representans, maledicta sus impia quæ te interfecit, nullusque de ea comedat homo, vel bestia. Mirabile dictu, statim infirmari cœpit porca malefica, & tribus diebus corpoream pœnam exsoluens, vltimam tandem pertulit necem, proiecta autem in vallum Monasterij, ibique longo tempore iacens, in modum tabulæ desiccata, nulli fuit esca famelico. Et inferius. [Tempore quodam agniculum in vrbe secum habuerat, ob reuerentiam illius mitissimi agni, quem nobili matronæ dominæ, scilicet Iacobæ, de septem solum in suo recessu conseruandum commisit. Agnus verò quasi in spiritualibus eruditus à sancto, dominæ ad Ecclesiam eunti, stanti, & reuertenti, societate inseparabili cohærebat. Si matutinali hora domina tardaret exurgere, agnus consurgens impellebat eam cornulis, & balatibus excitabat, gestibus adhortans & nutibus, vt ad Ecclesiam properaret. Propter quod Agnus Francisci discipulus, deuotionis iam magister effectus, vt mirabilis & amabilis, à domina seruabatur.] Acta S. Patris sui spiritu B. Coleta, vt habent eius Acta \*, mirè afficiebatur erga agniculum, quem apud se habebat ita assuefactum, vt quoties in sacro attolleretur sacra Eucharistia, genua flecteret; nec prius se in pedes daret, quam vtraque specierum Sacramentalium elatio esset peracta; quod æquè ab ouicula S. Francisci perchara, seruatum refert S. Bonauentura †. Eundem erga agnos Christi imagines piam affectum; sonare videntur quæ de S. Norberto scribit vitæ Autor cap. 3. & 7. apud Surium 6. Iunij, de abiectis ab eo aliis vestibus & adamatis agninis. De S. item Volstano, apud Anglos Episcopo, legitur apud Surium 19. Ianuar. quod afficeretur ad pelles agninas, easque adhiberet loco pellium Catorum, quas alij vsurpabant; causatus non cantari in Ecclesia CATVS DEI, sed AGNVS DEI qui tollis peccata mundi. Epistolam quandam S. Bernardi ad Fulconem; qua testetur agninas tantum pelles fuisse olim Canonicis in vsu, adducit Ioannes Mauburnus Tract. de habitu Canon. Quamquam nunc ea Epistola apud S. Bernardum non comparet. In regula Templariorum ab ipso S. Bernardo exarata cap. 23. exulare iubentur omnes pelles aut pellicia, demptis agnorum aut arietum pellicibus. Quod enim inoleuisset abusus, vt

\* cap. 18.

† cap. illo 8.

serui & ancillæ Dei mollibus vestiretur, & pelles quæreren bebrinas, siue Castorinas, vt est apud S. Ambrosium l. de dign. sacerd. c. 4. & apud S. Cæsarium in recapitulatione Regulæ Monialium †, inde factum est, vt Sancti viri ab ea mollitudine abhorrentes, commendarent pelles agnorum quæ & viliores sunt, & Christi agni memoriam statim refricant. Quid si etiam Agnus Insula, à sanctis plenique inhabitata, eo nomine est donata, ob similem affectum erga agnos ingerentes Agni Christi memoriam? Mentio est illius insulæ in Actis S. Marculphi.

9. Hæc sunt quæ primam illam sententiam de sine institutionis Agnorum cereorum ad Christum exhibendum, fecere admodum communem, ita vt etiam is videatur fuisse aliquorum Pontificum summorum sensus. Nam Gregorius X III. in constitutione qua interdixit picturam horum factorum Agnorum, vocat hos Agnos, cereas formas innocentissimi Agni imagine figuratas, Christi scilicet qui solus fuit innocentissimus & immaculatissimus. Apertiùs etiam inferiùs, ait. [ Hos agnos, albos & mundos, Agnum illum purum, & innocentissimum representare, qui occisus, pretiosissimo sanguine suo, nos redemit.] Eadem interdum occurrunt in orationibus quæ leguntur in consecratione Agnorum: estque perspicuum, non posse ista accipi de significatione aut habitudine ad Christum, extranea institutioni cereorum Agnorum, siue merè concomitanter ad eos se habente; quatenus scilicet multa sunt in Agno corporeo proportionalia Christo, absque vlla ad hos cereos Agnos vt eum representantes habitudine. Hoc puto manifestum. Igitur verè sensus est, hos cereos Agnos esse typos ac symbola ad hoc instituta, vt Christum in ratione Agni mansuetissimi & innocentissimi representent.

10. Perstandum nihilominus est in proposita sententia, quod cerei Agni consecrati, sint ab Ecclesia instituti ad reficiendam fidelibus memoriam suscepti baptismi, & diuinæ per eum filiationis ac cœlestis nutritionis, vt multipliciter supra monstratum est, expensis adiunctis omnibus consecrationis & distributionis horum Agnorum. Non esse autem institutos ad Christum simpliciter sumptum, representandum, ea ratio suadere videtur, quod fideles non egerint symbolis ad exhibendum Christum, qui vbique ante eorum oculos præscriptus est crucifixus, vt loquitur Apostolus, ex correctæ editione Romana, cui multi veteres Codices ab Erasmo prolati \* astipulantur. Christum autem esse præscriptum crucifixum ante oculos mortalium, (vt S. Athanasius † rectè exposuit, benèque illustrat Franciscus Turrianus lib. 4. de dogmaticis charact. pag. 167.) nihil aliud est, quàm Christum crucifixum proflare depictum. Vbi verò inter Christianos non obuersatur Christi crucifixi effigies nuda & aperta, absque adumbratione symbolica? Aptiorem porrò esse eam Christi effigiem, ad ingerendam Christi memoriam, quàm imaginem Agni, nemo non videt. Et quamuis ad aliquam ingenij exercitationem, vitandumque ex nimio vulgari vsu

† regul. 7.

† cant. 82.

† l. 2. de cruc. c. 12.

\* actio. 3. & 4.

† in capitibus contra Iconom.

\* ad Gal. 3.

† serm. de SS. PP. & Prophetis.

CAP. 9. Alia placita de fine cerei Agni.

† actione 5. sub initium.

vsu fastidium, probentur aliquando imagines symbolicae in quarum notione peruadenda exercetur & acuitur ingenium; tamen frequens & quotidiana Christi representatio symbolica per Agnum (qualis esset qua exhiberetur per cereos agnos qui semper sunt fidelibus ob oculos si verè per eos exhiberetur) probanda non esset; consentaneè ad canonem † Synodi Quinisextæ, cuius decretum prohibitorium ne Christus specie Agni pingeretur aut effingeretur, ita accipiendum est, vt tantum voluerit ea Synodus, temperare nimis frequentem vsum exhibendi Christum ea specie. Non enim antius editas Christi sub ea forma imagines, improbauit tanquam malas, vt benè notauit Vasques lib. 2. de adorat. disput. 3. c. 2. neque simpliciter & in perpetuum interdixit tali Christi effigie, vt idem Vasques censet cum Carranza & Balsamone: sed tantum prætulit effigies Christi sub humana forma, voluitque temperari vsum tunc propè perpetuum effingendi Christum specie Agni, vt rectè sensit Iacobus Gretserus †. Non tamen crucem cum solo agno ei affixo pingendi, vt Glossa diuinat de consecr. d. 3. cap. sextam sanc. Qua ratione decretum Synodi illius Quinisextæ tanquam vsuequaque sanum atque Catholicum admiserit, qui illud allegarunt Gregorius II. & Adrianus I. Romani Pontifices, & septima Synodus Oecumenica † vbi Tharastius Constantinopolitanus eum Canonem adducit & laudat, sicut & S. Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus †. Vt propterea non sint audiendi, qui à difficultate aduersus sacras imagines petita ex eo Canone, se expediunt, dicentes Canones Trullanos à Synodo illa Quinisexta editos nullius esse omnes momenti, & nominatim istum contra Agni picturam editum, nunquam à Romana Ecclesia receptum esse. Ita Baron. anno 692. sed vt dixi, eum Canonem approbarunt ipsimet summi Pontifices, & alij Patres Catholicissimi; ceteri autem canones, tametsi aliquas fermentationes à Græcis sunt passi, non sunt tamen absolute despuendi, vt latè tradit Vasques supra, & alij quos magno numero adducit Basilius Poncius, & Sherlogus anteloq. 5. in Cant. sect. 2. à num. 15. stans pro parte contraria. Vnus ergo cerei Agni fidelibus iugis & assiduus, incurrere videretur in reprehensionem quam Synodus Quinisexta intorsit in tam frequentes picturas Christi sub specie Agni, si verum esset finem institutioni Agnorum sacerorum præfixum, esse Christi Domini representationem.

11. Disjicienda superest difficultas mota in contrarium, ex libris ritualibus & Constitutionibus Pontificum, quibus interdum asseritur, Agnos cereos representare Christum, Agnum innocentissimum. Hoc primum exponi potest, dicendo, Pontifices obiter ac præter institutum decretorum que condebant, tale quid ingessisse ex sententia protrita, nec inueterisimili, tametsi nostra sit verior. Frequens quippe est, vt Ecclesiasticis decretis nonnulla obiter inserantur ad scopum præcipuum decretorum non attinentia, quæ ad priuatum potius legislatorum sensum

pertineant, nec ex eorum mente proponantur ad excludendos pios sensus oppositos. Imò interdum quæ obiter inserantur decretis, possunt esse falsa. Exemplum vulgare est, quod petitur ex Synodo 2. Nicæna †, vbi approbatur, & vt certa definitur sententia Ioannis Theſſalonicensis, qui dixerat Angelorum imagines esse venerandas: eo quod Angelum cum sint corporati, & sæpè ea specie apparuerint, ritè pingi possint. Qua in parte, Synodus intenta in rem de qua quærebatur, hoc est in honestatem ac venerationem picturarum Angelicarum quæ à Ioanne illo admittrebat, iuit in eius sententiam; tacens de falsitate principij quod obiter cum veritate Catholica in eius dictis commixtum fuerat; ita vt prima facie, decretum simpliciter rata habens quæ Ioannes ille Theſſalonicensis protulerat, videri possit ratam quoque habuisse rationem falsam qua ille nixus fuerat. Et tamen decretum illud siue responsum Synodi vniuersa, est decretum vel responsum Ecclesiasticum, cuius firmitas penes veritatem ex instituto definitam attendenda est, non autem penes obiter inserta. Quamuis igitur in præſenti, ratio decreti, de non pingendis sed in suo albore relinquendis Agnis cereis, quia exhibent Christum agnum absque macula, non esset idonea ratio, sed falsa; nihil decederet validitati Pontificij decreti, quod tantum spectabat ad Agnorum alborem retinendum, exclusa quacunquæ ascititia pictura: quod decretum sanctum & utile esse potuit, etiam si illa eius ratio, supponens eum esse finem institutionis Agnorum, improbaretur vt falsa. Nos malumus dicere, probabilem ac verisimilem, (tametsi alia quam protulimus videatur fundatior & probabilior: (Vnde ex tali ratione saltem probabili & valdè communi, potuit Pontificum decretum de ableganda Agnorum cereorum pictura firmari, non conuulsa maiore probabilitate sententiæ quæ alium finem institutioni Agnorum consecratorum præfigit. Hæc difficultatis propositæ enodatio, si esset necessaria, ferri posset.

12. Commodius tamen dicemus, cereos Agnos verè exhibere Christum agnum innocentissimum, & quidem vi institutionis suæ, non tamen exhibere Christum prout agnum immaculatum absolute siue absque ordine ad Baptismum nostrum, sed cum ea habitudine. V. g. quia lauacrum in quo dealbauimus stolas nostras, ex eius sanguine est constitutum, (qua de re plura inferius sub capitis finem.) Aut prout est Idea innocentia baptizatorum, ac primogenitus in multis fratribus ac filiis Dei, de Ecclesia vtero per baptismum editis. Vt enim Christus est frater primogenitus filiorum Dei natorum per baptismum. Nam tametsi Christus non suscepit nisi Ioannis baptismum, in quo reipsa non est natus ex Deo: Tamen sub eum baptismum, publicè primum, & à teste authentico dictus est Agnus, siue filius Dei. Similitudinariè item ac in speciem, & secundum estimationem hominum ex seipsis mentientium Christum, videri potuit esse tunc ex Deo renatus; non vi illius sacramenti quoad

\* cap. 7.

CA 7. 9. Alia placita de fine Cerei Agni.

gratiam emanandi, sed vi operis operantis quo ceteri accedentes ad baptismum Ioannis sanctificabantur, & eatenus nascebantur ex Deo per gratiam ea via talem baptismum comitante, comparatam. Ex quo intelligitur, baptismum Ioannis à Christo susceptum, & nostrum baptismum à Christo institutum, non conuenire in ratione baptismi sacri nisi æquiuocè, vel per analogicam proportionem valde imperfectam. Sub ea tamen generali ratione baptismi, baptismo Ioannis & nostro vtuncque communi, Christus est primogenitus baptizatorum, ac renatorum: (nam etiam tunc regeneratus dicitur non à Nysseno tantum, sed etiam ab Augustino serm. 1. de Epiphani. & serm. 1. de Dom. sequenti.) Sicur apud Hieronymum tomo 9. epist. 30 dicitur in baptismo renatus. Ac proinde Christus, sub ea ratione est Agnus, siue filiorum Dei per baptismum primarius. Christus igitur vt talis agnus, & vt primum analogatum omnium baptizatorum, veraque Idea ad quam omnes qui baptizantur debent vitæ innocentia & sanctitate se conformare, repræsentatur per cereos agnos: quæ repræsentatio Christi, recidit in sententiam à nobis positam de fine institutionis horum agnorum, vt sint monimenta suscepti. aliquando baptismi Christiani. Ea tamen sententia nostra, longè differt à prima sententia hætenus in hoc capite discussa, quæ finem institutionis Agnorum cereorum statuebat, exhibere fidelibus Christum agnum absque macula, absolute & absque vlla ad baptismum nostrum habitudine.

13. Est alia quædam sententia de fine institutionis Agnorum cereorum Baronio probata, quæ ita statuit hos Agnos esse institutos ad obliuiscendum Christum, vt tamen non simpliciter ad Christi memoriam ingerendam sacrum hunc ritum referat, sed ad eum subrogandum profanis quibusdam in Ethnicismo ritibus ac vñibus: siue vt effigies Christum Agnum repræsentans, esset loco bullarum similis ferè formæ, quarum erat vsus inter Gentiles, nec absque admittis superstitionibus, & cultu falsorum numinum, aliâve aliqua inhonestate. Constat enim ex Polluce\* ac Varrone † & ex iis quæ habet Mercurialis\*, solitos Ethnicos puerorum collo appendere bullas re turpicula consignatas, ad auertendum fascino; vel fartas superstitionibus ad infantium tutelam. Meminit item Macrobius †, bullarum planarum remediis, quibus triumphantes vtentur ad auertendam inuidiam. Quanquam Plinius\* Fascinum non infantium tantum sed & Imperatorum custodem, non collo appensum triumphantium, sed sub curru pendentem statuit, medicum inuidiæ. Erant item bullæ quædam in cordis effigiem efformatæ, quas idem Macrobius testatur nobilium puerorum collo appendi consueuisse, vt viri esse recordarentur. Ad eas igitur Ethnicas quiesquilias conuertendas, censet Baronius, Ecclesiam instituisse cereas Christi Agni imagines collo Christianorum appendendas, quæ substituerentur inanibus illis nec rarè Diabolicis amuletis aut monimentis, inter Ethnicos vsu receptis, sicut alios

\* lib. 7. c. 23. † lib. 6. de lingua Lat. \* lib. 6. variat. c. 10.

† Sat. c. 6.

\* lib. 18. c. 4.

plerisque ritus Ethnicos sanctificauit (vt sic dicam) substitutione simillium aut proportionalium sacrorum rituum, vt plenè monstrato alio loco †.

14. Sanè cum par non fuerit, Christianos destitui periaptis & amuletis sacris, quibus excluderentur innumera talia quæ vanitas & erroris patens Satanas improuidis obtruserant, quid aliud accommodatius excogitari potuit, quàm Christi effigies? Innumera talia fuisse Ethnicis dico, amoleta, aut amolimenta. Non pauci vocauerunt *seruatoria*. Feltus *præbra* dixit, qualia de Caiæ Cæcilie Zona sumere frequens Ethnicis fuit. Græci vocauerunt *periaptia*, & *periammata*, vel *aporoopa*, aut *phylacteria*; De cuiusmodi phylacteris Iulianus Chaldaeus, Magus insignis, diffusè scripsit, vt liquet ex illis Suidæ de eo. *Iulianus Chaldaeus philosophus, (pater Iuliani illius, quem Theurgum vulgò vocant,) scripsit de demonibus libros quatuor: Continet autem phylacteria pro singulis corporis humani membris; quales sunt operationes siue incantationes Chaldaica.* Meminit Magicarum huius senioris Iuliani Chaldaei præstigiarum, Sozomenus lib. 1. cap. 7. de lapide per eum vi Magici carminis dissecto, scribens. Estque fortè hic ipse, quem sacris precibus potentias adiurasse, scribit S. Augustinus 10. Ciuit. cap. 9. & quem principibus inter Magos, accenset Arnobius lib. 1. Hic ergo Iulianus senior, pater Theurgi, opus spissum scripsit de phylacteriis, sumens *phylacteria*, non eo sensu quo purpuræ prætexta ab Hebræis dicebatur *phylacterium*, vt notat S. Epiphanius\*, sed alio quem ex Hieronymo & Chrysofomo colligimus: apud quos (vt infra referam †) phylacteria erant encolopia quædam, vel si assuta aut contexta vestibus gestabantur, & eatenus respondebant phylacteriis Pharisaicis, cum quibus componuntur ab iisdem Hieronymo & Chrysofomo; tamen non erant ex vna illa phylacteriorum Pharisaicorum materia, sed ex aliis quoque materiis conficiebantur plerumque cum notis aut figuris, vel characteribus, vt latè tradunt, quoad posteriores Hebræos huius cœni lutulentissimos propolas, Loyerius lib. 8. de spectris, cap. 6. quoad Ethnicos verò, Bulengerius lib. 2. contra Mag. cap. 41. atque Greferus\*.

15. Plerosque in eam rem vsos esse annulis, notauit Abrahamus Gorlæus in Præloquio ad Dactylothemam. Sed omisit illustrem locum Clementis Alexandrini †, qui sic habet. [Execustus Phocensium Tyrannus, duos gestans incantatos annulos, qui inter se inuicem ab eis edebatur sonitu, sciebat tempus rerum gerendarum: mortuus tamen est dolo interfectus, etiam si id ei priùs significasset sonitus, vt dicit Aristoteles, in opere de Republica Phocensium.] En amuletorum nouo modo operans, hoc est non per efficientiam, vt cætera, (quæcumque tandem sit causa efficiens) sed per excitationem & admonitionem, vt homo sibi prospiciat & auertat imminetia mala. Cuiusmodi etiam erat pensilis ille annulus libras arotum ex carpathio filo per quam leui, mysticis disciplinis initiatus, qui Patricio & Hilario apud Ammianum a

† in Hieroclitis spiritualibus lib. 1. sec. 2. pun. 2.

\* hæres. 15.

† cap. 14.

\* l. 2. de crucce, c. 28.

† 1. Strom.

\* lib. 29. exitio

CA 7. 9. Alia placita de fine Cerei Agni.

\* in Quæstio Imperat.

† ad canon. 61. Trullana.

\* orat. contra Græc.

† canon. 61.

exitio fuit. Nec ab similes fuisse videntur annuli septem Iarchæ Indi, Apollonio Thyanao concessi apud Philostratum lib. 3. Item Gygis annulus apud Herodotum lib. 1. ac Plinium lib. 33. cap. 1. & Lucianum in Nauigio, nec non annulus Eleazari Iudæi iuxta Iosephum. Alios annulos, aliter per modum amuleti fuisse vsu manifestum est. Sic mulieris clarissimæ Petroniæ, annulum à Iudæo ad morbi insanabilis curationem capillatâ Zona ad nudam carnem accingi iussim, refert S. Augustinus 12. Ciuit. cap. 8. Testatur item Lucianus in Philol. annulum ferreum ex cruce quadam confectum, Euctari aduersus demones pro amuleto fuisse. Alexandri Magni imaginem, in annulis aut dextrochetis per modum amuleti gestatam, scribit Trebellius Pollio\*. De imagine Herculis supinè iacentis, leonem strangulantis annulo inclusa & gestata digito, præsentissimo ad dolorem colicum amuleto; locus est apud Alexandrum Trallianum lib. 8. Testatur item Aristoteles, veteres Medicos pro amuletis habuisse implimentamenta quædam, quæ contexta essent veluti acerbula & cirrhamenta in piscium quorundam pedibus, quibus plegmatitis digitos inferebant.

16. Extra annulos incantatos, vel materia quapiam superstitiosa quasi grauidos, vsus plerumque fuit, si cum adiunctis variis generis appendicibus superstitiosis, haberi pro amuletis aut phylacteriis. Audi Theodorum Balsamonem †. [Phylacterij, hoc est remedium seu amuletorum præbitoris, dicuntur qui fraude dæmonis, eis qui à se decipiuntur, vincula quadam ex sericis filis contexta, quæ & *σθηρα* dicuntur, præbent: quæ aliquando quidem intus habent Scripturas, aliquando verò falsa quædam alia, quæcumque inciderint. Dicunt autem hæc iurare, si ex collis eorum qui illa accipiunt, perpetuò pendeat ad omne malum vitandum.] Subiicit varia in eam rem exempla amuletorum discussa in Synodis, & præmiserat de Arctotrophis qui in vsurum capite & corpore toto, appendentes tincturas, & pilos ex ipso tondeutes, eos vna cum tincturis præbent vt amuleta. Neros, ossa, pelliculas, herbas ac radices, apud Ethnicos fuisse pro amuletis, refert Tarianus\* adscribens dæmonum operationi omnem talium amuletorum efficacitatem. Vt Meritò Synodus Trullana †, huiusmodi Phylacterios (sic enim appellat,) si respiscant & redeant ad cor, sexenni segregatione mulctet; De pertinacibus autem sic statuat. [Eos qui in iis persistunt, & non ab eiusmodi pernicioso Gentilibusque studiis auertuntur, & aufugiunt, Ecclesiâ omnino exturbandos decernimus, sicut & Sacri canones dicunt; *Que est enim luci cum tenebris communicatio, vt ait Apostolus, vel que templo Dei cum idolis confusio, vel que fidei cum infideli pars est? que autem Christo est cum Belial ac demone conuentio?*] Eusebius lib. 3. de demons. cap. 6. refellens eadmodum qua Christus & eius discipuli in suspicionem malorum artium vocabantur; eos purgat quia [ne agrotantibus quidem permittunt multa quæ multi efficere conantur; aut foliorum

inscriptionibus colligationibusve vti, aut eos qui se incantatos profitentur, accendere; aut radicem herbarumque suffumigationibus aliisve eiusdem generis nonnullis, medelas sibi morborum sufficere. Hæc namque omnia à Christi doctrina, exclusa sunt: neque vnamquam intueri licuit Christianum qui colligatione vtetur, neque Magicis nugationibus, neque foliorum quorundam laboriosis inscriptionibus, neque cæteris similibus quorum vsus indifferentem plerique arbitrantur. En quo loco habeat Eusebius colligationes, seu amuleta.

Haut aliter in hæc Satanica commercia, & putres Ethnicismi reliquias, concitantur Tertianus orat. contra Græc. S. Basilii in Psal. 45. (agens de iis quibus Deus in tribulatione non est refugium & virtus,) S. Epiphanius in calce Panarij, Nicolaus I. respondens Bulgarorum quæsitis ad 79. S. Chrysofomus hom. 12. in 1. Cor. S. Augustinus, cuius sermonem de martyribus & phylacteriis allegat Pithæus in Glossar. capitul. V. *Phylacteria*, libatis in de plagulis. Videndus item alibi †. Et apud Gratianum 26. q. 5. c. vult. qui adducit Iudæorum, Augustini hac in parte exscriptorem S. Bonifacius ea ad Zachariam Papam Episcopa qua illi est Pontificatum gratulatus, pulcherrimum in hanc rem ex S. Augustino locum adducit. Queritur ibi S. Bonifacius, quod carnales homines, Idiotæ Alemanni, vel Bauari, vel Franci, Roma reduces scandalum vitæ accepissent, cum ex aliis, vt vocat, paganiis, tum ex eo quod dicerent [se vidisse ibi mulieres Pagano ritu phylacteria & ligatas, & in brachiis & in cruribus ligatas habere, & publicè ad vendendum venales ad comparandum aliis offerre.] Impugnat ista & exterminanda contendit S. Bonifacius, prolato præter cætera luculento S. Augustini testimonio, quod erat serm. 241. de tempor. vbi S. Augustinus admonet atque contestatur, [qui caragis, & diuinis, & aruspiciibus vel phylacteriis crediderit, etsi ieiunet, etsi oret, etsi iugiter ad Ecclesias curat, etsi largas elemosinas faciat, etsi corpusculum suum in omni afflictione cruciauerit, nihil illi proderit, quamdiu sacrilegia illa non reliquerit.] *Caragos* vocat literones istos qui phylacteriis quibusdam insculpebant certas literas, vt etiam nunc assolent. Nam idcirco à sculptura, literæ dictæ *καράγαρα* vt Hermannus Hugo rectè aduertit †. *Caraxare* quoque idem est quod insculpere vel inscribere iuxta illud Prudentij in hymno S. Romani.

*Caraxat ambros conculis scribentibus Genas, eruntis & fecat faciem mortis.* Sed & Aldelmus lib. de laud. virginis. cap. 10. flexos literarum apices, in quadrata parietis pagina caraxatos commemorat. Assensius per omnia est S. Bonifacio hos caragos & phylacteria damnanti Zacharias Papa dicens, \* [hoc & nobis & omnibus Christianis detestabile & perniciosum esse iudicamus.] Multis item in hanc abusionem conclamat S. Eligius. Is quippe est, teste S. Audouino, germanus autor Tractatus de rectitudine Catholice conuersationis, perperam S. Augustino adscripti sub cuius initium, multa in hanc

† tract. 7. in Ioan & doct. Christi.

† lib. de primis scribentibus Orig. cap. 2.

\* epist. 1. ad S. Bonifaciu.



C A P. 9. Alia placita de fine cerei Agni.

rem disputantur. Damnavit quoque Phylacteria, Concilium Laodicenum cano. 36. dicens ea esse ipsarum animarum vincula. Reiecit item has pestes, verius quam remedia, Concilium Turonense celebratum aetate Caroli Magni cap. 42. & ipse Carolus in Capitularibus lib. 6. cap. 72.

\* in Philop.

Satyra 1.

Sed quid mirum, damnari à Patribus & Christianis Principibus talia, cum Ethnici quoque, nec qui inter eos religiosissimi, illa improbarint? Nam Antoninum Caracallam succensuisse usurpantibus hæc remedia, scribit Spartianus. Præterea Luciani Iannas. Sed & Perlius describit & ridet sollicitam feminam curam pro infante ne fascino pateret, & adhibitum ei periaptum.

Ecce avis, aut metuens Divum matertera, cumis Exerit puerum, frontemque atque vda labella Infanti digito, & lustralibus ante salinis, Expiat, vrentes oculos inbibere perita.

Id quod ad omnia æque pro tutando infante anilia amulcta pertinet.

17. Videri ergo iure potuit, eliminandis ab usu Christianorum omnibus huiusmodi pestibus percommodum, cum alia phylacteria sacra adhibere, ut crucis particulas, de quibus in eum finem latè Gregorius lib. 2. cap. 17. & 8 aut plagulas Sacrorum Evangeliorum iuxta S. Gregorium lib. 12. epist. 6. & vitæ Roberti Regis scriptorem Helgaldum; tum hæc de quibus agimus, Christum agni specie omnium malorum auerunt, præferentia, sapienti & prouida Ecclesiæ cura in hunc finem instituta. Ut quemadmodum Deus, aduersus omnes Diaboli nequitiis & vniuersum ab eo in nos exprompte malignitatis apparatus, alexipharmaca similis formæ prouidit, lignum aduersus lignum, & alia quæ Nazianzenus enumerat; ita Ecclesia in fidelium tutelam semper excubans, aduersus hæc Satânica amolumenta, non abstulit formæ pia & sacra remedia excogitauerit; qualia reuera sunt, quæ factorum agnorum particulis afutis aut intra inuolucra conclusis, piè usurpatis continentur. Et ita faciendum admonet præter cæteros Petrus Massæus lib. 1. contra diuinatores cap. 11. Estque sine dubio hæc tutela, & validior & Christianum decentior, quam sit gestatio pugionis ante pectus à ceruicibus dependentis; quo munimento instructas quasdam veterum in Gallia statuas, exhibet Scriptor Gallus a; & fuisse eum morem hautum ab antiquis Romanis, liquet ex Suetonio b, qui de Galba scribit; Ingressus paludatus, ac dependente à ceruicibus pugione ante pectus. Est inquam sacri Agni munimentum longè potentius, quam pugionis de collo suspensi; nec est ambiguum, quin multo magis deceat Christianum. Itaque potuit haud dubiè Ecclesia, hanc tutelam fidelibus prouidere, institutis in eum finem cereis Agnis. Fauet huic opinioni, quod in formulis benedictionis seu consecrationis horum Agnorum; rogatur Deus, ut gestantibus sint ad remedium malorum, & aduocamenta bonorum.

† orat. 1.

a Ludou. Dorleans ad anal. 1. T. 2. etii. b cap. 11.

18. Piè ista & ingeniosè esse excogitata, non eo inficia. Verè enim potuisset Ecclesia ex eo præcisè sine eliminandi profana amulenta, sacras has cezas instituire. Nego tamen ita factum esse. Coniecturæ enim & rationes quas supra proposuimus, satis manifestè ferunt, finem institutionis Agnorum cereorum fuisse, refricare fidelibus memoriæ Christianæ ipsorum natiuitatis, & infantie. Esto, ut vltus sacri huius monumenti esset frequentior atque vegetior, apprecetur Ecclesia cum usurpantibus, vbertatem bonorum, & à malis indemitatem: idque Deus variis operibus supra naturam acceptum sibi esse testatus sit, conferens interuentu harum testerarum bona plurimæ, & auerruncans mala; Tamen finis primarius, aut etiam vnicus institutionis primæ horum Agnorum, is fuit quem dixi, non autem ut essent amuleta aduersus fascinum, vel ut essent loco periaptorum superstitiosorum, aut Magicorum; vel ut essent incentiua ad excutiendam vecordiam, & abiicienda sensa puerilia, exclusa ab his testeris habitudine ad Baptisum: qui sunt fines, ex quibus Autores cum quibus agimus, factam cereorum Agnorum institutionem censuerunt.

19. Nominatim verò per se concidere videtur quod proferebatur de sit rogatione horum Agnorum in locum bullarum pueris nobilibus appendi apud Ethnicos solitarum. Nam si Agni cerei in eum finem esse instituti, deberent solis infantibus vel adolescentibus vsui esse. Soli namque ingenii pueri bullas illas præferrebant, quarum loco, lorum tribuebatur pueris libertinorum; & vtraque crepundia deponebantur cum ætas maturior adueniebat, iuxta illud Poëtae \*.

Hetruscum puerum si conigit aurum Aut nodus tantum & signum de paupere loro.

Hetruscum enim aurum vocat, quod Papinius s. Sylu. in Epicedio in Patrem, nobile pectoris aurum nominauit, iis versibus de aditu ætatis maturioris,

— Etenim te diuite ritus Ponere purpureos infantia adegit amictus

Sirpis honore datos, & nobile pectoris aurum.

Hoc igitur aurum pectoris quia ut doctus Poëta in 7. dixit,

Aurea pectoribus demissa monilia pendunt,

Deponebatur ab iis qui è tenera ætate excedebant, ut proximè ex Papinio audisti, & confirmant illa bullati hæredis apud Iuuenalem \*.

Cum primum pauido custos mihi purpura cessit,

Bullæque succinctis laribus donata pependit.

Nec non illa Propertij †, de seipso, in Horti persona,

Mox ubi bulla rudi demissa est aurea collo,

Matris & ante Deos libera sumpta togæ.

Si igitur cereus Agnus esset factum symbolum &

\* Iunen. Satyr. 5.

\* Satyr. 5.

† lib. 4.

& signum excitatum ad abiiciendam vecordiam proportionale bullis Gentilium, & inductum ab Ecclesia ad sanctificandum usum illum Ethnicum. oporteret solam minusculam ætatem gestare cereos Agnos: cum tamen & omnes passim baptizatos accepisse cereos Agnos superius sit monstratum, & nunc quoque omnis ætatis & sexus personæ eosdem vsurpent. Quid quod ad eos fines accommodari videri potuisset ritum Christi de Cruce pendentes, vel imago augustissimæ Eucharistiæ? Idem esto de amuletis iudicium. Si enim cerei Agni essent instituti in eum præcisè finem, ut essent amuleta sacra & morborum remedia, quia sunt Christi imagines, non videretur cur Ecclesia ad eum usum symbolicas hæc Christi imagines prælegisset potius quam Christi imagines nullis symbolorum inuolucris adoperatas. Præterquam quod vltus factorum encolpiorum, fuit ab omni Christiano æuo receptissimus ex cruce aut sanctorum reliquiis, ut in infra attingam. Et liquet ex facto S. Germani, quem eius Acta referunt tradidisse S. Genouècæ denarium fortè obuium, Cruce imagine notatum, ut perforatus è collo gestaretur tanquam encolpium.

Vt quid ergo hoc symbolicum encolpium in eundem finem? Quare tamen si sententia de sine institutionis Agnorum cereorum quam discussimus; pia sit nec inuicissimilis, tamen sententia cui subscripsimus verissima videtur: institutos scilicet fuisse hos Agnos, ut essent percepti baptismi, & Christianæ nutritionis infantilis, perpetua monumenta.

20. Ex illis quæ aduersus Cardinalis Baronij sententiam sunt disputata, videri possit sufficienter reiectum quod in hanc rem asseruit Vincentius Bonardus in Italica Tractatiuncula de Agni Dei antiquitate, eum enim Baronius sententiæ suæ autorem laudat. Habet tamen insuper Bonardus nonnulla, ratione quorum aliam item sententiam de sine institutionis Agnorum factorum ei licet tribuere. Existimat itaque Bonardus, sicut cereus Paschalis est representatio columnæ qua ducit Hebræi in Paschate mare sicco pede transferunt (in eum enim finem institutum esse Paschalis cerei ritum, Tractatores Ecclesiasticorum rituum tradunt, & fusè ac perpulchrè describit Prudentius \* eo hymno quem ad incensum cerei Paschalis conscripserit) ita ritum cerei Agni, inductum esse ad recolendam Agnum quo in Phæse seu trāsitu Domini illi ni oportebat postes Hebræorum, ut domus non læderetur ab exterminatore, quod Ægyptiis accidit media nocte. Eamque causam fuisse censet idem Auctor, cur fides olim in Paschæ pernoctatio, ad mediam vsque noctem hæterent in templo. Idcirco ergo præter ceream columnam cereus Agnus institutus est, ut Paschalis Agni præfatus ritus recoleretur. Vnde facile est fidelibus alligere ad recognoscendum Christum toties in Scripturis sub Agni innocentissimi specie expressum, cuius sanguine redempti sunt ab instante morte, nec sicut Ægyptij perierunt ab exterminatore. Consequenter verò facta ad eum finem cereorum Agnorum institutio, com-

\* hymno 5. Cæcæm.

Theophili Raynandi Pontificia.

modare potuit ad abrogationem amuletorum ac bullarum profanis ritibus infarratarum, quarum vltus erat in Ethnicismo.

21. In hac sententia, quod dicitur consequenter accessisse ad institutionem ritus cereorum Agnorum, iam discussum est circa Baronij opinionem, ex hoc Autore desumptam. Quod verò nunc insuper additur, Ecclesiam per cereum Paschalem & cereos Agnos, recolere columnam ignis & Agnum Paschalem per quæ Hebræi indemnes ab Angelo vastatore ducuntur in terram promissam acceperunt, non satis consentaneè ad usum Ecclesiæ additur. Ecclesia quippe non est sollicita de recolendis præfatis ritibus, & gestis Hebræorum. Vetera enim transferunt, & facta sunt omnia noua. Et quamuis ritus omnes Christiani, sint grauidi multis mysteriis, ut notat S. Chrysostomus †, expendens illud Apostoli, loquimur Dei sapientiam in mysterio; & plerique rituum nostrorum, sint similis formæ cum veteribus typis, ut S. Petrus de arca & diluio ad Ecclesiam & baptismum comparatis dixit: Tamen nunquam Ecclesia recolat quid Iudæis acciderit, sed potius quid in nostri figura illis euenerit. Considerandum ergo potius fuerat, quæ per columnam & Agnum Hebræorum fuerint figurata. Ea namque sunt quæ Ecclesia recolat, non autem columna & Agnus Hebræorum.

22. Et columnam quidem significasse ad typum fuisse Christi ductantis electos suos ad terram promissam, lubens admitto. Sed nego id esse accipiendum de Christo, prout tantum ducit electos, præluens eis omnis virtutis exemplo; quod vnum in columna Hebræorum, si per eam ad res nostras reptandum sit, perspexit Aduersarius. Accipiendum ergo est, de Christo, prout per nubem & mare, atque adeò per Baptisum Christianum (quod notauit Apostolus) deduxit electos in terram fluentem lac & mel. Et ita pulchrè Zeno Veron. \* Eoque pertinere, cum vniuersum Magni Sabathi officium, ut optime persequitur Rupertus lib. 7. de offic. cap. 1. & sequitur nominatim Paschalem cereum, multa confirmant. Formula prior benedictionis cerei quæ extat apud Ennodium, illustrissimè id monstrat de cereo. Sic enim ibi habetur. [Te ergo quæsumus Domine, ut sicut typico præfata mysterio, ita resouanda agmina ducat hæc columna trans gurgites. Æstuet nobis semita præparata per maria, & stiat callis puluerulentus in fluctibus. Nihil hic est, in quo discrepent antiqua nouis, aut moderna veteribus. Tu semper idem Dominus & Sacerdos, memoratus per Prophetas. Hic est ad cuius precatum fluente siccetur, ut Hebræus transeat. Ægyptius deprimatur, & mergis in aqua corporibus sola sentiat culpa naufragium.] Hugo Victorinus † non minus commodè agens de specialibus Militarum Observationibus. [Cereus (inquit) ad memoriam nobis reducit columnam populo Israëlitico datam à Deo in deserto, quæ erat eis nubes ab æstu protegens in die, & columna ignis lucem præbens in nocte. Columna autem illa & cereus iste, Christi figuræ sunt qui

C A P. 9. Alia placita de fine cerei Agni.

† hom. 7. in 1. ad Cor.

\* serm. 10. de Exodo.

† lib. 3. erud. Theol. c. 17.

CAP. 9. Alia placita de fine Cerei Agni.

\* l. 2. de Sacram. parte 9. c. 5.

† cap. 2.

† s. hom. de refut.

& ab æstu vitiorum protegit & lucem sapientia infundit. Hoc autem Christi beneficium, & baptizandis promittitur, & baptizatis dum sunt in via non subtrahitur. Unde columna illa populo data est, rubrum mare in figura baptismi transituro, & cereus noster erigitur in Ecclesia & accenditur priusquam catechumeni baptizentur. Idem alibi \* agens de Paschali cereo. [ Hic cereus Christum designat. In cera humanitatem, in igne diuinitatem. Qui catechumenos ad baptismum præcedit illuminans, sicut olim columna ignis, filios Israël mare rubrum transeuntes præcessit, per ignem illuminans, & obumbrans per nubem. Sub eadem figura, iuxta consuetudinem antiquam, in die Paschali in Ecclesia Romana Agni cerei benedicuntur, & populo distribuuntur. ]

23 Manifestè Hugo, & cereum, & Agnos, ad Baptismū refert. An quia mare baptismi in quo pereunt Aegyptij, rubrum factum est per sanguinem Agni pro nostra salute fufum? Est enim Ecclesia ob baptismum vt supra cum Theophane dicebamus †, domus purpurea seu porphyra. Scitè item aliqui apud Philonem Carpathium in illud Cant. 3. ascensum purpureum. [Sunt qui per ascensum purpureum, lauacrum sacri fontis intelligant. Vt enim purpura regale est indumentum, sic & lauacrum cœlestis Regis, regia nos veste amicit. Nam si corruptibilis purpura, tantum habet studij apud mortales ne maculetur atque sordescat, quanquam peritura omnino & è belluis marinis comparata; quanto maiori studio atque diligentia animi, conseruari debet cœlestis lauacri regeneratio, non ex maritimis quidem feris, sed ex cœlestibus thesauris sacratissimi Iesu Christi sanguinis, fulgentissimum & sempiternum habens colorem? ] [ Ruber mare rubrum (ait Ino serm. de Sacram. Neoph.) ruber & baptismus, Christi sanguine consecratus. ] Quia ergo Agnus verus Paschalis Christus Dominus, per baptismum tollit peccata mundi, & suo sanguine rubricat aquam cuius perfusione abluimur, vt propterea Chrysostomus, † de baptizatis dicat, eos esse lilia noua de fonte plantata, homines qui laucrunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine Agni; Zorobabel gregis nostri (vt cum Theodoro loquar) nempe Magnus Constantinus, referente Anastasio in Syluestro, [ in labium fontis baptisterij, Agnum ex auro purissimo fundentem aquam, ] collocauerit; quia inquam ista sic se habent, non absurdè in baptismi symbolis præter columnam, Agnus adhibetur; Cuius ritus potior etiam causa est, quod per Christum Pascha nostrum, efficitur Agni seu filij Dei in Baptismo. Nam si Agnus cereus per se primò spectaret Baptismum prout asserbatur & eadem ratione qua cereus, exhibens veritatem columnæ Hebræis præuic; oportuisset sicut cereus consecratur ante baptismi collationem vt posset baptizandis præire, sic Agnos cereos distribui ante baptismi perceptionem, cum tamen dati sint semper postea, & nunc octiduo post distribuuntur. Non essent item mergendi in aquam, & (vt Ceremoniale Romanum loquitur) baptizandi in similitudi-

nem renatorum. Quare vt demus in huius ritus institutione allusum esse ad Agnū Paschalem, cuius veritas æquè ac columnæ cernitur in Christo baptizatos mare transeuntes saluante; tamen Agnus Paschalis ad quem est allusum, non est Christus absolutè, sed Christus vt suo sanguine liberans filios Dei. Atque ita ritus Agni cerei spectat decus illud renatorum quo per aquam baptismi purpurascens Agni Christi sanguine (idecirco enim dictus est venisse in aqua & sanguine, vt S. Ambrosius notauit\*) efficiuntur Agni siue Filij Dei, conformes Christo primogenito in multis fratribus.

24. Postremam refero sententiam de fine institutionis sacrorum Agnorum ab Onuphrio Panuinio traditam, eo libello quem de baptismate Paschali, & ritu ac origine consecrandi Agnos Dei, ab eo habemus Hanc inquam eius sententiam postremo loco discutendam propono, tum quia in eius libellum his pridem conscriptis & prelo maturis incidi, tum quia longè minus habet probabilitatis, quàm sententiæ hactenus adductæ ac discussæ, tamen ex parte aliqua id ipsum affirmat quod Cardinalis Baronius. Supponit ergo Onuphrius, (& idem ferè habere dicitur mihi non visus Robertus Louianus in opere de mysterijs Ecclesiæ, agens de baptismi Agnorum Dei; supponit inquam Onuphrius, baptismum olim extra grauem necessitatem, solo tempore Paschali conferri solitum, nempe ipsis Paschatis ac Pentecostes sacris diebus, & sex consequentibus. Quod probat ex solemnibus Missarum & officiorum per totos illos dies. Semper enim fit in eis mentio Baptismi, aut renatorum, Dominica verò quæ nunc in Albis dicitur, officium Missæ, & in Epistolari & in Euangelica lectione, paranesim ad fidem continet, quia tunc Neophyti albatu sacro intererant, eoque finito domum regredientes deponerant vestes albas, vnde nomen ei Dominice apud veteres Dominica in Albis depositis, sicque tunc concludebatur Paschalis baptismi solemnitas, consummanda in clausula temporis Paschalis, si qui baptizandi superessent, hoc est in Pentecoste, quæ de Paschæ pendet articulo, vt ex S. Leone supra diximus. Cum autem vsus ille baptizandi in Paschali duntaxat tempore, paulatim obsoleueret, eo quod infantes ob varia ætatula illius discrimina, non expectato Paschali tempore, curantibus & vrgentibus fidelibus parentibus baptizarentur; adulti verò catechumeni qui ad fidem recens accederent, adulta iam per orbem Christiana fide, pauci restarent, visum est Romanis Pontificibus loco baptismi catechumenorum, instituire baptismum simulacrorum cereorum, Agni specie consignatorum, vt constaret posteris, quo tempore omnia illa circa cereos Agnos præstantur, similia olim præstita esse circa catechumenos. Et idecirco Agni cerei multipliciter benedicuntur, & in aquam chrismate ac sacro oleo perfusam merguntur, moxque extrahuntur, vt fiebat catechumenis cum baptizabantur. Vtrique item dicuntur baptizari, & Agni. Nam vt ex sancto Paulino probat Onuphrius, ij qui baptizabantur, Agni vocabantur

\* lib. de iniciandis, c. 4.

† lib. 1. Sacram. c. 6.

\* lib. 3. Genial. c. 12.

CAP. 9. Alia placita de fine Cerei Agni.

\* Epist. 83.

† Epist. 11.

† S. Hieron.

cabantur, vt intelligerent quam placidi patientesque esse deberent, quod ipsum Agnorum nomen cereis simulachris commune est. Sunt igitur cerei Agni, iuxta Onuphrium typi emortui veterum catechumenorum, ac monimenta antiquæ consuetudinis baptizandi tempore Paschali: cuius vsus vestigia, idecirco ait in cereis orbibus remansisse, quod his qui olim tempore Paschali baptizabantur, daretur bulla cerea candidissima, chrismate & oleo sancto delibata, præferens imaginem agni è collo ante pectus appendenda, quæ insigne esset triumphantium de Satana, & mundo, & ingenuorum puerorum. Nam his duobus personarum generibus, tributam apud Ethnicos Romanos bullam, docet Macrobius † Summa est, sententiæ Onuphrij, de fine institutionis agnorum cereorum, cuius extrema pars aliquid habet cum sententiâ ex Baronio proposita commune; quoad substantiam tamen est protus alia.

25. Hæc sententiâ longè improbabilior est quàm alia antèdixi disculsa. Et vt dissimilem, pleraque ab Onuphrio in eius propositione & illustratione, ex mera coniectura propria aut voluntariè conficta quoad minutoria adiuncta huius negotij, pro more quem in hoc auctore sæpè fugillat Cardinalis Baronius; vt inquam minutias plerasque ad examen non vocem, in ipsis visceribus sententiæ Onuphrij, nihil est quod satisfaciât. Nam ex dicendis capite 13, constabit, baptismum solemnem, non nisi tempore Paschali celebrari solitum adhuc tempore Caroli Magni, & Ludouici Pij, sub annum Christi octingentesimum, idque ipse Onuphrius agnoscat. Atqui vsus Agnorum cereorum sub illud solemnis baptismi tempus distributorum, memoratur tanquam antiquus ab Amalario Ludouici Imperatoris æquali, & ab Alcuino Caroli Magni præceptore, & longè antèrius in Ordine Romano. Quomoddò ergo fingere licet, sacros Agnos cereos, esse excogitatos in subsidium (vt sic dicam) exolescentis moris baptizandi tantum tempore Paschali? Quid verò tantoperè intererat meminisse, baptismum olim eo duntaxat tempore fuisse solemnius administratum, vt propterea tam mytica tamque sacra ceremonia esset excogitanda?

26 Substitutos verò esse veris hominibus, cereos (vt sic dicam) homines, ad antiqui illius vsus ritum vteunque retinendum cum audio, videor audire affingi Ecclesiæ vsum Ethnicorū apud quos, vt multis exemplis illustrat Alexander Neapolitanus,\* eiusque Glossator Tiraqueillus, solemne fuit simulata pro veris adhibere; ita vt sæpè hostia, vel effigies è cera, aut è massa facinæ aqua subacta, adhiberetur loco veræ hostiæ, alteriusve rei ad cultum numinis necessariæ. Id quod etiam notat Seruius ad illud quarti Æneidos,

Sparserat & latices simulatos fontis Auerni.

Quia enim ad ritum illum exigebatur aqua fontis Auerni, & ea deerat, adhibita est alia aqua, sed quæ fictione iuris (vt sic dicam) denominata est aqua Auerni. Sicut in sacris Ididis, aqua Nili spargenda erat: Et tamen obuia quælibet aqua vsurpabatur, sed denotat Theophilus Raynaldi Pontificia.

minabatur Nilotica, vt notat Scholiastes Iuuenalis, ad illud Satyræ sextæ,

A Meroe portabit aquas, vt spargat in adem

Ididis, antiquo qua proxima surgit ensili. Cyzicenis bouem nigram Proserpine immolare ex vsu erat. Ea victima cum deficeret, fatinaceam bouem fictam adiuouerunt aræ. Tametsi miraculo Satânico, vt sacra essent in veneratione, Vacca quæ trans fretum cum reliquo Cizicenorū armento pascebat, relicto armento ad oppidum transiit sola, & se aris admouit. Ita scribit in Luculli vita Plutarchus. De Pythagora testatur Gregorius Nazianzenus\*, cum in eâ venisset necessitatem vt sibi sacrificandum esset, (quandoquidem aliqui sacrificia minime probabat, boue ex argilla confecto, sacrificium exoluisset. En igitur simulata pro veris adhibita in sacris.

Eodem refertur, quod S. Ambrosius † ait de sacrum facientibus in Cybeles honorem. [Vnde igitur exemplum quod curus suos simulato Almonis in flumine lauat Cybele?] Almo enim fluuiolus est Romæ in prima regione, apud quem Romani Cybeles sacra obibant, Phrygio ritu. Cum autem alibi à Romanis contingebat sacra fieri Matri Deum, fingebant fluuiolum quempiam, ad quem ritus ille peragebatur, esse Almonem, falsum pro vero vsurpantes. An ergo huiusmodi figmentum Catholicæ Ecclesiæ affingit Onuphrius, columnam veritatis transformans in ficticem ac veratricem, vt olim vocabantur muliercula simulatrices in sacris?

Sapiunt ista profectò de cereis Agnis, pro hominibus representatiuè adhibitis, sapiunt inquam (vt hoc quoque addam) ludicrum persimile ei quo cereus, homo tantum representatiuè, de ponte Miluio olim pro viuo homine deturbari in Saturni honorem cepit, veri hominis deturbatione per Hæculum abrogata. Narratio est apud Plutarchum de hæculos cap. 6. atque Macrobius †. Ego eam ex Lactantio lib. 1. capite vigesimo primo reddo, qui cum cereo stramineum hominem deturbari solitū, ex Nasone sic refert. [Id genus sacrificij ab Hercule cum ex Hispania rediret, dicitur esse sublatum, ritu tamen permanente, vt pro veris hominibus imagines iacerentur ex scirpo, vt Ouidius in Fastis docet,

Donec in hæc venit Tirythius arua, quotannis

Tristia Leucadio sacra parata modo, Illud stramineos in aquam misisse Quiritis.

Hæculis exemplo corpora falsa iace. Hæc sacra Vestales Virgines faciunt, vt ait idem,

Tunc quoque præcorum Virgo simulacra virorum,

Mittere robora scirpea ponte solet.]

Sic Lactantius de ludicra illa cerei & straminei hominis pro homine viuo substitutione ne profus intercederet antiqui ritus memoria; quale ludicrū in Ecclesiam inducit Onuphrius, fingens eam pro baptismi veterum fidelium, baptismum simulacrorum cereorum


CAP. 9. *Ala plari- ta de fine cerei Agni.*

rum induxiffe, celebrandum eodem ritu ac ceremoniis quibus olim celebrabatur tali tempore fidelium baptifmus, tantum ne homines dedifcerent, olim tali tempore, & cum talibus ceremoniis folitum fuiffe celebrari verum baptifmum. Quare Onuphrij fententia de fine institutionis Agnorum cereorum, præterquam quod peccat in multis adiunctis, circa confecrationem Agnorum longè improbabilior eft aliis omnibus, difcuflis toto hoc capite.

Alphonfus Cicarellus à Meuania libro de Agnis Dei cap. 2. (in quem M. S. his pridem vulgatis incidi,) finem cereorum Agnorum fuiffe ait, recolare memoriam Agni quem Chriftus in vltima cœna comedit, cum obuauerunt fibi vetera & noua Sacramenta. Supponit autem, Agnos Dei ex prima S. Clementis I. institutione, confecrari folitos feria V. in cœna Domini. Adfcribit ille hunc Agnorum cereorum finem, Ioanni de Virgilio, in Opere de hiftoria Regni Catholici Romanæ Ecclefiæ a, & S. Gregorio Nazianzeno lib. 1. de triplici Ecclefiâ. Hæc tamen vix egent confutatione. Nam Pontifices pofteriores, mutaffe diem confecrationis & diftributionis Agnorum fi finis institutionis eorum, fuiffet commemoratio cœnæ Dominicæ ea die peractæ, & Agni Typici in ea iuxta legem manducati, nullo modo eft verifimile. Allegatio autem S. Gregorij Nazianzeni in eam rem, valdè friget vt infra b rurfus dicam. Omnia denique adiuncta huius facri ritûs, clamant quod diximus, & vix vlla ex parte iniquant, institutionem eius fpectafle memoriam comeltionis Agni legalis. Quare abiicienda eft fententia prædicta.

a cap. 21.

cap. 13.



CAPVT X.

*Deus vfi cereorum Agnorum ad finem institutioni Ecclefiastica propofitum, operibus fupra naturam aftripulatus.*



X conftitudo Agnorum cereorum fine, nempe vt fint in Chriftianæ generationis & nutritionis monimenta, inferri videtur, haud abs re, Deum tot tantæque fupra naturam frequentiffimè patrallè interuentu horum cereorum Agnorum, quanta audiuius facta iam pridem, hodièque fiunt variis locis. Sunt enim telleræ Catholicifmi; ita vt qui eos vfurpat, profiteatur, penes fe extare gratiam recordationem beneficij à Deo in Catholica Ecclefiâ accepti, per baptifmum, & Chriftianam nutritionem. Itaque mirum non eft, Deum qui Ecclefiam fponfam fuam habet acceptiffimam, mirabilibus effectibus atteftari, gratiam fibi effe gratitudinem ob collatum in Ec-

clefiâ tam ingens beneficium, accedente præfertim Ecclefiæ ipfius deprecatione, quæ ad incendendum affectum vfurpandi hæc pia monimenta ad finem recolendi baptifmi, precatur Deum, vt in gratiam ea vfurpantium, mikos illos effectus operari dignetur. Proponamus primùm aliquos ex huiusmodi effectibus, tum modum quo præftantur attingamus.

2. Vniuerfè ac generatim, opera fupra naturam diuinitus patrata in gratiam eorum qui hos cereos Agnos vfurpant, defcripfit fat proluxo carmine Andreas Fufius. Pauci verfus qui nomine Vrbanus V. circumferuntur, miffi cum cereis Agnis ad Græcorum Imperatorem, adfcribendi hoc loco funt, tamen inculci & gracilem redolentes auenam: Sed adfcribendi funt, quod & ab Hæreticis allatrati ac demorfi funt, vt infra referam, & plerifque Catholicis difficultatem ingeffert, ad cuius complanationem funt neceffariò præmittendi. Sic igitur aut verus, aut creditus Urbanus, de cereo Agno.

*Fulgura defurfum depellit, & omne malignum.*

*Peccatum frangit vt Chrifti fanguis, & angit.*

*Prægnans fernatur fimul & parum liberatur.*

*Dona refert dignis, virtutem destruit ignis.*

*Porciatus mundè, de fufilibus eripit vnda.*

*Parfque minor tantum tota valet, integra quantum.*

Hos verfus paulò cultiores nec fine locupletatione aliqua exhibuit in hunc modum Gulielmus Eftius.

*Pellitur hoc figno tentatio demonis atri.*

*Et pietas animo furgit, abique tepor.*

*Hoc acconita fugat, fibiæque pericula mortis:*

*Hoc & ab infidiis vindice, tuus eris.*

*Fulgmina ne feriant, ne faua tonitrua la-*

*dant,*

*Ne mala tempeftas obruat, iftud habe.*

*Vndarum difcrimen idem propulſat & ignis,*

*Vllaque ne noceat vis inimica, valet.*

*Hoc facilem parium iribuente, puorpera fatum*

*Incolumem mundo proferet, atque Deo.*

*Vnde rogas vni tam magna potentia figno?*

*Ex Agni meritis, haud aliunde fluit.*

3. Iuuat antiquioris item Poëtæ, in eandem fententiam non minùs excultos verfus proferre. Is eft Ianus Vitalis, qui ante Eftium, & hos de cerei Agni effectibus verfus, & alios ab eadem manu de materia & aliis caufis Cerei Agni adductos cap. 8. fic expreffit.

*Candida cera Dei, diuini ope numinis, Agnos.*

*Agnos nouellos conficit.*

*Adduntur fucco mox balfama pinguis oliui,*

*Et lymphæ puri gurgitis.*

*Conceptis verbis arcano & munere facras Romanus illos Pontifex.*

Et

*Et quia defignans nobis myfteria summi*

*Agni, polorum Principis;*

*Reftituit nobis proprio qui funere vitam:*

*Agni rogat Vicarius,*

*Ventorum vt rabiem exentiant, pelagique procellas,*

*Felufque frangant fulminum:*

*Vt Sygios noſtris pellant à fedibus boſtes,*

*Vt ſteda tergant crimina.*

*Flammaram extinguant incendia dira, boſiſque,*

*Opes honores augeant:*

*Præterea mortis horrenda pericula tollant,*

*Mortis repente concita.*

*Sit victor quiſquis pugnant, dei laudis honores*

*Agni nouellis debitos.*

*Exorent nobis diuini numinis auram,*

*Opis fequeſtres caeliuum.*

*Omnia ſunt votis noſtris, atque omnia poſſunt,*

*Culti fideli ſpiritu.*

*Vt ſunt in ſeipſis, pars totum quelibet vtque eſt*

*totum illud abſque partibus.*

*Hæc rogat, & ſanctis vndis ſimul abluit agnos*

*Paſtor gregis mortalium.*

4. His vniuerfè præmiſſis, operæpretium eſt ſubneſtere in particulari, aliqua exempla ex innumeris quæ vbiuis quotidie audiuntur, initio factò à beneficiis temporalibus inde progrediendo ad ſpiritualia.

a De Dæmon. c. 45. n. 17. b c. 12. orat. de Agno. c. 7. decretal. d lib. 2. de vita Pij V. e lib. contra Illyricum.

Narrant Thyreus a, Molanus b, Petrus Matthæus c, Antonius Gabutius d, & Gerardus Buſæus e, Hiſpanum militem è copiis Ducis Albani in Belgio, hoſtibus hæreticis duce Aſtaico Principe captum anno 1568,

10. Octobris, cum propè Traiectum ad Moſam fuiſſet arbori alligatus, & omnino multis ſcloporum diſpoſitionibus appetitus, ſemper manſiſſet illæſus, ſuſpicionem inieciſſe occulti cuiuſpiam munimenti, vi ſcloporum inpenetrabilis. Itaque ſpoliatus eſt, nihilque deprehenuſ habere præter cereum Agnum è collo ſuſpenſum, quo ablato, ad primam ſclopodi diſpoſitionem occubuit, quem nullæ antea glandes ſapè ſapiùs diſpoſis ſclopis emiſſæ, Agno munitum, lædere vlla ratione potuerant. Henricus à VVeze Cancellarius Cluuenſis, tunc agens apud Aſtaicum, id ſe ab eo accepiffè teſtatur eſt, vt refert Gerardus Buſæus. Habent in hoc exemplo milites, vnde petant amuleta & ſchediaſmata longè ſecuriora, quam quæ paſſim ab huiusmodi hominibus geſtantur, irrito paſſim euentu, & ſemper noxio. Nam beneficia Dæmonum de S. Leonis ſententia, omnibus ſunt nocentiora vulneribus. Diſſerit fuſè de ſuperſtitioſis illis militum amuletis Nauæus lib. de ſtudio militari à pag. 394.

† c. illo 12.

Antuerpiæ ſuo tempore, extinctum eſſe immane incendium per cereum Agnum, ſcribit Molanus †. Parem Agni efficitatem experta eſt Ciuitas Meſſanenſis anno 1585. cum poſt ſeptem horarum ſtragem ab igne

perflantibus validè ventis agitato illatam, reſedit illic ignis, iniectis in illum cerei Agni particulis. Feliciùs etiam Chriſtianus Iapona priuſquam domus eius igne in viciniâ excitato corripereſceret, Agnum Dei cereum è collo detractum, de prælonga arundine ſuſpenſum, igni obijciens, incendium auertit, vt ſcripſit è Iaponia Petrus Gomes.

C. A. P. 10. *Diuina ope- ra per cereum Agnum.*

5. Monachij, quæ Bojorum eſt metropolis, cum armamentarium vniuerſum horribili incendio conflagraſſet, lignea tamen cyſtula quæ cereos Agnos continebat, etiam ſi non nihil ipſa eſt ambuſta, cereos tamen Agnos ſeruauit planè illæſos, tam aperto miraculo, vt non potuerit eſſe dubitationi locus, vt recitat Iacobus Gretſerus lib. 2. debened. cap. 51. Non debere porrò iſta videri incredibilia, liquet ex antiquo exemplo ceræ, petita è templo S. Martini, quæ incendium æquè reſtinxit, vt recitat Gregorius Tuonenſis \*. Itemque ex alio exemplo apud VValafridum in Actis S. Galli, de cera pallula inuoluta, quæ templo S. Galli nondum illata, tantum quia ei deſtinata erat, in horrendo incendio manſit illæſa. \* 1. de mirac. S. Mart. c. 12.

Ab igne ad aquam venio. Tiberim ſupra modum ac motem omnem tumidum, & vaſtitatem Romanæ vrbi comminantem, compeſcuit coniectus in eum cereus Agnus, iubente Pio V. Nam ſtatim atque ſacræ ceræ plaguncula aquas contigit, reſedit Tiberis, & Romanus populus terrore ſolutus, vrbs exitio ſubducta eſt: vt in eiuſdem verè Pij Pontificis rebuſ geſtis †, ſcriptum reliquit Antonius Gabutius. † lib. 6.

Aduerſus aërias tempeſtates, fulguribus præfertim ac fulminibus formidabiles, conducere Agnos Dei, perpexerat Innocentius III. qui pinnis Turris Comitum, Gentilium ſuorum quam ædificabat, immitti curauit cereum Agnum. Æquè Sixtus V. anno 1581. quo fuit erectus Obeliſcus Vaticanus, voluit in ſummo eius faſtigio, per Epifcopum Ferratinum, agnos aliquod cereos confecratos includi, ad tutelam à cœleſtibus manubiis. Idque eſt quod in verſibus Vrbanus V. dicitur de Agno cereo.

*Fulgura defurfum depellit, & omne malignum.*

6. De parturientium leuamine per cereum Agnum, ſunt frequentia exempla. illud ſpectatis adiunctis eſt conſideratione dignum. Ruſticus Germanus ſecta Caluiniannus, cum è pago Ratiſponam veniſſet anno 1596. & Caſtechilten de cerei Agni virtutibus, præter cætera ad leuandas partus difficultates, audiſſet, alto cachinno excepit dicentem. Vix domum regressus, vxorem diris puerperij cruciatibus, qui totam noctem inſequentem tenuerunt, miſerè ad extrema deductam offendiſt: tactuſque dolore cordis intrinſecùs, miſit ſuppliciter petitum plagulam ſacræ ceræ quam detulerat, vt leuamen vxori crearet. Admotione ſacri ſigni, ſcœmina ſcœliciter enixa eſt, confeſcraque hæreſeos eiuratio, vt habent eius anni literæ, data, è Raſtiponenſi Collegio.

Morborum vim ſapè diſcuſſam admotione cerei Agni, exempla pleraque docent. Illuſtre

CAP. 10. est quod Seduni anno 1623, contigisse, referunt testes. omni exceptione maiores. Mulieri ex morbo delirandi, amica religiosa mulier, clam in ora vestis consuit particulam cerei Agni. Eius tanta vis fuit, vt illico sanata sit ægra, & mentis potestati restituta.

7. Innumera sunt quæ recenseri possent de spiritualibus beneficiis interuentu Agnorum cereorum collatis, præsertim aduersus demonum vim aut præstigias. Quo in genere, nouem non admodum antiqua & petillustria exempla profert Delrio lib. 6. Mag. c. 2. sect. 3. q. 3. remed. 10. Adde nonnulla alia. Ac primo illud quod recitat Claudius Caron pericia rei Medicæ & fidei Catholicæ ardentis studio clarus inter Annonæenses. At igitur anno 1581. cum ingens numerus energumencorum è vicinis pagis Annonæum aduenisset, ibique Satan à Sacerdote, ritu Catholico ad veritatis enunciationem & digressum ab energumenis vrgeretur, manu sinistra semel ac iterum in pugnum compressa, cerei Agni plagulam quam habebat immisisset, & dexteram manum similiter in pugnum compressam vni energumencorum illorum obtulisset, quam ille nihil moratus prehenderit. Cum autem tertio, dexteram manum compressam in pugnum, & plagulam in ea Cerei agni obtulisset energumeno, immisisset manui, plagula consecrata procius ignato, tum energumenus minacibus oculis ipsum Caronum verberare, & dexteram valide repellere, omnibus modis renisum suum, & rei manu contentæ horrorem testari. Et quamuis mutata subinde manu, nunquam tamen falsus est, sed semper pugnum quo cerea plagula continebatur, discreuit à pugno vacuo, ita vt ad vacuum tranquillus esset; ad plenum, mirum in modum erraretur. Subnecto alterum quod mihi scripto tradidit omnique fide dignum confirmauit, Pater Christophorus Planchette. Dole apud Sequanos non ante multos annos, maleficus supremi Senatus decreto flammis additus est; sex pueris (non liberis, sed pueris) quod Auernali conuentui interfuisset, præire, & falces quibus maleficus incendendus erat, præferre iussis. Maleficus priusquam ignibus absumendus dederetur, cum esset in ergastulo, Patribus Societatis ad ipsum ventitantibus contestatus sæpè sapius est, iam pridem se fastidire vitam, quam dæmon ærummosissimam redderet, contra datam initio fidem. Furebat enim in miserum, & minis & illatis plagis, nisi ex præscripto truculenti domini lauitet maleficiis in quocunque. E sexaginta itaque annis quos iam exegerat, non nisi duodecim tranquille abs se decursos querebatur; tranquillitatis duodennis causam petebat ex sacra Agni consecrati effigie de collo suspensa, per quam rabiei Satanae subductum se esse profitebatur, ex quo eam à quibusdam Patribus tanquam potens aduersus Satanam amolimentum acceperat. Post annos verò 12. cum inter temperandum in flumine æstiuam calorem, corruptus esset funiculus è quo dependebat cerea Agni imago, eaque desluxisset in flumen; illico Satan infelix mancipium ex aquis abductum, & sublime per aëra auctum, ad terri-

mam seruitutem adegit, donec Senatus decreto, per flammam haud inuitus vitam abruptit.

8. Aliam ex ea colluic, scribit Delrio \*, \* 2. Mag. q. 22. propè Samarobrinam anno 1599. cum strigatrix esset, & per iudicem subiecta tormentis, immotam semper eluisse pertinaciter cruciatu omnes, perinde ac si sensu careret. Nam nec sæuissima pedum vstulatione, nec flagrorum validissime impactorum acerbitate, ad aliquid fatendum adigi potuit. Monitu denique pij cuiusdam Sacerdotis, iniecta est strigatrix cerea Imago Agni sacri, & collo eius appensa; confestimque dæmoniaca indolentia euauit, non ferente demone præstigiatorum ludibriorum autore, sacri amuleti præsentiam. Vnde vt Bernardus Oliuerius, Martino Delrio narrabat, Saga vim doloris persentiscere, discusso stupore Satánico cepit. Tantus est Satanae horror Agni cerei consecrati.

Adscriptu dignum est quod anno 1609. Lemouicis contigisse scribit Petrus Ancoranus a. Fœmina pistoria in panem album de more suo, farinam deprensus, affusa per sagam mixtura quapiam, aded nigrum ex subacta farina panem confecit, vt conspici absque horrore, necdum assumi ad comedendum non posset. Attonita mulier, Confessarium consuluit; à quo admonita est, vt qua primum vice panificium repeteret, particulas aliquas cerei Agni immitteret massæ farinariae subactæ. Quod cum fecisset, panem inde nacta est & colore & sapore, & vndeunque, præcellentiorum quocunque per ipsam ad eam diem confecto pane. Et rata maleficium euauisse, abstinuit pia illa particularum cerei agni immisione intra massam; denuoque panis, nigerrimus ac supra finium putens ex panificio extitit. Quare illa pium vsum repeterere est adaucta, ne operam & farinam perderet.

Pias mulieres Catholicas in tractu Sedunensi, immites mariti sordentes hæresi, barbarè dirèque tractabant circa pietatis & religionis officia, dæmone ferociam in vxores immittente vitis. Compescuit vim dæmoniacam, & viros tranquillauit, clam in eorum vestibus consuta cerei Agni particula, ita vt deinceps negotium facessere coniugibus religionis ac pietatis causa destiterint. Sic habet Epistolaris ex eo tractu Historia anni 1623.

9. Iam quomodo prædicti morales effectus præstentur per vsum Agnorum cereorum consecratorum, duplex occurrit dicendi modus: quorum vnus efficaciam illam moralem Agno consecrato committit, alter verò actibus vtentis cereo Agno. Ecclesia enim in consecratione Agnorum, conserit committitque quodammodo iisdem preces suas, interuentu Pontificiæ benedictionis, vnde vis moralis impetrandi varia bona & auertendi mala, consequens preces Ecclesiæ quasi confertas & immisissas Agnis consecratis, est illis velut intrinseca. Præterea verò is qui cereo Agno consecrato vtitur, solet varios actus pios profunderere occasione cerei Agni consecrati, quibus per fidem quam in Catholica Ecclesia com-

\* lib. 3. de incoact. dæm. d. 1. c. 3.

\* lib. 1. in Leuit. ad cap. 9.

\* titulo de Sacramentibus.

bibit, & profiteri pergit sub summo Ecclesiæ capite Agnorum consecratore, poscit à Deo perfundi congruo rore cælestis beneficentia, vt hæc aut illa bona consequatur, malæ depellat. Quæ actuum vis moralis, extrinseca est cereis Agnis, nec nisi velut concomitans: tamen actus quos consequitur, ad Agnos terminentur, nec nisi Agnorum occasione eliciantur. Dicamus aliquid de vtraque illa efficacia morali sigillarim.

10. Prior moralis efficacia, quam dixi esse Agnis consecratis velut intrinsecam, proportionaliter se habet ad vtentem, sicut efficacitas sacramentorum ad suscipientem, respondetque aliquatenus ei fructui Sacramentorum qui dicitur ex opere operato. Non specto rem causatam, siue gratiam & remissionem peccatorum, sed tantum specto operandi modum. Sicut ergo Sacramenta, quia sunt veluti facta Christi meritis, eo ipso quod alicui ritè disposito applicantur, producant fructum vltra vires operationum suscipientis, concomitantium Sacramenti susceptionem, quæ est causalitas ex opere operato: Ita Agni consecrati, aduehant ei à quo vsurpantur, impetrationem Ecclesiæ, respectu bonorum quæ Pontifex consecrans appæccatur iis qui hæc sacra symbola piè vtiuerint. Quæ efficacia, quamuis non excedat vires impetrationis, nec quoad assecutionem effectus quem respicit, sit aded statata ac fixa, ac est efficacia Sacramentorum quoad gratiæ aduectionem, eo tamen certior ac plenior est præ quamuis impetratione, vel priuatorum fidelium, vel inferiorum ministrorum Ecclesiasticorum, quo sublimior est Pontificis persona, & aptior vt exaudiatur pro sua reuerentia; siue pro munere quod gerit, viciniæque ad Christum cuius est Vicarius; siue pro fauore totius Ecclesiæ quam sibi adiungit appæccatorem, & quidem cum solemnitate tanta, quantum vix vsquam alibi sit reperire. Operosissima sanè est templorum & altarium consecratio, longè tamen minor est eius solemnitas. Nam & ab Episcopo, & quories liberit, perfici potest. Consecratio autem Agnorum, sit à solo summo Pontifice, nec nisi primo anno initæ sedis, & deinceps quolibet tantum septennio. Quod si de cuiuscunque Sacerdotis benedictione verè scriptum est ab Hefychio \*, [ Non propria virtute Sacerdotes benedictionem præstant; sed quia figuram ferunt Christi, possunt propter eum qui in ipsis est, præstare benedictionis plenitudinem: ] Quanto magis summus Sacerdos, Christi super terram Vicarius, cum maximè agit publicam in Ecclesia personam, & per quam solemnem benedictionem adhibet, certam faciet impetrationem bonorum quæ exposcit vtentibus cereo Agno, quantum impetrationis vires ferunt, iuxta diuinarum legum præscriptum? Sic argumentatum in hanc rem est Concilium Mediolanense V. f.

11. Hæc tota efficacia, est extra quascunque vires respondentis actibus hominis vtentis cereo Agno: cui consimilem vim plerique concesserunt signo crucis. Nam cum per se sic tantum expressio Christi de cruce pendentis, tamen in consecrationibus & benedi-

ctionibus quæ nomine Ecclesiæ obeuntur, (in eis enim semper adhibetur, vt notauit D. Augustinus serm. 19. de sanctis, & tract. 18. in Ioan. susceque monstrant Gretserus lib. 4. de cruce, cap. 11. & Durandus lib. 2. de rit. cap. 45. num. 7. ) vltra efficaciam respondentem actibus consignantis, continet efficaciam insignem à consertis ei Ecclesiæ precibus, vi quarum consentaneè ad facta diuinæ prouidentia, impetrat iis quibus tale signum admouetur, varia bona quasi ex opere operato, id est independentè à meritis concomitantibus operantis, & vltra vires actuum quos elicit. Imo (quod etiam plerumque competit cereo Agno) & signi crucis expressio & admotio cerei Agni, fructuosa esse possunt absque vlla subiecti cooperatione: sed tunc Deus habet rationem applicationis factæ ab alio. Videns quippe fidem consignantis alium, eive admoventis cereum Agnum, eadem plerumque bona concedit, vel mala auertit, quæ concederet vel auerteret si passum ipsum se disposuisset ad ea beneficia per actum proprium. Ea igitur passi dispositio per voluntatem vtendi sacro ritu, & fidem de eius vtilitate, & gratia apud Deum, suppleri hic potest per alium: Et sicut cum quis per seipsum dispositus suscipit Sacramentum, talis dispositio non excludit opus operatum Sacramenti; ita neque in vsu libero & pio cerei Agni, neque in signi crucis expressione, cuius proportionalem efficaciam ex opere operato, latè versat Gretserus \*.

12. Restrinxi tamen primam hanc moralem Agnorum consecratorum efficaciam, intra fines impetrationis, quia nullam in eis agnosco vim ad remittenda peccata, quantumuis leuia. Neque id voluit Verificator ille qui dixit de Cereo Agno,

Peccatum frangit, vt Christi sanguis, & anqit.

Potest enim debetque accipi, de vi tollendi peccata per solam impetrationem bonorum moruum, quibus peccati remissio comparetur. Ratio huius restrictionis quoad virtutem cereorum Agnorum, eadem est quæ pro cæteris Sacramentalibus, aut vt Lucas Tudenis appellat a 3 minoribus Sacramentis, ab Ecclesia excogitatis vel excogitabilibus. Nullam quippe eis inesse vim ad remittenda ex opere operato peccata quantumuis minuta, tradunt graues Theologi Durandus b, Bonauentura c, Suares d, Valques e, Pefarinius f, Lessius g, Præpositus h, Bonacina i, atque Filliucius k. Videturque omnino verum. Quicquid nonnulli censuerint de vi remittendi ex opere operato peccati maculas minutiores, conferta per Ecclesiam pani benedicto, aquæ lustrali, benedictioni Episcopi, vel Abbatis consecrati. Videtis de ea vi collata per Ecclesiam pani benedicto, VValdensem tomo 3. cap. 67. atque Stephanum Durantium 2. de rit. c. vlt. De eodem autem aquæ lustralis effectû, Turrecrematam tract. de aqua bened à cap. 5. Martilium Columnam sect. 3. hydragiol. cap. 2. Valentiam 3. p. d. 7. q. 4. p. 1. Gretserum lib. 2. de bened. cap. 9. & 25. atque Durantium lib. 1. de rit. cap. 21. n. 5. apud quem lib. 2. c. penul. n. 4. idem

CAP. 10. Diuina opera per cereum Agnum.

\* lib. 4. de cruce, c. 62.

alib. 1. contra Albig. c. 3.

b in 4. d. 21. q. 3. c. ibid. art. 3. q. 1. d. 4. 3. p. d. 11. c. 1. n. 4. e 3. p. q. 87. dub. 1. f ibid. art. 3. disp. 1. g lib. d. iust. c. 43. dub. 11. h 3. p. q. 81. n. 28. i disp. 5. de Sacr. q. 6. c. 2. p. 2. k tract. 6. n. 130.



CAP. 10. Divina opera per cerei Agnum.

lib. 1. de bened. cap. 36.

idem legitur de pari efficacia benedictionis Episcopi, vel Abbatis inaugurati: quae sententia si vera & solida esset, multo magis idem concedendum esset benedictioni longè solemniori & propriae solius Pontificis, cuiusmodi est benedictio cereorum Agnorum; cui propterea Gresserus I, eam vim tribuit quoad labeculas peccatorum ex opere operato abstergendas. Sed ut dixi, neque benedictioni Episcopali, neque ulli ex Sacramentalibus Ecclesiasticis propositis, vis praedicta tribui potest: quia in re tanta, & in qua de ipsarum divinarum iniuriarum tamen leuium remissione agitur, nihil asserendum est absque idoneo fundamento Verbi Dei, scripti aut traditi, quod hic nullum profertur. Nec illa etiam adducitur idonea ratio, quae collationem & quasi impressionem talis efficaciae, monstrat esse tribuendam potestati Ecclesiae. Imo cum sint septem Sacramenta, per quae remissio peccatorum parari potest; insuperque cum homo interuentu bonorum actuum possit se vltimò disponere ad assequendam ex opere operantis remissionem venialium peccatorum, superfluum propè videretur, relinqui Ecclesiae facultatem ad instituenda Sacramentalia, quibus inderet eam vim abstergendi immediate veniales maculas. Neque Ecclesia vquam professa est se tali potestate polleat; aut mentis suae esse, annectere ulli se excogitato pietatis instrumento, vim remittendi immediate, & ex opere operato, culpas veniales. Ad summum ergo cogimur admittere Sacramentalia ab Ecclesia instituta, quae ad peccatorum absterisionem conducere libri rituales tradunt, polleat vi morali applicandi ea vsurpantibus, preces Ecclesiae talibus Sacramentalibus quasi conclusas, quibus boni motus impetrentur ad leuium macularum absterisionem; quae est mediata talium macularum absterisio per Sacramentalia Ecclesiastica. Hoc video à plerisque agnosci quoad aquam benedictam, & idem libens concedo quoad Agnos consecratos: negata tamen iisdem vi quacunque per Ecclesiam indita, ad remittendas ex opere operato & immediate culpas, tamen leuissimas. De vi absterisiva reatus temporalis post ablatam culpam residui, alia est ratio. Hanc quippe vim, Ecclesia potest Sacramentalibus à se excogitatis conferere per Indulgentias, quas Agnis consecratis non raro annecti, experientia docet.

13. Quoad posteriorem efficacitatem moralem, constat actibus vltimorum cereo Agno, etque duntaxat concomitantem & extrinsecam, quamvis respectuam Agni sacri, & ad eum terminatam, res est perspicua. Neque enim dubitare licet, quin actus illi quibus homo per vsum cerei Agni consecrati proficitur Catholicismum, profunt ei plurimum ad gratiae incrementum ac reatus ex culpis ablati residui absterisionem, & exorationem multorum bonorum, malorumque depulsionem ex opere operantis consequendam. Id tamen peculiare non est huic negotio, sed commune vsurpationi cuiuscunque Sacramentalis, cui Ecclesia preces suas in gratiam vsurpantium conferuit, V. G. aquae benedictae. Neque verò exultandum est, duas istas effi-

acitates ad impetrandum quatum vna est ex opere operato, altera ex opere operantis, facere vnam vim impetrandi auctiorem: se habent enim extensiuè, nec coalescunt in vnam quasi gradualiter intensiorem, sed se concomitantur, absque coalitu & adunatione, in vnam fortioerem impetrandi vim moralem, quod minus rectè perspexit Molanus \*. Secus esset, si prior efficacitas esset conditio personae, cuiusmodi est gratia sanctificans vberior respectu operantis. Censetur enim dignificare actum, & vna cum intrinsicis dotibus actus constare vnam auctiorem merendi & impetrandi facultatem, quia est conditio seu qualitas personae operantis; atque adeò non est extranea actui ab ea persona mananti. At efficacitas de qua agimus, est aliquid extrinsecus illatum, non personae vel actui eius, sed termino actus; puta aquae benedictae, vel cereo Agno qui vsurpatur à persona; vnde nullo modo spectat ad conditiones personae, nec influit in actum eius.

Nec plura de gemina efficacia morali ad impetrandos à Deo certos effectus. Ex eo autem quod sola impetratio hic memoratur, excluditur certitudo omnimoda impetrandi effectum captatum per cerei agni gestationem. Vnde habetur vanam esse Matthaei Paris Monachi S. Albani in vita Ioannis II. vel fugillationem vel obmurmurationem, eo quod bis de caelo tactum esset S. Albani templum, quantumvis in sacra turri positus esset cereus Agnus. Ipse appellat impressionem ceream Papalem in qua Agnum Dei figuratur. Haec obmurmuratio praeccludit ex eo quod vis Agni ad praestandam tutelam non sit nisi per impetrationem quae nunquam est planè certa. Quid si verò inter alias densas eiusdem authoris deprauationes, & Pontificiae auctoritatis iuges demonesiones, haec quoque numeretur?



CAPVT XI.

Grunnius Sectariorum, contra vsum & tantam vim Cerei Agni.



Hic proxime declarata causalitate Agnorum cereorum consecratorum, euanescent quae aduersus eorum vsum, & mixtificos effectus, magno cum bombo intentant Sectarij. Vel enim sunt crassa & pinguis mendacia quae Soli obiecta colliquescant, in quo seruant antiquum morem hostium Ecclesiae, nitentium mendaciis & ventos pascentium; vel sunt tantum machinae malè materiatae, ex perperam percepta causalitate & efficacia pij huius symboli. Quare poterat facile haec cum eis

lib. 2. de bened. c. 36.

orat. de Agno, cap. 1.

eis concertatio praeteriti, praesertim cum non defuerint Sectarij qui hoc pietatis instrumentum vsurparint, vt notat Baronius tomo 12. in supplemento tomi 1. & quoad eos qui sunt refragati, satis accurate labore illo contundendi perfunctus sit nauis Ecclesiae pugil Iacobus Gresserus †. Operæpretium tamen videtur, breuiter rem excutere, ne haec tractatio hier alicunde.

Tantum porò æstus plerisque Sectariorum hac in parte corripuit, vt videamur singulos affari posse, verbis illis Hieronymi lib. 3. Apol. cap. 9. [ Tu videlicet flammeus, imo fulmineus, qui in loquendo fulminas, & flammis ore conceptas tenere non potes, atque vt ille Barchoch-bas autor seditionis Indicae, stipulam in ore succensam anhelitu ventilabat, vt flammis euomere putaretur, ita & tu nobis alter Salmoneus, omnia per quae incedis illustras & nos fumosus arguis. ] Haud aliter vnusquisque aduersariorum typho turgens haeretico & spirans minarum, ad astuosissimam concitationem & zelum ementitum pro Dei gloria, summe ignorantiae & impietatis ac blasphemiae, etiam demoniaci commercij, Magicique maleficii Catholicam Ecclesiam insinulat, quod Agnis cereis consecratis vtatur, eorumque tantam vim & effectus celebret. Video autem duas veluti turmas, seu acies impetentium sacros Agnos secerari posse. Quidam enim huc aduocant, quae generaliter aduersus amuleta sacra à combibonibus Sectaris intorta quandoque didicerunt. Alij verò vrgent specialia quaedam contra cereos Agnos, & quae illis tribuuntur.

1. In priore acie sunt nepotes Valdensium quorum hodièque reliquiae supersunt in vicinis vallibus. Valdenses enim iam pridem, in vsum quorumcumque sacrarum amuletorum bacchari sunt, telis imbellibus quae aequè petulantur ab eorum Nepotibus intorquentur in sacros Agnos. Adducuntur quidam Patres, visi sacra quaecunque amuleta improbare. Nam S. Chrysostomus non semel homil. 73. in Matth. & 19. ad popul. & 43. in 1. Cor. fugillat vt superstitiosum, vsum appendendi è collo puerorum, sacra Euangelia; id quod apud eundem Autor Imperfecti Operis in Matthaeum † tribuit superbiae captationi opinionis, magnae sanctitatis. Nec parior est in huiusmodi pietaciolorum reprehensione S. Hieronymus \*. Sunt etiam nonnulla contra eum vsum Sibyllani argumenta \*. Quod si gestatio rei tam sacrae quam est diuina Scriptura, eiusve particula quae piam, vsurpata vt periaptum & amuletum, displicuit grauissimis hisce Patribus, non apparet quomodo probaturi essent vsum gestandi in eum finem aliquid longè despiciatius, puta cetera plagunculam: cuius esse eandem rationem quam illorum ex Euangelij plagulis amuletorum, patet ex vulgari apud plerisque Agnorum sacerorum nomine. Plerisque enim è vulgo in his oris, tamen exoleto iam pridem vsu appendendi collo Euangelia, siue eorum particulas, vocant Agnos sacros Euangelia, retentose licet & ad eos extenso antiquo nomine sacrarum amuletorum, constantium particu-

† homil. 43. \* in cap. 23. Math. \* dec. 3. c. 9. 9. 2.

lis Scripturae sacrae. Sicut igitur Patres allegata Euangelica amuleta reiecerunt, ita & Agnos cereos eidem scopo deservientes reiecit sunt censendi. Per argumentum peti potest, ex improbata nonnullis Catholicis sacrarum reliquiarum suspensione è collo, vt sint gestantibus amuleta. Id enim improbant Angelus \* atque Ciruelus †, eruditi ac graues Theologi. Argumentari denique licet, ex abrogata per Ecclesiam appensione sacrae Eucharistiae, tanquam amuleti; quam appensionem olim fuisse in vsu, docet exemplum B. Saryri, adductum in eius Monodia à S. Ambrosio. At quanto fatius esset, ab Eucharistia gestata praesidium petere, quam à cereo Agno?

3. In hac prima acie fundenda, nolo nunc hærere, quia reuera eius depulsio & contritio, non est praesentis instituti. Aliud quippe est, Agnorum sacrarum vsum esse licitum & sanctum ad sine o eorum primarium, aliud verò sacros agnos esse encolpia, & vsurpari vt amuleta. Quatenus enim sordet vsus amuletorum, nec fas esset in eum finem gestare Agnos sacros; tamen adhuc possent esse vsui, in ratione monumentorum baptismi suscepti, vel in ratione symbolicarum Christi imaginum: quia ratione excitarent pietatem. Id autem nobis satis est in praesentia, quia nunc tantum certamus pro honestate cereorum Agnorum, in ordine ad primum & primarium finem institutionis eorum. Inferius tamen tractando d' ibitationes morales pertinentes ad cereos Agnos, monstrabimus eos neque in ratione sacrarum amuletorum posse improbari: Et nequicquam Sectarios, siue circa haec, siue circa alia amuleta, obtendere praeter motum, antoritatem Patrum; quos omnia alia cogitasse ibi liquebit. Itaque ad ea quae specialiter Agnis sacris obiciuntur, accedamus.

4. Menades hic agunt Lutherus, autor Apiarij, Vergerius, Hospinianus, praeter ceteros eodem æstro percitos, verbis licet substrictiores. Lutherus, ( vah spurcum nomen ! ) expoſtulat [ cereos Agnos à Papiſtis multum ſacramento eſſe praſtatos. ] Non minus Tragicè autor Apiarij, criminatur; cereum agnum à Papiſtis conſecrari in locum aurei vituli quem Aaron conſtrauit. Hic tamen autor perperam ſe Apiarij Romanæ Eccleſiæ autorem indigitat, cum ſe non apem ſed araneum dicere debuerit, quandoquidem ex floribus non lectiſſima quæque vt ſolent apes, ſed venena tantum ſublegit, & exſugit è paluris ac carduis, quos ſibi viſus eſt in Eccleſiæ horto deprehendere, eſtque vbiuis maligniſſimus & virulentiſſimus, nec ad eius pertinens examina quem Origenes hom. 2. in Eſaiam, Apem ſuper Apes denominauit. Vergerius tom. 1. operum, ad finem; vociferatur ſummam eſſe indignitatem & facinus intolerandum, quod ſolus Papa horum agnorum conſecrandorum poteſtatem ſibi arroget. At cum ad illius proſtriti vericuli diſcuſſionem venit, peccatum franſit vt Chriſti ſanguis & argit, impotens ſui, nec iam valens cohibere impetum ſpiritus; [ Hic (inquit) cogit me zelus gloriæ Deimei, & tanta indignitas & enormitas

CAP. 11. Qua Sectarij contra cereum Agnum.

\* V. reliquia, tom. 4. † lib. de sum. perf. cap. 4. p. 3.

† tomo 1. collog. Latino. tit. de Papiſtis.

CAP. II. MITAS REI, vt exclamem; MALEDICTVS SIT PAPA, qui pronunciat, ceram cum Agno impresso, delere aut destruere peccatum, vt sanguinem Christi. Subdit, quantum potest voce contendens [Quid hic Theologastri, Antichristi satellites? Franguntne isti vestri Agnus Dei, ex cera adiurata confecti, peccatum vt sanguis Christi? &c. si audetis affirmare, iam estis non homines, sed sub persona, hominum, ipsimet diaboli.] Et id quoque acerbum cordolium creasse Martine Flaccio Illyrico, scribit Gerardus Busæus\*. Valdè etiam hoc vrget Godelmanus †. Eandem scetentissimam (vt ait) blasphemiam, inhalarunt Hospiniano verba illa formulæ benedictionis cereorum Agnorum. *Quemadmodum ille Agnus innocens, tua voluntate immolatus in ara Crucis, Iesus Christus filius tuus, protoplastum nostrum de diabolica potestate eripuit, sic isti Agni immaculati, virtutem illam accipiant, quos consecrandos offerimus in conspectu diuine maiestatis tue.* Idem, verbum baptizandi in ea formula adhibitum, vncialibus exscripsit literis, vt appareret sacrilegium Catholicorum, baptismo inanimatum ceram inanimatam Denique bonus hariolus, diuinat, Romanum Pontificem cum fortè inter legendum Apophoreta Martialis, deprehendisset Romanorum veterum vsum missitandi sigillaria, induxisse vsum Agnorum cereorum, haustum è lulentis illis Ethnicismi serobibus, quod Baronio † teste confirmat; concludens, æquè igitur impium ac fatuum esse, asserere, [ceræ sigillaria siue sigilla, conferre gratiam, crimina diluere, peccatorum maculas abstergere, & ab omni malo protegere atque defendere,] quam esse ait Pontificiorum doctrinam.

5. Hæc omnia nullo negotio existabuntur. Primum verò impingenda est mentio Luthero, qui cereos Agnos multum à nobis præferri Sacramento, eliminatus est. Id enim est obesum mendacium, Martino mendaciloquorum principe dignum. Nemo Catholicus, huius alteriusve vilius Sacramentalis, cum Sacramento quocunque, ac multominus cum Sacramento Eucharistiæ (quod Antonomastice Sacramentum est) contentionem somnauit. Æquè mendacium est, & quidem portentosum, quod autor Apianus est commentus, de vitulo Aaronico constat, in cereos Agnos transformato. Sed non mirabitur adè rudia & tam malè materiata mendacia eudi à Sectariis, quisquis nouerit, Hæreticis ex parte Diabolo progenitis, proprium esse quarto modo, calumnias & mendacia obtundere, iuxta illud de eorum germanis à Nouatiano\* proprio ipsorum propheta pronunciatum; [calumnias suas colligere consueuerunt, vt errorem proprium approbare nitantur.] Et vt optime dixit S. Irenæus lib. 1. cap. 15. [Perfectus apud eos quisquam non est, nisi mendacia maxima fructificauerit.]

6. Quod Vergerius apostata impurissimus, reuerentiam consecrationis Agnorum Pontifici factam exagitat, delirum est. An non enim in omni bene constituta communitate, quædam sunt præcipua sublimioribus Moderatoribus, prout postulat decencia, & com-

mune bonum? Mirum igitur esse non debet, quod in Ecclesiastica quoque polittia, quædam, inter quæ est cereorum Agnorum consecratio, referentur summo Sacerdoti, Christi in terris Vicario, nec cum inferioribus Antistitibus communicentur. Eiusdem Vergerij, & combibonum eius Stentorea conclamationes, aduersus comparationem sanguinis Christi & Agnorum cereorum, produnt manifestè, stupiditatem cum malignitate certantem in his Arcadicis pecuariis. Tentant enim persuadere, finguntque se credere, alicui quandoque Catholico venisse in mentem, vt sanguinem Christi compositum veller cum cereis Agnis, quoad efficacitatem frangendi siue destruendi peccatum. Sed nemo Catholicus tam fungus fuit, vt hoc existimaret; Ipsaque benedictionis formula, calumniam illam satis repellit. Nam in ea formula, Pontifex varios effectus apprecatur Agnis, per virtutem sanguinis Christi Domini. Itaque ad aliqualem nec nisi maioris inæqualitatis proportionem, pertinet illa locutio Verificatio, *peccatum frangit, vt Christi sanguis.* Et illa formulæ comparatio; *Sicut Christus crucifixus eripuit hominem à potestate Diaboli, sic Agni cerei virtutem illam accipiant.* Non sunt ista accipienda de æqualitate omnimoda, sed de aliquali duntaxat, & infinitis parasangis abiuncta, analogia. Velut cum iubemur perfecti esse sicut & Pater noster cælestis perfectus est. Similiter enim Agnus cereus dicitur peccatum frangere sicut Christus, cum summa disjunctantia; quia sicut Christus frangit seu destruit peccatum, ita & cereus quoque Agnus; sed vterque suo modo; nec hi duo modi, ob summam disproportionem sunt comparabiles. Præterea verò, sensus secundæ comparationis petiæ ex formula benedictionis Agnorum, esse potest, rogari Deum, vt sicut effectus ille ereptionis è potestate Diaboli, prestitus est certè & potenter per Christi sanguinem, ita dignetur annuere, vt Agni consecrati præstent effectum qui per eorum vsum depositur, eo modo qui diuini legibus conformis erit. Qua ratione, ea locutio optimum sensum & nulli criminacioni patentem facit. Penè exciderat, Delirium\* prioris comparationis inuidiam facile declinasse, negando curandam esse illius Verificatoris sententiam, cum nec fuerit Pontifex, sed priuatus homo; nec vt Pontifex fuisset, talia protulisset è cathedra. Monet ergo intendendum esse in solius Ecclesiæ publicæ & comperta oracula, quibus nihil tale pronunciatum vsquam legimus. Nobis neque responsio planè improbat, neque ea quam adhibuimus videtur inidonea.

7. Quod de baptismo Agnorum cereorum obiicit Calvinista Hospinianus, friuolum est & ridiculum. Dicitur quidem in libro Cereoniæ Romanæ Ecclesiæ †, post præscriptam agnorum mersionem & extractionem ex aqua, vt sint fonte velut nati; *Et omnibus baptizatis per Pontificem, vel per eius Prælatos, surgens Pontifex sine mitra, dicit super eos Agnos, has orationes, &c.* Sed frustra Hæreticus putat admitti hic à Catholicis baptismum, iuxta vulgatissimam in Ecclesia

\* lib. contra Illyr. † lib. 1. de lauitis c. 6.

† anno 58. n. 76.

\* lib. de Trinitate c. 30.

\* lib. 6. Magic. c. 3.

† lib. 6. sect. 7. cap. 8.

Ecclesia notionem; [qua (vt dixit D. Augustinus\*) Latina ex Græco consecratio sic habet, vt non solet alibi nisi in Sacramento regenerationis intelligi.] Ita quidem, si propriè & non translatiue loquamur. At si habeatur tantum ratio alicuius similis adiuncti, nouum non est, vt nomen *Baptismi* ad alia quoque transferatur, laxato vocis rigore. Sic Martyrium *baptismi* appellatur; & perfectus de peccatis dolor, donatur *baptismi* nomine, cum quis exclusus baptismi aquæ, prospicit sibi eo remedio. Templum quoque, ab Episcopo consecrante baptizati dicit Iuo Carnotensis serm. de dedicat. Era deniq; campana, cū benedicuntur, dicuntur baptizari, ob affinitatem in Nominalibus cum baptismo hominis. Et tinguntur quidem ad eum Nolarum baptismi Hæretici; sed baptismus ille intellectus eo quo dixi modo, subdicitur calumniæ, vt fusiùs tradunt Hæreticologi, nominatim Coccius\*; ac ex rituum sacrorum Tractoribus, Durantius lib. 1. de rit. cap. 22. num. 6. atque Gretserus lib. 2. de benedic. cap. 45. Videtis etiam Delirium\*. Et Suarem sicut ergo æs campanum, quia interuentu certæ benedictionis addicitur specialiter cultui religioso, & ad internotionem donatur certo nomine, dicitur baptizari, ob proportionem quam ea actio habet cum vero baptismo, in quo certum nomen inditur fidelibus; ita ferendum est, si aliqui nomen *baptismi* extendant ad consecrationem Agnorum, quia in ea fit mersio Agnorum in aquam, mox inde educendorum: qui est similitudinarius quidam baptismus.

8. Æquè ad calumniam pertinet, quod idem Sectarius impingit Baronio, de asserta Agnorum deriuatione ab Ethnicismo. Quamuis enim verum sit, & à Baronio traditum, superstitione in religionem versa, bullas Ethnicorum sanctificatas esse ab Ecclesia: hoc tamen longè abest ab ea cæmola origine Agnorum ex Ethnicismo, quam Calvinista commisit. Innumera sunt, quorum vmbra quædam in Gentilismo præcesserunt, & cum laude sanctificata sunt à Catholica Ecclesia obliterante illas Ethnicismi reliquias: quæ de re plenius alibi, & fusè etiam Martinius à Roa †. Quidni ergo istud quoque, illis annumeretur absque labe & noxa? Febriebar verò haud dubiè hic Sectarius, vel à cæna benè potus scribebat, cum chartis illiuit eam mentis suæ abortionem, alicui otioso Pontifici in mentem, venisse ex lectione Martialis, & deprehensa apud eum missitatione sigillarium, vt cereos Agnos excogitaret, & tam prodigiosis effectibus donaret, quam essit ipse Sectarius. Non sunt ista refellenda diligenter, imo ne refellenda quidem, sed exhibenda & ridenda. Sic materiz isti satisfiet, vt dixit in simili contra sui æui Valentianos Tertullianus †, qui addit quod hic merito locum habeat. [Multa sunt sic digna reuinci, ne grauitate adorentur. Vanitati propriè festiuitas cedit. Congruit & veritati ridere, quia lætans de æmulis suis ludere, quia secuta est. Curandum planè ne risus eius rideatur, si fuerit indignus. Carterum vbicumque dignus risus, officium est.]

Theophilus Raynandi Pontificia.

\* lib. 6. in Iulian. c. 9.

\* t. 2. l. 3. art. 6.

\* 6. Mag. cap. 2. c. 3. sub suem. lib. 2. in Iacobum c. 16.

† lib. de die natali, c. 1.

† cap. 6.

9. Latuit omnes Sectarios prædictos carmen de Agno Dei, quod ex M. S. Codice Benedictionum quibus Pontifex Maximus vtitur & in sacario Apostolico asseruatur, representat Andreas Victorellus ad Ciaconium in Urbano V. Eo carmine præter præcipuum offendiculum quod obtundunt Sectarij ex vi tollendi peccata Agnis cereis per Catholicos tributa, aliud continentur quod haud exiguo redemptum velint. Itaque dissimulandum non est, vt pateat quàm liberaliter agamus cum fidei hostibus. Sic igitur habet Car-

men. *Salue nostra salus, Agnus mirissime, salue Sanguine qui tollis crimina nostra uo. Salue quem sacra co fecit Chrisnatis vnda, Ceræque candidior, balsamisque liquor. Salue quem sacro quasi natum è fonte leuauit Romane Antistes maximus Ecclesie. Salue sancte Agnus subitis qui mortibus obitas Qui premis inferno quicquid ab hoste ruit. Qui nos ex flamma seruas vndaque periculis Quique fugas fulgur, demoniumque fugas. Qui nos iularis vitis; virtutibus ornas; Qui partum pariter cum pariente inuas. Qui confers laos infesto ex hoste triumphos Et reddis dulci prospera cuncta tuo. O Saluatoris monumentum nobile nostrum, O magni salue mystica forma Dei.*

Ex secundo præsertim ac postremo disticho perspicuum est sermonem dirigi ad Agnum cereum non ad Christum: Et tamen præter stultitiam in allocutione rei inanimæ, videtur inexpiables & nulla satis herba borich, nullo lixiuo eluibilis idololatria admitti, inuocando ceram, vt nostram salutem, eique vitiorum depulsionem & virtutum insertionem adscribendo. Itaque quas non Tragedias ad hæc lecta vel audita excitarent Sectarij? Quomoddò non ringerentur, Idololatrias vel Cerololatrias crepando Romanenses.

10. Erit tamen eorum vociferatio protus vana, nec aliter comprimenda quàm ea qua salutationi chrisnatis ab Episcopo confecti solent obstrepere. Antistes enim postquam Christina confecit, salutatur illud cum Presbyteris dicens, *Aue sanctum Christum*, quod Tillmannus Heshuius, Martinus Kemnicus, & Iohannes Calvinus seuerissimè notant, & pro delirio ac idololatria habent, vt videte est apud Bellarminum. † Sed idem dicere possent de allocutione & salutatione qua S. Andreas contuitus crucem in qua ligendus erat, vsus legitur, dicens *salue crux pretiosa*. Et multo magis de valedictione qua S. Gregorius Nazianzenus in orat. coram 150. Episcopis, secedens Constantinopoli, valedicit suæ

A a a 2 cathedræ,

CAP. II. Que Sectarij cõtra cereum Agnũ.

† lib. de confirmatione cap. 13.

CAP. II. Que Sectarij cura ce- reu Agnum.

\* in Epita pho 3 Paulz.

† lib. 1. de cruce, c. 61.

cathe'dra, & templo, aliisque rebus inanimatis. Aut de ea salutatione qua idem Theologus orat. 42. compellat sacrum Pascha quasi animatum. Vel qua S. Paula teste D. Hieronymo \*, compellauit & salutauit urbem Bethleemiticam cum primu[m] se ei dedit in conspectum. Omnia quippe talia pertinent tantum ad testandum affectum erga rem sacram & ad exhibendam ei reuerentiam tanquam rei sacrae non autem ad agnoscendam in ea diuinitatem vel etiam vitam intellectualem. Plerunque item salutato verbo tenus in rem inanimatam directa, terminatur reuera ad personam cum re illa inanimata coniunctam: vt cum dicitur, O crux aue spes vnica, quod ad Crucifixum terminatur: in quam rem plenius Gretserus †. Et ita contingit in re praesenti. Et quanquam nihil est quod nos astringat ad versus propositos praestandos puros, tamen ea ratione facile liberantur a calumnia.

Desipiunt ergo Sectarij, cum sacris ceris obstrepunt. Malignissime vero Angli sub Elizabetha, omnium bonorum spoliatioe & carcere perpetuo multarunt, omnes qui Agnos Dei in Angliam inueherent; aut reciperent, vel retinerent. Lex est numero decima, inter pecuniarias contra Catholicos Latae, quae describuntur in libello de persecut. Anglicana. Homines ab Agno Dei tanopere abhorrentes, non sequentur Agnum quocunque ierit.



CAPVT XII.

Quod magnorum virorum de cereo Agno consecrato iudicium.



1. ECTARIORVM impietati, obstrepenti pio vsui sacrorum Agnorum, opponendum est iudicium magnorum viroru[m], non secundum morem duntaxat magnorum qui sunt in terra (quanquam neque horum suffragium deest) sed quod multo potentius est, etiam magnorum coram Domino, iuxta praeclearam S. Ambrosij distinctionem. Quod ad lasciuos Haereticorum oculos perstringendos, aptiores sint qui in terra eminent, nonnullos primu[m] ex eis proferam, subiuncturus caeteros spirituali ac vera magnitudine insignes.

Carolus cognomine Magnum rebus pie ac fortiter gestis maximum, Leo III. Romanus Pontifex, corona Imperij donatum, auxit spirituali munere, Agno cereo vno: vt referunt nonnulli †; qui addunt, Carolum munus huiusmodi, non secus ac magnum & vere celestem thesaurum accepisse, & supra argentum & aurum, omnesque pretiosas gemmas vitimasse. Laudarem libenter in hanc

\* in Epita pho 3 Paulz. † lib. 1. de cruce, c. 61.

rem illustres & antiquos rerum Caroli Scriptores, Eginhartum, Theganum, & Notkerum Monachum Sangallensem, apud quos nihil tale lego. Scortia allegat Regestum Pontificium. Sed mirum fuerit id effugisse accuratissimum Annalium, & aded oculatum Scriptorem cecutiuisse hac in parte. Data quidem a Carolo Magno, Regia multaque munera Leoni Papae, post magnificentissimum epulum in primo Leonis & Caroli congressu ad Rhenum, scribit Autor Poematis de aditione Caroli, per Leonem pessime a Romanis habitum. De muneribus vero Carolo a Leone tributis, plane silet. Postea quoque cum Carolus anno 800. coronatus est a Leone in Imperatorem, nulla est in temporum illorum scriptis mentio munerum Leonis ad Carolum, sed tantum immensorum Caroli munerum, praecipuis Romanis Basilicis oblatorum, quae Anastasius in Leone III. recenset. Verum est, ipso sedis Romanae a Leone inita principio, anno nimirum 796. misse esse a Leone ad Carolum nondum Imperatorem munera, vt habent eorum temporum Acta: sed vnura signant, claus de S. Petri corpore, & vexillum Romanae urbis. De misso ad Carolum a Leone, cereo Agno, nusquam mentio. Itaque tamen vnde id recentiores hauserint, me later; reicere tamen vt confictum, nec possum, nec debeo, sed ad Autorum fidem ac diligentiam refero.

2. Imperatorem Graecorum Ioannem Palaeologum, tres ab Urbano V. summo Pontifice sacros Agnos accepisse, referunt varij, ipseque liber Ceremoniarum Romanae Ecclesiae, missos cum piis hisce munusculis versus adscriptos habet, quos superius adduximus \*. Imperator vbi aduentare sacrum munus accepit, processit obuiam cum solemnibus supplicatione Cleri ac populi, & specie triumphali sacras ceras in Constantinopolitanam urbem intulit. Et hic quoque, Regestum Pontificium allegat Scortia: Qui huius Urbani Regestum consulere potuit Bzouius, cum in hanc incidisset narrationem † anno 1367. contentus Molanum exscribere, transiuit, nulla Registri mentione facta, nullo exscripto (praeter morem) Urbani in hanc rem diplomate.

Recentioris memoriae est, quod subitio. Scribebat ex Ethiopia Michael de Pace, Societatis Iesu Sacerdos, anno 1620. Abyssinorum Imperatorem qui Praeslejanus passim audit, donatum vno de sacris Agnis, accepisse piuum munus religiosissimè, multis eidem libatis osculis professumque esse, id sibi deinceps a collo suspensum, pro thorace & clypeo munitissimo, in bellis futurum.

3. Venio ad iudicia personarum Deo sacrarum, & sensum quem prodidere de sacris Agnis. Seruabo autem temporis non dignitatis ordinem Centius S. R. E. Camerarius, qui postea Pontifex creatus, Honorij tertij nomen tulit, in vetusto Rituali quem libro suo de Romanae Ecclesiae censibus inseruit, magnificentissimè commendat usum Agnorum cereorum, eadem omnino sententia, quam superius ex Ceremoniali Benedicti Canonici

† partim c. 8. partim c. 10.

† num. 9.

\* cap. 58.

Canonici sancti Petri retulimus.

De B. Alberto Magno, scribit in eius vita Petrus de Prussia a quod anno 1483. tanto post eius obitum hoc est annis tribus ac ducentis, referat tumulto in quo sacrum eius corpus iacebat, inuentum sit corpus vestitu Pontificio ornatum, dependentibus a collo, particula de Cruce Domini, & denario perforato cum clauo Domini, & vno cereo Agno, serico inuoluto: quae deuotionis gratia gestabat viuus, & cum eo fuere sepulta. Geminum hic pro agno cereo consecrato testimonium habemus. Diuinum vnum, quo per tot annos sacram ceram eiusque inuolucrum, exemit corruptione. Alterum humanum, ipsius scilicet B. Alberti qui viuens ceream Agnum gestabat ad diuini subsidij exortationem; & eorum qui consij huius religiosi vsus B. Alberti superstitis, mortuo conspeliuerunt cereum Agnum.

Iacobus Cardinalis Papiensis, cum nomine Pauli Secundi Romani Pontificis, cereum Agnum consecratum dono mitteret ad Alianum Spinulam, quanti facta haec symbola faceret, sic expressit. [ Pontifex Paulus, a quo filium iam receperat, munere ad te mittit hunc Agnum Dei, circumclusum auro & vnionibus tredecim. Sacratum est manibus suis, & ex illo numero sumptus, ex quo munerari Reges est solitus. Donum pretiosum, non magnum, sed virtute & gratia maximum. Id agit videlicet sancta eius dignatio, vt memor sis eius, vt pignus in sacrario teneas, sui in te animi; & custodem denique continuum habeas vitae & rerum tuarum. Accipiendus osculo est, cum deuotione seruandus, virtuti eius credendum, & in comitatu habendus si quando terram peregrinaris, vel mari. Linitus est sacramentali liquore, benedictus voce & manu Vicarij Iesu Christi, mysterioque magno verborum, facit identidem factus. Si credis, in omnem casum, fidam praesidium tenes. Age Pontifici gratias pro reddito filio, & pro hoc dono. In vtroque illi es debitor, quia in vtroque te estimauit. Non cuius, ambo haec obtigissent. ]

4. S. Ignatius Societatis Iesu parens, vir pietate & exquisita spiritualium rerum peritia nobilissimus, qui in diebus suis suffulsit donum, & sicut Sol effulsit aetate sua in templo Dei, tanti faciebat sacra haec symbola, vt & ea usurparet ipse, & aliis distribuenda studiosè conquiret, quo inter fideles tam pius vsus latius diffunderetur. Ferunt, post eius obitum vix quicquam in eius serinio reperitum, praeter sacra haec sigilla, & alia nonnulla fouenda vel excitanda pietatis instrumenta. Legendus Ribadeneyra vita Scriptor.

Pius V. seculi superioris beatum lumen, & inter summos Antistites, doctrina, sanctitate, rebus gestis omnino summus, maxima religione afficiebatur erga sacrorum Agnorum usum; sagabaturque sedulo, vt quam maximè per orbem diffunderetur. Eo consilio, cum primu[m] sedem B. Petri subit, magnam vim sacrorum illorum sigillarum consecrauit, quam per Hispaniam, Galliam, Belgium, vbi excitatis aduersus auitam fidem

tumultibus feruebant omnia, distribui curauit, vt scribit Antonius Gabutijs †, narrans diuina quaedam opera, ad confirmationem Christianae fidei per haec symbola expressa, patrata in Belgio, & Romae, quae supra annotauimus. Additque alibi eodem opere \*, sanctissimi illius verèque Pij Pontificis exemplo, increbuisse mirum in modum religionem harum sacrarum plaguncularum, quarum incensissima vbique erat auuiditas; eorum praesertim quas ipse consecrasset; quod tamen omnium aequè sacrorum Agnorum a quocunque demum consecrati fuerint, insignis debeat esse religio; tamen vt pij sacerdotis sacrificium, ex opere operantis fructuosus est, quam quod offertur a minis pio sacerdotem; ita accessu personalium precum tanti tanque sancti Pontificis, ad communes Ecclesiae preces omnibus aequè sacris Agnis conclusas; accessionem fieri efficacitatis ad fructuum speratorum assecutionem, persuasum esset fidelibus.

5. S. Carolus totius philosophiae simulachrum vnum, ( hoc enim nomine Christianum Antistitem donat Isidorus Pelusiotus \*) hic inquam Antistitem gemma & Purpurae ornamentum, quo esset erga sacros cereos Agnos affectu, intelligi potest ex iis quae habet Concilium Mediolanense V. praeside, & omnia dirigente ac animante ipso S. Carolo, vt non liceat dubitare, quod ibi constitutum est, ab eius praesertim sensu ac iudicio manasse. Sic autem habet Concilium tit. de sacramental. [ Sanctissimi veterisque instituti est, a summo Pontifice formas illas cereas quas Agnos Dei a figura impressa vocamus, solemnibus benedictionis ritu, multisque religiosiis ceremonijs, non solum primo sed septimo quoque Pontificatus anno, consecrari. In quo consecrationis munere, sicut ille Christi Vicarius cuius oratio tanto maioris est momenti, quanto eius officium in Ecclesia sublimius, & cum eodem Christo Domino coniunctius, multa sanctè precetur a Deo illis impendi; qui animo pio deuotioque eos Agnos apud se habuerint, ita a fidelibus magna deuotione eidem gestandi sunt, ad eosque vsus religiosè adhibendi, ad quos sacrae preces ex Ecclesiae instituto referuntur. ] Vix poterat magnificentius de sacrorum Agnorum efficacia pronunciari.

Subduntur ibidem, multa sanctè & religiosè constituta, ad reuerentem & congruam sacrarum plaguncularum asseruationem, quae omnia prodant cum totius illius sacri catus Antistiti, tum maximè omnium Praesidis S. Caroli, mentem de cereorum Agnorum consecratorum sanctitate, & pio per fideles vsu.


Sixtus V. Pontificem Maximum, scribit Vincentius Bonardus \*, permagni fecisse haec sacra symbola, & omnibus ferè Christianis Principibus, pia haec munera transmittere solitum; addito Breui Apostolico, quo iuuenis dignitatem explicaret.

CAP. 12. Sensus magnorum de cereo Agno.

† lib. 2. vita vj V. \* lib. 6.

\* lib. 3. epist. 216.

\* in disertatione de Agno, pag. 34.



CAPVT XIII

Ritus cereorum Agnorum antiquitas vestigata.

CAP. 13. Antiquitas cerei Agni.



Breviario Christianae Chronolog. parte 1. col. 1.

VNT quidem ritus sacri omnes, eo ipso quod sacri sunt, & Ecclesiae iudicio probati, admittendi summa cum religione, absque nouitatis & vetustatis discriminine. In his quippe ad fidei substantiam non pertinentibus, potest esse nouitas, & profectus Ecclesiae, ut optime notauit in aureo Commonitorio Vincentius Lyrinensis cap. 28. & 29. patetque experimento tot seculorum posteriorum, quibus videmus accessionem factam multorum factorum rituum, quam per singula Christiana secula digestam alibi damus. Nihilominus distiteri non licet, admodum sapere solere ritus illos quos antiquitas commendat: Videri quippe possunt temporis diuturnitate quasi defecati. Quare haud abs re, vestigandum suscipimus quae sit sacri ritus agnorum cereorum antiquitas, ac per quos primum in Ecclesiam inducta.

2. Hac in re generatim primum dicere possumus, sacrum hunc ritum nequaquam nouum esse, sed de eius non exigua antiquitate liquidum constare. Mirari enim subit, siue incertum pinguem, siue malignitatem Philippi Mornai, ausi in mysterio iniquitatis pag. 474. effutire, sacra hac sigillaria, ab Urbano V. esse excogitata. Nimirum quia legerat Urbanum V. transmississe pia haec munuscula ad Imperatorem Graecorum, commentus est, Urbanum fuisse eorum autorem. Sicut quia legerat, Urbanum V. transmississe ad Ioannam Reginam, rosam auream, eidem Urbano attribuit ritus illius institutionem; cum tamen constet, eum longè antè sub Innocentio III. & Alexandro III. viguisse. Post hæc effrontis Sectarij siue stoliditas siue malitia contundi pluribus. Sed quod ad rem presentem attinet, adducemus paulò post omnino multa, quibus testatum fiet, ritum agnorum cereorum, multis seculis antecessisse Urbanum Quintum. Ex quibus constabit, rectè à mo esse pronuntiatum, liquidum constare de non exigua huius ritus antiquitate quam Augustinus Valerius Card. Veronensis in dissertatione de benedictione Agnorum, facta anno 1591. (extat Roma apud virum eruditum Ioannem Baptistam Mari, Canonicum S. Angeli in foro piscium,) multorum (vt ait) traditionibus & libris, ætate quoque Zozimi Papae, compertam statuit. At alij etiam ad anteriora tempora, vsum Agnorum cereorum referunt.

Vtuntur aliqui in hanc rem, argumentis quae minus idonea videntur. VVidmanstadius \* antiquitatem cereorum Agnorum re-

ferens ad tempora Constantini Magni, adducit tanquam ceruum huius vetustatis argumentum, imagines Agnorum quas in Vaticanae basilicae abside, ex Constantiniani operis structura notatas abs se dicit, indicante Marcello Ceruino postea summo Pontifice, qui & ipse huius antiquitatis argumentum inde petebat. Subscribere Molanus orat. de Agno, cap. 6. atque Lorinus in cap. 8. Auctorum, v. 31. Sed quid agnis lapideis ad cereos? Quare minùs solidè inde astrui cereorum Agnorum antiquitatem, persuasum habeo. Laudat in hanc rem Ioannes Lorinus ibidem, non adè abiunctum à Constantini Magni ætate, S. Ioannem Chryostomum: cuius æuo in vsu fuisse sacros cereos Agnos, probat ex eius fragmento, quod extat apud S. Theodorum Studitam\*. Verùm locus Chryostomi quem profert Theodorus & describitur etiam ab Epiphania Diacono in 7. Synodo Act. 6. nihil conferat ad Agnorum cereorum vetustatem stabiliendam. Hæc enim sunt verba S. Chryostomi, allegata à S. Theodoro pugnante pro sacris imaginibus. [Vox Chryostomi est. Ego ex cera fulam amo picturam, pietatis ergo factam. Vidi enim Angelum in imagine Barbarorum copias in fugam vertentem. Vidi prorritas Barbaras gentes, & Dauidem vera voce concinentem, Domine in ciuitate tua, imaginem ipsorum ad nihilum rediger.] Quid hæc ad effigiem Agni, cerei impressam? Non enim si S. Chryostomi æuo erant sanctorum imagines cereæ, consequitur fuisse tunc imagines cereas Agni, & quidem cum accessione consecrationis Pontificiæ, qualium cereorum Agnorum antiquitatem venamur. Alioqui quoties legimus, Romanorum atria, ceris id est cereis imaginibus fuisse instructa, dicere liceret, fuisse imagines Agnorum cereorum, etiam si non ad sacrum & religiosum vsum. Quantum ex verbis continenter subiectis, & ex causali particula in eo Chryostomi fragmento adhibita, colligitur, agebat S. Chryostomus de imagine Angeli fundentis barbaricas copias, vt factum sub Sennacheribo, cum lumen Israël fuit in igne, & sanctus eius in flamma: cuiusmodi imago, longissimè abest à præsentis instituto. Siue imago esset ex cera solida, siue è cetis stuarum tabulae infusus, quæ olim vulgatissima. Meminere huiusmodi imaginum è ceris liquentibus, S. Basilius homil. in Sabellianos, S. Paulinus Episto. 8. ad quem Fronto Ducaus, & ex Plinio, Varrone, Athenæo, & alijs, Heremianus Hugo de script. cap. 19. E cerea verò solida, erat imago SS. Cosmæ & Damiani, quam sub axilla vesti assutam gestabat Constantinus Laodicensis, memoratus in 7. Synodo actione 4. vbi ea cerea imago, vocatur *ceroma*. Neque enim ibi *ceroma* potest sumi pro vnguine palestræ.

Infirmum item cenfeo argumentum pro cerei Agni consecrati antiquitate quod subministrat Feuardentius, ex Paulino & Gregorio Turonensi, quos ait referre, Deum multis signis comprobasse vsum sacrae & benedictæ cereæ, Agni figura compactæ. Ego tamen apud Paulinum, siue Nolanum, siue alium, S. Martini operum metro præconem, nec non apud

\* lib. 1. epist. 8.

CAP. 13. Antiquitas cerei Agni.

apud Gregorium Turonensem nihil tale deprehendo. Ceras quidem interdum è cereis ante Lipsana sacra lucentibus decerpas, aut informes adhuc, sed in eundem vsum destinatas, profuisse accipientibus, legi: sed eas cereas, Agni impressas effigie fuisse, & quali ritui consecrati cerei Agni solent, initiatas, nusquam apud illos Autores reperio.

3. His minus validis antiquitatis factorum Agnorum firmitatis sepositis, quod maxime locuples vetustatis eorum testimonium habemus, petendum est ex Ordine Romano, qui liber iuxta Genebrardum exponentem S. Dionisij Liturgiam a, autores habet ipsos Apostolos. Vt minimum autem liber est sacri antiquus; nam & ab Amalario, & ab Alcuino Caroli Magni æquali, ac (vt volunt) præceptore, nominatim allegatur. Est porro factis verisimile, Ordinem Romanum multo etiam vetustiorum esse Alcuino & Amalario, ac fortè acceptum ante datam Ecclesiae pacem sub Constantino, quamuis (vt in libris ritualibus assole) nouis subinde accessionibus locupletatum, ad quas referri possint quæ in eo ex S. Leone, Sedulio, ac Prudentio, allegata leguntur. Nam etiam videmus inserta ei libro carmina Theodulfi Auteliensis Alcuino posterioris. Florebat enim anno Christi 840. sub Ludouico Pio. Eius verò feruntur esse versus illi qui Ordini Romano adscripti habentur, *Pange lingua gloriosi prælium certaminis*, &c. ad hymni vsque finem. Item illi qui frequentantur in Ramis Palmarum. *Gloria, laus & honor tibi sit, Rex Christe redemptor, Cui puerile decus, promptis Hosanna pium*. &c. Quanquam nos de acclamantibus Christo pueris vericulos, Raynaldo Lingenensi tribuit Anonymus describens translationem reliquiarum S. Mamantis\*. Vt sit, antiquitas Ordinis Romani non est exigua, & vt minimum æquat tempora S. Gregorij Magni, vel etiam Gelasij primi, vt non malè coniecit Hittorpius præfat. ad Ordinem Roman. censuitque Baronius anno Christi 692. Hinc habemus non exiguum antiquitatem ritus de quo agimus. Nam in eo libello, cum agitur de cerei Paschalis benedictione, & de Officio Domini primæ post Pascha, mentio est consecrationis & distributionis agnorum cereorum, non tanquam rei quæ esset noui instituti, sed vt antiquæ, & pridem vsu receptæ. Nec causari licet id esse nouitium assumentum. Nam Amalarius, eoque antiquior Alcuinus, hæc quæ de sacris Agnis in Romano Ordine legimus, nominatim allegant.

4. Ex eiusdem porro operis antiquitate, apertè corruit figmentum Onuphrij circa vetustatem ritus cereorum Agnorum. Censuit enim Onuphrius; vt latè ex eo superius retuli, tunc inductum esse à Romanis Pontificibus vsum consecrandi cereos Agnos, cum baptisimus solemniter desit conferri solo tempore Paschali. Nam tunc tantum excogitatum putat ritum Agnos consecrandi, seu baptizandi, quo omnia circa Agnos cereos mimicè & adumbratè præstarentur, quæ olim præstari verè solebant in baptismo solemniter: idque excogitasse Pontifices censet Onuphrius vt me-

\* in Biblioth. Huziac. e. 3.

moriam rituum qui olim tali tempore solebant peragi, non prius intercideret, constaretque posteris, quandonam, ac quomodò olim initiarentur solemniter Christiani. Qua ratione, ritus consecrandi cereos Agnos, esset tantum excogitatus post annum octingentesimum à Christo, quæ est ætas Caroli Magni, & Ludouici Pij Imperatorum, ex quorum capitularibus liquet, vsum baptizandi tantum Paschali tempore, extra necessitatem, viguisse adhuc ætate. Constat autem ex Alcuino & Amalario allegantibus Ordinem Romanum, ritum Agnorum factorum esse longè anteriorem. Et ex ipso Ordine Romano qui vt minimum ducentis annis ante eorum ætatem iuxta probabiliorum sententiam conscriptus est, perspicuè habetur, eum ritum tunc non fuisse nouum. Igitur Onuphrij sententia, tam malè materiata videri debet circa antiquitatem, quam circa finem institutionis Agnorum. Mirum sanè videri potest, latuisse Onuphrium, quæ veteres illi factorum rituum Tractatores prodiderunt de sacris Agnis; & quasi eorum, nulli profus meminisset veteres Autores, ea duntaxat quæ proprio Marte & ingenio ex hodiernis ritibus quo libuit accommodatis excogitare de Agnorum cereorum sine antiquitate, & origine potuit, commisisse scriptis vt profitetur ferè in libelli vestibulo. Nobis ex antiquis illis factorum rituum Tractatoribus, ac præsertim ex perantiquo libro Rituali, cui *Ordini Romano* est nomen, longè aliter quam Onuphrio, de antiquitate ritus Agnorum cereorum, est sciendum.

5. Alterum luculentum argumentum antiquitatis factorum Agnorum, suppeditatur in eodem Ordinis Romani libello quatenus æquat antiquitate, cereos Agnos cum cereo Paschali. Sic enim habet Ordo post descriptam Paschalis cerei benedictionem. [Hic Ordo cerei benedicendi, in forensibus ciuitatibus agitur. Nam in Catholica Ecclesia infra ciuitatem Romanam, non sic benedicitur: sed manè primo, Sabatho sancto venit archidiaconus in Ecclesiam, & fundit ceram in vas mundum maius, & miscet ibidem oleum, & benedicet ceram, & ex ea fundit similitudinem Agnorum, & seruat eos in loco mundo.] Subditur formula benedicendi ceram commixtam ad formandos Agnos, tum additur. [In Octaua verò Paschæ dantur ipsi Agni ab archidiacono in ipsa Ecclesia, post Missam & communionem populo, ex eis faciunt incensum accendi ad suffumigandum in domibus suis, pro quacunque tribulatione eis euenerit necessitas. Similiter & in forensibus ciuitatibus, de cereo faciunt.] Vides ex his haberi, quod attinet ad tempus consecrationis, benedictionis, & consecrationis, ac distributionis ad suffumigandum (non excluso sine principaliore de quo supra; ) idem seruatum Romæ quoad cereos Agnos, quod alibi circa cereum Paschalem. Ex quo de pari vtriusque ritus antiquitate, non incongrua ducitur coniectura. At cereum Paschalem esse in Ecclesia perantiquam, est extra controuersiam: Passim existimatur esse de Cereo Paschali, hymnum 6. Cathemerinon Prudentij quod cerei

ad lib. 1. S. Ven. cap. 3. num. 5.



CAP. 13. Antiquitas Cerei Agni.

cerei illius antiquitatem non exiguam monstraret. Sed quanquam verum est, hymnum illum per accommodationem, in benedictionem cerei Paschalis Ordine Romano comprehensam, intrusum esse; indeque factum sit ut passim apud Prudentium titulus iste ei hymno præponatur, ad incensum cerei Paschalis; Tamen optimi Codices, hunc ei titulum præfigunt, ad incensum lucernæ, ita ut sit hymnus ad Lucernarium Vespertinarum precum officium, quod vespere & post Solis occasum peragebatur, ea hora quam S. Ambrosius lib. 3. de Virg. vocat horam incensum; supple luminis vel certe sit hymnus privatum quoque dicendus ea hora. Hymnus i. Ennodij est huius argumenti: ad quem hymnum Sirmondus mendum in titulo hymni Prudentij obtrusum notavit, & fultius Hugo Menardus ad Concordiam Regularum cap. 24. §. 2. Itaque fateor antiquitatem cerei Paschalis non stabiliri solide ex eo Prudentij hymno, quamvis verissimum sit, ritum cerei Paschalis esse perantiquum meritoque: negat Gretserus\*, admittendum esse quod vulgo circumfertur, Zozimum Papam Paschalis cerei fuisse primum autorem: Displicet tamen quod subdit, aitque etiam Menardus ad S. Gregorij Sacramentar. pag. 93. ac Sirmondus ad benedictiones cerei Ennodij, morem benedicendi cereum, tandem abiisse in ritum consecrandi cereos Agnos. At quomodo ritum Agnorum, si vterque ritus superstes mansit, & vterque ab initio simul fuit, ut disertè habet non modò Hugo Victorinus, Alcuinus, Amalarius, Gulielmus Durandus supra adducti, sed etiam Ordo; ritus quidem benedicendi cerei, extra Romam; ritus verò benedicendi agnos, infra, id est intra urbem. Sic enim ea particula in sacris libris ritualibus accipienda est, ut notavit Angelus Rocca † significans mendum esse, quod passim in titulo vnius partis Canonis Missæ, qui est infra actionem, legatur infra, non intra: cum Manuscripti Codices quos se consuluisse dicit, legant intra, quam lectionem præfert. Fuit ergo ritus sacrorum Agnorum, intra urbem Romanam; cœuus ritui cerei Paschalis extra eam: quamquam neque diffiteor, cereum Romæ quoque fuisse consecratum; sed tantum ut disertè Ordo habet, nego cereum Romæ fuisse ad suffumigandi usum adhibitum sicut extra Romam adhibebatur. Eòque sensu accipienda sunt verba Ordinis Romani asserentis, cereum alibi benedici solitum, Sabatho sancto, Romæ autem non sic benedici; sed Ardiaconum ea die benedicere ceras ad consecrationem agnorum. Non negat benedictionem cerei Romæ factam, sed negat factam ex fine ex quo fiebat alibi. Dixerat enim benedici cereum, ut distributus in plagulas, vsui esset ad suffumigandum; ex quo sine non benedicebatur Romæ cereus; cum ad suffumigationem, vsui essent particule cerei agni. Et quamquam daretur Cereum Romæ non fuisse benedictum, tamen perindè esset, quandoquidem alibi benedicebatur loco Agnorum cereorum qui Romæ benedicebantur. Atque ita, cum omnium consensione, ritus cerei Paschalis sit perantiquus, & Ennodio ac

\* lib. 2. de benedicti. cap. 13.

† ad librum Sacram. S. Gregorij.

Augustino compertus velut antiquus; fatendum videtur, ritum cereorum Agnorum, quoad substantiam esse valde antiquum, quamvis procedente tempore, immutatum sit aliquid in nonnullis circumstantiis. 6. Quo autem præcisè tempore, ac per quem, substantia huius ritus sit inducta in Ecclesiam, sicut etiam quando primum, & à quo sit usurpata substantia benedictionis cerei Paschalis, non habeo vnde definiam. Nec id peculiare est huic negotio, sed commune maximæ parti sacrorum rituum. Quis enim præcisè definiat, tempus quo cœpta est cinerum, palmarum, aliorumve ramorum benedictio? Quis assignet tempus, quo inducta est benedictio aquæ? Nam quod Alexandrum Papam, benedictionis aquæ auctorem nonnulli faciunt, rectè refellit Gretserus\*. Vnde verò habemus initia multorum rituum adiutorum benedictioni Sacramentorum? Nam ipsa quidem Sacramenta, quoad sanctificationes officiales, ut loquitur creditus Cyprianus †, Christum habent autorem; idque Tridentinæ Synodi decreto, est apud Catholicos fide certum. [Ipse summus Sacerdos, (ait alibi idem autor S. Cypriano confertus\*) sui est Sacramenti institutor & autor. In cæteris, homines, Spiritum sanctum habuere Doctorem.] Cæteræ inquam accessiones, ad substantiam Sacramenti à Christo institutam superadditæ, fuerunt appositæ per Ecclesiæ Rectores. Neque tamen dicere definitè possumus, quoad pleræque, quandonam, aut per quem cœperint. Nullis scriptis quoad aliqua Sacramenta, & quoad per multa Sacramentalia, proditum quicquam esse, admonuit S. Basilius †, obseruans extare de eorum vsu traditionem tacitam, id est scriptis antiquis non exaratam, cætera latere. Patiamur ergo, eadem ieiunitate & parcitate, tradi à nobis prima initia consecrationis cereorum Agnorum, quam circa tot alios ritus quos perantiquos esse nemo ambigit, adhibere passim cogimur, obstrepen- te nemine. 7. Est celebris S. Augustini Epist. 118. & lib. 4. de baptis. contra Donat. regula de ritibus vniuersalibus quorum nulla certa produntur initia, eos ab Apostolis dimanasse. Et ita de ceremoniis adiunctis celebrationi Sacramentorum, significat creditus Cyprianus, cum ait serm. de baptismo Christi. [Verborum solemnitas, & sacri inuocatio nominis & signa institutionibus Apostolicis attributa, visibile celebrant Sacramentum.] Vbi per signa quæ attribuit Apostolicis institutionibus, intelligit ritus accidentarios, adiunctos substantiæ Sacramentorum. Nam ipsa quidem signa Sacramento substantialia, Christo auctori tribuit, ut iam retulimus. Per ceremonias tamen accidentarias, adiunctas substantiæ à Christo institutæ, ait celebrari Sacramentum visibile, quia tales ceremonie sunt consentanea ornamenta substantiæ Sacramenti, eamque decenter conuectiunt. Vnde reputantur pro vno & eodem, sicut vestis, & qui ea amittitur. Si igitur ceremonie adiunctæ substantiis Sacramentorum, Apostolos habent autores, quid veterit dicere, ritum istum, qui baptismi quoddam adiunctum in Romana Ecclesia

\* lib. 2. de be- nec. c. 4. & 5.

† serm. de baptis. Chri. th. initio.

\* se m. de a- blutione pe- dum.

† lib. de Spi- ritu sancto c. 27.

CAP. 13. Antiquitas cerei Agni.

Ecclesia iam olim fuit, tempore solemnibus baptismi conficiebatur, expleta verò post octiduum baptismi solemnitate, distribuebatur, ut rei gestæ monumentum; habere Apostolos autores? Vel quidni Apostoli, Iudaicum Agni Paschalis ritum, cui & ipsi, & magna tunc pars fidelium assueverant, hac sacra ceremoniam in Paschate quotannis celebranda, Christiano more citra sanguinem, docuerint frequentandum? Hanc ex S. Augustino propositam regulam, videtur ad hoc institutum aptare voluisse Andreas Frusius. Sic enim canit de cereo Agno consecrato.

Abdita nonnullis Agni quod turbat origo, Propierea & magnum pondus habere negant. Ponderis indicium maioris, manus idipsum est, Sanctiorum ad trutinam si renouare velis. Quicquid enim seruat ritus Ecclesia, consilium Principum cuius nemo referre queat: Id magis antiquum, certum, ac laudabile censent: Tanquam à primæua religione sumum. Hæc siquidem haud scripto, sed sacro usque vigebat. Secula quod statuunt posteriora, no- rant. Sic consueta voluit Doctores multa vetustis, Ex Christi ac comitum traditione vet- bi.

\* tom. 2. Thesau. Thol. v. Agnus Dei. † dissertatio- ne de Agno Dei.

Idem disertè habet Iodocus Lorichius\* Agnos Dei & eorum ritum iam à temporibus Apostolorum agnoscentis, & Vincentius Bonardus Episcopus Hieracenensis †. 8. Libens adscriberet, & iuxta regulam Augustinianam, ad quam hi Autores alludunt, admitterem, cereos Agnos esse ex traditione Apostolica, nisi obstrere videretur; quod hic ritus non est ex vniuersaliter iam olim receptis & frequentatis per vniuersam Ecclesiam; ad cuiusmodi ritus suam illa regulam restringit D. Augustinus, dicens ritus quorum nullum initium notatur, manasse ab Apostolis, si sint ritus qui iam olim vbiq; in Ecclesia habuerint locum. Atqui cereos Agnos Romæ duntaxat fuisse in vsu, significat Ordo Romanus, ut vidimus; alibi enim plagulis è cereo Paschali decerpitis utebantur. Hoc video opponi posse. Nihilominus neque inde planè conuelleretur aptatio regulæ Augustinianæ ad hoc negotium. Verisimile quippe est, agnos Romæ exportatos, iam olim alibi quoquequàm in vrbis Romana fuisse in vsu: tametsi exteri, quia non tam multi eis suppetebant cerei Agni, quam Romanis, apud quos solos conficiebantur & à Pontifice consecrabantur, non vterentur Agnis cereis ad suffumigandum, sicut faciebant Romani. Illius enim vsus à tot seculis vigentis, quo cerei Agni per alias provincias transmittuntur, nullum certum initium assignatur. Igitur iam olim non Romæ tantum, sed per vniuersam Ecclesiam religiosè usurpati, videri possunt. Ad hæc, quamvis verum esse, vsum Agnorum Theophili Raynaldi Pontificia.

olim non nisi Romæ viguisse, adhuc tamen vsus ille posset dici esse vsus Catholice Ecclesiæ, ut vidimus loqui Ordinem Romanum: quatenus nulla pars orbis Catholici ignorare potuit quod Roma didicisset, ut alia occasione dixit S. Leo\*. Itaque nihil est quod ineluctabiliter obstrat, quominus hic ritus nullis certis initis constans, dicatur fuisse vniuersalis, & ex eorum numero in quos cadit proposita ex S. Augustino regula: Atque adeo quominus Christiani gregis arietes, beatissimi Petrus & Paulus, qui iuxta S. Irenæum † in Romanam Ecclesiam velut in diues repositorium tot Sacrarum traditionum gazas intulerunt, hunc quoque pretiosum ritum in ea condiderint, nihil est quod reuincat falsitatis, vel improbabilitatis.

\* serm. 1. de 58 Petro & Paulo.

† lib. 3. c. 3.

Pridem hæc edideram, cum incidi in M. S. Codicem Alphonsi Cicarelli Menanatis, cui titulus, Tractatus de Origine, Benedictione Consecratione, & Virtutibus Agnorum Dei. Eius Opusculi cap. 1. auctor supponit ut certum, & (ut ait) pro comperto tenendum, quod consecratio Agnorum Cereorum sit institutio Apostolica; autore primo, S. Clemente Papa 1. Quod probat ex Ioanne de Virgilio in Opere de Historia Regni Catholici Romana Ecclesiæ cap. 21. qui ex Flaymone, in Chronico Romana Ecclesiæ, eam institutionem refert ad S. Clementem; nisi quod S. Clemens volebat Agnos Dei consecrari feria V. in cœna Domini; quod postea ob illius diei nimias occupationes, ad alium diem est dilatum. Ita quidem autor prædictus, Sed non præsto has allegationes; ut neque illam quæ mox ibi eodem capite adducitur, ex libro 1. Gregorij Nazianzeni de triplici Ecclesia, vnde hæc verba referuntur, cum loquitur de consecratione & benedictione rerum Ecclesiæ. [Maximam virtutem etiam concipiunt sigilla cerea quæ Agni Dei vocantur, in memoriam veri Agni consecrata & instituta à SS. Pontificibus, quæ si quis munde deferat, ab omnibus patens animæ & corporis, incolumis tutisque vitam ducet.] Hæc allegatio vocat in suspicionem cætera ob hoc autore de Agnorum cereorum antiquitate, prolata. Quem enim latet, nullum talem extare S. Gregorij Nazianzeni librum? Itaque iste fictor, huiusmodi allegationibus Agnorum cereorum antiquitatem stabiluit: cum tot & tanta confinxerit in variis argumentis, ut sub Gregorio XIII. executione dextera ac capitis, vel ut alij prodiderunt laqueo, manducitatem eluerit, ut scribit Leo Allarius in animaluactionibus in eum, & Lucas VVaddinghus in Bibl. Franciscana.

Concludere me dixeram, sed cogor aliam apponere mantissam; imitatione B. Ambrosij qui pollicens concludere, suborta noua obiectione resumpsit calamum & porro perrexit. Non præterit (inquit) sponso, sed astringit obiectio. Igitur, Addendum insuper hoc loco est post hæc pridem vulgata, prodidisse libellum de Cereis Agnis, quo autor contendit eorum originem, id est antiquitatem & vsus ab omni seculo Christiano demonstrare, non ut ego feci ex sola regula S. Augustini, & ex vetustate Ordinis Romani Bbb proba


† de Incatu. Dom. Sacr. c. 7.

CAP. 13. Antiquitas cerei Agni.

probabiliter coniectando, sed explicatè prolati ac signatis exemplis omnium Christianorum seculorum, in quo me defecisse obseruat. Probat ergo cap. 12. vsum Cerei Agni viguisse, primo seculo, quia Canone 81. Apostolorum damnatur qui oleum, (& scilicet ceram quoque) ad Gentilium sacra vel Iudæorum Synagogam attulerit. Et Cano. 82. qui sumpserit ceram vel oleum è sancta Ecclesia decernitur segregandus è fidelium consortio. En ergo cereos Agnos primo seculo ex ipsis Apostolis demonstratos. Pro secundo seculo extrat testimonium ex Actis S. Eustachij quibus dicitur virum sanctum fuisse signatum vt esset ovis. Hoc autem signum erat Agnus cereus. Tertio seculo Acta S. Laurentij, & Prudentius hymno de eo produnt fixos esse cereos. Item Acta S. Susannæ testantur fontem fuisse consecratum (vique cum cereo) & mysterium Dei ab omnibus esse participatum. Id est sigillum mysticum è cera. Seculo quarto ineunte S. Agnes ait positum sibi à sponso signum in faciem, id est in sinu & ante pectus cereum videlicet Agnum sponsi continuum Mnemosynon, columnque suam iactat cinctum lapidibus pretiosis, cereis nempe icunculis. Item eidem demortuæ asstitisse visus est Agnus niue candidior. Seculo eodè S. Eustaxia Martyr Nicomedienfis procaciam spurci iuuenis elusura finxit se magam, & collum cera circumlitum, id est Agno cereo circumseptum obtulit rescandam. Seculo quinto bulla gemmis distincta Mariæ Stiliconis filix & Honorij coniugi conscripta refertur à Munitero cum epigraphæ, Ecce Agnus Dei. De seculis posterioribus res est perculgata. Nam sub Zozimo erat vsus cerei Paschalis cuius particule decerpantur, quod æquè sub Gelasio 1. est obseruatum. Ex autem particule erant cerei Agni. Postea item troparium allatum Codici Anglicano ex instituto S. Gregorij Magni, sic habet ex persona Pontificis ad baptizatum. [Donatum vobis signum à Saluatore dignum, qui pendit in Cruce & tradidit Baptisimum. Hic est fons beatus, qui protegit albatos, immaculatos, & balsamo chrisimatos.] En donum Agni cerei à Pontifice collati initiatu baptisimo. Dimitto secula posteriora quæ autor cum quo agimus, (desumptis decimo & vndecimo quorum res inertia scriptorum & bellorum calamitatibus obscuræ manserunt.) Agnorum cereorum pium vsum frequentasse annotat, inde concludens Ecclesiã in possessione continua sacri huius ritus fuisse per omnia hæctenus decursa Christiana secula, quod ego de primis quatuor aut quinque seculis explicatè non tradideram, vt ipse mihi obiicit.

Quid dicam? Vellem de ea possessione continua huius ritus, liquido constare, nec paruo emergeret id didicisse, tanto post edita quæ dixi. Attamen aded incerta, pleraque etiam aded aliena à præfenti negotio sunt quæ proximè retuli, vt ea retulisse sit reiectisse. Quid enim cera & oleum surrepta in Ecclesia, cum cereis Agnis consecratis? Quid cum iisdem signatio S. Eustachij aut S. Agnetis, eam signatio & consignatio voces sint

apertè pertinentes ad Confirmationis Sacramentum, quandoque etiam ad Baptisimum? Cerei firi (ne quido addam) profus extra rem allegantur pro antiqua vsu cereorum Agnorum. Mysterium Dei participatum cū omnibus è S. Caio Papa, non est Agnus Dei cereus, sed Agnus Dei persistans in immolatione integer ac viuus vt aiebat S. Andreas. Lapidis pretiosi circumdati collo S. Agnetis, non sunt cereæ icuncule Agni Dei, sed pertinent ad mysticum mundum muliebrem, qualem postea S. Hilarius Afræ filix à Christo sponso subministrandum spondebat, vbi nemo somniauit cereos Agnos in modum collaris circumdatos puellæ. Idem dico de Eustaxiæ collo incerato, & circumlito vnguinè omnem ensis aciem retusuro. Bulla Mariæ Stiliconis filix conscripta, aurea erat non cerea. Troparium S. Gregorij qualecumque demum sit spectat ipsam baptismum inuicem verè magnum, non autem cereum agnum qui non est fons beatus. In summa, si quis vellet circa Agnorum cereorum vsum à cunabulis Ecclesiæ vsurpatum ludere, ac se ridendum cordatis propinare, vix aptius faceret quàm profutendo quæ nuper assignata retulimus. Nec magno nobis probro vertimus, quod talia non proferentes, dicantur, non explicasse originem, id est vsum antiquum sacri ritus agnorum cereorum. Cæterum vt vestigia autoris prædicti relegam, absit vt quicquam detritum velim, non modo de pace & amicitia quæ mihi pridem cum eo intercessit, sed etiam de honore ac veneratione, & gradui & meritis eius debita. Est enim vt ipse quoque contestatus est, & amica contentio, ac iuxta Hesiodum ἀγαθὴ δὲ πρὸς ἡμᾶς ἔστιν ἄλλη. Aliud est liuor, aliud iudiciorum ac sensuum discrepantia.



CAPVT XIV.

Dubia moralia de Agnorum sacrorum incensione, mersione, venditione, pictura, conuestione, contumelatione per laicos, insertione in annulos, suspensione è collo, peccato inter illos gestandum, eorundem appensione in stabulis aut brutis, ementatione denique aut falsatione.



X constituta, & magnum vitæ iudicium firmata, antiquitatis item suffragio roborata, Agnorum cereorum consecratorum sanctitate, omni reuerentia & religioso vsu dignissima, emergunt dubitationes quedam Moralium Theologorum propriæ, quas breuiter excutere necesse est, quia pertinent ad vsum quotidianum,

CAP. 14. Dubia moralia de cereo Agno.

num, quem maximè spectat hæc Tractatio.

DYBITATIO I. Liceatne, sacros Agnos in ignem vel aquam conicere.

Ratio dubitandi est, quia videtur id esse contra reuerentiam rei aded sacræ, & tot piis ritibus ab ipso Christi Vicario benedictæ. Sanè qui imaginem sacram, aut vestem Sacerdotalam, aliqui lve sacræ supellectilis, igni tradunt, habetur sacrilegus. Non igitur videtur vacare posse graui irreuerentia, aut etiam sacrilegio, conicere in aquam, aut ignem, ad certum exitum sacros Agnos cereos, eorū nve particulas. Aliquando quidem reliquias sanctorum absque peccato fuisse in ignem coniectas, conitat. Sed tunc, reliquie erant incertæ ac dubiæ, nec poterat aliter prospici paritatis religionis, & sincero erga eas fidelium cultui. Sic anno Domini 1014. vt scribit Leo Otienfis\*, cum pij Monachi Hierosolymis attulissent partem lintei quo Christus præcinctus pedes discipulorum extiterat, de que eius lintei veritate accipites hererent plerique; illi magna fide, adhibitis primis à quibus linteam manit illesum, explorant & testam fecerunt veritatem. Concilium item Carthaginense 2. tempore S. Gregorij celebratum, ob dubium de veritate reliquiarum, iussit vt reliquie in quibuscumque locis Ariana hæresi pollutis inuentæ, offerrentur Episcopis, & igne probarentur. Extra huiusmodi necessitatem, coniectio sacrarum reliquiarum in ignem, esset sacrilega. Et ided nemo dobitur quod factum à Mahuua Saracenorum Rege scribit Beda de locis sanctis, cap. 5. de coniecto in ignem Christi sudario, ad sedandam litem de sudarij possessione, fuisse inconsultè & peperam factam: quamuis Deus miraculo iustam possessionem firmarit illæso sudario, & in sinum astantis Christiani per aëra delato. Dubium quippe illud de iusta possessione, aliter dirimendum erat, quàm iniectione sudarij in ignem. Sed sola dubitatio de veritate sacri illius pignoris, potuisset eius coniectionem in ignem, assilante Deo, aut decernente Ecclesia factam, honestare. Et idem esse videtur, de cuiusvis rei sacræ coniectione in ignem aut aquam. Cum igitur de Agnorum cereorum consecratione non ambigatur, videtur sacrilegum, eos ad certum exitum abicere in ignem aut aquam.

2. Respondeo coniectionem Agnorum sacrorum in aquam aut ignem, factam absque necessitate, esse haud dubiè sacrilegam. Possè autem vacare culpa, imo possè esse honestam & sanctam, si fiat ex aliqua congrua necessitate, etiam seclusa ambiguitate de eorum consecratione, quam suppono haberi exploratam. quod dico de culpa coniciendis in ignem vel aquam hæc sacra symbola, extra congruam necessitatem, est per se manifestum. Illa enim irreuerens tractatio rei sacræ, non potest non continere culpam, & quidem sacrilegij, cum sit aduersus rem sacram, & eius consecrationem conculcet. Ex congrua autem necessitate, possè aliquid tale præstari absque peccato, imo etiam cum laude & merito, perspicuum est ex vsu Ecclesiæ. Iam enim

Theophili Raynandi Pontificia.

supra retulimus, ex mandato Pij V. Pontificis Maximi, agnos cereos fuisse coniectos in Tibertim supra modum tumescetem, & illic aquas recessisse. Superiùs item retulimus, quedam diuina opera, in restinzione subita in annuum incendiorum, coniectis in ea cereis Agnis. Nostra item ætate, vt inemorat Baroniæ † frequenter contigit ea restinctio ignis à coniectis in eum cereis Agnis. Nec id debet videri nouum, cum Gregorius \* Turon. scriptum reliquerit, astipulante Paulino †, ceræ è templo S. Martini decerpæ particulam coniectam in ignem à S. Perpetuo Antistite Turonensi, incendium excitatum restinxisse. Possunt ergo in simili necessitate, conijci in ignem cerei Agni, absque scrupulo, inopiè & laudè. Quid quod Ordo Romanus disertè testatur, cereos Agnos consecratos fuisse fidelibus distributos, [ad affamigandum in domibus suis] Quoties ergo nostra aliqua necessitas, vel utilitas cui iniectione sacri agni in ignem aut aquam consulendum speretur, propulerit nos ad coniectionem Agnorum sacrorum in aquam vel ignem, innocua erit talis coniectio; ac etiam quia ex fide prohibet, & ex spe consequendi intentum per conclusas inibi preces Ecclesiæ, sancta & salubris erit coniectio. Et ita fert vsus priorum in tempestatibus marinis, aut fluminum eluionibus, & incendiis; attestante plerumque Deo, placere sibi coniciendum fidem.

Habemus affine argumentum ex coniectione particule S. Crucis in ignem. Siquidem excitato Nola ingenti incendio, restatur S. Paulinus Natali X. S. Felicis, se accurrisse, & particulam ligni veræ crucis, iniecisse in ignem.

ipse (inquit) domum veniens, iudicium, sed grande salutis De crucis æternæ sumptum mihi fragmine lignum Prono, tenensque manu aduersis procul ingero flammis, &c. Quanta Crucis virtus? Vt se natura relinquat Omnia ligna vorant, ligno Crucis utitur ignis, &c. Uiciorat ignis aquam. Nos ligno extinximus ignem Quibusque aqua non poterat, viciu bicus hastula flammam.

Sic vocat que Epitola 11. ad Scuerum dixerat, manna sacri ligni & sacramentum pone atomum hastula breuis. Id verò coniectum esse in ignem, non autem duntaxat ostentatum, vel quasi intentatum aduersus ignem, vt significat Sacchini in vita Paulini parte 2. ad finem; patet ex Beda id miraculum recitante in vita S. Felicis fere in fine. Et exultimo liqueat ex verbis recitatis, tametsi particulam aliam eiusdem sacri ligni retentam à Paulino ad munimentum & quasi clypeum pectoris innotat vnus & alter versus eodem loco subiectus. Si ergo particula veræ crucis iniecta est in ignem ad eum restinguendum, quid ni idem de Agno cereo liceat?

Possè præterea necessitas coniciendi in ignem sacros agnos, occurrere ex parte ipsorum Agnorum: vt si planè extabulissent, &

B b b 2 mucidi

† anno 59. n. 76. \* lib. 1. de mirac. S. Mart. c. 1. † lib. 6. meriti. co de gestis S. Martini.

\* in Chr. Cassi. l. 2. c. 14.

† can. 2.

CAP. 14. *in igrem conici, & cineres in locum sacrum reponi, cum in simili evertu, idem circa Eucharistia species corruptas præstare liceat, de quo plenè Espencus\*, ac obiter Sa†, & Euchar. c. 10. alij quos allegat & sequitur Bonacina a: dicit v. Missa n. 34. a q. vltima de Euch. p. 10. n. 9. b cit. s. c. 9. s lib. 2. in Lenit. c. 8. d lib. 2. de Euch. 3. e ac ex Gregorio III f. e Can. f. apud Iuon. 2. p. c. 19. in libro. Pæ. re. nit. c. 18.*

3. **DUBITATIO II.** Fas ne sit cereos Agnos consecratos vendere aut emere.

Restringo dubitationem ad Agnos consecratos, quia de nondum consecratis, est extra dubium quod vendi possint: cum materia qua constant, sit pretio æstimabilis, & industria ac labor in eis efformandis, sit aliquid cadens sub iustam æstimationem, & iure vendibile. Sisto item in ceris puris. Nam si sermo esset de ceris conuestitis serico, aliæ materia, nemo non videt, & materiam illam & operam ad conuestiendum necessariam, esse aliquid pretio æstimabile, atque adeò licitè emi ac vendi posse: idque intelligo post consecrationem Agnorum. Nam Pontifex non consecrat Agnos iam conuestitos, sed puros. Igitur si Agni conuestiti sunt pretio æstimabiles, atque vendibiles, id habent post consecrationem. Hæc cum sint perspicua, est tamen apud aliquos difficultas, an Agni puri consecrati, ratione solius puræ materiæ, eique impressæ formæ Agni, sint pretio æstimabiles, & licitè vendi ac emi possint.

4. Negat Valentia†, post Canonum peritos, sed ex diuersis fundamentis. Nam Canonum Doctores agentes de simonia, existimant ea quæ consecrantur sub certa forma artificiali, cuiusmodi est calix, quandiu formam illam retinent, esse planè inuendibilia, etiam ratione materiæ: quia iuxta eos, consecratio ita per confusionem (vt aiunt) siue indissociabiliter afficit materiam sub illa forma persistat, vt quandiu materia illi formæ subest, duret materiæ sanctitas, atque adeò etiam inuendibilitas. Quæ tamen huiusmodi sunt, licitè subiciuntur pretio, iuxta hos D.D. si materia desinat subesse formæ sub qua consecrata est: vt materia calicis, si confringatur, vendi poterit; amissæ enim consecrationem. Ea verò iuxta eosdem Doctores, nullomodo post collatam semel consecrationem vendi possunt, etiam quoad materiam, quæ talia sunt, vt sub nulla certa forma consecrentur; V.g. oleum, aut aqua. Itémque ea quæ talia sunt, vt quamuis consecrentur sub certa forma, eam tamen non exigat ad perseverantiam consecrationis, quia sacer illorum vsus æquè saluus manet sub particulis. Et ex hoc principio, eruant, panem benedictum, & cereos Agnos, etiam ratione materiæ, non posse post semel impensam benedictionem vel consecrationem subici præcio: quia materia semper erit sancta, quamuis frangatur aut immineatur; et sic etiam semper saluus, eius vsus sa-

† 2. 2. d. 6. q. 10. p. 1. dub. 5.

cer. Ex alio fundamento, Gregorius de Valentia, affirmat, materiam cereorum Agnorum consecratorum, ipsosque cereos Agnos puros, post consecrationem, non posse pretio subici. Distinguit enim de materia spiritalibus antecederet annexa, cuiusmodi est materia vasorum sacrorum ac vestium; item aquæ consecratæ, & panis benedicti, ac cereorum Agnorum. Quædam enim ex his materiis, abstrahendo ab ordine ad spiritualitatem postea superuenientem, sunt per se æstimabilia pretio. Et quæ huiusmodi sunt, fatetur Valentia posse absque simonia emi ac vendi, ratione materiæ, etiam post consecrationem; vt calices & alia vasa sacra, dummodo in constitutione pretij non habeatur ratio consecrationis, ita vt plures vendantur quia sunt consecrata. Quæ verò ita annectuntur antecederet spiritualibus, vt abstrahendo ab ordine ad spiritualia nullo modo sint æstimabilia pretio; puta quia res sunt perexiguæ, & seposita consecratione nihil ducerentur; talia negat Valentia, emi aut vendi posse absque simonia: quia venderentur ratione spiritualitatis, siue consecrationis annexæ. Et inter hæc numerat aquam benedictam, & agnos cereos consecratos, & similia, quæ moraliter loquendo, non æstimantur nisi quatenus habent ordinem ad spiritualia quibus annectuntur.

5. Neutrum horum fundamentorum placet; ac proinde admitto, cereos Agnos consecratos vendi posse, tam ratione laboris & industriæ in eorum artificiosam efformationem impensæ, quam ratione materiæ antecederet annexæ spiritualitati. Sicut ob eandem rationem, calix consecratus vendi potest non vendita consecratione. Neque enim plures venditur quia consecratus est. Vel igitur venditio Agnorum cereorum penes prædicta capita veteretur iure positio, vel ex natura rei. Non primo modo, quia nullum tale ius profertur. Nam constitutio Gregorij XIII. qua nititur Azor\*, ad affirmandum venditionem agnorum consecratorum esse iure positio illicitam, non est ad rem. Agit enim ibi Pontifex, de venalitate Agnorum cereorum depictorum. Et quia abusus inualuerat pingendi sacros Agnos; vt abusus ille tolleretur, non modò interdicit pictura eorum, sed etiam venalitate sic depictorum, quia esca ad pingendum, erat maior vendibilitas materiæ exornate. Vt ergo hanc pingendi illecebram tolleret Pontifex, interdicit venditionem quacunque Agnorum sic depictorum, non tantum si plures venderentur ratione consecrationis, quo pacto decretum illud Pontificium accipiunt Sanches† & Scottia\*, sed etiam si venderentur ratione materiæ, aut operæ in efformatione vel pictura Agnorum impensæ. Hæc omnia subici præcio vetuit Pontifex. Nam absolute prohibuit Agnos depictos proflare venales: quem fuisse communem sensum illius Constitutionis, affirmat Suares†: & videtur perspicuum ex verbis Constitutionis, si absque anteoccupatione legatur. Hoc tamen quid ad rem de qua agimus, hoc est ad venditionem Agnorum non depictorum? Nullum est ergo ius positio, interdicens

\* r. l. 9. c. 9. q. 4.

† lib. 2. in Decal. c. 43. n. 29. \* Theorem. 330.

† lib. de simonia c. 14. n. 10.

interdicens emptione ac venditione Agnorum consecratorum penes materiam & laborem efformationis. Sed neque ea venditio mala est ex natura rei. Cur enim potius huius materiæ & laboris in ea efformanda insumpti venditio, erit ex se illicita, quam venditio calicis, aut sacre suppellectilis, penes eadem capita? Ipsam aquam benedictam, ratione materiæ vendi posse, agnoscunt communiter D.D. agentes de simonia, quatenus indiscriminatim tradunt, omnia antecederet annexa spiritalibus, siue quorum materia secundum se antecedit spiritualitatem, posse vendi secundum se spectata. Et specialiter de aqua benedicta, id tradunt Tabienna\*, Archidiaconus†, & Redoanus\*. Similiter ergo cerei Agni consecrati, attendendo ad solam rei naturam, possunt licitè vendi ratione materiæ: & (quod deest aquæ benedictæ, quam homo non efformat artificiosè) possunt etiam Agni sacri licitè vendi, ratione laboris & operæ impensæ in eorum efformatione. Iungo vtrumque caput licitæ ex natura rei vendibilitatis Agnorum, neglecto fundamento contratio, ex quo Suares† contendit cereos agnos consecratos non posse vendi ratione materiæ, sed tantum ratione laboris & operæ in ea formanda. Negat enim materiam illam posse de facto subici præcio, quia Pontifex materiam Agnorum consecratorum suppeditat suis impensis, quam postea consecratam gratis donat; atque adeò vult etiam gratis dari. Agnoscit tamen Suares, operam & industriam quæ in Agnis consiciendis adhibetur, esse aliquid pretio æstimabile, & consecrationem antecederet; atque adeo fatetur, Agnum consecratum ratione eius vendi posse, & subici præcio. Verum non placet hæc restrictio. Quod enim Pontifex, materiam ad consecrationem Agnorum cereorum de suo suppeditat (tametsi disertè liber Ceremoniarum S. R. E. tempore Martini V. editas, in formula denunciandi futuram Agnorum consecrationem, contrarium tradit: Sed hoc sanè demus gratis.) Quod inquam Pontifex de suo suppeditat materiam Agnorum, eòque post consecrationem gratis erogat, non probat, Pontificem præcipere, vt gratis quoque donentur ab aliis quibus ipse gratis dedit. Quam multo enim liberaliter & gratis donant, quæ sciunt à donatoriis subicienda præcio? Itaque non modò industria & labor consecrationis, est idoneus titulus licitæ ex natura rei venditionis Agnorum consecratorum, sed etiam materia: & ad vtrumque illud caput, non autem dimittat ad alterum, fas est admitti nullum pretium Agnorum, cum venduntur quoad ea quæ ipsimet Agni immanent: puta ratione materiæ, vel artificij, penes quæ capita vendibilitatem licitam Agnorum sacrorum habentus astruximos. Nam quod impensarum in eorum transuentione factarum refuso, iure repositi queat, cum Romæ exportantur in oras remotas, nemo non videt esse iustissimum, neque id erat quod vocabatur in dubium.

\* bapif. e. n. 4. † cap. bapif. rando 1. q. 1. \* de simonia p. c. 5. n. 20.

† lib. de simonia c. 14. n. 10. & 16.

gandum Agnos sacros posse licitè vendi quomodocunque, est malè materiatur, & planè ruinofum. Et imprimis quod negant, quæ consecrantur tantum sub certa forma, posse vendi quandiu ea forma & consecratio persistat, absurdè negant. Materia namque calicis alteriusve sacri vasis, supponitur spiritualitati, estque pretio æstimabilis. Quidni ergo poterit subici præcio? Annunt passim Theologij, & disertè S. Thomas\*, Durandus, Paludanus, atque Nauarrus†. Eadem potè ratio euincit, quæ consecrantur absque certa forma, vel eam non exigunt vt consecrationem retineant, posse distrahi præcio quoad antecederet consecrationem. Est enim eorum par omnino ratio, ac calicis, & vasis sacri. Itaque vniuersum Iurisperitorum fundamentum supra propositum, per se concidit. Nec firmius est fundamentum quo Gregorius de Valentia nititur. Malè enim supponit, materiam Agnorum consecratorum, etiam prout substantem artificij & labori efformationis, non esse pretio æstimabilem absque ordine ad consecrationem. Implanasse Valentiam videntur, perexigua Agnorum sacrorum fragmenta, quæ passim includuntur sericis operimentis, aut aureorum filamentorum inuolueris. Eorum quippe fragmentorum perexigua materia, haberetur pro nihilo, si per se absque ordine ad consecrationem spectaretur. Tamen integer cereus Agnus, præsertim ex maioribus; & multo magis centeni ac milleni Agni, habent materiam æstimabilem pretio, nec modico. Quare eorum materia secundum se spectata, vendi licitè potest, etiam post consecrationem. Inde verò inferitur, quamuis materia singulorum fragmentorum quæ singulis inuolueris vsualibus conferuntur sit perexigua, tamen habere suum pretium proportionale hoc est perexiguam; & ratione illius vendi posse: quamuis verum sit, in ea perexiguæ materiæ venditione, facilius esse præsumendam simoniam ementium atque vendentium, eo quod non viderentur comparaturi aut distracturi præcio rem nihili, nisi ob ordinem quem res illa alioqui tantilla, habet ad spiritualitatem subiunctam. Stando autem in natura rei, & dummodò reuera ad sit sincera ementium ac vendentium intentio, quæ pretio & æstimabilitati fragmentorum nullo modo admisceat spiritualitatem, fas omnino est, qualemcunque particulam ceræ consecratæ, vendere aut emere proportionato materiæ ac etiam laboris pretio. Nam tametsi in particulis informibus, si solæ semper fuissent, deesset titulus laboris, aut operæ vel industriæ adhibite in formanda materia totali seu Agno integro; quia forma artificialis & labor in ea inducenda insumptus, non afficit materiam illam inuolutam: Quia tamen ea particula pertinetur aliquando ad materiam integram, & hæc materia totalis, cum ratione materiæ, tum ratione operæ, coempta est tanto pretio legitimo; iure pro rata singulatum particularum repositur à vendente, pretium quod impendit in materia integram, & quoad materiam & quoad inductionem formæ artificiosæ cui substatat integra illa materia cuius pretium perire vendenti non debet; quamuis

CAP. 14. *Lubia moru. re. alia de cereo Agno.*

\* in 4. d. 25. q. 3. art. 2. quest. 3. & alij ad d. distinct. † in sum. c. 25. n.

CAP. 14. uis ad ementis commodum, fecet in varia...

7. DVBITATIO III. Sitne illicitum, pingere, aliterve ornare cereos Agnos consecratos...

Dicendum est, nulli fas esse, per se, vel alium, cereos Agnos benedictos de pingere, inficere, minio notare, vel aurum aut colorem aliquem eis componere, aut quocquam superinducere...

\* orat de Agno, c. 18.

† c. 5. n. 4.

\* 3. de bapt. a c. 6. ad 15.

† de die nat. c. 15.

† 11. 1. de nob. c. 11.

origo ex carnis commixtione, sicut lanæ; corporalia non esse nisi linea, sicut in medio, ubi hostia & calix ponitur. Nam quod alicubi extremitates auro vel serico ornantur, parum refert; quia ea ex parte non habent rationem corporalium, nec excipiunt corpus Christi...

9. Fuit porò post adductam Gregorij XIII. constitutionem, apud aliquos ambiguum, an quamvis Pontifex, omnem huiusmodi picturam, vel infectionem sacrorum Agnorum à quocunque demum factam, voluerit exclusam, tamen permiserit retineri Agnos semel pictos, absque incurfu nouæ culpæ, & excommunicationis intortæ in pingentes aliterve inficientes cereos Agnos. Afirmat Sanchez l. 2. in decalo. cap. 43. num. 28. & Scortia theorem. 330. necnon Diana 3. part. tract. 6. resol. 12. atque Fagundes ad 1. Ecclesi. præc. l. 1. cap. 4. num. 25. Videtur tamen mens Pontificis plus, ferre. Sic enim loquitur. [Considerantes cereas formas innocentissimi Agni imagine figuratas, & per Romanos Pontifices statim temporibus consecrari solitas, sicut Agni puri & mundi à summo Pontifice benedicuntur, ita ab omnibus postmodum immaculatas, non autem auro aut coloribus vllis depictas, sed in suæ albedinis munditiæ sanctificatas, congruenti cum reuerentia teneri & conseruari debere, seu tenere, quouis preteritu, qualibetve de causa audeat. Verùm eos albos & mundos haberi, de ferri, & custodiri præcipimus.] Hæc verba teneri, haberi, conseruari, custodiri debere puros & candidos Agnos, quales à Pontifice sunt consecrati, videntur ferre, Agnos qui tales non sunt, non esse tenendos, ac conseruandos, & custodiendos; proindeque esse destruendos; non quidem ita vt materia illa quæ sacro christiante delibuta est, profana fiat, sed alio aliquo modo. Ponderanda item sunt verba illa, nec illos venales proponere aut tenere; in quibus, verbum tenere, non est necendum cum voce venales, ne superuacue iteretur quod iam expressum fuerat per verbum proponere; sed accipiendum est se-

\* lib. de sacra. dicit. sub. h. 207.

† tom. 5. tract. 13. c. 4. n. 32.

inunctim

inunctim, ita vt sensus sit, non esse licitum tenere Agnos sic depictos aut maculatos. Itaque Pontifex non tantum interdixit picturam Agnorum sacrorum, & eorum sic depictorum venditione; sed etiam vetuit, ne tales Agni habeantur, aut retineantur quomodolibet.

10. DVBITATIO IV. Fas ne sit, cereos Agnos consecratos, filamentis artificiosè appositis, sericove, aut alio inuolucro adhibito ita conueltire, vt sacra cera non pateat.

\* in eccl. dicit. in oratione de Agnis.

De grauitate Vincentius Bonardus \*; existimās posse quidem sacra hæc symbola inmitti aliter antea generis peripheriæ, & obduci crystallo aliòve translucido operimento, ad arcendum puluerem, & remouendam inquinacionem à sudore; non tamen posse ita operiri, vt sacra cera nullo modo appareat, aut forma Agni lateat. Idque affirmat à Gregorio XIII. fuisse prohibitum, intenta excommunicatione, cum edixit vt sacri Agni relinquerentur puri & albi, nullo siue minio, siue auro, siue alio quocunque superinducto reposito. Verba Pontificis sunt. [Prouidè considerantes, cereas formas innocentissimi Agni imagine figuratas, & per Romanos Pontifices statim temporibus consecrari solitas, sicut Agni puri & mundi à summo Pontifice benedicuntur, ita ab omnibus postmodum immaculatas, non autem auro & coloribus vllis depictas sed in suæ albedinis munditiæ sanctificatas, congruenti cum reuerentia teneri & conseruari debere, statuimus & ordinamus, ac sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda prohibemus, &c. ne quisquam posthac, Agnos Dei per Romanum Pontificem benedictos, depingere, inficere, minio notare, vel aurum aut colorem aliquem illis imponere, aut quicquam aliud superinducere, quouis preteritu, qualibetve de causa audeat, verùm eos albos & mundos, agnum istum purum & innocentem representantes, &c. haberi, de ferri, & custodiri præcipimus.] En quoties ingeminat Pontifex, Agnos factos esse relinquendos puros & albos, ad Christi Agni puri & mundissimi expressionem. Disertè item vetat eos obduci auro, quod æquè cadit in aurum lentescens in fila, ac in aurum quomodocunque aliter applicatum. Item conceptis verbis vetat, quicquam sacris ceris superinduci. Non sunt ergo Agni sacri conuestiendi, ita vt non appareant, nec forma Agni sit conspicua.

11. Hæc tamen sententia reiicienda est, quippe pugnans cum vsu vniuersaliter recepto, videntibus nec refragantibus, imo approbantibus Pontificibus. Passim enim sicut reliquæ, vel sacra crucis atomi, cauis crucibus aut lipsantheceis inseruntur, & ita inuoluntur vt nullo modo appareant: ita plagunculae ceræ sacrae, aureis, vel argenteis, aut sericis filamentis artificiosè attextis ita abducuntur, vt non sint conspicua. Non est autem verisimile, omnes vbiuis Antistites ita cautiuisse, vt apertam Pontificij decreti conuulsionem amantissime intorto mulctatam, non fuissent ammaduersuri, si mens Pontificis tulisset, quod sensit Aduersarius: in eo certè culpam

12. DVBITATIO V. An Laici possint absque culpa Agnos consecratos contingere. Agnosceit id esse innocuum, Sanchez lib. 2. in deca. cap. 42. num. 27. dummodo absit irreuerentia & contemptus, & subscribit Diana 3. p. tract. 6. resol. 12. quod vsus inualuerit, vt Agni sacri à laicis, etiam feminis, tangantur. Videntur idem affirmatari recentiores illi, iuxta quos nulla culpa est laicis, etiam feminis, tangere absque contemptu & irreuerentia calicem & corporalia extra sacrificium; quod videtur velle Soto. Et disertè idem statuit Bartholomæus ab Angelo \* tractans de Eucharistia. Canones quidem interdiciunt eo calicem & corporalium contactu extra sacrificium, etiam clericis inferioribus, id est non insignitis Ordine sacro. Tamen plerique censent, hoc esse duntaxat consilium, negantque fordere culpa. Ita Suarez \* cui nonnulli Recentiores subscribunt vt alibi retulimus. Igitur interdiciendum ne laici talia contingant, videtur quoque posse accipi tanquam merum consilium, ad maiorem reuerentiam. Nec refert, quod aliquæ Religiones potiantur privilegio, vt laici earum possint contingere sacra vasa extra sacrificium. Id enim non probat, talem contactum secluso privilegio fore illicitum. Multa quippe sunt, de quibus impetratur privilegium ad tollendos scrupulos meritoriorum; vel quia ius commune circa ea putabatur ambiguum, quæ potuissent sine privilegio licite fieri. Quod si contactus sacrorum vasorum per laicos extra sacrificium (seclusis semper contemptu ac scandalo) vacat procul culpa, iuxta probabilem sententiam propositam; quidni vacabit culpa contactus Agnorum sacrorum

CAP. 14. Dubia moralia de cereo Agno.

† in 4. d. 13. q. 2. art. 1. ad 3. \* 1. 21.

\* tom. 3. p. 1. d. 8. l. 3.



C A P. 14. Dubia moralia de cereo Agno.

factorum per laicos, dummodò abfit irreuerentia atque contemptus, vt supponimus?

13. Exultimo tamen, contactum Agnorum factorum esse laicis illicitum. Sunt enim facti, & chrismate delibuti, & per vsum hactenus inconvulsam (apud nos quidem) laici cuiuscunque sexus, eorum contactu abstinent. Imo Concilium Mediolanense s. Præsidi S. Carolo \*, insinuat, Clericos inferiores, id est factis Ordinibus non initiatos, non posse absque peccato contingere hæc sacra symbola, ob perfusionem chrisimatis, cuius contactu arceri videntur omnes personæ non initiate maioribus ordinibus. Verba Concilij sunt. [Thecarum facti, ne vilo modo cereos Agnos tangant, attrahentve; ne chirothecis quidem, forcipe, aut vilo alio instrumento; sed ad eos thecis concludendis, Clericos in factis constitutos adhibeat. ] Videtur huius contactus Agnorum factorum per laicos, eadem proportionaliter ratio esse, quæ contactus reliquiarum, quem laicis esse sacrilegum, affirmat 4. Mediolanense Concilium parte .i. tit. de pertinentibus ad SS. cultum. allegato S. Gregorio. Concedo quidem, seculo contemptu & irreuerentia, contactum Agni facti per laicum, etiam per feminam, non fore graue peccatum, quod rectè agnoscat Azor t. 1. l. 9. c. 9. q. 3. Si tamen deit iusta causa, aut necessitas, fatendum est, contactum Agni facti per laicos, tamen irreuerentem & absque contemptu, sordere leui peccato. Quod item dicendum est de contactu calicis & corporalium per laicos extra sacrificium, cum Præposito † & Agido \*.

\* tit. de sacramental.

† 3. p. q. 83. n. 171. \* ibidem n. 449.

\* orat. de S. Melet. † orat. de imag.

\* 3. pedag. c. 11.

14. DVBITATIO VI. Num culpa sit, cereum Agnum sacrum eiusve particulam, annulo committere, & digito gestare,

Videtur sanè id valde commodum fore, ad ingerendam memoriam obiecti, cuius recordationi insigenda, institutus est cereus Agnus. Quid enim facilius incurrit in oculos, feritque mentem, quam quod annulo digitis inserto commissum est? Christianus sanè Prædagogus lib. 3. cap. 11. sugillat eos qui ne vquam amicitiam memoriam deponerent imagines earum impressas annulo, gestabant digitis S. Melcuij imaginem, Antiocheni ad perpetuam viri memoriam, annulorum palis insculptam gestabant, vt S. Chryostomus \*, & S. Damascenus † retulerunt. Lubens enim prætereo quod referente Tullio lib. 6. de fin. imago Epicuri gestabatur in annulo per eos qui hominem suspiciebant, & Deum quendam Philosophiæ, illum habebant. Harpocratis item & cæterorum Aegyptiorum numinum imagines annulis fuisse commissas scribit Plinius lib. 33. Itaque gestatio quoque cerei Agni in annulo, videtur valde commodatura ad expedite refreandam Baptisimi memoriam, ac proinde illa Agni gestatio in annulo, videtur licita: neque ab ea abhorruisset Clemens Alexandrinus \*, et in autor sit, vt annulis insculpatur pisces, tanquam reuocans in memoriam pisciculos rationales, qui extrahuntur ex aqua, id est homines per Baptisimum renatos. Aliquos constat annulis incluisse venenum, ad promptam, cum lube-

ret, oppetitionem mortis. Ita quippe de Demosthene, & Annibale proditum est, deque æditio templi Iouis Capitolini, cum M. Crassus duo millia auri pondo inde sublegisset: Heliogabulum quoque seruasse in annulo venenum, ad conficiendum sibi inieritum velle, narrant Scriptores vitæ monstruissimi preoris. Quidni ergo ad vsum seruandæ aut fouendæ vitæ spiritualis, fas sit sacros Agnos gestare in annulis?

Rem (vt videtur) ex natura rei culpa vacantem, ius posituum liberam dimisit. Neque enim est vllum ius posituum vniuersale, quod hæc Agni facti intra annulum gestatione interdicit. Nam Concilium s. Mediolanense sub S. Carolo, cum id prohibuit \*, non potuit statuere legem vniuersalem, quæ solius Romani Pontificis, vel Concilij Occumenici confirmati, est propria. Vsu sanè receptam fuisse, præsertim à Præsulibus, vt Agnos sacros in annuli pala gestarent inclusos, scripsit post illud Concilium, nec improbauit Vincentius Bonardus †. Et iam olim Latini Sacerdotes chirothecas gestabant, quarum dextera inscriptum legebatur, dextera sinistra, sinistra verò Agnus Dei, vt Græculus obicit apud Anonymum Dominicanum anno 1252. scribentem, super à Stewarti editum. Quid si autem assuta erat vel subtecta tali aluta, particula cerei Agni? Quod sanè multo plus est, S. Dunstanus baculo gestatorio dentem S. Andreæ immisit, vt est in eius Actis apud Surium a. At multo decentius haberi posse videtur quod est annulo commissum, quam quod scipioni. Potest igitur annulo confecti particula cerei Agni, & ita gestari.

\* tit. de sacramental.

† dissertat. de Agno Dei, sub finem.

19. Maij.

15. Videtur dicendum, tamen nullo iure positio vniuersali, lata est prohibitio gestandi annulum digitale, cui consertus sit cereus Agnus: tamen eam gestationem videtur ex natura rei illicitam, tanquam irreuerentem, & à sanctitate cerei Agni consecrati dissentaneam. Nemo quippe non videt, ad quam multa indecora, contra reuerentiam signo adeò sacro debitam, ad mouendæ sint manus: quod ita est exploratum, vt fuitta cum verecundia vulnere signanda sint particularia exempla. Huc facit, quod Paulus Ex Prætor, vir grauis, referente Seneca lib. 3. de benefic. cap. 26. criminationi patuit sub Tiberio, quod matulæ admonisset manum cuius digito insertus erat annulus, impressam habens Tiberij imaginem. Inde quoque decretum illud Atteij Capitonis, Pontificij iuris Romani inter primos periti, vt scribit Macrobius †, sanctiuentis nefis esse, Deorum formas annulis gestatoris insculpi. Et consonat symbolum Pythagoræ, ἐν δακτύλῳ τῷ ἀγνῷ ἐκείνῳ τὸ εἶδος ἐπέκειτο. In annulo, vici imaginem ne circumferret. Quod Erasmus hoc Pythagoræ symbolum exponens \*, ait fortè pertinere ad nos passim vlgandam Dei mentionem: notatque id ex Cyrillo esse depromptum, Lylus Cyrildus lib. de symbolis Pythag. qui aliud professus afferre, quantum video, vix aliud profert. Similiter id accepit in Pythagoræ vita Porphyrius cum inter exponendæ eius symbola ad illud deuenit.

† 7. Satur. c. 13.

\* Chil. 1. cent. 1.

Et

\* 5. Strom.

Et quanquam ea expositio est verisimilis, traditurque etiam à Clemente Alexandrino \*, tamen verisimilius videtur quod Gyrildus ex Iamblichio refert; nempe dispicuisse Pythagoræ gestationem imaginis Dei in annulo, ob apertum discrimen pollundæ imaginis. Eadem igitur ex causa, negandum est, fas esse gestare in annulo digitali, ceream effigiem Agni consecrati, eiusve partem.

16. Ob hanc ipsam scidem causam, indubitatum videtur, inclusionem reliquiarum in annulo gestatorio, fore contra reuerentiam factis reliquijs debitam. Vnde nondum puto repertum, qui ausus fuerit reliquias annulo vñali inferere, silentibus licet ea in re legibus vniuersalibus prohibitorijs. Et fuit quidem, qui annulis consereret horologia rotata, qualem vnum gestare solitum Carolum V. produit Historici. Alium in annulo ex quo, Phaëtonem quatuor inuictum equis gestasse, incredibili fore spectaculo, scribit Galenus \*. Non dubito quin similiter aliqui, iam pridem meditati essent reliquiarum commissionem annulo factam, nisi irreuerentia naturæ lumine comperta obstitisset. Quod enim de sorore sua S. Macrina, habet Nyssenus †, fuisse illi in annulo ferreo particulam ligni S. Crucis, non aduersatur ijs quæ diximus. Notat quippe Nyssenus, eum annulum non fuisse à sorore gestatum in digito, sed è collo suspensum. Similiter Acta S. Erendrudis Virginis sic habent de Hentico Imperatore. [ Henricus Imperator cognomento Pius, permittente siue disponente Deo in morbum incidit phrenesis, sine epilepsiæ, & multa Medicorum sollicitudine curari nõ poterat. Multorum etiam Sanctorum liminibus visitatis, tandem ad tumbam sanctæ Erendrudis peruenit, & optatæ sanitatis sortitus effectum, reliquias eiusdem gloriose Virginis impertiri sibi petiuit, & eadem annulo aureo recludi fecit, collo suo iugiter portauit, & interim motum, siue tabiem dictæ infirmitatis nunquam sensit, & ad tumbam prædictam, duo calcaria aurea obtulit. ] En hic quoque, reliquie annulo incluse qui non digito infereretur sed è collo suspenderetur. Angilbertus autem Mediolanensium Archiepiscopus, cum dentem è maxilla S. Ambrosij excullum annulo commisit quem magno erga S. Ambrosium affectu assidue gestabat in digito, comperit factum suum non probari Deo, cum anxius de amisso annulo à pia muliere admonitus est, dentem in suum loculum remigrasse & gingivæ denuò infixum esse dimittis, id quod recluso sepulchro est deprehensum. Rem narrat Ioannes Antonius Castellionæus fasciculo 9. pag. 267. c. 204. [ Angilbertus Archiepiscopus qui sedit anno Dom. 826. deuotione inductus, dentem de ore B. Ambrosij extraxit, & in annulo suo posuit. Quadam vice, dens de annulo cecidit, quem cum Archiepiscopus vbique perquiri faceret, quadam vetula apparuit, dicens, dentem inuenies vbi abstulisti. Quo audito Archiepiscopus ad corpus B. Ambrosij accessit, & ipsum in ore B. Ambrosij reperit. Tunc ne de cætero,

\* l. 17. d. vñ dactium, ad finem.

† in ejus vita.

aliquid de corpore ipsius auferri posset, ipsum sub terra occultauit, & fecit fieri altare aureum S. Ambrosij, quod constitit octoginta millibus librarum siue florenorum, anno Domini 840. ]

17. DVBITATIO VII. Num cerei Agni, decenter ac licite de collo suspensi gestentur.

Respondendum est, id omninò licitum ac decens esse. Imo ita gestari, commodabunt valde ad finem in quem sunt instituti; quandoquidem tum maximè obuersionibus oculis, & refreandam memoriam suscepti baptisimi: sicque erit bullæ Christianæ genus, admodum vtile, longèque fructuosius gestatione bullarum pectori appensarum apud Ethnicos, vt superius memorauimus \* ex Macrobio. Erit id etiam ornamentum genus, splendidius ac luculentius bullarum illis lunulis quas lunæ in modum dependisse Hebræis mulieribus, notat S. Hieronymus Ista 3. ad illud, & lunulas & torques. Non video quid in hac parte possit negotium facessere.

Tantum refragari poterunt, qui incolpiti quæcunque sacra, & promiscuam rerum sacrarum gestationem, & appensionem à collo improbant; & qui nominatim id sugillant quoad reliquias, vt Angelus, & Cicerellus adducti superius † vbi etiam de improbata per Ecclesiam suspensione Eucharistiæ è collo ob hanc causam. Suffragabuntur quoque, qui carpunt appensionem particularium Euangelij ad collum, quod fecisse plerisque sunt vili SS. Chryostomus atque Hieronymus. Et idem fecit Sibyllanus \*, qui inde argumentatur, quod cum verba sacri Euangelij quotidie lecta audiantur; si aure excepta non profunt, inutiliter pendebunt è collo. Item quia virtus Euangelij, est in significatione, non in signis scriptis. Concludit inde Sibyllanus; [ Ergo verba Euangelij, melius in corde posita profunt, quam circa collum suspensa. ] Similiter ergo, melius erit memoriale baptisimi eiusq; suscepti viuam recordationem habere in mente, quam pendente è collo.

18. Sed vt ab hoc postremo ordiat, conclusio à Sybillano illata, nullo modo est ad rem. Neque enim queritur, an melius sit habere in corde Euangelicæ veritatis memoriam, quam in Scriptura. Sicut neque queritur, an melius sit habere baptisimi suscepti memoriam in mente, quam in cereo Agno pendente è collo. Hoc inquam non queritur; cum sit per se perspicuum. Sed queritur, an illa memorialia diuinorum oraculorum, hoc est diuina Scripta è factis Codicibus deprompta, aut sacra Baptisimi suscepti memorialia, licite de collo suspendantur, ad exorandam numinis protectionem, & pios affectus excitandos per eas factas telleras. Diuus quidem Augustinus \*, significare videtur eam Euangelij gestationem esse imperfectam, quia est præter institutionem Euangelicæ Scripturæ; omninòque docet multo magis curandum esse vt Euangelium appendatur in corde, non tamen negat quin etiam bonum sit aliter appendere. Ait enim. [ Cum caput tibi dolet, laudamus si Euangelium ad caput tibi posueris, & non ad ligaturam cit-

aliquid de corpore ipsius auferri posset, ipsum sub terra occultauit, & fecit fieri altare aureum S. Ambrosij, quod constitit octoginta millibus librarum siue florenorum, anno Domini 840. ]

17. DVBITATIO VII. Num cerei Agni, decenter ac licite de collo suspensi gestentur.

Respondendum est, id omninò licitum ac decens esse. Imo ita gestari, commodabunt valde ad finem in quem sunt instituti; quandoquidem tum maximè obuersionibus oculis, & refreandam memoriam suscepti baptisimi: sicque erit bullæ Christianæ genus, admodum vtile, longèque fructuosius gestatione bullarum pectori appensarum apud Ethnicos, vt superius memorauimus \* ex Macrobio. Erit id etiam ornamentum genus, splendidius ac luculentius bullarum illis lunulis quas lunæ in modum dependisse Hebræis mulieribus, notat S. Hieronymus Ista 3. ad illud, & lunulas & torques. Non video quid in hac parte possit negotium facessere.

Tantum refragari poterunt, qui incolpiti quæcunque sacra, & promiscuam rerum sacrarum gestationem, & appensionem à collo improbant; & qui nominatim id sugillant quoad reliquias, vt Angelus, & Cicerellus adducti superius † vbi etiam de improbata per Ecclesiam suspensione Eucharistiæ è collo ob hanc causam. Suffragabuntur quoque, qui carpunt appensionem particularium Euangelij ad collum, quod fecisse plerisque sunt vili SS. Chryostomus atque Hieronymus. Et idem fecit Sibyllanus \*, qui inde argumentatur, quod cum verba sacri Euangelij quotidie lecta audiantur; si aure excepta non profunt, inutiliter pendebunt è collo. Item quia virtus Euangelij, est in significatione, non in signis scriptis. Concludit inde Sibyllanus; [ Ergo verba Euangelij, melius in corde posita profunt, quam circa collum suspensa. ] Similiter ergo, melius erit memoriale baptisimi eiusq; suscepti viuam recordationem habere in mente, quam pendente è collo.

18. Sed vt ab hoc postremo ordiat, conclusio à Sybillano illata, nullo modo est ad rem. Neque enim queritur, an melius sit habere in corde Euangelicæ veritatis memoriam, quam in Scriptura. Sicut neque queritur, an melius sit habere baptisimi suscepti memoriam in mente, quam in cereo Agno pendente è collo. Hoc inquam non queritur; cum sit per se perspicuum. Sed queritur, an illa memorialia diuinorum oraculorum, hoc est diuina Scripta è factis Codicibus deprompta, aut sacra Baptisimi suscepti memorialia, licite de collo suspendantur, ad exorandam numinis protectionem, & pios affectus excitandos per eas factas telleras. Diuus quidem Augustinus \*, significare videtur eam Euangelij gestationem esse imperfectam, quia est præter institutionem Euangelicæ Scripturæ; omninòque docet multo magis curandum esse vt Euangelium appendatur in corde, non tamen negat quin etiam bonum sit aliter appendere. Ait enim. [ Cum caput tibi dolet, laudamus si Euangelium ad caput tibi posueris, & non ad ligaturam cit-

C A P. 14. Dubia moralia de cereo Agno.

\* cap. 5.

† cap. 18.

\* Decade 3. c. 9. q. 9.

\* tract. 7. in Ioan.

C c c curatis

CAP. 14. Dubia moralia de cereo Agno.

curreris. Ad hoc enim perducta est infirmitas hominum; & ita plangendi sunt homines qui currunt ad ligaturas, ut gaudeamus quando videmus hominem in lectulo suo constitutum, jactari febribus & doloribus, nec alibi spem posuisse, nisi ut sibi Euangelium ad caput poneret: non quia ad hoc factum est, sed quia praelatum est Euangelium ligaturis. Si ergo ad caput ponitur, ut quiescat dolor capitis, ad cor non ponitur, ut sanetur a peccatis? Fiat ergo. Quid fiat? Ponatur ad cor, sanetur cor, bonum est. ] En Augustinus agnoscit, super omnia curandum esse, ut Euangelium adhiberetur animae ad eam sanandam; nec tamen negat recte appendi ad sanandum corpus. Quod tamen male negat Sibyllanus, sibi mox contrarius. Nam questione sequenti, admittit idem esse de his diuinis verbis scriptis, quod de Sanctorum reliquijs, quas fateri licite gestari de collo suspensas, ut tradit S. Thomas, & infra monstrabitur. Nec erit difficile ostendere, S. Chrysostomum, & S. Hieronymum, qui vili sunt aduersari, reuera cogitasse omnia alia.

† 2. 2. q. 96. art. 4. ad 3.

\* homil. 73.

19. E Chrysostomo duplex locus adduci solet. Prior ex interpretatione in Matthaeum \* ubi agens de phylacteriis seu conseruatorijs Hebraeorum, sic dicitis quod ad conseruandam diuinorum mandatorum memoriam essent instituta, obiter tantum ait, Phariseos phylacteriis illis vsos esse, [ sicuti multae mulieres modò faciunt, Euangelia ex collo dependentes. ] Quod potuit à Chrysostomo in exemplum proferri ob similitudinem nonnullam; quamvis vsus ille gestandi Euangelia, sit innocuus, vsus autem Phariseorum improbatus à Christo sit, ob admistam vanitatem, salua rei honestate secundum substantiam. Quae interpretatio fundari potest in Isidoro Pelusiotà Chrysostomi amantissimo & imitatore, qui sic loquitur †. [ Quoniam quid illud velit, magnificant phylacterias, ut tibi exponam, per literas à me petisti, illud scito; quod perexigui quidam libelli erant, legem continentes; quos quidam Iudaeorum magistri gestabant, quemadmodum etiam nunc foeminae parua Euangelia. Quandoquidem enim Legislator, ut eos in opus iniiceret, atque obliuionem ab eis amoliretur, illud lege lata promulgat, appendes iustificaciones meas in manibus: ipsi autem operis quidem nullam curam gerebant, ac circa libellorum loca plurimum studij adhibebant, idcirco reprehensi sunt. ] Non ait Isidorus, aequè reprehendi mulieres parua Euangelia gestantes, quarum exemplo exponit quid facerent Pharisei, merito à Christo reprehensi ob diuersum gestandi finem ac modum. Sensus ergo Chrysostomi in praedicto loco, is est quem dixi, nempe declarare per hoc exemplum innocuum, quid malè ob adiuncta diuersa facerent Pharisei. Non enim quae adducuntur in similitudinem, debent semper sibi adaequatè respondere, cum ne in ipsius quidem Scripturae similitudinibus id locum habeat, ut S. Augustinus pulchrè tradit in illud in Psalmi 57. que non exaudiet vocem in-cantantium.

† lib. 2. epistol. 150.

20. Alter S. Chrysostomi locus, non inge-

rit reuera difficultatem ex Chrysostomi mente, sed ex quadam deprauata verborum Chrysostomi interpretatione. Habetur is locus homil. 43. in 1. Cor. his verbis. [ Pauperum arculam domi faciamus, & iuxta locum in quo stas orans, sita sit: & quoties ad orandum fueris ingressus, depone primum eleemosynam, & tunc emitte precationem. Et sicut nolueris manibus illotis ad orandum accedere, sic neque absque eleemosyna. Nam si Euangelium quidem suspenderit, non adedè magnam accipies utilitatem. Hanc autem habens arculam, habes arma aduersus Diabolum: precationena reddis aliam: sanctam domum construis, quae habet alimenta Regis intus recondita. Ideò & iuxta lectum sita sit arcula, noxque nullis perturbabitur visis in somniis. ] Vbi nos consentaneè ad Graecum contextum legimus, non adedè magnam accipies utilitatem, & sicut τὸ σῶμα ὀρεῖται τὸν πνεῦμα, alia interpretatio corruptè habet, Euangelium isthic suspensum, nihil agit, nec tantilla quidem virtutis est. Itaque ex germana Chrysostomi interpretatione propolita, euanescit difficultas, quae ex deprauata interpretatione Graecorum verborum petebatur: constatque sensum S. Chrysostomi esse sicut ex vsu Christiano ad quietem noctis & arcenda Satanae interturbamenta, habentur suspensa è lecto Euangelia; ita habendam simul arcam pauperum, ne Euangelia, absque executione eorum quae Euangelio continentur, reddantur minus vtilia quàm si duo illa iungantur. Quid hinc contra fructum suspensionis Euangeliorum è collo, admodum encolpij? Atque adedè, quid inde quoque per proportionem erui potest, aduersus sacri agni è collo suspensi gestationem religiosam?

26. q. 5. 26. q. 7.

21. Iam locus S. Hieronymi, qui contra eandem factorum Euangeliorum è collo suspensionem allegabatur, fusè ac diligenter excutitur, eòdem à Francisco Mellanensi \*, difficulta Hieronymi loca extricante; tum à Vello-fillo †, ac etiam à Gretsero ‡: qui secuti S. Thomam †, respondent, Hieronymum salua pij substantia, improbare duntaxat adiuncta, vel superstitiosa, vel ex ambitione profecta; quaila nunc quoque alicubi deprehenduntur. Aliqui enim hodièque, Euangeliorum particulas collo appensas gestant, adhibita ea cautione, ut sint scriptae in membrana virginea, vel ut sint exaratae literis miniatis. Quid si igitur tempore S. Hieronymi, aliqua huiusmodi superstitio obreperat, aut alia quaequam ex iis quas Delrio \* & Sanchez † attingunt? Porrit etiam S. Hieronymus, spectare abasum nonnullorum, qui nudis chartis, vel emortuis apicibus potius quàm sensui chartae commisso innixi, gestarent Euangelia. Vel certè eorum, qui idem facerent ad captandam auram popularum, & famam sanctitatis: Aut demique eorum, qui ut disertè notat S. Hieronymus, per talem gestationem Euangelicorum encolpio-rum, ex mulierculis lucra seclabatur, Zelum Dei habentes non secundum scientiam: id est rem secundum substantiam minimè malam, imò piam & religiosam, inquinantes adiuncto malo sine, aut abusione aduentitia; quae si circa cereos agnos sacros adhiberetur, aequè inquinaret eorum gestationem, tametsi pia sit

\* V Supersticio. † in aduersarijs ad Thomam 6. q. 7. ‡ 1. 2. de Cruc. cap. 19. † 2. 2. q. 96. art. 4.

\* 3. Mag. p. 1. q. 4. f. 3. † 2. in dec. cap. 40. n. 16.

CAP. 14. Dubia moralia de cereo Agno.

& religiosa, si simpliciter spectetur. 22. Itaque Patres qui proferebantur, non aduersantur prudenti ac religioso vsui gestandi appensa parua Euangelia. Nec eidem obstreperunt quidam Canonès vt cap. non liceat & cap. non obseruetis, in quibus cum agitur de appensione Scriptorum in modum sacri amuleti, sit tantum mentio Orationis Dominicae, & Symboli Apostolorum. Doctores enim ob paritatem rationis, idem concedunt de Euangelis; aiuntque, ea orationis tantum Dominicae & Apostolici symboli exprefsiōne, excludi duntaxat alias precandi formulas, vel suspectas, vel Ecclesiae iudicio minimè probatas. Nobis nunc sufficit, quod praeter amuleta scripto contenta, sint alia pleraque legitima, inter quae numeramus cereos Agnos consecratos, quia ob conclusas in eis Ecclesiae preces, possunt iuare ad auertenda mala, & vt hoc deesset, adhuc possent gestari è collo appensa, ad vsum in quem per se primò instituti sunt; nempe excitandi ad recordationem Christianae regenerationis, & nutritionis; qua recordatione nihil vilius est in vita hominibus. 23. An verò interpretationes adhibitae iis Patrum locis quae ex eis intorquebantur aduersus vsum appendendi parua Euangelia, & consequenter per proportionem, aduersus vsum appendendi cereos Agnos, possint commodare ad exponendum locum difficilem, qui aequè aduersus appensionem Euangeliorum, & ob omnimodam paritatem in Agnorum quoque sacerum encolpia opponi potest, ex Auctore Imperfecti Operis in Matth. \* Lector eo auditu pronunciet. Tractans ergo illud Matthaei 23. dilatan phylacterias suas, sic loquitur. [ Puto quod illorum tunc Scribarum & Phariseorum exemplo, & iam nunc multi aliqua nomina Hebraica Angelorum confingunt, & scribunt, & alligant sibi, quae non intelligentibus linguam Hebraicam quasi metuenda videntur. Sic ergo & isti vani sunt, sicut illi fuerunt: quoniam personae illorum de mundo recesserunt, non mores. De hominibus itaque nostri temporis exponentes, de illis videmur exponere. Ergo Sacerdotes ex eo quod ab hominibus volunt videri iusti, phylacteria alligant circa collum: Quidam verò partem aliquam Euangelij scripam. Dic Sacerdos insipiens, nonne quotidie Euangelium in Ecclesia legitur, & auditur ab hominibus? Cui ergo in auribus posita Euangelia nihil possunt, quomodo eum poterunt circa collum suspensa leuare? Deinde vbi est virtus Euangelij? In figuris literarum, an in intellectu sensuum? Si in figuris, benè circa collum suspensis: Si in intellectu, ergo melius in corde posita profunt quàm circa collum suspensa. Alij autem qui sanctiores se ostendere volunt hominibus, partem fimbriae, aut capillorum suorum alligant, & suspendunt. O impietas! maiorem sanctitatem in suis vestimentis volunt ostendere, quàm in corpore Christi: vt qui corpus eius manducans, sanatus non fuerit, fimbriae eius sanctitate saluetur, vt desperans ex misericordia Dei, confidat in veste hominis. ] Non placet causari huius Auctoris Arrianismos, & densas circa alia stru-

\* hom. 43.

biligines. An tamen expositio data locis Chrysostomi & Hieronymi pro eo quoque valere debeat, peimitto Lectoris iudicio. 24. Elidenda restant argumenta, quae ex illicita iuxta nonnullos sacrarum reliquiarum gestatione, itémque ex abrogata Eucharistiae de collo suspensione, petebantur contra gestationem & suspensionem Agnorum sacrarum è collo. Verum sententia illa vnus & alterius, improbantium gestationem sacrarum reliquiarum, explodenda est tanquam planè singularis, & contra torrentem DD. vt videre est apud Sanch. \* & apud Delr. † qui ostendit, id itém aduersari vsui & praxi SS. ac eruditorum virorum. De ligno S. Crucis in encolpio circa pectus à se gestato, testis est Rothaldus Episcopus Sueffionensis scribens ad Nicolaum I. Mauritium Imperatorem, missa ad latronem sacra theca reliquiaria quam è collo gestabat, inflexisse eius animum ad veram poenitentiam narrat S. Anast. Sinaita. De crucis Christi particula thecae inclusa & è collo suspensa, est locus illustris apud S. Chrysost. in demonstratione, vbi expendens illud, & erit requies eius bonor, sic de cruce habet. [ Ipsum hoc lignum in quo positum sanctum corpus Domini & crucifixum, quarenam habere totus orbis contendit, vt qui paruam quiddam ex illo habent, hoc auto includant, tam viri quàm mulieres, & ceruicibus suis aptent; hinc valdè honestati & magnifici, muniti & protecti, licet condemnationis fuerit lignum ] Nicephor. Constantinopol. Epistol. quae habetur t. 5. Conc. Ephes. edit. Petr. append. 3. c. 22. Leon. III. Roman. Pont. encolpium aureum misit, cuius alterum latus crystallo erat inclusum, alterum opere fusili effigiatum, habens intra se alterum encolpium, cui ligni crucis particulae calatae insertae erant. Greg. II. scribens ad Leon. Maur. ait, sacerdotes Christianos punire reos, crucem illis & Euangelia tanquam encolpia de collo suspendendo. S. German. thecam reliquiariam è collo suspensam gestasse scribit Beda I. hist. Angl. c. 18. De theca reliquiaria quam gestare solebat S. Villibrordus, sic canit Alcuinus.

\* lib. 2. in decalog. cap. 40. num. 17. † lib. 1. Mag. c. 4. q. 4.

\* in Psal. 6.

Altaris inuenis corrupta mente minister, Clam rapuit quaedam sancti donaria templi. Tollitur ac seuo quaedam crux aurea sortis, Quam Christi famulus secum portare solebat, Dum pius equiter Christo comitante viator. Reliquias propter multas quas condidit in illa. Mox tormenta sui sceleris persensit iniquus, Vltio consequitur peccatum iusta nefandum. Et perit infelix crudeli peste peremptus. Moris in articulo pandit tamen impia furta, Et quo que tulerat latuissent omnia monstrat. Quo perente, tremor creuit cum laudibus ingens, Fratribus & populo, conuertes omnia Christo, Quaeque sui seruis fuerant, seruante tueri. Refert de seipso Gregorius Turonensis †, quod crucem reliquijs instructam quam collo appensam gestabat, insigni miraculo fuisse illustratam. Cum enim incidisset in conflagramentum saeuo incendio domum viri pauperis, erecta aduersus flammatarum globos ea cruce, [ mox in aspectu sanctarum reliquiarum, ita cunctus ignis obstupuit, ac si non fuisset accensus. ]

† lib. 1. n. 126. c. 11.

CAP. 14.  
Dubia mo-  
ralia de ce-  
reo Agno.

25. Occurrunt passim in Actis sanctorum, similia exempla encolporum è sacris reliquiis. Ac proinde qui negant eas posse collo appensas gestari, non habent suffragantem vsum Sanctorum. Vnus verò & alter Canon Ecclesiasticus quæ pro se allegant, reuera eis non suffragatur: Quia in illis canonibus tantum vetatur, vel translatio reliquiarum absque autoritate, vel gestatio reliquiarum ad ostentationem in processibus publicis. Translatio autem cum sit totius corporis vel partis notabilis, non est de iis sacris reliquiis quæ collo appensa gestantur. Itaque Canon ille aliò spectat. Canon verò interdicens gestationem reliquiarum è collo suspensarum in processibus, (qui est Concilij Bracharenis tertij) percellit Antistites, qui ex ambitione & fastu, vt in processibus gestarentur in sella, fucolantibus Leuitis, appendebant collo suo reliquias, quas Leuitarum fuisset gestare in ferculis. Quare nihil quoque Canon ille, ad gestationem priuatam reliquiarum appensarum collo. Retorquo itaque argumentum. Nam religiosum ac pium est, particulam sacrarum reliquiarum, ex pio erga sanctos affectu, collo appensam aut aliter secum habere ac circumferre, vt monstrant quæ allata sunt, confirmatque à Bulgariis consultus Nicolaus I. dicens omnino licere pio homini, gestare reliquias & crucem\*. Subscribit S. Thomas † annuentibus passim Doctoribus, vt videre est apud Valquem † atque Durantium †. Idem ergo de cereis Agnis consecratis dicendum est, statuumque piam & religiosam esse eorum gestationem, siue è collo suspendantur, siue aliter deferantur.

\* cap. 7.  
† l. 2. q. 96.  
art. 3.  
† l. 3. de ador.  
o. 15.  
† lib. 1. de rit.  
c. 25 in fine.

† l. 1. de Eu-  
char. c. 7.

26. Argumentum denique, quod contra gestationem sacrorum Agnotum desumebatur ex vetita gestatione Eucharistiæ; inbelle est. Primum, quia potest ac debet esse alia ratio Augustissimæ Eucharistiæ, & Agnorum sacrorum. Reuerentia enim tam diuino sacramento debita, supra quascunque res sacras, meritò fecit vt statueretur à multis sacculis, illicitum esse cuius Eucharistiæ penes se habere, etiam ad priuatam perceptionem, quod olim vt multis docet Espencæus †, non ad gestandam per modum encolpij, sed ad vsum sacræ cibationis, grassante Tyrannorum furore, cum non esset tutus ad Ecclesias accessus, concedebatur fidelibus, ne impasti sacro illo pane qui est robur sacrorum pugilum, raperetur ad certamen. Id quod etiam consecuto in Ecclesia fustro aliquandiu durasse, saltem cum per longam moram non erat futurum liberum adire templa, cõstare videtur ex S. Satyri exemplo. Narrat enim S. Ambrosius fratrem suum S. Satyrum, in nauigatione habuisse comites initiatos, qui penes se habebant Eucharistiæ. Non habebant tamen isti Eucharistiæ, vt encolpium ordinarij: sed eam in promptu habebant, fortè in facello, aut parte nauis facelli vicem tenente, asseruatam ad priuatam perceptionem in diuturna nauigatione; simulque ad præsidium & tutelam, supposita causa piore, quæ scilicet spectabat perceptionem. Et ita ab alijs factum, docet Ioannes Diaconus in rebus gestis S. Gregorij lib. 1. cap. 33. Quod autem prædicti initiati quos Eucharistiæ B. Satyro tribuisse ait S. Ambrosius, è collo suspensam illam gestarent, tanquam

encolpium quotidianum & ordinarij, præsertim etiam extra nauigationem; neque S. Ambrosius refert, neque est verisimile: Satyrus quidem, etiam si tunc adhuc catechumenus, ab iisdem initiatis impetrauit specierum diuini panis particulam, quam abs se non visam, (quod Catechumenis non licebat) reuerenter abscondit in orario, hoc est in fascia longiuscula, vt exponit pluribus de ea voce agens Bullægenus †: eaque fascia instructus, tãquam certo aduersus naufragium præsidio, deiecit se in mare. Quod tamen à sancto illo sancti Ambrosij fratre in tanta necessitate factum est, non debet trahi ad confirmationem gestatæ passim per modum encolpij diuinæ Eucharistiæ.

Refertur præterea pro eodem vsu Eucharistiæ passim gestatæ suspensæ è collo, S. Byrini quæ Baptista Scortia †, allegato Beda, affirmat nauigantem in Britanniam, oblitum esse in litore Eucharistiæ quam de collo suspensam gestabat: regressumque pedibus ad litus per aquas, cum recepisset facta symbola, reuenisse ad nauem. Hoc si verè contigit, eodem modo accipi potest quo in superiore exëplo B. Satyri. Apud Bedam †, tamè qui huius historiæ autor proditur, nihil tale reperio. Apud Anonymum Dominicanum qui Constantinopoli contra Græcos scribebat anno 1252. & non ita pridem à Steuartio est editus, obiicitur Latinis à Græculis, quod apud eos, qui castra sequuntur, in marsupio ponunt Eucharistiæ, & portant in vestibus ac pileis. Sed hanc esse calumniam, non est dubitandum. Pleraque enim huiusmodi, liquidò falsa, affecta Latinis ibidem referuntur.

Itaque persuasum habeo, nunquam diuinissimam Eucharistiæ fuisse gestatam è collo suspensam per modum encolpij ordinarij, sed tantum vt domum asportaretur asseruanda ad perceptionem, aut vt deferretur ad alios, siue ægros, siue expetentes frumentum illud electorum, aut denique vt in graui necessitate esset præsidio, vt in naufragij periculo. Exemplum de Eucharistiæ è collo suspensæ vt ad ægros deferretur, refertur à Francisco Pico, Mirandulano lib. de Strigibus. Scribit enim in Alpibus Rhetiis Sacerdotem, pyxide diuinam hostiam continente, suspensam de collo, equum conscendisse; cum interuentu hominis malefici seductus fuisset ad conspiciendum mirabile spectaculum, subuehente Demone, intra morulam perbreuem pendente semper de collo Eucharistiæ, procul inde centum passuum millibus esse delatum, in synagogam Satanae cui Regina speciosissima præerat. Illam bonus Sacerdos ratus esse Deiparam, alijs alia munera offerentibus, ipse munere quod censebat fore gratiosissimum donatum voluit, corpore miminum. Filij sui, exhibitio, vniuersus cætus euauit. Sacerdos inter vepteta & dumeta ad eò procul à loco quem cogitauerat, reperitus est. Habebat ergo hic Sacerdos Eucharistiæ è collo suspensam, sed ad ægri cibationem, non autem vt esset ipsi Sacerdoti pro encolpio. Esset certè nimis familiariter agere cum corpore Domini, sic penes se illud gestare extra vsum. Nec si particula sanctorum cinerum, quos S. Ambrosius *semina sterilitatis* licet nominat †, satis reuerenter haberi in encolpio,

† lib. 1. de vestibus Pontif.  
c. 38. latè item  
Casauo, ad  
Vopiscum  
accipiens pro  
muccinio, &  
Gresferus ad  
Codium  
lib. 1. c. 16.

† lib. 2. de  
Missis, c. 13.  
n. 5.

† 3. lib. c. 7.

† tit. de sa-  
cramental.

† l. 1. in decal.  
c. 40. n. 28.

† ad consulta  
Bulgar. c. 7.  
§ 8.

& piè gestari potest: (quod item dico de cereo Agno consecrato, eiusve particula quæpiam) consequens est, Eucharistiæ cum sufficienti reuerentia haberi posse, si ordinariè & passim eo modo gestetur.

Admitto igitur, hoc & semper ex natura rei indecorum ac illicitum fuisse, & si aliquando in vsum fuisset inductum, meritò fuisse abrogandum. Nego tamen paritatem quoad alia sacra, & nominatim quoad cereos Agnos consecratos; quorum proinde è collo suspensorum gestatio, innoxia manet, non obstante contrariò vsu quoad Eucharistiæ. Deinde, etiam si admittenter olim Eucharistiæ licet fuisse gestatam vt encolpium, postea verò abrogatam esse iussu Ecclesiæ eam gestationem, nihil inde concluderetur contra vsum licitum ceterorum encolporum sacrorum, & nominatim Agnorum sacrorum; quia grauis abusiones eam Eucharistiæ gestationem alectantes, siue à Maleficis, siue ab alijs impijs, grauius item discrimina inhonorationis timenda circa Eucharistiæ à corruptione specierum Sacramentalium, & aliunde; vel nullo modo, vel certè vix ac ne vix quidem, ingruunt circa alia sacra encolpia, etiam si ordinaria. Quare est diuersissima eorum & Eucharistiæ ratio, hac in parte.

27. DVBITATIO VIII. An gestatio cerei Agni consecrati, mutet specificè, vel saltem aggrauet, gestantis cultam, in quam fortè labitur instructus eo sacro symbolo.

Videri possit Concilium Mediolanense V. Præside S. Carolo †, fuisse parti affirmanti. Nam inter varia quæ de pio vsu agnotum sacrorum præscribit, hoc sancit. [ Qui sacros Agnos gestant, hoc religiosius caueant, ne quid impurè turpiterve agant, aut à sacra huiusmodi re alienum. [ Hæc cautio præscripta vtentibus cereo Agno, videtur adhibita ad declinandam culpam specialem, vel saltem culpæ aggrauationem, ab iis contrahendam qui se peccato commacularint inter gestandum sacros Agnos. Et videtur sanè esse quoad hoc, par ratio horum sacrorum symbolorum, ac reliquiarum, vel particulæ sanctæ crucis, aut piæ cuiuspiam imaginis. Nam quod de reliquijs hac in parte dicitur, extendendum esse ad quamuis imaginem, reatè statuit Sanchez †. At peccantem gestando sacras reliquias vel piam imaginem (etiam si peccatum illud non sit directè contra cultum rebus illis sacris debitum, quale esset si turpiter ac obscenè attrectarentur) peccare speciali peccato, quod seorsim in Confessione exprimi debeat, affirmat Philiaricus t. 1. de offic. Sacerd. p. 2. lib. 3. cap. 9. ad finem. Vt minimum autem videtur admittendum, aggruari ex ea gestatione sacri encolpij, culpam gestantis inter peccandum, quia irreuerenter se gerit erga rem sacram. Idque saltem videtur voluisse Nicolaus Papa respondens † Bulgariis, qui quasiuerant à Pontifice, liceretne crucis sanctæ particulam cum reliquijs gestare, aut osculum figere. Cum enim respondisset Pontifex id planè licitum esse mundis corde, & reuerenter ge-

stantibus, vel osculantibus ad testimonium C A P. 14  
flagrantis amoris, subdit de homine cui sit *Dubia mo-  
maculata & fordens anima.* [ Immundum au-  
tem hanc portare, nullo pacto permitti-  
reo Agno.

mus, scriptum quippè est, *mundamini qui fertis vasa Domini*: Nullum verò domini vas, sacratius est cruce dominica, quæ ipsum portare Dominum meruit. Osculari autem eam immundo non licet, quoniam eo ipso quod immundus est, ipse sibi testis est; quàm mortificationem carnis non diligit. Ergo quam non amat, nec osculetur, ne fortè de eo dicatur, quod de reprobis à Domino per Prophetam increpatoriè dicitur, *populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me.* Et Psalmista, *dilexere*, inquit, *etiam in ore suo, & in lingua sua mentiti sunt.* De reliquijs verò Sanctorum eadem dicimus, quorum corpora templa & vasa fuere suntque Dei, quibusque ad omnia bona opera tanquam organis, sanctus vsus est, quando voluit Spiritus. Ergo præmissa digna reuerentia, si munditia mentis, & corporis comitatur, etiam quadragesimali tempore, de quo speciali consultatione percunctati estis, crucem Domini, & portare & superiori regula custodita, licet cum liberit osculari. Sed & tunc maximè, atque ibi, quando, & vbi antiqui hostis vel pugnae, vel insidiæ præcipuè formidantur. ] Igitur de mente Pontificis, vel specialem malitiam, vel aliunde haustæ malitiæ aggrauationem, infert gestatio sacrarum reliquiarum inter peccandum: nec nisi à mundis corde, honestè licetque portantur. Eadem hand dubiè fuit sententia Niphontis Episcopi Nouvagardiensis inter Moschos, cum respondet quæstionibus à Cyrillo quodam propositis, apud Sigismundum Herbelkenum in Commentarijs de sua ad Moschos legatione †, quarum quæstionum vna, hæc erat. [ An liceat rem habere cum vxore, eo loci, vbi sunt imaginis Sanctorum? ] Responso Niphontis, hæc fuit. [ Accedens ad vxorem, nonne deponis crucem de collo? Similiter nec in habitatione coram imaginibus, nisi benè reclusæ & operatæ fuerint, accedere ad vxorem non licebit. ] Supponit manifestè hæc responso, accessum ad coniugem pendente de collo sacra cruce, (& idem esset de alio quouis sancto encolpio,) continere peccatum: quod multo magis interuenire fatendum erit, in accessu alio per se inhonesto, cuiusmodi non est accessus ad coniugem. Quare cereus Agnus consecratus, cum sit aliquid sanctum; sin minus speciali malitia inquinat gestantem non abstinentem peccato, (quod consequenter ad propositam ex Philiarco doctrinam est admittendum) at saltem aggrauat eius peccatum notabiliter, ob irreuerentiam qua sacrum munus commaculat.

28. Contraria sententia videtur vera, quam quoad eum qui gestat sacras reliquias, approbant Sanchez, lib. 2. in Decalog. cap. 40. numero 28. & Azor. tomo 1. libro 9. capite 8. quæstione 6. Negant enim peccando cum tali circumstantia admitti speciale peccatum; vel etiam, peccatum quod

† pag. miki  
37.

CAP. 14. Dubia moralis de cereo Agno.

interim admittitur, aggravari deformitate aliqua intra eandem speciem, necessarium explicanda in Confessione, iuxta probabiliorum sententiam, quae fert circumstantias aggravantes, esse necessarium exponendas in Confessione. Et Sanch. id nominatum extendit ad peccata luxuriae, circa quae aliqui existimant, inferri saltem illud actualis malitiae superpondium, cum admittantur gestando sacras reliquias, vel aliquod sacrum pietatis instrumentum, cuiusmodi est scapulare, aut funiculus benedictus S. Francisci. Negari non potest, quin sit aliqua in eo facta decentia, quam unam insinuare voluit Nicol. Papa, & Concilium Mediolanense locis supra allegatis. Sed non omne quod dedecet adiunctam habet specialem malitiam, eiusve superpondium, praesertim notabile, & ex necessitate explicandum in Sacramentali Confessione, iuxta sententiam quae circumstantias notabiliter aggravantes, habet pro necessaria Confessionis materia. Subscribitur quoad omnia praedicta & nominatum quoad Agnos sacros, Diana \*, atque Filiucius †.

\* 1. praef. de circumst. resolut. 18. † c. 1. et. 30. num. 229.

29. DUBITATIO IX. Possitne cereus Agnus affigi stabulis, aut de collo brutarum animalium suspendi.

Fauste videtur parti neganti, quod obladi videatur reverentia sacris hisce cereis plagunculis debita, si adhibeantur ad talem vltum. Item quod formula consecrationis Agnorum cereorum, in qua minutè & admodum diligenter numerantur omnia quibus Ecclesia rogat vtilem fieri sacrorum Agnorum gestationem, ad auerrenda mala, & accerrenda bona, nunquam meminerit nisi devotè hos Agnos ferentium, quod constat non cadere in bruta, vel stabula. Quis verò non videt, in hac sacrorum sigillarium ad bruta vel stabula appensione, excitari facile posse scandalum? At vel hoc solo titulo, vitandus esset huiusmodi extraordinarius sacrorum Agnorum usus, tamen si neque ex natura rei, neque iure positivo esset illicitus.

\* lib. 2. de bened. cap. 36.

30. Sententia affirmans, placuit Gretsero \*, nec mihi displicet. Negat ergo Gretserus, esse contra reverentiam debitam sacris plagunculis si brutis animalibus, ut prophylactica vel therapeutica remedia appendantur, aut etiam in ipsis brutorum stabulis, tutelae causa alligentur. Nam ex ordine Romano liquet, cereos Agnos, iam olim solitos succendi ad suffitum expiatorium, pro quacunque necessitate, quae etiam ad pecunia extendi potest. Itaque haud grauatè admitto, ut haec Agni cerei sacri asseruatio in stabulo, eiusve suspensio de collo bruti, ex fide & pietate herorum facta ad auerendas eorum calamitates in damnum dominorum cessuras, habeatur innocua. Et verò, an non congruum est, esse aliquod Christianum amuletum pro brutis, quod eorum collo appendatur; cum fuerint, sintque etiamnum, vana & superstitiosa pro istis perispra, usurpata ab improuidis? Audi S. Eligium, (cuius enim est liber de reuerentia Catholicae Conuersationis Augustino adscriptus) reprehendentem talia, [Nullus ad colla hominis, vel alienius animalis, legumina dependere praesumat. Et si Clericis

fiat, & dicatur quod res sancta sit, & in diuina lectione contineatur, non esset dignus nomine Clericorum, sed haereticorum, quia non est in eis remedium Christi, sed venenum Diaboli.] Vbi in diuina lectione tale remedium? An ob admista aliqua verba sacra, aut aliquid ex sacris libris, pro more huiusmodi balatronum, quem memorat & damnat Augustin. \*, iactabant hi nugiuendi tale remedium in diuina lectione contineri? Vt ut sit, si tale remedium, aut phylacterium vanum brutis quoque est adhibitum, quidni eis item vsui possit verum phylacterium, cereus Agnus?

\* tract. 7. in Ioann.

Alia certe ritu Christiano benedicta & sacra, simili de causa brutis interdum admota legimus. Sic S. Theodorus, panem, & fructus benedictos, praebat feris laborantibus, ut habent eius acta. Virum item sanctissimum Aphraatem, equo laboranti aquam benedictam, ac oleum quoque benedictam adhibuisse, Theodoretus testatur \*. Nec verò multum à brutis, & pecudibus distabant, efferati illi ac truces Haeretici, omnibus sordentes sceleribus, quos quasi cicuratos, & ad humanam mansuetudinem reuocatos, clam insuta nesciorum vestibus cerei Agni plagula, superius retulimus. At homo eiusmodi, non modò iuxta innumeros Patres, Chrysolom. \* maxime atque Gregorium Nazianzenum \* ipsamque diuinam Scripturam †, brutum audit, feram humana forma appellat diuinus Ignacius scribens ad Smyrneses, sed ob peccata quibus inquinatur, & ob auersionem à Deo cui subiaceret, indignior est cui sacra admoueantur, quam brutum; quod nec peccati capax est, nec diuini odij obiectum: & alia ex parte est aliquid hominis fidelis, qui ex fide, & pietate, salutem bruti corpoream sibi commodam, quaerit per sacri sigilli admotionem. Proindeque non apparet vnde ea admotio vitietur, dummodò prudenter caueatur scandalum, quod in eam possit obrepere. Sed hoc incommodum æquè possit quoduis pius exercitium intercludere: & ut pater, est per accidens. Nos autem non spectamus nisi quod per se loquendo licitum esse potest, seclusis dehonorationibus ab extrinseco, planè per accidens interuenturis.

\* in relig. hist.

\* hom. 12. in Genes. \* orat. 1. de Theol. n. 1. † apud Gul. Parisi. de vit. cap. 9.

31. Ex proximè dictis, expedita manent, quae pro parte negante sunt proposita. Nam & monstratum est, timorem excitandi scandali non ob stare veritati propositae, ex quo dissoluitur argumentum secundo loco factum: & insuper monstratum est, quae ratione salus corporea, vel indemnitas brutorum à fidelibus expetita, sit aliquid ad ipsos fideles pertinens, cui propterea Satan quo flagrat in hominem odio plerumque infestus est. Nam experientia iam olim docuit, hanc seruitutem hominum (sic apud Plaltem vocantur bruta, interprete Greg. Nysseno \*) vexari occupante Dæmonè, quod S. Hieron. subiecto exemplo illustrat in Hilariatione, cum de Baetto camelo †; & exemplo equi declarat S. Greg. \*. Item disertè agnoscit Orig. †, his verbis contra Cell. † Profectò tantum absumus ut Dæmonibus his seruamus, ut vel precibus, vel sacrarum literarum doctrina, ex humanis hos animis abigamus, & ex locis his propulsemur, in quibus collo-

\* orat. 5. in orat. Dom. † cap. 18. \* 1. dial. c. 10. † lib. 7. contra Cellam in fine.

† supra c. 5. & 1. de consecrationibus, c. 6. & 9.

\* 4. inst. c. 27.

† homil. de Michab. 1. \* lib. de locis infestis, cap. 67.

cati iam per homines essent. Persapè etiam ex brutis animalibus ipsos eiecimus. Nam & in hominū perniciem, nonnulla Dæmones operantur. [Quid ergo vetat, pium bruti dominum, Satanæ odium in brutum propter se expromptum, sibi que damno futurum, admotione sacri sigilli ad brutum vel ad catabulum, praeterere, vel auertere in huiusmodi infestationibus? Sed & cum brutis non à Satana, sed à naturalibus causis impenderet damnus, preces Ecclesiae Agno sacro consecrae, & per Agnum ex fide heri bruto admotæ, possent esse bruto vtilis: quas proinde herus sibi in bruto prospiciens, citra culpam ei adhibere potest, ut videmus fieri in peste animalium.

32. DUBITATIO X. Fasne sit cereum Agnum affigere, & affixum seruare in cubiculis, itémque an in vineis statui, & de arboribus suspendi possit.

De cubiculis nulla est difficultas, & vsus piorum astipulatur, quoties praesertim contingit terrificationes Dæmonum alicubi sentiri; qualia multa in domibus deprehendi, & quoti lina experientia attestatur, & multis illustrat Petrus Thyreus in opere de eo argumento \*. Notandum exemplum recitat Alexander Neapol. †. Nec ipsis Ethnicis incomperata fuerant haec terriuculamenta domorum, ut videre est apud Plinium Iuniorum \*. Et quoniam non sit prorsus certum, an huiusmodi infestationes domorum prodeant à Dæmonibus, an verò ortum habeant ab animabus hominum defunctorum, aut ex flammis emendatoris, aut ex inferno diuina permissione regressis; (nam Angelos bonos, vix fuit qui istis terrificationibus distentos voluerit: \*) Tamen & verior sententia habet, ista ut plurimum à solis Dæmonibus manare, ut Thyreus rectè statuit †: & vnde cum demum orientur, cum habeant rationem vexationis & mali vltorij, non possunt ad illud deprecandum parum iuuare preces Ecclesiae intra agnum Pontificia benedictione velut conclusæ. Imo quamuis Agnus cereus spectaretur tantum ut res sacra, non est dubium, quin fides eorum à quibus ibi collocatus est, ad exorandam à Deo tranquillitatem talis loci, possit Deum inflectere, ad quietem sopitis tumultibus largiendam: & ipsa rei sacrae praesentia, cum principium terrificationis est à Deo auctum, ad tranquillitatem loci opportuna est, ob horrorem quo Satanas, & qui sunt ex parte eius, percèlluntur ad hæc obiecta. Non dico, hanc esse solam, vel etiam praecipuam causam, cui Dæmones diffugiunt exhibitis rebus sacris; iuxta commune Ethnicis, & nostratibus haereticis responsum, cum videntur quod Dæmones adhibito signo crucis effugentur. Aiunt enim Haeretici, hoc facere Dæmones pra horrore talis signi, quod ipsum dicebant olim Pagani, apud Laëtantium \*. Ita igitur dico Dæmones diffugere pra horrore rei sacrae, & odio quo eam auerfatur, ut simul velim, diffugere pra metu, quod differebantur Ethnicis: ac etiam pra vilitate rei sacrae; quorum neutrum audire volumus Sectarij. Perpulchra autem similitudine expositum est à D. Chrysolom. † & fusè illustratum à Thyrao \*.

\* cap. 1. † lib. 5. c. 23.

\* lib. 7. ep. 27.

† supra c. 5. & 1. de consecrationibus, c. 6. & 9.

\* 4. inst. c. 27.

† homil. de Michab. 1. \* lib. de locis infestis, cap. 67.

33. Fixum igitur esto, cerei Agni appositionem, esse optimam tutelam loci infestis, vnde cumque orta sit infestatio. Affine est, quod S. Augustinus † recitat de domo quadam in territorio Fulsalensi, quam cum afflictione animalium & mancipiorum, pius herus vni noxiam malignorum spirituum perpeti comperisset, praeter remedium Christiani sacrificij, curauit liberam reddi appensione rei sacrae. [Acceperat enim ab amico suo terram sanctam de Hierosolymis allatam, vbi sepultus Christus die tertio resurrexit, eamque suspenderat in cubiculo suo, ne quid mali etiam ipse pateretur.] Verba sunt D. Augustini, qui addit, pium illum virum, solatis doloribus & terroribus inferni, terram praedictam diuitius in suo cubiculo habere noluisse, reuerentiae causa: sed constituto in eam rem loco orationis, in illo infodisse terram, insigni mox miraculo quod Diuus Augustinus recitat, nobilitatam.

CAP. 14. Dubia moralis de cereo Agno. † 21. ciu. c. 2.

Hæc cum ita se habeant, quoad affixionem vel appensionem Agnorum sacrorum in domibus & cubiculis, tamen quoad agros, & vineas, ac arbores, difficultas est. Nam Azor \*, & Gretserus †, admittunt id esse illicitum nisi prohibitione lata in Concilio Mediolanensi V. Praeside S. Carolo \*, vbi interdicatur affixione horum agnorum in arboribus, vel suspensione è ramis: Veratur praeterea eorum abieccio in agros aut vineas. Quae prohibitio, quamuis non iniiciat vniuersalem obligationem, cum non sit lata à summo Pontif. sed à Concilio tantum Provinciali, non confirmato pro vniuersa Ecclesia; tamen quod à cætu Episcoporum, quibus Sanctissimus Antistes æui sui gemma praerarat, sit inducta, non potest non esse magni momenti. Accedit quod ea abieccio in agris aut vineis, vel affixio, aut suspensio ad arborem omnibus cæli iniuriis patentem, sapit irreuerentiam non exiguam: cum tamen sacris his symbolis, magna reuerentia debeatur, ut in confesso est apud Catholicos. Itaque Vincentius Bonardus †, hanc (ut vocat) vanitatem ex nimio terrenorum amore profectam, seuerè daninat.

\* c. 1. l. 9. c. 9. quæst. 1. † lib. 1. Bened. c. 36. \* cit. de sacramental.

34. Abiuerim ergo sanè admodum grauatè, à sensu Concilij praedicti, & S. Caroli. Non dissimulo tamen, quid in contrarium occurrat. Nimirum Agni cerei consecrati, Romae, ut ex Ordine Romano retulimus in superioribus, ad eos ipsos vsus assumebantur, ad quos extra urbem deseruiebant particulae cerei Paschalis. At de his particulis, tametsi benedictis & sacris, disertè Ordo Romanus affirmat †, quod acciperentur à fidelibus [ad suffumigandum in domibus suis, seu ponendum in agris vel in vineis, propter illasiones diabolicas, siue contra fulgura & tonitrua.] En ad ponendum in agris vel in vineis; quod cum dicatur consequenter ad immediate ante praemissa de particulis cerei extra urbem, deque Agnis cereis in vrbe, videtur communitè cadere, & in particulas cerei, & in Agnos. Deinde tametsi non caderet explicite nisi in particulas cerei, à paritate tamen rationis, videretur idem dicendum de particulis agnotum: Nam vtraque particula, sunt sanctificata per benedictionem Ecclesiae.

† in calce dissertationis de Agno.

† tit. Ordo in O. lauis Paschæ.



CAP. 14. Dubia moralia de cereo Agno.

† tit. de Satho in bened. fontis.

\* hymno quinto Cathemer. sub firm.

stalticam. Si ergo nihilominus, particula cerei, vt disertè habet Ordo, ponebantur in agris & vineis, quidni etiam fragmenta Agnorum ad eum vsum assumi poterunt? Dices, Agni sunt perfusi sacro chrisinate, quod cum sit materia remota Sacramenti Confirmationis, est aliquid apprimè sanctum quod profus dedecet sic abijci. Reponet tamen aliquis etiam aquam chrisinate perfusam esse materiam vnius eximij sacramenti & tamen aqua benedicta & chrisinate perfusa vt disertè habet Ordo Romanus †, inspergitur agris, & vineis, ac arboribus. Non sine fructu etiam supra naturam, vt patet ex illustri exemplo Stephani VI. apud Anastasium. Nec id censetur esse contra reuerentiam rei benedictæ debitam quando commodum hominis postulat rem sic consecratam adhiberi ad talem vsum, cum non modò sacramentorum materiæ, sed ipsa etiam sacramenta, sint propter hominem, non è contratio vt D. Augustinus admonuit. Sæpè præterea vidimus in superioribus, particulas cerei Paschalis, fuisse olim in agris & vineis collocatas cum necessarium videbatur: Et tamen olim cereo Paschali admiscebatur chrisma. Nam quamvis in vetustis ritualibus id non legatur, quantum memini, tamen disertè ita habet Prudentius \* in hymno de cereo Paschali, sic canens,

Lumen quod famulans offero suspice, Tinctum pacifici chrisinatis unguine. Quod si quis dicat, Prudentium ibi describere potius lucernas Ecclesiæ, quàm cereum; Præmiserat enim proximè, Pendens mobilibus lumina funibus Quæ suffixa micant per laquearia Et de languidulis foia natantibus, Lucem perspicuo summa jacet vitro;

Quod liquet de lucernis dici, non de cereo: Hoc inquam si quis dicat, parum referet. Nam si ea die sacris lucernis immittebatur chrisma, cum alio saltem fomento pinguis oliui, de quo initio carminis, quanto magis ceræ tereti quam stupa calens biberet, vt ibidem dicitur, hoc est cereo, admistum fuerit sacrum chrisma, saltemque tinctus & delibutus fuerit chrisinate cereus? Et tamen ejus particula, vt diximus, ponebantur in agris & vineis. Quid ergo in tali sacrorum agnorum vsum peccetur, rem ex natura sua, & juxta antiquum vsum spectando, non satis capio.

35. DVBIATIO XI. Quale peccatum sit, ementio vel falsatio cerei Agni. Hoc quid sit, non erit fortassis prima fronte peritum, quia rarò euenit. Euenisse tamen scio, non circa Agnos integros, sed circa Agnorum particulas, quas ex vsum est conuectire. Sunt ergo, qui distenti labore conuectendi sacras Agnorum particulas fericis auresse aut aliter prætiolis filamentis, quia interdum non suppetit cera sacra, substituant non facram, aut certè inuoluerum absque cera ocludunt, perinde ac si ceram facram contineret. Vnde delatio gestantium talia encolpia, qui putant se agni sacri præsidio tutos, cum tamen non habeant nisi vaginam absque gladio. Hoc vocabam, ementiri vel falsare sacros Agnos. Quæ ista

culpa sit, quæritur. Nam esse culpam, nemo non videt.

36. Aio cerni in ea ementitione multiplicem fœditatem. Ac primùm reperitur in ea mendacium facti, siue reale, de quo plenè in Opere de Equiuocatione\*. Sicut enim veritati aduersatur, quod quis per verba externa, & ore prolata aliud alteri enunciat, quàm ferat mens enunciantis; ita (quæ est D. Thomæ ratiocinatio †) qui per aliquod factum aut rem, aliud innuit quàm censeat, veritatem impetit, & simulans cum mendax realis est habendus. Tale ergo est, mendacium quod cerni dico in ementitione proposita. Non est tamen mendacium qualecunque, sed sacrilegum; & pugnant cum religione, quia obtruditur alteri res tanquam sacra. & reuenter habenda ob titulum religiosum, quæ verè profana est, & nullo modo sacra nec digna veneratione religiosa. Simile ludibrium religioni aduersans atque sacrilegum, admiserit aliquando impij homines; qui vel ex cupiditate quæstus faciendi, vel ad aucupandum humanum fauorem, aliamve fœdam ob causam, falsas reliquias obtrulere pro veris, non ex ignorantia, sed meditando & cum fraude. De quibusdam talibus arufcarioribus, mentio est apud S. Augustinum\*. Balatronem quendam sub Eremitæ persona, falsarum reliquiarum nundinatorem Parisijs egisse, testis est Gregorius Turonensis †, referens illum cum cruce perambulantem loca sacra, gestasse in sacculo gerras omnis generis; radices plantarum, ollâ murium, dentes talparum, vtinos adipes, ac vngues; quæ tanquam sacras reliquias exhibebat plebeculæ. Alium suo tempore scribit Glaber\*, ossibus quæ in sepulchreto collegerat, indidisse titulos multiplicium sanctorum. Hæc tanquam SS. Prophetarum venditasse, illa vt SS. Martyrum, vel SS. Confessorum obtrulisse. Vtinam tanta esset parcitas hujusmodi sacrilegatum imposturarum, vt nulla alibi existerent vnquam. Quid impij Sacerdotes, qui vel ad tegendam flagitiosam alicuius turpitudinem, & factam seruandi eius famam, clam cum eo pacifcuntur de exhibenda illi cum palam ad communicandum accesserit, hostia non consecrata? Hæc enim sacra hostiæ larua, astantibus quos strophata later, adoranda exhibetur supremo cultu, cum tamen sit panis vulgaris. Summenti item mangonia conscio, offertur falsa illa hostia, cum turpissimo mendacio in cultu religioso, quo & exhibens & sumens laudant religionem. Itaque immane sacrilegium agnoscunt, ea in parte benè multi DD. quos profert & sequitur Ioannes Sanchez †. Fuerunt qui aliquando idem præstarent bono in speciem zelo; nempe vt satisfacerent pictari alicujus ægroti nauocabundi, quem neque consolatione percipiendi Eucharistiam fraudatum vellent, neque exponere periculo vomenti sacram hostiam. Itaque portexerunt hostiam non sacram, tanquam sacram. Sed Deus hæc commenta improbanit, & fraudem quæ fiebat feruis suis quandoque detexit. Ita enim de Hugone Victorino à fratribus suis hæc in parte deluso, testatur S. Antoninus\*.

\* cap. 16.

† l. 2. q. 111. art. 1.

\* de opere Monach. c. 28.

† lib. 9. histor.

\* 4. hist. c. 3.

† disp. 35. selecta de Sacra. num. 3.

CAP. 15. Tropologia.

CAPVT XV.

Tropologia, de pia cerei Agni consecrati gestatione.



VDICRYM videatur, cereum Agnum consecratum, tot mysteriis veluti grauidum collo appendere, aliterve apud se habere, si qui eam symbolicam telleram gestat, alium se exhibeat, quàm eo sacro symbolo significetur. Id enim est vitium Iudaicum. Nam Iudæis solebatur fuit destineri solis signis, cæque non sine instantia circumferre: quod autem signis illis insinua-batur, negligere; vt propterea S. Gregorius ad Iudæos in hanc mentem illud Iobi accom-modet\*, restitueret vitulum signaculum, & stabit sicut vestimentum. Absit ergo à Christiano animo, vanitas illa Iudaica; & quod plus vltus externis symbolis actionibusve profite-tur, hoc exhibeat moribus. Id vt circa sacrum Agni symbolum præstetur, satago hoc capite.

2. Recordandum verò in primis est, quod stabilimus de scopo & fine institutionis sacrorum Agnorum cereorum, quem fuisse monstrauimus, exhibere Christiano recordationem baptismi & subiunctorum baptismo beneficiorum: siue recordationem generationis ex Christo Patre, & Ecclesia matre, nec non nutritionis exhibitæ per nutrices dignitatis prouisas, quæ nutritio per totum tempus Christianæ infantie prorogatur, hoc est per vitam vniuersam. Ad eum quippe sacrorum Agnorum finem ac scopum, admetienda est pietas in eorum vsum. Quia ergo homo per baptismum regeneratus est, & euectus in Dei sobolem, ac nutritione à Deo prouisa donatus, is piè ac conuenienter vtetur sacris hisce agnis, qui memor se Dei filium esse, prout hoc symbolo ingeritur; dignè ea cogitatione vitam exegerit, & Christum in multis fratribus primogenitum, studuerit exprimere imitatione ad ipsius Dei expressionem & imitationem terminanda. Quod enim grauissimè in hanc rem vrget Chrysostomus\*, hæc cum Deo & Christo cognatio, non potest consistere nisi inter eos qui iisdem cum Deo & Christo sint moribus. [ Sic filios Dei vocat Christus. Sic quoque ex contratio filios diaboli. Ita & filij dicuntur incredulitatis, ita gehennæ, ita perditionis. Ad eum modum & Timotheus, Pauli ab initio filius erat, geminifque illi filius vocabatur. ] Neque verò satis esse posse ad huius filiationis prærogatiuam plenam & integram, genitum esse ex lauacro aquæ communi fidelium vtero, sed necessarium insuper esse, perseuerare filium; siue quod eodem recidit, semper deinceps agi à spiritu Dei, qui spiritus est adoptionis, præclare tradit idem Chrysostomus\* expendens illud Apostoli, quicumque spiritus Dei aguntur, hi sunt filij Dei. [ Non simpliciter dixit ( ait Chrysostomus ) quicumque spiritu Dei viuunt, sed quicumque spiritu Dei

\* 19. mor. c. 4.

\* hom. 19. in ad Rom. 10. morali.

\* hom. 14. in ad Rom.

\* p. c. 1. tit. 12. §. 9. c. 14.

\* j. de matrim. d. 22. n. 13. 16. & 39. ac 69.

ninus\*. Et idem de Mauritio Episcopo Parisiensi, habet Cæsius †.

37. Est denique in ea Agnorum sacrorum ementitione, grauis deceptio proximi, cui procerca tutela à publicis Ecclesiæ precibus vero Agno consecratis, præbetur inane simulachrum, veri sacri agni efficacia destitutum. Ecclesia enim in tali euentu non supplet bonam fidem. Id est non conserit suas publicas preces, Agno commentitio, ad præstadium indemnem fidelè qui bona fide accepit & apud se asseruat falsum Agnum, perinde ac si verus esset, ac non supposititiuus. Nunquam siquidem expressit Ecclesiæ, suæ mentis esse, in gratiam fidelis peruersè ab alio implanati & bona fide procedentis, supplere defectum interuenientem. Sicut alibi expressit, suæ mentis esse, in gratiam penitentis procedentis bona fide, supplere defectum Iurisdictionis in Ministro qui ad absolendum se ingressit cum solo titulo colorato, iuxta tradita à Sanchez\*. Itaque qui vacuo illo inuolucro, vel non sacra cera infarto donatus est, inane & fructus vacuum ( quoad hoc ) Agni sacri simulachrum portat nec fruetur commodis illius efficacitatis ex opere operato, quam Ecclesia committit cereo Agno, sacro per benedictionem Pontificis. Hanc tantum efficacitatem à falso Agno remoueo, quia non inficior, saluam illi esse efficacitatem seu vim obiectiuam quam verus Agnus habet, & ad quam per se primò institutus est; excitandi nimirum ad baptismi recordationem. Qui enim in Agnum falsum coniecit oculos, nihil suspicans de fraude facta, æquè mouetur ab eo obiecto ad recogitandum baptismum susceptum, ac si Agnus ille esset quod dicitur; quia excitatio fit à sola externa specie & à forma oculis feriente, quæ in vero & falso Agno eadem occurrit. Admitto etiam, non deesse illam efficacitatem quam supra vocabam ex opere operantis. Hæc quippe efficacia non est Agno intrinseca, nec pendet à vera Agni per Ecclesiam consecratione, sed sufficit exultimata consecratio. Consistit enim in actibus vtentis Agno, qui per errorem inculpabilis poterit æquè benè affici occasione falsi Agni, ac si accepisset Agnum verum. Affine est, quod sæpè rustici, Deo corda exaudiente, non verba, exorant quæ postulant, adhibitis verbis quibus notio planè contraria vel extranea subiicitur. Sic rusticus Diuionensis, cum in Sodalitate Parthenica, audisset magnis encomiis celebrari eam leprosi orationem, Domine si vis potes me mundare; eam precandi formulam fructuosissimè adhibuit; impeditus diuino miraculo ne læderetur, sæpè appetitus gladiatorum cupidibus in loco arcto, in quo non licebat incertos ictus declinare secedendo. Equè igitur qui Agno falso ex magna fide vtitur poterit inuari per eam Agni laruam ex opere operantis, ac si esset verè Agnus sacer. Vnde fraudatur tantum efficacitate Agni ex opere operato; quæ tamen est grauis & perniciofa deceptio.

Theophili Raynandi Pontificia.

U d d ducuntur.

CAP. 15. Tropologia.

ducuntur; Ostendens quod sic vult illum vitæ nostræ Dominum esse, vt gubernatorem nauigij, & aurigam curus equorum. Nec corpus solum sed ipsam etiam animam habentis huiusmodi subicit. Neque enim illum vult dominari, suoque quondam instituto viuere sed & illius auctoritatem, spiritus potestati supposit. Vt ne enim lauacri dono confisi, vitam subsequentem negligenter, ait; quamuis baptisma acceperis, nisi postea spiritu ducaris, dignitatem perdidisti, & adoptionis prerogatiuam. Propterea non dixit, quicumque spiritum acceperunt, sed quicumque spiritu ducuntur, hoc est, qui omnem vitam ita viuunt, hi sunt filij Dei. ] Hic est spiritus adoptionis, de quo idem in sequentibus, & plenè, & egregiè. Sic Christus fit pater futuri seculi; sive vt alia interpretatio suo loco expensa habet, pater vique, vel pater perpetuo. Id est non in primo tantum vitæ momento, vt accidit patribus carnis nostræ: sed quod patri spirituum peculiare est, perpetuè est nobis pater; influens perpetuè in esse nostrum supernaturale, cui nos per actus vitæ ex eo spiritu perpetuè prodeuntes attestamur, monstrantes quod simus verè filij Dei.

3. En qua ratione, diuina ex Christo filiatione, non ad primam dumtaxat lucis spiritualis vsuram per baptismum pertineat, sed tantundem protendi debeat quantum vita corporea. (Tantumne?) Imo quantum ipsa ærernitas protenditur. Huiusque constantis, vt sic dicam, & nunquam abrumpendæ filiationis Dei & Christi, incertium simul ac monumentum nobis est cereus Agnus, vt proinde frustra & per ludibrium eum gesserit, qui filius Dei esse deseruit; Hoc est, qui vitam suam ad Dei & Christi mores non formauerit. Quibus paucis verbis, compendium vniuersæ sanctimonie, & exquisitissimæ perfectionis ad quam pura quæcunque creatura peringere vel aspirare potest, comprehensum est. Hoc ne in plura diffundam, facit, quod feliciter & admodum piè in eo argumento versatus est Gregorius Nyssenus, triplici lucubratione: prima ad Hermonium, quid nomen Christiani sibi velit: Secunda de perfectione Christiani ad Olympium Monachum. Tertia de proposito secundum Deum & scopo Christiani. Ex his lucubrationibus tanti viri, quem PATREM PATRVM omnes vocant, vt in septima Synodo dixit Epiphanius Diaconus, facile erit paritatem hac in parte nostram supplere. Strictim tamen & obiter pauca attingere, & quid Christi per analogiam ad agnum corporeum expressa, cereoque Agno velut memoriali ingesta, vitæ ratio ferat ac quo nos vtgeat, perstringere in hac meta, congruum vel etiam necessarium videtur.

4. Est itaque Christus, primarius ille Agnus Dei, & infans Patris, vt cum Clemente Alexandrino superius diximus\*. Agnus inquam gemino de germine dictus, vt canebat Goffridus Viterbiensis, tractans allegoriam Agni Paschalis. Quod ex Zenone Veronensi\*, ad aduinam & hædinam in Christi persona adunatas naturas, referre supra meminimus. Igitur qui se secundarium Dei Agnum, & filium ascititium, Christi vero fratrem esse meminit;

\* actio 6 part. 5.

\* cap. 8.

\* parte 5. Chron. \* serm. 1. de Exod.

idq; sanctè in Baptismo professum, vt vitam ad eam normam componeret, omnia verò ei aduersantia auerteret, non poterit non conueni ad exprimentum Christum Agnum, & in natura peccatrice diuinam in se propaginem representendam, sed; saturo paterno celestem demonstrandum. Et terrena quidem ex Adamo patre mortali generatio, nos terræ affixit, breui defecturos: non secus ac Agnus ille Scythicus in Moscouiæ adiuncta Tartaria, nascitur terræ coherens & infixus, cunctique vicina sibi gramina quantum per funiculi longitudinem licet depastus est, defectu pabuli haud ita multo post, marcesc, vt Iulius Scaliger\*, Andreas Libanius, & ante vtrumque Sigismundus Baro\* deseribit. At Christus altera radix nostra, Adamicæ opposita, vt insigniter disse- rit S. Cyrillus, nos cælo nunquam defecturos affixit, verè plantas cælestes, vt Philo appellabat\*, agnosq; diuinos. Nam ea Agnorum, sive filiorum Dei appellatione, & Patris Dei nostri nominatione, Christus (inquit Chrysostomus) nos, & abduxit à terra, & cælo prorsus affixit.]

5. Qui item se Agnum Dei, & Christi fratrem simul ac filium recolet (quod circa Agni imagi oculis objicit) canebit Deo fieri damnosus aut etiam inutilis. Nam Christus Agnus, torus & omni parte est utilis, cibans suis carnibus, lana operiens, potans lacte. Nam etiam lac in hoc agno agnosceit S. Bernardus\*, cuius est hæc ratiocinatio. Simus nos vicissim, Christo ac Deo per omnia vtilis: quod præstabitur, si nusquam peccemus, nusquam dehonestemus generis in quod transcripti sumus claritatem, quod titulus Agni Dei, seu filij Dei, & compellatio Dei, nomine Patris, plusquam summo iure à nobis exigit. Est quippe in illis nominibus, tanta vberitas titulorum quibus in ære Dei sumus, vt non possit qui eos recogitat, aduersus tam munificum tamq; optimum Patrem calces illidere. [Qui enim Patrem, Deum appellauit, & veniam peccatorum, & penarum interitum, & iustificationem, & sanctificationem, & liberationem, & filiorum adoptionem, & hæreditatem Dei, & fraternitatem cum Vnigenito copulatâ, & sancti Spiritus dona largiissima, vno sermone cõfessus est. Impossibile est enim, Deum Patrem vocari ab eo, qui non omnia hæc bona fuerit consecutus.] Verba sunt Chrysostomi\*, qui mox addit. [Sermo ipse facile possit totius disciplinam virtutis inferere. Nam qui patrem nominat ipsum Deum, & patrem communem; iure talem vitæ renorem exhibebit, ne tanta nobilitate indignus appareat, sed qui potius par gratiæ præstet studium.] Nec hoc præstabit tantum, sed ne secus quidè agere poterit. Audaciùs dixisse videbor. Sed præiuit in verba Apostolus, cû dixit. Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet; & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est. Ain, non potest peccare? Sanè non potest, quâdiu sui compos est, & manens in se habet semen Dei, nec diuinam profapiam remouet ab oculis. Poterat Ioseph absolute loquendo peccare, cû ab heræ, & vt Chrysostomus nominat pyræ amoris incensissima, sollicitabatur ad eodem ignes. Negauit tamen se posse peccare, dicens, quomodo possum hoc malum facere, & peccare in Deum meum? Nimirum impotentiam

\* de subtil. exerc. 18. n. 29. \* p. 2. singul. disp. de Agno scyth. \* in Moscouiæ. \* h. 5. Peccabil. \* hom. 20. in Matth. alius 19.

\* in allegor. Tilmanii ad c. 1. Ioannis.

\* hom. 20. alius 19. in Matth.

1. Ioan. 3.

\* Genes. 39.

CAP. 15. Tropologia.

tiam causabatur, qui inhonestatem operis agnoscebat; & fixum habebat non admittere, quod absque conuulsione diuinæ legis, & iniuria benemeriti de ipso Putipharis heri, fieri non poterat. Similiter igitur, non potest peccare is cui obuerfatur diuina generatio; & qui videt, nisi velit iniurius esse in tam beneuolum Patrem, & profanare paternum nomen, præclusos sibi esse peccandi aditus. Præstat eam diuinæ profapiae in animi oculis præsentiam, imago cerei Agni, si vt par est, vsurpetur. Boleslaum Quartum, scribit Cromerus, lib. 5. auream Patris imaginem collo appensam, veluti consulere solitum, quoties aliquid suscipiendum erat non leuis momenti; & appresso osculo obtestatum, ne quid eius Patris filio indignum susciperet, ageretve. Ea Patris imaguncula, frenum illi validum erat & potens amuletum aduersus omnem culpam & inhonestatem. Dei & Christi in se imaginem per cereum Agnum recognoscens Christianus, idem sibi apprecabatur.

6. Tametsi verò omnes peccandi vias, obstructas hoc vno veluti septo habet, qui ex Deo natus est, nec id sibi sinit effluere, vnaque ad omnem Christianæ disciplinæ rationem ( vt cum Chrysostomo proximè dicebamus ) per hanc Agni seu filij Dei appellationem à cerco Agno ingestam, impellitur ac vrgetur: Tamen procliuus est, ac veluti pronus, vt vel sola Agni Dei memoria, quam sacre hæ plaguncule suo nomine reuocant; recordatio inquam, quod quis per baptismum effectus sit Agnus Dei, eas nominatim virtutes inferat, quæ cum notionibus ei nomini subiectis consentiunt; ea verò vitia excludat, quæ cum eo nomine minime coherant. Præfertur Agni nomine, prudentia; autore S. Gregorio, circa illud, recensuit eos quasi agnos. Nec id per antiphrasim dicitur, quod iuxta communem existimationem, Agni superere videantur, quia dolo carent & fraudibus. Verè enim est in Agno prudentia quædam vt S. quoque Ambros. 6. Hexæm. c. 4. post S. Basilium hom. 9. animaduertit. Celebrant hi Patres, in Agno viuo, prudentiam similitudinariam, sensusque acritudinem eximiam nostraque longè exactiorem, quod in copioso & numeroso grege, vix dum natus, matris continuè percipiat vocem, ad eamque properet, & lactis fontes proprios rectè petat, præteritis haud pacis aliarum ouium vberibus lacte distentis, cum materna plerunque parum habeant succi. Præfertur præterea Agni vocabulo, puritas iuxta Cassianum, lib. 4. c. 4. Græcè enim Αγνος, exquisitè castum sonat, & ab illius liberrimum. Iudice Eusebio\*, præfertur agni nomine innocentia, comes summæ simplicitatis, absque dolo & vafricitie. Ad primum vocis sonum, se ingerit per Agni nomen, mitras & patientia patens iniuriæ ac nesciæ obistere. Quò respexit Christus, mittens Apostolos sicut agnos inter lupos. Sic enim habet Lucas cap. 10. nec aliter apud Mattheum legit Augustinus, tract. 7. in Ioan. in quo vulgatus habet, sicut oues in medio luporum. His omnibus dotibus collucere, & contraria vitia excindere stu feat necessè est, quisquis Agni cerei gestationem noluerit vacuam esse eius boni quod tali nomine commonetur possidere. Prudens Theophili Raynaudi Pontificia.

igitur, purus ac innocens, simplex item ac miris, lædique potius quàm lædere paratus esse debet, qui ex obiectu cerei Agni, se Agnum Dei factum recolit.

7. Prudentiæ commonetur meritò Christianus, cum Agni formam conspicatus, audire se Agnum meminit. Non enim si Agnus dicitur, quia puer Dei, & infans in baptismo renatus, conseqens est, vt debeat puer esse sensibus, contra Apostoli interdictum, & illam Sapientis increpationem? Vt que quo paruuli diligit infantiam? Cedit hoc in plerisque senes pueros, vt Plato appellabat, & quod ridiculum ac turpe esse aiebat Seneca\*, elementarios senes, quibus canitudo prudentiam non conciliauit. At Filij seu Agni Dei, tametsi de uera etiam ætate seruant infantiam, tamen simul sunt senes, & societate admodum mirabili, quam in S. Benedicto ætate puero celebrat S. Gregorius, i. dialog. infantia copulans senectutem, haud immeritò dicendi πῶς ἀγαυὸν ἔργον, vt Macarius apud Palladium, scilicet. 17. laus, aut in bono sensu Mammothreptis; qui videlicet extra infantilem corporum ætatem, papillas quærant & lac sugant, pendentes ab vberibus, interim pleni sapientia nec sensu minorati. Quanquam D. Augustinus, Christianos vetat esse mammothreptos, tanquam ab aliena prudentia carnali pendentes, & in hominibus spemponentes, quæ summa est mortalium insipientia. Sicut è contrario, summa est sapientia inhærerere Deo, & ponere in eo spem suam, quod omnes Dei infantes iubentur facere; & cum alienis mammis inhærent, inde auelluntur affusa talibus vberibus amaritudine. Itaque D. Augustinus exponens illud Psalmi 30. Nihil autem in te speravi Domine, sic disserit. [Nihil fabulrius, nihil securius. Volebas imitari nescio quem, inuenisti illum non bonum. Tolle imitationem hanc. Alium quæstisti nescio quid displicuit tibi. Tertium quæstisti, & iste non placuit. Nunquid quia ille & ille non placuit, & tu peribis; Tolle ab homine spem, quia male dicitur omnis qui spem suam ponit in homine. Si attendis adhuc hominem, & eum quæris imitari, & ex illo vis pendere, adhuc lacte vis nutrix, & hies mammothreptus quales dicuntur pueri, qui diu sugant, quod non decet. Etenim lacte vti, tanquam per carnem nolle sibi cibum trahi, hoc idem est, per hominem viuere. Idoneus esto ad mælam, inde cape unde ille cœpit, aut fortasè non cœpit. Fortè vtiliter & in malum incidisti, quem bonum putasti; vt in vberem quasi materno amaritudinem inuenires, & ea offensione repelleres, si ad cibum validiorem inuitares. Faciunt enim hoc nutrices mammothreptis, vt aliqua amara ponant in papillis suis, quibus offensa patuuli ab vberem resiliant, & ad mælam inhient.] Auertat Deus à suis infantibus talem insipientiam; cui qui inhæserunt, quantumuis exquisitores prudentiæ & intelligentiæ, vt eos nominat Baruch, capite 3.) viam sapientiæ nescierunt, neque commemorati sunt sentias eius, &c. Propterea perierunt. Et quoniam non habuerunt sapientiam, perierunt propter suam insipientiam. Agnorum verò Christi summa prudentia & sapientia est, inhærerere Christo, ac cõstanter dicere, Mihi adherere Deo

\* in Timæo. \* epist. 36.

\* Conc. 2. in Psal. 30. ad vers. 5.

\* h. 6. in 1. Reg. c. 15.

\* 1. de de. monit. c. 10.

CAP. 15. Tropologia.

† Fulgof. l. 1. cap. de mon- stris & pro- digiis.

† ferm. 68.

† lib. 2. cap. 9. & l. 10. c. 11. † lib. 4. c. 10.

† lib. 24. c. 9.

† supra \* l. 6. simpli- medicam.

† eodem li- bro 8. simpli- medi. † ad 10. Vi- tium c. 11.

bonum est. At illos iure dixeris Agnos humano capite, & irracionales, qualem visum Fruitione & C. Aurelio ac P. Sulpitio Consulibus, inter prodigia referunt †.

8. Abiecta agnina puritate, hircis se, ac hœdis aggregat, qui carnis se fœculentiis conspurcat. Quare Agni cerei obiectus ac nomen Agni Dei, studium sanctimonie corporum ingerunt, quod Christo Agno Dei primario, est aded acceptam. [ Hinc est, ait Petrus Damiani †, & quod in Apocalypsi Ioannes dicit, quia nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia qui empti sunt de terra. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinguinati; virgines enim sunt: hi sequuntur Agnum quocunque ierit. Sed hunc Agnum, vt multæ valeant virgines qua graditur sequi, ipse dat in seruanda virginitate constantiam, in superanda tentatione victoriam, in præmij retributione coronam. Ipse dicit, Ego sum lilium conuallium. Lilium planè, propter niueum candorem nitidissimæ castitatis, lilium non montium, sed conuallium: quia pius eligit mentes humilium, & tumoris inhabitat superborum. Hunc Agnum dilectissimi, sequamur in via quam in hac vita positus tenuit, vt & sequi mereamur in gloria ad quam deuicta morte ascendit. Consideremus diligenter vbi sint eius impressa vestigia, nec declinemus à femita gradientis, si volumus confortes esse regnantis. Dux itineris nostri, crucis exitit baiulus, felle cibatus est. Qui ergo ducis huius vexillum sequi desiderat, carnalis dulcedinis mella contemnat. ] Non enim sequetur Agnum castum, qui suillum habet animam, cœno & volutabro addictam.

9. Est Seplassiatis suus Agnus castus. Sic enim illi, Latina interpretatione adiecta, nominant, quem Græci ἀγνον, siue castum appellant. Vitex Vitruuio dicitur †, Dioscoridi † amerina salix, quanquam Columella † & Plinio † reclamantibus, & in alia re voce illa ventribus. Alij salicem marinam dixer. Simulachrum Dromi Agnita, memorat in Laconicis Pausanias, ex Agno id est, ex hoc ad rhamnnum accedente viminis genere confectum, vnde † Esculapio qui Dromus dictus est, Agnita nomen Agni verò dicta est ea planta, ab insita vi conferendi ad castitatem. Propter eam enim Theophrasti, quæ cum accurata castitatis obseruatione à mulieribus celebrabatur Cereri, substernebatur in lectis, vt authores sunt Dioscorides † atque Galenus \*, cum tributam ei nomenclationem Agni explicant, Eam vim conciliandæ castitatis, S. Hieronymus Zachar. 14. agens de Agno arbore, quam censet esse Salicem, nec non ex Medicorum pueris aliqui, referunt ad refrigerationem: authore vt putant Galeno, qui ex interprete ita asserit ad calcem libri primi de alimentis. Qui tamen alibi † & verius, cum Dioscoride \* atque Philandro † experimentum suum referente, dicit caliditate, simulque exsiccare, & maxime omnium status discutere; quo ex capite commolare plurimum potest ad puritatem, vt de fabis ob eandem causam inducentibus sterilitatem, propter eam à Pythagora ablegatis; partim ex sua ac Theophrasti; partim ex aliorum sententia tradit Clemens Alexandri-

nis \*. Quorsum hæc, nisi vt liqueat, in Ecclesiæ seplasia esse Agnum castum: quo vtentes Agni Dei, & ipsi ad omnem corporum & animorum nitorem ac sanctimoniam, auersi à carnis illuue, & Veneris inquinamentis perueniant, siue restincto fomite & igne concupiscentiæ, nostrum cuius intrinseco, vt piissime docet Bernardus \*, siue dissipato fastu superbiæ tumefacientis, quem iusto Dei iudicio consequi solet carnis rebellio, ad ingenerandam elato confusionem, vt philosophatur S. Gregorius †, expendens illud Iob, præcingis fucne renes eorum: & Cassianus \* verfans illud Prouerb. 16. iuxta 70. Immundus est apud Deum, omnis qui exultat cor suum, quod accipit de immunditia turpissimæ confusionis, cui deludendus traditur, qui tumida elatione carnis inflatus est. Vnde è contrario, Agnus hic castus cibans infantes Dei, quia est mysterium humilitatis Domini, vt loquitur S. Augustinus \*, estque in ea functione humillimus, [ nisi enim esset humilis ( ait idem Augustinus † ) nec manducaretur, nec biberetur, ] ad omnem demissionem, & tumoris repressionem inducit quos cibatur. Disiectis autem & confractis cedris Libani, interdicitur flamma ignis, iuxta Rich. \* contrita in quam per Christi humilitatē superbia consequitur castitas. Nec repudio quoad Agnum hunc castum, quod de suo tradunt Medici, nimirum & concalefacere, & simul conferre ad castitatem. Est enim ignis diuinus, qui immisus homini, desipientiam & fastidium carnis inducit, & incensum spiritus amorem, carni planè aduersantem ingenerat, iuxta illud S. Macharij \*, demirantis diuinam bonitatem, quæ gustum nobis hic dedit futuri sæculi, & diuinum ignem Christi in nos intulit, vt dediscamus quæ sunt sæculi. Quod aliter præclare expressit S. Ephrem, dicens \* [ Hoc profectò omnem excedit admirationem, omnem mentem, omnemque sermonem, quod nobis fecit Vnigenitus filius, Christus Saluator noster. Ignem quippe & spiritum manducandum atque bibendum præstitit nobis carne vestitis, corpus videlicet suum ac sanguinem. ] Est caro Agni qua cibamur, spiritus & vita. [ Qui ergo hanc amat carnem, non est amicus suæ carnis, & qui in hunc sanguinem est affectus, mundus erit à sensibili sanguine. ] Conclusio est Gregorij Nysseni †, dum disserit, cur Christus seipsum verè Agnum castum nobis in cibum ac potum dederit.

Quando proximè de planta cui nomen Agnus castus mentio incidit, nolo missum facere quod ex Methodij opere de castitate retulit compendio Photius † circa arbotem in igne virentem Pyranon vocant. Tractans ergo Methodius regnum rhamnodelatum Iudic. 9. post alia de ficu, vite & olea allegoricè expositis de anterioribus legibus addit de rhamnino cui regnum obtrigisse habet parabola. [ Rhamninus virginitatem denotat. Rhamninus enim arbor casta est, & fortasse ex simili quadam cum Virgine natura, stirps hæc sicutus uxi ἀγνάς appellatur: rhamninus quidem propter robur & fortitudinem contra voluptates; ἀγνάς verò quod omni ex parte casta & pura sit. Vnde & Eliam ferunt à facie Iezabelis mu-

\* 3. Atom. cap. 2.

\* ferm. de cena & ablut. ped.

† 11. mor. cap. 9. \* lib. 12. c. 11

\* ferm. 44. de diuer. c. 31. † ferm. 117. de temp.

\* in psal. 12.

\* hom. 7. in iudic.

\* ferm. de non seruanda Dei natura Tom. 3.

† hom. 2. in Ecclesi.

† Cod. 137.

CAP. 15. Tropologia.

† Orat. de Bap. tismo. sub initium.

\* Est 97. in collect. Epi. & C. Gregori.

lieris fugientem, ad rhamnnum primùm venisse, atque exauditum fuisse, cibumque accepisse, quia fugientibus stimulum carnis & fœminam, & voluptatem, per fugium & tegumentum castitatis lignum germinauit, quod ab aduentu Principis Virginis Christi, regnum in homines obtinuit. Hoc enim vnicui castitatis regnum cuius ipsos nunquam pœniteret, per Christi aduentum arripuerunt homines, cum singulorum aliorum quibus data fuerant leges ante Christi aduentum, regnorum habenas à seipsis celeriter excussissent, & contrario falsòque parere, & se subijcere maluissent. Quanquam sæpè pœnitentes quæsiuerint iterum regale Dei legis imperium, rectèque factorum animi vitij corruptorum renouationè. Nam hostium manibus & ignominie passionibus traditi, rursus imperio præceptique Dei regi voluerunt, vt ex infinitis æternis malisque eriperentur. Sed hæc legum regna, propter fœtentia & immedicabilia vulnera animarum, noluerunt illis imperare, donec Deus quartum miseratus hominem, misit castitatem, & scriptura rhamnnum congruenter appellatam, quæ illi imperaret; quæ voluptatibus superatis, etiam in reliquum tempus illis interminata est, quod nisi sibi parerent omnes, & syncerè ad se accederent, futurum vt omnes flammis absumerentur. Nullam enim post hanc aliam legem aut doctrinam secuturam sed iudicium & ignem. Hinc deinceps homo cepit iustitiam colere, Deoque constanter per fidem adherere & se à Diabolo se iungere. ] Sic de rhamnno seu agno principantem in lege Christiana, Methodius, studium & amorem castitatis à Christo orbi inuictum significans. Nec pluram de castimonia per gestationem cerei Agni, insinuat.

10. Innocentiam quam Agni vocabulo præferri dicebamus, & in Christo Agno primario splendidissimè micuisse constat, Baptismi recordatio, per nomen Agni Dei datum Christi infantibus, pèrque ceream Agni imaginem ingesta, potenter promouet. Inde enim Baptismus regenerationis nomine donatur, quod innocentiam putam & omnino illimen conferat. Audi Gregorium Nyssenum †. [ Baptisma peccatorum expiatio est, remissio delictorum renouationis & generationis causa. Regenerationem autem intellige eam, quæ cogitatione cernitur, oculis non videtur. Notum enim verè quemadmodum Hebræus ille Nicodemus dixerat, atque crassius intellexerat, senem mutabimus in puerum; neque rugosum & canum in tenerum & iuuenem transformabimus; aut iterum hominem in veterum matris reducemus, Sed compunctum notis peccatorum, & malis moribus inueteratum, gratia regia eò redigimus, vt innocens sit sicuti infans. Vt enim modò natus puellus, à criminibus & pœnis liber est, ita etiam regenerationis puer non habet, cuius nomine causam dicat ] Quo pertinent decem illi honores quos Baptismus confert suscipienti, iuxta D. Chrysostomum, quem adducit Adrianus Papa \* scribens ad Hispania Antistites; ex homilia ad Ncophytos addita insuper ea clausula ex eisdem explanatione

in Ioannem. [ Non inutilis fias erga beneficium, neque contraria retribuere ei qui tibi fontem beatitudinis donauit. Vbi enim adoptionis dignitas, ibi malorum amputatio, & bonorum omnium datum. ] Quod est dicere, nihil damnationis esse in ijs qui sunt in Christo renati per Baptismum, sed esse innocentissimos, & cœlo ipso dignos.

11. Per summam ergo malignitatem, gratiæ Dei ingratus est, qui Baptismo initiatus innocentia excidit, eamque omni studio & cura non retinet. Vt autem homo innocentia sit tenacissimus, & Agno innocentissimo conformetur, admonet Agni Dei appellatio, cuiusque tessera obseruans oculis, cereus Agnus; reuocans desponsæ in baptismo innocentie memoriam, & cuius exhibitione Agni sumus, Agno Christo conformes. S. Paulinus \* hac de causa mittens dono vestem de tenero agnorum consecram veteres, ait eam innocentie congruere. [ Innocentiam ( ait Richardus Victorinus †, ) Scriptura nobis commendat per Agnum etiam & puerum. Vnde ipse Dominus, propter omnimodam innocentiam dictus est Agnus Dei: Et de eius eonsumilibus dicit ad Petrum, pasce agnos meos. Et dictum est pastor ouium; & fideles, oues pastore eius. Et legis præceptum est vt Sacerdotes quotidie duos agnos offerrent, vnum mane, & alterum vespere. In mane incipiunt homines operari; ideo per mane intelligitur principium actionis, sicut per vespere, datur intelligi finis. Quid est ergo duos agnos offerre, nisi opera innocentie incipere, & ad finem perducere. Hoc est sacrificium iuge, quia semper Deus requirit à nobis innocentie virtutem, quæ per puerum etiam significatur, vt ibi, ecce ego & pueri mei. Et in Euangelio, finite paruulos venire ad me; talium est enim regnum calorum. Et alibi, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruulus iste, non intrabitis in regnum calorum. Si ergo volumus esse de grege Domini, simus agni. ] Vt autem Agni simus, quales à Scriptura denominamur; vt inquam innocentiam custodire vel reparare satagamus, stimulat memoria Christi Agni pro nobis mactati, & nostræ cum eo conspulturæ per baptismum in mortem; cuius fructus planè euanesceat, si innocentiam despiciamus. Christus enim factus est Agnus, & ex suo sanguine, baptismi balneum instituit, vt tolleret peccatum mundi, & innocentiam orbi reuerteret. [ Nam pone v. g. ( inquit Origenes † ) non fuisse peccatum. Si non fuisse peccatum, non necesse fuerat Filium Dei, Agnum fieri, nec oportuerat eum in carne positum iugulari. ] Euacuat ergo per summam ingratitude aduentum Christi Agni, dominatoris terræ educti de petra deserti, quisquis innocentiam proterit. At è contrario qui memor Christi pro nobis facti Agni, innocentie studet, agnus & ipse efficitur. Idque quisquis studiose præstitent, cum primus idoneus erit ad sacri agni symbolici gestationem. Sicut apud Tanagraeos, ( quod scribit in Bœoticis Pausanias, ) festa Mercurio die, exemplo quondam ipsius Mercurij, agnus circum urbem gestabatur, lustrandis atque firmandis vrbis muris, eaque facta & vrbis fortunata gestatio, ei duntaxat

\* Epi. 10.

† Traç. de superexcell. Bap. tismo Christi.

† hom. 24. in Num.

† pag. 298.

CAP. 15. inter puberes credebatur, qui omnibus forma & speciei venustate præcelleret. Cuiusmodi mysticè est, qui innocentia enitet, & eatenus quantum vires humanæ ferunt, Christo, agno innocentissimo, conformatur.

12. Fateor, Christum Agnum innocentissimum, ex cuius nominis participatione ad innocentiam virgemur, quandoque reperiri denominatum *hædum*, ob assumptam similitudinem carnis peccati. Adduxi superius in eam rem Augustinum & Prosperum, quibus adde Blesensem †. Sicut tamen inde nihil decedit innocentia Christi, ita neque nostræ ad innocentiam stimulationi, ex ea nominis communitate per Christi immolationem in Baptismo communicata. Creditus Bernardus\*, agens de Passione domini sub simbolo vitis veræ, benè eam hædinam Christi speciem, cum agnina innocentia Christi componit, sic alloquens cor durum. [ Si adhuc permanes inconcussus, eò quòd in adamantis duritiam sis conuersus, qui solo sanguine hædi potest molliari, affero tibi hædi pariter & Agni incontaminati, optimi Iesu sanguinem copiosum, calore incomparabilis charitatis fruentem, qui sua fortitudine illum adamantinum parietem inimicitiarum, positum inter Deum & hominem, omnino comminuit & dissoluit. Hic paries per tot annorum millia durauerat, nec lege, nec Prophetis ipsum diuersorum præceptorum, commonitionum, & comminationum malleis percussentibus, aliquantulum fuerat comminutus. Sed accedent sanguine hædi & Agni nostri, benigni Iesu, non tantum perforatus, sed & destructus est. Dicitur autem & bonus Iesus & purissimus, esse hædus qui est immundum animal, quia carnem nostram gestabat plenam in nobis immunditatis peccatorum; in ipso verò nihil eiusmodi habentem. Propter eximiam verò munditiam, Agnus est, qui non solum non habet peccata, sed totius mundi tulit peccata. Huius ergo hædi & agni copioso sanguine, o cor adamantinum inungere & immergere, & iace in illo, vt calefas, calefactum emolliaris, emollitum verò fontem lachrymarum effundas. ] Hoc est dicere, Christus ita externa specie hædus fuit, vt simul diceretur, essetque Agnus Dei. Et nos igitur, tamen speclata origine ab Adamo, hædinam naturam, & peccato obnoxiam gestantes; Agninam tamen innocentiam ex subiectione ad diuinam naturæ participationem Baptismo collatam retinere, vel recuperare deperditam, satagamus.

13. Simplicitatis nomine celebrantur Agni, Et simplicitatem intelligo, non barditatem asininam, sed agendi rationem doli ac fraudis expertem qualis est infantium. Sic in Actis S. Mononis, de quodam Ioanne refertur quod diceretur cognomento *Agnus* ob simplicitatem. Suos Christum Agnos appellasse, vt ad simplicitatem eos impelleret, dixit S. Cyprianus †, quia Christus est amantissimus simplicitatis. Itaque ad eam prouocamur, obiecta Agni infantes De rei presentatis imagine: Et ad eam maxime inuitabat Christus Agnus, cum volebat sibi addictos, conuerti & effici sicut paruulos. Nam S. Leo\* ita hæc Christi verba glossat, vt non aliud videantur pertinere, quam

ad puertis simplicitatis, & candoris synce- rissimi in infantibus conspicui commendationem. [ Amat ( inquit ) Christus infantiam quam primum & animo suscipit, & corpore. Amat Christus infantiam quæ maiorum dirigit mores, ad quam senum reducit ætates, & eos ad suum inclinat exemplum, quos ad regnum sublimat æternum. Vt autem plenè valeamus agnoscere, quomodo apprehendi possit tam mira confessio, & in puertilem gradum qua nobis imitatione redeundum sit, doceat nos beatus Paulus, & dicat, nolite puertis effici sensibus, sed malitia paruuli estote. Non ergo ad lubrica infantia, & imperfecta nobis primordia redeundum est: sed aliquid quod etiam graues annos deceat, inde sumendum est. Vt sit ad commotionem transitus, citus ad pacem recursus. Nulla sit memoria offensio- nis, nulla cupiditas dignitatis, amor sociæ dilectionis, æqualitas naturalis. Magnum enim bonum est nocere non posse, & ad maligna non sapere. Quia in ferre ac referre iniuriam, mundi huius prudentia est: Nemini autem malum pro malo reddere, Christianæ est æquanimitatis infantia. ] In his sanctissimi Antistitis verbis, quibus glossat Apostoli oraculum. Vides characteres simplicitatis puertis, malitia paruulæ, nec duplicis in vis suis circumuenire alios in negotio nesciæ, nec maligna sapientis, & ab omni fraude ac dolo remotæ.

Est verò frequens in vsu Scripturæ, vt simplicitas designet oculum purum, qui non nisi Deum spectet, nec duplici intentione distrahatur, vt patet ex illis Christi verbis; *Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit.* Matth. 6. & Luca 11. Quod Patres passim, ad simplicitatem intentionis referunt, qua Deus solus spectatur, neque homo statuit oculos suos declinare in terram, sed recta cæ- lum spectat, & in Deum solum collimat. Hoc insinuat Agnus ille cui oculi in suprema capitis parte, ita vt etiam si velit, aliud spectare nequeat quam in cælum. Aristoteles *Callonymum* nominat; alij ab eo cæli necessario contuitu *Vranoscopon*; non nemo *Agnim* appellat, vt videre est apud Edoard. Vottonum †. Qui ergo Agni sunt in aquis nati, cuiusmodi sunt Christiani, si rectè, ac verè hoc nomen præferre volunt, debent *Vranoscopi* esse, & simplicitatem in Deum solum intentam, studiosè curare.

14. Mansuetudinem ac benignitatem ab aliena iniuria alienissimam, propriè potius iniuriæ patientem, spoliari & cruciari absque reuerentia patientem, celebrant in Agno, etiam Scripturæ; eoque titulo Christus Dominus, prænunciatus est fore sicut Agnus mansuetus qui portatur ad victimam, & sicut Agnus, qui coram tondente se obtumescit, nec aperit os suum. In tanta ergo semper & vbi- que patientia ac tolerantia materia, quantum præsidium in Agni nomine & imagine, reficantibus memoriæ Christianæ infantia, quæ ad Patris Christi, Agni primarij similitudinem, saginanda sit patientia? Hoc enim maxime exigere à Christiano diuinam filiationem, quam Agni Dei nomine denotari vidimus, egregiè de more profequitur S. Chry- sostomus,

stomus, homil. 19. in ad Rom. in Moral. Sed quod exemplum Christi Agni, fidelibus in hac parte tanquam validissimum patientiæ stimulum, pulchre exhibeat Philippus Abbas, lib. de silentio cap. 53. iuuat eum audire. Tractans enim locum huius, quo Christus patiens, Agno compositus est; [ Et pulchre ( inquit ) Agno, qui patiens & beneuolus, vel tondetur, in passione sua, Christus similes perhibetur, vt prudens quisque nullo factu quasi excellentior indigne- tur, si ad imitandum agnum eiusdem Christi monitis inuitetur. *Ecce ego*, ait, *mitto vos sicut agnos.* Agnum quippe si quis tulerit, mira in eo patientia demonstratur; dum ferienti, non morsu, non ictu quolibet aduersatur, sed omnes motus graues, tanto inuenitur silentio cohibere, vt magis videatur percussus vnâ maxillâ, alteram exhibere. Si quis verò eum tonderit, violenta ille vellus auaritia non re- tentat, sed ad reddendum illud ad eum beneuolus se præsentat, vt quasi tunicam auferenti, & pallium remittere non recuset, & eum indicta vel proposta Euangelij perfectio non accuset. Bonus itaque agnus, qui si tundatur, reddere vicem nescit, si verò tondatur, nihilominus obtumescit; & in cunctis quæ sibi viderit vio- lento persequentis impetu contrariè, tam pa- tiens quam beneuolus; ad referendum patia, os suum refugit aperire. Et hic gerit non incon- grue typum Christi, qui flagella, & vulnera pro nobis perperit non negauit, nec tonderi deposito humanitatis velamine recusat; qui nos forma & exemplo patientiæ humilis eru- diuit; & incorruptæ carnis mundo vellere, nos vestiuit. ] Richardus item Victorinus, in Psal. 28. conformatos ad exemplum Agni Dei pri- marij, filios arietum, hoc præsertim nomine, Agnos se & filios Dei exhibere demonstrat, quod terrena vellera absque contradictione deponant, obtumescunt tanquam agni co- ram tondente se, nec aperientes os suum, vt Christus fecit.

15. Sic comparati, & primarij Agni Dei semitis in hac vita insistentes, sequentur Agnū per totam æternitatem quocunque ierit. Neque enim Virgines duntaxat, Agnum quocunque ierit sequentur: quasi quotquot Virginitate ex- ciderunt, debeant desperare Agni sequelam. Virgines quidem cum singulari prærogatiua Agnum sequi, diserte tradit Ioannes, estque ex- tra dubium, vt late versat S. Augustin. † & Petrus Cluniacens. \* epist. ad Neptes suas. Est ta- men alia via qua cæteris Agnum sequi conce- ditur; ac nominatim via patientiæ, vt ad pias viduas Rodclindam atque Sufficiam scribebat Petrus Damiani, lib. 8. epist. 14. quialio loco, ferm. 46. quod de non coinquinatis dictum est,

Virgines enim sunt, & sequuntur Agnum quocunque ierit, non ita accipit, vt sensus sit; causam cur sequantur agnum quocunque ierit, esse Virginitatem; sed ita vt sensus sit, cum abiun- ctione; & esse Virgines, quod insigne est, & præterea omnibus Agni vestigiis quibus om- nes virtutum semitæ trita sunt, infutiles; quod alterum decus illis commune esse potest, cum cæteris aliquando coinquinatis: imo isti ali- quando Agnum sequuntur gloriosus & vtilius vt dicitur S. Bernardus ferm. 1. super *Missa est*, in fine, ac proinde Agni societate, & affectatione omnibus bonis affluentissima, communiter donabuntur.

Vbi autem illis, qui hic abhorrentes ab Agno Dei, & lupinos induti mores, incident in Leonem. Nam idem qui Agnus piis & bonis, Leo erit impiis, eaque specie obiectus est Apoc. 5. quod ibi rectè præter cæteros in hunc modum expendit Richardus lib. 2. in Apoc. c. 3. [ Magna est differentia inter Leonem & Agnum. Leo est magnus, agnus est paruus. Sed si vtrum- que consideramus, vtrumque Redemptorem nostram comprobamus. Ipse est enim Leo ma- gnus per diuinitatem Agnus paruus per huma- nitatem. Leo per potentiam maiestatis, Agnus per mansuetudinem. Leo malos puniendo, Agnus bonos redimendo. Leo fortitudine, agnus pietate. Leo in promissione vt spes infirma se roborat, Agnus in exhibitione ne pauida con- scientia formidaret. Quem videlicet Agnum videt in medio throni, & quatuor animalium, & seniorum, quia Christus est firmamentum, & sustentamentum omnium electorum suorum. ] Qui ergo ab hoc agno firmari & sustentari re- nuerit, conserpetur à Leone. Qui pietate & mansuetudine, Agni captus non fuerit, robur & fortitudinem Leonis experietur. Quam verò horrendum ac ditum erit, sustinere iram agni quæ Apoc. 6. intentatur? Cum inquam is qui Deo placando agnus pro nobis effectus est (eo enim tributa Christo Agni denominatio præ- fertim pertinet, vt bene notauit Origenes, homil. 24. in Num.) è sequestro pacis verius in hostem, exacerbati Dei præcipua causa obuer- sabitur; Et hic quidem Lupis & Agnis solemne est, vt opprimantur Agni à Lupis, ne per mor- tem quidem soluta hostilitate; quandoquidem tympanum ex agnina pelle confectum, sonante tympano ex pelle Lupina confecto, distum- pitur, vt scribit Oppian. lib. 3. Cyneget. Agnus verò mysticus, Lupos hosce Arabicos distum- pet inflatos sine voce, iuxta Sapientem; & è contratio gregales suos deducet ad vitæ fontes aquarum, vbi pascua lætissima, & viror immarcescibilis, & nunquam intermorratura beatitas,

† eam. de Euchar. c. 15.

\* cap. 33.


lib. 8. de dig- ferent. ani- mal. c. 171.

† lib. de sancta Virginit. \* lib. 6. c. 39.


† lib. de zelo & liuore.

\* ferm. 7. de Epiphani. c. 4.





CONCLUSIO OPERIS  
**DE AGNO,**  
 AD CLARISSIMUM VIRVM  
**PHILIPPVM L'AGNEAV,**  
 Autori olim amicissimum.



**H**IC Liber Agnum quaesivit, ut Agnus librum aperiret; quippe saeculorum arcana, & impenetrabilem Apocalypsim Agnus euoluit, VIR CLARISSIME. Agnus Agnum optavit. Eorum siquidem vel ad barathrum & mortem ineluctabilis societas est. Ceream iconem huc tibi mente detuli, ut cerea lucem admoueres. Pretiosam deuoueri ceram, ut illi tuum mel accederet. Munusculum (nient) cereus Agnus illustri viro. Verum ipsimet Ecclesia vertices, Leo III. Urbanus V. Paulus II. Sixtus V. haud aliter magnos qui sunt in terra munerati feruntur. Aeterno tonanti Patri, nulla victima pulchrior Agno videri potest. Hic Agnus quam lilet cereus, furorem tamen comprimit rugientis Erebi leonis, & os luporum quasi lupatis franat: Imò dum pensilis e collo geritur, lupos haud raro mutat in Agnos. Nec mirum illi tantam vim aduersus ferocissimum hostem subesse: Romulea siquidem lupa, in Vrbe mundi Principe, tandem aliquando cessit Pontificum Agno, & expuncta prima tessera, locum alteri fecit. Ipsum Dei Agnum vocitamus, cui diuinum scilicet inditum robur. Non enim liquescit ut cera licet e cera: quin potius immanes Tartareas vires, sine mora colliquescere iubet.

O inauditam cerea potentiam! Fatales restinguit ignes, etiam fulmina que montium verticem inflammant; & ubi rupes caelesti dissiulant impetu, cereus facilis Agnus, insicci nequit. Sed o miram claritatem! Hac cerea, nulla saeculorum fuligine violanda, lucem alit; splendorumque nostrorum natalium; dum indicat casto nos coniugio Agni & ouis, Christi & Ecclesiae, minores Agnos fuisse genitos. Itaque non à fumosis imaginibus fulgorem alti generis Christianus infert, sed à candido Agno: Non à sanguine, qui concolor in omnibus; nullius arguere discrimen potest, sed ex albedine lactea nobilitatem ducit. Eam ob rem, Pontifex Regium characterem & immortale sigillum imprimit cerea, quo in diuinum censum allegimur. Quid plura memorem, & cerea mollioris instar, elogium de cerea diffundam? Hic Agnus, vellus habet aureo locupletius, quod nullus tamen Draco perungit seruat, sed Angeli Dracones fugiunt; Quod Medea fascinis non rapitur, at praestigias omnes discutit; Quod nullius spoliū est, verum de infestis hostibus manubias reportat.


BENEVOLE (ut spero) id munusculi accipies, VIR SPECTATISSIME, Tuis tabulis adiectis hanc ceram: Vacuum forsitan alueare domestica Bibliotheca succurret, ubi cereum opificium insinues. Transibis ut Sol aliquando per Agnum, & ingenio lustrabis? Atrox sigillum hoc, caeleste prope signum effeceris. Interea noueris, me de cerea scribentem, inscripsisse ad amanti tua erga me studia, & prolixum animum; quo mihi sinceram frontem exporrigis, Bibliothecam aperis, & cor explicas. Contuere sub tenui simbolo clariorem Agnum, qui candidus & rubens, rubeus & incruentus, immolatus & inreger, occisus à mundi conditu & viuus, Agnus & Leo, Pastor & Agnus, Victor & Victima, offerri sapius à me pro tua incolumitate solet. Annue, ut id ipsum in ima cerea cognoscant chara tibi capita, de me verò benemeritissima D. LUDOVICVS MARCHIER, Praepositus antehac Aquensis, sacri hominis vinum exemplar; & sanguine aquè ac eximius dotibus Illustrum fratrum Lectissima Synoris, D. ALPHONSVS FERRANDVS DE S. FERJVS, ac D. HENRICVS DE MAVBEC, queis cereum hoc opificium cui affecto sauerunt, structum atque perfectum, spero fore haud iniucundum. Vale & Faue.

**ROSA MEDIANA;**  
**ROMANI PONTIFICIS**  
 BENEDICTIONE, CONSECRATA.

**RITVS SACER DOMINICÆ**  
 Quartæ Quadragesimæ, enucleatus:

INCENTIVA EXPLENDI QVADRAGINTADIALE  
 iciunium illustrata,


A R. P. THEOPHILO RAYNAUDO  
 è Societate IESV.



ILLVSTRI ADMODVM ET REVERENDIS.

D. DOMINO

LVDOVICO DEVILLE,  
SACRÆ THEOLOGIÆ,  
& V. I. Magistro, Canonico & Præpo-  
sito sancti Iusti, Protonotario Apосто-  
lico, Officiali ordinario & Metropoli-  
tano, & Pro-vicario Generali Lugdu-  
nensi.



**N**XIGVVM est munus quod affero, VIR CLARISSIME, sed si dantis animum respexeris, amoris pignus est integrum. An florem expectare poteris ab effæto iam sene? Et quis inter atatis ultima spinas, Rosas enasci crederet? Pontificium sanè munus est non impar Regibus. Quid enim viro multis ornari digno infulis afferrem aliud, quàm corollas sacris è floribus,serta ex Paradisi amœnioris areolis, Rosas denique sine spinis? Sapient indoli floridæ iam à primis temporibus ad hæc usque per stolones propagati flosculi, ex ea quippe natus es stirpe, quæ fructus tulit vberrimos. Fratrem nobis adhuc exhibes Purpureis Patribus charissimum, virum utriusque Iuris, ac Theologia laureâ insignem, magni nominis Oratorem, adeoque rebus sacris intentum, ut inter aras penè obierit nobilis victima, post longam laborum seriem cælo matura. Pastoris voces diu qui gesserat, inter ouilis septa diem clausit Custos diuæ Crucis suo voluit Thesuro immori. Sic Stephano Ioannique proximus natales nonos soriri debuit animus innocentissimus. Tu verò qualis quantusque sit, quis miretur adeò, cum ad summa destinatum penè cum natum omnes agnouerint? Literis imbuedus adisti scientiarum Principem & gentium Caput: habuisti in Eloquentia ducem Fam. Str. in. in Poëtica Turq. Gallucium, utrumque nominis famâ, scriptisque percelebrem. Philosophiæ Magistros Theophili Raynaudi Pontificia. Ecc. 2. natus

nactus Piccolominas, Bubalum, Alciatum, & Baldellum Theologia Antistites. Ijs te ingurgitasti fontibus, qui scientiarum orbi implendo pares essent. Inde Romanum ingenium penè cum traxisses Vaticana purpura debuisti seruire. Adsciuerè te sibi purpurati Cætus lumina Marquemontius, Berullius, & Richelæus. Tam grandium nominum vices sic impleuisti, ut videaris par purpura quam gesserunt. Interfuiſti sacris Comitibus eo inclusus septo, quod afflat cœlestis aura Numinis. Studebas interim causas tui Præsulis, dum intentus ille diuino afflatui, sufficiens Christo in terris Vicario totus vacabat. Suffectus ipse Fratri sic illum refers, ut illius iacturam vix senserimus. Faceres illi penè iniuriam, nisi in te superstes cum sit, leue lachrymarum damnum meliori laborum fructu rependeres. Vinct in te, dum te nobis seruabunt fata: erit in vno geminus, & in Ludouico reuiuiscet Claudius, quandiu te superi præstabunt sospitem. Iam verò æquitati tuæ quid contingere poterat conuenientius, quam Iusti Præsulis cura commissa? Inter Martyrum cineres primæ pietatis foveas igniculos. Penes te iam Rosa illa est quam offero. Debit illa dari Capiti nobilis Præposito; & Innocenti donum munus iterum esse viri innocentiam morum conspicui. Viue diu ac vale,

Tibi addictissimus,  
THEOPHILVS RAYNAVDVS.

PROLVVSIO.

## PROLVVSIO.



LORES non tantum spectaculi & spiraculi res esse, vt Tertull. <sup>a</sup> l. de cor. pronunciauit, sed multos, præter visus oblectationem, & olfactus <sup>mil. cap. 5.</sup> mulcedinem, ad medicinam innocuos vsus habere, Clemens Alexandrinus <sup>b</sup> admonuit: & diffusius monstrarunt, qui Botanica ediderunt, vel plantarum & arborum historias conscripserunt. <sup>b. 1. pæd. cap. 8.</sup> Tamerti enim plerisque arboribus non contingit florere; & sunt quædam tristes, quæque non sentiant gaudia annorum, ( verba sunt Plinij <sup>c</sup> ) sicut hominum multis, vt idem ait, fortuna sine flore est: magnam partem tamen, fructum in plantis & arboribus flores gignunt. Idque spectantes Romani, vt fructuum prouentus extaret copiosus, 4. Cal. Maij *Floralia* ex oraculo Sybillæ instituerunt, vt omnia benè deflorescerent, id quod Plinius <sup>d</sup> quoque annotauit: Itaque est vsus florum ad fructus, quorum sunt antecurfores. Est & ad vina conficienda, si Plinio <sup>e</sup> credimus; non sunt igitur ( vt Tertullianus affirmabat, ) flores, res <sup>e</sup> l. 14. c. 16. spectaculi, & spiraculi duntaxat.

*Florum vsus Christiania innocuus; & ad mores quoque opportunus.*

Verum est, Tertullianum scabri, ac morosi ingenij hominem paulò seuerius de florum vsu ac commodis philosophatum esse, quod ita ferre videretur æui illius infelicitas [ quæ Dei æmulus; ( eodem authore Tertulliano, <sup>f</sup> ) vniuersam conditionem certis vsibus homini mancipatam, cum ipso homine corruptit. Vnde eam & Apostolus inuitam ait vanitati succidisse; vanis plurimum vsibus tum turpibus & iniustis & impiis subuersam. ] Significat, quod mox pluribus illustrat, Diabolum in hac etiam specie, mendacium diuinitatis operatum, & dispensatam in falsorum Numinum honorem florum gratiam; cum nullus esset flos, qui commentitio alicui non esset consecratus: sic ferebat temporum infelicitas, & eluio errorum orbem inundans; & peruertens, ac aliorum, quam à Deo destinata essent, obtorquens omnia. Hoc signatis variis falsis Numinibus quorum cuique certus flos esset addictus, aperit Clemens Alexandrinus negans idcirco, fas esse Christiano, vti floreâ coronâ. [ Non quod coniuuali per vinum petulantia, sit corona symbolum, sed quod ea sit dedicata simulachris. Sophocles certè, Narcissum, antiquam magnorum Deorum coronam appellauit; id dicens de terrestribus. Sapho autem coronat Musas rosâ. Non est rosarum Pieriarum particeps. Iunonem autem dicunt delectari lilio, & Dianam Myrsine. Et si enim flores quidem maximè propter hominem facti sunt; eos tamen cum stulti accepissent, non ad proprium vsu, quo grato animo vti poterant, sed in ingratum Dæmonum ministerium abusi sunt. Ab iis ergò abstinendum est propter conscientiam. ] Nunc facibus illis Christi sanguine deteris, multiplex innocuus florum vsus in promptu est, cum physicus, ( vt est tactum, ) tum moralis.

Appello fructum è floribus moralem, quo formantur mores; & pietas eâ gratâ specie, & commodâ amœnitate excitatur aut alitur, cum homo hauriens per sensus tantam naturæ picturæ venustatem, assurgit ad opificem: quod mirâ descriptionis vernantis gratiâ docuit S. Ambrosius, g merito à Pelagio, suffragante S. Augustino <sup>h</sup> dictus *Flos scriptorum speciosus, emitescens inter Latinos.* <sup>g</sup> l. 3. Hexam. cap. 8. & 13. Græcis verò præter S. Basilium, è quo ferè S. Ambrosius profecit, insignem hac in parte sapientiam prodidit Plotinus <sup>i</sup> docens ex floribus ad Deum assurgere. <sup>h</sup> leg. 1. de nupt. c. vlt. Sed piger ex homine, ob pædorum commercium, & furuam Magiam infami, tam nitentem pictatis vsu petere. Adeundi potiùs quos figuraui in scalis à <sup>i</sup> Ennea. 3. l. 2. c. 13.

Ecc 3 visibili

visibili creatura ad Deum. *a* Præcelluisse in eo genere assurgendi ad Deum, S. Ignatium Loyolam nostrum proditum est ab iis qui res eius scripto commiserunt. Nec ille moralis est floribus fructus, cenferi potest exiguus, qui in Plinij quoque cœcutientes ad pietatem oculos incurrit. Obseruat enim admoneri nos à mox marcente florum gratiâ, quam caduca sint humana omnia, in quam rem infra vberius, *b* vel ipsum siquidem florum nomen, si Isidoro *c* credimus, facilem nec serum marcorem præfert, cum velit *flores* dici quasi *fluores*, quia ocysimè d. fluunt; ita ut quod Punico apud D. Augustinum *d* prouerbio dicitur FLOS CINTIS, citra commentarium perspiciatur in adeo gratâ specie mané egrediente, vespere autem deciduâ & exarescente, vnde instantis itidem nobis, in quantacunque specie, caducitatis admonemur. Docebat hunc fructum ex florum vsu legere, Clementis Prædagogus *e* cum diceret. [In roscidis pratis & mollibus varisq; germinantibus floribus degere, pulchrum est, natiuâ & syncerâ odoris suauitate apum ritu fruente, *e*. Sicut ergo pulchritudo, ita etiam flos delectat, dum videtur, & oportet nos eorum quæ pulchra sunt, aspectu fruente, laude & gloriâ afficere opificem. Vfus autem eorum est noxius, & celeriter præterit, pœnitentiæ supplicio affectus. Statim autem probatur eorum vitæ breuitas; ambo enim flauescunt, & flos, & pulchritudo.] Horum in floribus consideratio, fructus florum est innoxius ac perutilis.

*Manuductio ad celestem fragrantiam ex floribus.*

Ille verò quàm amœnus & commodus, nec minùs ad mores excolendos pertinens, (tameñ anagogicus) florum vsus, quo manudicimur ad præsentionem æternæ Beatorum fragrantia, cum Sancti velut fertum exultationis in manu Domini, in fasciculum viuentium conferti, inhalabunt odorem suauitatis per vniuersam æternitatem, in horto Spiritus, & verè Paradiso voluptatis citra marcoris periculum, amarantinâ & semper viuâ venustate reudentes. Excitabat in S. Radegunde hanc piam mentem ex apratis in arâ per eam floribus, Venantius Fortunatus, cum multiplicem florum varietatem ad certamen vsque (ut Plinius *f* etiam loquitur) luxuriantiam describens, sic concludebat.

*Aureus ordo crocù, violis hinc lacteus exit;*

*Coccinus hinc rubicat, lacteus inde ninet.*

*Stat Prasino venetus: pugnant & flore colores,*

*Inque loco pacis, herbida bella putas.*

*Hæc candore placet, rutilo micat illa decore,*

*Suauis hæc redolet, pulchrius illa rubet.*

*Sic specie variâ, florum sibi germina certant:*

*Et color hic gemmas, thura reuincat odor.*

*Vos quoque quæ struitis hæc, Agnes cum Radegunde,*

*Floribus æternis vester anhelat odor.*

Et paulò post flores ad eandem Reginam transmittens:

*Suscipe missa tibi variorum munera florum,*

*Ad quos te potiùs vita beata vocat.*

*Quæ modo te crucias, recreanda in luce futura,*

*Aspicias hinc qualis te retinebit æger.*

*Per ramos fragiles, quos nunc præbemus olentes,*

*Perpende hinc quantus te resonebit odor.*

In actis SS. Nerei & Achillei, florulentissima cœlestis gloriæ descriptio à floribus petitur. Proponuntur enim [Paradisi flores immarcescibiles, & in Angelicis pratis atque nemoribus, sanctos spirantes odores, vbi vita æterna naribus hauritur, vbi aër ipse tantam ex se diffundit odoris suauitatem, ut quisque eum naribus attraxerit, deinceps non possit mœrore affici, non morbo vlllo corripì, sed herus semper sit, ac de vitæ immortalitate securus.] Ibi flores Sanctorum innumeri reudent; virtutes inquam, quarum in vnoquoque eorum fuit præcellentiùs per mortalis vitæ tempora decus. De herbis florulentis, ac plantis, & floribus,

*b* cap. 4.  
*c* l. 17. c. 6.  
*d* l. 2. contra  
litteras Pe  
til. cap. 66.  
*e* l. 2. c. 6.

*f* lib. 6.  
cap. 25.

ribus, à variis sanctis denominationem habentibus, Librum impleuit Gaspar Bahuius. Huiusmodi sunt, *Lilium S. Mariæ, Flores S. Magdalena, Flores S. Ioannis, Flos S. Iacobi, Flos S. Georgij, Flos S. Catharina;* & similes quos passim eo opusculo videre licet. Vernabunt hi flores in cœlo, & insignem afflabunt fragrantiam, ad quam possumus iam nunc manuduci, aptatis per proportionem ad Sanctorum virtutes in horto spiritus eorum efflorescentes, materialibus floribus nostratibus, ut sæpè faciunt Patres, ac probati Interpretes.

*Christus floris specie exhibitus.*

IN diuinis Scripturis, Christus, & sancti cœlites, exhibentur non rarò sub florum imaginè; quem enim latet illud de Christo, prænunciatum, *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet?* Quod integra lucubratione à Richardo Victorino expressum, frustra diligentius euoluerem. Ipsum Christi cognomentum, quo *Nazareus*, vel *Nazarenus* dictus est, de multorum grauium Scriptorum sententia, cui latè subscribit *Viegas a* à *floriditate* ducitur. *Quin* etiam in titulo crucis, qui inter Ilypsana ædis S. Crucis in Hierusalem asseruatur, *Sixtus Senensis b* atque *Pagninus c* oculati testes, prodiderunt, denominatum esse Christum *Nazareum* per *Tfide*, quo pacto exprimitur notio vocis *Nazareth*, quam florem sonare, S. Hieronymus *d* non semel notauit. Quamquam non me latet, quanta concitatione Leo Castrus, pro voce *Nazarei* à *Nazir* deriuanda connitatur, *d* ita *sanctum & separatum à peccatoribus*, non autem *floritem* designet: in quam etiam partem inclinat Cornelius *e* qui in titulo *crucis* nunc exelo scriptam potiùs videri eam vocem per *Zain* quàm per *Tfide*, contra testimonium anteriorum, suspicatur. Eam litem, nostrâ nunc non interest diuidicare. Prout tamen Christus, à paria conceptus, ac commorationis diuturnæ, denominatus est *Nazarenus*, iuxta traditam à S. Mattheo ethymologiam, per spicuum videtur, à *florentia* (sic enim *Nazaretham*, efferre Latine possumus,) Nazareum Christum denominari; hoc est *florentem*, aut *florem*; quod ex variis Hieronymi locis confirmat Adricomius *f* in tribu Zabulon, ut in flore virtutum flos campi nasceretur: cuiusmodi verè Christus fuit [cuius radix (inquit S. Ambrosius *g*) familia Iudæorum; virga, Maria; flos Mariæ Christus, qui foetorem mundanæ colluisionis aboleuit, odorem vitæ æternæ infudit.] Idem ad illud de liliis, *considerate lilia agri*; [Christus, flos sublimis immaculatus, innoxius, in quo non spinarum offendat asperitas, sed gratia circumfusa clarescat. Sunt enim spinæ rosarum, quia tormenta sunt Martyrum. Non habet spinas inoffensa diuinitas, quæ tormenta non sentit.] Itaque Tertullianus, Christianum auertens ab vsu florum respiciente Idololatriam, cui Christus sit flos fragrantissimus ac vernantissimus, exclamat. [Quid tibi cum flore morituro? Habes florem ex virga Iesse, super quem tota diuini Spiritus gratia requieuit, florem incorruptum, immarcescibilem, sempiternum.] Planè flos vernans & immarcescibilis Christus, siue conceptus, & nascentis, siue moriens, siue resurgens. Conceptus enim non in horto culto atque proscisso humanâ operâ, sed in campo non defosso, nec manu hominis seminato (provt S. Bernardus *h* atque Rupertus *i* D. Augustino *l* præeunte accipiunt illud, *Ego flos campi*) odorem suum reseruans in succisione, nec contritus emarcescens, iuxta Ambrosium *m*, in resurrectione veluti verè restoruit, ut est in Psalmo 27. vbi restoruisse carnem suam profiteretur. Et præterquam quod restorere nequiuisset, nisi antè floruisse, ut Sanctus Maximus *n* benè ratiocinatur; in ipsa resurrectione iterum floruit, rectèque proinde idem S. Maximus, alio loco *o* ait, carnem Domini rediuuam, velut in nitore floris, de tumulo germinasse.

*a* in c. 12.  
Apoc. com.  
3. sect. 22.  
*b* l. 2. biblior. V.  
Pont. Pilat.  
*c* in Hebr. nomin. Interpr.  
*d* in c. 11.  
Esaia, & l. 6. Apolog. pro edit. vulg.  
*e* Matth. 2. ad finem.  
*f* num. 73.  
*g* l. de Ben. Patriarch. cap. 4.  
*h* Serm. 2. de aduent. & serm. 47. in cant. *i* in cap. 2. Cant. *l* serm. 3. de temp. m. l. de Spiritu sancto. cap. 5. *n* Serm. de Pasc. *o* hom. 2. de Pentec.



Flores item, Sancti militantis Ecclesie.

SECUNDUM Christum, Sancti de eius plenitudine participant, & rore aliquo de eius fonte perfusi flores dicuntur *semper fragantes*, & rosæ inter spinas ut pulchrè differit S. Gregorius *a* quia admisti improbis. Sed maximè ob eorum odorem bonum ac speciem flores dicuntur, ut egregiè admonet S. Chryostomus *b* scripturam virtutes iustorum describentem, componens cum horto florum. Itaque Sancti, siue hinc peregrinantes, siue iam cælo illati, flores ipsi quoque audiunt. Nam Prosper in calce operis de promiss. conuiuium Ecclesiæ floribus exornatum describens, lilia virginum, continentia, violas, rosas Martyrum proponit. At lilia quibusuis sanctis accommodat Guericus serm. 2. de Baptista. Item ratione Sanctorum hinc superstitum, Ecclesia *hortus conclusus* dicitur; quia omnis generis floribus intra eam residentibus, exornatur, iuxta S. Gregorium, *c* cui præiuerat Petrus Chryostologus *d* qui hunc hortum conclusum de Ecclesia Sponsa interpretatus, illustrat quod dixit, addens; [ Hortus est Euangelij vomere, orbe toto diffusa cultura; clausus stimulis disciplinæ; ab omni pessimo gramine Apostolico labore purgatus; fidelium plantariis, liliis Virginum, rosas Martyrum, Confessorum viriditate amœnus, fragrans floribus sempiternis.] Non dissimilia item habet S. Ambrosius *e* expendens Christi oraculum de liliis agri apud Lucam, his præter cætera. [ Sicut horti quidam diuersarum pomiferi virtutum, iuxta quod scriptum est, *hortus conclusus, soror mea Sponsa, hortus conclusus fons signatus*, eo quod vbi integritas, vbi castitas, vbi religio, vbi fida sacrorum silentia, vbi claritas Angelorum est, illic Confessorum violæ, lilia Virginum, rosæ Martyrum sunt.] Sic Ambrosius, qui alio loco *f*, quod habetur Cantic. 2. de floribus, discusso denique imbre, & rigore hyemali, gratâ veris vice orbi subsecutâ, apparentibus; de floribus accipit in terrâ visis post Christi exortum. [ Flores, ( inquit, ) visi sunt in terrâ. Ante aduentum Christi, hyems erat, venit Christus, fecit æstatem. Tunc omnia erant florum indiga, nuda virtutum. Passus est Christus, & omnia cœperunt novæ gratiæ fecundari germinibus. Imber abiit luxuriæ profluentis, & nubila tetrâ orta flagitiis, æstiuâ iam puræ conscientia serenitate lætantur. Ideò non euadunt quorum fuga hyeme fit, quia non sequuntur Domini passionem, non tollunt Crucem suam & Christum sequuntur. Imber impedit flores, at nunc flores videtur in terrâ. Boni flores Apostoli, qui diuersorum scriptorum atque operum suorum fuderunt odorem. [ Similia non semel alibi *g*, sic igitur Christus Hyemem dispulit aduentu suo; & floribus terræ aduectis, fecit æstatem; id est ver nouum intulit mundo. Nam propter recessum ab hibernis rigoribus ac imbribus, & accessum ad æstiuos calores ac deterfi aëris serenitatem, nomen *æstatis* ad ver Hyemi succedens extendit, ut valeat proinde de Christo, ratione horum florum, quod de seipso per Isaiam *h* pronuntiauit: *Adsum quasi ver in montibus*, quod S. Cyrillus, *i* non vno loco, interpretatur de Christo vere nouo, per quod omnia instaurata, & renouata sunt, & flores virtutum omnium in sanctis exortis cui interpretationi suffragatur Gregorius Nyssenus *l*, de via præsentis, flores duntaxat sanctitatis non fructus exhibente, quia expectatione prius quàm existentia gratulamur, scitè Bernardus infra adducendus.

Nec non cœlites, ipsæque Deus.

Flores item esse sanctos cælo iam illatos, non morte marcentes, sed immortaliter vernantes, ex eo perspicuè proditur; quod in vnum sertum exultationis *m* cum Christo flore primario, transeunt. Rectius enim quàm arbitrentur, aut intenderent, dixere Gnostici de Christo Rege gloriæ ( referente S. Irenæo *n* ) ipsum esse *Pardorum*, in quod Æones omnes florem suum contulerint. In vnum enim fasciculum Viuentium, sæculorum omnium flores cum Christo conferti sunt, & Patri in gloria exhibiti, quia cum omnes de Spiritu Christi vixerint, & ab eo succum gratiæ per quem florerent acceperint; omnes vnus sunt Christus florens ac regnans in æterna gloria, cuius symbolum fuit fastigium Virgæ

*a* l. 20. mot. cap. 29.  
*b* hom. 43. in Genes. initio.  
*c* in cap. 4. Cant.  
*d* Sermon. 98.  
*e* l. 7. in Luc. ad cap. 12.  
*f* Ser. 6. in Psal. 118.  
*g* l. 4. Hebr. am. c. 5. & in Apol. posterior. Dau. c. 9. & in institut. Virg. c. 1.  
*h* Isaiæ 52. vers. 7. in x. l. 70.  
*i* l. Graph. pag. 26. & homil. 13. Pasch. & l. 4. in Ioan. cap. 28.  
*l* hom. 5. in Cant.  
*m* cap. 6.  
*n* l. 2. c. 19.

Virgæ Ioseph, à Iacobo decumbente adoratum, ut habet Apostolus. *a*, Nam ille Iud Virgæ fastigium florem fuisse typum Christi regnantis, Leo Castrius, *b*, latè confirmat. Habebat pro huius ferti partibus SS. 40. Martyres S. Basilius, vocans eos, [ Flores Ecclesiarum, flores animis sensibilibusque iucundos, quos non condidit terra, sed cœlum suscepit, dignum Angelis, Patriarchis, ac iustis omnibus spectaculum, quod beati Spiritus cupiunt intueri. ] Pertinent ad ferti illius integritatem, etiam SS. Angeli, de sententia S. Ambrosij *c*, qui expendens illud apud Lucam, *considerate lilia agri*, sic differit. [ Non alienum videtur, ut per claritatem floris ( sic legendum, non *coloris*, ut corruptè habent quidam codices, ) Angelorum Cœlestium gloriam putemus expressam, qui verè mundi istius flores sunt, quod eorum claritatibus mundus ornatur, & bonum odorem sanctificationis aspirant. Quorum præsidio fulti, possumus dicere, *bonus odor Christi sumus Deo, in iis qui saluati sunt*: qui nulla sollicitudine præditi, nullo vsu laboris exerciti, diuinæ in se liberalitatis gratiam & cœlestis seruant dona naturæ. Vndè benè, & hic vestitus gloria sua Salomon, & alibi cooperatus ostenditur, quod infirmitatem corporeæ naturæ veluti virtute quadam mentis adoperatam, operum gloria vestiebat. Angeli verò quorum natura diuinior, expers manet iniuriæ corporalis, rectè, licet maximo Viro, consideratione tamen nostræ iniuriæ præferentur. [ Spectat nunquam victam aut decidentem Angelorum sanctorum speciem; non sicut in nobis, vere floribus decidentibus, nec sortitis virtutem, iniuriæ & caducitatis nesciam. Quo ex capite, micat in sanctis Angelis splendor ille perennis gloriæ quem S. Chryostomus *d*, tantoperè suspicit in luminosis cœli floribus, sic enim astra cælo tanquam florenti prato ac horto insita nominat, astipulantibus Basilio Seleuciæ, *e*, atque Ambrosio, *f*. Sicut ergo sidera Luminosi cœlorum materialium flores nullam æui patiuntur iniuriam, nec eorum species iam à tot sæculis quoquomodo derita est aut absoleuit, ita neque flores Angelicarum claritatum hebetati sunt, sed semper viuendi perstant, nec est obscuratiō eorum timendum, ad quod gloriæ Angelicæ consortium homines quoque, cum per resurrectionem effloruerint, diuino oraculo eriguntur, ut S. Ambrosius *g*, considerat, eò aptans illud: *Erunt sicut Angeli Dei in cælo*.

Quid mirum, sanctos, siue homines, siue Angelos componi cum floribus, quando ipsæ quoque diuinæ personæ, flores dicuntur? Verbum S. Dionysij *h* est, Patrem docentibus scripturis, originem diuinitatis appellari; Verbum autem ac Spiritum sanctum, *gemmas esse seu germina à Deo prodeuntia, & quasi flores ac lumina, que essentia superiora sunt*. Annuit S. Cyrillus *i*, qui quemadmodum flos, odorem, naturalem sibi qualitatem olfactui exhibet, ita se habere Deum ac Spiritum sanctum pronuntiat. Et alibi referente Manuèle Calecal, Patrem rosam, florem Filium, odorem Spiritum sanctum esse affirmat S. Paulinus *m*, de verbo canit.

*Sol æquitatis, fons honorum, flos Dei,  
 Natus Deo, mundi sator.*

Alia in hanc rem infra dabo cap. 6.


Apodosis, de mysteriis Rosa initiata confertis.

Quorsum tam multa de vsu Scripturarum ac Patrum in exprimendis sub florum imagine, Christo, & Sanctis in quouis statu, ipsisque etiam diuinis personis; nisi ut intelligatur, Ecclesiam eum vsu pie æmulatam, meritò sub floris imagine, mysteria artificiosè ac sapièter proponere; ut per hæc obuia, manducamur ad ea quorum significatione grauidantur? Exempla proferemus in sequentibus. Sed palmare est, quod subministratur hebdomadâ quartâ quadragesimæ, in eo ritu sacro quo Rosa, iam à multis sæculis, solemnè benedictione Pontificia consecratur.

Rosam dico, quia ita passim appellatur, à forma rosæ quam præfert aureum hoc artefactum, tamen præter morem Sixtus I V. anno 1478. transmittens rosam media quadragesima à se benedictam, ad patriam suam Saouanam, & rosam appellans munus quod mittebat, non formam rosæ transmisit, sed auream plantam quercinam, aureis instructam glandibus, quod munus inter Ecclesiæ

*a* Heb. 12. l. b in c. 11. Efsaiæ.  
*c* l. 7. in Luc. cam ad c. 12.  
*d* hom. 10. ad pop. e orat. 1.  
*f* l. 4. Hexâ. cap. 2.  
*g* l. 7. in Luc. cam ad c. 12.  
*h* c. 2. de diu. nom. sub finem. i l. 11. in Ioan. c. 1. l. 1. contra Græcos.  
*m* carmine 10.

Cathedralis cimelia asseruatur vt scribit Vercellinus. An sicut palmarum ramos dicimus cuiuscumque arboris ramos benedictos, in memoriam Prælatorum Christo ramorum è palmis nominatim decerptorum; ita omne munus sacrum ad plantarum aut florum imaginem effectum, rosam dici placuit, vt sub specie muneris Ecclesiastica die benedici, posteaque transmitti, cum honore soliti, gentilitia insignia suæ Ruuereæ familiæ quercinam plantam glandibus instructam, dono daret: vt plurimum tamen benedictum esse florem factitium Rosæ imagine in confesso est. Horatius Turfelinus describens pietatem Gregorij XIII. erga Virginem Lauretanam, ad quam transmisit Rosam auream, ita eam rosam depingit stylo. [Ea stirps est, seu planta rosarum vernantium ex auro, quæ aureo inserta vasculo, & ex tripode eminens aureo, sesquicubitalem altitudinem facile excedit. Aureis nummis æstimari fertur, circiter mille.] Ita quidem illa Gregoriana, comprehenso (vt arbitror,) in ea pretij æstimatione, & vasculi quoque, & tripodis valore: Cæteris qui enim Rosa aurea, à Paulo V. imagini Deiparæ in sacello Burghestiano asseruata oblata, quæ nunc in prædiuite eiusdem sacelli gazophylacio monstratur, quingentis dumtaxat aureis æstimatur, vt refert Paulus de Angelis in Monumentis Basilicæ Liberianæ. Et multò minoris æstimaretur, Rosa illa aurea quam dedit Innocentius IV. Lugdunensi Ecclesiæ S. Iusti, hodièque præcipuo honore inibi quotannis recurrente donationis memoria celebris. Vix enim duplione aureo æstimaretur, simul computato valore & materiæ & artificij. Non multum excedit quæritate ac mole fertum rosaceum quod manu gestari solet: Tempore Callisti tertij vt habet liber Bulletarum eius, expentæ ad rosæ confectionem, ad decem auri uncias pertingebant, quæ summam florenorum octo supra septuaginta ac solidorum triginta septem impendebant. Addito autem pretio saphyri valoris decem circiter florenorum, quæ capulo rosæ conferebatur, & artificio quod circiter florenis viginti duobus æstimabatur, vniuersum Rosæ pretium, ad centum ac decem florenos pertingebat. Nec auctius fuit Rosæ pretium ad Alexandrum vsque sextum, Calixti Nepotem: vt notatur in quibusdam diariis anni 1481. & 1491. At postea quia & Rosa grandior est effecta, & pes cui innitatur adiunctus, & artificium quoque est luculentius, Rosæ pretium pedetentim multum excreuit. Eiusmodi ergo fuit quæ dicitur Rosa à Pontifice quotannis initiata. Eum ritum illustrare consilium est, quâ conquisitis studiosè iis quæ de illo attingere potius quàm expressere Authores; quâ adiunctis, quas Deus in eam rem subministrare dignabitur, cogitationibus nostris.



## CAPVT I.

## Ritus initiationis Rosæ per Pontificem exponitur.

**S**UBSTRNENDA est vniuersa dissertationi tanquam fundamentum, historica narratio ritus de quo agitur, vt quod collimarit eius institutio, deprehendi possit.

## Dies, consecrationi Rosæ addictus.

**T**EMPUS consecrationis rosæ (vt ab eo ducam initium,) est Dominica quarta quadragesimæ; quæ à nonnullis, pro vsu denominandi Dominicas ab initiali verè diuinæ liturgiæ, appellatur Dominica Letare. In ordine Romano, videtur hæc Dominica nominari medianam. Dicitur quidem ibi eam agitur de

officio Dominicæ quintæ; [Igitur à Dominica, quam Sedes Apostolica medianam voluit nuncupari, &c.] quæ videntur cadere in Dominicam Passionis, cuius ibi officium disponitur. Sed quid si illud à Dominica idem sit, quod post Dominicam? Itavt sensus sit, disponendum esse officium obseruandum post Dominicam medianam siue quartam quadragesimæ, in Dominicis sequentibus, quarum prima est Dominica Passionis. Certè Dominica Passionis, non potest propriè ac verè denominari medianam, respectu totius quadragesimæ sicut potest denominari Dominica quarta; quæ etiam est ea quam Pelagius Papa scribens ad Laurentium Centumcellensem Episcopum, vocat *Dominicam medianam Pasche*; sumpto *Pasche* nomine pro quadragesima, iuxta modum loquendi multorum Veterum, nomine *Pasche* intelligentium quadragesimam, quia quadragesima (ex S. Chryfost. a nihil aliud est quàm Parasceue Paschæ. Sic in Concil. Tolano I V. b taxantur qui cauebant *allevia* in quadragesima, dempta vltima hebdomada Paschæ. Vbi omnes hebdomadas quadragesimæ, vsque ad Paschalem inclusiue, quæ est omnium vltima, dicuntur *Paschales*. Et in Concilio

a homil. de  
ieiunio primæ  
Paschæ.  
b cap. 10.

\* cap. 9.

Concilio Tolano VIII. a damnantur qui pet ingluuiem profanabant *festa Paschalia*, illicitarum cæcarum perceptione. Id est (vt mox exponitur,) qui carnes comedebant per tempus quadragesimæ. Eadem est notio vocis *Pascha*; pro quadragesima apud S. Augustinum in Psalmum 98. cum fecerit ieiunia Paganorum à ieiunio nostro per dies Paschæ apud Timotheum Alexandrinum b vt bene apud eum explicat Balsamon. Queritur enim à Timotheo, an æger vtrumque sanatus, & mulier quæ peperit, teneantur ieiunare, si venerit *Sanctum Pascha*, id est quadragesima, vt Balsamon interpretatur. Et hoc sensu accepta voce *Paschalis*, rectè Dominica quarta quadragesimæ à Pelagio vocatur *Dominica Paschæ*. Id quod etiam voluit Gelasius c scribens ad Episcopos Lucaniæ, cum agens de temporibus ordinationum, mandat eas peragi initio quadragesimalis ieiunij, ac in tempore hebdomadæ medianæ, præter reliqua tria statim tempora, quarti, septimi, & decima mensis. vbi *Dominica medianam quadragesimæ* sumitur apertè pro Dominica quarta in cuius sabatho ordines conferuntur. Græci quia diuersum significant quadragesimæ initium, hanc ipsam Dominicam quam nobiscum vocant *medianam quadragesimæ* numerant tertiam, (vt infra dicam;) eamque semper habuere solemnissimam, vt ex multis Patrum de ea homiliis liquet. Latinis quoque fuit ea Dominica, iam olim admodum solemnis ac læta, præsertim ob initiationem rosæ; à quo ritu apud aliquos hanc Dominicam denominari, *Dominicam Rosæ*, tradit Christophorus Marcellus Autor Operis de Sacris Ceremoniis, d & Iacobus Archiepiscopus Genuensis e. Quanquam circa hanc vocem canuenda est æquiuocatio. Nam apud veteres Romanos, *Dominica Rosæ*, non erat hæc medianam, sic denominata à Rosæ initiatione: sed erat *Dominica* infra Octauam Ascensionis, qua die statio habebatur ad S. Mariam ad Martyres, vulgò *Rotundam*; & Pontifice ibi super sacrum concionante de *suauo aduentu Spiritus-sancti*; de altitudine templi mittebantur *rosæ* in similitudinem eiusdem Spiritus-sancti. Verba sunt Benediciti, Canonici S. Petri, in suo Ceremoniarum tractatu; Ea tamen statione per Pontificem longam in Galliis moram exollescente, desit ea Dominica appellari *Dominica Rosæ*, & apud aliquos Dominica quarta quadragesimæ ea denominatio incipit, non iam à rosarum iactu, sed à rosæ initiatione per Pontificem, vt ex Christophoro Marcello, & Iacobo Genuensi referrebam. Et iste addit hanc Dominicam ob Euangelium de quinque panibus quod in ea ad Millam legitur, vocatum esse *Dominicam Panis*; quæ in sermone quodam qui extat inter sermones S. Chryfost. f est denominatio Dominicæ resurrectionis, ob solemnem ea die fidelium communionem.

\* Epistol. I. cap. 13.

d l. 2. c. 17.  
e serm. in Domin. 4. quadr.f serm. 5. de  
resur. r. 2.

CAP. I.

Ritus bene-  
dictionis  
Rosæ.

## Ritus consecrationis Rosæ descriptus.

g lib. 7. c. 5.

**S**IC constituto tempore initiationis rosæ, ritus eius describendus est, ex eodem sacrarum Ceremoniarum Codice g, supplendo si quid in eo fuerit prætermisum. Aut ergo Autor, solitum esse Pontificem, Dominica quarta quadragesimæ, benedictione solemnij initiare rosam auream ramusculo confertam: Initiat autem ante diuinæ Liturgiæ sacrum mysterium, collocata rosa super arulam, in Conclauis, siue in camera Papagalli, ad id comparatam, fundendo primùm super eam conceptas preces inferiùs exhibendas: tum rosam balsamo inungendo, ac musco trito perfundendo: itémque laustrali aqua aspergendo, ac thure suffiundo, quod ex thuribulo adoletur. Ex literis Eugenij quarti ad Regem Anglorum, quem rosa donabat, vt infra referam habetur, consecrationem rosæ peragi solitam in Basilica S. Petri, non autem in conclauis, vt hic dicitur. Sed vel per S. Petri sacram Aedem, intellexit adiunctum Palatium Pontificium in quo est conclauis prædicta, vel potuit esse in hoc initiationis adiuncto, pro variis temporibus, aliqua varietas. Rosam ad eum modum initiatam, Pontifex ad celebrandum sacrum continenter progrediens, manu gestat, & delectis ministris, cum ad sacellum deuenitur, committit reponendam in altari per tempus sacri: Quo expleto, ante altare orationem aliquandiu fundens, rosam denud recipit, gestatque manu procedens ad sanctam Crucem in Hierusalem, vbi rosam fidelibus adunatis ostentat. Quod ab Autore Operis de sacris Ceremoniis prætermisum, supplendum est ex Innoc. tertij tractatione ad populum, cum in eo sacro templo rosam exhiberet: Fortassis quod ea rosæ ad dictam aedem sacram gestatio & ostentatio, ad substantiam consecrationis rosæ non spectaret: & quod aliquando Pontifex aliis distentus curis ad eam Ecclesiam non procederet, ibique rosam non semper ostentaret, prætermittenda visa est Autori prædicto, longior illa Rosæ gestatio & ostentatio: quas tamen adhibitas esse, cum Pontifici vacabat, certum est, & Innocentij tertij testimonio, & Gulielmi Durandi, aliorumque veterum, qui rosæ initiationis meminerunt, vt infra referemus.

## Rosæ initiata munus pium, cui, &amp; quomodo datum.

**R**Egrediens denique domum Pontifex, Rosam gestat ipse, & in conclauis interius se recipiens, exquirat Cardinalium sensu, de eo cui pium hoc munus tradendum videatur, nisi si ante sacrum iam adhibuerit Cardinales ea de re in consultationem, vt factum aliquando fertur. Vfus sanè demerendi primarios aliquos fideles, datis per Pontifices muneribus, præsertim mystica aliqua significatione granidis, crebrè occurrit in historia Ecclesiastica.

C A P. I.  
Ritus benedictionis  
Rose.  
a Epist. 32.

Epist. 269.  
277. 279. 283

l. 1. hist.  
cap. 11.

clericalia. Sic Ioannes VIII. a palmas virides benedictas, transmisit ad Carolum Caluum Imperatorem: non quod Dominica palmarum ageretur, in qua ex antiquo usu benedicuntur palme, sed ut id munus haberet pro omni ac pignore Victoriæ aduersus visibiles & invisibiles hostes, ut ipse Pontifex contestatur. Idemque munus deinde ad Carolum transmisit anno 882. cum multiplicibus Literis b, aduersus hostes Romæ imminentes, opem exposceret surdo canens. Idem munus palmarum benedictæ, vna cum crucicula de collo suspendenda, conferri à Pontifice solitum, iis qui votum Hierosolymitanæ peregrinationis expleverint, scribit Rogerus in Annalibus Anglicanis: quamquam a Philippo Rege Francorum ac suis, tamen post breue tempus aditæ Palestinæ regressis ante vori plenam expletionem, ob dissidia cum Rege Anglorum Richardo, enata; interpolata est apud Cælestinum tertium postulario, ut pium illud munus re ipse ret. Innocentius tertius, Regi Anglorum, pro symbolo virtutum omnium Regiarum annulos quatuor transmisit. Aliquidne mysterij latent in speculo argenteo, & eburneo pectine, quæ munera Romanus Pontifex Regiæ Anglicanæ ethnico Regi nuptiæ præferenda curavit, autore Beda c, an verò merum fuerit benevolentiae argumentum sexui illi contentanum non satis dispicio. De munere gladij & galeri benedicti à Pontificibus transmitti solito, alibi agendum. Inter sacra igitur munera, quibus Pontifices primariam quampiam personam demereri sunt soliti, numeratur Rosa consecrata.

Et quidem, si is cui post delectum habitum Rosa destinabatur, Romæ coram adesset, ex usu fuit illum aduocari in conclauæ interius, rosamque de ipsius Pontificis manu accipere, interpolata solemnium appreciatione per verba concepta, præter morem vero receptum fuisse, notat Autor operis de sacris Ceremoniis, quod aliquando rosa consecrata, præfenti tradere, in sacri sine ad ipsum altare. Donatus rosa qui Romæ adest, fixo manui Pontificis rosam porrigitis ac pedibus osculo, gratiis conuenienter actis, domum regreditur rosam præferens, solemnium cum pompa: quippe comitantibus patribus purpuratis, med. umque cingentibus duobus antiquioribus Diaconis, copioso Ministrorum vincti. totum stipante conuitatu. Et idiptum quod de Rosa Romæ tradita à Pontifice magnati præfenti diximus, seruat proportionem, cum à Pontifice alibi versante cuiuspiam præfenti datur. Ut cum Alexander III. Duci Venetiarum in Ecclesia S. Marci, peractis solemniter Sacris, Rosam auream contulit anno 1177. Exempla verò eorum quibus Romæ præfentibus collata est rosa à Pontifice, suppetunt varia: sic enim Urbanus V Ioannæ Regiæ Siciliæ, Romæ versanti, rosam detulit; posthabito Rege Cypri, qui item Romæ præfens aderat. Paulus item II. rosam tradidit Federico Ferdinandi Neapolitani Regis filio minori, Roma transeunti, ut Mediolanum tenderet Francisci Sfortiæ filiam fratris sponsam, adducturus ad Fratrem. Eberardus primus Dux Vuitenbergensis, à Sixto IV. rosa aurea munere præfens Ro-

mæ honestatus est anno 1482. In his aliisque similibus exemplis, traditæ præfenti à Pontifice rosæ consecratæ, habere locum adiuncta proposita, ac nominatim solemnium deducionis. Debitis Pontifici in equo ab Ecclesia S. Crucis regredienti, adesse præfentem, cum exscenderet, & ei soli præberi solitum à Pontifice Rosam, scribit Centius Camerius, in Rituali c. 6.

At si is, cui rosa Sacra est addicta, non adsit, prætermisso deducionis solemnium apparatus, transmittitur ad eum rosa initiata, addito Epistolico diplomate, rosæ mysteria pandente, quale extat Alexand. III. ad Regem Francorum repræfentatum à Ioanne Picardo. Eodemque modo idem Alexand. III. ad Regem Scotorum Guilielmum, rosam transmisit, ut scribit Hector Boëtius d in pignus benevolentiae singularis & honoris præcipui. Video variis sublimibus personæ siue viris, siue fœminis, & iis quoque quæ sola fictione iuris, vna persona sunt, puta Ciuitati aut Reipublicæ transmissam rosam: inter sublimes viros, Imperatori transmissam rosam constat ex Historia Nicolai V. à quo transmissa est ad Federicum Imperatorem. Ex quo exemplo, Cardinalis Senensis eicit ut Alexander VI. rosam transmitteret Imperatori, cum aliqui negarent usum id ferre. Regibus sæpe transmissa est rosa, ut Regi Francorum, & Scotorum ab Alexandro III. ut præmissi. Rursus Regi Francorum, à Ioanne XXIII. anno 1411.

Regi Angliæ Henrico VI. ab Engenio IV. item Henrico VIII. nondum abscisso Adriano VI. anno 1524. Henrico Valensio Regi Poloniae Gregorius XIII.

Ducibus item plerisque transmissa rosa. Cluensi ab Innocentio VIII. 1489. Duci Venetiarum anno 1495. & antè anno 1177. ab Alexand. III. & rursus 1495. ab Alexand. VI.

Duci Sabaudia à Leone X. 1521. Ab eodem Leone Federico Saxonie 1619. premente & delinitionem Ducis ea via subdole captam expostulante Lutherò. Alteri Saxonie Duci, rosam antè transmisserat Sixtus IV. anno 1479. & antè quoque alteri Saxonie Duci anno 1491. eam transmisserat Innoc. VIII. Cuiusdam item Duci Gregor. XII. anno 1447. Duci Magnopolitano Innoc. VIII. anno 1487. Duci Ferrariæ Iulius II. anno 1508. Inuò verò eius Legato, qui tamen non nisi sui Ducis nomine Rosam admisit. Marchioni Ferrariensi Alex. V. ex Sigonio in Episcopis Bononiens. cum de Antonio Corario. Item Francisco Gonzagæ Marchioni Mantuano Alexan. VI. anno 1496.

Comiti Dalfino Innocent. VIII. anno 1485.

Aliis item primariis viris aut dati, aut transmitti Rosam contigit, ut Raymundo Ursino à Gregorio IX. ex Sansouino l. 1. histor.

Thadæo Barberino urbis Præfeto, ab Urbano VIII.

Fœminas primarias eodem facto munere exornari, notatum est. Sic Clemens VIII. Annæ Austriae Imperatricis rosam obtulit. Elisabethæ Regiæ Hispaniæ rosam obtulit Pontifex anno 1490. Gregor. XII. Regiæ Hispaniæ anno 1577. Urbanus VIII. Regiæ Vngariæ quæ postea Imperatrix decessit. Hoc munus transmittit (exornatum eleganti poemate à Ioanne

Baptista

Baptista Rogaro) Henrichetæ Borboniæ Regiæ Angliæ, Vibonus VIII.

Ducis Venetiarum, Clem. VIII. an. 1597.

Ducis Albani Coniugi Paulus IV. an. 1457. Ciuitatibus ite ac Rebuspub. sæpe transmissa rosa. Sic Gregor. XIII. eam transmisit Reipub. Venetæ exornante munus eleganti poemate Angelo Rosca; & antè id munus honestauit Deus; peste tunc grassante, ad rosæ exceptionem, depulsa. Sixtus IV. anno 1478. transmittit ad Patriam suâ, Saouanam. Pius II. Senas item patriam suam 1459. necnon Greg. XIII. Bononiam anno 1578. Pius IV. Lucam 1564.

Bonam partem eorum exemplorum debeo viro antiquorum morum & sacrarum rerum bene perito Andrea Victorello. Porro ex tam multis Imperatorum, Regum, Ducum, Comitum, Marchionum, & aliorum exemplis quæ signant, ad quos rosa sacra transmissa est à Pontifice, liquidò deprehenditur, hallucinatum esse, qui nuper scripsit a rosam Pontificium munus esse, directum ad primarias Fœminas siue Reginas, siue alterius sublimis gradus Nō ita est. Tamen enim aliquando sacram hoc munus mulieribus in sublimitate constitutis, vel coram traditum, vel aliò transmissum est, tamen frequentissimum fuisse, ut viris traderetur, debet esse extra controuersiam.

#### Etiam Sacro loco transmissa Rosa.

Reperio, quandoque Pontifices, testando suo affectui honorarium hoc munus alicui Diuæ, vel Ecclesiæ contulisse. Sic Iulius III. anno 1552. Basilicæ S. Mariæ Maioris, & Paulus V. anno 1608. Basilicæ Vaticanæ, rosam obtulerunt. Alteram eidem S. Petri Basilicæ obtulit Urbanus VIII. Ad sacra S. Mariæ supra Mineruam binas dedit Clem VIII. Alius verò Pontifex vnam Ecclesiæ S. Mariæ Arcæceli. Gregor. XIII. superiore sæculo, ac postea etiam Sixtus V. anno 1584. Ecclesiæ Lauretane, vel potius Virgini Mariæ, quæ tingitur licet Hæretici & reuerenti quidam, sub Catholico nomine, nouitatum popolar. eo in loco Deum concepit, rosam à se benedictam transmittent. Iulius III. & Paulus V. rosam addidit Deiparæ à S. Luca depictæ; Imagini Saluatoris ad scalam Sanctam asseruatæ Pius V. Urbanus VIII. Spoletinæ Ecclesiæ, cuius olim fuerat Episcopus. Non transmittit, sed præfens rosam dedit Ecclesiæ S. Iusti Lugdunensis, Innoc. IV. ut liquet ex his eius verbis in diplomate postea dato Perusij, anno Pontificatus nono, inter elargientium Indulgentias in anniuersarij huius pij muneris memoriâ, hodiè que Lugduni vigente. (Eam dum Lugduni traheremus in claustrò Ecclesiæ nostræ moram, in Dominica qua cantatur, *Latare Hierusalem*, Rosam auream, quam propter diei solemnitatem more solito in nostris manibus gestabamus, eidem Ecclesiæ nostræ duxerimus concedendum, &c.) Quid illud *Ecclesiæ nostræ*, cum omnium aequè Ecclesiarum cura sit penes Pontificem? Sanè cum esset in priuata locre Innocentius, non Ecclesiæ S. Iusti, sed Ecclesiæ S. Ioannis, ubi Lugduni, Canonicum egerat. Ut autem Polygamus esset, & duplici illo Cano-

nicatu simul potiretur, ut fert, aut tulit aliquorum abusu, non habeo unde impingam Innocentio; viro, quem recentiores Historici volunt pium admodum & religiosè accurationis semper fuisse; adeo ut mentionem impingant Cantipratano, & aliis ab eo in errorem inductis, qui minus fastum eius è vita discessum, ob exagitaros Mendicantium ordines, scriptis commiserunt. Ut ut sit, potuit Innocentius, S. Iusti Ecclesiam, suam dicere, quia totis annis octo in eius Ecclesiæ claustrò hæserat; cum generale Concilium Lugduni conuocasset: Erat enim S. Iusti Aedes, cuius nunc vix aliqua rudera in sub-urbano ad vrbis propè mœnia supersunt, situ ac prospectu amœnissimâ; Sidonio b (ut alibi e verisimilius censui) celebrata. In eius ergo aedis sacra claustrò, Pontifex octennium solidum hæsit. In eadem aede Clem. V. astitibus Regibus compluribus, ac Ducum & Principum inferiorum multitudinæ copiosa, Pontificiam coronam, celebritate maxima accepit. Auditui ab iis qui templum illud incolunt viderant, priusquam anno 1562 per rabiem, *Spiritus sancti reformari* nomine obductam, disijceretur, nullum ei Lugduni in magno illustrium templorum numero equandum vix fuisse; tantum abest ut esset anteferendum. Nunc per fanaticam assecratam Caluigi Religionem campus est, ubi tanto apparatu multis sæculis laudes diuinæ insonuerunt. Itaque ob diuturnam in conspecto facti templi, conuocationem, Innocentius ad testandum affectum, vicinque Canonicis in eum officiosissimis benivolè referendam, potuit Ecclesiam S. Iusti suam dicere, scribens ad eius Rectorem ac Canonicos. Nisi quis malit, iusticiam exscriptoris canonicis qui *nostram* scripserit, cum *vestram* scripsisset Innocentius. Nostra nunc tantum refert, erueret, concedi aliquando solitam rosam sacram, alicui Ecclesiæ.

#### Rosa quo apparatu excepta.

Transmissa ad absentem quempiam rosa consecrata, quanto apparatu excipi solet, intelligi potest ex iis quæ Anonymus Annalium Britannia Scriptor habet, de exceptione Rosæ ab Henrico VI. Anglorum Rege, ad eum ab Eugenio IV. transmissæ, anno 1446. scribit enim Eugenium Rosam auream Henrico destinasse, scriptis literis quibus de eius benedictionis ritu ac virtute commonebat, & ceremonias quibus quotannis in Basilica S. Petri ea rosa consecratur, exponebat: declaratis item spiritualibus fructibus ab ea consecratione obuientibus. Hanc auream rosam Henrico sexto, præfentibus Archiepiscopo Cantuariensi tum Regni Cancellario, & Archiepiscopo Eboracensi Ioanne Kemp. Cardinale, necnon Eboracensi & Exoniensi Ducibus, Westmonasterij oblatam Eugenij nomine, à Ludouico S. Stephani, refert autor prædictus; ad lens, Regem non scriptis tantum ac gratis impensè actis, sed etiam plurimis donis pignus illud benevolentiae Pontificiæ esse remuneratum. Ludouicum Cardoniu, vocat eum Pontificis missum, Harpsfeldius,

Fff 3 vbi

C A P. I.  
Ritus benedictionis  
Rose.

b l. 1. Epist.  
e in indic. c. 6  
de S. Patente.

CAP. I.  
Ritus bene-  
dictionis  
Rosæ.

vbi de Henrici eam ob causam, animo erga Eugenium benevolentissimo, plura. Nec dubium quin vbiuis alibi, magna grati animi significatione, semper exceptum sit à sincerè Catholicis, pium hoc munus, tanquam pignus benevolentiae Vicarij Christi, factum Ecclesiae precibus ei per benedictionem Pontificiam, velut immixtis, & omnem bonorum, quæ res tanto apparatu benedictæ conuehant accipientibus. Sanè anno 1577. cum ad solarium & præsidium grassante diuina, Gregor. XIII. æternæ memoriæ Pontifex, Rosam benedictam transmisisset ad Venetos; cum Rosâ ad eos peruenisset, illic benedicta est pestis depulsa: Quanto vrbis populissimæ applausu, nihil attinet dicere. Luculenter tantum beneficium ad Rosâ appulsum diuinitus collatum, Epico carmine Latino celebravit Angelus Rocca Tagastensis Episcopus Apostolici sacrarij Præfectus, clarus ex munificentiâ, qua Romæ apud suos Augustinianos Bibliothecam *Codices* omnibus libris scatenem, maximo aduonarum præsertim commodo instruxit. Eam Rocce lucubrationem, Miræus quidem prætermisit, Scriptores sæculi 17. recensens, sed non effugit diligentiam F. Ludouici à S. Carolo collectoris Pontificiæ Bibliothecæ l. 2. p. 255.

*Adiunctum initiationis Rosæ euectio  
in Casarem.*

Non est prætereunda accessio ritus sacri, de quo agimus. Refert Harpsfeldius a ex diplomate Eugenij IV. ad Henricum sextum Anglorum Regem, iuxta antiqua Romanorum Pontificum scita, non alio die quam Dominica *Letare*, admitti solitos Romanorum Reges ad inaugurationem in Augustos; nec nisi post Rosam auream illis eâ die à Pontifice traditam, Imperij solemnia & diadema capere: Idem tradit Gulielmus Durandus in rationali. Et constat ea die Nicolaum V. consecrasse Federicum. Ex ceremoniali tamen Romano, b (fortasse ad posteriorum temporum usum aptato,) aliud habetur. Post inaugurationem enim eius qui in Romanum Imperatorem electus est, abundè declaratam, additur descriptio Pontificiæ processionis per urbem cum Imperatore. Et cum deuentum est ad gradus Basilicæ dicitur, [ Pontifex descendit ad gradus Basilicæ cum Imperatore sub eodem baldachino. Si est Dominica *Letare Hierusalem*, Pontifex sinistrâ portat Rosam auream; dextrâ benedicit assistentibus, hinc inde cleuantibus simbrias Diaconibus. Hanc autem auream Rosam Pontifex antequam ad Ecclesiam descendat, in camera Papagalli, benedicit cum balsamo & musco, quod singulis annis fit in tali die. Si verò esset alius dies, dextra sicut sinistra tenebit dextram Imperatoris, &c. ] Describitur diffusè Imperatoris cum Pontifice processuri comitatus. Tum additur, [ Hoc ordine recta per Campum Floræ, & Iudæorum plateam deuenient ad Ecclesiam S. Mariæ in Cosmedin. Et ibi Pontifex, si Rosam habet, illam eques Imperatori equiti do-

no dat. Et ad dexteram conuersus, per trans-Tiberim cum suis omnibus ad palatium reuertitur. Cæsar autem, viâ quâ sibi melius placet, Rosam manu gestans ad pontem Adriantum redit, vbi viros complures, & de se optimè meritos, equestri dignitate insignire solet. Quo facto ad Lateranum cum suis progreditur. ] Liqueat ex his, quæ verbatim è codice sacrarum Ceremoniarum decerpit, inaugurationem Regis Romanorum in Casarem, iuxta usum in eo Codice probatum non alligari Dominicæ quartæ quadragesimæ: nec verum esse quod, nisi post acceptam Rosam fieri possit inauguratio, vt faciendum esse iuxta veterum Pontificum scita referebat Harpsfeldius ex Eugenio. Si tamen contingeret inaugurationem in eam cadere, haberet locum ea iam exoleta obseruatio.

Circa adiunctum porro nunc expositum, aduertendum est si Imperator ablit, partes esse Præfecti vrbis, Rosam manu gestare, quando gestanda esset ab Imperatore: Et idcirco Aquilæ tesseratæ Præfecti vrbis, Rosâ adiungitur cum panibus siliginis ad aquilæ pedes. Panes appinguntur, exprimentæ penitentiæ, quam Præfecto vrbis pifores debebant. Rosâ verò ad insinuandam, eam quam dixi, Præfecti prærogatiuam. Ita notauit Syluester à Petra Sancta, in Opere de Tessera Gentiliis c. 86. pag. 656.

*Quæ huius ritus antiquitas.*

Scitis de consecratione, & traditione rosæ consecratæ. Tantum superesse videtur inquirendum, in huius ritus vetustatem, de quâ difficile est liquidò statuere. Vnicum reperi Scriptorem qui desinitè huius ritus initia annotatit. Is est Iosephus Bona-Fides in sui operis de rebus sancti Nicolai Magni inscriptione ad Ducissam Grauinæ ex familia Vrsinæ. per cuius occasionem effusus in Vrsinæ gentis decora, scribit inter cetera S. Leonem nonum anno 1051. domito ope Ludouici Vrsini Romano quodam Pontifice turbas ciente, vt gratiam erga Ludouicum, gentemque Vrsinam testaretur, rosam insigne gentis illius tesserarum benedixisse, & speciali diplomate emisso, constituisse, vt quotannis in Paschate quod *Rosatium* appellant, hoc est in Pentecoste, rosâ gentis Vrsinæ insigne tesserarum benediceretur, ad perpetuum eiusdem stirpis ornamentum, & capiti illius illustrissimi nominis traderetur, perenne monumentum gestorum Ludouici Vrsini pro Ecclesia, cui etiam omnium primo rosâ benedicta à S. Leone sic collata, quamuis postea Pontifices, sacrum Rosæ munus (à Leonis institutis descendentes) ad alios Magnates ac Reges delatum voluerunt. [ Hæc is quem dixi Iosephus Bona-Fides totius huius narrationis fideiussorem præferens Franciscum Sansouinum in gentis Vrsinæ Historia lib. 1. Sed ibi nihil de S. Leone nono, nihil de Ludouico Vrsino, nihil de Diplomate Pontificis, siue Rosam benedictam conferentis, siue iubentis, vt deinceps quotannis benediceretur, siue in Pentecoste,

Orat. 45.  
Sermon. de  
Crucis dom.  
Orat. de re-  
1356

sive alio tempore. Et quod Itali pentecostem vocant *Pascharosatium*, non huic pertinet. Sed cum quoduis insigne festum à Rege dierum festorum (vt Nazianzenus, a Ephrem b & Epiphanius loquuntur) tanquam à primario analogato appellent *Pascha*, discernendo huic Paschati ab aliis vocantur illud *Pascha rosatum*, ob enatas tunc Rosas. Sicut Galli Dominicam palmarum ob aliquos flores, tunc se prodentes, vocant *Pascha floridum*, vt videre est apud Richardum Victotinum sermone de gemino paschate. Hanc ergo pentecostes denominationem à rosâ benedictâ petitam ignorauit Sansouinus, nec aliud quicquam eorum quæ ex ipso referebantur scriptis prodidit loco qui annotabatur, tantum discurrens vnde rosâ in tesserarum Vrsinæ gentis insigne transierit, præter alias sententias quas citra examen recenset, ait visum esse aliquibus id insigne huic familiæ ab aliquo Pontifice fuisse attributum. De qua aliquorum suspitione non pronunciat. Itaque fide non bona allegatur videtur hac in parte Sansouinus. Tamerit Scriptor plerumque accommodatus, nec rudis fingendi, fidem hac in parte non faceret absque vade locuplete. Diploma certè in gentis Tabulario & alibi nusquam comparuit, nec vlli indices, siue constitutionum sancti Leonis noni, siue diplomatum ad eam familiam pertinentium, meminerunt talis Diplomatis S. Leonis. Quare desideratur in totâ narratione propositâ de rosæ benedictæ primis initiis Bona Fides. Nec mutatio institutorum S. Leonis noni, si reuerâ facta esset à sequentibus Pontificibus, vacaret iniuriâ erga illustrissimam illam familiam, de cuius honoribus amplifcandis potius quàm minuendis, vel etiam obliterandis; Pontifices vt sunt erga benemeritos de Ecclesiâ grati, haud dubiè cogitassent. Itaque saluo splendore gentis vnde cumque illustrissimæ, quæ signentis non eget, solidis ornamentis abundans, initia rosæ benedictæ ad aliam originem sunt reuocanda. Fortassis autem venit in mentem auctor cum quo nunc egimus adscribere S. Leonis nono initiationis rosæ ritum quod apud Centium Camerarium in opere *de censibus*, mentio sit S. Leonis noni insigne Monasterium Bambergæ (vrbe tunc Pontificia postea Beneuento permutata) ex ædificantis, & multis priuilegiis amplissimaque immunitate donantis imposta eiusdem Monasterij monialibus à se sub speciali S. petri protectione constitutis cum obligatione pendendi quotannis Romanæ Ecclesie, aut Rosam auream à Pontifice benedicendam, Dominicæ quartæ Quadragesimæ, aut quantum auri in Rosâ consecrationem esset insinuandum. Hoc edixit S. Leo sub annum millesimum quinquagesimum. Vnde constat quidem de Rosæ initiatione antiquo vsu, ante annos sexcentos quinquaginta; non tamen constat, quod is vsus primus sit inductus à S. Leone nono. Nec quod princeps è gente Vrsina, primus eo munere sit honestatus.

Non est igitur ritus initiandi Rosam, certo initiali termino à nobis discernibili consignatus: non videtur tamen inductus iam fuisse temporibus Caroli Magni, cum tam multi Scripto-

res qui Carolines gestas, & Pontificum cum eo negotia commiserunt literis, nusquam meminerint huius sacri muneris Carolo delati. Nec qui de diuinis Officiis eo tempore tractauerunt, agentes de Dominica quarta Quadragesimæ alicuius peculiaris ei Dominicæ ritus mentionem vllam fecerint. Infra igitur capedinem illam annorum quæ ab anno 814. quo Carolus è viuis accessit, & annum millesimum quinquagesimum quo S. Leo nonus initiationis Rosæ meminit, Pontificum quispian sacrum illum ritum, in Ecclesiam induxit. Nec potest videri nonitius, cum iam vltra annos sexcentos ac quinquaginta vigerit. Antiquum item esse huius ritus usum, Innocentius III. d. contestatur, sic orsus sermonem Dominicæ quartæ quadragesimæ in Ecclesia S. Crucis in Hierusalem. [ Hodierna solemnitas (fratres & filij,) de antiqua Sedis Apostolicæ consuetudine celebratur, cuius anno præterito, si bene recolitis, duplicem exposuimus rationem. Quia verò quidam vestrum, quod aspectu percipiunt, concipere cupiunt intellectu, sic aliqua repetere volumus, vt alia superaddere procuremus. ] Intercidit, ( quantum arbitror, ) hic anterioris anni sermo de Rosâ. In nulla enim operum Innocentij editione, comparat. Ex hoc autem qui superest, habemus manifestè solemnitatem Dominicæ quartæ quadragesimæ, stam præsertim in Rosæ consecratione, non fuisse tunc recentem; Sed ex antiqua Sedis Apostolicæ consuetudine fuisse obseruatam. Idem post Innocentium, tradidit varij Pontifices, ac nominatim Eugenius IV. Angliæ Regem exaratis, cum ad eum Rosam transmitteret. Ante vtrumque verò ex prædictis Pontificibus, Alexander II. Epistola ad Regem Francorum, quam Ioannes Ricardus in notis ad Neubrigensem Anglicanarum rerum Scriptorem representauit, sic loquitur. [ A Romanorum Pontificum institutione noscitur processisse, quod media quadragesima, ea Dominica quæ cantatur, *Letare Hierusalem*, consueuerunt ipsi, florem aureum, non gratia temporalis elationis, propriis manibus, annua semper reuolutione gestare. Ea vtrique in facto huiusmodi designantes quæ tam ad decorem Ecclesie, quàm ad fidelium noscitur instructionem spectare. Vnde & cum nos eorundem antecessorum nostrorum vestigia subsequentes, similem florè eo die in quo constitutum est, nuper in manibus gestaremus &c. ] Manifestè agnoscit, non abs se primùm inductum esse eum usum initiandi Rosam auream, vt proinde silentium Rupertij qui auo Alexandri tertij floruit, & exponens solemnem officium Dominicæ quartæ quadragesimæ, Rosæ consecrationem prorsus præterit, non possit referri ad institutionem eius, factam ab Alexandro, qui sedere cœpit anno 1139. cum Rupertus opus de diuinis officiis à se editum testetur anno 1121. de tam breui namque articulo annorum, nec ita multis Pontificibus per illud tempus interpositis, non dixisset Alexander, usum esse inolitum, & ab antecessoribus, quorum vestigia sequeretur inductum. Quod itena habent Alexandri Acta, cum describunt Rosam benedictam ab Alexandro Duci Ven-

CAP. I.  
Ritus bene-  
dictionis  
Rosæ.

Scr. de Ros.

l. 3. c. 4.


f. 4. de offic.  
cap. 13.



CAP. I. Ritus benedictionis Rosæ.

tiatum collatam anno millesimo centesimo septuagesimo septimo. Quamvis autem præcise non liqueat de tempore & autore institutionis huius sacri ritus, tamen tenemus in manifesto mendacio Philippum Plessæum Mornæum, autorem mystery iniquitatis (sic enim inscripsit Camarinam Lædoriarum & falsiloquorum aduersus Romanos pontifices effrontissimè congestorum.) Ibi igitur pag. 474. institutionem consecrationis Rosæ aureæ, tribuit Urbano V. quem ait, eo primum munere donasse faminam propudiosam, & horrendis criminibus infamem. At multo anteriores sunt Urbano quinto, Alexander tertius, & Innocentius tertius, quorum vterque, consecrationis Rosæ tanquam perantiquæ meminit. Sicut etiam petrus Blesensis, Innocentij æqualis. Quomodo ergo auctor ritus illius Urbanus V? Sed Plessæus de titulo Patris mendaciorum cum porphyrio contendens, quid effutiat non attendit. Et quod Reginam, qualis qualis demum fuerit; tamen Regiam, & arctissima necessitudine Reges ipsius Plessæi contingentem, dehonestat tam infamibus Lædoriis; facit quod sectarium decet, à Luthero & Caluino edoctum, dominationes spernere, & Christos Domini cænosa verborum illuic infrunitè respicere. Plena eius simi plaustra, ex his spurciloquis congestit Coccius a, & nonnulla adducere memini, quæ de virtute obseruantia. Tametsi verò alia mente quàm Plessæus, tamen re ipsa impedit quoque Cæsar ab Eugenio in Neapoli sacra pag. 29. cum scripsit Innocentium IV. fuisse primum qui Rosam auream benedixit. At Innocentius tertius, (vt vidimus) binos de Rosa benedicta sermones habuit. Non potuit igitur Innocentius IV. Rosam primus benedicere.

a tit. 1. l. 8. artic. 11.



CAPVT II.

Ex quo sine Ecclesia ritum sacrum initiationis Rosæ induxerit.

b c. 5.



NIHIL in terra sine causa fit iuxta tobi b oraculum. Ipsa natura nihil patitur otiosum atque frustraneum, cuiusmodi esset quod careret sine, in quem dirigeretur eius effectio. Hoc si in naturæ opificiis valet, verumque circa ea est protritum effatum, Opus naturæ, opus intelligentiæ, multò iustius est arbitrari, valere in sacris scitis atque inuentis, ingenio Rectorum Ecclesiæ, ad fidelium informationem excogitatis. Qua in parte habuit Ecclesia Ducem & Magistrum, Deum ipsum, qui & naturæ opera, legis & antiquæ structuram, dixit ad mortalium instructionem, loquens operibus, vt obseruauit Tertullianus c, S. Chrylостomus d, & S. Gregorius e: sic in naturæ rebus, Dies Diei eructat verbum & nox nocti indicat scientiam. Diei enim ac noctis vicissitudine, cum de aliis, tum de morte,

c. de anima c. 43. d. hom. 8. de penit. e. hom. 11. & 11. in Ezech.

vitæ lucem excipiente admonemur, iuxta Theodoretum f. Quod item præstat somnus, f. l. a. infl. c. r. vigiliam ex necessitate subsequens, vt Tertullianus annotauit g. Hominis erecta statura, eum admonet non pronum spectare terram, sicut cætera animalia, vt Lactantius philosophatur, atque Boëtius. Similes de mutis monitionibus ex naturæ operibus obseruationes, passim occurrunt. Nèc steriliora in hoc genere sunt legis veteris instituta. Omnia quippe quantuncumque minuta redundabant mysteriis; de quo frustra sigillatim monerem, cum extent integræ Patrum in eam rem lucubrationes. Cyrilli præsertim Alexandrini h, ac Prosperi i, & passim idem præsent Origenes, & S. Gregorius.

h in Glaphiris. i in Opere d. promiss.

Mysteria sacrorum rituum, emulante Deum factis loquentem Ecclesia.

DEUM igitur naturæ Opificem, & veteris legis auctorem, piè emulata Ecclesia, cui præ Spiritus sancti directione, & luce cælesti quâ abundat, procliuè est prospicere quod quidque sit referendum: accommodat opportunè, & sapienter, sacrorum rituum inuentis; & quæcunque ad decorem domus Dei & convenientem religionis cursum instituit, ad certos fines insinuandi mysteria quibus recolendis fructuosissimum est insistere; vel mores ex Christi institutis formandi, ita vt nihil in sacris ritibus Christianis, sit fructus vacuum, nihil in vniuersis Ecclesiasticis inuentis atque institutis, non colligans ad finem aliquem sanctum, & bono fidelium peropportunum. Id si cui ambiguum est, legat S. Dionisij opus de Ecclesiastica Hierarchia, cuius in hoc genere præcellens studium commendat, qui & ipse eximius hac in parte est, Maximus Monachus k. Legat præterea S. Germani Constantinopolitani Theoriam rerum Ecclesiasticarum, Nicolai Cabasilæ expositionem Liturgiæ, Simeonis Iunioris opus de templo: & ex Latinis Isidorum, Rabanum, Rupertum, Valafriidum Autorem Micrologi, Honorium, Durandum, atque Durantum, & alios qui de sacris ritibus, aut diuinis officijs Commentarios ediderunt; nec dubium quin omnia, etiam minutalia, abundare mysteriis; & vniuersa insinuationibus diuinæ erga nos largitatis in sacris ritibus & officijs redundare sit deprehensurus. Vnde cumque inuentia solidæ pietatis, & ad piè conformandam vitam documenta, veluti auri massæ in diuitibus fodinis, si vel modica scrutatio adhibeatur occurrunt. Hæc sunt (si Originem audimus,) Similitudines auri, cum distinctionibus argenti. Sic enim apud ipsum ex Interprete legitur, quod Cantic. 1. his verbis in vulgata habetur; Murmurulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento. Præfatur ad ea verba enucleanda Origenes, aurum ad mentem sensumque pertinere, argentum verò ad verbum & locutionem. Addit, fuisse in veteri lege similitudines duntaxat veri auri, cum distinctionibus argenti: figuras inquam & adumbrationes futurorum bonorum, & tara ac tenuia congruè inter:

k in Liturg. exposit.

CAP. II. Ritus benedictionis Rosæ.

e. l. de vita contem. iac. in fine. f. hom. 5. in Leuit. g. in myst. quod script. sit homo. h. lib. 1.

interpretationis iudicia, id quod prolatis singularibus plerisque exemplis illustrat. His præmissis subdit Origenes, in lege item noua, auri similitudines cum argenti distinctionibus exhiberi quatenus imperfectiores & paruuli, similitudinibus veritatum Christianarum imbuuntur, & nonnulla secretionum mysteriorum notitia, per externas rituum sacrorum species veluti tinguntur, vt excitetur in eis fames plenioris cognitionis, donec Christus in eis sapientia crescat. Neque hoc dicit Origenes, adhuc nos degere in vmbra futurorum, quem vmbralem statum, legis veteris fuisse Apostolus docet. Tantum ergo affinnat Origenes, vmbra nobis superesse præsentium, quatenus etiam si non distineamur vacuis rerum simulachris, sola futurorum significatione & adumbratione commendatis; cuiusmodi erant vmbrae legales; tamen præsentium rerum imagines solidas habemus; quæ præ nudâ veritate, in cælo omnibus spirantibus reductis plenè reuelanda, speciem habeant Symbolorum manudentium, & imaginum atque adumbrationum ad nihilum redigendarum in ciuitate Dei, vt idem Origenes aegregiè alibi philosophatur, monstrans fore, vt in ciuitate Dei, quæ cælum est, non vltra pertranseamus in imagine & vmbra; sed in aperta luce, & euoluta expressione veritatis, absque manuuctione per symbola: quem locum apud nos nunc tenent ritus Sacri, & ceremoniæ præscriptæ, ac omnia quibus Sacra Ministeria piè ac religiosè concinnantur, siue in diuina liturgia; siue in Horis Canonici, officijque diuinis; siue in administratione Sacramentorum; siue in quacumque alia functionum Sacrarum. In omnibus quippè, vel minutia, referretur Mysticorum sensuum, vt fiant nobis murmurulæ aureæ, & aurium, quibus Deo admonenti auscultamus, pretiosa ornamenta.

l. hom. 2. in Plat. 38.

Tabes immersionis Sacrorum rituum, eruta ex dictis.

EX quo obiter patere potest, quam meritò in reprehensionem non leuem incurrant, qui sibi fas esse volunt, in sacris ceremonijs, à præscripto Ecclesiasticæ institutionis recedere, & neglectis ritibus legitime constitutis, formam sibi ac modum, diuini vel Officij, vel Ministerij exequendi, ex suo sensu comminisci. Quæ in parte peccari grauiter posse, fuit non leuium Doctorum sententia. Allegant aliquos Ganantus b, & Annellus c Persecus. Optimè id excutit Suarez d. Quamvis autem hæc deflexio, cum est circa leuicula atque minutias, ad inferendam peccati maculam non semper sufficeret, eo quod aliquando quæ præscripta videntur, non sint ex superiorum mente leges proprie dictæ, & iniicientes obseruationis necessitatè, sed tantum directiones, quod notatum à Suare video, cum agit de præmittendo ex Rubrica, celebrationi sacri, matutino: tamen periculum est, ne qui præter Ecclesiæ instituta, ministerium quodpiam sacrum exequitur, pro cultu vniuersi, & rationabili obsequio, emortuum ac pecunium carnis suæ sensu inflatum deferat. Hoc enim de externo ritu mysticorum Raynandi Pontificis,

b Parte 3. in Abr. Missal. tit. 11. c. 13. de offic. sacer. c. 1. d. 10. 4. d. t. 3. p. d. v. 16. 17. 2.

stici sensus ab Ecclesia inditi vacuo, si ad animatum Spirituali significatione per Ecclesiam immissa conferatur, statuere fas est, quod de corrice literæ, veluti anima priuato, nisi subit spiritalis sensus, dictum est à Philone e, Origene f, Maximo g, & Elipandi impugnatoribus Etherio ac Beato h. Magni ergo faciendi sunt ritus sacri, sed provt ab Ecclesia præscripti; eoque facti mysticæ significationis veluti thesaurus, quem eis contulit Ecclesiæ institutio, cui proinde exquisitè est inhærendum.


Rosæ consecratio, ritus maior.

QVOD si omnes sacri ritus, iuxta ante dicta, & omnes sacri ministerij particulae, præ instituentis autoritate & mystica significatione qua scaturit, summo in pretio haberi debent, multo iustius idem statui debet de ritibus quibusdam ac ceremonijs solemnioribus, ingeniosa Ecclesiæ Machinatione adinuentis; quos ritus maiores iure appellauerim. Cuiusmodi sunt; Cereiagni, adhibita pontificia benedictione consecratio, pallij ex agnorum vellere ad pastorij muneris plenitudinem initiatio, Galeri sole & columba acu piæ exornati benedictio, & huius de qua agendum suscipimus, aureæ Rosæ, per orationem sanctificationis. Vt enim Litanis quædam, ob auctorem & locum quo primum obita sunt, dicuntur maiores; & causæ quædam maiores dicuntur, quia supremi subcellij sunt propria: ita ritus quidam præcipui, quos Ecclesiæ supremus Hierarcha sui iuris fecit, aliis omnibus Episcopis ea functione prohibitis; meritò dici possunt, ritus maiores. An numero autem his ritibus maioribus initiationem Rosæ aureæ, non modò quia eius institutio auctores habet summos pontifices, quorum etiam exclusis aliis Antistibus, propria est hæc initiatio, sed etiam quia insolito apparatu, & insigni pompa, iam à tot sæculis vsurpatur.

Tam solemnem ergò, tamque Nobilis ritus fines, in quos Ecclesia eius institutione collimarit, opera pretium est vestigare. Addensarit plerisque, Innocentius III. e, & Gulielmus f Durandus, quos alij posteriores sunt imitati. Omnes autem videntur in hoc consentire, quod institutio huius ritus, propositam habuerit excitationem lætitiæ, & animi erectionem in fidelium pectore, ne frangantur animis, victi labore qui in ieiunio quadragesimæ, media iam ex parte decurso, superest subeundus. Quorsum enim alioqui, media potius quadragesima, in hanc sacram functionem delecta esset, quàm aliud anni tempus? Eo autem vniuersè constituto, de scopo Ecclesiæ in huius sacri ritus institutione, inquirendum restat, cuius boni obiecti, aut cuius rei propositione, religiose huic ceremoniæ conferta, veluti mystico sensu eidem implantato, Ecclesia erigere fideles ad perficiendum ieiunium studuerit. Multa enim possunt proponi obiecta, de quibus concipiatur gaudium, diluens ieiunij fastidium, & animum, si fortè fatiscat, ad perficiendum erigens atque corroborans.

f. ser. de Rosa l. 6. ratio. c. 53.

CAP. III. Finis benedictionis Rose.



CAPVT III.

Rose in iudicio finis, de quorundam sententia, exhilaratio ex obiectu floris speciosissimi; ad nonnullam laxationem fatigationis ab inedia; & indidem animi ad reliquum quadragesimale ieiunium exigendum erectio.



à Scr. de Ros.

ROPOSITVM fuisse Ecclesie, Rosam auream fidelibus media quadragesima obiciendo, exhilarare ipsos fideles eo floris speciosi obiectu, & pompæ adiunctæ apparatu: statuit primo loco Innoc. III. a, hanc esse dicens, institutionis istius factæ rationem secundum litteram; cum alia rationes, quas præterea adhibet, in vnam consipatas, vocentur ab eo, rationes secundum Spiritum.

Consecrationis Rose, ratio prima, iuxta Innocentium: Exhilaratio fidelium ieiunantium.

Differit autem Innocentius hoc modo. [Scientis charissimi, quod corruptibile corpus inter anxietates continuas non potest subsistere, nisi quandoque recreationis remedium intercedat. Propter quod dicitur.

Interpone tuis interdum gaudia curis. Quod caret alterna requie, durabile non est.

Vnde veritas in Evangelio inquit, Misereor super turbam, quia ecce iam triuo sustinent me, nec habent quod manducent: & si dimisero eos ieiunos, deficiunt in via. Ne ergo fidelis populus, propter asperitatem quadragesimalis abstinentiæ, sub continuo labore deficeret; in hac mediana Dominica, quoddam recreationis solatium interponitur, ut anxietas temperata, leuius sufferatur. Hodiernam enim officium, totum est plenum lætitiæ, totum exultatione refertum, totum gaudium cumulatum. Latere (inquit) Hierusalem, & conuentum facite omnes qui diligitis eam: gaudete cum lætitiâ qui in tristitiâ fuistis, ut exultetis & satiemi ab vberibus consolationis vestræ.] Hactenus prima Innocentij ratio, quam Theodoretus b, etiam in rebus inanimatis valere asserit, & ex citharæ chordis confirmat.

à Dial. 1. in fine.

Ad illustrationem primæ huius rationis, quæ non caret sua verisimilitudine, multa adduci possunt, quæ cogo intra hoc pronuntiatum, petiitum ex Panegyrico ad Constantinum Constantij filium. [Omnium rerum, intervalla sunt: Cessat terra Noualibus. Dicuntur interdum flumina resistere, & ipsæ Dies, noctibus acquiescunt.] Pro triplici huius pronuntiatum membro, digeram tripertitè, eius declarationem; & rationis ab Innocentio primo loco propositæ, illustrationem, ac confirmationem.

Prima illustratio rationis Innocentij, ex cessante terra Noualibus.

Quod ergo cesset terra Noualibus, præclarè facit ad rem præsentem. Nam ut monuit Poëta c, variè demonstrans quietis commodum,

c 1. de Ponto.

Que nunquam vacuo solita est cessare Noualis,

Fructibus assiduis lassæ senscit humus.

Propriè & ad veram Latinæ vocis notionem accommodatè, vsurpatur vox Noualis, & à Nasone, & à Panegyriste. Nam ut est apud Varronem d. [Seges dicitur, quod aratum, quod satum est. Atuum quod aratum, necdum satum est. Noualis, vbi satum fuit, antequam secunda aratione renouetur.] In Scripturis, vox Noualis aliter videtur vsurpari. Ut apud Hieremiam e, cum ait; Nouate vobis Nouale, & nolite serere super spinas. Ad quem locum

d 1. 1. de rust. c. 29.

e 1. 17. c. 5.

Interpres affirmat Nouale ibi dici agrum prius incultum ac Syluestrem; hoc est veterem syluam recens atatro ad serendum proficillam. Ita nominatim S. Hieronymus, & eodem modo Græcam vocem νέωπα Latinè Noualis respondentem, expressit Theodoretus. Quamuis autem ea sit vocis huius notio in proposito Scripturæ loco, & sicubi aliàs in sacris literis, ac etiam semel apud Plinium f, germana tamen notio vocis Nouale, fert quod dixi; nimirum sonat terram prius satam, è qua fruges collectæ sunt: & quiescere ad tempus sinitur, ut illud otium compenset auctiore feracitate.

f 1. 18. c. 12.

[Nouale est (inquit Plinius g,) quod alternis annis feritur.] Et idem habetur ex L. Sylua ff. de verbor. signif. vbi Goëddæus, iuxta quam genuinam notionem vocis, aiebat Panegyristes, vtiliter cessare terram Noualibus; vnde quæ ante quasi laborauerat fruges vberitè ferendo, labore per nonnullam quietem intermisso, fiat fertilior, vegetata per pausam interiectam, nec exhausta per assiduum profusionem fructuum vi genitali terræ conferta. Idque est quod Plinius h, volebat, cum diceret, [in Noualibus cæsa vetere sylua, terra frugibus ferendis vtilior intelligitur, quoties intermissa cultura quieuit.]

g nu. 9. & 10.

h 1. 17. c. 5.

Nimirum vtilis ille succus, & quasi pinguedo terræ, quæ in fruges facta semine abicit, interrupto ad tempus exortu frugum, veluti fermentat, auctiusque impinguat terram. Vnde mox per Nouam culturam, & terræ per vomerem proficillæ disruptionem educta, sit terre pro fino oblimante, & stercoreatione feracitatem promouente. Eoque S. Augustinus i, aperit quod à psalte dictum est, de latrone mystica, per Verbum Dei disseminatum in agris spiritualibus; quibus aratorio cultro proficillis, (sic denominantur potentia sacrorum Orationum eloquia,) educitur succus piorum intra terram abditorum, & in oculis magnatum sæculi abiectorum ac contemptibilium: qui succus sic emotus, sit terræ pro stercore, eamque saginat atque fecundat. Hunc sensum subiicit S. Augustinus, illi psaltis sententiæ, Audiant verba mea quoniam potuerant: Ipse eodem sensu legit, quoniam præualuerant, &

i in Psal. 140.

& ideirò præualuerunt, quia, sicut crassitudo terræ, disrupa est super terram. Hoc ipsum esse censet S. August. quod aliis verbis à Tertulliano dictum est, sanguinem Christianorum conculeatorum & foeditissimè habitorum, factum esse semen Christianorum, vberi segete fidelium progenita ex ea stercoreatione agri mundani. sine est, quod copiosum stercoreis Euangelici, & sinum agro spirituali conciliantem opimitatem, sanctus Paulinus a, de abiecto & humili sui ipsius sensu interpretatur. Sed hoc aliàs. Nunc insulam noualibus, quæ dum nonnulla post fruges quiete donantur, succum & pinguedinem in ea quiete accruant, vnde feracitas intermissa frugum profusionis damnum compensans: quod frugum auctarium, effecta agri vis per rationem continuatam interclusit, iuxta illud Senecæ b. [Fertilibus agris non est imperandum. Citò enim exhauriet illos, nunquam intermissa fecunditas.] Scitè item S. Ambrosius c, & de vinea. & de agro. [Citò fecundis exonerata palmitibus, emerita atatis vitis crepat, nisi aliquando reprimatur. Eadem tamen donec adolescit, exuberat, immoderata putatur; ne sylueat sarmentis, aut feru nimio exinanita moriatur. Bonus Agricola, optimam vitem, & feru terræ cohibet, & descendit à frigore, & ne meridiano Sole vratur, expiorat. Agrum quoque vicibus exercet, vel si non patitur otiosum, diuersa alternat semina, muratis vt foetibus arua requiescant.] Similes inducias quietis in anime cultura deponit ibi à forete S. Ambrosius, eademque concludens insigni sententiâ, in hanc rem percommoda. [Quod voles prolixè facere, aliquando ne feceris.] Ne scilicet exhaustatur, & effæta fiat, non interrupto cultu labore anima. Quod ipsum voluit Panegyristes, cum dixit, vtiliter cessare terram noualibus.

a Ep. 10. & 31.

b 1. de tranquill. animi, c. 17. c. 1. 3. de Virgi.

Illustratio altera, rationis Innocentij, ex vtili resistentiâ fluminum.

Addebat secundo loco idem autor Panegyrici, vt suaderet nonnullam quietis ab opere interpositionem. [Dicuntur interdum flumina resistere.] id est consistere, & fluxum ad tempus intermittere, collectis postea aquis vberius fluxura. Non enim hic Autor, quamquam Christianis temporibus florens, de ea aquarum consistentia agit, quæ exarata est in sacris literis, contigitque sub Domini, signato nomine I E S V.

Quo duce Iordanis suspensio gurgite fixis fluctibus à facie diuina restitit arca.

Vt noua diuisio flumè. Pars ante recesso consistit, & flumy pars in mare lapsa cucurrit;

Destinitque vadum, & validus qua sorte ruebat

Impetens, stridit, aliè cumulauerat vnda. Et vnomha compage minax pendebat aqua mons;

Despectans transire pedes arente profundo, Fe nuda pedibus siccis in flumine ferri Puluerulent: hominum duro vestigia limo.

Theophilus Raynaudi Pontificii.

Versus sunt S. Paulini d. Et similia oratione soluta S. Ambrosius e, Perspicuum igitur est, autorem Panegyrici non agere de ea fluminis Iordanis resistentia miraculi plena, ad præbendum iter populo terræ vt mirabilia Dei enarraret; siue Deus per seipsum, siue per viam Angelicam, executus sit eam Iordanis consistentiam, quod perimitto discutiam. Iam Seratio f. Ea enim consistentia non est facta naturaliter, quasi ad colligendas nonnulla fluendi intermissione vires; de quali intermissione fluendi, sola ad institutum suum pertinet, agebat Autor Panegyrici. Eandemque ob causam, idem Autor non respexit ad illam aquarum Siloë consistentiam, quæ, vt creditur Epiphanius g, reulit, in vrbs obsidione, Iudæis se negabant. Quæ intermissio fluendi, si vera fuit, (nam falsitatis notatur à Villalpando h) opus fuit supra naturam, æquè ac resistentia Iordanis, nec dirigebatur ad aggestionem aquarum per fluxus intermissionem, de cuiusmodi resistentia fluendi, agitur in Panegyrico. Et idem dicendum de illis olim fontibus, qui diebus paschalibus procurebant ad vltim Baptistini; deinceps autem resistebant, vt Baronius i, notauit. Illa denique Archæus quies, si tacitus quis & silentiosus adesset, profultus verd ac bulio vehemens, vbi contereptus tuffis emissa fuisset, aut sermo clarior fortasse sonuisset, (vt describit Cassiodorus l,) magica esse operatio videtur, qualem in lacu lucernano ad coniectum lapidis omnia fragoribus complecte, accidere fontem, iactatum est, (sed fabulose, vt certo experimento reuincit Gregorius m,) needissimè de pari effectu in lacu Dalmatico, narrante Plinio n, statendum.

CAP. III. Finis benedictionis Rose.

d Noual. 10. v. Felier.

e 2. Hex. c. 3. f. 10. c. 4. 10. f. 7. 8. 9. 11.

g 1. de vita v. 10. p. 1. c. 7.

h 1. 1. Appar. c. 1. 3.

i anno 117. in fine.

l 2. Epist. 23.

m 1. 1. var. c. 11. n. 1. c. 2.

o 1. 2. c. 10. 3.

p 1. 3. c. 2.

q 1. 7. de bell. c. 14.

Resistentes igitur aliquando fontes, aut flumines auctius mox à consistentia fluxuros, de quibus agebat Panegyristes, refero ad varios aquarum fluxus interquiescentes, notatos à Plinio o docente, esse Dione Iouis fontem, dictum à Plinio p, quod semper deficiat meridianoque increfcens, ad medium noctis exuberet; ab eo rursus sensim deficiat. Alibi q, verò sic scribit. [In Cantabria, fontes Tamarici, in angustio habentur. Tres sunt ostionis pedibus distantes. In vnum alueum cõeunt vasto amne. Singulis sicantur duodecies diebus, aliquando vicies, citra suspitionem vllam, aquæ, cum sit vicinus illis fons, sine intermissione largus. Dicitur est, non profluere, eos aspiciere volentibus: sicut proximè Larcio Licinio Legato post Præturam post septem dies accidit. In Iudæa riuus, sabbathis omnibus sicatur.] Hallucinetur Plinius. Neque enim diebus Sabbathi interquiescebat is fluuius, sed cæ reliqua hebdomada quiescebat, solo sabbatho fluebat, vt disertè habet Iosephus r, his verbis notatu dignis. [Fluuius medius inter Aras & Raphanæas, Agrippæ regni ciuitates, flu. t, copiosus, neque meatus segnus. Interpositus tamen sex diebus à fonte suo deficiens, nudum siccumque alueum suum relinquit: dein de quasi nulla facta mutatione, septimo die similis exoritur; atque cum or sinem semper obseruare pro certo compettam est, vnle etiam Sabbathicum appellatus est, à die septimo Iudæorum sacro.] Falsi ergo sunt

Ggg 2 Galati



CAP. III. Finis bene- dictionis Rosa.

guum, autaque tenui iucundum, nactum fuerit, refocillatur: ita & nox, animos nostros, cum somno illos tradit, recreat. Imò illud non nox neque somnus operatur, sed Deus ipse misericordiam humani generis intuitus, hac omnia ita disposuit. Nos verò nulla nostri ipsorum misericordia tacti, neque secus quam si hostiliter aduersum nos ipsos effemus affecti, tyrannidem meditamur ac struimus, ipsa naturali necessitate quieteque maiorem, vigiliis nempe diuitiarum gratia susceptas. Nam cura diuitiarum (inquit) somnum abigit. Et vide quanta sit Dei erga nos cura & providentia. Nam animi nostri proposito quietem commisit, sed naturalibus illam necessitatibus ita obuiuit, ut nobis bene fiat, vel inuitis. Dormire quippe, natura est. Nos autem tanquam nos ipsos vehementi odio prosequentes, nec minus quam alios impugnantem ac molestantem, tyrannidem nobis procuramus, & imponimus, hac naturali necessitate maiorem, eam videlicet quae à pecuniis est. ] Hæc enim necessitas, somni naturalem necessitatem depellit, in iis, qui se vitio illi subiecerunt. Sed de prouisa ad instauracionem virium quiete per noctis diem excipientis tenebras somno opportunas, frequenter alibi idem Chrysostomus.

Hom. 7. de verbis Esaiæ homil. 9. ad popul. 1.2. de compunct. cord. homilia 11. in Gen. 1.3. Ep. 199. de anima cap. 43.

Qui ob causam propositam, noctem, aut somnum nature portum nominent, aut laborum medicum, notari plerique possent. Obiter id habet Isidorus Pelus. b & proximè adducti Chrysostom, atque Prudentius, sed scitè Tertullianus c. [Somni ratio præit, tam aptum tam vtilem, tam necessarium, ut absque illo nulla anima sufficiat, recreatorem corporum, redintegratorem virium, probatorem valetudinum, pacatorem operum, medicum laborum; cui legitime fruendo dies cedit, nox legem facit, auferens rerum etiam colorem. Quod si vitale, salutare, auxiliare somnus, nihil huiusmodi non rationale, nihil non naturale. ] Quod somnum medicum, & integratorem virium vocat, bellè ab Ennodio expressum est in hymno vespertino illis versibus.

Nigrante rellam pallio  
Iam terra noctem suscipit;  
Vt vincta dulci fuvire  
Reconvalescant corpora.  
Mortis figura blandior  
Rustam soporis admonet;  
Anbela lactis estibus  
Dum mens tepescit otio.

Ad huius considerationis, & nocte ad quietem prouisa, complementum, pertinet quod præclare observavit Cyrillus Hieros. d agens de Solis cursu. [ Aspice (inquit,) cursum ipsius, imò potiùs non ipsius, sed illius qui cursum ei per mandatum definiuit. Quomodò altior quidem æstate, dies efficit longiores, dans ad labores hominum opportunitatem. Hyeme verò contrahit cursum, ut frigoris tempus, longius non videatur; sed noctes quidem factæ maiores, iuuent homines requie, & in fructificatione germinum terræ. Perspice autem quomodò ordine pulchro sibi mutuo dies correspondent, æstate aucti, & hyeme diminuti. Verè autem & Autumno, æqualitate interuallorum mutuo decorati. Et noctes

de vultu. 9.

quoque similiter perficiunt; de quibus Plaltes ait, Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam. ] Elucet hac in parte diuina sapientia, quatenus cum nox prouisa sit ad quietem; quam minus vrget opus, noctes sunt productiores, grata postea vice repensuræ diei, quod tunc ei subducunt, quando ingruet maior operandi necessitas, ob frugum collectionem & illationem in horrea. Suscipiunt insigniter hanc diei & noctis inæqualitatem, in eum finem, S. Chrysostom. e Theophilus Alexandrinus f, ac Theodor. de floratus in schalis à visibili creatura ad Deum g.

Non pura in rem propositam, ex somni necessitate, & ei seruiente dierum ac noctium inæquali vicissitudine. Illa verò metaphorica somni acceptio quam Philo h in præfens negotium vititur, adducens plantas per hyemem veluti sopitas ut verno tempore post quietem illam vegetiores sint, & alacriùs prodeant in opus, digna est quæ hic adiungatur, tametsi propriè somnus sit affectio animalis cum sit vinculum primi sensorij, atque aded non cadat in plantas. Ait itaque Philo. [ Brumali tempore folia siccata humi sternuntur, & in palmitibus oculi (sicut ruttici vocant) conuiuent tanquam animalium; & innata ad germinandum ora comprimuntur naturâ tunc intus conclusa quiescentique, ut post respirationem, quasi athleta lassus certamine, recolligat vires, atque ita de integro ad labores annuercarios redeat: Id fit verno ætiusque tempore. Tunc enim tanquam expurgata è somno profundissimo, & oculos aperit, & clausa ora patefacit, quibus autem grauida est patit omnia, pampinos, palmires, clauiculos, racemos, fructum denique, quo absoluto, nutrit cum quasi mater liberos, per quosdam latententes meatus, qui respondent mammillis mulierum. ] En somni illius similitudinarij, siue quietis & passationis qua planta per hyemem feriatur operæpretium. Vires namque recolligit per eam quietem, & cum vita eius videtur abscondita (ut Apostolus interprete D. Augustino ad plantas rationales alludens loquitur,) resumpto per feriacionem robore, vegetior deinceps prorumpit in operationem; quod ipsum, post somnum verum faciunt animalia.

Necessitas interponenda labori quietis, à variis firmata, & ex festorum institutione illustrata.

Illustrasse sufficienter video, tria illa è quibus Panegyristes confirmabat necessitatem & congruitatem interponendæ quietis, laborisque nonnihil intermittendi: quod erat fundamentum primæ rationis de Rosa initanda, adductæ ab Innocentio III. Copiosi sunt in ea quietis interponendæ necessitate ac conuenientia Bernardinus Gomelius l, & Lælius Bisciola m. Videndi item qui de ludis in eum finem excogitatis agunt, nominatim Alexander Neapolitanus n, & Daniel Souterius o Symbolam quoque nostram ipsi contulimus tractantes Eutrapiæ virtutem. Consulendus

hom. 7. de verbis Esaiæ, f. p. 3. Pasch. sub median. g. or. 1. de Prouid. h. Gradu 2. i. l. quod Deus sit in m.

l. 4. de sit num. 55. m. 2. l. 1. c. 1. c. 1. n. l. Genial. o. l. 3. de ale cap. 2.

l. 1. de Acc. Jan. 1. 2. & 15.

de vultu. 4.

l. 1. c. 1. & 2.

lib. 1.

l. 1. c. 1. & 6. f. c. 1. l. de lib. educ. p. l. 1. ver. 2. hist. & lib. de felis. cap. 3. h. de tranq. animi c. vit.

l. 1. c. 16.

l. 1. de legib. iustis.

l. 4. de virt. mon. 32. 3.

item singillatim pugnans pro remissionibus studiorum, Iacobus Midencorpius a Scholæ sanè nomen inde inductum esse.

Iusta laboriferis tribuantur ut omnia Musis.

dixit Aufonius b. Eruditè item pleraque in eam rem adunauit Cresolius in vestibulo operis de vacationibus Autumnalibus, Nec omisit Prudentius describens S. Cassiani à pueris, quos erudiebat, carnificinam; obiectam ab eis petulantem Magistro, parcitatem remissionem à studiis. Nimirum non est minor, (etiam si occultior,) ingenij lassitudo quam corporis, & ad ingenij fatigationem leuandam prioribus necessaria est remissio interposita, ut ingenium vegetius & viuidius regrediar ad studiū. Vnde Hispani referente Viue in Opere de tradendis disciplinis d, adagiati locutione dicunt, dignitatem & remissionem animi à contentione studiorum, esse ingeniorum ceteris. Sane Anaxagoras, non tam ut honori suo velificaretur, quam ut diligentiam studiosorum acueret, moriens rogantibus Lamproclænis, qui mandaret; respondit Plutarcho teste, cupere se ut dies qua animam esseret, esset pueris immunis à studiis; id quod ad suum vsque tempus esse seruatum, Laërtius prodidit. In hanc rem varia subministrabant & iustam remissionem à studiis necessitatem edocebant, Fabius e, Plutarchus f, Lucianus g. Alios in eam rem deslorauit Bernardinus Realinus, in Annotationibus variis g.

Institutionem festorum huc spectasse, pronunciauit his verbis Seneca h [Legum conditores, festos instituerunt dies, ut ad hilaritatem homines publicè cogentur: tanquam necessarium laboribus interponentes temperamentum. ] Idque voluisse Democritum ait Stobæus i referens ex eo, quod vita absque festiuitatibus, sit via longa absque diuersariis. Platonis l item illa sunt [ voluptatem atque dolorum rectam institutionem quæ disciplina dicitur, transgrediuntur homines in vita ac sepe peruertunt. Dij autem genus hominum laboribus natura prestium miserati, remissiones laborum ipsis statuerunt, solemnia videlicet festa, vicissim in ipsorum Deorum honorem instituta præbentes. Musas quineriam, & Apollinem Musarum Ducem, & Bacchum concelebratores, Deorumque consilio emendatores morum inter solemnia adhibuere. ] Agit apertè Plato de festis religiosis, id est, ad numinis cultum indictis. Qua ratione spectando festa, est peruersio institutionis eorum manifesta, referre eam ad hilaritatem & interpositionem quietis à laboribus, ut monstrauit agens de Religione, & cultu numinis m. Institutio enim festorum, eò duntaxat pertinuit, ut per institutum ab externis operibus, perque feriacionem ab occupationibus seruilibus, suppeteret tempus ad nomen ritè colendum, cuiusque maiestatem honore congruo prosequendam.

Itaque ad eorum festorum institutionem restringenda est illa festorum inductio ad quietis interpositionem, que sunt festa merè profana, nec spectant ad religionem. Dicta quippe sunt communi vtriusque nomine festa, ob parem vtroutrique cessationem à labore;

quamvis sine discrepèt, & festa religiosa ad numinis venerationem, profana autem ad larem remissionem laborum sint instituta. Et eius modi est festum (ut vocant) saturnorum, de quo in Heteroclitis Spiritualibus n post Gerfonem o. Inter Romanos, talia erant Saturnalia, in quibus serui imperabant, domini obediabant. Videtis Macrobij libros de Saturnalibus, ac de eodem argumento Lipsium. Et quod Domini seruis faciebant Saturnalibus.

Decembri mense ( quo respexit Tacitus p, libertatem eloquendi Domino quæ seruo viderentur, vocans Decembrem ) hoc matrone iisdem mense Martio obsequiosæ ac cœnas ponentes præstabant, ut promptius obsequium eo honore ac remissione prouocarent, iuxta Solinum q, & Athenæum r, ac Lucianum in Cronosolo. Extra Romam, festa similia legimus inducta. Erant enim Babylonis Sacra festa, quibus per quinque dies Domini seruis obtemperabant. vno seruorum stolam assumentem, & iussa imponente, ut Athenæus s prodidit. ac in Persicis Ctesias. De similibus Thestalarum Peloris, Cretensium Hermæis, Træzeuorum Panagyris, testimonia antiquorum profert Athenæus. Alibi autem serui (ad eos demerendos, & aliqua in huiusmodi festis remissione rescindendos,) etiam si non imperabant Dominis; ad nonnullam tamen æqualitatis participationem admittebantur, nominatimque ad communem mensam. Quod pertinere illud de seruo & fideli t, iusto intrare in gaudium Domini sui, rectè conicit Pignor. u, post Georg. Herouartum. x & quippe quæ Græca ibi est vox apud Matrh. pro epulis sumitur Elther 9. Iubetur ergo seruus fidelis, laboribus completis subire diætam consulantibus gemmis instructam, & triclinium auro puro radians, vbi epulas in omni hilaritate & læticia cum Domino participaret, in summis splendoribus, & vberi tædarrum, ac lampadum luce: extra quam cœnationem factus discolor seruus, dicitur iustus miti in tenebras exteriores: nomine quippe cœnæ quæ post exactum diem obitur, expressa est æterna gloria ob causas de quibus Gul. Paris. x In præsentia sufficit obseruare, ad partem remissionis in festo seruis concessæ, pertinuisse conuiuij cum Domino agitationem, ab Accio, prisco Poëta expressam apud Macrobius y.

Maxima pars hominum Saturno, & maxime Athenæ  
Conscium sacra, quæ Cronia esse iterantur ab illis.  
Cinque diem celebrant, per agros, vrbisque serè omnes.  
Exercant epulis læti, famulisque prouocant  
Quisque suos. Nostrique itidem, & mos traditus illis  
Iste, ut cum Dominis famuli tum epulentur ibidem.

Procuracionem famulorum appellat tractacionem liberalem per ea festa, ad instaurandas vires, & animos remittendos, indulta ex Græcorum (ut ait) vsu ad Romanos translata.

Etiam pro seruitute hominum, ( sic bestias appellauit Plaltes a, Nyssenob b interprete, ) instituta

CAP. III. Finis bene- dictionis Rosa.

n parte 1. s. d. n. 1. p. 8. num. 10. tract. d. ludo stultor.

p. l. 2. ser. cap. 7.

q. cap. 3. poly. Hist. r. l. 1. c. 17.

s. l. 2.

t. March. 25. u. lib. de seruis p. 242.

x. l. de retrib. SS. sub finem. y. l. 1. fat. c. 7.

a. Plal. 104. b. Orat. 5. in orat. Dominis.



C A P. III. instituta huiusmodi festa legimus. Sic apud Plinium a mentio est Bubeticorum, ludos in boum gratiam agitantium. Quod item pertinet illud Maronis b.

Sustinet hinc armenta boum, meritisque iuuenos. Ad quem locum Ludouicus à Cerda, in recensendis variorum brutorum festis diligentiam probauit.

Etiam in cultu suminis, necessaria intermissio.

Perpexerunt veritatem huius doctrinae, & necessitati alicuius remissionis, ne assidua contentione rumpatur arcus, suffragati sunt viri sanctissimi. Nota est S. Ioannis Euangelista cum perdice Iustantis Historia, bene in hanc rem expensa à Cathiano c, Sed & pisces Anachoretas contemplationi in primis deditos, agnouisse necessariam esse intercessionem operosi illius studij, optimè tradit in Dione Synesius, ut ibi rectè monuit eruditus scholasticus. Nec refert quod Barbaros vocet. Nam apud Romanos siue occidentos, siue orientales inter quos Dio versabatur, aliud tunc sonabat Barbari appellatio, quam passim nunc sonet. Videtis Iustellum d, Iurem ad Iuonem e, & cum Turnebo Delrium f. Sic ergo ait de barbaris illis contemplatoribus Synesius. [Barbaros ego homines vtroque genere nobilissimos animaduerti, qui cum contemplationem profiteri instituisent; procul à civili administratione, hominumque communione secesserant; utpotè naturæ sese consortio solnere cum omni impetu gestientes: Erantque ipsi Religiosi grauesque cantus, & sacra quadam, arcanaque signa; & certi ad diuinum numen accessus atque supplicationes; quæ quidem omnia à conuersione ad materiam illos dirimunt, deguntque à se inuicem separati, ne quid quod suauis sit, videre, aut intelligere possint.

coll. 24. cap. 21.

d. ad Canon. Ss. Afric. & ad canon. Eccl. vni. uersæ p. 236. e ad Ep. 213. f in Senec.

Nam nec edunt panem, nec Bacchi munera potant.

Hæc si quis in eos dicat, non multum à veritate aberrabit. Sed neque illi sanè adeo splendide aduersus naturam insurgentes, & ut nos dixerimus, beatoris vitæ ascensione dignissimi, ea sine fatigatione potiuntur. Verum & ipsi paululum in eo quod in eorum natura felicitus est, stabiliti; si xa & caduca naturæ conditione reuocantur: nec utique toto deinceps tempore, mente extra sese rapiuntur, nec intelligibili pulchritudine fatiantur, quibus id assequi posse concessum est. Audio enim non omnes eius rei compotes fieri, imò ne maiorem quidem partem; sed ex paucis longè paucissimos, quibus diuino quodam afflatu prior ille extitit mentis impulsus; in eoque quantum hominum natura patitur, perseuerant, nec vilo retrahentis naturæ libramento fluctuantur.

Multi Thyrsigeri, Baccherum copia rara est.

Quamquam neque illi Bacchicum hunc furorem perpetuò sustinent; sed modò diuinis, modò terrenis rebus atque corporibus occupantur, hominésque se esse intelligunt; exiguas mundi partes, & minores vitas sibiipsis subditas habentes; quas & suspectas habent, & sedulo occupant, ne moueri, aut contra insurgere queant. Alioqui quid isti sibi calathi volunt, textaque, quæ tractare solent, nisi in primis quidem tunc temporis homines essent, hoc est nonnunquam se ad hæc inferiora conuertentes? Neque enim vnà & contemplationi & textorum artificio vacare possunt. Præterea ab otio sibi inuicent, quod natura nostræ quæ plurima motus inuitamenta suppeditat, intolerabile est. Ut ne igitur aliud quicquam agerent, earum rerum occupationem sibi præscriperunt, eoque modo animum instigant. Nam & confecto opere delectantur, eoque magis quo plura & venustiora perfecerint. Nostrum enim partem aliquam esse necesse est, quæ in his inferioribus versetur, ita tamen, ut ne plus æquo præponderet, aut tenacius adhaerescat. ] Concludit Synesius, apposita ad eam sanctorum praxim sua symbola. [ Ego verò eam naturæ nostræ conditionem esse cuperem, perpetuò ut ad contemplationem erecti esse possemus. Quod quia fieri nullo modo posse comprobatum est, vicissim ego velim, modò maximarum rerum contemplatione detineri, modò in naturam delapsus aliquid oblectamenti capessere, vitæque nonnulla hilaritate perfundere. Non enim hominem me esse, non Deum, ut ad omnem voluptatem rigidus sim atque immobilis; neque item belluam, ut corporis voluptatibus indulgeam. Superest profectò ut medium aliquid à nobis quaeratur. ] Honesta nimirum contemplationis interitio exhilarans, non tamen immergens animum. Nimirum, ut optimè distulit S. Gregorius, e celo reseruanda est, iugis & nunquam interitisa in Deum desixio. Nam pro statu viæ, excludit eam perpetuam adhesionem, imbecillitas naturæ.

Concluditur, rationem primam consecrationis Rosa ab Innocentio propositam, idoneam esse, præsertim adiunctis, comitantibus lætitiæ argumentis.

EX hæcenus disputatis, & aliis quæ præstant apud Velalquem in cap. 3. ad Philippum ferè initio, in quem his pridem exaratis incidi perspicuum est rationem priorem Innocenti tertij de institutione imitationis Rosæ aureæ, ad exhilarandos & animandos nonnulla remissione fideles; idoneam esse; præsertim intellectam non de nuda Rosæ initiatione, sed de complexione omnium ad eam decenter ac solemniter initiandam adiunctorum. Nam seiunctim ac per se solam spectata Rosæ consecratio atque ostentatio, minùs plenam suppeditaret materiam disputandi, inductam esse Rosæ consecrationem & ostentationem

rationem publicam, ex necessitate intercedendi labores, & nonnullam remissionem adhibendi ad depellendum fastidium, & animos reficiendos. Quantula enim esset exhilaratio, quam vnus Rosæ factitiæ, aut etiam naturæ, obiectus conciliaret? Igitur ratio prima Innocentij, fundatur in complexo ex omnibus lætitiæ adiunctis, quibus solemnitas dici Rosæ consecrandæ addicti, conuestiebatur. Constat enim tunc edi solita varia, lætitiæ ingeneranda accommodata præter Rosæ ostentationem. V. G. Organa, quæ ex antiquo vsu per quadragesimam silebant, ea die pulsabantur, vt ex ceremoniali nouo notat Ioannes Baptista Rubens a. Totum dici officium lætitiæ redoleat, vt minutatim prosequitur Gulielmus Durandus b: qui quod ait Christianum Imperatorem hac die coronatum procedere fortassis cadit in ipsum Pontificem, qui hac die, ( vt est in Pontificali libro ) gestat Phrygium aureum Imperij supremi spiritualis symbolum: sicut autem Christus ab Eusebio dictus est, magnus Imperator copiarum Domini; ita ipse quoque vt Christi vice regens Ecclesiam idem nomen participare potest. Vt vt sit, Christianus Imperator coronatus hodie, atque aded cum magna pompa & magnificentia procedebat. [ Festiuus agimus, ( ait de hac solemnitate Rupertus c, quia spci nostræ solemnitas est. Latatur Christiana plebs; & sicut in die solemnium, Christianus Imperator coronatur; & ludis innocentiis, futuræ pacis orium quo feriabimur in illius supernæ matris sinu, meditati admonemur. ]

l. 4. de offic. cap. 16. l. 2. ration. cap. 53.

l. 4. de offic. cap. 23.

l. 4. de pict. cap. 18. l. de vita contemp. sub sum.

fl. de pud. cap. 8. g. cap. 16.

l. 3. Poët. cap. 101.

g. 19. mor. cap. 19.

[ Cœnam sequitur sacrum peruigilium his ritibus. Vbi omnes consurrexere, duo chori sunt in medio cœnaculo, alter virorum, alter fœminaturn: Cuique suus incensor præficiuntur, honore præstans, & canendi peritia. Deinde cantant hymnos in laudem Dei compositos, variis metrorum carminumque generibus; nunc ore vno, nunc alternis, non sine decoris & religiosi gestibus atque accentibus; modò stantes modò prorsum, retrorsumve gradum mouentes, vt cunq̃ue res postulat. Deinde postquam vterque chorus, seorsum expleuit se his delitiis, velut amore diuino ebrij, vnum chorum faciunt promiscuum, ad imitationem illius, olim instituti in rubri sinus littore. ] Describit conglomeratos in vnam choream viros pariter Mose choro, & fœminas Maria præcentrice: Additque [ ad horum maximè imitationem hinc Therapeutarum Therapeutidumque chorus compositus & mixtis ad graues virorum, acutis fœminis vocibus, concinnè temperatus, concentum reddit suauissimum, verèque musicum. Pulcherrimis enim verbis includuntur sententiæ pulcherrimæ, religiosi choreis accedentibus. Horum porò vniuersorum, finis vnus & idem est pietas. [ Talia cantica dramatis, inter eos innocentes ludos, quos Rupertus celebratos in hac solemnitate memorabat, hand inuitus numerauerim.

CAP. III. Rosa ad ieiunij leuam.

His ergo aliisque similibus lætitiæ argumentis, condita consecrata Rosæ solemnitas, meritò censeri potuit idonea ad minuendum ieiunij hæcenus continuati fastidium, & leuandos animos, instaurandisque tantisper vires, ad exigendam reliquam quadragesimam. Et quia lætitiæ excitatio in eam finem captabatur, iure inter flores, delecta est ad iniciandum Rosa: quæ est lætitiæ symbolum, vt propterea ad testandam lætitiæ, adueniente matre Deum, dixerit Lucretius d, Ninq̃unt rosarum floribus, & Columella descripturus veris lætitiæ, inde auspicietur, quod enata sit in hortis Rosa.

l. 2. i. 2.

Nunc ver egelidum, nunc est mirissimus annus; Iamque Dionæ redimitur floribus hortus; Iam Rosa mitescit sarrato clauis ostro, Nec iam Nubifugo Borea Latonia Phœbe Purpureo radiat vultus, nec Sirius ardor Sic micat, aut rutilus Pyrois, aut ore corusco Hesperus, Eo remeat cum Lucifer ortu; Nec iam sidereo fulget Thaumantias arcu, Quam nitidis hilares collucent foetibus horti.

Apud Plinium l, L. Fuluius Argentarius quod per tempus belli punici secundi, admodum sanctum Reip. è pergula sua, Rosæ coronatus prospexisset in forum, carcere multatus est, ad belli vsque exitum: quod cæteris mœrentibus, illud plenæ lætitiæ signum solus dedisset. Oleum lætitiæ quo sponsus inunctus proditur Psalmo 44. oleum esse Rosaceum, môstrat Schachus m. Itaque opportunè Rosæ, in solemnitate ad excitandam lætitiæ, & tædium minuendum instituta præ cæteris floribus delecta est, tanquam lætitiæ index.


m. myrhet. 1. cap. 25.

Augebat animi hilaritatem, expositio significationis mysticæ de sacris pulpitis insonans, etiam per summos ipsos Pontifices, vt binæ Theophili Reynandi Pontifici.

H h h Innocen

CAP. IV. Rosa caducitatis speculum.

Innocentij tertij de Rosa mysteriis conciones hac die habitae docent. Quare videndum sequitur, qua spirituali significatione, Rosa consecrata veluti grauidetur. Id enim & ad complementum rationis primae ab Innocentio propositae, quatenus in Rosa fundatur; & ad eruendas alias rationes consecrationis Rosae, mysticis eius significationibus implantatas; opportunum est, vel etiam necessarium.



CAPVT IV.

Rosae ostentatio ad expressionem caducitatis humanae, & faciliis marcoris ac spinositate nostratium quarumcunque voluptatum, gulaeque nominatum; pellax fidelium ad reliquum ieiunium constanter decurrendum illecebra.



LITER, ad eundem scopum animandi fideles, ad constantem reliqui ieiunij decursum, refertur potest Rosae initiatio & ostentatio. Quod enim hominem in obeundo ieiunij cursu eneruat & frangit, est cura carnis quam nemo vnquam odio habuit, & captatio voluptatum carnem mulcentium. Nihil autem potest occurrere accommodatius ad ingenerandum sanctum sui neglectum, quam agnoscere vitam nostram esse vapoream; hoc est ad caducam, vt vix exorta marcore subeunte venustatem perdat, gratiamque vniuersam, qua retinebat, fetore ac putore commutet. Idem est de voluptatibus quibusvis nostratibus. Illic enim diffugiunt; vt propterea Dea letitiae ac voluptatis, praescis Ethnicis nomen Fugiae sit sortita, vt est apud Vniuersa. Sunt vero haec omnia, in Rosa, prope ad viuum expressa, cum speciosissima sit, nec vnus fons voluptatis; quandoquidem & oculos pascit sua specie, & nates fragantia, nec gustui mulcendo est inopportuna. Et tamen sicut omnes haec voluptates perbreui diffugiunt, ita & omnia Rosae decora, non multo postquam prodierint, euanescent.

Rosae initianda finis alius, excitatio ad expletionem ieiunij, exhibita in Rosae & hominis, & nostratum voluptatum, caducitate simul ac spinositate.

Haec cum ita sint, vrgens ac potens incentiuum, ad ieiunij quadragintadialis media iam ex parte decursu expletionem, ingeritur fidelibus ostentatione Rosae. Exhibetur enim eis memoria caducitatis ipsorum; & fluxa euanditatis ac spinositatis voluptatum

omnium: vt propterea non debeant per escarum concupiscentiam, & tantulam voluptatem inde captatam, auocari a cursu ieiunij, & eius integritate constanter tenenda; quod & ipsi perbreui sint desituri, & omnes hic carptae voluptates, mox sint marcore soluendae. Nihil facilius harum considerationum illustratione, & accommodatione ad institutum.

Homo Rosa, praecitâ caducitate, & spinositate.

AC primùm hominis cum Rosa contentio, quam penes triginta sex capita diffundit Carolus Rosenbergius in Rhodologia b; instituenda nobis est duntaxat, penes duo illa quae ipse parca admodum pro argumenti vbertate attingit; nimirum pene, venustatem mox marcentem; & in fluxa breuique renidentia obseptam omni aculeorum & arumarum asperitate. Est id quidem specioso cuius flori commune, vt cito pereat, iuxta illud Plinij de inenarrabili (vt ait,) florum subtilitate. [ Nulli potest facilius esse loqui, quam rerum naturae pingere: Lasciuienti praesertim; & in magno gaudio fertilitatis tam varia, ludenti. Quippe reliqua, vsus alimentaque gratia genuit; ideoque saecula, annisque tribuit iis. Flores vero, odorisque in diem gignit, magna, ( vt palam est, ) admonitione hominum, quae spectatissimae florent, celerrimè marcescere. [ Item multis non inelegantibus floribus commune cum rosa est, spinis vallari. Sed tamen haec quae aliis floribus communia dico, eminent in Rosa tanquam florum regina; & quam in plerisque scripturis nomine floris simpliciter dicti inignitiam deprehendo; notatumque est quoad Prophanos, à Paschallo d, allegante Aristophanis scholiastem, qui Coronam florum adhibetur apud Aristophanem coronam rosarum est interpretatus: ed quod Rosa, sit flos κατ' εὐχρησιν. Eademque ex causa Strabonis interpretis, Rosea ornamenta dixit, quae florea adhibita, dixerat Strabo. Sed & Barthius f illud Horatij g, Nunc decet aut viridi nitidum caput impedire myrto; Aut flore terra quem ferunt soluta; de flore simpliciter dicto, id est Rosa accipiendum notat.

Vsum hunc profanorum, vsurpatum in sacris literis, cum florem aut herbam florentem dicunt absolute; praesertim si floris caducitatem, & citum marcorem, ac spinositatem memorent; docere videtur, quod apud Iob. in illa pereleganti hominis & floris contentione quae habetur capite 14. periti, & in iis Augustinus Steuchus florem signare Rosam, tanquam florem simpliciter dictum, sunt arbitrati. Describit ibi Iobus hominem, vt florem speciosum, de horto coniugij ( vt cum Clemente Alexandrino h dicam ) carptum, mox conterendum, plurimis obseptum aculeis. Homo (inquit,) natus de muliere, breui uiuens tempore repletur multis miseriis, qui quasi flos egreditur, & conteritur. Duo in homine, veluti in Rosa speciosa considerat; breui durationem, & spinas multas, sic enim nominare licet multas miseriis quibus homo in breui duratione repletur.

CAP. IV. Rosa caducitatis speculum.

Ex utroque illo capite, hominis cum Rosa analogiam petit S. Ambrosius a, adeo apposita ad verba Iobi proposita, vt ad ea respexisse videatur. Eius siquidem illa sunt peramena, [ Surrexerat ante floribus immixta teneris, sine spinis Rosa, & pulcherrimus flos sine vlla fraude venabatur. Postea spina sepsit gratiam floris, tanquam humana speculum praefrens vitae, quae suauitatem perfundionis suae, finitimis curarum stimulis sepe compungat. Vallata est enim elegantia vitae nostrae, & quibusdam sollicitudinibus obseptas; vt tristitia adiuncta sit gratiae. Vnde cum vnusquisque aut suauitate rationis, aut superioris cursus successibus gratulatur, meminisse culpae eum conuenit, per quam nobis in Paradisi amoenitate florentibus, spinarum mentis inimique fentes, iure condemnationis adscripti sunt. Irruites igitur o homo licet, aut splendore nobilitatis, aut fastigio potestatis, aut fulgore virtutis, semper tibi spina proxima est, semper inferiora tua respice. Super spinas germinas, nec proluxa gratia manet, breui vnusquisque decurso aetatis flore marcescit. ] En aptissimam Paraphrasim illorum de homine Iobi verborum; Homo natus de muliere, breui uiuens tempore, repletur multis miseriis, qui quasi flos egreditur, & conteritur. Scrutemur duo illa contentiois capita, exquisiti; vt veritas aded necessaria, liquidò deprehendatur.

Illustrata hominis cum Rosa contentio, penes huius vitae spinas.

SPinas in statu innocentiae, rosae defuisse, ac nisi homo peccasset exortem spinarum semper futuram fuisse, asseruit loco allegato S. Ambrosius, inherens S. Basilio, vt solet, in Hexameri expositione. Et vtrumque in negandis rosae ante peccatum spinis, consecrati sunt Damascenus b, Beda, Rabanus, atque Procopius praeuertit vero in Hexameto nuper edito S. Eustathij ( pro quo ibi fatagit Scholiastes. Sed refragantur passim recentiores, praecunte, vt videtur, S. Augustino c, ac S. Thoma d qui tradunt, nihil per peccatum esse immutatum in ordine naturae, praesertim quoad plantas frugiferas, aut eximias. Nam quoad alias, apparentius dici posset exortem spinarum subsecutum esse Adami culpam, vt insinuari videtur illis Dei verbis, multantis Adamum iam peccatorem, Terra maledicta in opere tuo, spinas & tribulos germinabit tibi. Quamquam neque hoc reuera ferunt ea verba quoad villas plantas, vt Vielmius e & Molina falsique tradiderunt. Multo tamen minus est cur dubitemus, aliquid tale ferre ea verba, quoad plantas fructiferas atque eximias. Atque aded neque quoad Rosam. Miraculo enim tribuendum foret, si plantae illae conaturalibus hinc munimentis suis spoliatae prodissent. Connaturalis quippe Rosa munimentum ac septum esse spinam, rectè statuunt Scaliger f Molina g, Suares h, Pererius, Deltio, Cornelius & diffusè Carolus Rosenbergius; cui non adscribit, asserenti in statu Theophili Raynaudi Pontificia.

innocentiae, & non peccante Adamo, hominis nuda membra non fuisse magis laedenda admotione Roseti spinosi, quam tenellis plurimarum fibrulis; Hoc repudio, supposita Rosae spinositate in statu innocentiae, quam hic Autor l admittit. Quamuis enim ea homo fuisset circumspectione in statu innocentiae, vt non impegisset casu vel incogitans in spinas cruentantes, lesionemve aliquam inferentes; tamen si homo vltro attrectare spinarum aculeos voluisset, non abiisset indemnus; sicut neque si volens se induisset in gladium; potuisset namque homo in eo statu, si voluisset, sibi vim inferre, excidendo à statu innocentiae, sicut reipsa excidit Adam, quia voluit: cum eo tamen discrimine, quod alius quilibet, excidendo, sibi soli nocuisset; Adam vero quia caput erat omnium, ruendo, omnes secum pertraxit in ruinam, nisi si quem diuina manus subduxit, vt fert de Virg. Deipara, sensus piorum.

Rosae igitur spinositas, etiam ante peccatum hominis, rata esto, cum sit Rosae nostrati, & vulgatae conaturalis. Quod addo propter quasdam Rosas spinositate naturaliter destitutas: cuiusmodi est ex Scaligero m, Bauhino, ac Clusio; Rosa Moschata: necnon Rosae Sinensis, quae vt amcenè nuperus Scripitor n in multiplici Rosarum Syllabo dixit, verifimili colore prodigio, terete prorsus, nullisque spinis armato stipite assurgens, frondibus magnitudine ac forma pampinorum amulis conuoluta, è smaragdino dehiscens calicis conclauis, multiplici foliorum symmate regulariter explicito, in lucem prodit lucis formosa discrimina quotidiè ita fetens, vt manè candidam, meridie flammeam, vespere purpuream, in summa simul aliam, simul eandem suscipias, intra diei vnus mensuram. Nihil haec Rosae spinarum exortes, ad probandum non esse connaturalem Rosae nostratibus spinositatem, cum sint Rosae alterius planè speciei à simpliciter dictis, cum quibus hominem componimus ( & de quibus agebat S. Basilius cum Rosas dixit ante peccatum caruisset spinis, quod non attendit Serlogus o. ) Quod si haec quoque, nonnullo artificio adhibito, spinis videantur; inodora tamen, ac fragrantia destituta, vt notat Bonartius p, artificium est, non naturae opus; de quo solo est sermo. Conaturalis itaque cum sit Rosae, spinis sepius habuit sanè spinas Rosa etiam ante peccatum, physicè rem spectando. Si tamen moraliter agamus, verum est in statu innocentiae Rosam ipsius fuisse carituram: Quia flos humanae vitae cum Rosa merito componendus, in eo felici statu, caruisset incommodis quibuscum nunc conflatur.

Spinae in hominis anima.

ET imptimis caruisset tunc homo, spinae vniciue nostrum in conceptu confixa, peccato nimirum originis, ratione cuius rubum Rosaceum referimus. Aiebat Sidonius o, qui bono patre editus sit, & ab eius moribus degenerans induat alienos, H h h 2

a Cuius. c. 6.

d l. 3. de coron. c. 5.

e lib. 3.

f l. 1. od. 4. & l. 3. adu. cap. 2.

g l. 3. de Genes. ad liter. cap. 18. d. 1. p. q. 69. art. 2. ad 2.

h l. 1. in Genes. disp. 13. Cosinop.

i exerc. c. 103. de 13. Col. c. 7. n. 12. & 14. p. 1. c. 3.

k exerc. 103. num. 7. l. p. 2. Rhod. c. 6. num. 16.

m antel. 1. in Cant. sect. 9. num 59. n in cap. 33. Ecclesi. v. 17.

o 4 Epist. 13.

CAR. IV. Rosa cadu-  
citatatis specu-  
lum.

in c. 5. Efa.

b prou. 24.  
c 20. mor  
cap. 12.  
d 1. 10. mor.  
c. 9. & 10.

f. 1. Tim. 6.

g 1. 10. c. 11.

b collat. 24.  
cap. 24.

2 cap. 5.  
1 cap. 7.

m homil. 20.

rubrum, merito appellati; qui Rosa genitus flore præmolli, & venusto, horrescat spinis. Planè hac ex parte, omnes nos rubi sumus, Sati enim ex Adamo quem Deus innocuum condiderat, & gratia speciosum, eodem præuaricato Filij iræ nascimur; ex eaque spinositate genitales, intelligibiles spinas ( vt S. Cyrillus a loquitur, ) multiplicamus quotidie, hirsuti & aculeati uadentes supra rubum & Rosam. Hæ sunt spinæ, quas operuisse superficem agri hominis pigri, Sapiens b affirmat, interpretare D. Gregorio c; qui alibi d, tractans illud, *radix inipererum cibus eorum*, præfatus iniperum pro filiis habere punctiones, quia sic sunt hirsuta quæ profert, vt spinarum more, pungant atrectantes, subdit. [ Spina verò est omne peccatum, quia dum trahit ad delectationem, quasi pungendo lacerat mentem, vnde iusti voce & pœnitentis dicitur, *conuersus sum in erumna mea, dum confringitur spinas* quia scilicet mens ad lamenta vertitur, vt peccati punctio pœnitendo frangatur. In translatione verò alia, non *confringi*, sed *confrui*, spina perhibetur; quod videlicet ab eodem sensu non dissonat, quia pœnitentis animus ad luctum ducitur, dum perpetrata culpa in memoria, fixa retinetur. ] Addit has esse spinas ab Apostolo f expressas, cum diceret, aliquos inferuisse se doloribus multis, confectando peccatorum radicem, vnde spinæ progermiant. Omne item peccatorum genus ex otiositate pullulans, iuxta Apostoli sententiam, Cassianus g spinarum nomine expressum docet à Sapiente Prouerb. 15. iuxta 70. cum dixit, *via nihil operantum, strata sunt spinis*. Quæ eadem viæ non trita, atque admodum dumosa, vt vepribus differtæ, sunt viæ illæ difficiles quas ineunt quotquot semitas iustitiæ leues ac rectas inconsultè post habentes [ deuia quæque ac dumosa lætatur, & præsentium oblectantium illecebris obæcati, per obscuros impeditoque vitiorum sensibus calles, laceratis cutibus, & dirupta nuptialis veste reptant, non modò acutissimis veprium aculeis configendi, sed etiam virulentorum Serpentum illic latantium scibus prosternendi. Tribuli enim & lacus in viis prauis. ] Disputatio est Abbatris Abrahæ apud eundem Cassianum h, qua docemur, idipsum esse peccata quod spinas, quas vinea nostra & ager animæ nostræ infeliciter emisit, cum expectaretur vt faceret gratos & vtilis fructus, de quo est iustissima Dei ipsius per Isaiam i expostulatio. Et Michæas l, etiam qui optimi videbantur quasi paliuros, & rectos quasi spinas de sepe fuisse deploreat. S. Macarius m, huiusmodi internas spinas, quantumuis in benè exulto solo repullulare semper, docet; quamdiu hîc viuimus, [ In rebus (inquit) ante oculos positis, vt plurimum terra profert ex seipsa spinas; Colonus autem fodit; excolit diligenter, ac seminat; spinæ tamen, etiam non satæ nascuntur, & multiplicantur. ( Dicitur enim Adamo postquam transgressus est, *spinæ & tribulos producet tibi terra.*  ) Denud Colonus exercet terram, effodit spinas, quæ nihilominus adhuc multiplicantur. Illud spiritualiter accipe. Nam post transgressionem, terra cordis, producit spinas ac tribulos. Operatur homo & labo-

rat; adhuc tamen spinæ improborum spirituum renascuntur. Deinde Sanctus ille Spiritus, succurrit infirmitati humane, Dominusque mittit in terram cordis, semen cælesti, ac excolit eam. Iacto semine renascuntur adhuc spinæ & tribuli. Iterum Dominus ipse, nec non homo exercet terram animæ: septemque spiritus nequam ac spinæ oriuntur illic & repullulant donec ætas accedat, & excellat gratia, ac desiccetur ab ardore Solis. ] Hoc in cælo tantum continget, vbi erit ætas mystica, iuxta præclaram Gregorij Nysseni n Hom 5. in Cant. disputationem, qua monstrat Autumnum fuisse homini in Paradiso terrestri: Adami autem peccato, successisse tristem admodum & perfrigidam hyemen, postquam Christus vor reduxit, ætas autem in cælo perennabit. Ibi ergo sub Sole torrente, propagines fortium inarcescere faciet Deus, iuxta Isaiæ o oraculum, Exurentur inquam ibi spinæ internæ, quas solum animæ, corruptum Satanæ interuentu, assidue fundit, pungentes, & lacerantes miseram animam. Paganos spinis confert Nazianzenus p, idcirco dicens colligere aliquid boni ex illorum factis esse, colligere Rosas ex spinis. De Hæreticis idem habet Cassianus q; nec aliter de omnibus peccatoribus & peccatis statui posse Augustinus r significat ad illud priusquam intelligerent spinæ vestra rhamnum. Scitè Gregorius Nyssenus s cohortans Christianos ad imitandam Christi innocentiam, ait has esse spinas quas Christus propter nos moriens in gloriæ sibi coronam contexit. [ Maiores enim nostros in spinæ naturam ob peccatum conuersos, sibi ipse ex mortis dispositione coronam fecit, & spinam in honorem & gloriam patiendo commutauit. Quocirca cum semel mundi peccatum sustulerit, & capiti coronam de spinis accepit, vt ex honore & gloria coronam contexeret, non paruum periculum est, ne aliquo modo propter improbam vitam, tribuli esse & spinas deprehendatur. Atque ira in media Domini corona, quæ per communionem corporis eius fit, inserti, vocem illam iustam omnino, exaudiamus; *Amico quomodo huc intraisti non habens vestem nuptialem? Quomodo te cum esset spina, inter eos qui ad coronam meam ex honore & gloria conficiendam apti sunt, contexitisti? Quæ conuentio Christi ad Belial? Quæ pars fidei cum infideli? Quæ societas luci ad tenebras? Nequando igitur vita nostra, contra nos eiusmodi verbis compelleretur, omni studio nobis in eam curam est incumbendum, vt spinosa omnia tum facta, tum dicta, tum cogitata, ex omni nostra vita conuulsa proiciamus, vt pura innocentique viuendi ratione, honor & gloria efficiamur, atque vniuersi caput, nobismetipsis, vt re pretiosa coronemus. Nullius enim rei vilis, vult esse Dominus, ille qui gloriæ Dominus est. ] Eodem sed aliter collimabat S. Ambrosius t vrgens Christianos, vt caueant ne de illis dicatur quod de vinea Domini Sabaoth, *sustinui vt faceret vinum, fecit autem spinas, & non iustitiam sed clamorem*. [ Quam dura conditio vt possessio quæ Domino suo, suauitatis fructus afferre debuit, spinarum illum asperitate*

n Hom 5. in Cant.

o cap. 25.

p Iamb. 18.

q lib. 7. de Inc. cap. 4. r Psal. 57.

s 1. de perf. Christi. fort.

t serm. 19. de SS. u Isaiæ 5.

CAR. IV. Rosa cadu-  
citatatis spe-  
culum.

u Ioan. 19. ex Zich. 11.

v serm. 40. de temp.

w Epist. 8.

x serm. 48. in Cant.

peritate compunxerit; hoc est cum Iudæi, Saluatorem debuerint tota fidei deuotione suscipere, spinarum cum coronauerint passione. Quæ corona quidem quantum in Domino, corona virtutum. Compungunt ergo Iudæi Dominum, dum coronant, compungunt dum crucifigunt. Vnde ait Scriptura sancta, *a videntur in quem compunxerunt*. Igitur strates videte, ne & nobis dicatur, sustinui vt faceret vinum, fecit autem spinas; hoc est ne spinas quas Domino Iudæi cruentis imposuerunt manibus, nos iniquis sensibus appeteramus; & compungamus eum non asperitate sentium, sed operum prauitate. Sunt enim in spinæ cordis quæ verbum Domini etiam vulnerare consueuerant, de quibus meminit in Euangelio Saluator, dicens seminantis semen cecidisse inter spinas, & creuisse eas, ac suffocasse quod satum est. ] Perficuè peccatorem spineto, peccata cum spinis ac tribulis componit. Ideoque alibi v, præfatus spinas esse peccata nostra quæ per pœnitentiam flores euadant, negat Christo corpus suum maceranti, idem fuisse Consilium; [ Non enim erat in illo spina peccati quæ verteretur in florem. Ipse enim erat flos natus non de spina, sed de virga. ] Nec repugnat S. Hieronymus o quom incidens in illud Dauidis, *Petra refugium herinacis*, ait herinacem esse animal paruulum, spinarum sentibus prægrauatum, Christi spinis peccatorum coronati symbolum. Non enim Christi erant delicta quæ portanda susceperat, sed nostra, quanquam quod inimici, & vltoris suggestione succreuerint, dictæ sunt spinæ peccatorum à Victore Cartanensi, spinæ alienigenæ. Hæ sunt spinæ internæ, ad quas sunt adiungende inquietudines tentationum, & tribulationum aculej animam iugiter fodicantes, de quibus S. Bernardus d, accipit illud ex cap. 2. Cantic. *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias*, ex quibus animæ filibus, pungentibus, & hinc inde aculeos intendentibus, eruit S. Bernardus quanta cuique iniiciatur necessitas inuigilandi in sui custodiam; cum nihil facilius sit, quam inter tot spinas vnde cumque obespentes animam transfigi, & perforari tenacitatem floris, ne leuissimam quidem sustinentis punctiorem. Sollicitudines & curas huius vitæ cum spinis pungentibus, ac lacerantibus animum, Christus composuit, & nemo non experitur, quam fodicent, & euertent animum. Corpus hominis, spinetum. Hominis pars altera, corpus est, confer-tum animæ. Et hoc quoque spinas multas & præcensas insigit homini; cum ob necessarium studium parandi victus, quod compendationem non admittit, sed perpetuum est & arummositatis refectum, in maxima mortalium parte, vel opere manuum, vel collectitia stipe, victum sibi captantium: Tum ob indeclinabilem corporearum perpeffionum molestiam; non à cæli dantaxat, folique impressioibus, sed præsertim à mor-

bis, qui omnem atarem, & conditionem, quantumcumque prospiciatur, male habent, nec est qui eorum aculeos proteris effugiat. Non itaque aberrauerit, imò apposuissimè ad præsentis vitæ conditionem dixisse videbitur, qui cogitauerit, cerni in vnoquoque mortalium haud ab simile infortunium ei quod proximis annis inerebuit, iuuatque hîc attingere. Pastor cui nomen *Rochus Martino*, sub annum 1698. in oppido Molina, Seguntinæ Diœcesis, ex arbore proceriore in subiectam pranuli spinosi arbutulam decidens, induit se in spinas, quarum vna quæpiam ori stomachi & fortassis aliqua sterno continenti, ( vt suspicio tulit, ) implantata; sic per biennium radices egit, vt tandem eruperit, & post relectos furculos varios infeliciter succrescentes, aliqui tandem prodierint folijs ac floribus instructi. Addit Petrus Gassendus e vir doctissimus, in Nicolai Pereschij vita etiam fructus vifos in illis furculis, quod nullus cæterorum hoc prodigium memorantium retulit. Sed de furculis spinosis è spina implantata succrescentibus, res est aded testata, vt non sit tergiversationi locus. Scriptum enim iustissimæ autoritatis ac fidei Romæ à nuncio Pontificio D. Campegio transmissum ad Eminentissimum Cardinalem Barberinum qui in hanc rem inquiri accuratè expetierat, narrationem propositam statuit extra dubium. Habui præmanibus ista exarans, scriptum illud exhibente Illustrissimo Equite Cassiano à Puteo, in quo politior literatura, & officiosissima in omnes literatos humanitas, cum auita nobilitate & insignibus quibusuis gradus illius hominum dotibus certat. Astipulatum quoque Archiepiscopum Tarraconensem, refert Gassendus; qui rectè monet id non debere incredibile videri, cum in Tuscia, circa Gallinæ collum, simile quid contigisse constet; & Frontinaci in Occitania, è digito piscatoris in quem spinula scorpionis marini implantata fuerat, eductos esse à Chirurgo pisciculos generis scorpionum, liquido sit deprehensum. Quid quod vt distulit Fortunius Licetus f, innate sunt aliquando cornibus ceruorum viridantes hedera, testibus Aristoteles g; Theophrasto h, Plinio i, Scaligero l. Culmus item hordeaceus geniculatus, Plutarcho teste m, à quopiam cum aqua pedum excretus est, innatus visceribus. Et Aretij, spica farris è naso mulieris prodit, vt scribit in Chronico Político Ioannes Paltherus n. Neminem item latet, innasci plerumque Ostreacis herbas, varias & in his algam maspuncque marinum; videntur agens de spontaneo viuentium ortu Fort. Licetus o. Suadeant ista, non esse incredibile, quod de pranuli spina fruticante retuli; quin tamen mirum admodum sit, nemo inficias erat. Et tamen hoc ipsum in cuiusvis hominis corpore, perpetuum est. In Adamo quippe proceræ generis nostri arbore, decidimus miseri in spinas & aculeos mortalitatis ac passibilicatis humane; subindè infeliciter sobolescentes, & nouas dolorum spinas ac agritudines aculeos, quibus pungamur lacermurque profundentes. Esto in quibusdam frondefcant & floreat, vel etiam fructibus ditentur, quia sapientibus agritudines & corpo-

e 1. 5 p. 315.

f ad primo. quæ sic per Epist. in 35. g 2. hist. c. 5. h de adm. aud. c. 5. & l. 2. de caus. plant. cap. 23. i 1. 8. cap. 23. l ad dictum Thophr. 10. cum. m 8. symp. q 9. n p. 175. r. 2. o 1. 3. c. 25.

CAP. IV. Rosa caducitatis speculum.

a in Psal. 36.

b hom. 13. in ad Ephes.

c Grego. Tur 14. h. s. t. Fiacc. cap. 26.

d de Martyr. p. 1. c. 6. l. 1. 5.

e Petri 1.

rea quævis incommoda, virtutum sunt officinae, ut scitè ait S. Ambrosius a. Hæ ipsa tamen florulentæ spinæ, sunt quod dicuntur, hoc est spinæ aculeatæ ac perpingentes, nisi quod in istis patienter aculos excipientibus, sementem vberem meritorum faciunt, & aculei præaffluxu iucunditatum cœlestium, non nihil retunduntur, ita ut minus feriant. In aliis verò quos patientia & ad Deum subiectio deficit, exerunt vim suam, nec pungunt tantùm, sed etiam dirè lacerant atque cruciantur horrificè. Atque ita verissimum videtur hominis corpus cum mystico spineto, aculeorum ferentissimo rectè componi.

Nihil vetat spinas humanum corpus fœdè transfigentes, alia præterea ratione exponere; nempe recogitando spineum illum amictum, cuius meminit S. Chrysostronus b, describens incommoda à diuitiis vnde cumque compungentibus diuitem. Quanta enim esset infelicitas eius, qui veste è spinis contexta amictetur? Siue enim sedens, siue iacens, siue incedens, & quomodolibet se commouens, spinarum aculeis transfigeretur, non absq; graui cruciatu. Quandoquid. in ergo corpus esse vestem animæ in confesso est, multatque illustratum, cum de Verbo vestito per corporacionem: haud abs re, comparacionem illam S. Chrysostroni de spineo amictu vndique pungente & pessime afficiente vestitum, transferimus ad indumentum hoc corporeum, quo anima vestitur, aculeis eius siue per sollicitudines immensas, quas ingerit; siue per morbos, quibus semper aliqua ex parte infestatur; siue per affectus vehementes, quorum est scatebra indeficiens, & ignitabulum inextinguibile, assidue transfigenda. Commodare similiter huic negotio potest pœna Heraclij Presbyteri c, quem iratus Rex Charibertus, plautro spinis suppleto impositum dirè sic diuexandum protrudi in exilium iussit.

Spina hominis ab extrinseco.

Sed sunt præter internas hæc spinas animam pungentes vnde cumque, (nam etiam quæ à corpore existunt insiguntur animæ, & sunt intrinsecæ;) præter eas inquam quomodolibet intrinsecas spinas sunt alie insuper extrinsecæ, quæ miserum hominem continuè transfigunt & tranquillitate prohibent. In hominibus sæculi, eiusmodi est vxoris ac libertorum cura; quæ aded pungit, ut capere partem quietis plerumque non sinat. Ab Apostolo dicta est, tribulatio carnis: quod homo per opus carnis & coniugale commercium; ducta muliere, in tribulis ac rubis molestiarum volui ex necessitate debeat, ut multis monstrare memini, exponens Martyres sæculi d. Et quamuis speciei ac venustatis quippiam cernatur, in vxoris præsertim sapientis conuictu, & libertorum benè moratorum spe viua, ut Apostolus e, loquitur: tamen ut plurimum, ei florulentæ tot adiunguntur spinæ, ut vniuersam iucunditatem inde percipiendam suffocent. Quanto magis si vxor obtigerit de numero plurimum, litigiosa, rixosa, ceruicosa, agitata suspi-

cionibus & cœstro muliebris percita, ne dicam fœditraga, & thori cum scelere inquinatrix? Quoad liberos verò, præsertim si multiplicati sunt, nihil proliuius, quam ut sint discoloræ, & parentibus fiant in cordolium. Non dubitauit certè Nazianzenus orat. 20. ser. 48. in Cantic. nec dissimiliter ad finem sermonis de Aquæductu, in Natiuitate B. Virginis, asserere inter fabulosa referendum videri, ut quis multos simul & probos liberos suscepisse dicatur.

Prorsus extrinsecæ sunt, sed admodum hirsuta, spinæ eorum quibuscum homo viuere adigitur: [Spina (ait S. Bernardus) falsus frater; spina vicinus est malus. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias: ô candens lilium! ô tener & delicate flos! Increduli & Subuersores sunt tecum. Vide quomodo cautè ambules inter spinas. Plenus est Mundus spinis.] Sensit has spinas, & earum aculeos Apostolus, cum diceret, inter pericula quibus vnde cumque vallabatur, esse periculum in falsis fratribus. Fuit S. Gregorio Nazianzeno, spina Maximus, quem sancto Viro Iudam fuisse, Georgij Presbyter in S. Gregorij vita tradit, per fraudes & probitatis specie obductam nequitiam insidias molientem, de quibus plenius ipse Theologus f. Spinæ quoque sancto Augustino fulphore falsi fratres duo, Columbus, & Arcadius, nequissimi Sarabaitæ, qui cruentarunt virum Sanctum, & super eum magnificauerunt supplantationem. Quot Religiosorum Ordinum desertores, tot spinæ proborum iisdem Ordinibus adscriptorum, ut verum comprobetur vetus adagium, cuius hac ipsa occasione meminit Nazianzenus g, verbis illis. [In vinea queque spinam nasci audistis: ac Iudas qui in discipulorum numero, erat, proditor fuit.] Itaque non est peculiare Iudæorum probum, quod rubo illo expressi sunt, qui ignem admisit, nec spinas amisit. De Hebræis quidem id accipit S. Gregorius h, qui flammam acceperunt, id est legem, de qua scriptum est, in de terra eius ignea lex. [Sed rubus Iudaici populi, peccatorum suorum spinis oblitus, (inquit S. Gregorius), consumi non potuit, quia Iudaicus populus, ignem quidem legis accepit, & tamen peccatorum suorum spinas non deseruit; ne eius vitia, diuini sermonis flamma concremavit.] Quamuis autem ista verè de Iudæis, præsertim ad Christum comparatis dicantur, tamen idem contingit omnibus spineris intelligibilibus, quibus cœlestis flamma illabitur, & illucet; sed spinositatè propter tenacitatem malitiæ non absumpta, perstant hirsuti, lacerantque attritantes. Et sunt in omni cœtu, siue sacro, siue humano, plures eiusmodi (ut omittam quæ foris sunt hæreses de quibus concinnè Paulinus Aquileiensis, initio Concilij Foroouliensis.) Ipse S. Benedictus cap. 9. Regulæ, vult manè & vesperè in vltimo ordine precum, dicà altè voce à Priore, audientibus omnibus, Pater noster, propter spinas. Ita denotat infestos aliis in cœnobio, quibus debita sunt dimittenda. Ac proinde verissimum est, hominem in quocumque statu vitam exigat, inter spinas ac tribulos versari, & ut cum Iob florem nostrum describente loquebamur repleti multis miseris. In quam rem actum plenissimè in Morali,

f orat. 18. & carm. de vita sua.

g orat. 21.

h hom. 7. in Ezech.

a l. 29. c. 1.

b l. 2. genial. cap. 12.

c ad eum loc.

d in c. 2. Ofsee

e l. 34. moral. c. 1 & homil. 16. in Euang.

f l. 8. pol. orat. c. 23.

g in coro. anr. V. Beacirudo. l. 1. c. 2.

h l. 1. antiq. c. 8. aliis 11.

distinct. 2. quæst. 3. passim, & in Opere de vitæ ac mortis humanæ terminalibus.

Voluit Deus vitam nostram tot spinis vnde cumque pungi, ne digressus ab ea, fastidium pareret. Nam si nunc in tantis spinis & incommodis, graue est hinc excedere; quid futurum fuisse, si omnia fuissent hic lenia & suauia, nullique horrentia aduersitatum dumis? Consilium ei geminum, quo Cato Censorius, Plinio teste, forum iudicium muticibus, siue præcutis lapidibus strauit, ne populus litibus assuesceret, ut interpretatur Alexander Neapolitanus h. Sic enim metu incommodi, vel populus à fori frequentatione absterrebat, vel illic necessitate quapiam adductus, hærebat in foro quàm minimum poterat. Id ipsum ergo captauit Deus, tot tribulis, (nam etiam quos nuncies vocauit Plinius, tribulos vocant aliqui, ut Tiraquellus i, annotauit;) obseprens hominum vitam, ut digressus ab ea, ad meliorem, omnisque spinositatis expertem, minus grauis appareret. Potuit etiam haberi ratio nostræ incogitantie, nisi hoc stimulo vrgeremur ad reuocandum vnde malè digressi eramus. Quod optinè considerauit Rupertus d. tractans illud Ofsee, Ecce ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam maceia, & semitas suas non inueniet. Quibus enim omnia sunt prospera, nullisque punguntur aduersitatum spinis, vias suas inueniunt; sed ea prosperitate inebriati, vix aut nunquam reuocantur, ut audiant vocem post tergum inuentis, inquit Rupertus, contra quam contingit in tempore tribulationis, ut exemplo filiorum Israël monstratur; qui non reueniebant ad Deum, nisi afflicti, & attriti calamitatibus, ac veluti spinis compuncti. [Spinæ namque aduersitatum, vtiliter compungunt atque lacerant pedem ad mala currentis, & inhiantis delictis perniciosus; ut saltem spinarum talium punctione, talisque maceræ offensione, commouita rationalis anima, dicat, vadam & reuertar.] Profecit Rupertus ex S. Gregorio e, propositum Ofsee locum excutiente. His de causis voluit Deus in omni statu & conditione humanæ, sentiri horrescentes spinas. Neque enim existimandum est apices dignitatum siue sacrarum siue profanarum aculeis suis carere, cum potius horridiores ibi spinæ transfigant, thronis præaltis insidentes. Horremus cum legitur sanctos Frontasium & Socios spinis ferreis coronatos, caputibus eorum vallo confixis & in quolibet illorum ex vtraque parte eorum nouenos clauos exhibitos. Eadem est omnium Regum Corona. Pontificatum Romanum cui nihil in terris est adæquandum, Adrianus IV. (referente qui id ab eo audiuit Ioanne Sarisberienfesi) vocabat: Spinosam Carbedram, in tantum acutissimè vsu, quæque consistat aculeis, ut vix homo possit esse ferendo. Leges quæ in eum rem adduxi suo loco, & quæ habet Rodericus Zamorensis in humana vitæ speculo h. Nec abs re ista dicantur de Pontificatu totius orbis cura grauato, cum Iudaicus ad vnum orbis angulum arctatus, spinis horret, ut monstrabant pileo Pontificio attextæ, eminentes incisura aculeata & in acutus mucrones d. smentes, quæ planè spinarum formam referebant, iuxta descriptionem eius pilei à Iosepho, propositam. Sub alia metaphora, recipi-

eodem sensu aiebat idem Adrianus IV. Coronam & Phrygium, splendere videri, quia ignea sunt, significans viuicomburium à tot curis. Quo loquendi modo agens cum Zenone Imperatore Facundus Hermianensis i, summas Imperatoris in tanto splendore difficultates expressit, dicens colorem purpuræ qua vestitur. admonere eum, quod velut in camino, ac in medio flammæ sit constitutus. Fraxeria sollicitudinum Regiarum Henrico II Anglo-rum regi ingerebat Petrus Blesensis m. Nec minus significanter S. Chrysostronus n, [tot esse Regibus tristitiæ necessitates dixit, quot sunt mari vnde.] Vno verbo rem est complexus Procopius expendens illa verba textus vulgati, posui super eum, sanctificationem, & testimonium. Testimonium Græcè μαρτυρίαν, ait: Procopius esse Coronam Regiam. Hoc planè est Coronam Regiam, quantumvis externa specie videatur amœna, è spinis tamen esse contextam, nec minutis, sed alte pungentibus, quæ ad martyrium sufficiant. Quid si verò à lignis regnum delatum est rhamno iuxta apologum Ioachami o, quia rhamnus densissimis abundat spinis, ut notat D. Augustinus ad illud Psalms, primum quam intelligeret spina vestra rhamnum; Suntque spinæ rhamnina præcutæ & omnium molestissimæ, ut ait Gregorius Nyssenus p. Quare omnes mortales quocumque sint statu & conditione, versantur in spinis, & ut Iob aiebat, replentur multis miseris, eoque acutioribus & pungentioribus quò sunt in sublimiore statu, idque optimo consilio à Deo profectum est, ut petra si tot aculeorum suspiraremus ad speciem florulentam nullis obseptam spinis, cuius fructio reseruatur cœlo.

CAP. IV. Rosa caducitatis speculum.

l. 11. c. 4.

m præf. in Iob 2. hom. 18. in l. 4. Reg. ad c. 11.

o Iudic. 9.

p tract. 1. in Psal. c. 15.

Hominis cum Rosa contentio, penes citam caducitatem.

NEstebat Iob, caducitatem floris simpliciter dicti, hoc est Rosæ, cum spinositate. Hæc verò caducitas aded explorata est, ut vix egeat illustratione, nedum probatione; cum sit in omnium ore & experimento. Propertius scitè q.

q lib. 4.

Vidi ego odorati victura Rosaria Pæsti, Sub matutino cocta iacere Noto.

Plenum gratis de Rosa carmen, quod aliqui Maroni auctori tribuunt; Aufonio r, alij, r Edill. 13. Rosæ breuem ætatem, perbellè exhibet his verbis.

Hæc modo que toto rutilauerat igne conmarum  
Pallida collapsis deseritur foliis.  
Mirabar celerem fugisina atate rapinam;  
Et dum nascuntur, consensuisse Rosas.  
Ecce & defluxit rutili coma Punicæ floræ.  
Dum loquor, & tellus tella rubore micat.  
Tot species, tantisque ortus, variisque nouatus,  
Vno dies aperit, conficit vna dies.

Conque



CAP. IV. Rosa caducitatis speculum.

Conquerimur natura, brevis quod gratia florum est.

Ostentata oculis, illicò dona rapis. Quam longa una dies, atas tam longa Rosarum;

Quas pubescentes iuncta senectapremittit. Quam modo nascentem rutilus conspexit Eous,

Hanc rediens serò vespere, vidit anum.

Citam hanc Rosæ senectam, & celerem matrem spectans Artemidorus, coronam rosaceam obuerari per quietem, ait prælagium esse hilaritatis; atque aded bonam esse eam imaginem, Egrotanti tamen, malum esse ait ea imagine tangi; eo quod Rosa ob subitum matrem portendat imminemtem mortem. Rationem aded citæ euaniditatis in Rosâ, nomine ipso Græco signari, sic tradit Clemens Alexandrinus a. [Dicitur Rosam Græcè ῥόδον fuisse nominatam, quod odoris plurimum flum emittat, & ided citò marcescit.] Idem habet Plutarchus b. Facessant querelæ inanes nuperi roctæ aduersus naturam, tam eximij floris in tam breue tempus conditricem. Extulerat is longo nec ineleganti pœmatico Rosæ laudes; concludit verò non dicam blasphemè, ne aflatum rocticum excuset, sed tamen si cortici verborum inhæreamus inconsultè aduersus opificem, inesse tot veneribus suam quoque deformitatem à cita caducitate. Adscribo particulam, cui visum sit:

Sed quid? Num hic etiam haud parte omni firma voluptas?

Num hic etiam quod nos cordolio angat, adest?

Scilicet unum istud nimium meriti queri habemus,

Flore aded eximio esse anum aded exiguum,

Natura alma parens rerum, sic ne unicus ille

Terra oculus, terra tam brevis est oculus? Siccine flos florum, iam illo tempore florens

Vix vix, cum incipit esse, incipit esse nihil?

Ab Natura! En vix primo qui se exerit ortu

Mane nouo, ut sero vespere demoritur. Aut quando stellarum & cœli infamia sit iam

Arua per, immodico Sirius igne rabit. En quem nascentem rutilo conspexerat ore,

Ut denascentem Sol medio axe videt.

Ab! sicne ostentis, simul & rapis? Ab! quid ad illum ut

Afferat una dies, auferat una dies?

Debueras merito dare ei disturnius anum;

Digno quem haud atas illa senectæ grauet.

Digno qui verbis annum florere perennem Et nunquam fluxis stare queat foliis.

Vanæ prorsus inanisque expostulationes, quæ naturam floris huius & naturam eius caducitatem cum specie certantem, non emendant, neque rosam quamcunque cita euaniditate prohibent. Neque verò est quod quis, obtendat centenarias apud Tertullianum d. Midæ rosas. Nam suspicio aliquibus est, locum esse mendosum; & pro centenariis legendum, spontaneis; eo quod antiqua lectio, à Rhenano primum (vt

e. Vales Acdalus. d. c. 24. de cot. milit.

putabat,) restituta, haberet centenariis: quod cum non apparet quo pertineret; reposuit Rhenanus centenariis, & exposuit de Rosis centifoliis, quarum Plinius e, meminit, vocanturque à Theophrasto f; ἐκατόβρα ῥόδον ῥόδα. In quem sensum accepta denominatio centenariarum, non diffundit rosarum illarum ætatem ad annos centum; nec pugnat cum cito rosæ marcore, cui insitimus; vt per se pater. Cæterum correctionem Rhenanij fuisse corruptionem, inde deprehendi potest, quod nulla essent in Midæ rosæto centifolia, sed tantum sexagenum foliorum, vt disertè habet Herodotus g, dicens, fuisse Rosas spontaneas ἀυρίματα ῥόδα & speciei & odoris præcellentis, quorum nullum quadrat rosis centifoliis. Quare plinius, autore Cepio, negauit rosas centifolias, quod nec specie nec odore essent probabiles, ad Tiberij vsque principatum, adhibitas esse ad coronarum structuram, nisi veluti in extremo cardine. Itaque verisimillima est Caroli pascalij h, coniectura, vocè centenarias irrepsisse pro totidem literarum voce spontaneas. Et ita legendum esse apud Tertullianum. Ac proinde nullæ ab eo agnoscuntur Rosæ, durantes per centum annos, etiam in celeberrimo Midæ rosæto. Nec quæ rata foliorum numerositate centifolia dicuntur; (quamvis vt plurimum rosæ, duodena, aut ad summum vicena folia non excedant; sicut ad minimum sunt quinque foliorum, vt ex Theophrasto & plinio monstrat Cagnatus,) non inquam rosæ eo rato foliorum centum stipatæ apparatu, iure dicuntur centenariæ; quidquid Iosephus Scaliger statuat: i, quia ea vox sonat durationem centum annorum, quæ in nullam rosam cadit, aut cecidit vnquam; cum potius quæuis rosâ, intra perbreue tempus arescat.

Non me later, variis artificijs captatam esse rosæ ad paulò longiorem solito moram vigentis, amœnitatem; quale illud in Geoponicis ex Didymo annotatum. Dum adhuc hordeum in herba est euulsum cum suis radicibus in fistile non picatum demittitur, inibique rosæ priusquam dehiscant, accuratè operiuntur: sic durat vicens rosâ, perinde ac si rosæto parenti adheresceret. Ralladius, in eum ipsum finem præscribit immitti calices in fillam vitidem cannam; quæ cortice circumligetur, donec placeat rosas educere ollæ rudis fundum, alij sale conspergunt, eique calyces rosaceos immittunt, sale & calycibus vicissim commutatis, ollam exquisitè obtectam seruantes; & cum educendæ sunt rosæ, aquâ tepente ad extergendam saluginem, ad aliquod tempus maceant, accedentè que afflatus & manuum adminiculo, folia diducunt, & rosam expandunt. Hæc & similia alia conseruandæ rosæ artificia, quæ Baptista à porta in Opere de Villa l, paucis perstrinxit, durationem paulò maiorem conciliare rosæ possunt; sed non perennitatem: imo neque admodum diuturnam ætatem. Suapte autem natura; & semotis artificijs, breuissima est Rosæ duratio, vt præmittetbam.

e. l. 21. c. 4. f. l. 6. de causis plant. c. 6.

g. lib. 8.

h. l. 3. de corio cap. 7.

i. l. 7. Epist. 18. posthuma.

ll. 9. c. 5.

Homo

Homo, quasi flos egreditur & conteritur, & vt sanum agri marcescit.

Apparet, quàm appositè, penes testatissimam caducitatem, homo cum Rosa confertur: & iure lobum, hominem breuiuentem tempore, cum flore nunc egrediente, moxque contrito, & arefacto contulisse: hoc est (vt supra monstraui,) cum Rosa, quæ flos est simpliciter dictus, & hominis celerem marcorem bellè exprimit S. Gregorius a egregiè in hanc rem disserit, enucleans hunc locum, quo homo dicitur quasi flos egredi & conteritur [quasi flos enim egreditur, quia nitet in carne; sed conteritur; quia redigitur in putredinem. Quid enim nati sunt homines in mundo nisi quidam flores in campo? Tendamus oculos cordis in hanc latitudinem mundi præsentis: & ecce quasi tot floribus, quot hominibus plenus est. Vita itaque in carne, flos in sæno est. Vnde benè per Psalmistam dicitur; Homo sicut sanum dies eius, & sicut flos agri, ut arebit. Esaias quoque ait; Omnis caro sanum, & omnis gloria eius, sicut flos agri. Homo etenim more floris procedit ex occulto; & subito apparet in publico: qui statim ex puluere, per mortem retrahitur ad occultum. Carnis nos viriditas ostendit, sed ariditas pulueris ab aspectibus retrahit. Quasi flos apparuimus qui non eramus; quasi flos arefcimus qui temporaliter apparebamus.]

Non est quod quemquam temoretur vox feni, in locis à S. Gregorio prolatis adhibita, quasi non congruat cum Rosa. Tamen enim in communi vsu loquendi nostrate, sanum non dicitur de Rosa, tamen neque dicitur de lilio. Et tamen Christus cum de lilijs speciositate locutus esset, feni nomine illud donauit; subiungens sanum agri quod hodie est, & eras in ciliham mittitur. Eodem ergò modo Rosam Scriptura sanum & florem agri sicut lilium vocat florem campi & consallium.

Nam etiam Clemens Alexandrinus b, illa Christi verba ad Rosas atque ad lilia pertinere pronunciat. Quod autem ea Christi verba, si sanum agri quod hodie est, Deus sic vestit. Cornelius non iam ad lilia, de quibus actum fuerat, pertinere putat, sed ad aliam vilem herbam; non coheret cum Christi rationatione, in qua illud sic vestit, iuxta omnes Patres & Interpretes, apertè refertur ad prædicta de lilio, quod proinde indubiè à Christo vocatum est sanum agri. Atque ita eodem modo Rosa sanum dici potuit, in illis scripturis, quas S. Gregorius proferebat, ex Psalme & Esaiæ, caducitatem humanam, siue quoad honores, siue quoad opes, siue quoad corpoream vitam exprimentibus, per florem feni. Vestitus se gloria feni, ipsi quoque Ethnici Principes agnouèrunt. Nam Persarum Reges utebantur veste florida, vt Timæus apud Athenæum testatur, ac etiam Strabo c cuius sunt illa [Vestem æstate purpuream, vel floridam, hyeme autem floridam gestabant.] Meminit item floridæ vestis Apuleius d verbis illis. [Byssina quidem, sed floridè depicta veste conspicuus superstitit.] Hic floridarum vestium vsus à Salomone adhibitus,

vt Pineda e annotauit, & Persarum Regibus receptus, quo pertineret, non est difficile conicere. Spectabat ergo caducitatem Regiæ dignitatis, quæ quasi flos egreditur & conteritur. Ac etiam priusquam esse desierit, emarcuit, vt propterea LXX. locum illum tibi expresserint his verbis; ὁ πτερος ἀνθρώπου ὡς ῥόδον. Quasi flos qui floruit, & cecidit: eo quod scilicet ipsum florere, sit cecidit; & in lucem egredi, sit contritum esse: nec alia sit gloria quæuis humana, quàm feni mox decidui, & ante casum maridi gloria. Ided optimos Interpretes de Rosa mox marcente accipere illud Ieremiæ 48. prænucciantis illam cladem florentissimo principatui Moabitarum, date florem Moab. Sensum quippe esse volunt, porrigite Moab Rosam ex cuius floriditate & celeriter subsequente marcore deducat tumere, agnoscat autem nihil hæc esse stabile & fixum, sed præsertim in statu & vita hominis. Pelagius ad calcem Epistolæ qua Demetriadem implanare verius quàm informare moliebatur, pereleganter hoc admonerat, his præter cætera. [Quam multos memoria nostra retinet in maximis honoribus, ac diuitiis constitutos repente de summo illo potentia fastigio concidisse. & eos qui tumore elati, aliud quiddam quàm homines esse se putabant, exitu tandem suo docuisse nos quid fuerint? Quid enim in hoc mundo stabile? Quid verò firmum est? Quid porro non breue & incertum & casui non seruiens? Quale istud bonum est, quod semper timeas amittere? Quod vel auferendum abs te metuas, vel à te relinquendum scias? Nam & si nullo eripiat casu, vel morte certè perdendum est. Et si vita nostra tendatur per mille annos, & ad extremum illum totius diem ætatis, quotidiana deliciarum voluptate veniamus, quale hoc quæso diu est, quod sine deletur? Aut quis illius voluptatis fructus est, qui statim vt cessauerit, videbitur tibi non fuisse? Age iam transactum vitæ tuæ tempus, animo reuoluc. Nõnne videbitur tibi vmbra quædam fuisse quod transiit, & ad instar fonnij tenuis incertum esse omne quod videtur? Hoc idem & decrepitis senex sentire potest, cui dicere conuenit cum Propheta, Dies mei sicut vmbra declinauerunt, & ego sicut sanum arui. Quod si hæc etiam hic possumus dicere, vbi quamuis breuis, tamen quia præfens est vita ista magni penditur, quid in futuro dicturi sumus, vbi maiori æternitatis scientia, transactum omne pro nihilo est? Agnoscamus vtique quotquot hæc floruerunt & diu floruisse sunt visi, mox contabuisse vt Rosas & marcuisse vt florem feni. Glossa Origenis f est in hanc rem peropportuna. [Vis feni, in videre per singula (inquit) quomodo flos feni sit carnis gloria? Vide quis imperauit ante hos triginta annos? quomodò imperium eius effloruit, continuò autem sicut flos feni emarcuit. Tunc deinde alius post ipsum, deinde alius atque alius; quid deinde Duces ac Principes? Et omnis eorum gloria & honor non solum tanquam flos emarcuit, verum etiam tanquam puluis aridus. & à vento dispersus, nec vestigiū quidem sui reliquit. Alij etiam diuitiis elati, & honoribus tumidi, studentes vel laudabiles haberi per simulatâ bonitatem,

CAP. IV. Rosa caducitatis speculum. e. lib. 6. reb. de Salom. c. 5. num. 4.

a. l. mor. c. 27.

b. l. 1. pædag. c. 10.

c. lib. 15.

d. lib. 11. Met.

Plal. 36.

Theophili Raynaldi Pontificia.

l ii vel

CAP. IV. vel execrabiles per indomitam crudelitatem quorum si quis vana studia existimat emulanda, eat nunc ad cadauerum eorum reliquias, si tamen vel ipse inueniri queant: ( aliquantis enim ne hoc quidem concessum est; ) & tunc inueniet quomodo omnis caro sanum est, & omnis gloria eius ut flos fœni. Exaruit sanum & flos eius decidit. ]

Comparatio est in Scripturis valdè frequens, vt sigillatim annotat Maldonatus a. Et idem significatur, cum homo ferè comparatur herbæ. Ferè enim intelligitur Metonymicè de flore, qui in herba efflorescit. Vnde aliquando simul fœnum, & herba, ac flos dicitur. Quæ pro nihilo habentur (ait Dauid,) eorum anni erunt. Componentur cum rebus vilissimis, illicò marcentibus, & ad nihil vtilibus, ideòque in nullo pretio habitis, cuiusmodi est herba florens, de qua addit. Mane sicut herba transeat, mane floreat & transeat, vespere decidat, induret, & areseat. Optatiuus modus pro coniunctiuo ad exprimentam humilem acceptationem diuinæ voluntatis de ea euanditate rerum nostrarum, vt S. Augustinus b similes Scripturæ phrasés accipiendas admonuit. Igitur res nostræ omnes, iuxta Dauidem, quem D. Hieronymus in hanc rem diffusè æque ac insigniter expendit scribens ad Cyprianum c, quam citissimè vt Rosæ ac flores euandidi, intra mane ac vespere contabescunt, decidunt & areseunt. Cum possent plerique Patres eius interpretationis Autores laudari, vnum duntaxat adducam Nyssenum. Versans ergo propositum Dauidis locum Gregorius Nyssenus d; [ Mutabilitatem (inquit) naturæ nostræ oratione describit, vt Deum magis ad misericordiam commoueat. Manifesto enim exemplo docet quidnam statuere debeamus de naturæ nostræ miseria: Eam nimium nihil aliud esse, quam mane quoddam & vespere, hoc est iuuentutem & senectutem simul & florescentem sub diluculum; sed tamen prætereuntem. Post hæc consumpto quasi vegetioris & viridioris xui rore, plantæque deflorescente, & hora illa vernante & formosa expirante, id quod relinquitur, nihil aliud est quam arefactio & exsiccatio. Sic enim ait; quoniam mane tanquam herba transeat, vespere decidat, induret, & areseat. Hoc videlicet humana natura est. ] En quæ nostra stabilitas; omnes quotquot humanam naturam participamus, flores & fœnum agri, & Rosæ mox deciduæ, sumus. Manè floremus, vespere arescimus. Hoc videlicet, humana natura est. Idipsum in eo apud Esaiam oraculo, Omnis caro fœnum, elegantissimè perpendit S. Ambrosius e, quem defloro: Tractans enim illud, Germinet herba terram virentem. [ Quid (inquit) creaturæ huius atrox miraculum, & sapientiæ operationis argumentum exprimat? In hac enim germinum specie, & in illo virentis herbæ munere, imago est vitæ humanæ, & naturæ conditionisque nostræ insigne quoddam spectatur, & speculum elucet. Illa herba & flos fœni, figura est carnis humanæ, sicut bonus diuinitatis interpres organo inæ vocis expressit, dicens, clama; quid clamabo? Omnis caro fœnum, & omnis gloria hominis ut flos fœni. Aruit fœnum & flos deci-

b ferm. 109. de temp.

c Epist. 39.

d Tract. 1. in Psal. 67.

e 3. Hex. c. 7.

dit: Verbum autem Domini manet in æternum. Dei sententiã, vox humana est. Dicit Deus Clama: sed in ipso Esaiã loquitur. Ille respondit, quid clamabo? Et tanquam quid loqueretur audisset, adiunxit, Omnis caro fœnum. Et verè. Viret enim gloria hominis in carne quasi fœnum, & quæ putatur esse sublimis, exigua quasi herba est, præmatura vt flos, caduca quasi fœnum, germinat vitæ viriditatem in specie, non in fructu soliditatem. Hilarioris vitæ quasi flos prætendens iucunditatem, breuiori spatio occasura sicut herba fœni, quod priusquam euellatur arefeit. Quæ enim firmitudo in carne, quæ salubritas potest esse diuturna? Hodie videas adolescentem validum, pubescentis ætatis viriditate florentem, grata specie, suauis colore. Crastina die tibifaciem & ora mutatus occurrit, & pridè tibi lautissimus decoro, formæ vilis est gratia; alio die miserandus apparet, ægitudinis alicuius infirmitate resolutus. Pleròque aut labor-frangit, aut inopia marceat; aut cruditas vexat, aut vina corrumpunt, aut senectus debilitat, aut euiratos deliciæ reddunt, luxuria decolorat. Nonne verum est, quia aruit fœnum & flos decidit? ] Eadem consequenter elegantissimè transfert ad florulentam, mox verò rarescentem, diuitiarum, bonorum, ac gloriæ speciem. Nos hîc ex eo non plura, quia ipsius hominis, non adiunctorum eius, cito marcoti insistimus.

Omnes mortales, vt Rosæ florent, mox arecentes.

Perspiciuum ex dictis est, non fuisse peculiare Leoni XI. vt cum Rosam haberet in tessera, lemna huiusmodi adiunctum præferret, sic florui. Verus sui vates, quippe qui mox ab euectione in dignitatem fastigium, defecit. Non igitur de eo solum, sed de omnibus plane mortalibus dicere licuit, ac licebit, quod sicut Rosæ floruerint. Nuperi Poëtæ f, vera est contestatio.

Eccæ Rosis similes homines, quas tempore verno, Vna dies nasci vidit, & omamori. Aurora Rosâ florens, heu! vespere sero Non Rosa querenti, sed rubus asper erit. Vt Rosa mane viget, tamen & mox vespere languet. Sic modo qui sumus, cras leuis umbra sumus.

Etiamne cras? Cui verò hodiernus dies certus est? Dixisset aptius ac verius. Mox leuis umbra sumus. Tanta quippè est hominis fragilitas, vt quod Seneca g Marciam admonebat, [ Non sit magna tempestate opus, vt dissipetur. Vbicunque arietauerit, soluitur, neque vt concidat, res magni molimenti est. Odor illi sapòrque, & lassitudo, & vigilia, & humor, & cibus, & sine quibus viuere non potest, mortifera sunt. Quocumque se mouet, infirmitatis suæ statim conscium; non omne cœlum ferens, aquarum nouitatibus, statumque non familiaris auræ, & tenuissimis causis atque offensionibus morbidum, putre, cassum. ] Nec

f Camer.

g c. 11. conab.

notat. 40.

Nec id intra longam moram, sed sapè vna cademque dies, quem incolument viderat, mortuum extulit. Itaque Nazianzenus a ætendam meritò pronunciabat, vocem illam Coruinam, quam Diaboli esse ait, expectandi crastinum, cum in assiduis præsentis ruinæ discriminibus versetur. [ Quot enim quàmque inopinati rerum casus! Vel bellum oppreslerit, vel terræ motus obtuerit, vel mare exceperit, vel bellua rapuerit, vel morbus extinxerit, vel mica panis transuersè per fauces currens; res vtilissima, ( quid enim hominis interitu facilius, quantumvis ob diuinam imaginem gloriæ; ) vel immodica crapula, vel ventus in præceps agens, vel equus lesto-rem secum abripiens, vel pharmacum de industria ad insidias comparatum, forsalsè etiam pro salutaris pestiferum inuentum, vel inhumanus Iudex, vel inexorabilis Carnifex, vel denique quippiam eorum quæ celerem mortem, atque omni ope & auxilio validiorem efficiunt; ] Plerumque verò adeò subitam, vt non sit crastina luci expectandæ locus, etiam si eadem ipsa die homo vernans & florens apparuerit, veluti Rosa manè florens, vespere decidua & arecens.

Defluxus hominis, Græco Rosæ nomine expressus.

Et quando Rosæ notatio Græcica à fluxu est, vt supra ex Plutarcho & Clemente Alexandrino dicebamus, eaque est germana causa caducitatis & citi marcentis in Rosâ; nihil facilius quàm eundem fluxum in homine deprehendere, cum tam iuge sit, perpetuamque corporis humani defluuium; vt idcirco à Græcis ῥέω, à fluxu sit denominatum. Po-est autem duplex in nobis defluxus notari: Vnus quo per partes & sensum sine sensu defluimus, velut aquæ fontis ac fluuij, quæ perpetuè dilabuntur, & substitutis aliis aquis eundem externa specie fluuium exhibent; quamuis reipsa semper fiat alius. Comparatio est Origenis referente S. Methodio in Aglaophonte Dialogo, quem exscripsit S. Epiphanius b. [ Omne corpus (inquit) quod à natura continetur, quæ forinsecus aliqua disponit ac succenturiat, instar alimenti in ipsum, & pro ingestis alia secernit: (velut sunt plantarum & animalium corpora); nunquam idem habet materiale subiectum: quapropter non malè fluuius ῥέω, appellatum est corpus, eo quod iuxta exactam considerationem, neque per biduum primum subiectum est in corpore nostro. ] Similitudine vtris, in quem tantum ex parte vna immittatur quantum ex altera effluit; vnde semper plenus & externa specie idem, reipsa semper alius & alius est, eundem defluxum nostrum, & perpetuum in alios transitum, expressit idem Origenes tractans illud Psalmi 65. transfuimus per ignem & aquam c. Similiter ergò, corpus idem manens secundum formam externam, siue figuram parit quantitati appositam, perpetuè variatur, ob actionem caloris interni dissipantis humidum. Idque volebat Aristoteles d, cum adhibita Theophrasti Raynaldi Pontificia.

a V. Sixtum 1. 5. Bibli. annot. 148.

d 1. de gener. cap. 5.

aque fluentis similitudine, ait, viuens augetur, accedente aliquo secundum formam, non secundum materiam; quamuis in decrecione secus accidat: qui locus multos frustra diuexat, cum verus & vnicus sensus sit, quem dixi, & exponens nutritionem latè firmam; posteaque ab Aresio e quoque traditum deprehendi. Bellè autem inde aluitur noster perpetuus defluxus quoad corpus; quippè quod cum fluuiò assidue dilabente conferatur. Fusè de ea Analogia Lælius Bisciola f. Præter hunc defluxum nostrum non nisi partialem, ratione cuius non nisi æquiualemter idem perstamus; datur alius noster defluxus totalis, per fluuij nostri siccationem, cui confertur hominis è vita transitus per mortem; Iobi 14. verbis illis. Homo cum mortuus fuerit, & nudatus, atque consumptus, ubi quæso est? Quomodo si recedant aqua de mari, & fluuius vacuifatus areseat: sic homo cum dormierit, non resurget, donec auertatur cœlum. Penes vtrumque propositum fluxum iure subit admiratio quemcunque attentius considerantem tantam hominis caducitatem; ita vt meritò ipse quoque, sicut ῥέω ob iugem defluxum, ita & ῥέω possit denominari, aut voce Palæstinorum Zif, iuxta Origenem g qui expendens euocationem Regis Zif, contra Iosue, & populum Dei, ait. [ Zif, interpretatur quomodo fluit, velur admiranti sermone: quia & reuerà mirandum est, quomodo fluunt omnia, quæ sunt huius mundi carnalia; & quomodo fluxa sunt & caduca quæ apud infideles homines, permanentia deputantur, & perpetua. Qui autem rerum considerat rationem, & vitæ huius quæ putantur bona contuetur, quomodo semper mutantur & transeant, iste dicit, quomodo fluit? ] Et quia apex bonorum nostratum est ipsa vita, & substantia nostra corporea, habet maximè locum circa eam, verè vaporem iugiterque dilabentem illa admiratio, quomodo fluit? Quàm rectè cum fluuiò, quàm appositè cum Rosâ, à iugi defluxu denominata, moxque marcente confertur.

Mors defluens apud Syracidem, quæ.

Hic est defluxus mortalitatis vitæ nostræ, perpetuus ac iugis, de quo S. Gregorius h accipit illud, & fluuius subuertit fundamentum eorum. A Syracide i vocatur, mors defluens. Ait enim, se precatum esse pro morte defluente, cum precaretur pro vitæ conseruatione, quod Ianfenius de transitu ac defluxu mortis accipit, ita vt quemadmodum Christus orant, vt transiret ab ipso calix passionis & mortis, ita Syracides poposcerit defluere à se mortem, siue procul fieri, & vitam conseruari. Nec aliter eum locum interpretatur Pineda l. Menochius accipit de morte instar fluminis omnes secum conuolucnte. Non tamen mihi videor inferre violentiam verbis Syracidæ; si dixerò, precationem eius pro morte defluente, ( Græcè ῥέω ῥέω, ) speculè vitam perpetuo defluxu dilabentem. Nam omnes, etiam dum videmur viuere, morimur; & sicut aquæ dilabimur in terram quæ non reuertuntur, quæ fuit mulieris

CAP. IV. Rosa caducitatis speculum.

e 1. r. de gen. 9. 33. 5. 3.

f c. 1. l. 13. c. 2.

g homil. 14. in Iosue.

h 2. 1. mor. cap. 7. V. etiam 15. mor. c. 1. & 2. ic. 51. Eccl. 55.

i in c. 22. Iobi V. 16. n. 3.

**CAP. IV.** Thecunitis sapientia claræ, comparatio 2. reg. 14. Nec absurdè vita præfens, mors appellatur, cum sit iugis in mortem prolapsio, & plenæ mortis tandem subsecuturæ præludium. Cui verò ignotum illud protritum? Hæc vita, mors est potius dicenda, quam vita, iuxta S. Gregorium a. Itaque Siracides orabat pro morte defluente, id est pro vita assidue dilabente: Ita ut non tantum quotidie moriamur, ut de suo in quotidiana mortis discrimina incursum aiebat Apollonius, sed etiam continenter & absque intermissione. [ Ex quo enim homo incipit esse in hoc corpore, in morte est. Quid enim aliud, diebus, horis, momentisque singulis agitur, donec ea consumpta, mors quæ agebatur, impleatur, & incipiat iam tempus esse post mortem, quod cum vita detraheretur, erat in morte? ] Ratiocinatio est S. Augustini b. Et adscribitur Prosper c, qui vitæ nostræ exordia & crementa, esse pariter mortis initia & progressionem confirmat.

Itaque minus plenè S. Basilii, cum exponeret qua ratione cælum dicatur terra viventium, hæc verò terra appelletur morientium regio, per ætates dumtaxat, hominis defluxum, & non vnam mortem assignat, dicens. [ Mundus hic & mortalis est ipse, & morientium regio. Quoniam enim visibilibus substantia composita est; omne verò compositum dissolui est aptum, nos qui in mundo sumus, cum simus partes mundi, necessariò efficiamur confortes naturæ vniuersi. Idcirco defricquàm anima per mortem à corpore separaretur, morimur sæpè, homines. Id dictum, ut ne paradoxum tibi videatur, nimirum præter omnium opinionem. Considera parumper rei veritatem. In tribus enim annorum hebdomadis, tres ætatis ac vitæ alterationes permutationisque, natus est sustinere homo, & per singulas annorum hebdomadas, propriis quilibet terminis præterita circumscribit, ac conspicuam præbet mutationem. Puelli ætas, dentium abiectione primam explet hebdomadam. Pueri qui deinceps ad excipiendas disciplinas accommodatur, præcisus terminus extenditur ad pubertatem. Ephebi verò siue puberis ætas, ad annum usque primum & vigesimum se porrigit. Cæperit & vestire genas lanugine prima & adornare eas, ætas ea in nihilum abit, clam Adolescentem in virum transeunte. Si quando igitur videris virum iam quidem posuisse ac finisse accessionem crescendi iuxta ætatem, iamque maturitate ratiocinationum esse confirmatum, ac ne vllum quidem vestigium adolescentiæ præ se ferentem, nunquid non in ipso iam reputabis, præterita iam omnia, morte esse prærepta; Senex rursus in aliam formam & animi affectum permutatione adoptatus, alius sine dubio à primis ætatibus apparet. Ex quo vita hominum per multas mortes confluunt expleri ]

Hæc tamen verè à S. Basilio dicta sunt, non tamen satis plenè: quandoquidem defluxus & mors hominis, non est tantum per singulas ætates, sed sit assidue atque perpetua. Et quamuis iste est omnium rerum sublativum vniuersalis naeus, tamen singulariter hominem deturpat. Ex quo optimè in hunc modum ratiocinatur Petrus Cellensis c. [ Variis rerum

a hom. 37. in Euang.

b l. 13. de Civitate. c. 10. c. 1. de voc. gen. c. 8. ]

d in Psal. 114. in fine.

e Epist. 31.

curfus, sæculorum volubilitati irremediabiliter innexus, nihil stabile, nihil æternum sibi inesse, euidenti ratione probat. Currit, fluit fugit, labitur, & evanescit quidquid vnquam, habere potest mundanus vsus. Præcurrit defectus satietatem, præterfluit adeptio appetitum, effugit instantiam desiderij fumus gloriæ, elabitur vntenti imago felicitatis, evanescit à viucentibus vita: quia dum adhuc orditur, succidit me. Summa itaque dementia est, currere post defectum, appetere non apprehensibile, instare fumo, uti imagine pro veritate, velle diu ea vita viuere, qua iuxta Gregorium vitæ æternæ comparata, mors est potius dicenda, quàm vita. ] Nimirum viuendo morimur, ut egregiè monent D. Augustinus f, D. Hieronymus g, ac D. Prosper h qualis assiduus in mortem delapsus, iure nobis tributo suuuij, & Rosa Græco nomine, defluxum continuum sonante, insinuat.

Obsignet hoc punctum, nuperus Poëta à Dornauio adductus, sic scribens in rem præsentem.

*Humana nobis simulachrum fæble vite,  
Dat, brevis in medijs sensibus or-  
ta Rosa.  
Quæ cum videntem calycis iam pandit  
honorem  
Primulæ, & explicito flore comante, nitet;  
Vt non se prodiit fragilem; reliquisque præ-  
dorem  
Fulgore, ut plantis, luxuriante facit?  
At mox talia Noctis, postio capite elan-  
guescit:  
Et vix, heu! lapsi signa decoris habet.  
Sic miserè in medijs curis nascuntur ho-  
mulli.  
Summula queis vite, tantula que so daturè  
Ab brevis, atque cadem cum nobis opti-  
ma visæ est,  
Dulcacido nunquàm non tamen illa madet  
Ergo qui sapit, is dubie fiet tempora vite  
Ducat; spem ut longam, ne inchoet illa  
nimis.*

f 13. Ciuit. cap. 10. g in Epitaphio Nepotiani. h l. 1. de voc. gen. c. 8.

*Nostrates voluptates omnes, Rose, spinosa  
florulentia notabiles.*

Sufficienter monstrasse videor, quod recesseram de hominis & rosæ Analogia, penes florulentam spinositatem & caducitatem: Nec erit difficile de nostris hic quibusvis voluptatibus, idem ostendere. Magna enim prorsus, magna est rosæ ac voluptatis affinitas, ut non abs re (quod, ex variis illustratum ac firmatum est ab Angelo Politiano c. 11. Miscellaneorum) Ethnici, rosam fecerint sacram Veneri, voluptuariæ Deæ, & eius infaustæ proli, Cupidini; quem rosa facie præfert, ut est à Philostrato annotatum. recens quippè & iuuenis, ac blanda in rosæto apparet; aurea hæc quoque capillagine, spinis pro telis iaculisque armata, fulgore pro facibus prælustris. En Analogicum cupidinem. Vndeunque sanè rosa præfert voluptatem, quam & aspectu ciet, & odore permouet, & gustu quoque exci-  
tat, non vno modo. Luxum regium captatibus, puluini

a in Pauli E- genitæ vita.

b l. 1. c. 6. Miles.

d in Com. e l. 9. var. hist. cap. 24. fl. 2. de ira cap. 25.

g l. 3. mag. p. 1. q. 3. section. 2. h l. 1. singul. l. 3. c. 9. & 10. & l. 2. l. 4. c. 6

i l. 4. Fast.

l Claud. l. 1. de capiti Pro- ter.

Rosæ tamen sine disrupto contextis, ad excitandam nefariæ voluptatis appetentiam, non videtur contendendum. Patet satis superque, de voluptatis ac Rosæ affinitate, de voluptatiorum quoque sententia.

Monstrandum superest duo illa penes quæ Rosam cum homine composuimus, spinositatem inquam, & citam caducitatem, in voluptates quascunque nostrates cadere. Volebat duo hæc in voluptatibus, ex Rosa agnosci S. Basilii m sic admonens. [ Si florulenta prava iucundissimum tibi præbent spectaculum, tanto hoc gratius velim animo imaginari. Rosa hæc spinis est coniuncta, externa gratia mollestiam obtegens, & tantum non aperta nos voce contestans & dicens; quæ iucunda vobis sunt, o homines; tristibus permixta sunt. Nam verè in humanis bonis ita comparatum est, ut nullum eorum sincerum sit; sed confestim lætitiæ, & hilaritati, conglutinetur mœstitia, coniugio viduitas, puerorum educationi cura & sollicitudo; fecunditati abortus; vitæ splendori, ignominia, prosperis successibus dispensia; delitiis, satietas, sanitati, infirmitas. Florida quidem est Rosa, sed mihi tristitiam infligit. Nam quotiescunque florem hunc videro, peccati mei admonet, propter quod terra ut spinas ac tribulos proferret, condemnata est. Et hic quidem, transitoria ac brevis momenti, vernorum florum gratia, adhuc desiderantes destituit. Nondum enim ab illorum collectione domum reuersi sumus, & ecce in ipsis adhuc manibus nostris constituti, marcescunt. ] Perbellè vtrumque illum Rosæ nauum, spinositatem & citam marcorem; adumbrare voluptatum corporearum dulcem (ut putatur) sensum, sed aculeatum, & momento evanescentem, demonstrat. Ut autem liquidius tanti momenti veritas perspicatur, attingamus vtramque analogiæ illius partem, sigillatim.

CAP. IV. Rosa caducitatis speculum.

m hom. de Pat.

n cap. 5.

o Psal. 71.

p ad v. 30.

*Voluptatum quarumuis nostratum  
Spinæ.*

Spinofitas voluptatis cuiusvis nostratis, Rosæ elegantiam aculeis obseptam referens eiusmodi est, ut apud Iobum n, qui voluptati se addicant, dolores seminare dicantur ac merere, & affinis est metaphora, qua Psaltes o ait, concipi dolorem, è quo conceptu parturitur iniquitas: id est indebitæ voluptatis captatio. Non patitur autem nisi quod conceptum erat, ut ibi D. Augustinus philosophatur. Itaque quandoquidem conceptus erat dolor, cum fundi per partum necesse est. Quomoddò igitur coherent voluptatis perceptio in lætitiâ, si ipse eius sensus est dolor? Omnino hæc ex parte verum est, non modò voluptates additorum virtuti, (ut optimè philosophatur Hierocles explanans Pythagoræ carmina p, esse putiores & nobiliores, quippè comites actus honesti, qui non est radix amaritudinis, quo nomine inhonestatem donat Scriptura: ) sed quod multò plus est, solas esse voluptates, cum eæ quæ passim voluptates dicuntur, ne ipsum quidem nomen suum tueantur præ aculeis, quibus vndeunque ob-

Cap. IV. *Rosa cadu-*  
*citatis spe-*  
*culum.*  
a Tract. de  
sac. Matrim.  
cap. 7.

sepiuntur. In quam rem egregiè differit Gulielmus Paris. a confirmans corpoream voluptatem nec veram, nec veri nominis esse voluptatem, sed somniam tantum: propter quod & *delectamentum somnij* vocata est. Sapient. 7. Quemadmodum autem mulieribus grauidis carbones & cineres suauiter sapiunt interdum; & propter eos naturalibus cibis, naturaliterque lapidis & delectabilibus præferunt quæ auidiſſimè appetunt, & ipse error virtutis appetitiuæ, siue corruptio palati corporis, mentitur eis delectationem gustabilem, & quodammodò eas gustare facit illam: sic corruptio palati interioris & spiritalis, hoc est palati cordis, mentitur nobis suauitatem esse seu voluptatem, quod reuera non est suauitas vel voluptas. Sic & scabioso, ipsa scabies & prurigo scabiei, mentitur suauitatem esse in scalptione, & in cutis suæ laceratione; cum reuera non sit ibi veri nominis voluptas. Non vult Gulielmus, deesse voluptati populariter dictæ, verum sensibilem affectum delectationis: hoc enim dici non potest, quia repugnat sensui, & experimento plus nimis testato, sensus ergò Gulielmi est, illum sensitiuæ potentiæ dulcem affectum, quo tangitur qui voluptate illa mulcetur, non esse qualem vana cogitatio insipientium sibi fingit. Scitè hoc expressit Fulgentius Mythologus ex fabula de Achille apud Lycomedem nutrito. Lycomedes enim libidinis symbolum, Græcè dicitur quia *λυκοφρονειν*, id est *dulce nihilum*. [Omnis enim libido, & dulcis, & nihil est.] ait Fulgentius. b

b l. 3. c. de Peleo & Theſide.

Quod si voluptas comiteretur opus licitum, nec ex vilo adiuncto contrahat malitiam moralem eius fructio, (quod rarum est) habeat sanè utramque voluptatis notionem: tamen quia est voluptas affectans operationem vilem hominique cum brutis communem, ipsa quoque valdè vileſcit, & præ comparatione ad liquidas, sincerâque animæ voluptates ex obiectis spiritalibus, indigna est, quæ nomine *Voluptatis* donetur. Si autem voluptas sensibilis exurgat ex opere illicito, multò magis indigna est quæ nomine voluptatis insigniatur, cum propter rationem propositam quæ hinc quoque vrget, tam propter subiunctum huic quocumque sensibili dulcedini, aculeum pœnitentiæ, qui cordi infixus dilinet omnem sensum captatæ ex obiecto sensibili iucunditatis. Accedunt mala voluptatem hanc illicite captatam affectantia, quæ paucis perstringens Iſidorus Pelusiota c ait [ vt de sumptibus & probro atque infamia nihil dicam, si funesta bella, & plagas ex quibus plerumque pericula & mortes oriuntur minime parit; voluptas sanè appelletur. Si autem & dedecoris, & inexpiablem periculorum, & mortium, & reprehensionum ac sexcentorum aliorum malorum radix est, haud scio an hanc voluptatem nominare oporteat, quæ tot dolorum & acerbitatum causa est; atque à ramis suis opprimitur ac deletur. ] Pergit ostendere, neque ante vsum fœdæ voluptatis, neque in ipso eius vſu, neque post eum esse quod reuera nomen *voluptatis* mereatur. Id verò potentissimè vrget S. Chrysoſtomus. Quod si neque ante actionem cui voluptas

c l. 1. s. Epiſt. 140.

corporea esset conferenda, neque in eius actionis exercitio, neque post eam elicium, est voluptas; apparet, mendaciter statui veri nominis voluptatem: quia quod nunquam est, esse dici non potest.

Tempero pluribus in argumento mihi diffusè alibi d, nec indiligenter pertractato, cum exilitatem boni demonstrarem, quo voluptas corporea conueſtitur; & aduersus Epicurum conficerem, longè abesse voluptatem à prærogatiuis summi boni. Ibi enim prolatis sacris & humanis testimoniis ostensum est, voluptatem corpoream habere subiunctam inoleſtiam, imò adiunctam, quæ (vt Seneca e loquitur,) non sit sub ista pœnitentiæ posita; & quod præter cætera probra eius, annotat Athenæus f, quæ dolores & aculeos, captatæ dulcedinis, triste, amarumque temperamentum imò exterminium, non inſigat. Id quod etiam D. Hieronymus g, breuiter sed optimè attigit. Et inter adſcriptas sancto viro Lucubrations b, Valerius agens cum Rufino; monensque in hanc rem præter cætera, non esse Rosarium, quod non aliquo turbine, sua purpura spoliatur.

d in Morali  
dist. 1. q. 3.  
art. 4. n. 85.  
& 86.

e Epist. 27.

f l. 12. in iſis.

g Epist. 11.  
h l. 9. Ep. 49

*Citus marcor florulentia nostratum  
quarumuis voluptatum.*

Hoc est alterum, quod ad Rosæ, & ad voluptatum quarumuis corporearum analogiam, illustrandum receperam; nempe caducitas & citus earum marcor. Nam turbo nascentes Rosas decutiens improuisus exurgit, & speciositatem floris tanto naturæ studio elaboratam, oculorum illecebram, narium gaudium, momento dissipat. Condicio hæc est voluptatis corporeæ, quam minimus restatus euertit, quia non est bonum solidum, & fundamento firmo subnixum. Seneca in hanc rem copiosus est, cum alibi sæpè, tum monstrans quænam & vbinam sit beata vita i, suè summi boni fructio; quam procul collocat à voluptate; quia [ summum bonum immortale est, nescit exire, nec satietatem habet, nec pœnitentiam. Numquam enim recta mens vertitur, nec sibi odio est, nec quicquam mutauit optima. At voluptas, tunc cum maximè delectat, extinguitur: nec multum loci habet: Itaque citò implet, & tædio est, & post primum impetum marcet. Nec id vnquam certum est, cuius in motu natura est: Ita ne potest quidem vlla eius esse substantia, quod venit transitque celerrimè, in ipso vſu sui periturum. Ed enim peruenit, vbi definit; & dum incipit, spectat ad finem. ]

i cap. 7.

Dixit explicatè, quod Poëtæ sub inuoluto tradidèrunt. Rosam enim Gratiis sacram fecèrunt. Hoc Pausanias l ad Rosæ elegantiam refert, quæ tanta est, vt aurora ipsa, quia pulchra & elegans Rosæa dicatur, & Rosæa manu decorata pœnitentiæ, vt Anacreon dixit in mellitissimo de Rosa carmine, vbi etiam *Deus Gratiarum*, Rosam nominat. Et sanè effigies trium gratiarum, quarum in Elide, & Romæ in foro templum fuit, ita exhibebatur,

l lib. 6.

a Bap. Porta  
lib. 9. Villæ.  
cap. 5.

b l. 2. mythol.  
s. Venus.

c in Morali  
dist. 1. à n. 84.

vt vultus, manus, & pedes è candido marmore conficerentur, vestimenta autem essent aurea. Earum vna sola, rosam tenebat, mediam terram ramum myrti, quæ æquè ac Rosa Veneti sacra erat. Significabant porò (vt tradè philosophati sunt recentiores a) quemadmodum Rosa breui tempore durat; ocyùs floret, ocyùs marcescit, sic & formam pulchritudinèque externam, Gratiarum nomine sacram, & voluptatem, citò perire; nec querendam esse stabilitatem aut consistentiam in rebus aded euanidis. Fulgentius ( non ille Ruspensis, vt aliqui sunt commenti, sed Placides, vel Furius Publius Fulgentius b, ) de Venere in *similitudinem* ( vt ait, ) *voluptatis vite posita*, sic habet præter cætera in Mythologicis, [ Veneri Rosas in tutelam adiiungunt. Rosæ enim & rubent, & pungunt, vt etiam libido. Rubet verecundiæ opprobriis; pungit etiam peccati aculeo. Et sicut Rosa, delectat quidem, sed celeri motu temporis tollitur; ita & libido, liber momentaliter, & figit perenniter. ] Complexus est egregiè & anteriorem, & hunc in quo versamur voluptatis cuiusvis nostratis nauum. Ex Partibus nonnulla in hanc rem corrogauit, tractans sit ne in voluptate summum bonum e, quæ iterare hoc loco non vacat.

*Sigillatim gula voluptas spinosa.*

Hæc si de omni planè corporea voluptate, dicuntur ad veritatem, habent profectò singulari ratione locum in voluptate quæ per gulam percipitur. Est enim valdè spinosa & breuis. Non reperam spinositatem eius, ex eo quod ipsa est quæ terra propter eam maledictæ, spinas & tribulos intulit: Vnde familiare est Partibus, icenij panegyricos contexere, allegata dolorum vbertate, quàm volatum ab Adamo abstinentiæ indicæ studium, inuexit. Videbis Bassilium duplici de ieiunio homilia, Ambrosium in tractatione de Flia ac ieiunio, Chrysoſtomum binis de ieiunio homiliis, Tertullianum Psychicis ( id est Catholicis, ) insectum, creditum Cyprianum de Christi ieiunio differentem, & passim alios. Vix enim est qui ieiunij præconia aggressus, labores nostros, & terræ spinas germinantis maledictionem, non aduocet in disputationem. Eodem recidit, quod Theodorus Studita sub alio schemate proponit, adhortans ad Quadragesimalis ieiunij exactam obseruationem. [ Et ieiunantibus veterator imminet serpens. Sanè aspectu pulcher atque iucundus erat, qui me interfecit fructus. Audimus dicentem. Ac videtis mihi, vt pulchrum nominet, non natura, sed aspectu. Etenim quasi quis floridum rubro cortice tenens punicum, meram putredinem deprehendat; ad eundem modum voluptas quoque dulcedinem singens inauditam, illicet felle amarior tractata reperitur, præque omni ancipiti mucrone animum lancinans captum. Id aded passus est prædecessor Adamus, ab serpente inſectus, qui simul interdictum attigit cibum, mortem inuenit pro vita, indèque cuncti exindè hætenus sunt experti quos in

fraudem impulit Draco. Scilicet quemadmodum tenebrosus ipse, in Angelum se lucidum diffingit; ita sanè & malum bono, amarum dulci: cæcum splendido, fœdum venusto, mortiferum vitali commutare & conuertere nouit, atque hinc sceleratus minimè cessat mundum assidue deludere. ] En quid species illa & venustas apprensus pomi noxialis mundo intulerit. En sub alio schemate spinas è Rosa & ex tantilla, gulæ illecebrosæ dulcedine amaritudinem supra quoduis abstinthium.

Verùm hæc aded protrita ac recantata, & diu nos antegressa, non repero: cum abundemus quotidianis imò iugibus experimentis, quibus doceamur quantum dolorum origo sit gula: quandoquidem omnes curæ torquentes corda, & omnes labores quos exantlant, ferè ad vitæ tutelam esculentorum & potulentorum procuracione referuntur: vt propterea sicut Poëtæ d Naues quibus Paris

d Iliad. V.

Helenam abducens vsus est, & *deprendens* tantquam dolorum & malorum officinas dixerit, sic Nazianzenus ventrem eodem nomine insigniat e. Scitè verò hinc argumentatus Gregorius Nyſſenus f, attingens illud Psalmi quarti, *de disti latitiam in corde meo*, ait sapienter Dauidem seposuisse obiecta gulæ; fructum frumenti vini & olei, à multis caprata, & à sui cordis lætitiæ seunxisse. [ Corpoream hanc

e orat. 16.  
f Tract. 1. in titul. Psal. 44.

& vitæ huius oblectationem; cum dicit iis qui præsentia tantum intuentur, ventrem rectè diiudicandi regulam esse. Frumentum enim & vinum, his talibus multiplicari ait, ex parte omnes iucunditates, quæ ad ventrem & epulas spectant, complexus, quæ initia sunt omnis occupationis circa materiam istam corpoream versantis, in quibus studium & operam ponere, nihil penitus emolumenti affert. Non enim est fructio illius & voluptatis quæ momento temporis fit, in hominum natura penè, vt delectationem illam asseruare & recondere possint; quam omni ope comparare conantur: sed instar fallacium Phantasmatum cum teneri à voluptatum amatoribus creditur, de repente euanescit, & in nihilum recidit. Huius autem vani spectri vnicum vestigium relinquunt post recessionem, pudor; alta & indelebili eis impressa nota, per quæ transit; possibile vt sit venatorum more & arte ex ipsis vestigiis, ferè naturam cognoscere. Etenim illi quando fera manifesta non est, ex vestigio eam cognoscunt. Si igitur Aper, aut Leo propriis vestigiis agnoscitur, consequens est vt & voluptatis natura, in impresso à se vestigio eluceſcat. Atqui vestigium eius pudor est. Ergo & ipsa quæ imprimit animo huiusmodi notam, vel ipsemet pudor fuerit, vel certè causa effectrix pudoris. ]

Tertiora etiam gulæ effrenis ac luxus vestigia, è quibus deprehendi facillè possit, quam furua & terra sit, quàmque refracta admittis iniucunditatis inde captata voluptas, signat Iſidorus Pelusiota g sic differens. [ Vt interina pœnam delictis & lasciuie impendentem, missam faciam, quam per diuitem illum, & eum quisfordidis vestibus amictus erat, miserandis ac tragicis admodum verbis sacrosanctum Euangelium exaggerauit, hoc aio, si Luxus non sexcentos molestos atque ad curandum

g l. 2. Ep. 240.



CAP. IV. Rosa caducitatis speculum.

randum difficiles, imò plane incurabiles morbos parit, quo minus luxu appellatur, non recuso. Si autem & pedum & capitis dolores, & vomitus, & apoplexias, & paralyfes, alioque huiusmodi morbos accersit, à quibus ipse quoque obtunditur & obsecratur, vel ut rectius loquar profus deletur; piget certe eum appellare luxum, qui tot ac tantorum malorum parens atque altor est. Nam quod nec simul quidem cum cibus in alium delabi possit, verum in ipso statim gutture extinguitur, quodque is qui Luxui studet, ne voluptatis quidem sensum percipiat præ ciborum videlicet continuatione delusus, præmittam; non quod ea parum virium habeant, sed quod crassiores, atque obtusiori animo præditos homines, haud admodum perstringere queant.]

Hæc quisquis vel perfunctoriè perspexerit, habebit vndè agnoscat escas omnes, expetitas ultra necessitatis metrum, quod tenere est difficillimum; imò etiam cum ea moderatione acceptas, (nam sic quoque fiunt morborum fontes, vt ex variis firmam exponens abstinentiæ decora a,) consimillimas videri posse cibo illi Regio, cuius mentio est apud Plutarchum b; referentem, Regi Persarum cum inaugurabatur, præberi à sacerdotibus solitum panem, ex ficibus & multa terebintho confectum: & propinatum ei esse calicem, lacte & copioso aceto committis refertum: quo cibo & potu significabant, maiores ac plures esse in Principatu aculeos curarum, quàm esset dulcedinis ex potestate in alios poticendum. Estque id longè verissimum & testatissimum, in captatione huius voluptatis per exquisitam epularum lautitiam: siue ob apparatus nimis affectatam, quàm graphicè exhibet S. Nilus c; siue ob varietatem & raritatem, pompæ plerunq; seruientem, nec minus superbiam pascentem quàm saginantem ventris voracitatem, de qua superbia Philo d, & alij adducti in tractatione de abstinentia, eiusque oppositis e. In quibus omnibus gulæ illecebri apparandis tantum est laboris, vt magnus rei voluptariæ Magister Epicurus, Hieronymo aduersus Iovinianum referente, peractus fastidij quod luxu infertur, oleribus & pomis impletis omnia.

Rupertus, in Gula voluptatibus alias spinas apprehendit, in scripturis sacris insinuat. Tractans enim illud Nahum 1. Sicut spina se inuicem complectuntur, sic conuiuium eorum pariter potantium; miratur comparationis insolentiam; quid enim spinis se complectentibus cum conuiuio pariter potantium? Concludit autem, spinas dici quæ lacerant & eruant attritantes, & intra quas iactum semen cœlestis suffocatur. Hoc autem monet admodum frequens esse inter indulgendum gulæ voluptatibus in conuiuio, vbi incalcescentibus cibo ac mero conuiuio, laceratur fama innociorum. Abundantiùs enim effusa loquacitate, proclius est in ea vitia verè spinosa delabi etiam vsque ad cruetationem iusti, & sanguinis innoxij effusionem, mutuo se ad flagitium incenditibus potatoribus. Quod Rupertus monstrat ex Herode & conuictio-

a l. 6. de vit. num. 93.

b in Attaxer.

c in Narrat. de Sinaitis n. 16.

d l. de vita contemp. p. 2. l. c. de vit. au. 93.

ribus spinis, (vt ait,) Ioannem lacerantibus & transigentibus in conuiuio; nec non ex iis qui bibentes vinum pallebant in Christum, vt habetur ex Psalm. 68. Non item omisit conuiuium Balthasaris impietatis redundans, & comessationes in templo sub Anthiochi tyrannide. Vtinam verò nullæ tales spinæ, voluptatibus gulæ deinceps fuissent adiunctæ, ac nunc etiam adiungerentur.

Gula voluptatum, celer defluxus.

Proposueram de gulæ difficultatibus præmittendam disputationem, subiunctorus de breuitate: vt ex vtroque capite hæc voluptas respondeat Rosæ, quod vniuersè circa voluptates quascunq; corporeas, est obseruatum. Video tamen nihil necesse esse, circa hanc voluptatem, seorsim agere de eius caducitate: quod & inter exponendam spinositatem, tacta sit cum Nysseno. & vel silentibus omnibus Doctoribus perspicuum sit, gulæ voluptatem decursu perbreuis spatij terminari. S. Chrysostomus f hinc depreciabat comedendi voluptatem; & ieiunium cõmendabat, dicens; [Quæ ante ieiunium comedimus, nobiscum non manent; quæ in ieiunio non comedimus, manent nobiscum. Quid ergò in his quæ non manent aded occupamur? Quæuis voluptas ciborum, non diutius durat quàm quousque absorbeat. Vt transferint organum gustûs, sunt quasi non fuerint: ieiunium verò non languescit; neque enim per ventrem ad stercora transit: nam immortalitatis est conciliator, cum Angelis conuictus est, nam pro virili Angelorum imitatio est. Insuauiter agis quod sobrius es, quod alienis carnibus non grauaris, quod recta est ratio, quod pura caro, quod floret mens, quod cum gaudio scripturas audis, quod non dicenda taces, quod non es homo, sed femè Angelus? quia femè Angelus est ieiunans, & agens festum Domini.] Nimirum quia Angeli perbreuis illius voluptatis quæ è cibo corporeo decurgente breuem corporis partem percipitur, expertes sunt; & vt aiebat ad Tobiam Raphaël, cibo inuisibili ac potu vruntur qui manet in æternum, & perpetuò gustatur: cum constet, escæ corporeæ gustum & gulæ voluptatem, eo breui spatio desinir, quod ab ore ad œsophagi extrema pater. Ex quo enim cibus sistulam cibariam non aded oblongam transgressus est, cessat gustûs delectatio; & propterea Philoxenus, gulæ mancipium, gruis sibi collum optabat, vt posset ciborum suauitate diuturniore potiri, quod Aristoteles g retulit.

Diffudi quàm latè potui, delectationem gustûs, quamuis non me latet, esse qui eam voluptatem multo breuiorem statuunt; ita cum Philosopho h tribuentes proglossidi, siue linguæ primori, exquisitiorem eius sensum ob maiorem ibi neruorum gustui deseruientium mollitudinem; vt negent, gustabilium sensum ultra linguæ fines protendisque est aperta Lactantij i sententia, in cuius discussione nunc non placet hæterere, quia & adhibita est tractando gustûs sensiterium, & huic loco non est

f ferm. i. de ieiun.

g sec. 16. prob. 7. & 5. Ethic. c. 10.

h Hist. anim. cap. 11.

i l. de opific. Dei c. 7.

CAP. IV. Rosa caducitatis speculum.

a l. 6. Ep. 26.

est necessaria. Assignata itaque gustatu paulò diffusiore sede, ita vt ad palatum quoque & fauces, ac totum œsophagum pertineat, nemo non videt quàm breuem esse oporteat eam voluptatem, quæ illius breuissimi spatij celerimo decursu consummatur: inde vertenda in stomachi onus, quo plus captatur; & desitura in consummationis fecditatem. Petrus Damiani a informans Marinum fratrem suum, hinc illum ad abstinentiæ amorem excitat, quod gustûs voluptas eo quo dixi breuissimo, hoc est palmari spatio concludatur, indèque in mephitim putentissimam abeat. Post multa itaque aduersus ingluuicem disputata, concludit. [Suauè verò cibum cur debeamus expetere? Qui quantilibet appareatur impendiis, & antequàm in os intret, nobis non sapit; & postquam flumine glutiente traicitur, venter cui illapsus est, non discernit: Totius autem nostræ voluptatis iter, cui tanta ambitione seruiamus, breuissima vnus palmi summa concluditur. Qui enim Christum desiderat, vel ipso pane vescitur, nimirum qui de cœlo descendit, de quàm pretiosis cibus stercus conficiat, magnopere non discernit. Quidquid ergo non sentitur post gulam, idem tibi sit quod panis & olera. Nam si gula non sibi thesaurizat sed venter: cur ipsa aliquid quasi delicatius eligit, quod venter idem indifferenter admittit.]

b Epist. 10. l. 26. c. 8. d. 3. pædag. cap. 7. e oratio. 25. f hom. 13. in 1. ad Timo.

Hoc à nemine è vulgo attendi, expostulant cum stomacho, Seneca b, & Plinius c, & subscribitur Clemens Alexandrinus d, ac Nazianzenus e, & Chrysostomus f, & Fabiolam sic affatus Hieronymus. [Venter receptaculum ciborum, vniuersos hominum labores, momentaneâ blandimenta gulæ, stercoris sine condemnat, & ostendit mentibus consecratis Deo, totum quod voramus, in secessum projici.] Etiam ante talium turpium reliquiarum in forniciorum opera deiectionem, Anthiochus considerandum mandat, hominis viscera apothecam fieri stercorarium; & ex cœnis dubiis halitum foetentem existere, quo homo gulæ addictus, non aliis tantum, sed sibi quoque ipsi, sit grauis. Abscedo ab ingrati odoris argumento. Nec tamen graues illos Patres piguit in eo versari, vt commonerent mortales, quàm breuis delectatio, in quàm grauem putorem celerimè commutetur; digna repensione, vt pro captatis deliciis, fector, & putor, & horror subeat.

Rosæ initiata obiectus, spinositatum & caducitatum propostarum, admonens fideles; ad explendum ieiunium animat.

TAm multa de breui hominis vita repleta multis miseris, deque voluptatum quarumuis corporarum. (gustûs præsertim) aculeata simul & citò marcente fruitione, sunt disputata, vt apparet, verisimilem nec improbabilem esse cogitationem, ad scopum firmandi fideles in contemptione voluptatis gulam assectantis, & alecti continuatione ieiunij, ostentari Rosam initiatam; quæ contumaciter Theophilus Raynandi Pontificia.

tibus, & spinositatem & caducitatem illicite ciborum fruitionis, inlinuet, permoueatque ad constantiam, in ieiunij, quod decurrendum superest, obseruatione; perinde ac si illis muta oratione diceretur: Recolite quàm citò prætereat voluptas ex transgressione ieiunij; nec graue erit eam voluptatem floccifacere. Recolite quos nobis aculeos infixit cibi ventri contactus; quo spina nata est in manu temulentorum, hodièque nos lacerans atque cruentans. Id verò recogitantes arcete manu à specie caduca, mox marcetem contractura, ne infigatur vobis spina. Ideirò enim spina, flori circumposita est, vt impronidos arceat. Non est autem audiendus, qui referente S. Basilio g dixit, circumiectas fuisse Rosæ spinas, vt spectatores acriùs vigerentur ad contingendam formositatem veritatis, pro more mortalium, ætuosius cupientium negata. Id porrò aded absolum est, vt suspicetur S. Basilius, iocatum esse qui hoc effutit; cum constet, spinam pro vallo potius ac munimenro circumpositam esse rosæ, tanquam spinosam maceriam. vt Philo h dixit de spineto Dialecticæ, circumposito Philosophiæ. Similiter igitur pro vallo arcete ab accessu ad fruitionem transitorie voluptatis, œsophagi spatia non prætergredientis, ostentatur in rosâ initiata, pœnitudo mox subsequens eius perceptio: imò non tam subiunctus, quàm adiunctus illi aculeus. Ostentatur volatica oblectatio, prælongo pensanda cruciatio.

lure igitur S. Chrysostomus i, admonens per quadragesimam populum Antiochenum, vt ieiunio pleno operam daret, sic præter cætera ratiocinatur. [Excole animum tuam, & spinas excide, femina verbum pietatis, pulchras disciplina plantas infere, & cum multa diligentia repastina. Nam agricola factus es, & tibi dicit Paulus. Laborantem agricolam, oportet primum fructum percipere. Hanc & ipse artem tractabat. Ideirò Corinthiis scribens dicebat. Ego plantavi, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit. Acue falcem tuam quam per crapulam hebetasti; acue per ieiunium; aggredere iter in cœlum ferens; asperam & angustam viam attinge & ambulala. Quomodo autem poteris, & attingere & ambulare? Castigans corpus tuum, & in seruitutem redigens. Vbi enim via angusta, magnum impedimentum est carnis ex crapula obestitas. Absurdarum vndas concupiscentiarum reprime. repelle improbarum hyemem cogitationum, salua nauigium, multam ostende peritiam & factus es gubernator. Horum autem omnium, nobis materia ieiunium. & magister est: ieiunium autem dico, non hoc vulgare, sed accuratum ieiunium.] Eo S. Chrysostomus, & cætera quæ enumeratim recidendas spinas gulæ studio infixas, æternis aculeis & transfixionibus præuias.

Elisa impia ratiocinatio in contrarium.

Hoc admonentur Rosæ obiecta fideles. Inspicienter autem è contratio Ziphæi, K k k (quam

g Epist. 149.

h l. de agric. & l. de nom. murat.

i hom. 3. ad pop.

**CAP. IV.** (quam vocem *florentes* sonate, ait Augustinus *a*) illi inquam qui florent in sæculo, & axelcunt in iudicio, & post ariditatem ardent; illi qui specie voluptatis capti, nec adiunctos aculeos curant, nec citum marcorem attendunt; ex breui Rosarum nostrarum duratione, excitantur potius ad mergendum se in illis. Eorum est illa apud Sapientem *b* malè omnino materiata argumentatio, qua dixerunt, cogitationes apud se non rectè; ac ex multipliciter verè expressa vitæ humanæ ærumnositate, & fragilitate, petuersè inferentes; *Exiguum, & cum iad. d. est tempus vite nostra.* En Rosa humanæ caducitatem citam, & spinositatem; *quia ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus, tanquam non fuerimus;* in nihilum nostrum, intra quod primùm iacebamus defossi, regrediemur per mortem mox subsequituram: *Quoniam sumus, flatus est in navibus nostris;* flatus quem spiramus, siue vita nostra; de qua apud Isaiam *c* dicitur, *quiescite ab homine cuius spiritus in navibus eius;* (quam esse certissimam humani corporis significationem, ad hominem demonstrandum, dixit Cassianus *d*) hic inquam flatus, hæc vita nostra, flatu contenta & insinuata; non est stabilior quàm fumus illico dilabens: *Et sermo, scintilla, ad commouendum cor nostrum.* Locutio, quæ æquè ac spiratio, index vitæ est; non secus fluxa est, quàm scintilla mox dilabens; nec diutius nobis agitur cor ad vitæ usum. Græca enim habent *in motu cordis nostri.* Non ergò diutius loquimur, & diutius mouetur cor, quibus indicatur & conrinetur vita, quàm sit duratio scintillæ mox euanescentis; *qua exincta, cinis erit corpus nostrum, & spiritus diffundetur tanquam mollis aer.* Omnino cum halitus quem per vitam duximus nihil sit nisi mollis aer, ac labilissimus, euanesceat effluetque à nobis per mortem. *Et transibit vita nostra, tanquam vestigium nubes;* Sicut nubecula matutina ad solis exortum profligatur, & sicut nebula dissoluetur, *que fugata est à radiis solis & calore illius aggregata;* id est compressa atque discussa. *Et nomen nostrum obliuionem accipiet per tempus, & nemo memoriam habebit operum nostrorum.* Quid fuerimus, quid fecerimus, obliterabitur ex omnium memoria. *Vmbra enim transitus, est tempus nostrum;* celertimè ut vmbra transimus, & non est reuersio finis nostri. Non datur regredi à morte ad quam properamus, *quoniam consignata est, & nemo reuertitur.* Omnes in illud barathrum ruimus nec fas est declinare, quia ita statutum est: & experientia tot sæculorum satis docuit, neminem esse qui elabatur; sed mortem, (æquè ac verbum *mior*, iuxta acuram D. Augustini *e* obseruationem) esse indeclinabilem.

Hactenus argumenti antecedens, quo ærumnositas & fragilitas vitæ nostræ, multipliciter exprimitur. Quod inde videbatur inferendum, erat, quod Pontifici Rosam ostentanti, in os ingessimus. En verò quod aconitum legunt hi fuci, ex lectissimis floribus, vnde mel optimum legi poterat ac debebat. *Venite ergò & fruamur bonis, qua sunt;* Interim dum durant, potiamur illis; & *viamur cratura tanquam in iuuentute celeriter;* Utamur rebus

in usum nostrum conditis, toto studio, nihil cunctantes dum per tempus ac ætatem licet. *Vino pretioso & unguentis, nos impleamus; coronemus nos Rosis antequam inarescant, nullum se pratum quod non pertranseat luxuria nostra.* Hæc conclusio absurdissimè eruitur ex proposito antecedenti. Quid enim? Breuis est vita nostra, & mox dilabitur, ita vt non simus deinceps corporearum voluptatum sensu ac fructu mulcendi. Concludendum fuerat, vt factum apud Iob videmus, contemnendam igitur esse curam corporis & rerum fluxarum omnium. At non sic sapientia carnis quæ destruitur: Annotauit huius paralogismi inanitatem S. Augustinus *f*, expendens contestationem illam Davidis, quod factus esset multis tanquam prodigium, quia ambulabat viam dissimilem. [Contemnens ea quæ præsentia sunt, & timens etiam prospera sæculi, nec alicubi securus, nisi in promissis Dei. Et illi: *Manducemus & bibamus, cras enim moriemur.* Quid ais? *repete. Manducemus (inquit) & bibamus.* Age quid postea dixisti? *Cras enim morietur.* Terruisti, non seduxisti. Planè hoc ipso quod postea dixisti, inculisti mihi timorem, ne tibi consentiam. *Cras enim morietur, dixisti: & præcelsit, Manducemus & bibamus.* Cum enim dixisses, *Manducemus & bibamus;* adiunxisti, *Cras enim morietur.* Audi contra à me. *Imo ieiunemus & oremus. Cras enim morietur.* Hanc viam tenens arctam & angustam, tanquam prodigium factus sum multis.] de hac voluptuorum rationatione omnino irrationabili & præpostera (quæ exarata est apud Isaiam *g* & ex eo apud Paulum *h*, & plerisque Ethnicis fuit familiarissima,) agere memini tractando abstinentiæ incentiua *i*. Vbi quod dictum est de solitis bibere adhibito cranio humano pro calice, vt mortis memoria esset stimulus ad alacriorem luxuriam, illustrari potest exemplo Longobardorum; qui eas vt vocabant *scaphas*, ad potandum adhibebant, vt narrat Godefridus Viterbiensis \* describens cladem Albuirio regi Longobardorum illatam à rosimunda vxore, cum is de Patris ipsius, Cunimundi Gepidarum regis, cranio bibere nescientem voluisset.

Filiis lucis, tenebrosa illa consequentia nunquam in mentem venerit; neque induxerint vnquam in animum, ita fatuari, vt quia constat vitam nostram breuem esse, voluptates euanidas consecretandas putent, coronantes se rosis antequam marcescant; id est nostrates voluptates corporeas, instabiles ac fluxas, æquè ac spinosas & rosas planè proportionales sibi prosequendas arbitrandò. Anathema potius inliserint huiusmodi rosis, imitatione F. Ioannis Vicentini apud Cantipratanum, qui abusionem ferta rosacea præferendi, tanquam voluptuariæ vitæ symbolum auersatus. *Excommunicare se Rosus, dixit, non gestantes (inquit) sed Rosas.* deterritis verò omnibus gestatione, cum vnus aliquis stolidus adolescens rosaceum fertum gestare palam ausus esset, subito igne ex rosis enato, & ipse territus abiicit rosas, quarum gestatione Sanctus concionator interdixerat. Simile anathema ita voluptates carnis intorquet, certus ob

*e* lib. 13. de Ciuit. c. 11.

*c* cap. 2.

*d* l. 5. de Incar. c. 5.

*b* Sap. 2.


*a* in Psal. 53.

*f* in Psal. 70

*g* c. 22. *h* 1. Cor. 15. *i* l. 6. de vit. n. 87.

\* Part. 17. Hist.

eas nulli diuinæ, nulli Ecclesiasticæ legi oblectari, quisquis obiectu Rosæ admoneretur de nostra & quorumuis gaudiorum nostrorum spinositate ac fugacitate.



CAPVT V.

*Obiectus felicitatis æternæ, (spinas ærumnose huius vitæ, & ieiunij labores exceptura, stimulus Rosæ ostentatione admotus fidelibus, ad ieiunij expletionem.*



**M**OTIVVM alacriter explendi reliqui Quadragesimalis ieiunij, ad quod aperiendum aggredior; sicut in toto Dominica: de qua agimus solemnii officio expressum est; sic etiam in ritu Rose initiata, conferto eidem Dominicæ, eiusque solemnitati implantato, micat luculenter, vt ex dicendis constabit.

*Officium Dominicæ medianæ, statum celestis Hierusalem insinuat.*

**A**C primum in huius Dominicæ officio (quod æquasse solemnitate officium Annunciationis Deiparæ, habetur ex Ruperto *a* atque Durando *b*) elucere expressionem typicam cælestis gloriæ monstrauit optimè Rupertus quem audire iuerit [Dominica hæc (inquit.) ab ea quæ septuagesima dicitur, septima est sabathum mundi, id est requiem significans, in qua Sanctorum & electorum animæ deposito carnis onere & veluti post bella Victores, depositis armis feriatæ lætantur. Et nunc interim, iidem electi, singulis stolis, id est animæ beatitudine munerati, resurrectionem in qua binas stolas, scilicet tam animarum quàm corporum immortalem gloriam percipient, prætolantur. Illic autem Hierusalem illa, quæ deorsum est, quæ libera est, quæ omnium nostrum mater est, lætatur; & diem festum agens pro numerositate filiorum suorum de huius sæculi peregrinatione redeuntium, repositas effundit epulas, & lacteas ex vberibus suis exprimit maternæ consolationis delicias. Illic inquam, Pater antiquus Deus, nouusque sponus Dei filius, reduces filios consolatur, quemadmodum per Prophetam promiserat dicens; *Pueri eorum in humeris portabuntur, & super genus consolabuntur: quemadmodum mater consolatur filios suos, ita consolabor vos, & in Hierusalem consolabimini.* In hac ergo Dominica, quæ illius Sabathi signum est, totum officium, eiusdem requiei, eiusdem consolationis præconium est; quo commoneantur nunc peregrinantes, illius tantæ tanque liberæ matris filij, præsentem iusticiam spe consolationis futuræ supergredi: vt sint iuxta Apostolum, *spe oudentes, in tribulatione patientes* Theophilii Raynaudi Pontificia.

*a* 4. de offic. cap. 13. *b* l. 6. tract. cap. 53.

ientes, qui in superna Hierusalem vberibus consolationis potandi sunt.] Monstrat Rupertus continenter, conuiuium de quo in Evangelio huius Dominicæ, & tractum qui in eius Missa legitur ac offertorium, ad ingerendam supernæ Ierusalem siue æternæ gloriæ memoriam pertinere; & addit. [Ipsa quoque Ecclesia ad quam statio præsentis officio præscripta est, eandem Ciuitatem Dei, cælestem Hierusalem, nomine ipso designat. Dicitur enim & ipsa, *sancta Hierusalem;* vt peregrinantibus in hoc sæculo Cæli ciuibus, non habentibus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquierentibus, nomine ipso memoriam atque desiderium exciter eius ciuitatis quam inquirunt, & à longè peregrini salutant.]

*Obiter in fatuitatem de causa nominis S. Crucis in Hierusalem.*

**N**ON inhaeret Rupertus (vt hoc obiter atexam) simplicitati, vt quam lenissimè dicam, Vuillelmi Malmesburienfis *c* qui fabulam de morte Syluestro secundo (quondam Gerberto) in templo S. Crucis in Hierusalem à malo Dæmone illata, pro vera historia venditans, ait Gerbertum per Magiam ad Pontificias supremas infulas euectum, Dæmoniaco responso delusum esse; cum accepisset non moriturum se, priusquam Missam caneret in Hierusalem. Cum enim fixum haberet Syluester, Hierosolimam non contendere, quàm diuturna sibi spondebat vitæ spatia. Sed implanauit eum vocabuli ambiguitas, iuxta Malmesburiensem: quia responsum illud Dæmoniaco, non spectabat Hierusalem Palestinæ, sed locum in vrbe Roma, cui quadrat notio subiecta voci *Hierusalem;* id est *visio pacis.* Est enim locus iam olim à Romulo vrbis fundatore donatus iure asyli, in quo pax erat & securitas omnibus quantumuis criminosis. Vnde locus ille; cum nomine in acta (vt sic dicam) signato; tum re ipsa & notione subiecta, erat *Hierusalem.* Et ipse est in quolibet rituales, tribus per annum dominicis stationem indicunt, & in quo Syluester morte infausta est præceptus, peracto ibidem sacro. Sic quidem Malmesburienfis, sed valdè simpliciter ac insulse. Non enim locus ille dictus est *in Hierusalem,* quod ibi pax esset omnibus facinorosis, vt potè in asylo, per Romulum ibi constituto. Nam qui vel à limite res Romanas salutarunt, norunt ædem illam sacram quæ dicitur *in Hierusalem,* esse in extremis Exquiliis. Romulus verò asylum constituit, non eo loco, sed ad Capitolium, vt ex multis antiquis conuincit Alexander Donatus *d*. Messem plenam uendaciorum in ea fabula de morte Gerberti, tam diffusè à Malmesburienfi recitata, alibi exhibui. Nunc dico, Syluestrum quem perperam Malmesburienfis in Ioannem XV. transformauit, si in sacra æde de qua agitur, sacrum fecit non sacrificasse in æde denominata à visione pacis per furciferos & criminosos, sed denominata à Hierusalem Palestinæ, vnde S. Helena sacrorum Palestinæ locorum studiosissima, asportarat pleraque sacras reliquias, quarum partem in ea sacra

**CAP. V.** *Rosa beatitudinis symbolum.*

*c* l. 2. de gestis Reg. Anglor. c. 11.

*d* l. 2. de vrbe Roma c. 10. *e* in opere de calumnia.

CAP. IV. Rosa cadu-

a Generat. 34.

b p. mih. 33.

c ferm. de Rosa.

d l. 6. ratio. cap. 53.

e l. de domo Dei. f de eterna latic.

ade condidit, & nomine Hierusalem ad re- fricandam memoriam sanctorum locorum, unde reliquias illas aduexerat, denotatam voluit. Nec est verum, quod vnum duntaxat quodpiam sacellum diceretur Hierusalem, vt fingit Nauclerus a, fabulam miseræ mortis Geberti describens, sed tota aedes ob causam propositam denominatur in Hierusalem. Esto sacellum quod est in crypta subtus altare maius posita, denominetur quoque Hierusalem, vt notat Serranus describens eam basilicam; quia ibi pars reliquiarum Hierosolymis aduectarum, asseruatur. Vnde eadem est ratio denominationis, & pro tota basilica & pro eo sacello. Frequens porro esse vt Principes ad memoriam alterius alicuius loci, vel vrbis, nomen eius indant alteri loco, vel vrbi, frustra monerem: Et illustre præter cætera est exemplum nouæ Romæ, præsertim iis adiunctis conuictum, quæ Codinus b in sua Constantinopoli descripsit. Hæc itaque aedes sacra, ob causam propositam, dicta in Hierusalem, non tantum reficit memoriam terrenæ Hierusalem, sed etiam ingerit recordationem veræ Hierusalem, quæ sursum est, in terrena illa adumbratæ, cuiusque desiderium excitat & incendit, vt Rupertus rectè affirmabat, cum vniuersum huius Dominicæ officium ad Cælestem Hierusalem, & æternæ felicitatis beatam Pacem, pertinere demonstraret.

Officij Dominice mediane ad caelestem Hierusalem relatio distinctius expressa.

Ad stipulat Innocentius III. c his præter cætera. [Hodiernum officium, totum est plenum lætitiæ, totum exultatione refertum, totum gaudio cumulatum. Latere (inquit) Hierusalem, & conuentum facite omnes qui diligitis eam: gaudete cum lætitiâ qui in tristitia fuistis, vt exultetis & satiæmini ab vberibus consolationis vestrae. In omnium verborum clausula, iucunditas exuberat, gaudium resonat, hilaritas inculcatur. Latere Hierusalem, gaudete in lætitiâ, vt exultetis & satiæmini. Repræsentat enim dies iste, charitatem post odiû, gaudium post tristitiam, satietatem post famem. Charitatem post odiû; vnde, latere Hierusalem, & conuentum facite omnes qui diligitis eam. Gaudium post tristitiam; vnde, gaudete cum lætitiâ, qui in tristitia fuistis; satietatem post famem; vnde: vt satiæmini ab vberibus consolationis vestrae.]

Expilauit apertè Innocentium Gulielmus Durandus d, & insuper nominatim expendit Psalm. 121. cuius in huius diei Missæ introitu, & Graduali, & Communione, vtrique particula, felicitatis æternæ adiuncta exhibentes. Ipsa enim est, domus Domini ad quam suspirant Viatores hinc peregrinantes. Verè domus Dei, cuius decorem ac magnificentiam Potho e, & Card. Bellarminus sub typo regiarum domus, exponunt, & scitè in Psalm. 121. f singulis propè versiculis aperit Titelmannus. Non est tamen hæc domus exigua, sed ædificatur vt ciuitas; habens quidem proportionem aliquam cum nostratibus hic Ciuita-

tibus; sed ita tamen, vt præ hac ciuitate fundamentum habente, vt loquitur Apostolus, cætera vix imaginem habeant ciuitatis. Ex Stoicis, (quis credat?) hoc ipsum tradit Clemens Alexandrinus f. Ad veritatem porro rem exigendo, hæc sola ciuitatis nomen tueri, cum nihil aliud sit propriè dicta ciuitas, (ait S. Basilius g,) quàm congregatio firma quæ secundum leges gubernatur. At in cælo, vt idem S. D. optimè disserit, quanta congregatio? quanta verò firmitas & stabilitas? Quàm omnia secundum leges, omnibus secundum ordinem ibi dispositis, & vnoquoque suum accipiente pro meritis? In hac ciuitate Dei, in qua imago mortalium ad nihilum dirigitur; est participatio in idipsum: non modò quatenus abest inde omnis amulatio, & omnes perfectè gaudent de bonis aliorum, vt optimè tradit S. Anselmus h ac Richardus Victorinus i, post Chrysostomum k, ac Gregorium Magnum l; sed etiam quia idipsum possidebunt omnes in quo non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Erit ibi æternum Sabatum, & cessatio à motu, vt tradit Cassiodorus m, expandens Sabatum charitatis; nec vltra erit locus vertiginis, quæ iuxta Theophrast. n non habet locum in aspectibus sursum. Nec amplius vsurpabitur ea locutio, non ero quod fui; sed semper idem ero, iuxta concinnam Chrysostomi o glossam. Nimirum obiectum beatitudinis primarium, est id ipsum. Nam Deus, cum omnia subinde sint alia, semper idem ipse est. Insigniter hoc idipsum verlat, & in deum solum cadere ostendit S. Augustin. p. Deo itaque fixo ac immutabili inhaerentes beati, in cælesti Hierusalem, non vltra commouebuntur in æternum.

Illuc congregabitur cæteris propè infinitus, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione: ita vt is numerus iniri à nemine possit, vt Ioannes in visione didicit. Non conuenient autem illuc, nisi tribus domini. Abest omnis qui ex deo non est. Nemo ibi coinquinatus, immundus, aut indignus accensuri inter filios ac hæredes Dei. Congregabuntur autem tot Sanctorum myriades, ad consistendum nomini Domini: à qua sancta & omnis lætitiæ feracissima occupatione, nunquam cessabunt, eritque apud eos confessio & laus perpetua. Hæc alicubi, per vices, excogitata aliquandò, & paucis quibusdam locis, est laus perpetua, vt teste S. Bernard. res S. Malachia describente, in cænobio Luxouicensi, & in sacra aede, in qua olim falsum numen, signis perpetuis asseruatus erat, expiante labem illam Ladislaw Poloniæ Rege, vt Nider q scribit, & Alcobasa apud Lulitanos, in Monasterio Cisterciensium amplissimo. De Ecclesia Misnensi idem notauit Hieron. Emserus describens Acta sancti Benonis Misnensis Episcopi, & de Pragensi Radulphus Tungrensis r. Fuldenses per annos trecentos idem seruasse, varij notarunt. Nam de Acæmetis, in hunc finem semper per vices laudandi Deum institutis, & à perpetua aliquorum ex ipsis in eam rem Vigilia, Acæmetarum, siue insonnium ac semper Vigilium nomen sortitis, vix attinet dicere: cum res sit peruulgata ex Nicephoro s & Metaphraste t in rebus gestis SS. Ioannis Calybitæ, & Marcelli

f l. 4. Strom. in fine.

g in Psal. 45. & in Psal. 59. ad finem.

h c. 25. Profol. i suo c. 10. in Cant. \* hom. 9. in ad Rom. l. 18. mor. c. 32. m l. de amic.

n Phot. ex Theophr. Cod. 278.

o in Psal. 38. Exposit. 2. in fine.

p in Pl. 121. ac 9. Conf. c. 4.

q 4. form. c. 9.

r de Canon. obser. prop. 8.

s l. 1. histor. cap. 21. t apud Suriû 15. Ianuar. & 29. Dec.

v l. 6. cap. 33. x in Vitis 22. cap. 5.

† l. 3. in Luc. cap. 43.

a r. Tusc. 99. n. 98. l. 13. b Sapien. 3.

c apud Pal. ad. 5. 48. Lauf.

d ferm. de Rosa.

e parte 2. Rhod. c. 166.

Marcelli Archimandritæ. Et idem de Monachis Syriae & Persidis proditum est à Sozomeno v, insinuatque etiam de Monachis vrbis Oxyrynchi, Rufinus x. In ea denique ciuitate sancta Hierusalem, omnes ciues, iusti, atque aded etiam Reges erunt; sunt enim hæc synonyma, iuxta Bedam †, Ciues, inquam, omnes Reges erunt sortiti thronos iudiciarios, quibus iudicabunt gentes, & dominabuntur populis, magna & iusta iudicia Dei rata habentes, & adscriptioe sua ac assensu firmantes, præsertim quorum causa tanquam impiorum iudicata hinc fuerit. Hi enim speciali titulo, causam iudiciamque recipient. Latrabatur Tullius a & alius apud Ælianum in varia historia b, futuram (scilicet) beatitudinem præsentens, quod Orpheum, Platonem, aliisque in cælo, videlicet, visurus & coram affaturus esset. Nobis in beatitudine iungi, tot tantisque Dei electis, quanta suauitas? Idque vel præsentire quàm iucundum? Quàm volupe & suauis, habere fructum in refectione animarum Sanctorum? In hunc se Beatorum ordinem, cooptandum, & his ciuibus domus Dei aggregandum recogitare, quanta lætitiæ est materia? Fleant Iudæi, tristrent Gentiles, tabescant peccatores, aiebat Abbas Apollo? Quos autem tam beata spes manet, quemadmodum non latantur perpetuè? scimus autem eam spem esse nobis repositam. si tenuia incommoda hinc mandatorum obseruatione patienter excipienda, non refugerimus! Hæc sunt quæ Dominicæ medianæ solemne officium, multipliciter ingerit.

Rosa item initiatio, ad gloria æternæ significationem relata.

Quod officio insinuat, æquè per Rosam initiatam denotari, monuit Innoc. III. d qui præfatus in officio & solemnitate Dominicæ medianæ, argumenta lætitiæ insignia suppeditari, ex significatione gloriæ in Cælesti Hierusalem obuenturæ, in qua abundauit charitas post odiû, gaudium post tristitiam, satietas post famem, subdit continenter. [Hæc tria, pariter designantur in tribus proprietatibus huius floris, quem vobis visibiliter representamus. Charitas in colore, iucunditas in odore, suauitas in sapore. Rosa quippe, præ cæteris floribus, colore delectat; odore recreat; sapore confortat. Delectat in visu, recreat in olfactu, confortat in gustu.] c. Cum duo priora sint per se perspicua, de solo tertio possit subdubitari, ob nonnullam Rosæ per se acceptæ subamaritiam. At esse tamen in Rosa, vim conciliandi saporis suauitatem insignem, condimenta eduliorum faciunt restatissimum, vt Carolus Rosenbergius e minurè prosequitur ex partibus Regiis, panibus Marciis, pineolaris, emulsionibus lacteis amygdalans, & Margaritis, panatellis, cæterisque quibus suauitatem gratissimam conciliat expressus è Rosa liquor: ac proinde ad expressionem felicitatis in qua omnes sensus mergentur, rectè assumit Innocentius, Rosam gustui quoque sapore commodare. Addit

verò. [Hunc ergo florem Romanus Pontifex repræsentat, non in omni tempore, sed in hac tantarum Dominica, quæ septima est ab illa qua Septuagesima nuncupatur: quia Christus non qualibet hora; sed in septima tantum ætate, videtur ab illis qui beata requie consolantur. In sexta namque cernitur Christus per fidem, in septima verò cernitur Christus per speciem. Non videbit me, (inquit,) homo & vniuersus. Quia Deum nemo vidit unquam, subintelligendum est, in hac mortali vita. Nam videtur in vita beata; non iam per speculum in ænigmatè, sed facie ad faciem, sicuti est. Propter quod dicit Apostolus, manifestabo eis meipsum. Sex dies sunt in quibus licet homini operari. In septima verò die, requieuit Deus ob omni opere quod patrarat. Et ided septenarius quietem significat. Vnde septimus dies, septima hebdomada, septimus mensis, septimus annus, est feriatas in lege: præsertim autem qui post septenarium sequitur Iubilæus. Rectè igitur in septima tantum Dominica, flos iste, non in quolibet loco, sed in hac rectè Basilica videndus ostenditur, quæ S. Crucis in Hierusalem appellatur, supernæ Hierusalem typum obtinens, & speciem representans, de qua dicit Apostolus in Epistola quam audistis; Illa que sursum est Hierusalem, libera est, que est mater nostra. In qua Christum Angeli sancti, & beatæ animæ contemplantur.] Non potuit Innocentius manifestius demonstrare, sicut officium huius Dominicæ ad gloriæ æternæ significationem refertur, ita & Rosæ initiationem eodem pertinere.

Rosa aurea in manu Pontificis, symbolum fasciculi viuientium in manu Christi.

Institit Innocentij vestigiis Petrus Blefensis f, qui Rosam à Papa circumferri ait, in signum iucunditatis consecuturæ vnitatem spiritualem vltimam quæ in cælo continget. subscribitur Gulielmus Durandus Cardinalis g, & Ioannes Baptista Rubens h; quorum hæc addit, idcirco Rosam à solo Summo Pontifice Christi Vicario ostentari, nec nisi vbi ille est, peragi sacrum hunc ritum. quia vbi Christus est in dextera Dei sedens, ibi erit gloria & quies Sanctorum, ibi superna Hierusalem. Disertè quoque Canonicus S. Victoris, qui ante annos 400. scripsit, obseruat, Rosæ aureæ gestationem hodiernam per Pontificis manus, significare sertum exultationis ex fasciculo florum viuientium, id est omnium electorum adunatorum in manu Christi, & per eum Patri oblatorum, iuxta piissimam & fragrantissimam S. Chrysostomi i considerationem. Hic est fasciculus viuientium apud Dominum Deum, in quo Abigail custodiri animam Dauidis exposcebat 1. Reg. 25. vt ibi optimè expendunt Eucherius & Angelomus, vt gentes præsertim attractionem electorum florum: deque eo fasciculo est sermo, cum pij dicuntur apponi ad Patres suos, vel colligi cum Patribus suis, aut ad eos congregari. Vt de Moyse dictum est Num. 31. Vlescere prius K k k 3 filios

CAP. V. Rosa beatis- tudinis sym- bolum.

f ferm. 15.

g l. 6. ration. cap. 5. h l. 4. de offic. cap. 16.

i ser. de Ase. nem.

CAP. V. filios Israël de Madianitis, sic colligeris ad populum tuum: Et ad Iosiam 2. Paral. 34. Iam colligam te ad Patres tuos. Colliguntur enim Sancti per mortem, & congregantur, ac apponuntur ad festum exultationis compactum ex anterioribus sanctis; quod est in manu Domini. Quem item sensum esse, verborum illorum in Cantico Abacuc, gratulatis sibi adiunctionem ad præcedentes populi sui electos; Ascendam ad populum accinctum nostrum, asserit ibi Antonius Guevara, eruens ex Hebræa voce, quam unum & collectum, siue copulam sonare contendit, insinuatque consertionem & adunationem in unum florem textum. Rosam sultilem dixere, de qua est illud Poëta.

Tripodisque, cantharisque, Rosa sultilis coronet.

Inuat ire per corollas, Alabastra ventillantes.

a. l. 5. Epi. 65. Martialis a sultilium huiusmodi coronatum frequenter meminit, ut cum alicubi ait, Lassenturque Rosas tempora sultilibus.

b. l. 9. Epi. 95. Et alibi b Sultilis aptetur decies Rosa criminibus.

Rursusque Perfundas glaciem triente nigro, Frontem sultilibus ruber coronis.

c. l. 4. c. 30. Consuebantur nimirum Rosæ, & in texta, siue sarta, & in coronas. Artemidorus c. 78. s. 2. q. 2. dicit, corona coniunctionem, siue futuram appellavit. Ex Plinio d. adhibebantur in Salaribus sacris & cœnis solennibus. Et cum antiquitudo, tota Rosa sultilibus infereretur, eo postea res processit, ut fastidita integri floris insertione, gratia non esset, nisi folio mero; præmissa ex

d. l. 2. c. 3. Apicij præscripto maceratione in vino magna Plutarchi concitacione. Videndus artificium consensuorum huiusmodi foliorum exponens Paschalius f. In huiusmodi mysticum textum Rosaceum, consuti, & coniuncti cœlites, speciosissimè & fragrantissimè renidebunt in manu Domini, Sicut è contrario, damnati Isaie 24. dicuntur congregandi instar fascis, in lacum. Piis enim fructus æterni floris habituris, illi modo rhamnorum in spinas horrefcendo, hirsutum aculeis, configentibus corpus & animum, præferent, iuxta S. Hilar. ad illud Psalmi 57. priusquam intelligerent spinæ vestra rhamnorum, sicut viventes, sic in ira absorbet eos.

e. l. de re cul. ap. 11. Apicij præscripto maceratione in vino magna Plutarchi concitacione. Videndus artificium consensuorum huiusmodi foliorum exponens Paschalius f. In huiusmodi mysticum textum Rosaceum, consuti, & coniuncti cœlites, speciosissimè & fragrantissimè renidebunt in manu Domini, Sicut è contrario, damnati Isaie 24. dicuntur congregandi instar fascis, in lacum. Piis enim fructus æterni floris habituris, illi modo rhamnorum in spinas horrefcendo, hirsutum aculeis, configentibus corpus & animum, præferent, iuxta S. Hilar. ad illud Psalmi 57. priusquam intelligerent spinæ vestra rhamnorum, sicut viventes, sic in ira absorbet eos.

f. l. 1. de cor. c. 13. in sine.

Varia in Rosa, cœlestem felicitatem insinuantia.

Benè itaque Rosa aptatur expressioni & insinuationi cœlestis felicitatis, quem esse scopum ostentationis Rosæ, sententia quam executimus, asserimus. Et sanè si attentè res expendatur, multa occurrunt circa Rosam, quæ huic cogitationi astipulentur: Nam quid vetat huc referre, quod in Rosa, post spinas, est flos spinarum vacuus & speciosissimus? Similiter enim cœlestis gloria passionibus subiungitur: & idcirco à S. Petro dicitur, gloria posterior, quia sicut iuxta D. Augustini obseruationem, res prospera dicuntur res secundæ, quia succedunt aduersis; ita gloria cœlestis merito posterior denominatur, quia non con-

fertur nisi post miserias & ærumnas pro Christo exceptas. D. Augustin g. solet felicitatem æternam conferre cum Paschalibus gaudiis, quæ subsequuntur ieiunia & luctum Quadragesimæ, id quod etiam pulchrè tradit S. Theodor. Studita b animans suos suos ad explendam Quadragesimam. Benè quoque idem profertur S. Eligius. An huc spectant Rosa enata ex ore S. Ludouici Tololatis demortui? Videtur enim signum fuisse felicitatis, ad quam post vitam innocentissimè exactam pergerat. Iosbertus & Iosepho, Rosas ipsi quoque emisere demortui, ut ait Cantipratanus i. Sed & ex S. Proferij tumulo, Rosæ odoratissimæ ac speciosissimæ, indices felicitatis quæ potiebatur, progerminarunt, ut scribit Gregor. Turonensis l. In eiusdem rei significationem, Cordubæ ex SS. Asciclij & Victorie tumulis Rosa diuinitus eruperunt, ut Ado scribit 17. Nou. De S. Stephani tumulo idem insinuat Eucherius in calce homilias de eo. Item B. Cordula Virgo, B. Ursula socia, post mortem apparuit Helentrudæ inclusæ, Rosas redimita, ut est apud Surium in S. Ursule Actis m. Rosas tres Theophilo Scholastico, cum totidem malis ex cœlesti horto, Februario mense à S. Dorothea iam cœlo illata transmissas, eodem peruenisse, est manifestum. Sic vertuntur in Rosas, quæ hic sanctis fuisse instrumenta bonorum operum. Quo haud iniuria referas, quod B. Petro Luxemburgensi accidisse, produnt eius Acta; ut carnes scilicet quas in pauperes erogandas puer ex olla clam domesticis abstulerat, & reductæ vestis lacinia immiserat, verterentur in Rosas, cum à Patre comite deprehensus in pio furto, interrogatus esset, & quid in reducta veste lateret; & subitè deprehensus Rosas esse dixisset. Simile est quod de denariis à S. Elizabetha Lusitanæ Regina ad pauperum vsum clam abductis, scribit Vasconcellus in Anacephalosisibus Regum Lusitanæ. Deprehensa enim & rogata quid gestaret, declinandæ mariti offensionem, respondit Rosas esse: & Deus ad eas Regina vocis, denarios in Rosas vertit. Nam verè causaliter Rosæ erant, quia per eas pecunias, comparabat sibi æternam felicitatem, quæ Rosa imagine optimè adumbratur, & ipsi Beati Rosæ idcirco dicuntur. Vnde de S. Paulo exiliente è theca sua, cum gloria, exclamat Chrysothom. [Qualem Rosam Christo mittet Roma?]

g. ferm. 5. de diuer. & Epistol 119. & in Psalm. 10. & ferm 56. de tem & q. 21. ex 83. b ferm. ca. tec. 66. in fer.

i. l. 2. Ap. c. 29. num. 15.

l. 1. 2. mirac. mart. cap. 46.

m. cap. 20.

n. cap. 20.

o. cap. 20.

p. cap. 20.

q. cap. 20.

r. cap. 20.

s. cap. 20.

t. cap. 20.

u. cap. 20.

v. cap. 20.

w. cap. 20.

x. cap. 20.

y. cap. 20.

z. cap. 20.

aa. cap. 20.

ab. cap. 20.

ac. cap. 20.

ad. cap. 20.

ae. cap. 20.

af. cap. 20.

ag. cap. 20.

Tramite qui obliquo duodena perambulat astra.

Magni oculi mundi, Rosa face temperat orbem.

Contemplantur polam, rutili domus utraque Phœbi

Plena Rosis, & quæ Eoa sese exerit vnda Hercules, & qua festus equos in gurgite mergit.

Ipsa manu Rosas, Roseos aurora iugales Maunina quatit. Roseo est Thauannantias ore.

Est Regina Cypri, Roseis spectanda labeis.

Esque sicut Roseo, & Rosea ceruice refulgens.

Fervidus ille puer qui lampade senit & arcu.

In vacuas mentes Roseis florentia fertis Membra gerit. Sunt vincula Rosis tibi tempora Liber:

Virtutum custos roseus pudor, atque decentes

Insitit hic malas.

Insitit hic malas.

Insitit hic malas.

Insitit hic malas.

Insitit hic malas.

Insitit hic malas.

Insitit hic malas.

Insitit hic malas.

Insitit hic malas.

Insitit hic malas.

Insitit hic malas.

Insitit hic malas.

Insitit hic malas.

Insitit hic malas.

Insitit hic malas.

Insitit hic malas.

Insitit hic malas.

Insitit hic malas.

Insitit hic malas.

Insitit hic malas.

Insitit hic malas.

Insitit hic malas.

Insitit hic malas.

Insitit hic malas.

Insitit hic malas.

Insitit hic malas.

Insitit hic malas.

Insitit hic malas.

Insitit hic malas.

mannus d. Qui editem refert, quod in Græca Epistola Petales adfimalionem, obiecit illa amatori, se Rosas ab eo confertum tanquam sepulchrum exoletum, cariosum, ac Vicium, ut exponit idem Antor; siue exponas inimpesituum, hoc est eorum qui præmaturè sunt abrepti, qui Adhori vocabantur; nobis perindè est: semper enim habemus, tumulos esse insperatos Rosas, non ad auertendum putorem, qui timendus non fuisset ex solutis pridem cadaveribus; sed ad appreciationem, vel expressionem felicitatis, rosa inspersa significatæ. Clarissimè id præfert nummus Gordiani, quem penes se esse, scribit Fortunatus Scachus e. Biformis erat nummus. Ex vna parte Dea Hilaria siue felicitas cum rosaceo lecto; ex altera, Gordiani effigies exprimebatur, ut significaretur Gordianum felicitate orbem complecti. Itaque rosa, de Ethnicorum sententia, symbolum est felicitatis; eoque nomine, potest à nobis assumi in typum æternæ felicitatis, quam verus Imperator Christus, peperit fidelibus. Conferti in hanc rem sine labe potest, Turcica fabula. Testatur Busbequius f, Turcas rosam venerari, & eius folia si fortè humi deciderint, anxie colligere; quia putant rosam esse natam ex sudore Mahumetis. Planè gloria, & æterna felicitas Sanctorum, ad verum sensum, rosa est Christi sudoribus & laboribus obueniens, eisque repens in præmium ac mercedem. Quæ mihi ratio accommodatissima semper visa est, ad æstimandam quantitatem gloriæ Sanctorum. Christus enim gloriam essentialem qua potitur, habuit non titulo præmij ac meriti, sed connaturalitatis. Et idem est de omnibus quæ accepit sibi ab initio. Quamuis minuta quedam quæ post statum viatoris accepit, ut gloriam corporis, aliter quoque sic adeptus. Quod ergo accepit ut præmium eximium, est gloria Sanctorum. In quam rem egregiè disserit S. Anselmus a, demonstrans hanc esse Christi mercedem, proinde oportet eam non esse leue quid, ut correspondeat merito. Non est quod quis miretur, audiens Sanctorum gloriam, dici Christi mercedem. Id enim est quod David b beatos appellat, hereditatem Domini, filios: hoc est, [Christi hereditatem esse filios ei natos, non ex sanguinibus: & eandem esse mercedem fructus ventris. Sic Psalterium accepit S. Cypillus i [Isachar (inquit, ) exponitur merces, potest autem quantum ad nominis significationem, typus & imago esse haud obscura, illorum quæ loco mercedis à Deo ac Patre tributa sunt Christo. Ait enim David. Pere à me, & dabo tibi gentes hereditatem, & possessionem tuam terminos terre. Et rursum idem psallendo, quasi commemorat eos qui dati sunt Emmanueli. Ecce hereditas Domini, filij merces fructus ventris. Qui enim crediderunt tum ex sanguine Israël, tum ex multitudine altera: Gentium nimirum, sunt quasi merces dati Emmanueli. Porrò Iesum appellavit Dominum, & eundem fructum ventris factum ait, propter nostram similitudinem. Natus enim est ex muliere, & fructus ventris virginalis declaratus. Quocirca credentes, lucrificet sibi Christus.] Sed insigniter

CAP. V. Rosa beatitudinis symbolum.

d. l. 4. de functioni. Rom. c. 3. Videtis item Joann. Anton. Castellonensi l. de Basilica Vinc. Mediol. fasc. 7. p. 113.

e. Myroth. 1. cap. 23.

f. Itinerat.

g. 2. cur Deus homo c. 19.

h. Psalm. 126.

i. l. 1. Glaph. cum de benedictione Isachar.

† Miscell. ap. 17.

n. Passeratius in Rosa.

Tramite



CAP. V. Rosa beati- rudinis sym- bolum.

signiter idem versat Zeno Veronensis, exponens cum locum Psalmi 126. monstrans ludæos ob contumaciam repulso esse, ne essent hæredes Dei: sufficit autem illis esse filios, ex gentibus per fidem generatos: sic autem obliquit longam disputationem. [ Hanc habet retributionem ad immortalitatem eius naturam humanæ fragilitatis suscepta natiuitas: ut quia fructus ventris factus est, merces quoque eius, gentium fiat hæreditas, & hæreditas ipsa, sint filij. ] Hi igitur beati ac dilecti filij, cum eis somnus datus fuerit, id est cum transierint ex hac vita per mortem, erunt hæreditas prædij, & gloriosa laborum Christi merces, verèque nascetur hæc Rosa ex Christi sudoribus: ut hic comprobetur verum, quod referebam effusum esse à Turcis, de Rosa nata è Mahumetis sudore.

R. resurrectionis insinuat in Rosa.

Quod si ad subeundum in Cœlestem Hierusalem, & confluendum Rosaceum solum Sanctorum in fine sæculi consummandum, præuia exigitur resurrectio, & hanc quoque Rosæ typus adumbrat: ut non sit opus, extra Rosam quærere, resuscitantes, atque ad id symbolum resurrectionis præferentes flores, quales memorat Gregorius Turonensis a, agens de sepulchro S. Eulaliæ apud Emeritam, ubi flores in columbæ formam, illucel- lentes S. Virginis festo exoriebantur quotannis; quamvis è planta arefacta, & per mensem Decembrem, (quo S. Virgo die decima colitur,) non essent naturaliter ab ea expectandi flores. Affinita habet describens b S. Severi Presbyteri gloriam, & flores liliorum ad eius sepulchrum qua die memoria eius recolitur, reuiviscetes ac resuscitantes. Alia recitat Diedericus libro de illatione S. Benedicti Floriacum; media hyeme omnes plantas in flores erupisse, confirmans. Nec non Nider c agens de arbore ad Nurebergam in nocte Natalis Domini quotannis in flores ac fructus erumpente, & de micis panis ea die mense residuis, quas in agro sparsas, in flores verti compertum sit. Vniuersè de resurrectione corporum agens Petrus Cluniacensis d alloquens Marcianenses moniales, & pro officiis matris suæ inter eas demortuæ exhibitis gratias referens, corporum resurrectionem scitè exhibet floribus è terra nascentis specie, his præter cætera. [ Seruantur velut in hortu arborum semina, sic in sacro cimiterio vestra corpora, quæ secundum Apostolum viuificari non possunt, nisi prius moriantur, nec resurgere nisi putrescant. Oportet planè illa putrescere, ut possint reuivescere; arefcere ut possint florere; occidere ut possint resurgere, mori ut possint viuere. Toleranda est hyems præsentis vitæ & iniuriam, imbriumque magnanimiter asperitas sustinenda, quandiu arborum fructuosa amœnitas latet, quandiu nondum apparuit quid eritis, quandiu vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Veniet tempus quando aère serenato, gelidis tempestatibus ver æternum succedet: cum sol nunquam occasurus exiens, splendore tenebras, calore frigora vni-

a 1 r. de glor. marty. c. 9.

b de glor. c. 6. f. c. 51.

c 1. 4. formic. cap. 6.

d 1. 3. Epist. 17. in fine.

uersa propeller; & incognito terris lumine mundum natura stupente perfundens, veteri nocte deturbata, nouam & continuam diem adducet. Tunc tempore mirabili tellus frata in nouos flores ac fructus, semina corporum vestrorum erumpere coget, cum corruptibile hoc incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem. Tunc affectu & re ipsa cantabit quod voce ac fide cantatis, flores apparuerunt in terra nostra. Quando sponso cum ardentibus lampadibus occurrentes, ad nuptias nunquam finiendas intrabit. Tum & cum Propheta gratulando dicetis; Et resoruit caro mea, & ex voluntate mea confitebor illi. [ Hæc dimissa volo, quia ad Rosam non spectant. Sed neque circa Rosam, nisi in præsentia volo, vulgari narratione de Rosa Hiericunthina, quæ discussa est in Glossario ad Onomasticum Marianum e.

Insistens ergo Rosæ vulgari, aio cerni in ea quoque resurrectionis imaginem. Nam & in vetula Rosæ capitulo, tenaci plerumque visa est rosella, teste Scalig. ro f. Et v. scribit Ascianus Martinengus, Rosa si verno tempore antequam pullulet in caudice recisa fuerit, Autumnno resuscit. Similiter igitur quorum vita elegans, & venusta, carnis tribulationibus conciditur, iis post mortem species ac fragrantia perpetua, & abactis spinis omnibus reflorescit. Accedit quod in Rosæ cineribus, rosæ apparent: ita ut deprehendi in his cineribus videantur, ( ut cum S. Ambrosio h dicam, ) semina æternitatis. Res sanè mira, sed tot firmata testibus, ut non possit eius fides nutare. Scribit igitur Quercetanus i, Medicum Cracouensem Rosæ cineres vitreo vasculo contentos asservasse; ex cuius vasculi fundo, si lucernæ ignis admoueretur, cinisque non nihil inualesceret, species Rosæ ex se aperta emitterentur; càmque sensim crefcere, ac vegetari visam, gemine floridæ Rosæ caule suo ac folijs instructæ formam concinè præferentem. Vase tamen ab igne remoto, Rursus Rosa vmbra tralis reuoluebat in suum nihilum, cefabâtque videri. En in Rosa resurrectionis imaginem. Commentum hæc insinuat Ioannes Freitagus in Noctibus Medicis: æquè ac quæ de simili Vrticæ resurrectione prodita sunt ab eodem Quercetano. Sed abesse commentum, & spectrum illud ( seruatis iis quæ diximus, ) obfici oculis, variorum Authorum testata fidei, suffragatione, comprobauit Sennertus, & astipulatur Libanius in arcanorum Chymicorum syntagmate. Non iam per Rosæ spectrum, sed per realem anastasi, exhibent in in Rosæ cineribus resurrectionem alij Chymici, de quibus ita Fortunius Licetus l. [ Chymici, ( Parisienses præsertim, ) ex combusto Rosarum stipite, salem eliciunt, eundemque cum spiritu eiusdem inflammabile coniungunt, additisque cineribus deparatis eiusdem plantæ, puluerem illum concinnant, quo in terram coniecto, etiam artificioso caloris gradu intra breue tempus eiusdem speciei a olam excitant. Propterea puluerem Resurrectionis vulgus appellat. ] Consonat huic resurrectionis, & gloriæ æternæ insinuationi per Rosam, quod de B. Gregorio Episcopo Lingonensi scribit Gregorius Turonensis post descriptam eius

e V. Rosa.

f 1. 1. de plantis pag. 38. g in glossa magna ad c. 1. Gen. p. 1383.

h serm. 93.

i in defensionè contra Anony. c. 123.

l ad textum quæ sita per Epistol. c. 1.

CAP. V. Rosa beati- rudinis sym- bolum.

eius migrationem ad Christum. [ Cuius beata facies erat glorificata post transitum, vt Rosæ similis cerneretur: Hæc enim apparebat rubra, reliquum verò corpus tanquam candens lilium refulgebat, vt æstimates eum iam tunc ad futuræ resurrectionis gloriam præparatum. ]

Incentiuum explendi ieiunij, ex sic expofito Rosæ symbolo.

Gitur Rosæ bellè insinuat statum felicitatis æternæ, & resurrectionis quietem, post huius vitæ labores; idque ingerit Rosæ initiatæ ostentatio; vt inde fideles obiectu tot ac tantorum bonorum animentur ad executionem mediocri legitime indictorum, cuiusmodi est plenæ quadragenæ ieiunium, in iis quibus nulla idonea excusatio legis rigorem remittit. Magnum profectò ac potens ieiunij incentiuum, quo Germanus Constantinopolitanus iunior, suos excitabat ad ieiunij quadragenarij accuratam obseruationem; contellans quod per huiusmodi inedia satiandi essent apparente Dei gloria. [ Si dicas ( inquit, ) à fame superior, & esuriens manducare cogor, præsertim cum aliàs venter mala bestia sit, & nescia cicurari. Audi quid respondeam. Idcirco tempus hoc ieiunij ( dilectè, ) & est, & dicitur, vt esuriamus. Et qui famem fugit, is fugit & ieiunium; & fatietatem sequitur. At fatietas & ieiunium, ita sibi aduersantur, sicut aqua & ignis. Quando autem esuris, in mentem reuoca & repeta Paradisi delicias, & eorum quæ isthic sunt, bonorum fruitionem, futuramque gloriam; & aperi os tuum, & imple Davidicis cantibus, & liberè ad Christum dicit; Ego verò in iustitia apparebo conspectui tuo, satior cum apparueris mihi gloria tua. Cum veneris cum sanctis Angelis tuis, reddere vnicuique secundum opera sua. Summa orationis sit, per multas tribulationes oportet nos ingredi in Regnum Cælorum, cum angusta & arcta sit via quæ ducit ad vitam, lata verò & spatiosa quæ ducit ad perditionem. Si ad vitam æternam peruenire velis, amplectere ea quæ sensum affligunt & contristant: alia enim via in eam ingredi non licet. ]

Hæc dici à Pontifice Rosam ostentante imaginemur, occurreretque animo validus stimulus, ad alacriter suscipiendum ieiunium: præsertim si accedat ea contentio aequalis laboris subeundi in decurrendo ieiunio integro, cum æternitate fatietatis plenissimæ quæ instituitur ab Apostolo, animante ad quarumcunque nostratum arumnarum, reuèrà leuicularum & breuissimarum, tolerantiam, quam acceptura sit pondus gloriæ æternæ, & immensum. Apostolus ( inquit Theodoretus a ) [ ea quoque, quæ sunt natura magna & perpeffu difficilia, cum amore comparans parua dicit, & ad ferendum facilia. Id enim quod in præfenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis. Deinde etiam docet quomodo conferre oporteat. Non considerantibus nobis ea quæ videntur, sed ea quæ non videntur. ]

a Orat. de Charitat.

dentur. Quæ enim videntur, momentanea sunt; quæ non videntur æterna. Oportet enim ( inquit, ) conferre futura cum præsentibus; æterna autem cum momentaneis; cum afflictione autem gloriam. Illa enim habet id quod est momentaneum; hæc verò id quod est æternum. Ea de causa, ipsa quidem est leuis, & ad ferendum facilis; illa autem est magnifica & præclara, & maximi pretij. Et idè illud quoque supra modum adiecit vtrisque: nempe & leuitati afflictionis, & ponderi gloriæ. Nam & hæc sunt insigniter parua, & leuia, & momentanea: Et illa similiter, insigniter & supra modum gloriosa, præclara, magnifica, & maximi pretij, ac æterna. ]

Liceat etiam hunc florem ex senticeto colligere. Scripsit Pelagius ad Demetriadem Virginem, cum ea sæculi pompas destinatione calcaffer, vernantissimam Epistolam, quæ aliquandiu admixta genuinis S. Hieronymi Epistolis delituit, sed perpetam. Esse verò Cœlestij cuius inscriptionem quidam M. SS. Codices præferunt teste Mariano Victorio, non assentior, cum diserte S. Augustinus b eam Pelagio adscribaratque confuter. In ea ergo Epistola lutum ab auro secernendum est. Inter cætera verò innocua imò fructuosa, cum multa præscripsisset difficilia, & nominatim circa abstinentias atque ieiunia, ad extremum allegato Apostoli loco proxime proposito, vt animet ad difficilium perpeffionem obiectu æternæ gloriæ, sic concludit. [ Dicas forsitan; Grandis labor est, sed respice quod promissum est. Omne opus leue fieri so. et cum eius pretium cogitatur, & spes præmij, solatium est laboris. Sic durus agricola inaratum diu campum, & pinguiore otio glebas, violento vomere secidisse se gaudet, & mirum in modum, ipsa operis difficultate lætus, spem segetis, de labore metitur. Sic negotiator cupidus maria contemnit, spectare ausus fluctuum spinnas, rabièmq; ventorum: Dúmque in omni labore ac periculo læctum cogitat, & lassitudinem simul obliuiscitur & timorem. Considera quæso magnitudinem præmij tui, si tamen considerari potest, quicquid immensum est. Post abscessum animæ, post carnis interitum, post fauillas & cinerem, in meliorem statum, Virgo reparanda es. Mandatum terræ corpus, in cælum eleuandum est, & mortale tuum, immortalitatis honore mutandum est. Post hæc, Angelorum es donanda consortio, regnum acceptura cælorum, ac in perpetuum mansura cum Christo. Quid ergò retribuere Domino pro omnibus quæ retribuit tibi? Quid tanto remuneratore dignum facies? Aut quem laborem, durum putabis, cuius tanta sunt præmia? Vnde B. Apostolus, Nulla ( inquit, ) sunt condigna passiones huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Quid enim dignum vel facere, vel pati possumus in breui hoc tempore vitæ nostræ, cum id immortalitate sit compensandum? Propter quod idem Apostolus ait; Id enim quod in præfenti seculo est, momentaneum ac leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis. Respuantur honores, despiciantur diuitiæ, ipsa quoque vita nostra martyrij amore contemnatur.

b 1. de grat. Christi c. 22. 27. 37. 38. & 40.

L 11. Et

**CAP. V.** Et hæc omnia etiam si pro æternitatis præmio non darentur, essent tamen quandoque peritura. Amittunt hæc etiam illi qui semper cupiunt possidere.]

Malo, Augustinum tam potentis ad ieiunium incentiui, habere Autorem. Is ad illud Psalmi 86. *et viam eius volet*, falsus viam ad cælum esse duram & asperam, per ieiunia scilicet, cruces ac tribulationes, cuiusmodi viam Christus inuit; sic differit. [Noli tantum attendere quæ iturus, sed & quod venturus sis. Tolerabis dura temporalia, sed ad lætitiâ peruenies sempiternam. Si vis sustinere laborem, attende mercedem; nam & operarius in via deficeret, nisi attenderet quid accepturus esset. Cum autem attenderis quid sis accepturus, omnia tibi erunt vilia quæ pateris, nec digna æstimabis pro quibus illud accipias, miraberis tantum dari pro tanto labore. Nam utique fratres, pro æterna requie, labor æternus subeundus erat: æternam fœlicitatem accepturus, æternas passiones sustinere deberes. Sed si æternum sustineres laborem, quando venires ad æternam fœlicitatem? Ita fit, vt necessariò, tempora lis sit tribulatio tua, quæ finitâ venias ad fœlicitatem infinitam. Sed planè fratres, posset esse longa tribulatio pro æterna fœlicitate. V. G. vt quoniam fœlicitas nostra finem non habebit, miseria nostra & labor noster, & tribulationes nostræ, diuturnæ essent. Nam etsi mille annorum essent, appende mille annos contra æternitatem. Quid appendis cum infinito quantumcunque finitum; Decem millia annorum, decies centena millia, si dicendum est, & milli a millium quæ finem habent, cum æternitate comparari non possunt. Huc accedit quia non solum temporalem voluit laborem tuum Deus, sed etiam breuem. Paucorum dierum est tota vita hominis: etiam si lata duris non miscerentur, quæ plura & longiora sunt certè quàm dura; & idèd breuiora & pauciora sunt dura, vt durare possimus: Si ergo per totam vitam suam homo in laboribus & in ærumnis esset, in doloribus, in tormentis, in carcere, in plagis, in fame & siti omnibus diebus, horis omnibus per totam vitam suam vsque ad ætatem senectutis, pauci dies sunt tota vita hominis, quo labore transacto, veniet regnum æternum, veniet sine fine fœlicitas, veniet æqualitas Angelorum, veniet hereditas Christi, veniet coheres Christus. Pro quanto labore, quantum mercedem accipimus? Veterani homines qui laborant in militia, & versantur inter vulnera tot annos, incipiunt militare à iuente, exeunt senes. Vt habeant paucos dies quietos senectutis suæ, quando eos iam ipsa ætas incipit grauare, quos bella non grauât, quanta dura tolerant, quæ itinera, quæ frigora, quos soles, quantas necessitates, quæ vulnera, quæ pericula? Et non attendunt patientes hæc omnia, nisi paucos dies quietos illos senectutis, ad quos vtrum perueniant, nesciunt. Ergò à Domino gressus hominis dirigitur, & viam eius volat. Hinc dicere cæperam. Viam Christi si vis, & verè Christianus es, (ipse est enim Christianus, qui non aspernatur vitam Christi, sed vult viam Christi sequi per passiones ipsius,) noli per aliam

viâ velle ire, quam per illam quæ ipse iuit. Dura videtur, sed ipsa est tuta via: alia fortè delicias habet, sed latronibus plena est.] Vtique latronibus illis Dei, vt philosophatur S. Gregorius a ad illud *uenerunt latrones eius*, qui non opes quæerunt sed vitam æternam fatagunt eripere, & in perpetuam detrudere infœlicitatem. Per viam autem duram & asperam, per ieiunia, per cruces declinantur tute hi latrones, & securè peringitur ad æterna gaudia, æternam fœlicitatem.

Magna sanè gaudij ac alacritatis in quibus laboribus seges, meminisse fœlicitatis labori è diametro respondentis, quæ manet cum qui hic pro Deo, & ex eius præscripto laborauit. Dauid b, hæc se recordatur, ait, & effundisse in se animam suam. Non enim effundebat ad externa, captans fallacem consolationem: sed intra se effundebat animam, reputans attentè quid obtenturum ipsi esset, consequenter ad ærumnas præfentes. Sic reputans & effundens, agitânque in se animam, detergebat mœrorem omnem; & redaccensio est spiritus eius ad patiendum; cum recordatur, quod per hæc transiturus esset in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei. Sic enim connecto; tamen video, passim, illud, *hæc recordatur sum*, ad antèrius dicta referri, non ad consequentia de transitu in domum Dei. Sed connectio adducta, videtur per se fluens. Et iuxta eam Dauid contestatur, se in suis quibusvis laboribus, cum anima ipsius ad Deum conturbaretur, memorem Dei quandoque in cælo possidenti, in voce exultationis & sono epulantis, (tamen in medijs ærumnis terræ Iordanis & Hermoniim, vnde cumque cinctum hostibus, & abyssu argorum aduocante aliam abyssum;) perstitisse alacrem ac lætum; itavt cum anima sua expostularet, quod cui salutare vultus, & Deus, quandoque in cælo fruendus esset, aliquo mœrore grauaretur. Dolendum potius & lacrymandum cum Isidoro Presbytero c, quoties aliqua etiam si honesta & necessaria voluptas, est percipienda, cogitando, quam congruentioribus rationali naturæ deliciis, sumus in cælo fruituri. Sic se vrgebat ad ieiunium continuandum, Neophit. Tunquin. de quo Alex. de Rhod. Apostolicus illius vineæ inter primos Curator, refert cum se ieiunio emaciasset, & à suis de periculo valetudinis ad eam corporis attenuationem admoneretur, festinè elusisse, ieiunij sui interpellatores, dicendo. Ego cum Baptismi Sacramento initiarer, audiri dicentem Christum, *Intrate per angustam portam*. Recogitans itaque, facilius mihi fore subire in cælum per eam angustam portam, si me obesitas & pinguis aruina non grauet, conor gracilesce corpore, & attenuari per ieiunium; sciens hanc esse viam ad æternas epulas; & adipem frumenti in cælo degustandam. Dicit hoc ipsum sibi Christianus quisque præsertim cum obiturus est ieiunium non liberum, quale est ieiunium sacræ quadragenæ: & specie beatitatis & saturitatis æternæ ieiunio temporario constitutæ, retundentur & hebescent aculei spinarum, homini animali incutientes horrorem in sanctæ huius obseruantie exercitatione.

Animabat

a ferm. ca. 100. § 6.

Animabat suos ad explendam alacriter Quadragesimam, hoc nominatim ex capite S. Theodorus Studita a. Admissa enim nonnulla ieiunij Quadragesimalis explendi difficultate, concludit; ad detergendum eum amarorem suspicienda esse futura quæ non videtur. [Spiritualibus animum spectaculis pascamus, non his mundanis in quibus inest vanitas, ærumna, confusio, ac amaror, sed quæ cum dulcedine sunt lætitiæque permixta. *Dei sum recordatus*, ait ille, *ac gauisus*. Igitur in Deo mens defigitur, in cælestibus visis, in Paradisi pulchritudine, in æternis mansionibus, in Angelorum tripudijs, in superna vita, vbi sunt pij noxiæque manes, cuiusmodi aduentus prælustis Dei, & seruatoris I E S U C H R I S T I futurus, &c. ad extremum quæ instauratio futura; cum iustis ad cæleste regnum ascitis, tum in perennes pœnas fontibus dimissis.] Hæc spiritualia, (vt Theodorus appellat,) spectacula, Tertullianus quoque in calce libri de spectaculis, Christiano ingerit, ad omnes in virtutis negotio difficultates alacriter deuorandas propositione tantæ fœlicitatis momentaneas hic ærumnas excepturæ. Ibi sanè, Rosas calcabunt electi, sydera dico & Astra, quæ Rosarum nomine scitè cohonestabat S. Ambrosius b cum diceret. [Creator cælum, velut quibusdam floribus coronatum ignitis luminariibus miscet, vt Paradiso putes vernante depictum, spiritantium Rosarum viuis monilibus renitere. Et idèd benè à plebique cælum ornamentum est nuncupatum, eo quòd sit stellarum monile pretiosum.] Est electis, Rosa regni cælestis symbolum, non minùs quàm Aureliano ex Vopisco omen Imperij fuere Rosæ purpureæ odore roseo, flore aureo, enata in chorte matris Aureliani.

b 14. Hex. c. 1.



## CAPVT VI.

*Sancti, Rosæ mysticæ dicti, in corporis afflictatione per ieiunium alacres, ad excitandam explendi legitimi ieiunij voluntatem, exhibiti in Rosa imitata.*



a 14. moral. a

**V**ANDOQVIDEM sacro Rosæ ritu obeundo, agitur de fidelibus ad explendum ieiunium quadragesimarum animandis, videri possit non absurdum, existimare Rosæ initiationem & ostentationem pertinere ad exhibitionem sanctorum, qui & alia pleræque valdè aspera in Dei gratiam exceperunt lubentes, & alacres, & in ieiunijs multis, (quod de se proficitur Apostolus,) nauos se Dei militros præstiterunt: quorum exempla, vt gloriæ participes euadant, sectari admoneantur fideles. Est enim exemplorum sanctorum, magna omnino ad promouendum efficacitas, vt sapè disputat S. Gregorius c, benèque etiam tra-

Theophili Raynaldi Pontificia.

dit Lactant. d Vrgebuntur ergò ad alacriter exigendum reliquum ieiunium fideles, si ostententur eis exempla Sanctorum qui in hoc genere præuierint, dicaturque cuique fastidienti vel longitudinem vel asperitatem præscripti ieiunij; Tu non poteris, quod isti & ista? Imò cum Sancti, nec rarè vitæ admodum innoxia, longè grauiora & prolixiora ieiunia exegerint, graue nobis videbitur ieiunijs breuibus nec adèd rigidis, decoquere aliorum temporum culpas, (vt cum S. Leone e dicam,) & tantulo litro appenso, tetras noxas redimere, nominæque propè infinita tam multipliciter peccando contracta dissoluere? Potens ac vrgens plenè ieiunandi motuum, contineri in sic accepta Rosæ ostentatione, nemo non videt. Tantum ad eius illustrationem ostendendum est, Sanctos Dei homines, Rosarum nomen mysticè tulisse, & in elegantiâ ac florulentia tot aliarum virtutum, spinis quoque grauis & perdifficilis abinentiæ, fuisse instructos.

*Ecclesia hortus spiritus, in quo flores omni genij, ac nominatim Rosæ.*

**H**oc vt distinctè exequar, præmitto Sanctam Dei Ecclesiam, vt scitè dixit S. Marciarius f esse pulcherrimum horum spiritus. Et Paradisum terrestrem in quo rosca plantaria Catholici sensus sunt consita: quæ nefas fuerit in carduos spinasque conuerti. Efflorescunt in hoc Christi limonario, eodem Christo plantatore fideles omnes. Quod diffusissimè profecquitur, qui iis pridem vulgatis prodiit Didacus Auendano ad partem secundam tituli Psalmi 44. à n. 368. demonstrans omni propè statui fidelium Rosæ appellationem quadrare. Efflorescunt plantatore hriso in hoc eius limonario fideles omnes. Etenim in ipso exortu suo, Christiani florere dicuntur à Patribus. Concinnè de more Zeno Veronensis g, describens celebratum ea ipsa die qua agebat ad populum, baptismum Neophytorum, ait eum esse diem [que discussa conuolutæ hyemis tristitia sine, nouo vento Fauonio blandiente, diuersis floribus genere, colore, pariter & odore, vna natiuitate diffusis, germinantia vndique prata respirant.] Hyems horrida, & ver tot floribus renidens, quid sibi velint exponit in hunc modum. [Hyems pigra, sordida & tristis, ad eos pertinet, qui Idolatriæ deseruientes, in mundanis voluptatibus compediti, libidini vacantes & gutturi, longè moliti, id est æternæ morti sunt à Deo (eo quòd opus tenebrarum dilexerunt,) destinati. Ver sacrum, fontem debemus accipere, cuius diuite ex alueo, Fauonio, non vento, sed Spiritu sancto generante, odorem diuinum beata spirantes fide, diuerso charismate, sed vna natiuitate, Ecclesiæ flores clarissimi, ac dulces nostri fundantur infantes.] Nec aliud sonant illa Cyrilli Hierosolymitani initio pro catecheseos. [Iam est beatitudinis odor in vobis, ô illuminati. Iam spirituales colligitis flores, ad plectendas cælestes coronas: iam Spiritus sancti spirauit fragrantia; iam circa porticum regalis palatij fuisitis: Vtinam verò &

**CAP. VI.** *Rosæ imago Sanctorum.* c. 8. ad 11. & 1. 30. c. 17. & hom. 10. in Ez: d 4. in h. c. 23.

e ferm. 4. de quadr.

f hom. 28.

g ferm. 1. de Pasch.

CAP. VI. Rosa imago Sanctorum.

ab ipso Rege introducantur. Flores nunc arborum apparuerunt, vltimam verò & fructus perficiatur. ] Rectè. Nam vt S. Bernardus ad calcem sermonis de Aqueductu, egregiè distinxit, donec aspiet dies, id est per totum vitæ mortalis tempus, flores duntaxat. Speciosos, sed tenerimos, & aculeis iniuriarum obnoxios habemus, quia in spe, non in re sumus, & expectatione magis quam experientia gratulamur.

1. Pæd. c. 8.

Itaque fideles, sicut vi generationis naturalis dicuntur flores de prato matrimonij, iuxta Clementem a Alexandrinum, ita vi regenerationis ex aqua, sunt flores horti spiritus, à Christo consti. Omnis generis flores per analogiam in hoc horto posse assignari, non inficior, vt attigit Theophylus Antiochenus b. Et sigillatim, Martyres dici Rosas, Virgines verò lilia horti huius, vix est quod admoneam, cum sit vulgarissima denominatio; videndi præter ceteros Ambrosio, Gregorio, d. Eucherio, & S. Brigitta f. Vernantissimus item scriptor Hilarius Arelatenis in S. Honorati Laudatione, de Ecclesiæ horto ait, [ Floribus eius, nec Rosæ, nec lilia defunt. ] Martyres significans & Virgines. Boda g ex Hilario id est mutuatus. Nolo addensare in hanc rem pleraque prostrata. Volo tamen Anonymi antiqui rythmum de laude Virginitatis à Richardo Gibbono, operibus Aëtrei Rheuallensis subiunctum, quo in hanc rem pulchrè disseritur, ex parte defflorare. Agens ergo de Rosa nubente lilio, in campo iustitiæ, latore Christo, sic ait.

b. l. vlt. allego. in Euang. in fine.

e. l. 7. in Luc. ad c. 12. d. hom. 6. in Ezach. e de form. spirital. in tell. c. 4. fl. 3. reu. c. 27. g. serm. 10. de sanct.

Rosa floret inter spinas, Nubes matutinas, Roris testis pallio:

Sed non ledit spina Rosam, Neque mentem virginosam Peccati contagio; Hæc est Rosa Princeps florum, Cuius rubor occisorum, Sequitur vestigia; Quam depinxit Amor lucis, Ex colore sua Crucis, Qui colorat omnia. In hoc flore de Christi latere, Pluit sanguis effusus vespere, Clavis & lancea. Aqua trahit colorem regium, Florens ante Christi Palatium, In Crucis aera. Hæc à rore trahit vocabulum, Rosa dicta propter Signaculum Roris Dominici. Sine rore Rosa non nascitur, Sed in rore superegreduntur, Proprio cortici; Suo maior effecta calamo, Clausa prius sicut in thalamo, Sub umbra surculi. Sed cum roris descendit stillula, Rosa prodit & parit virgula, Rore diluculi. Sic in nostra carnis substantia, Clausa latet sanctorum premia, Quasi sub vertice. Sed cum caro transit de seculo, Flos apparet ordo diluculo, Lucis Angelica. Sicut Christus est in Martyribus, sic est Rosa princeps in floribus, & florum Domina, Tincta sacro Messia rosulo, Quem stillauit marcenti seculo, De Crucis Machina. Rosa quoque soror est gladij, Rubricatrix stola martyrij, Cadente gladio, Vt ascendat cum multis vestibus, De pressuris & torcularibus; Martyrum legio. Quid in isto flore rosario Maculatum, sine repudio Dignum aspiciat? Rosa multis est necessaria, consolatur sua fragrantia, Dolorem capitis.

Sub hoc flore Martyres dormiunt, Quibus huius rectè conueniunt, Floris plantaria.

Vt quos tinxit sanguis in pratio, Rubricato circumdant pallio, Rosa sacaria.

Liquet de sanctorum Martyrum analogia cum Rosa purpurea, fufum cruorem præferente.

Sancta quadam, nomine proprio Rosa.

Rosam potè non solis præse dictis Martyribus, (vt ferebant quæ proximè sunt tacta) sed aliis item Sanctis, quippe saltem in occulto Martyribus, (vt alibi monstratum est) bellè respondere; suaderi ex variis capitibus potest. Neque me restringo ad sanctas quasdam mulieres, quibus ROSÆ nomen fuit proprium. Eiusmodi fuit S. Rhode, in Sardinia Martyr, de qua Lucas b. Idem enim Rhode Græcè, quod Rosa Latine. Labitur verò Glossa interlinearis quæ notat, Rhoden significare videntem, aut fortem, vel visonem fortiudinis. Non quadrant ista cum notatione Græcæ vocis, quæ Rosam sonat: sicut Rhodus Ciuitas, nemine refragante, à rosæ capulo inibi reperto, denominationem tulit. Memoratur S. Rosa, cuius corpus roma aduectum quiescit Gandau in Templo Collegij Societatis I. h. s. v. Celebratur etiam S. Rosula, Martyr cum S. Cypriano. Nec non S. Rosalia, [ Virgo Panormitana ex regio Caroli Magni sanguine fata, quæ pro Christi amore paternum principatum aulamque profugiens, in montibus ac speluncis, solitaria cœlestem vitam duxit. ] Dedi ipsa verba tabularum Ecclesiasticarum 4. Septembris, quæ item 15. Iulij, tradunt nuper diuinitus repertum eius corpus Siciliam à peste liberasse. Eadem tabulæ 4. Septembris die, consignatam habent fecelicem memoriam B. rosæ Virginis Viterbiensis, quæ Virgo fuit ex Ordine S. Francisci, floruitque Viterbij clara miraculis, in quæ Innocent. I V. anno 1252. agentibus Viterbiensibus inquiri iussit, vt scribit Oldericus i, ac etiamnum integro prorsus, imò flexibili corpore perseuerat. In actu signato, speciosum Rosæ nomen his piis mulieribus obtigit, tanquam proprium. Sicut Socius S. Prisci Episcopi Africani de quo tabulæ Ecclesiasticæ 1. Septemb. proprio nomine dictus est Rosus.

h. Auctor. 12.

i. ad annum 1252. n. 7.

l. 1. de gestis Longob. c. 13.

Quamquam vt pulchrum nomen, non est validum sanctimonie argumentum, de quo sannas S. Hieronymi in Bonasum recolo; scio fuisse quibus non nisi per antiphrasim, proprium Rosæ nomen quadret. Rosmundæ regis Gepidarum filix, Alboini Longobardi vxoris spurcitiæ & truculentiam, viri cæde, per adulteros Hermigem & Peredeum patrata, famosam; Paulus Diaconus l. aliique annotarunt. Dic rosam fuisse, & mundam, vt nominis cortex præfert, sed per antiphrasim, (vt multa apud Græcos nomina,) faminam tot fordibus contaminatam, tot cædium tera illuic inquinatam. Nam etiam adulterum Hermigem, post Alboinum occisum iam coniugem, veneno propinato, ad potiora (vt putabat) vota conuolans, letho dedit, breui nequitix vltura; cum lethiferi poculi

1. 13. Hist. Anglor.

culi partem haurire à suspicante scelus Hermige adacta, & ipsa quoque iustas turpitudinum pœnas dederit. Henrico secundo Anglorum Regi, (illi ipsi cui cum S. Thoma Cantuariensi intercessere simulates,) scortum fuit, cui item nomen ab eo inditum Rosmundæ. Insinuat enim Polydorus a, id fuisse nomen eius à Rege impostum, à vulgo autem refert appellatam Rosam mundi, [ Quod esset forma præter ceteras liberali atque venusta; cui apud pagum Vadebecum miro opere domum edificauit, instar labyrinthi, vt ne ab vxore pellex facile deprehendi posset. ] Addit Polydorus, eam Rosam perbreui emarcuisse, & sepulchrum tunc cum ea ipse scriberet, ( hoc est incunte superiore sæculo, ) superfuisse Oxonij, in cœnobio Monachorum quod Godstouinum vocant, hoc inscripto disticho.

Hæc iacet in tumulo Rosa mundi, non Rosa munda.

1. parte 2. in Richardo 1.

Non redolet, sed olet, quæ redolere solet. Fuisse tamen vacuum sepulchrum, dicere possumus ex Rogero de Houeden in Anglotum Annalibus b, qui sic habet. [ Eodem anno (1191.) Hugo Lincolnensis Episcopus, faciens visitationes suas per domos Religiosorum in sua diocesi, venit ad Abbatiam sanctimonialium de Godstone, quæ est inter Oxoniam & Bodehoc. Et cum intrasset Ecclesiam vt oraret, vidit tumbam in medio chori ante altare, fericis paucis velatam, & Lampadibus & cereis circumdatam; & quæsiuit cuius esset tumba; & dictum est ei, illam esse tumbam Rosmundæ, quæ quondam extiterat amica Henrici regis Angliæ, filij Mathildis, Imperatricis; & quod ipse pro amore illius, multa bona Ecclesiæ illi fecerat. Et respondit Episcopus; Tollite eam hinc, quia scortum fuit, & sepelite eam extra Ecclesiam cum cæteris, ne Christiana religio vilescat, & vt exemplo illius cæteræ mulieres exterritæ, caueant sibi ab illicitis, & adulterinis concubitibus. Et factum est ita. ] Acta sancti Hugonis de hoc facto planè silent; tametsi regem Henricum ab eo clam increpitum de violata thori fide, meminerunt. Videtur autem non profus abiicisse hanc mulierem, cum mandarit eam extra Ecclesiam sepeliri cum cæteris, id est in communi cœmeterio. Tantum ergo videtur displicuisse illi, pompa sepulchri, quæ posset esse aliis mulieribus illex peccandi, & ob conditionem personæ, probro cedebat Ecclesiæ. Iure enim in proposita Epigraphe, hæc Rosa, dicta est non esse munda & oluisse, siue inhalasse putorem; quæ vt porco placeret, aded pigmentata & fragrans viscibatur. Anceps item causa videri posset Rosæ, quæ Solimanni Turcæ primaria vxor fuit; sed quia non est ausa, quod pectore coquebat ad salutem profiteri, & ipsa quoque post mortem putet. In infantia, Christianis sacris initiata, magno semper affectu prosecuta est Christianos, eisque commune esse cum Turcis voluit, Nosodochium quod magna impensa edificauerat. Spem nonnullam, iuuandæ, (ceterè leuandæ,) Christianæ rei iniecerat, Solimanno qui eam deperibat, ad omnia eius postulata, perfacili. Sed maluit temporalis

peccati iucunditate apud Pharaonem potiri, quàm affligi cum populo Dei, cui Christiana initiatione coniungebatur. Itaque neque hæc rosa fuit, nisi nomine tenus, ac per mendacem antiphrasim.

CAP. VI. Rosa imago Sanctorum.

Sanctis quadrans appellatum Rose nomen, & ob quas analogias.

Proprie, (tametsi non nisi appellatiuè,) audierunt Rose, sancti & sanctæ complures. Ac etiam ipsa sanctissima Trinitas, totius sanctitatis fons, quam eximius Poëta d. sic compellabat.

e orat. 1. de N. vt. Vir. d. Fr. Gar. 1. 2. Theol. ad. f.

Rosa saluo è plena pudoris Flos apprimè tenax, & ameni purpura veris; Vna tibi, tribaphoque micat tinctura colore, Vnam de ternis respirat odoribus auram. Te dicam licet inuocilem propagnis esse Ex vno duplex trahit se caudice ramus, Natura non degeneris, non viribus impar.

In hanc rem, nonnulla iam attuli in prolutione sub finem. Nec videtur longa illustratione opus. Species sanè ac pulchritudo rosæ florum reginæ, in Trinitate omnium regina, per se micat. Odorem verò & fragrantiam Verbi, (atque aded etiam Spiritus sancti,) eruit S. Cyrillus e ex Apost. 2. Cor. 2. ad illud odorem notitiam manifestat. Et idem insinuat Eusebius t. Nec defunt spina circumsepientes hæc rosam. Nam sicut Philo g maceriam spinosam arcen- tem horti accessu bestias & fures componit cum spineto dialectico, ita summa sanctitas & inaccessa obscuritas diuinæ Trinitatis, præ tendit profanis & curiosis ingenis maceriam spineam, quæ illos auertat à temeraria attractione & curiosa vestigatione. Secundum hanc æternæ fragrantix rosam, aliis sanctis, ea appellatio est delata.

e. l. de fide ad Regim. & 1. 9. n. 6. f. 4. de demof. cap. 3.

g. l. de agric. & l. de nom. nuat.

B. Virgo, Rosa calicæ amantatis, nominata est à S. Anselmo. Et Damascenus exclamatur b. [ O rosa quæ ex spinis, hoc est ludæis, orta es, ac diuina fragrantia, cuncta perfudisti. ] i dictum in hanc rem alibi diffusè post Richardum à S. Laurentio, atque dantelem Malonium. l. Videndique etiam, Galatinus lib. 7. c. 5. & latè Tuccius in Cant. proluxa annotatione de rosa. Spectant verò nominatim, plerique in hac comparatione rosæ cum B. Maria, intemeratam eius Conceptionem nulla peccati Originalis spina horrentem, etiam si ex spinis sit procreata. Cum alij plerique aduci in hanc rem possent, placet adscribere locum ex Gulielmo Pepin ex Ordine Prædicatorum assumpto in Episcopum Ebroicensem form. de Conceptione intemerata B. Virginis Mariæ qui habetur in eius opere de secretis secretorum sacrarum literarum, aliàs de aduentu Domini. Tractans enim cum locum ex c. 24. Eccles. quasi plantatio Rosa in Hierico, ait meritò B. Virginem comparari Rosæ. [ Rosa enim inter omnes flores habet hanc ingentiam conditionem, quod etsi cum vepribus & sentibus nascatur spinosis, nullum tamen ab ipsis contrahit aculeum. Ad propositum. Spina frequenter in sacra Scriptura significant mythicè

b. in glossario ad Nomencl. Marian. i. l. 12.

l. ad cap. 3. Palzoti o. 11.

CAP. VI. peccata vt Gen. 3. *Maledicta terra in opere tuo, spinas & tribulos germinabit tibi.* Quod mystice exponunt communiter Doctores de terra nostrae carnis, quae originali peccato feminata germinat solas spinas concupiscentiarum, & tribulos libidinum. Congruè ergo Virgo Mari Rosae comparatur, quae de parentibus originali peccato infectis, tanquam Rosa de vepribus & sentibus nata, inter spinas & tribulos libidinum concepta, nullum ex parentibus contraxit originalis culpae aculeum. Et hoc testatur nostra S. Mater Ecclesia, quae de ea capit dicens; *Sicut spina Rosam, genuit Iudaea Mariam.* Item ad idem. *Et sicut dies, venit circumdabunt eam flores Rosarum:* Non dicitur ab Ecclesia, quod circumdabant eam ramis Rosarum, sed dumtaxat flores Rosarum: quia rami Rosarum sunt spinosi, & hispidi; flores autem lenes, & spinarum, & aculei expertes. Et idè S. Mater Ecclesia; vt profiteretur, immaculatam Dei Genitricem Virginem Mariam in sua benedicta Conceptione, de parentibus originali peccato infectis, tanquam purissimum Rosae florem de ramis spinosis, nullam contraxisse peccati spinam; suppleto ramorum nomine, de foliis floribus facit mentionem, dicens, *circumdabant eam flores Rosarum.* ] Air hic Auctor a Ecclesiam canere versum illum *scu spina Rosam*, quia tunc versus ille vsurpabatur in Missa de Conceptione. Et vsurpant etiam versum illum Hugo Victorinus Tom. 2. serm. 65. aliique eiusdem aui. Sensum etiam, oratione soluta, habet Damascen. orat. 1. de Natiu. B. Virginis.

Præter Deiparam, alij quidam Sancti, appellatiua Rosae denominatione sunt honestati. Sic B. Paulus ab Adriano I. *pulcherrima Ecclesiae Rosa* dicitur. S. Stephanum, Proclus Constantinopolitanus, vocat *Rosam fragrantissimam charitatis*. S. Virulam & socias, Anonymus Actorum Scriptor, dixit esse *admirabilem calathum Domini, Martyrij Rosae distinctum*. S. Barnabas, ab eius Encomiaste Alexandro Monacho, vocatur *charitatis Rosa suauissimum odorem emittens*. Et paulo post, dicitur, *campus quidam benevolentibus Christi floribus referissimus, virtutum caelestem odorem spirantium, quoddam rosetum*. An non verò Rosae Sancti. Martyres Cordubenses Acyselus & Victoria, Germani, ad quorum conditorium quotannis hyemali tempore, die nimirum 17. Nouembris, quae illis festiua est, Rosae diuinitus florentes colliguntur, vt scribunt ad eam diem in sacris Tabulis Vsuarius & Ado, ac Exquilinus Episcopus l. 10. c. 70. Nec alia vlla die eiusdem tempestatis colliguntur, vt ait Franciscus Biuarius ad Dextrum Anno Christi 134. pagin. 238. Scitè caelitem Rosas à Martyre Dorothea ad Theophilum Scholasticum transmissas exhibet Iacobus Bidermannus l. 1. Epistolarum Heroïdum, in Sexta. Speciali verò iure ob exortum è spinis S. Theodorici B. Remigij alumnus quod. parte Marchardo, latronem, natus esset, dictus est à Flodoardo b, Rosa inter spinas. Aequè S. Theodorus Siccota è meretricis procreatus, denominatus est Rosa è spinis.

In sanctos quoscumque, aequè cadere potest Rosae denominatio. Nec ij tantum quibus

Retur viridi siccum; & licet intemptiuo tempore, frondes florésque ex infito erumpent. Exacto octiduo, coaluisse viridi rosaceum furculum cum arido stipite, & vernantem ramum binas Rosas parturisse formositate atque fragrantia celsiorem natura originem indicantes. Haud dissimiliter speciositas rosae in plerisque Sanctorum stipiti arido, id est vel emortuae prostrataeque Christianae sanctimoniae in baptismo collatae, vel vitae in caligine infidelitatis exactae, subito adnata est. Testes qui ex vita in omnibus fordidis volutata, vel ex Ethnicismo aut Iudaismo emerfa, ad insignem sanctimoniam, cum maxime intemptiuum tempus videretur, sunt euecti. Non plus sunt haec naturae opera, quam rosarum ortus ex furculo stipiti arenti inserto, absque legitima mora inoculationis naturalis: aut quam rosarum eruptio, anni parte intempta. Sed Deo naturae auctori nihil est difficile. Et qui ex emortua vulua Sarae, & frigido vtero prolem potuit educere, supplens naturae defectum, vt esset symbolum Christi florium ex frigido lauacri vtero prodeuntium, vt habet S. Chrysostomi a philosophia; potuit frondes ac flores ex arido trunco procreare, & sanctos, ex vitæ, pietatis humore profusus exsuecitate ariditate, vernantes florentesque excitare.

Retur viridi siccum; & licet intemptiuo tempore, frondes florésque ex infito erumpent. Exacto octiduo, coaluisse viridi rosaceum furculum cum arido stipite, & vernantem ramum binas Rosas parturisse formositate atque fragrantia celsiorem natura originem indicantes. Haud dissimiliter speciositas rosae in plerisque Sanctorum stipiti arido, id est vel emortuae prostrataeque Christianae sanctimoniae in baptismo collatae, vel vitae in caligine infidelitatis exactae, subito adnata est. Testes qui ex vita in omnibus fordidis volutata, vel ex Ethnicismo aut Iudaismo emerfa, ad insignem sanctimoniam, cum maxime intemptiuum tempus videretur, sunt euecti. Non plus sunt haec naturae opera, quam rosarum ortus ex furculo stipiti arenti inserto, absque legitima mora inoculationis naturalis: aut quam rosarum eruptio, anni parte intempta. Sed Deo naturae auctori nihil est difficile. Et qui ex emortua vulua Sarae, & frigido vtero prolem potuit educere, supplens naturae defectum, vt esset symbolum Christi florium ex frigido lauacri vtero prodeuntium, vt habet S. Chrysostomi a philosophia; potuit frondes ac flores ex arido trunco procreare, & sanctos, ex vitæ, pietatis humore profusus exsuecitate ariditate, vernantes florentesque excitare.

Tradit in Geoponicis Didymus, vt rosa sit odoratissima, hinc inde conferenda ei esse allia, quorum acrimonia & caliditate excitentur, & acuantur rosae vires. Præterquam quod vt bene philosophatur Costæus b allium, foetidiorum succi appositum partem, (quippe sibi similiorem,) in alimentum suum attrahens, dimittit rosato puriore, odoris ac caloris gravioris materiam. Aequè sancti, vt rosae inter Vepres iuxta prouerbium, spirant suauius, & speciosius micant inter iniquos. Sic Iob, notatur vixisse in terra Hus; vt intelligeretur, de quali Veprete qualis flos enituisset, vt optimè aduertit S. Gregorius c, accumulans alias scripturas, in quibus virtus sanctorum, gratior & Deo acceptior fuisse proditur, quia debebant in medio nationis prauae ac peruersae, & per Antiperistatium robotabatur virtus eorum. Egregiè in Noëmo, tantam sanctitatem in tanta nequitia cæterorum quibuscumque debebat, suspicit S. Chrysostomus d. [ Nam quasi scintilla in medio mari versans, non modò non extinctus est, sed quotidie fulgidiore luce prodibat, omnes suis operibus docens. ] In iusto Loth, Sanctus Petrus e eo magis admirandam fuisse eius sanctitatem ac pietatem docet, quod inter impios versaretur, & ab eorum impietate non obrueretur, sed animum, & opes veluti à ferro duceret. Hoc est mysticam rosam inter allia agere, & de alieno putore halitum suauissimum, de virulentia lectissimum rorem colligere.

Aduersantur rosae scarabeis, ac cantharidibus, vt tradunt Theophrastus, Plinius & Alianus signati à Scaligerò ad Theophrastum f. Additque ex Aristotele Aldrouandus g, scarabæos, tamen adeo viuidos, vt dissecti non emortiantur, rosarum tamen odore necari. Aequè Clemens Alexandrinus h perire scarabæos scribit, si oleum rosaceum admo-

† Georgius Presb. in eius Act. 22. April.

† Epist. 56.

d de statu interio, homin. traç. 1. c. 15.

† l. 21. c. 4.

† Epist. 12. § 21. mor. cap. item 21. h serm. de S. Alexio.

Retur viridi siccum; & licet intemptiuo tempore, frondes florésque ex infito erumpent. Exacto octiduo, coaluisse viridi rosaceum furculum cum arido stipite, & vernantem ramum binas Rosas parturisse formositate atque fragrantia celsiorem natura originem indicantes. Haud dissimiliter speciositas rosae in plerisque Sanctorum stipiti arido, id est vel emortuae prostrataeque Christianae sanctimoniae in baptismo collatae, vel vitae in caligine infidelitatis exactae, subito adnata est. Testes qui ex vita in omnibus fordidis volutata, vel ex Ethnicismo aut Iudaismo emerfa, ad insignem sanctimoniam, cum maxime intemptiuum tempus videretur, sunt euecti. Non plus sunt haec naturae opera, quam rosarum ortus ex furculo stipiti arenti inserto, absque legitima mora inoculationis naturalis: aut quam rosarum eruptio, anni parte intempta. Sed Deo naturae auctori nihil est difficile. Et qui ex emortua vulua Sarae, & frigido vtero prolem potuit educere, supplens naturae defectum, vt esset symbolum Christi florium ex frigido lauacri vtero prodeuntium, vt habet S. Chrysostomi a philosophia; potuit frondes ac flores ex arido trunco procreare, & sanctos, ex vitæ, pietatis humore profusus exsuecitate ariditate, vernantes florentesque excitare.

Tradit in Geoponicis Didymus, vt rosa sit odoratissima, hinc inde conferenda ei esse allia, quorum acrimonia & caliditate excitentur, & acuantur rosae vires. Præterquam quod vt bene philosophatur Costæus b allium, foetidiorum succi appositum partem, (quippe sibi similiorem,) in alimentum suum attrahens, dimittit rosato puriore, odoris ac caloris gravioris materiam. Aequè sancti, vt rosae inter Vepres iuxta prouerbium, spirant suauius, & speciosius micant inter iniquos. Sic Iob, notatur vixisse in terra Hus; vt intelligeretur, de quali Veprete qualis flos enituisset, vt optimè aduertit S. Gregorius c, accumulans alias scripturas, in quibus virtus sanctorum, gratior & Deo acceptior fuisse proditur, quia debebant in medio nationis prauae ac peruersae, & per Antiperistatium robotabatur virtus eorum. Egregiè in Noëmo, tantam sanctitatem in tanta nequitia cæterorum quibuscumque debebat, suspicit S. Chrysostomus d. [ Nam quasi scintilla in medio mari versans, non modò non extinctus est, sed quotidie fulgidiore luce prodibat, omnes suis operibus docens. ] In iusto Loth, Sanctus Petrus e eo magis admirandam fuisse eius sanctitatem ac pietatem docet, quod inter impios versaretur, & ab eorum impietate non obrueretur, sed animum, & opes veluti à ferro duceret. Hoc est mysticam rosam inter allia agere, & de alieno putore halitum suauissimum, de virulentia lectissimum rorem colligere.

Aduersantur rosae scarabeis, ac cantharidibus, vt tradunt Theophrastus, Plinius & Alianus signati à Scaligerò ad Theophrastum f. Additque ex Aristotele Aldrouandus g, scarabæos, tamen adeo viuidos, vt dissecti non emortiantur, rosarum tamen odore necari. Aequè Clemens Alexandrinus h perire scarabæos scribit, si oleum rosaceum admo-

† serm. 64. Tom. 5. Greg.

† l. 1. de nar. Plant. c. 43.

† l. 1. mor. c. 1.

† hom. 21. in Genes.

† Epist. c. 2.

† l. 1. de causis Plant. c. 7 § 1. 4. de insect. c. 3. h 2. pag. c. 8.

Retur viridi siccum; & licet intemptiuo tempore, frondes florésque ex infito erumpent. Exacto octiduo, coaluisse viridi rosaceum furculum cum arido stipite, & vernantem ramum binas Rosas parturisse formositate atque fragrantia celsiorem natura originem indicantes. Haud dissimiliter speciositas rosae in plerisque Sanctorum stipiti arido, id est vel emortuae prostrataeque Christianae sanctimoniae in baptismo collatae, vel vitae in caligine infidelitatis exactae, subito adnata est. Testes qui ex vita in omnibus fordidis volutata, vel ex Ethnicismo aut Iudaismo emerfa, ad insignem sanctimoniam, cum maxime intemptiuum tempus videretur, sunt euecti. Non plus sunt haec naturae opera, quam rosarum ortus ex furculo stipiti arenti inserto, absque legitima mora inoculationis naturalis: aut quam rosarum eruptio, anni parte intempta. Sed Deo naturae auctori nihil est difficile. Et qui ex emortua vulua Sarae, & frigido vtero prolem potuit educere, supplens naturae defectum, vt esset symbolum Christi florium ex frigido lauacri vtero prodeuntium, vt habet S. Chrysostomi a philosophia; potuit frondes ac flores ex arido trunco procreare, & sanctos, ex vitæ, pietatis humore profusus exsuecitate ariditate, vernantes florentesque excitare.

Tradit in Geoponicis Didymus, vt rosa sit odoratissima, hinc inde conferenda ei esse allia, quorum acrimonia & caliditate excitentur, & acuantur rosae vires. Præterquam quod vt bene philosophatur Costæus b allium, foetidiorum succi appositum partem, (quippe sibi similiorem,) in alimentum suum attrahens, dimittit rosato puriore, odoris ac caloris gravioris materiam. Aequè sancti, vt rosae inter Vepres iuxta prouerbium, spirant suauius, & speciosius micant inter iniquos. Sic Iob, notatur vixisse in terra Hus; vt intelligeretur, de quali Veprete qualis flos enituisset, vt optimè aduertit S. Gregorius c, accumulans alias scripturas, in quibus virtus sanctorum, gratior & Deo acceptior fuisse proditur, quia debebant in medio nationis prauae ac peruersae, & per Antiperistatium robotabatur virtus eorum. Egregiè in Noëmo, tantam sanctitatem in tanta nequitia cæterorum quibuscumque debebat, suspicit S. Chrysostomus d. [ Nam quasi scintilla in medio mari versans, non modò non extinctus est, sed quotidie fulgidiore luce prodibat, omnes suis operibus docens. ] In iusto Loth, Sanctus Petrus e eo magis admirandam fuisse eius sanctitatem ac pietatem docet, quod inter impios versaretur, & ab eorum impietate non obrueretur, sed animum, & opes veluti à ferro duceret. Hoc est mysticam rosam inter allia agere, & de alieno putore halitum suauissimum, de virulentia lectissimum rorem colligere.

CAP. VI. Rosa imago Sanctorum.

† lillo 4 c. 4.

† l. 29. c. 4.

\* Epist. 149.

hom. 8. in Mart. m ad cap. 1.

part. 3. c. 10



CA. VI. Rosa imago Sanctorum.

ostendit spinas omnes, metamorphosi extemporanea, mirabili in omnium testium oculis prodigio, in rosas conuersas. Id quod cum alij de illo, tum Dux ipse de Monte alto, testis longè illustrissimus, Abbati Theodosio à Catania, recensuit.]

part 3. c. 9.

Sed vix vspiam alibi hæc rosa mysticæ textura melius notata est, quam in S. Liduina Virgine per patientiam viua martyre, de qua Ioannes Brugmannus vitæ Autor a scriptum reliquit, omnium humanarum oblectationum peractam in spinis perpetuis diuersantem etiam sanguineas lachrymas emisisse quas ROSAS SVAS nominabat. Quinctiam vitæ eius, diuino viso, rosa specie est expressa. Audi eundem Brugmannum b. [ Ab initio diuinarum visitationum solebat testis verbis dicere Confessario & familiaribus suis, vidisse se arborem speciosissimam plenam rosarum calycibus, audiuisseque ab Angelo suo non se prius decessuram, donec illa arbor iustam accepisset quantitatem, & calyces illi in rosam abirent. Sub finem autem vitæ rogata ab illis num ea arbor satis excreuisset, respondit eam iam propè suam obtinuisse molem, & è calycibus rosas prodidisse. Itaque se non dubitare, propinquum esse finem vitæ suæ. ] En patientissimam Virginem rosæ typo diuinità expressam. Nec aliud retulerim quod de totius patientiæ viro Henrico Sufone proditum est in eius Actis, describentibus reuelationem à Deo exhibitam cuidam Virgini nomine Anna, quæ Ministro c[on]sue in illis Actis vocatur Sufone (penumero,) [ Narravit vidisse se quandoque in spiritu, pulcherrimam rosaceam arborem, eximiiis iidemque rubicundis cospicuum Rosas: In hac arbore apparuisse puerulum Iesum cum sero ex rubicundis confecto Rosis. Sub ipsa autem arbore sedisse Ministrum. Porro Iesum paruulum per plures carpentem Rosas in ipsum Ministrum coniecisse, donec totus esset Rosis oblitus. Sciscitanti autem Virgini, ecquid sibi Rosæ illæ vellent puerulus respondit Rosæ istæ multæ numero, multiunges significat cruce, quas Deus Ministro permittit euenire, & ille suauiter ac comiter accipiet ex Dei manibus, & feret patienter.

c. 36. vitæ

Hand vsitatum prandinm quin audies Cineri calentes lacrymas mixtas simul. Sine pane sunt qui vixerint, aqua & sine (Natura leges habeat aduersas licet.) Zelo ferente prorsus insuetam ad viam.

Spina in Rosa Sanctorum, nominatim per ieiunij asperitatem in Quadragesima.

Scitis de Sanctorum & Rosarum Analogia. Nunc quod secundo loco monstrandum receperam exequendum est, ostendendo sanctos non virtutum duntaxat antenarum venustate nituisse, sed cum ea elegantia spinis quoque imbonitatum, ac nominatim abstinentiæ singularis inhorruisse; vnde fas erit inferre, ostentari congruentissimè hoc sancto-cum symbolum, animandis fidelibus ieiunij quadragenarij expletionem. Nihil autem facilius quam ostendere, sanctos Dei homines præcelluisse ea in parte. Nam cum toto anno essent abstinentissimi, quis dubitare possit, quin non tantum in voluntariis illis ( vt ita dicam ) sineret ipsorum sacrificiis, religiosam

voluntatem suam probauerint, sed etiam in isto lege peculiari præscripto? Non pauci extra Quadragesimam cinerem panis vilissimo commistum manducabāt. De S. Germano Antiochodorense scribit Constantius Presbyter d quod à die inaugurationis in Sacerdotem, [ Nunquam panem frumenti, non vinum, non acetum, non oleum, non legumen, nunquam vel saleum ad vsu[m] condiendi saporis accepit. Primum in refectionibus cinerem prælibauit, deinde panem hordeaceum sumpsit, quem tamen ipse excussit & moluit. ] Sumebat autem vespere tantum, & quandoque in hebdomade medijs, plerumque die septimo. S. Monegondes, [ Farinam hordeaceam, infusisq[ue] lymphis cineres diligenter colans, ex ea aqua mixturam massæ conficiebat, formatosq[ue] propriis manibus panes ipsa coquens, post longa ieiunia reficiebatur. ] S. Ioannes Silentiarius, vt refert accuratus & verax Scriptor Cyrillus Monachus, pane solo vescabatur, quem admisto thuribuli cinere comedebar: & deprehensus id facere, à discipulo monitus est, ne se deprehensum agrè ferret, cum id plerumq[ue] in eadem laura præstarent, implentes Scripturam quæ dicit, cinerem tanquam panem manducabam. Inter asperitates vitæ à varijs sanctis Ascetis vsurpatas, hanc non omisit Nazianzenus e sic canens.

d l. i. vitæ c. 8.

Hoc de pane in cibum non adhibito, seruauit S. Iacobus Nisibenus, quem proditum est, alimento vsu[m], quod sine satiatione sua sponte produceretur: fructibus inquam arborum syluestrium, & herbis esculentis quas in syluis carpebat. Iam quoad potum, plerique non nisi posca utebantur, Heraclide f teste. Nec est posca vt quibusdam perperam vsu[m] est, idem quod lora vel Zythum; id est vinum secundarium expressum è proiectis vuarum reliquijs. Hoc benè refellit Brodæus g. Est igitur posca, aqua aceto admixta, quæ plerumque simpliciter dicitur acetum, crâque militibus in vsu, ac vili plebeculæ, vt innuit Suetonius de liberto Vitellij poscam Puteolis vendente agens, & ex Galeno Mercurialis, addens ex Barbaro, in antiquis Festi codicibus dicta poculenta, quæ postea dicta sunt poculenta, vtique vulgaria & non exquisita. Homines eum cibum, eumque potum reliquo anni tempore adhibentes, quis credat in Quadragesima captasse lautitias, & delicatius quàm alijs pastos aut potos esse? De plerisque proximè referendis, perspicuum est quod dico, quia scriptum est, eos Quadragesimam seuerissimè abstinendo exegisse, vel nihil prorsus, vel perexiguam quid assumendo in cibum. De ceterorum abstinentia scriptis non commissâ, coniecturam licet facere, ex tanta ( vt dixi ) reliquæ vitæ, extra hoc sacrum tempus, abstinentia. Sed dimissis coniectancis, notemus aliqua specimina abstinentiæ multorum per Quadragesimam.

lambico 18. n. 78.

paradisi cap. 25. & 42.

4. miscell. c. 11. c. 3. vati c. vltimo.

Quadrage

Quadragesima plerisque sanctis, absque omni cibo transacta.

Reuerendissimo Patre Ioanne Antonio Philippino Ordinis Carmelitorum Generali, parenti suo posita, ex qua exemplum quadragenadialis ieiunij continui, nuperum exhibitur.

orat. 3. b orat. 40.

FVere omninè multi, qui sanctè, Christum, & Moysen, ac Eliam æmulati, ieiunium per solidam dierum ac noctium quadragenam protraherent. Ita fecisse S. Ioachinum ad exorandam prolem scribit Georgius Nicomedensis a, negans esse inficiandum. Tentasse id aliquos suo tempore, scribit b Nazianzenus vsus improbare. Quamquam in Caruine de animæ suæ calamitatibus, enumerans varias piorum in corpora sua asperitates piè & cum laude susceptas, hanc quoque recenset, verbis illis.

Epist 86.

Sicque quater denis, velut arbor recta diebus, Subuectum ad cæli culmina pectus habens: Nilque aliud prorsus, quam Christum mente voluans.

En stantes per factam Quadragenam totam, nec aliud quàm Deum agitantis animo, de cibo, & potu non sollicitos, sed semper in oratione defixos, studio exprimendi imitatione Christi ieiunium ad dies quadraginta protrahunt. Et ex eo capite, S. Augustinus c purgat, nonnullos, qui ieiunabant quoque die Dominico. Quamvis enim ex quo Manichæi, diei Dominicæ ieiunium amplexi erant, Catholici à ieiunio diei illius multo magis abhorrent: tamen D. Augustinus vsu[m] Catholicorum comprobans, excipit; [ Nisi forrè aliquis idoneus sit nulla refectione interposita, ultra hebdomadam perpetuare ieiunium, vt ieiunio quadraginta dierum quantum potuerit appropinquet, sicut aliquis fecisse cognouimus. Nam & ad ipsum quadragenarium numerum peruenisse quendam, à fratribus fide dignissimis, nobis asseueratum est.

l. 1. de sig. cap. 3.

Fecit hoc postea Simeon Stilites, quem Theodoretus d refert primum quidem experiri voluisse, essetne par futurus tam rigidæ abstinentiæ: Et Bassam hominem Dei agrè annuisse his cœptis; cûmq[ue] penè defecisset Simeon, admota per Bassam Eucharistia, refocillatum esse. Ex quo autem semel quadragenarium scamma ieiunus exegit, eum sibi morem indixit. [ Ab illo ergo tempore, (inquit Theodoretus,) vsque in hodiernum diem ( iam autem præterierunt viginti & octo anni, ) manet ieiunus quadragesima dies. Gerasimum Abbatem sanctissimum, Cyrillum Monachus in Magni Euthymij rebus gestis, testatur, quadragenadialis ieiunij dies, ieiunium transigere solitum, sola sacramentorum participatione contentum. Simeon Salus, integram quadragesimam exegit, nihil planè cibi corruptibilis percipiens. Virgo è Barbarano, oppido Romani territorij, Felix nomine, tres totas quadragesimas ieiunia transiegit: quod testatur qui tunc vivebat, Thomas Bosius e. Ioannem nobilem Scotum apprimpium quadragenam totam nullo sumpto cibo aut potu exegisse, scribit Lesleus in Scororum historia f. Alia in hanc rem notauit Ioannes Vuiringus g. Recens exemplum, sed mihi competissimum, nolo præterire. Romæ in æde sacra SS. Syluestri ac Martini in Montibus, legitur hæc sepulchralis Epigraphe, à Theophili Raynaldi Pontificia.

lib 9. l. 2. de ieiunio Medico eccl. c. 10.

D. O. M.

HOSPES. In hac imagine, Ioannem Paulum Philippinum vides; virum planè omniis cordis, & candidi moris: qui ab ipsa adolescentia vsque ad annum LXXVII. adamatum integritatem in actiuosa vita illibatam seruauit erga pauperes semper misericors. Denum in extrema senectute morbo decubens, per totum Quadragesimale tempus, omni prorsus alimonia, integris sensibus abstinuit, & sumpto sacro viatico, ipso die Paschæ, admirantibus omnibus, piè decessit, anno salutis M. DC. XL I. Non est quod quis abstinentiam aded prolixam in humores viscidos referat, cum omninò diuini fuerit muneris, ob exactam accuratè vita vniuersa Quadragesimam, quam eo anno 1641. peractis lætè genialibus alacriter occæperat, nec quantivis gulæ irritamentis adhibitis euinci potuit, vt præter diuinam Eucharistiam quam sæpius per eam quadragenam sumpsit, aliquid in stomachum traicere vale-ret. Adiuncta monstrant causam quam dixi, præsertim post vitam admodum innocuam, & charitate redundantem Videbatur enim totus in viscera misericordiæ erga egenos transisse.

Fidem propè superant, quæ Theodoretus narrat de SS. mulieribus Marana & Cyra, quarum res gestas perstringit. Videtur enim imbecillitatem sexus fœminæ superasse, quod fœminæ nobiles, & vitæ semper innocuæ, ultra tot imbonitates alias ( vt degendi sub dio, corpora grauandi ferro ponderosissimo, nec nisi in Pentecoste alias mulieres admit-tendi ad colloquium, ) etiam hanc inedia quadragenadialis, alacres sustinerent. Theodoretus h verba de eis sunt. [ Ex his quæ videntur molesta, animi gaudium percipiunt. Et diuini Mosis æmulatæ ieiunium, ter tanto tempore inedian sustinere. Ter quoque diuini Danielis à cibo abstinentiam sunt æmulatæ, tres dierum hebdomadas conficientes, & cibum corpori suppeditantes. Cum autem aliquando desiderassent salutarium Christi passionum sancta loca contemplati, venerunt Eliam; cum in via nihil cibi sumpissent. Sed postquam in illam urbem venerunt & adorationem impleuerunt, cibum sumpserunt, & reuersæ sunt à ieiunio confecto itinere. Est autem iter non pauciorum quàm viginti dierum. Quinctiam cum victoria insignis Theclæ, cupissent videre adem quæ est in Usuria, vt dilectionis in Deum flammam vndiquaque accenderent, sic profectæ sunt, & reuersæ sunt ieiunæ. ] Harum mulierum caro videtur ænea fuisse; adeo dura ac infraclæ hærebant ad tantam vitæ asperitatem.

Quid S. Maria Ægyptiaca in hoc genere præstitit, prodigiosè ac supra generis humani vires, sexusq[ue] fœminæ imbecillitatem, à Sophronio in eius Actis est proditum. Exigebat ieiuna non dies paucos, sed annos solidos; professâ, cibum sibi ac vestimentum esse verbum Domini, eo quod non ex solo pane viuat homo. Et post longissimæ inedia obseruationem

CA. VI. Rosa imago Sanctorum.

b 29. d. c. p.

M m m m tionem

CAP. VI.  
Rosa imago  
Sanctorum.

¶ l. 2. vitæ  
cap. 12.

tionem, rogante Zozima Abbate qui ad eam exeunte quadragesimâ venerat, ut è cibis quos ipsi attulerat, aliquid acciperet & reficeretur; sufficere dixit gratiam Spiritus, ut custodiret animam immaculatam. Transferat quadante-nus in terrestrem Anglum, ut de ea dixit Zo-zimas. Itaque mirum non est quod impasta cibo terrestri tandiù degeret. Accessit ad S. Ma-riam Ægyptiacam, ut priore vitæ instituto cœnoso, ita posteriore vita nitentissima, & asperitatibus supra communem morem omni-nò magnis vltro susceptis exercita, Cathari-na Senensis iunior, nocta rerum suarum scri-ptomem Eminētissimum Federicum Cardina-lem Borromæum a. Extraordinaria planè sunt quæ ab ea in his finibus sæculorum sunt edita, cum quoad alia pœnitentiæ specimina, tum nominatim quoad ieiunia. Proditum quippè de ea est, quod per decennium Quadragesi-mam totam exegerit planè ieiuna, sana sem-per ac vegeta, imò auctoribus semper viribus, quo plus Quadragesima progrediebatur. Et quanquam per primum decenniū illius bien-nium vesperi tantillum succi è citreo limonio sale perspersum hauriebat, addita iussu Con-fessarij panis particula, ad nucis magnitudi-nem, tamen ea omnia postea dimisit. Vnde hæc duratio in sexu fragili, & tam multis aliis asperitatibus vltro susceptis attrito corpore, nemo non videt. Nempe indidem, vnde vites ad longiorem inedia m suppetuerunt S. Mariæ Ægyptiacæ. Quò autem aliò referatur, quod Nicolaus de Saxo Heluctius, per continuos annos vnde viginti ac dimidium, ieiunavit so-la Eucharistia identidem pastus? Ita scribunt Hentius Lupulus, & Ioachimus Eicharinus, & Petrus Hugo vitæ eius Auhores; rémque tot testimoniis firmant, ut non sit dubitatio-ni locus; nec in homine cuius anima sicut adipe & pinguedine spiritus replebatur, is ter-reftris cibi adeò longus defectus fuit præci-puum Dei opus.

*Asperitas ieiunij quadragesimalis,  
exacti cibo parcissimo  
assumpto.*

SI extra proluxa adeò abstinentiæ exempla, Sprobare vellem diligentiam in recensenda Sanctorum alacritate, quâ se macerantur exi-gentes accuratè ieiunium quadragesimæ, iuxta præscriptum Ecclesiæ; exhibendæ hinc essent omnes propè Sanctorum atque Sanctarum vi-tæ, & maximè quæ dicuntur *Vita Patrum*. Nam cum illis vita vniuersa perpetuum ferè ieiunium esset, vigorem tamen, & sanctum sui odium in macerandis seipsis per abstinentiam tenebant; nominatim per quadragesimam. De S. Petro à Morono, grauis Autor Petrus de Alliaco Card. Damascensis, scriptum reliquit, cum cum esset toto anno cibi abstinen-tissimus, per quadragesimam tamen, multò abstinentiorem, & seipso superiorem fuisse. Semper quidem carne abstinebat, semper ex-ia Dominicam ieiunabat, vinum parcissimè & per rarè bibens, feriâ sextâ pane & aquâ ad victum adhibitis, toto anno exigebat: vl-

tra hunc tamen abstinenti rigorem, quater-nas annis singulis quadragesimas, vnico eò-que insipido vtens ferculo, obseruabat. Quin-imò per ternas ex illis quadragesimis ieiunio-rum, non nisi pane & aquâ victitabat: quan-doque etiam pane non adhibito, solis cau-lijum foliis, vel solis crudis fructibus, vitam sustentabat. Fuit etiam, cum ad ieiunium qua-dragesimale seueriùs exigendum, in foueam quandam descenderet; inferens tantum ad vi-ctum per vniuersam quadragesimam, decem panes, & octo cepas. Cùmque imbrim & ni-uium copia vltra morem addensata, vestes eius glaciæ concretae, tenaciter adhaesissent foueæ lateribus; hæst immobilis viginti to-tos dies; donec expletâ quadragesimâ adue-nientes pij quidam, semiuivum intra foueam Dei laudibus insistentem reperientes, nouum Daniele extraxerunt è lacu, & accenso igne refouerunt; inuento panum residuorum qui-nario, post tantum ieiunij tempus intacto.

Tabennesiote in quadragesima, nihil co-ctum edentes ieiunabant asperimè, ut scri-bit Palladius, agens de rebus gestis vtriusque Macarij: de quorum altero clam cooptato in-ter S. Pachomij Monachos sic habet. [ Cùm superuenissent quadragesimæ dies, videretque diuersos vario more viuentes, alium vesperti-nis horis soluentem ieiunium, alium verò post biduum, alios etiam post dies quinque gustantes; alium stantem totis noctibus & per diem sedentem, laborantemque; ille de arboribus dactylorum ramos aliquos madafa-ciens stetit in vno angulo, vsque ad quadra-gesimæ finem, & principium Paschæ, non pa-nem, non aquam gustans, non flectens genua, non in terram iacens, sed tantum modica cau-licorum folia cruda Dominico die sumens, ut manducare aliis videretur. Si quando autem ad corporalem necessitatem fuisset egressus, confestim remeabat, ac stabat, non os aper-rens, non alicui quicquam loquens, sed cum summa taciturnitate consistens, & in corde suo iugiter orans, atque id solum quod in manibus tenebat efficiens. ] En planè auste-rum ac horridum genus, exigendi ieiunium Quadragesimæ.

S. Maurum Abbatem B. Benedicti alum-num, scribit Faustus, per quadragesimam, nec tunicâ, nec cucullo indutum, sed lago dun-taxat cilicino amictum, exemplo S. Benedicti duabus tantum vicibus in hebdomada cibum, admisit; totòque eo tempore, non iacendo, sed stando, & ad summum sedendo somnum cepisse. S. Romualdus referente Petro Damia-ni, cum toto anno frequens esset in ieiuniis, itavt triduo vel biduo per hebdomadam ieiunium continuaret, paucis olusculis identidem in cibum adhibitis victitans, duabus tamen per annos singulos quadragesimis, totius hebdomadæ continuabat ieiunium, & ut so-cij idem facerent, annitebatur. Et iam senex, tota quadragesima non cibum adhibebat alium, quam forbitiunculam de modica fa-rina & paucis oleribus, vel modicum infusi ciceris. De Spinello Benifegno, proditur in Actis b. Sancti Ioannis Columbini, sub Do-minicam Quinquagesimæ quâ solemnè ieiuni-um imminet, in præruptum scopuli Tyrtheno-

b. parte. 5. c. 5.

mani

mari imminentis cacumen, diuertisse, & in exeso antro abditum, sacram quadragesimam magna asperitate exegisse. Sex enim secum al-latis panibus, quot sunt in Quadragesima Do-minicæ, vnum quot Dominicis absumebat: reliqua hebdomada, incoctis herbarum radi-cibus, & frigida ad potum adhibita, victitabat; lectum suppeditante nuda humo cervical sca-bra silice ac tophe. Cuius tantæ per quadra-gesimam asperitatis inuidia tactus Dæmon, specie Eremitæ ad hominem Dei veniens, mis-sum se à Deo mentitus est, ut significaret, ne-quaquam esse Deo acceptum eius ieiunium, vtpote ab Apostolicæ regulæ tenore discre-pans, nec rationabile obsequium. Itaque ten-tavit hominem Dei auertere à talis ieiunij prosecutione, inuitans ad suam haud procul postam speluncam, vbi simul ieiunium con-sentaneè ad receptum in Ecclesia vsu obi-rent. Sed ad fufam orationem à Spinello, dis-sipatæ sunt artes veteratoris, mutati subitè in hostem ferocem, frustra conati seruum Dei in subiecto mare deturbare. Armatus enim Crucis signo seruus Dei, Satanam abegit, & ieiunium ceptum, quâ orsus erat aulteri-tate, continuauit. Monachi sub Zozimæ Ab-batis disciplina degentes, singuli quadragin-ta quinque dactylos accipiebant in cibum pro tota quadragesima. S. Zoëardus Polonus, qui mutato nomine dictus est *Andreas*, à Philip-po Nitriæ Abbate qui eum atrondit in Mona-chum, quadraginta nucas accepit pro totius quadragesimæ cibo, vt scribit Maurus Quin-quecelesiensis, in eius sancti viri Actis.

Non est ea fortitudo asperimè exigendi quadragesimæ ieiunium adhibito cibo tenuis-simo, virosum propria. Habuit hæc quoque in parte Sexus infirmior laudem suam, vt S. Au-gustinus a de Romanis Monialibus refert. Item S. Athanasia Abbatisia per Quadragesi-mam post biduum duntaxat, cruda olera su-mebat in cibum, potu prorsus abstiens, dor-miens verò inclinata in lapidem. De S. Au-streberta proditum est, in Quadragesima ter tantum per hebdomadam comedisse. Exem-plum Regium, quod subiicio, videtur supra omnem comparationem. Sanct. Radegundes, etiam in Regia, Quadragesimam accuratissi-mè seruabat addito asperimè cilicio ad nu-dam carnem per totam Quadragesimam; quod à Moniali, cui nomen erat *Pia*, ob signatum recipiebat, & quadragesima exacta similiter ob signatum remittebat, vt scribit Fortunatus. Et quo verò velata est, vt idem Fortunatus, addit tam asperè exegit ieiunium, præfer-tim Quadragesimæ, vt inter Martyres videri posset decus tulisse. Nam initio, panem eum-que non nisi hordeaceum, extra Dominicam non edebat, & paucis oleribus, neque oleo, neque sale conditis, victitabat, iacens in cine-re & cilicio, adacta aliis quadragesimis feria quinta idem præstare quod primum faciebat tantum, Dominica. Tres circulos ferreos col-lo brachiique innoctebat per quadragesi-man; tres catenas inferens, ac corpori alli-gans, adeò acerbè vt concanaretur ferrum, & supererescere carne eximi post quadragesi-mam nequiverit, nisi adhibita cæsurâ: ac ve-luti non satis diuexa let corpus tam duro ie-iunio & ferri appensione, igne adhibito cor-pus vitulabat, captans sibi à seipsa Marty-rium.

CAPI. VI.  
Rosa imago  
Sancto-  
rum.

*Apodosis singularium exemplorum ieiunij  
rigidissimi per quadragesimam.*

CANAMUS receptui, ne in immensum ex-crescat oratio, si omnia in hoc genere il-lustria, velim adducere. Abstiniens autem con-sultò pluribus, sic ratiocinor. Hi homines similes erant nobis passibiles, & animæ eor-um carne ostreo conclusæ erant æquè ac nostræ. Neque licet comminisci, sanctos istos quos proluxa admodum abstinentiæ addictos fuisse vidimus, præ humorum visciditate ob-torpuisse ad famis aculeos, vt contigit plerif-que, diutinam, etiam annorum multorum abstinentiam ab omni prorsus cibo tenentibus. Sic enim Puella Normannica vt scribit Apo-nensis b, per annos octodecim, pertulit in-ediam. Et quidam Romæ referente Rondeletio e per annos quadraginta sine cibo vixit. Et Puella Germanica de qua Portius libellum edidit, quadriennium totum exegit ieiuna, nullo prorsus cibo assumpto. Idem per trime-stre fecit alius apud Michaëlem Medinam d. Sed & alius, apud Liliam Gyraldum idem fe-cit per autumnum & hyemem totam in somno tranfactam. Multa talia addensant Marcellus Donatus e, & Bisciola f. Hæc abstinentia, non fuit similis abstinentiæ Sanctorum de quibus egimus, sed potius assimilanda est ab-stinentiæ multorum brutorum de quibus Ari-stoteles g, & Georgius Agricola h, quæ præ frigiditate & crassorum ac viscidorum humo-rum copia, sibi sufficiunt ad longam moram absque alimento, vt Aristoteles, optimè con-siderauit, traduntque quoad homines istos longæ inediæ patientes Magn. Albert. i. Simon Portius m, Mercurial. n. Delrio, & in Micro-cos. Analogia Nancelius o, & Lilius Gyraldus p. Non potest igitur penes interuentum huius-modi marbofæ causæ, tenuari decus ieiunij ri-gidi, à sanctis viris quos referebam, obserua-ti: Sed cum essent eadem qua nos passim com-pactione, tamen ieiunium ea quâ vetuli aspe-ritate & accuratone obseruabant. Neque ve-rò inter ieiunandum adhibebant lenimenta, quibus ieiunij nobis asperitas ex multis capi-tibus mitescit. Plerique verò eorum, vitam semper vixerant innocentissimam: itavt dici non posset, eos ad extergenda peccata, & sor-des quas sibi affricauerant defricandas, tam scabro & aspero strigili indignisse: sed ex me-ro in Deum amore, vt carnem condoceface-rent, & spiritui cedere docerent, ieiunia illa asperissima vsurpabant; cum possent legi de obseruatione quadragesimæ multò minore, ( vt ita dicam, ) impensa satisfacere.

b. sc. 10.  
probl. 11.  
c. 1. r. de Pis-  
cib. c. 3.

d. r. paren. c. 7.  
dialogum. 7.

e. l. 4. hist. me-  
dic. mirabo.  
c. 11.  
f. c. 1. l. 16. c. 2.

g. l. 8. histor.  
c. 14 & 17.  
h. l. de anim.  
subter. à c. 13  
i. l. 4. p. c. 5.


l. 1. 6. de anim.  
m. de Pul-  
Grem. c. 6. -  
n. l. 6. variat.  
c. 12. l. 2.  
Mag. q. 21.  
o. l. 5. c. 4.  
p. dialogi. 17.

Hæc si vel perfunctoriè attendere, homi-nes in multo Dei ære per peccata propè in-numera constituti, legem quadragenarij ieiu-nij non vltra quadraginta dies quot annis per-tinentem, tam multiplici adhibito leuamento, ad finem vsque illius temporis, inuisola-tam seruarent. Pudeat mollitiei! Pudeat dege-nerationis à tot Sanctis maioribus, quibus

M. m. 2. minus

Theophili Raynaldi Pontificis.

**CAP. VI.** minor incumbere Deo per aded aspera ieiunia satisfaciendi necessitas. Quod tamen pie admodum obseruauit Eucherius a, inspirat innoxii Spiritus sanctus hæc consilia, [ vt Medicinam quam inuadunt sani, discant quæ- rere vulnerati. Mutis uocibus ingeminat ista fidelibus Pontifex, Rosam ostentans symbolum singularium Sanctorum, ieiuniorum gloria illustrium. Existimarim uero eodem spectasse, quod olim Origene b teste, diebus ieiunij & abstinentiæ, legebatur in Ecclesia liber Iob; vt fideles sustinentiam Iob audientes, & Iobo per ieiunium abstinentiamque compati- entes, animarentur generosi illius athletæ exemplo, ad ieiunij & abstinentiæ multo le- uiozem tolerantiam. Alibi in Oriente, eodem consilio, sub finem quadragesimæ, cum iam ieiunandi tedium obrepit, concineban- tur præclara quoque Sanctorum facinora, & aliorum exerationes ordine digestas conti- nens Magnus Canon, ab Andr. Cretenfi con- scriptus legebatur; & uita S. Mariæ Ægyptiacæ per Sophronium exarata. Docet hoc scholium ad Magnum Canon. ad calcem operum Andr. Cretenf. titulo *Synaxarium*, ubi sic habetur. [ Fecit hunc Canonem (Andr. Cretenfis,) eo tempore quo magnus Sophronius Patriarcha Hierosol. uita Mariæ Ægyptiac. literis man- dauit; quæ & ipsa compunctionis plenissima est, lapsisque & peccatoribus, multum conso- lationis affert, si modo à prauis operibus desi- stere uelint. Lege autem receptum est, vt hac die legantur hæc de causa. Cum enim sancta Quadragesima ad finem tendat, ne homines segniotes effecti, spiritalia certamina negli- gentius incant, uitamque sobriam & tempe- rantem ualere iubent, adest Andr. qui, uelut aliptes, per historias magni Canonis, enume- rando insigniorum uirorum uirtutem, & im- proborum casum ac euerfionem, eos qui labo- ribus insistent, alacriores & (vt ita dicam,) ge- nerosiores facit, vt uiriliter ea quæ supersunt, capefiant. S. uero Sophron. mirabili sua illa oratione & tractatu, sobrios & ipse facit, & ad Deum excitat, ne corruant, ne uel desperent, li- cet aliquibus peccatis irretiti fuerint. Quanta enim sit Dei humanitas & clementia in illos qui ex toto corde præteritæ uitæ noxas relin- quere cogitant, narratio de Maria Ægyptiaca abundè docet. ]



CAPVT VII.

*Expensa ad idem institutum, exempla antiqua; cum omnium communiter, ium uariorum sigillatim populorum fidelium, æque per Rosam ostentatam adumbratorum; qui rigidissime ple- nam sacre quadragesimæ abstinentiam tenuerunt.*

**V**æ hæcenus prælata sunt incentiua ex- plendæ sacre quadragesimæ, ducta ex SS. exemplis nituntur factis Sanctorum sin-

gularium; quos adamasse ieiunium uidimus. Nunc subiungenda sunt incentiua, petita non ex facto singularum personarum, sed ex facto multorum simul populorum, exemplo præ- cellenti, ad accuratam ieiunij obseruationem præluentium, & æquè symbolo Rosæ insi- nuatorum. Quod enim de malo punico scite scriptum est à Theophilo Antiocheno c, illud per multiplicatam granorum intra unum corticem adunatorum & confertorum, bellè exprimerent gentium uarietatem: id ipsum de Rosa dici potest; quandoquidem in ea quo- que, uarietas foliorum, uino cortice & caly- ce inclusa continetur. Idque etiam in Rosa occurrit peculiariùs, quod est in ea insignis colorum uarietas, apta ad exhibendam illam gentium diuersitatem. Sunt enim Rosæ rubræ, sunt uirides, sunt cæruleæ, sunt prænestinæ uersicolores. Sunt & albæ, etiam distinctæ à liliis. Nam lilia, fabulones Mytologici, nu- gari sunt esse Rosas, lunonis lacte dealbatas, cum in eas lecto substratas, copiosum lac pro- fluxisset à Iunonis dormientis uerberibus, de- morfis ab Hercule infante illis admoto. Præ- ter lilia ergo, sunt Rosæ aliæ albæ. Enume- rant eam Rosarum uarietatem Bauhinus in suo Pinace, Clusius, Dodonæus, Ferrarius. No- stra quam à Pontifice ostentatam considera- mus, aurea est, atque aded crocei coloris; qua- lem Indi Occidui, ad pompam, cristarum for- ma præferunt capitibus, vt refert Autor histo- riæ Indiarum Occiduarum d. Sed sicut aurum ob æquiualentiam est omne metallum; ita præ- mysticis significationibus quibus hæc Rosa facta est, ad omnium colorum Rosas diffundi potest eius notio. Atque ita non incongruè dicitur, exhibere posse uarietatem gentium ac populorum in eadem fide adunatorum, quo- rum cuique unus aliquis color esset consenta- neus. Variorum ergo populorum Christiano- rum usum antiquum in obseruatione rigida ieiunij quadragintadialis, Rosæ aureæ symbo- lo insinuat, vt exemplo anteriorum fide- les excitentur ad ieiunij expletionem; operæ pretium est explicare, primùm communiter, exponendo id in quo omnes ubiuis fideles, hac in parte consenserunt: Tum sigillatim addu- cendo uarias uariarum regionum Christiana- rum præses, communi illi obseruationi su- peradditas. Vnde facillè eruetur, quam po- tens motiuum ex Rosæ aureæ symbolo sic in- tellecto, ingeratur fidelibus, ad plenam & accuratam ieiunij quadragesimalis exple- tionem.

*Omnes iam olim fideles, in Quadrage- sima, substantiæ ieiunij ualde tenaces.*

**C**ommunis Christianis omnibus nationi- bus fuit, obseruatio substantiæ ieiunij. Quo nomine certum est non excludi cuius- uis omnino cibi usum. Id enim non qua- draret humanæ imbecillitati, quæ ob iugem corporis à calore & ueluti foco insito depa- sitionem, cibi subsidium diu negari non parti- tur. Christus quidem per dies noctesque qua-

c l. x. aduer- sus Autoly.  
d p. 9. l. 4. c. 17

cap. 4.  
orator. 8. in Lucam  
p. 9. q. 4. artic. 4.  
p. 2. c. 2. d. 29. l. 2.  
l. 1. in Euang. cap. 3. rheo- sia unica n. 9.  
f. serm. 40. in fine.  
\* ser. 11.

\* hymno post ieiunium.

draginta, nihil profusus cibi assumpsit, usus supernaturali sua potestate; sine qua non contigisset, hominem non morbosum, per tempus tantæ inedia non esurire. Nam vt Matthæus a diserte notat, non tunc, sed postea esuriit. Qua in parte displicet restrictio adhibita ab Isido- ro Clario b, ac Caletano Matth. 4. & probata ibidem Estio ac Francisco Lucæ, atque Cor- nelio; quam item probabilem cenfer Bartho- lomæus Medina c: nimirum quod Christus per illos 40. dies aliquantisper esurierit, vt ieiunium esset meritorium; possètque aliis ad imitandum proponi etiam esurire. Id uero Suares d temeritatis non omnino abs re in- simulauit. Nec mitius pronunciat Vincentius Regius e: quia cum Euangelista absolute ac simpliciter dicat, Christum postea esurisse; inferri uidetur, quod affirmare uoluerit, eum antea non esurisse; licet meruerit, ueltrò pri- uans se delectatione ex usu esulentorum & poculentorum per illud tempus. Apertè hoc affirmat S. Ambrosius f agens de ieiunio ob- cundo à nobis Christi exemplo. Sed scite Pe- trus Chrysolog. \* tractans illud, postea esuriit, [Hoc (inquit) non est infirmitatis signum, sed est insigne uirtutis; quia cum dicit, postea esu- riit, quadraginta diebus & quadraginta nocti- bus probat in illo esurire non fuisse. Esurire sentire & vincere, est laboris humani: diuinæ uirtutis est, esurire non habere. Ergo Christus non ieiunio lacessit, non esurit fame, sed esu- riuit Christus, vt tentandi materiam Diabolus inueniret, quia ad ieiunium non audebat ac- cedere, quia sic ieiunantem Deum, non homi- nem sentiebat. Tunc sensit hominem, tunc mortalem credidit, tunc eum putauit posse tentari, quando eum esurire callidus explora- tor inspexit.] Quod Christum ait non esurisse fame, sensus esse debet non sensisse famem; (id enim est esurire) adactum naturali necessitate quam impedire non posset. Nam sicut esurire per quadragenam integram uel diuina impedi- erat; ita potuisset etiam impedire ulterius, excluso sensu famis. Sensit tamen famem, at- que aded esuriit, cum uisum est se hominem demonstrare. Prius tamen non esuriit, mon- strans uirtutem suam diuinam, qua famem retundebat. Quamuis ergo Christus, uel supra naturam exrompta, sine esurie per dies qua- draginta solidos, abstinentiam omnimodam, profusus cibi expers tenuerit; noluit tamen uirgere nos ad sui ea in parte imitationem, sed mulcens ac palpans nostram debilitatem, in- tercifam moderata ciborum usurpatione ab- stinentiam concessit, iuxta illud Prudentij g.

*Christe seruorum regimen tuorum;  
Mollibus qui nos moderans habentis,  
Leniter franas, facillique septos*

*Lege coërces:*

*Ipse cum portans onus impeditum  
Corporis, duos ulevis labores;  
Maior exemplis, famulos remisso  
Dogmate palpas.*

Cum igitur substantia ieiunij nostri quadra- gintadialis, non excludat omnem profusus ci- borem, uidendum est quæ sit ea ieiunij huius substantia, in quam dicebam consensisse om- nes nationes Christianas. Eam ego colloco in abstinentia certis conclusa finibus, & quoad

ciborum qualitatem, & quoad tempus seruan- dæ aut soluendæ abstinentiæ.

*Abstinentia carnis est de ieiunij substantia.*

**Q**ualitatem hæc non sumo philosophicè sed prout in vulgari usu loquendi desi- gnat certum genus ciborum; puta carnes. Has enim ieiunantibus cibandis non adhiberi, ratum iam olim fuit. Hoc Filefacus i agens de quadragesima Christiana, confirmat autori- tate Prudentij l, cuius illa sunt.

*Abstine enim procul illa fames,  
Cadibus ut pecudum libeat  
Sanguineas lacerare dapes.  
Sini fera gentibus indomitis  
Prandia, de nec quadrupedum.  
Nos oleris coma, nos siliqua  
Fæta legumne multimodo,  
Pauerit innocuis epulis.*

Non puto tamen, Prudentium ex fide allegari in rem præsentem, nam ibi Prudentius, non agit de cibis ieiunantium; sed uniuersè de cibis Christianorum: Numeratque inter eos cibos, esculenta quæ capimus dominan- te manu; quæ polus, aut humus, aut pelagus, Aère, gurgite, rure creant. Mox ibidem probat, assumi à Christianis in cibum, volu- cres, quas callidus illaqueat, aut pedicis, aut maculis dolus: aut quas illita glutine corti- ceo vimina impediunt, ita vt capi possint. Ad- dit inferius pisces sequentes calamum raptos acumine uulnifico; lac quoque per coagula densa coiens, esse ait legitimum cibum; item fructus, mella, & fufas agro opes ingenuas. His dapibus refici innoxie Christianos, agnos- cit Prudentius. Tantum abhorret à cibatione ex cæcis pecudibus, ac quadrupedibus. At li- quet, uolucres non esse cibum legitimum Christianorum per quadragesimam: vt aliqui apud Socratem m & S. Epiphanium n fecerint; causati, uolucres iuxta Mosem ex aquis exti- tisse, atque aded haberi pro piscibus. Sed pau- corum abusus non est attendenda. Constat item casum, butyrum, & alia è lacte coagu- lata, non esse idoneum cibum pro tempore ieiunij Quadragesimalis, quæ tamen fidelibus in cibum usurpari posse, concedit Pruden- tius. Igitur non agit de cibis legitimis per tempus quadragesimæ, sed per quoduis tempus. Inter quos cibos quod annumeret uolatilia, & non quadrupedes, non est quod nunc dis- cutiam. Memini autem expensum tractando Heteroclitæ spiritalia circa temperantiam, oc- casione regulæ S. Benedicti, qua iuxta praxim quorundam ueterum apud S. Epiphanium, usus uolatilium Monachis conceditur, inter- dicto esu quadrupedum; non suffragante cre- dito Prospero o autore Operis de uita contem- platiua. In quadragesima non esse adhibita ad cibum uolatilia, docet illud S. Chryostomi homilia 3. ad popul. h. bita per tempus Qua- dragesimæ. [ Quæ uilitas est, cum quibus quidem & piscibus abstineamus, fratres uero mordeamus, & comedamus? ] Causam cur auibis in quadragesima interdicitur, quamuis

**CAP. VII.**  
*Rosa typus  
piscis rigo- ris ieiunio- rum.*

i cap. 5.

i hym. 3. cath.

m l. 9. c. 38.  
n in com- pend. doct.

o l. 2. c. 23.

CAP. VII. aues quoque ex aquis sint procreatae, sicut Rosa typus pisces, hanc profert Ioannes de Capristano; prisci rigoria ieiuniorum. a [ Quod aues sint calidae naturae, & pisces frigidae. Modò illud quod est calidae, naturae magis incitatum est ad libidinem, quam quod est frigidae. Sed ex quo hoc tempore Quadragesimali, magis debemus caute viuere, quam aliis temporibus, ideo prohibentur comedi aues, parit modo ut carnes, & non pisces qui sunt frigidae naturae. ]

Vltus ergo abstinenti carnibus per quadragesimam, non est probandus ex eo Prudentij loco qui proferebatur; sed confirmandus potius est ex aliorum veterum testimonio. V. G. S. Augustini, qui ait abstinentes in quadragesima carnibus, quibus aliis diebus vesci licet, abstinerere debere peccatis, quae nunquam licent. Theophilus item Alexandrinus acriter obiurgat eos qui tempore Quadragesimae clam carnibus vesciebantur. Concilium verò Toletanum VIII. d. de eo qui diebus quadragesimae esum carniū attentate praesumpserit, sic edicit. [ Non solum reus erit resurrectionis Dominicae, ( quia scilicet non se disposuit ad illud dierum fastigium, per hanc carnis macerationem; ) verum etiam alienus erit ab eiusdem diei sancta communione. Et hoc illi cumuletur ad poenam, ut in ipsius anni circulo, ab omni esu carniū abstinat; quia factis diebus, abstinentiae disciplinam oblitus est. ] Graeci, ne si morticidum quidem esset, vsum carnis concedebant per quadragesimam, vt testatur Balsamon c. Quem rigorem non adhibebant Orientales, vt ex initio proximè allegati capituli Toletani, videre est; vbi ab indicta abstinentia carniū per quadragesimam liberantur, qui inuitabili necessitate atque fragilitate, & euidenti langore, seu etiam impossibilitate aetatis, carnes eo tempore vsurpauerint. Imperante Iustiniano, cum fames occupasset Constantinopolim, Imperator secunda statim ieiunij hebdomade, carnes in foro prostrare iussit. Sed nemo repertus est qui eas emeret, vel iis vesci in animum induceret: mortem potius obeundam existimantibus omnibus, quam traditionem ieiunij violandam, vt scribit Nicophorus f. De peregrino, cui Spiridion Episcopus cum aliis cibus non superpeteret, carnem suillam apposuit, testatur Sozomenus g quod renuerit edere; exclamaritque, Christianus sum; q. d. nemo Christianus carnes hoc tempore manducat. Manducant Pagani, quos in suis ieiuniis abstinuisse piscibus, edisse autem carnes liquet ex Iuliano Apostata b; nec id fecisse absque sannis Christianorum obseruat Dionysius Petrus in Noris ad eam Iuliani orationem. De B. Laurentio Iustiniano proditum est, cum tenacem tota vita fuisse abstinentiae carniū in quadragesima, vt ne aeger quidem ac propè septuagenarius, cibari carnibus eo tempore voluerit; & vrgente Medico i, ac in exemplum profertente recentiore quendam sanctitatis fama clatum, qui die Dominicae passionis, in morbo non grauiore, pulpam phasiani comederat, responderit; delectari se potius veterum Sanctorum exemplis, quos videret corpus exquisitè macerasse; & scilicet per quadragesimam carnibus studiosè abstinuisse. Deus ipse,

ser. 64. de temp.

hom 3. Pasce.

d cap. 9.

ad canon. 69. Apost.

f. 17. cap. 33.

g l. 1. cap. 11

b orat. 5.

i ad p. 3 & 6.

miraculo quandoque, & ceteri vindicta vltus est vsum carniū in quadragesima. Scribit enim Cromerus l in Polonica historia, obidente Naclum Pomeranorum arcem. Vladislao r. m. pessimè cessisse Polonis, assumptas in cibum carnes per quadragesimam; nocturnis vmbis permisso diuino, cladis ab hostibus illatae causam praebentibus. Scribit etiam Brendebachius, Torpatenses duos, quod carnes in quadragesima comedisent, miserè periiisse; vnum eo ipso die, ab osse quod improvidè glutuerat suffocatum; alterum quadri-duo post à malo daemone correptum, tetram animam cum Daemone exhalasse. In quibusdam Septentrionis oris abstinentia à carnibus tanto olim tenebatur rigore, à septuagesima quae quadragesimae imbi initium erat, vt quisquis carnes ab eo tempore comedere deprehensus esset, protinus euulsione dentium multaretur, vt refert Ditmarus n. SS. quatuordecim Bulgari o, vrgente impio principe, vt carnes in quadragesima comederent, mori mauerunt, & vt Martyres sunt celebrati à Theodoro Studita.

l. 5. Hist. Pol. m l. de bello liuonico p. 27.

n lib. 7.

o Cath. 63.

De substantia ieiunij Ecclesiastici, abstinentia carniū; qua exsoluitur, liber prorsus est à lege ieiunij.

Sensus ergo fidelium, praxi perpetua confirmatus, semper tulit carniū esum non cohærere cum ieiunio Ecclesiastico, & obseruatione Quadragesimae. Quod ita acceperunt omnino multi D. D. vt abstinentia à carnibus sit de ieiunij Ecclesiastici substantia: quia quamuis Ecclesia potuisset ieiunium sub alia forma praescribere, vt fiebat in lege veteri; tamen formam istam delegit, abstinenti saltem à carnibus simpliciter dictis, & à pluribus in die refectioibus. Quid per carnes simpliciter dictas intelligatur, non est obsecurum. Nimirum intelligitur substantia animalis terrestis, contradistincti piscibus; comprehenso carniū nomine pullo, etiam adhuc intra oui testam latente. De quo anxie quaerit Henricus Scaffmulius Epistola ad Ortuum Gratium (inter Epistolas obscurorum virorum pag. 239.) Ipse enim die veneris ouum sortiturus, intus reperit pullum formatum, & hausit. Cum autem esset feria sexta, dubitatio incessit, an violasset abstinentiam à carnibus ea feria indictam, eo quod eum pullum hausisset. Et simile dubium agitari potest, an violaret ieiunium, qui comederet talem pullum in alicuius sancti peruigilio extra Quadragesimam, vbi fas est oua comedere, ( vt his in oris, quamuis non Romæ & aliis quibusdam locis; ) vel etiam in Quadragesima, vbi vsum inualuit, vt comedantur licite oua, quod in plerisque regionibus Borealibus vsurpatur. Negauit focius Scaffmulij, violatam esse abstinentiam praescriptam, quia ille pullaster non reputatur aliter quam ouum, donec est natus: & est sicut de casis in quibus aliquando sunt vermes, & in cerasis, & in piscis, & in fabis recentibus; & tamen comeduntur in sextis feriis, & in vigiliis Apostolorum. Meritò nihilominus lancina

lancinavit hunc Teutonicum conscientia, vt persuaderetur, se eum pullum hauriendo, comedisse carnes, & violasse abstinentiam indictam; quia vt ipse subdit. Ista iuuenes gallina, in ouis sunt carnes; quia materia est iam formata & figurata in membra & corpus animalis, & habet animam vitalem. Aliud est de vermibus, in casis & aliis, quia vermes reputantur pro piscibus; sicut ego audivi ab uno Medico, qui est valde bonus Physicus.

Carnes ergo simpliciter dictae quae non annumerantur piscibus ex communi sensu, nec sunt inter quaedam amphibia in quibus natura piscis praevalet, vt fiber, vetantur in Quadragesima. Et quod alia quidem nonnulla, pro varietate regionum, Ecclesia varias consuetudines, siue quadragesimam, siue alia ieiunia obeundi, vigere permisit. V. G. alicubi tempore ieiunij exulauit vinum; alicubi exclusi sunt pisces; plerisque locis (praesertim in Quadragesima,) proscripta erant caseus & oua: quae omnia alicubi ex recepto vsu sine culpa assumebantur. Item aliquando ieiunium soluebatur hora nona, aut vesperi tantum; postea fas fuit, hora sexta, siue sub meridiem refici. Quandòque alicubi dies Sabathi inquamnis fuit à ieiunio, alicubi non item. In his omnibus fuit varietas aliqua inter varios fideles, non refragante Ecclesia. At quod attinet ad abstinentiam à multiplici refectioe, & à carnibus tempore ieiunij, magna semper fuit vniformitas apud omnes fideles. Intellexerunt enim, Ecclesiam per ieiunij institutionem, vt D. Augustinus a notauit, intendisse affligere carnem; quam maximè sonent carnes, & refectio multiplex. Sed de refectioe postea. Nunc insitamus esui carniū, quem traditio antiquissima, ab ipsis ( vt videtur, ) Apostolis deducta, à ieiunio Christiano semper exclusit; & è contrario, abstinentiam à carnibus, tanquam eisdem ieiunio intrinsecam & substantialem semper agnouit. Praeter legem verò est, ac morem semper seruatum, quod hac ipsa sacra Quadragesima qua haec pridem scripta recole, summus Pontifex Alexander VII. Romanos adhuc nonnihil cum peste conflictantes, liberauit obligatione abstinenti carnibus, saluà obligatione ieiunandi, peculiari praescripto iniecta iis qui ieiunio seruando pares essent. Hoc nunc speciali lege inductum, non vguisset vi legis de ieiunio Quadragesimae, qua carniū abstinentia, substantialiter & per se primò indicitur. Ex quo praeterea intulerunt Doctores non pauci, quoties quis exoluitur obligatione abstinenti carnibus tempore quo ieiunandum esset, exolui pariter obligatione vnica refectiois adhibendae. Quod esse luce clarius, dixit L. Lamas b, notans ita declarasse Pium V. Admittunt illationem praedictam, Gabr. c, Nauiar. f Ledesin. d, Beia e, Sâches vterque f, Henriques g, Suares h, Toletus i, Azor l, & apud hos alij complures. Et ratio quae ducuntur est, quia abstinentia à carnibus, est de substantia ieiunij Ecclesiastici; quod ( vt docet traditio perpetua, & Pius V. declarauit, ) praescriptum est sub tali forma. At sublata forma actus, perit eius substantia, cessatque praescriptum de exercitio talis actus: quippè qui totus corruit, vt habetur ex L. cum hi, ff. de translatio-

ne; & L. qui Romae ff. de verb. obligat. passim que affirmant D. D. apud Barbosam m. Igitur cum ieiunium Ecclesiasticum praecipitur sub forma comprehendente abstinentiam à carnibus, & merito qui exoluitur obligatione abstinenti à carnibus, censetur planè exsolutus tota obligatione ieiunij: quamuis non vice versa, qui liberatur obligatione ieiunandi, non liberatur obligatione abstinenti à carnibus, iniecta per aliud praescriptum, quam ieiunij: Quod diuersum praescriptum latum c. denique dist. 4. est vniuersalius praescripto ieiunij, cum obliget senes qui per vires possunt, ei stare & pueros à septennio ad annum vsque 21. qui tamen non tenentur ad vnica refectioem, nec ligantur praescripto ieiunij, comprehendente duas illas abstinentias; nimirum à multiplici refectioe, & à carnibus.

CAP. VII. Rosa typus prisci rigoria ieiuniorum. m arimate 100. iur. n. 15.

Paradoxum nouum, de nulla vniuersali lege vetito, & olim vsurpato, carniū esu, in quouis ieiunio Ecclesiastico.

Sic scripseram iam pridem, & maturo ( vt sputabam, ) ad editionem opere, beneficio admodum Venerabilis Patris Puteani, Cartesianorum Procuratoris Generalis, incidit in manus meas Ioannis Lauonij Lucubratoris, cui titulus. Dissertatio dupl. x. Una de veteri ciborum delectu in ieiuniis Christianorum, & Maxime in Quadragesima; Altera que pauperibus dandum esse potius quam tectis, probatur ex doctrina Patrum. Hausi auidè eam lucubrationem. Et exquirente sensum de veraque meum Venerabili illo Patre, & voce & scripto respondi, in posteriore quidem dissertatione, aliud non deprehendi, quam repetitas voces eius qui dixit. Vt quid perditio haec? Perit enim unguentum istud vniuersi plusquam trecentis denariis, & dari pauperibus. Perpauci verò Patres in eam rem allegati, se satis ipsimet exponunt: Praesertim enim excludunt superfluum ornatum, cum vrget summa pauperum necessitas, vt videte est apud Autorem operis Imperfecti in Matthaeum n. Alia in eam rem prolata sunt, cum tractando anomala pietatis circa cleemosynam, & circa sacra donaria o, tum à Bellarmino p hos ipsos Sectariorum grunnitus dispellente. Quae praeterea adducit Dissertator ex S. Gregorio, commendante erogari pauperibus Gallis, cleemosynas ex censu Ecclesiae Romanae in Galliis, quod ex mente dissertatoris pertineant, vide rit ipse. Sane prope à S. Gregorio dicuntur, sunt omnino extra rem praesentem. Similiter quae profert ex Petro Cantore, negante bona ex vsuris parta, quorum Dominus non lateat, posse Ecclesiae attribui, nullo modo ad hoc negotium faciunt. Vniuersa item disputatio, praeterea quam quod nihil reconditum continet, dubitare licet quòd pertinet, in tanto multorum studio, minuendi potius quam augendi bona Ecclesiae. Et citra omne dubium, non sunt haec mala in lectis argenteis, quia non dicuntur in tempore suo.

o p. heter. p p. l. 2. p. 6. 3. n. 6. m hom. 45.

l. 30. contra Faust. c. 5.

b p. Method. cap. 5. f 27 & 26. c in 4 d. 1. 6. q. 3. ar. 3. dub. 1. f in Man. cap. 21. n. 25. d. i. sumi tract. 27. c. 2. dub. 4. e parte 1 casu 45. f 1. in deca. log. c. 29. n. 6. & l. 4. c. 11. n. 53. Ioannes disp. 51. tele. c. n. 4. g l. 7. cap. 13. num. 13. h c. 2. l. 4. cap. 28. num. 25. i l. 6. c. 3. n. 4. l. 1. i 7 cap. 10. q. 3.



CAP. VII. Rosa typus prisci rigoris ieiuniorum.

a in praefatione.

b l. i. hist. c. ii

c coroll. 7.

d l. de ieiuniis. e l. de Quadr.

Eam labem ne mihi ipsemet affricem, immiscens huic tractationi de ieiuniis, discussionem pertinentem ad tractationem de elemosyna, hæreo in dissertatione priore: quam Auctor eo consilio à se conscriptam tradit, ut satisfaceret dubitationi motæ proximè transacta Quadragesima; in qua cum vrbs Parisiensis, intercluso commeatu, non afflueret cibariis Quadragesimalibus, concessit Antistes, ut Dominica die, & feria 2. 3. ac 5. cuiusvis per Quadragesimam hebdomadæ, (dempra maiore,) fas esset vesci carnibus. Vnde collegere plerique, eos qui lege abstinentiæ à carnibus soluebantur, solui item præcepto vnicæ refectionis; atque aded totam legem ieiunij, per tempus illius necessitatis euiguisse. Autor itaque dissertationis, professus a, se eam opinionem, & qui ex ea operari sunt, minime incusare, subiungit tamen; esse vanam opinionem, solis iuniorum auiorum rationibus adornatam, solideque rationis presidio carentem, & principij petitione sordentem; quippe quæ nitatur ratione de qua est controuersia. Rursusque inferiùs, ait, eam opinionem esse quorundam recentiorum auiorum, non admodum versatorum in antiquis ieiuniorum ritibus. Quod si in antiquitatis promptuariis nauiter cum ipso scrutati essent, deprehendissent, legem de abstinentia à multiplici refectione, non corruiere, sublata lege de abstinentia à carnibus, ut ipse putat se demonstrare ex aliquot Conciliis; Laodicensi, duplici Toletano, Anglicano editionis incertæ; & ex aliquot Patribus Philostorgio, (licet Arriano, tamen antiquo:) Cyrillo Hierosolymitano, Epiphano, Theophilo Alexandrino, Hieronymo, Augustino Theodoro; sed ineluctabiliter ex Spiridione Trimithuntis apud Cyprios Episcopo; quem Sozomenus b rellatur, suillam carnem in Quadragesima apposuisse hospiti non admodum fame presso; contestantem omnia esse munda mundis. At certum est, Spiridionem Apostolicis traditionibus armatum, (ut Autor dissertationis admonet c,) non minus nouisse, quam Azorium, vel Eulincium, quid Quadragesimalis ieiunij substantia ferret, quidve recusaret. Igitur, ut ex Iudæorum quoque ieiunio liquet, abstinentia à carnibus, non est substantialis ieiunio, possuntque carnes assumi in cibum per tempus ieiunij, etiam Quadragesimalis, si spectetur præceptum ab Apostolis, vel ab Ecclesia vniuersali latum de ieiunij forma, quia nullum tale est præceptum, vetans ieiunantes carnibus vesci. Esto, iure nouo post multa sæcula, per Episcopos è Monasteriis assumptos inducto, vsus carnis priuij in ieiuniis vigeat. Indidem verò præterea inferitur, cum qui soluitur lege abstinentiæ à multiplici refectione, quia aliud fert vsus aded antiquus & insinuat à tot Conciliis & Patribus, quorum promptuaria Dissertator scrutatus est. Neque enim testimonia quæ profert, ed pertinent, ut absolutè doceamur ritus antiquos ieiunij Ecclesiastici, quos petquam parè ac ieiunè attingit; & multi pridem copiosè sunt persecuti. ( præsertim Ciaconius d, & Filescus e: sed ea profert duntaxat, quæ præsentis causæ commodare

consuit, & è quibus haberi vult, comestionem carniùm posse cum ieiunio coherere: contra quam fert noua opinatio, quam esse ait rudium in antiquis titibus, nec versatorum, nisi in nuperis scriptionibus. Hæc quanto iure dicantur, operæ pretium est, excutere. Timent enim aliqui hac in parte Danaos; & attento genio fortium ingeniorum, specie antiquitatis vestigatæ, pleræque conuellentium, suspicio eos pulsat, tentari per cuniculos suffosionem apoches Christianæ; ciendo appetentiam carniùm in Quadragesima; quandoquidem cum ieiunio coherere possunt. Nec absque inuidia Rectorum Ecclesiæ, regerit in eos, quod post non pauca sæcula, carnibus fraudatos voluerint ieiunantes, dissentaneè à præcepto ieiunij, per Apostolos & Ecclesiam vniuersalem lato; iuxta quod, canæ antiquitati ieiunanti, carnes comedere moderatè, fas fuit.

Paradoxi reiectio, Patres pro eo, quàm extra rem, à Dissertatore allegati.

VT ostendam, hæc omnia, falsò, & periculose, ac licenter iactari, & nihil vniquam fuisse ieiunio Christiano commune cum carnibus; insitam aduersarij vestigijs, & quod Propheta dixit scrutabor Esai, & inuestigabo abscondita eius. Omnia inquam, ab eo prolata pro suo hoc paradoxo, vana & cassa, prorsusque à scopo aberrantia demonstrabo: quibus explosis, doctrina longè communissima, & ex omnium retrò sæculorum, Christianorum consensione superiùs constituta de vsu carniùm dissentaneò à ieiunio, vndecunque firmata persistit, obstruaturque rimula per quam prurigo fortium ingeniorum, prætextu antiquariæ eruditionis, videri potest moliri carnes in Quadragesimam inducere. Nostra quippè, imò receptissima omnium sententia, de ieiunij & carniùm inconciliabilitate, ritè primùm constituta; subiuncta autem plena contrariæ disputationis cribratione & confutatione, (quæ duo, Eustachius Antiochenus f, Athenagoras g, Hilarius h, ad absolutam controuersiæ cuiuscumque diiudicationem deposcunt,) ritè perfundus officio videri potero.

Supposui autem ante omnia, esse hic duntaxat sermonem de ieiunio Christiano. Nec enim quod Dissertator facit, adducendi huc sunt Hebræi, qui in diebus ieiunij comedebant carnes, sed post decursum tempus ieiunij. Neque enim ieiunia Iudæorum, à media nocte ad mediam noctem consequentem protrahabantur; sed inchoabantur à media nocte, & finiebantur ad Solis occasum: quod totum tempus exigebant Iudæi, non tantùm absque carnibus, sed absque vilo prorsus cibo, ( ut hodièque faciunt Turcæ & Iudaico ac Turcico spiritu, Caluinistæ.) Cum primùm autem nox oppassa erat terris, & stellæ stabant in ordine suo, finiebatur ieiunij Iudaici tempus; & carnibus, & quouis alio legitimo edulio vesci fas erat, quia iam cessauerat tempus ieiunij.

Apud

f in Hexam. g l. de rellat. initio. h l. i. de Trinit. in argumento lib. 2.

a in præfat. instituit. b 4. p. examinis. Concil. Trident. c lib. 1. c. 11.

Apud Christianos autem, aliter seruatür ieiunium. Vnde ad probandum quod carniùm esus cum ieiunio coheret, non sunt adducendæ carnes, quas Iudæi post transactum tempus ieiunij poterant comedere. His ita suppositis, & quaestione ad cibos cum ieiunio Christiano nondum decurso coherentes, limitata; videamus sigillatim, ecquid Aduersarij è penu antiquitatis, pro carnibus cum ieiunio conciliabilibus proferat.

Adducit ergò primùm Aduersarij, Concilium Laodicenum, canone 50. Sed aberrat ab hostio. Nam planè nihil ex eo canone habetur, quod ad rem faciat, cum tantùm præcipiat, seruari ritum antiquum Quadragesimæ, & nominatim excludat carnes.

Adducit deinde Aduersarij, factum Spiridionis, quod tota dissertatione frequenter regerit, habetque pro apodictico argumento in rem suam. Adhibuerunt hoc argumentum ante aduersarium, Caluinus a & Kemnitius b, probantes fas esse vesci carnibus in Quadragesima quæ per nouitiam superstitionem exulante, ut illi contendunt. Res sic habuit ex Sozomeno c. Cum venisset ad Spiridionem hospes, nec haberet Spiridion quod ei apponeret, apparari iussit carnem suillam, quæ sola suppetebat: & hospitem primùm tergiuersantem, exemplo suo petmouit ad vescendum eo cibo, quamuis esset tempus Quadragesimæ. Obseruatque Dissertator, hospitem illum non fuisse fame pressum; & Triumphum sibi ex huius facti narratione decernit. Spiridion sanè fuit sui sæculi lumen. Nam vnus fuit ex illis Episcopis, quos Maximinus effosso dextro oculo, & succiso poplite sinistro, ad metalla damnauit, & Concilio priùs Nicæno; posteaque etiam Sardicensi interfuit, ut est in Annalibus Ecclesiasticis, anno 325. & 347. quibus locis plura traduntur de eius miraculis, & Prophetiæ dono, ac in contumendis Ethnicis & hæreticis efficacitate, & in antiquitatis inuerecundos euiratores, concitatione. Itaque videtur Dissertator, qui antiquarij audire auet, factum hoc Spiridionis in rem suam, ingerere & regerere, tanquam sagittam potentis acutam.

Sed est telum imbellè sine ictu. Nam Spiridion tamen Episcopus, erat tamen aded inops, vt etiam in Episcopatu pecuarium agere, & oues pascere adigeretur: & cum hospes ille aduenit, ne panem quidem, aut obsonium qualecunque domi habuit apponendum hospiti: quem aduersarij diuinat non fuisse fame grauatum, cum difertè aliud ferat narratio Sozomeni, quæ cum de via valdè fessum representat, atque aded cibi, quo refici posset, valdè appetentem. Et tamen cohorruit pius hospes, ad appositæ sibi eo tempore carnes, dicens, Christianus sum; absit vt hoc tempore, contra Christianum morem carniùm vescat, Nam quamuis Latina interpretatio meminerit tantùm instantis Quadragesimæ, tamen ex toto discursu narrationis, & ex responsio hospitis, certum redditur, iam ceptum fuisse ieiunium solemnè Paschali præuium, quod Orientales auspicabantur ante 40. dies, qui fortè soli supererant more patrio exigendi; vnde dicit sic venisse instante Theophili Raynandi Pontificis.

Quadragesima. Tamen autem hospes ille ob fatigationem ex longo itinere, posset videri exsolutus lege abstinentiæ à multiplici refectione; tamen sciebat inuolabilem Christianorum traditionem de abstinentia à carnibus per tempus ieiunij. Nec ait Sozomenus, hospitem passum se persuaderi, carnes illas comedisse, (quod narrationi Sozomeni assuit Dissertator;) sed tantùm ait, illum esse oblitatum, contestantem se esse Christianum; cui proindè nefas esset, in Quadragesima vesci carnibus: non ob earum immundam naturam, sed ob interpositum Ecclesiæ interdictum. Et sanè si Dissertator rectè scrutatus esset hoc antiquum exemplum, vidisset se extra chorum saltare; cum volens probare, carnes & ieiunium posse coherere; atque aded eum qui obligatur lege abstinentiæ à multiplici refectione, posse non obligari lege abstinentiæ à carnibus, vrget exemplum hospitis, qui lege prioris abstinentiæ, ob fatigationem magnam exsoluebatur. Sed vt demus, hospitem & lege abstinentiæ à multiplici refectione fuisse deuinctum, & carnes oblatas comedisse; potuit ille excusari ob defectum cuiusvis alterius cibi: potuit ei suffragari, vel declaratio, vel dispensatio sui Episcopi, in euentu maioris angustia, quàm eius in qua Parisiensis Antistes rectè censuit se posse carniùm vsum indulgere, cum ne panis quidem, aut alia esca suppeteret apud Spiridionem; Apud Parisienses autem, nec panis, nec alia pleræque cibaria distincta à Quadragesimalibus desiderantur. Quid quod Spiridion, petiit priùs à Deo veniam, quod talem escam hospiti adactus apponeret, vt Sozomenus notauit: At inde liquet sanctum Antistitem non nullo scrupulo facti sui tactum esse, & agnouisse rem esse insolitam ac præter omnem Christianum morem; quamuis necessitate extorqueute, ita se gegeret. Quod si vna hæc hirundo effecit ver, & ex hoc tam singulari exemplo, cuius agrè simile reperitur, inferre licet cum Launoyo, ieiunium Ecclesiasticum coherere posse cum esu carniùm, & hunc fuisse vsum antiquum, priusquam post multa sæcula Episcopi è Monasteriis allumerentur, receptissimum; inferamus sanè ex vsu veteris Ecclesiæ diuinam Eucharistiam perceptam esse post cibum non modò in cœna vltima, in qua concurrere oportuit Sacramenta vetera & noua; sed passim per multa sæcula; quia simplices aliqui Monachi, censuerunt sic licitum esse ex charitate. Audi enim creditum Bern. d in opere de vite vera. [ Legimus in vitis PP. de sanctis PP. qui hospitem spiritualium charitate deuincti, tempus conuictum ciborum anticipauerunt: sed comedendo in charitate, se nequaquam soluisse ieiunium existimabant; ita vt etiam aliqui, post talem refectionuculam, Missarum celebrare solemnia non timerent. ] Ex eo vnus aut alterius simplicis Monachi factò, colligere vsum antiquum sumptionis Eucharistiæ post cibos corporeos; perinde esset, atque ex factò vnus Spiridionis, colligere, vel cum Calu. omnem ciborum delectum esse superstitionem antiquis incognitam; vel cum Laun comestionem carniùm posse cum ieiunio Eccles. coherere. De Spiridion. factò plus satis.

CAP. VII. Rosa typus prisci rigoris ieiuniorum.

d cap. 42.

N N N Adduntur

CAP. VII.  
*Rosa typus  
prisci rigori  
ieiunio-  
rum.*

Adduntur ab Aduersario, Philostorgius, (Arianus, cuius nuper opera prodire Genueæ,) Cyillus Hierosolymitanus, Epiphanius, & Theophilus Alexandrinus, qui dicunt in Quadragesima abstinentum esse carnibus. Hoc quid ad rem de qua agitur? Subnectitur validus ex Hieronymo locus; quia dicit, *in Quadragesima concedi districtius viuere, & exemplo Danielis, carnem non comedere.* Et inquit Launoyus, non canone, sed exemplo, vetantur ieiunantes carnem comedere. Miror odoram vim Dissertatoris, deprehendentis in verbis Hieronymi, quæ nullus in eis hætenus olfecit, ac ne ipse quidem Hieronymus cogitauit. Cedo, si quis diceret, exemplo S. Stephani remittendas esse inimicis offensas, num inferre liceret, remissionem offensarum non præcepto, sed exemplo doceri?

Non minus perspicaciam suam prodit Launoyus, in S. Augustino, ac Theodoro, quos suffragatos vult coherere carnium cum ieiunio, & legem vniuersalem de abstinentia carnium in ieiunio Ecclesiastico, non agnouisse. Augustinum quidem, quia dicit, aliquos pios per Quadragesimam, non solum à carnibus, sed etiam à fructibus abstinuisse. His verbis, Launoyus vult S. Augustinum insinuasse, aliquos olim ieiunasse cum carnibus: quam suam Augustini intelligentiam, ait sustineri à S. Epiphano, & à Socrate, dicentibus, in Quadragesima abstinentum esse carnibus. De Bellarmino autem & aliis qui aliter interpretati sunt Augustinum loco prædicto, ait Launoyus; *recentibus Ecclesie moribus qualibet veterum instituta metuntur; dumque aliquando suffragium emulis invident, denegant illud veritati.* Hoc verò non tam est Bellarminum ac cæteros confingere, tanquam in verbis Augustini intelligentia cœcutientes, & inuidios, quàm Lectores omnes habere pro stipitibus, qui non aduertant hoc esse, colligere quidlibet ex quolibet, & eas insinuationes affingere Patribus, quas nec ipsi somnariunt, nec vllus æquus iudex admittat. Cæterum Bellarminus, vel ipsis eius hostibus annuentibus apud Gretserum a, antiquitatem Ecclesiasticam, tanto solidius, accuratius, perspicacius præ Launoyo ac similibus scrutatus est atque peruasit, quanto fuit eius ingenium sublimius; & exactius emundiusque iudicium, supra omnem comparationem. Æquè verò insulse Launoyus Theodoretum allegat contra legem de abstinentia à carnibus per Quadragesimam, quia dixit, Catholicos procul abesse à sensu hæreticorum, auersantium carnes tanquam immundas; sed vsum carnium sinere liberum, iuxta legem ab Apostolo latam, de non damnando eo qui carnes manducat, neque eo qui abstinet carnibus. Hoc Launoyus esse ait, Theodoretum non admittere vllam legem Apostolorum, vel Ecclesiæ vniuersalis, carnes à ieiunio excludentem. Sed est indigna detorsio Theodoretici, ut fiat autor exclusi antiqui præcepti de abstinentia à carnibus per tempus ieiunij. Theodoretus enim non agit de vso libero carnium, tempore ieiunij ex obligatione seruandi: sed agit de reliquo tempore; quo hæretici, suis mandabant auersari carnes, tanquam immun-

a Tom. 1. def.

das: Ecclesia autem fidelibus liberum relinquit vsum carnium: agnoscendo eas, non esse esse immundas, sed tantum prout substant præcepto negatiuo de eis in cibum non assumendis. Sicut cum Patres, dicunt Ecclesiam agnoscere nuptias non esse immundas, nec tanquàm tales esse à fidelibus auersandas, sed liberum eis esse, iungi vel non iungi connubio, nequaquam dicunt, Ecclesiam fieri autorem iis qui voto castitatis sunt illigati, ut primam fidem irritam faciant, & legem de seruanda castitate conculcent, quod omni lege iubentur cauere.

In Socrate, magnam vim facit Launoyus; Dixit enim Socrates, aliquos inter ieiunandum, *vesci auibus*, at volatilia carnibus constant. Item dixit Socrates, aliquos die ieiunij, post horam nonam *vesci variis ciborum generibus.* Infert Launoyus. Ergo & carnibus. Sed hæc illatio est admodum pinguis. Sunt enim alia, (& quidem varia,) ciborum genera præter carnes, quibus vesci possent post nonam, qui ieiunabant. Similiterque cum Epiphanius b (quem aduersarius Socrati adiungit,) agens de quibusdam tota vita varias abstinentias vsurpantibus, ait, aliquos abstinere Quadrupedum carnibus, sed vesci auibus, & reliquis à quibus plerique abstinent; Aduersarius per hæc reliqua, intelligit, carnes. At hoc ridiculum est. Quæ enim essent reliquæ illæ carnes, distinctæ à carnibus auium atque quadrupedum? Per reliqua ergo, quibus aliqui, non tempore Quadragesimæ, ut fingit aduersarius, sed vniuersa vita abstinebant; designat Epiphanius, pisces, caseum, & oua, de quibus immediatè ante egerat. Et hæc ipsa sunt varia ciborum genera, quæ adhiberi à quibusdam carne non vescentibus, aiebat Socrates. Qui quod addebat, aliquos ieiunij tempore vesci auibus, non suffragatur Aduersario: quia Socrates disertè norat, eos habuisse aues pro piscibus; eo quod & pisces & aues extiterint ex aquis, ut habet Moysis narratio. Verum est hanc esse vanam & respuendam Mosaicæ narrationis detorsionem, quam carò luit gulosus Monachus, contra institutum suum alite vescens, ut est apud Ioan-nem Monachum c. Tamen sufficit ad monstrandum, ex sensu talium auibus vescentium per tempus ieiunij non fuisse ab eis assumptas in cibum carnes; quandoquidem aues habebant pro piscibus. Quamquam Socrates, qui apertè ex epiphano profecit, videtur confudisse abstinentiam extra tempus ieiunij tota vita seruata, cum abstinentia obseruata tempore ieiunij quæ S. Epiphanius nequaquam confudit. Nam absolute egit de abstinentia ab omnibus carnibus præterquam volatiliam, quam aliqui tota vita vsurpabant, etiam cum non ieiunabant. Sicut cum dicitur Patrum Carthusianorum abstinentiam à carnibus tota eorum vita diffundi, non significatur, eos tota vita ieiunare. Et cum dicitur, Patres Minimos tota vita seruare abstinentiam à carnibus, ouis, caseo, & lacticiis, non est sensus eos ieiunare per totam vitam: Sed est sensus, hos & illos Patres, talem perpetuæ abstinentiæ formam sibi indixisse. Restat circa Socratem conclusio, quam ei affingit Dissertator. Ex eo enim quod Socrates dixerit, Apostolos nullum tulisse præceptum

b in compendiaris doctrina ferè in fine.

c l. 3. de vita S. Odonis c. 2.

præceptum de variis abstinentiæ generibus, aut de solutione ieiunij alicubi celeriore, alicubi tardiore; infert Launoyus, manifestum esse, neque Apostolos, neque vniuersalem Ecclesiam, lege vlla obstrinxisse fideles ad abstinentium carnibus in Quadragesima. At hæc conclusio aperte affingitur Socrati, qui tameris Hæreticus, nihil tale effusiuit, sed tantum egit de aliquibus accidentariis ieiunij adiunctis, apud varios variis. Aliam Socratis eo loco deprauationem, factam ab obscuro Scriptore, quem Dissertator valde magnificat, & cui in hac deprauatione astipulatur, referam, & repellam infra.

*Launoyana Conciliorum, & Gregorij Hieromonachi, ac Ramtranni, & Ambianensium, pro carnibus cum ieiunio coherentibus, allegatio.*

Pro eadem sua doctrina, & ut confirmet nullum esse præceptum antiquum, mandans abstinentiam à carnibus in ieiunio Quadragesimæ, (qui est scopus totius dissertationis Launoyanæ,) adducuntur à Dissertatore, Concilia; Aurelianensel. Toletanum IV. & VIII. Anglicanum editionis incertæ, ac Tridentinum. Sed hæc omnia tam ad rem pertinent quàm Auster ad Boream. Aurelianensel. tantum ait, in triduo Rogationum, esse vescendum cibis Quadragesimalibus. Toletana Concilia, tantum dicunt, vescentes carnibus in Quadragesima esse castigandos. Hæc omnia quid referant ad negotium, in quo versamur, ne Lyncei quidem oculi perspexerint. Concilium Anglicanum (quod atrum, albumve fuerit, nescitur) tantum ait, dies Dominicos per Quadragesimam subtrahi abstinentiæ. Hoc Launoyus, accipit de licito diebus Dominicis Quadragesimæ, esu carnium. At vel puer, viderit interpretationis illius absurditatem; cum sensus duntaxat sit, diebus Dominicis in Quadragesima, concedi multiplicem refectio-nem, exclusi tamen carnibus. Tandem Tridentina Synodus a, iuxta Launoyum, nullam edidit legem de vllis certis cibis, V. G. carnibus per Quadragesimam non vsurpandis. Et hic quoque fides allegantis desideratur. Nam Synodus perspicuè edixit, delectum ciborum in Ecclesia receptum, per dies ieiunij esse retinentum. At is delectus in abstinentia à carnibus, præcipuè consistit.

a sess. 15.

In extrema acie locantur à Dissertatore Ambianenses, & Gregorius Hieromonachus, quibus adiungemus quem præmiserat, & hic denuò regerit Ramtrannum Sed Gregorius Hieromonachus, ne apicem quidem haber, qui aduersario vel in speciem suffragetur; cum tantum dicat, aliquos non modo carnibus, sed etiam variis aliis edulis abstinuisse per tempus ieiunij; quod tempus, in variis cœnobis extra Quadragesimam, varium erat; aliquibus longiore, aliis breuiore tempore ieiunia obeuntibus. Hic nihil Launoyo scribitur, aut metuitur. De Ramtranno, quem largè excipit aduersarius, eadem est ratio. Nihil enim aliud habet quàm quod Greci contra Theophili Raynaudii Pontificia,

quos disputat, calumniosè agant aduersus La-tinos; eo quod contenti quadragenarium ieiunium explere, nolint vsui Græcorum per plures hebdomadas Quadragesimam protendentium, se conformare. Obseruandum verò est, hunc Monachum, quem aliqui suspicantur esse Bertramum, damnari operis de Eucharistia Autorem, allegare Socratem infideliter; impingendo illi, quod dixit aliquos seruato diei ieiunio vsque ad nonam, exinde vesci absque discretione ciborum. Hoc non dixit Socrates; sed tantum dixit, eos exinde variis cibis vesci: quod supra vidimus, rectè coherere cum exclusione carnium, quas illud absque discretione, non excluderet.

In Ambianensibus, non leue suæ causæ præsidium statuit Dissertator. Refert siquidem Nicolaus Suellicionensis b in vita S. Godefridi, eos ab hoc suo Antistite reprehensos esse, quod Dominicis Quadragesimæ vellent carnibus vesci; Et Episcopum id vetantem dicerent *de corde suo fingere dura, & proferre inaudita.* Hinc Launoyus c infert coherentem ieiunij cum carnibus; & nominatim, vsum antiquum ante Godefridum per tot sæcula vigentem, manducandi carnes in Dominicis Quadragesimæ. Confirmat Dissertator eum vsum carnium in Dominicis Quadragesimæ, quia Ecclesia vetuit ieiunare die Dominica, etiam in Quadragesima. At in ieiunio comprehenditur abstinentia à carnibus; quæ proinde, ex sensu Ecclesiæ, non est seruanda diebus Dominicis Quadragesimæ. Confirmatur, quia S. Epiphanius, ex Ecclesiæ mente, commendat hilaritatem in die Dominica. At esus carnium maximè facit ad hilaritatem. Desciuerunt ergo à prisco vsu fideles post tempus S. Godefridi, qui obiit anno 1118. cum Ambianensem sedem tenuisset per annos vndecim, ut Nicolaus in calce Actuum viri sancti affirmat. Ad illud vsque tempus, carnibus per Dominicas Quadragesimæ, cibati erant fideles: atque adeo vsum carnibus per eas Dominicas abstinenti, inuenerunt post multa sæcula, per moti exemplo Antistitum è Monasteriis assumptorum iuxta Launoyum. Cum enim huiusmodi Antistites, in Monasteriis abstinerent à carnibus, in Ecclesia pariter, exemplo vel præcepto suo, abstinentiam conseruauerunt. Et accessit studium populorum ieiunia Monastica imitantium; vel cum Monasteriis de austeritate Quadragesimalis abstinentiæ contendentium. Idem ille antiquus vsus manducandi carnes in Dominicis Quadragesimæ, immutatus est, quia cœperunt homines carnibus abuti, & imperate viuere. Vnde ortis bonis legibus ex malis moribus, inducta est in vsum abstinentia à carnibus in Dominicis Quadragesimæ, præter antiquum morem.

Ita ex factis Ambianensium argumentatur Launoyus: Vigilantium somnia, obtrudens pro rudibus venerandæ antiquitatis. Nam pios Antistites, eo quod è Monasteriis assumpti essent, carnis primum dominicarum Quadragesimæ exemplo suo aut præcepto inuexisse, ridiculum est, cum tam multi Antist. è Monasteriis non assumpti, sanctam illam Apochem tanquam ab Apostolis acceptam, comprobauerint: & inter alios S. Godefr. cui potius

N n n 2 fauen

**CAP. VII.** fauendum erat, quàm patris galonibus Ambianensibus, per corruptelam meritò multatam, calumniaribus Sanctum Antistitem, tantam *quam dura & inaudita de capite suo mandatum*; eo quod iubet letuari abstinentiam à carnibus in Dominicis Quadragesimæ: quæ nimis crassa fuit ventriloquorum illorum calumnia. Ventriloqui enim cum Clemente Alexandrino vocandi sunt, quibus gastrimargia tam pinguem calumniam contra sanctum Antistitem in os ingessit. Mirum verò est, Differtatorem has Lurconum voces tantoperè virgete; & has ominosas ac ferales aues, aduocare in testes autem vsus comedendi carnes tempore ieiunij. Nam dies Dominica, nunquam inter Catholicos exacta fuit cum ieiunio ex obligatione, quia semper licuit sapius refici ea die. Igitur quod Lurcones Ambianenses, diebus Dominicis Quadragesimæ, suspirarent ad ollas carniùm, & suo Moyfi illas remouenti obstrepent, nullo modo suffragatur Differtatori, qui agit pro coherione esus carniùm cum ieiunio: ac proinde non debet agere nisi de diebus, quibus ex obligatione ieiunatur, quales non sunt Domin. Quadrages. ex perpetuo vsu Ecclesiæ, quamuis in eis abstineretur carnibus. Quod autem Differtator contendit, verito in Dominicis Quadragesimæ ieiunio ex obligatione, contineri exclusionem obligationis abstinentiæ carnibus, prorsus commentitium est; cum ieiunium in illis Ecclesiæ scitis, sonet tantum abstinentiam à multiplici refectioe. Eaque sola abstinentia, iuxta S. Epiphanium, non indicitur in Dominica, propter hilaritatem debitam diei, qua Dominus solutis doloribus inferni rediuius emerfit; quamuis hilaritas ex esu carniùm dimittitur per Quadragesimam totam, etiam in Dominicis: non ex nouella institutione Monachorum in Episcopos euektorum, (nugæ & fabulæ,) neque ex æmulatione, aut voluntatio cultu populorum, vanum id quoque est, & gratis confictum) neque ob aded inualescentem carniùm voratrinam, (è qua enim antiqua tripode profudit ista differtator? Sed ob antiquissimum, & omnibus retrò Christianis sæculis vigens, præceptum de abstinentia in carnibus per Quadragesimam.

*Dolor Aristarchi in caput eius retortus. Firmata veritas.*

**D**ifectis omnibus quæ à differtatore pro suo nouo paradoxo ex antiquitatis rudibus videbantur in apertum educa, concludendum est, censuram qua idem antiquarius, percussit asserentes ieiunium, non coherere cum esu carniùm, in caput eius retorqueri posse. Pronunciauit ille *vanam esse opinionem* tot retrò Doctorum quibus esu carniùm & ieiunio bene conuenire non ardebat. Dixit qui ita sentirent, *solis iuniorum placitis fulciri, esserudes antiquitatis, & solidationis presidio deservi*: Hac omnia de nouo eius paradoxo, affirmari ad veritatem possunt. Monendûsque videtur, ne tantoperè paucis scritis per hæreticos pridem in apertum contra veritatem Catholicam eductis imitatur, dum ad-

uersus receptos in Ecclesia ritus & mores, ac Doctorum communes sententias antiquariam peritiam ostendet: Quam multi verò errone, se solos, arbitrati sciens, rudibus omnes alios annumerantes, dum per itinera non trita gradiuntur, in barathra & hypobrichia incidisse notati sunt: Videndus Michaël Medina a. Inter eos plerique, se solos antiquitatem ritè scrutatos, cocutire in ea re omnes alios, gloriabantur. Caueat ab hac sagitta volante per diem, ab hoc negotio in cæterorum tenebris perambulante, ab hoc incurfu & Dæmonio meridiano, qui non vult impingere: sed ita adimpleat ventrem suum de absconditis, vt meminerit panes absconditos suauiores, infici plerunque veneno: nec aliquid posse consultius teneri, quàm si quis abscondita sua, ad communis doctrinæ soliditatem exigat, nihil omnibus probatum conuellens.

Sic depulsis officiis, perspicua manet communissima sententia, pro qua satagimus; ratumque manet, dari præceptum; aut Apostolicum, aut Ecclesiæ vniuersalis, de abstinentia à carnibus ieiunio intrinseca & substantiali. Ex quo rectè insuper inferebatur, cum qui legitime carnibus vescitur, exolui obligatione abstinentiæ multiplici refectioe, quia ea obligatio est intrinseca legi ieiunij adæquatè sumpti, quale præcipitur quibus diebus ex obligatione ieiunatur. Lex enim de eo ieiunio, comprehendit duplicem abstinentiam; id est cum à carnibus, tum à multiplici refectioe: Et cum ea lex præscribat ieiunium sub ea forma, qui excusatur legitime ab vna ex illis abstinentiis, exoluitur obligatione totius illius legis.

Sicut quod rectè notarunt, Suares b, Sanch. c & Layman d, qui non potest adesse sacrificio Missæ tempore consecrationis, non tenetur assistere parti Missæ quæ antecedit consecrationem: quia forma sub qua præcipitur ea abstinentia, comprehendit consecrationem. Et qui vouit adire certum locum, ad quem reipsa ex toto pertingere nequit, non tenetur emitti partem itineris, quæ ad locum illum satis proximè accederet: quia iter illud non est præscriptum nisi sub determinatione ad talem locum, cuius aditio supponitur impedita. Et ita in hoc quoque exemplo rectè statuit idem Suares atque Azor e, & Bonacin. Idem ergo contingit in re præsentis quantum attinet ad legem de duplici abstinentia à ieiunantibus seruanda: Vnde qui ab obligatione vnus abstinentiæ legitime exoluitur, ab alia pariter liberatur: quia cum actu sub tali forma præcepto, lex de eo toto actu corrui. Ac proinde qui exoluitur obligatione abstinentiæ à carnibus, exoluitur obligatione abstinentiæ multiplici refectioe. Et viceuersa qui exoluitur obligatione abstinentiæ pluribus refectioibus, exoluitur obligatione abstinentiæ à carnibus, quantum est ex obligatione legis, mandantis ieiunium Ecclesiæ, quamuis vi alterius præcepti vniuersalioris, (quippè septennes pueros & senes comprehendentes) teneantur ad abstinentiam à carnibus, plerique soluti lege vnus duntaxat per diem refectiois, vt supra retuli, ex capite *denique*, distinct. 4. Sed quia non datur simile peculiare præceptum pro abstinentia à duplici refectioe; eaque tantum mandatur simul

a l. 5. pat. cap. 2.

b tom. 3. 34 q. 88. l. 2. c l. 1. in decalog. c. 19. n. 5. d l. 1. tra. 4. c. 19. n. 5.

e r. 1. l. 10 c. 13. q. 4. f d. 2. de pecc. q. 8. p. 1. n. 5.

simul cū abstinentia à carnibus, propterea quibus liberatur lege abstinentiæ à carnibus, liberatur quoque lege abstinentiæ à pluribus refectioibus siue ex solutio obligationis abstinentiæ carnibus, sit data ob solum fastidium piscium, aut nauseam ciborum Quadragesimalium, cum de cætero homo sit vigens; (in quo euentu Valentia & alij quidam, astringunt ad abstinentiam à pluribus refectioibus; siue sit data ob personæ imbecillitatem, in quo euentu iidem Auctores, fatentur considerari vtriusque abstinentiæ obligationem. Quæ distinctio mihi non aridet ob rationem propositam. Abstinentiam ergo à carnibus, esse, ac etiam ab initio Ecclesiæ, fuisse intimè nexam cum ieiunio Christiano, ratum esto.

*Extensio interdicti carniùm, ad oriunda ex carne.*

**N**ec à carnibus duntaxat indicta iam olim est per quadragesimam abstinentia, sed etiam ab iis omnibus quæ sementinam carnis trahunt originem, vt ab ouis & caseo, iuxta S. Gregorij responsa ad Augustinum Dorouernensem. Et astipulati sunt Græci. Nam Canone 56. Trullano, cum renunciatum esset, Armenos, & alios quosdam, Sabathis ac Dominicis Quadragesimæ oua & caseum comedere, improbatum est is vsus, his verbis. [Videtur est hoc, vt omnis Dei Ecclesiæ quæ est in vniuerso terrarum orbe, vnicum ordinem sequens, ieiunium perficiat; & abstineat, sicut ab omni maculabili, sic ab ouis & caseo; quæ quidem sunt fructus & fetus eorum à quibus abstinemus. Si autem hoc non seruauerint; si sunt quidem Clerici, deponantur; sin autem Laici, segregentur.] Apertè profitentur Synodi huius Quinisextæ Patres, abstinentiam hanc quadragesimalem, etiam ab ouis & caseo, in vniuerso terrarum orbe habuisse locum, demptis per paucis ad vsum communem componendis.

Nolim hic quemquam tritari circa Trullani huius Canonis vim. Possunt enim Canonnes Synodi illius Quinisextæ in Trullo habitæ, iuris incipitis videri, & sunt qui eos planè floccificant, vt latè tradit Sherlogus Anteloq. V. Sect. 2. à num. 15. & Fagundes in Apologia sententiæ suæ de esu onorum cap. 3. §. 7. ac Coriolanus in Chronol. ad annum 691. nec non integra de his Canonibus tractatione Franc. Turrian. Alij eos canones admittunt, vt Suar. t. 2. 3. p. d. 13. l. 2. Basil. Ponc. l. de Matrimon. c. Salaz. l. de Concept. c. 28. §. 4. & Delrio Polemica l. Vt verò statuatur de illorum Canonum vi vniuersè loquendo; (aliquos enim fuisse intrusos, nec obligare; diffiteri non licet;) tamen quoad Canonem propositum, vix est quod excipere fas sit, etiam in ieiunio Quadragesimæ, adhibere ad vsum oua, lacticiamque & caseum: tamen vbi vsus contrarius inualuit, de quo propè vniuersali, testatur Canon prædictus, abstinentum est, etiam caseo, non tantum si coagulo sit presus è carne petito, sed etiam si lacte fici, aut herbis ad id accommodatis coactus sit, vt

est apud Varronem a. Quam aliquorum distinctio in hoc negotio, miratur Rangolius b allegato Canone Concilij Quend. Aburgensis sub Gregorio VII. apud Bertoldum in Appendice ad annum 1085. quo casei esu in Quadragesima, contra abusu qui erumpere ceperat, interdicitur. Nec Græci posteriores in vera Quadragesima, caseum in escam admiserunt. Hebdomadas enim Tyrophagiæ ab Heraclio cum in Persas moueret ex voto indicta, antecedebar veram Quadragesimam; vnde ea hebdomade carnibus duntaxat abstinebant, caseo autem vescabantur. De Catholicis loquor, Terraditas hæreticos non moratus, quos Bassamon in resp. ad Marcum Patriarcham Alexandrinum, ea hebdomada magno ieiunio se macerasse testatur. At in vera Quadragesima, nemo Catholicus inter Græcos, caseum admisit in cibum; quod æquè Latini semper seruauerunt, vbi Ecclesia non indulsit vsu lacticiuorum, quo nomine venire etiam caseum quomodocumque coactum, contendit Rangolius, nisi Episcopi voluntate, cuius prudentiæ eà indulgentiâ permissâ à Summo Pontifice videtur aliter caueatur. Cum tali igitur indulto, vsus casei cuiuscunque in quadragesima innoxius esto; absque eo indulto saltem in concessione lacticiuorum comprehenso nullius casei sine rasilis, siue recentis ac præmollis, siue copti, aut præduri, quorum Athenæus c meminit, ciuibus conceditur. Et verò Silanum caseum Cassiodorus d præbere delicias Regibus memorat, nec alibi minus suaves reperiuntur. Quare haud immeritò à mensis lugentium exulant.

*Vnica refectio serotina, de ieiunij substantia.*

**C**ommunis præterea omnibus fidelibus iam olim fuit per tempus ieiunij quadragesimalis, obseruatio certæ quantitatis: nimirum non plus quàm vnâ refectioe, id est serotinam, assumendi. Propterea enim D. Augustinus e testatur, veteribus ieiunium, cenam absque prandio significasse. Vnicam autem in die refectioe, mirum fortassis erit inter corporis macerationes Christianas recenseri, cum Plato binas in die refectioes ingluuie notasse prodatur. Verum Plato vt notaui Muret. f eà epistolâ quâ ex postulat de Siculorum ingluuie, non carpit quod bis in die cibum caperent, sed quod se ingurgitarent & nimio cibo impleterent. Cæteroqui apud Græcos & Romanos, ex vsu erat, bis in die refici, vt idem Muret. obseruat, & fuscè Lælius Bisciola. g Et quanquam aliqui, cum Romæ, tum inter Græcos, semel duntaxat in die cibum sumerent, vt Mercur. h refert; hi tamen pauci erant, & aliquâ peculiari de causâ vt id facerent adducebantur: V. G. ad minuendam obesitatem, ad siccanda rheumata, vel ob aliquid simile. Vt plurimum autem, bis in die; aliqui etiam nec pauci, ter & quater cibum sumebant quotidie, vt iidem auctores notant. Quare rectè potuit ad laudem Christianæ abstinentiæ pertinere, vnica quot diebus conestio.

**CAP. VII.** Rosa typus prisici rigoris ieiuniorum. a l. de re rust. cap. 11. b l. Reg. 17. v. 18. q. 23.

c l. 14. c. 30.

d r. var. Epist. 12.

e epist. 86.

f 4. var. c. 12.

g r. 1. c. l. 9. cap. 15.

h 4. var. c. 17.

CAP. VII. Rosa typus prisci ieiuniorum.

l. 3. de virg. cap. 7.

l. 1. de ieiun. cap. 2.

l. 1. de ieiun. cap. 6. & 7.

l. 1. de ieiun. cap. 2.

l. 1. de ieiun. cap. 2.

l. 1. de ieiun. cap. 2.

l. 1. de ieiun. cap. 2.

l. 1. de ieiun. cap. 2.

l. 1. de ieiun. cap. 2.

l. 1. de ieiun. cap. 2.

l. 1. de ieiun. cap. 2.

l. 1. de ieiun. cap. 2.

l. 1. de ieiun. cap. 2.

l. 1. de ieiun. cap. 2.

l. 1. de ieiun. cap. 2.

l. 1. de ieiun. cap. 2.

Ad extremum, communis olim fuit, statuta per quadragessimam quantitas continuationis abstinentie singulis diebus, hoc est certa hora soluendi ieiunij, serotina. Huc referendus est locus S. Ambrosij a qui agens cum Marcellina sorore, ait, ieiunium in preceptis habemus, sed singulorum dierum Agens de Quadragesima Christiana Filescus b existimauit vlturpari, eo loco singulos dies, pro diebus singulari solemnitate consecratis, ac indictis, quos idcirco à Sixto Romano Pontifice, libro de Castitate, solemnnes ieiuniorum dies refert appellari. Sed aberrat Filescus, quoad locum Autoris suspecti malè adscriptum Sixto Romano Pontifici, tum quoad mentem S. Ambrosij, qui sororis Marcellinæ immoderato fetuori modum statuens, ait ad eam. [Ieiunium in preceptis habemus, sed singulorum dierum Tu autem multiplicatis noctibus ac diebus, innumera tempora sine cibo transigis: & si quando rogaris vt cibum sumas, paulisper deponas codicem, respondes illicò, non in pane solo viuit homo, sed in omni verbo Dei.] En quid spectaret S. Ambrosius, manifestè ieiunium singulorum dierum vlturpans pro ieiunio vesperti abrupto; Atque adeo confirmans quod dicebam de antiquo vsu soluendi ieiunij quot diebus. Possent eodem trahi, quod Lucianus c tradit de ieiunijs per quosdam Christianos protractis per decem soles. Prorogatio enim ieiunij per soles, solutionem ieiunij ad vespertam infinat. Facile est idem confirmare, iis testimonijs, quæ ieiunij solutionem fieri tantum volunt hora vespertina. Notauit non pauca Theodorus Peltanus d, & multa quoque Bellarminus e. Quamquam verò aliqui, satis esse censabant, ad horam vsque nonam, (quæ nobis est à meridie tertia,) ieiunium seruasse; & apud Monachum Sangallensem reprehensus tantum quoad hoc negotium legatur Carolus Magnus à Pio Episcopo, eo quod per tempus Quadragessimæ soluere ieiunium ante nonam, quasi adueniente nona fas esset in quadragesima cibum sumere: Tamen hanc ipsam serotinæ abstinentiæ anticipationem, soluendo ad nonam ieiunium in Quadragesima, (etiam si ea hora soluere, à plerisque alijs ieiunij diebus;) nominatim carpi video à veteribus. Benè Theodulphus f in Encyclica ad suos sacerdotes. [Solent plures qui se ieiunare putant, mox vt signum audiunt ad nonam, manducare. Qui nullatenus ieiunare credendi sunt si ante manducauerint, quam vespertinum officium celebretur. Concurrentium est enim ad Missas, & auditis Missarum solemnibus, siue vespertinis officijs, largitis elemosynjs, ad cibum accedendum est. Si verò aliquis necessitate constrictus fuerit, vt ad Missam conuenire non valeat, restimata vespertina hora, completa oratione sua, ieiunium absolueret debet.] Et inferius g, indulget ijs qui præ infirmitate aut opere, abstinentiam ouorum, casei, piscium, ac vini seruare inter ieiunandum nequeunt, vt ijs vtantur. [Tantum vt ieiunium vsque ad vespertum, solemniter celebretur.] Eidem dilationi solutionis ieiunij quadragesimalis, insistit valide Germanus iunior h Constantianopolitanus. Sed Augustinus i describens Mediolanensium & Romanorum quorundam sanctam vitam, di-

fertè astipulatur. Sic enim habet; [Ieiunia etiam protus incredibilia multis exercere didici, non quotidie semel sub noctem reficiendo corpus, (quod est vsquequaque vltatissimum,) sed continuum triduum, vel amplius læpissimè sine cibo ac potu ducere. Neque hoc in viris tantum, sed etiam in feminis.] En vsquequaque vltatissimum morem soluendi sub noctem ieiunium. Verum est, Tertullianum / iam emotum, impingere Catholicis, quod suos Montanistas criminarentur ob dilatam ad noctem ieiunij solutionem, quæ ipsis Catholicis fieri solet ad nonam. Sed hoc calumniosum esse, nec solitos antiquos Catholicos nisi ad noctem soluere ieiunium quadragesimale, multis Patrum Tertulliano anteriorum & Posteriorum testimonijs confirmat, præter iam citatos Peltanum ac Bellarminum. Pamelius, ipsum quoque Tertullianum m adhuc sobrium aduocans testem. Tempore S. Bernardi, ieiunium quadragesimale protractum esse vsque ad vespertam, ipse testatur n. Quamuis extra tempus quadragesimale, ieiunium Monasticum, dicat hora nona esse solutum, id quod multis exemplis firmat in suo ad vitas Patrum Onomastico, Heribertus Rosuedius, V. Nona hora. Paulinus scitè, vsum sui temporis expressit o. *Nostis cum morem vt ieiunare solemus Ante diem, & serò libratjs vespere sacris, Quisque suas remeare domos. Tunc ergo soluitis* *Cœtibus à templo Domini, postquam data festis* *Corporibus requies, sumpta dape, cœpimus hymnos* *Exultare Deo, & Psalmis producere noctem.* Et scribens ad Amandum de Cardamate, laudat, quod homo non aded assuetus abstinentiæ, diebus tamen Quadragessimæ, quotidianana (id est totius diei,) ieiunia non refugeret; & pauperem mensulam vespertine conuiuia non horreret. Et quamuis in calce Epistolæ, dicat, reuocatis solemnitate Paschali diebus prandiorum, tamen sustinendam illi fuisse famem, donec ad vespertum declinaret dies, & de fame prandij, placaretur refectioe cœnandi: Tamen hæc tantum ferunt priuatam S. Paulini abstinentiam, vnica per dies singulos refectioe contentam, quamuis exacta Quadragesima, licuisset, (quod Cardamas optabat,) bis in die refici, ac cœnæ prandium præmittere: quod tempore Quadragessimæ, & quouis legitimi ieiunij die, fas non erat. Vnica enim vespertina refectio quot diebus, per hoc tempus concedebatur, vt ex ipso S. Paulino præmissi. Hoc metrum, ieiunij per Quadragessimam seruandi, valdè commendat S. Theodorus Studita, incendens suos ad plenam Quadragessimæ obseruationem ieiunio quotidie vespertè intercisò; ita vt non obscure sugillatè productiora ieiunia quot diebus non abrupta. Eius hæc est ratio ex Interprete Docto, sed scabro obscuritatis sectatore per speciem elegantiz Lectori dispendioso. [Enim verò dicat fortasse quispiam, in perfectione ponendum, quotidie se cibo defraudare. Fabulæ. Sanè enim quidem haud nos Dominus iussisset panem possere quotidianum perpetim. Non Elias quotidie,

l. de ieiun. cap. 10.

m. c. 39. Apolog.

n. ser. 3. de Quadr.

o. Natali 7. S. Felici.

lib. de octo vitiof. cogitat. in iij.

lib. de octo vitiof. cogitat. in iij.

lib. de octo vitiof. cogitat. in iij.

lib. de octo vitiof. cogitat. in iij.

lib. de octo vitiof. cogitat. in iij.

lib. de octo vitiof. cogitat. in iij.

lib. de octo vitiof. cogitat. in iij.

lib. de octo vitiof. cogitat. in iij.

lib. de octo vitiof. cogitat. in iij.

lib. de octo vitiof. cogitat. in iij.

lib. de octo vitiof. cogitat. in iij.

lib. de octo vitiof. cogitat. in iij.

lib. de octo vitiof. cogitat. in iij.

lib. de octo vitiof. cogitat. in iij.

lib. de octo vitiof. cogitat. in iij.

lib. de octo vitiof. cogitat. in iij.

lib. de octo vitiof. cogitat. in iij.

tidie in deserto epulum à coruo, non Paulus qui aure D. Antonium solitudinem coluit, diurnum panem diuinitus accepisset; non magnusmet Antonius, plus diurno ac septimana ieiunio prætulisset, quotidie paulo quàm necessitas ferat, comessè minus? Opinor, hæc de causa. Nam quia corpus, solidum diem fatigatum sensibus langueret, ceu cursor equus, atque instaurationem desiderat; necessariò quoque naturæ instituit Architectus, vt diurno pabulo teneretur quo viuendum deinceps foret non cassum & enerue: Quod iis accidit, qui duplas, triplæque ac quinquecuplas trahunt. Quippè nequeat aut identidem congenitari, aut in Psalmodijs sonorum loqui, aliisque expedite munia præstare, nisi quod insolens nimirum facinus est. Quamobrem non iam porrò diurnis imperfectioni cibis ducitor; quin oppidò in perfectis haberetur ad modum normamque præscriptam. ] Certum est S. Theodorum noluisse sugillare vsum tot sanctorum, qui ieiunium quadragessimæ non soluebant quot diebus ad vespertam. Habitâ tamen ratione fragilitatis eorum ad quos agebat; & consultum volens cœnobij præscriptis, quibus solutio ieiunij vespertina continebatur, (vt mox declarat;) & ob incommoda ieiunium diuinitus prorogatum assèctantia, differuit ad eum modum. Et ob propositas rationes, S. Nilus a testatur Patres antequam se ieiunium, quotidie vespertè solutum, ieiunio soluto post biduum, triduumve, aut etiam post hebdomadam.

Per dierum Quadragesimam continuam, quot annis seruata iam olim prædicta ieiunij substantia.

Ad quantitatem continuam temporis quo ieiunium quot diebus quadragessimæ iam olim protraheretur, adiungenda est quantitas discreta dierum quibus proroganda erat hæc ieiunij obseruatio. quæ res vacat difficultate; quia receptissimum semper fuit, vt ieiunium quadragesimale hoc esset quod dicitur; nempe 40. dierum non interruptorum.

Ingeritur in contrarium duplex corruptela. Prior eorum qui alicubi introductam dicunt, vt quot hebdomadis, ter dumtaxat seruatur ieiunium: Ita alicubi per Germaniam seruari, referunt nonnulli quos adducit Paulus Layman b, & sequuntur qui per omnia in ieiunij laxationem incumbunt; affirmantes per consuetudinem legitime præscriptam, eum ieiunandi modum posse labe vacare. Sicut Mediolanenses per similem consuetudinem excusantur à ieiunio, primis quatuor diebus Quadragessimæ. Sed non video quomodò tanta ieiunij quadragesimalis truncatio, quantum continet ieiunium non nisi triduanum singulis hebdomadis, dici possit labe pura per consuetudinem ritè præscriptam; cum certum sit, consuetudinem non posse censei legitimum, & ritè præscriptam, reclamante legislatore: talis quippe consuetudo, non est vera consuetudo quæ possit contra ius præualere, vt decernitur cap. fin. de consuetud.

l. 4. tract. 2. c. 3. n. 7.

CAP. VII. Rosa typus prisci ieiuniorum.

l. 7. de Matr. disp. 4. n. 14. d. 17. de leg. c. 19. n. 1. & 24.

l. 7. de Matr. disp. 4. n. 14. d. 17. de leg. c. 19. n. 1. & 24.

l. 7. de Matr. disp. 4. n. 14. d. 17. de leg. c. 19. n. 1. & 24.

l. 7. de Matr. disp. 4. n. 14. d. 17. de leg. c. 19. n. 1. & 24.

l. 7. de Matr. disp. 4. n. 14. d. 17. de leg. c. 19. n. 1. & 24.

l. 7. de Matr. disp. 4. n. 14. d. 17. de leg. c. 19. n. 1. & 24.

l. 7. de Matr. disp. 4. n. 14. d. 17. de leg. c. 19. n. 1. & 24.

l. 7. de Matr. disp. 4. n. 14. d. 17. de leg. c. 19. n. 1. & 24.

l. 7. de Matr. disp. 4. n. 14. d. 17. de leg. c. 19. n. 1. & 24.

l. 7. de Matr. disp. 4. n. 14. d. 17. de leg. c. 19. n. 1. & 24.

l. 7. de Matr. disp. 4. n. 14. d. 17. de leg. c. 19. n. 1. & 24.

l. 7. de Matr. disp. 4. n. 14. d. 17. de leg. c. 19. n. 1. & 24.

l. 7. de Matr. disp. 4. n. 14. d. 17. de leg. c. 19. n. 1. & 24.

l. 7. de Matr. disp. 4. n. 14. d. 17. de leg. c. 19. n. 1. & 24.

l. 7. de Matr. disp. 4. n. 14. d. 17. de leg. c. 19. n. 1. & 24.

l. 7. de Matr. disp. 4. n. 14. d. 17. de leg. c. 19. n. 1. & 24.

est mera abusus, quæ communi lege improbat, nec ab Ecclesiæ Receptoribus in peculiaribus illis locis in quibus inducitur, reuera fuit admittenda; desuntque circa eam, quæ interdum abusione, vertunt in consuetudinem rationabilem, & absque peccato vigentem, contra legem; quia scilicet facta est magna rerum mutatio; iuxta ea quæ cum bonè multis tradit Sanchez c firmatque Suares d. In re autem præsentis, nihil tale locum habet. Et cum Receptores Ecclesiæ persistant refragantes, nec assentiantur nouo illi paucorum vsui contra tam sanctum & tam antiquum vsuum contrarium lege constitutum, merito, explodenda est ea ieiunij quadragesimalis ad triduanum per singulas hebdomadas contractio, tanquam manifesta corruptela: cui non suffragatur vsus à Mediolanensibus iam olim probante Ecclesia retentus, quia est perexigui temporis, nec tollit decimas diei totius anni. Posterior corruptela est, quæ factam aliquando apud paucos intercessionem, legitimus; ita vt post septem ieiunij dies, soluerent ieiunium, & interpositis septem prandiorum diebus, rursus illud resumerent per septiduum, alia septidua prandiorum frequentatione excipiendum. Cuius vsus paucorum, testis est S. Ambrosius e, merito in eum conuocatus, nec non Chrysologus f, vocans id ieiunium, inæquale: non ob inæqualem dierum numerum, (quo pacto inæqualitas quadragessimæ damnatur in Concilio Aurelian. IV.) sed ob varietatem obseruationis iure optimo damnatam. Reuera enim is paucorum vsus, corruptela fuit & abusus, non vsus legitimus. Vbiuis enim per Ecclesiam, exemplo Christi, ieiunium hoc fuit quadragintadie continuum; dempta sola intermissione ieiunij in Dominica die; quæ ob memoriam resurrectionis Christi, semper fuit fidelibus festina, atque aded libera obligatione ieiunandi. Esto, si quis non ex superstitione ab aliquibus erroneis peperam inducitur, vt ab vsu Catholicæ Ecclesiæ alienos se probarent; neque vrgente periculo offensionis pusillorum, tenere ieiunium etiam die Dominica velit; vacet peccato talis obseruatio ieiunij, vt dixi ista discutiens in oxamine anomaliarum pietatis circa electionem sanctorum g. Tamen lex ieiunij, neminem ea die ad ieiunandum obstringit; & non paucis religioni fuit, ieiunium ea die non soluere. Id quod nominatim ex Actis S. Melaniæ à Surio h exhibitis, liquet. Ex hac porrò ieiunij prætermissione Dominica die, ortum est, vt initium quadragessimæ non desumatur à prima Dominica quadragessimæ, sed à feria quarta præcedente; quæ proinde caput ieiunij dicta est. In quam rem extat præclara disputatio in Actis S. Margarietæ Scotorum Regina, quæ proposuit, Scotos [quadragesimale ieiunium non legitime obseruare, quia hoc non cum sancta Ecclesia, à feria 4. in capite ieiunij, sed sequenti septimana, feria 2. solerent inchoare. Cum autè illi è contrario diceret, ieiunium suum se ex Euangelij autoritate quæ Christi narret ieiunium, obseruare per sex hebdomadas. Illa respondit: longè in hoc ab Euangelio discrepat. Legitur enim ibi dominus quadraginta diebus ieiunasse, quod manifestum

l. 7. de Matr. disp. 4. n. 14. d. 17. de leg. c. 19. n. 1. & 24.

l. 7. de Matr. disp. 4. n. 14. d. 17. de leg. c. 19. n. 1. & 24.

l. 7. de Matr. disp. 4. n. 14. d. 17. de leg. c. 19. n. 1. & 24.

l. 7. de Matr. disp. 4. n. 14. d. 17. de leg. c. 19. n. 1. & 24.

l. 7. de Matr. disp. 4. n. 14. d. 17. de leg. c. 19. n. 1. & 24.

l. 7. de Matr. disp. 4. n. 14. d. 17. de leg. c. 19. n. 1. & 24.

l. 7. de Matr. disp. 4. n. 14. d. 17. de leg. c. 19. n. 1. & 24.

l. 7. de Matr. disp. 4. n. 14. d. 17. de leg. c. 19. n. 1. & 24.

l. 7. de Matr. disp. 4. n. 14. d. 17. de leg. c. 19. n. 1. & 24.

l. 7. de Matr. disp. 4. n. 14. d. 17. de leg. c. 19. n. 1. & 24.

l. 7. de Matr. disp. 4. n. 14. d. 17. de leg. c. 19. n. 1. & 24.

l. 7. de Matr. disp. 4. n. 14. d. 17. de leg. c. 19. n. 1. & 24.

l. 7. de Matr. disp. 4. n. 14. d. 17. de leg. c. 19. n. 1. & 24.

l. 7. de Matr. disp. 4. n. 14. d. 17. de leg. c. 19. n. 1. & 24.

l. 7. de Matr. disp. 4. n. 14. d. 17. de leg. c. 19. n. 1. & 24.



CAP. VII. Rosa typus presci rigoris ieiuniorum.

festum est vos non facere. Nam cum per sex hebdomadas, sex Dominici dies à ieiunio abstrahantur, triginta tantum & sex, ad ieiunandum relinqui, perspicuum est. Non ergò Evangelica autoritate, quadraginta, sed triginta duntaxat & sex dierum constat vos obseruare ieiunium. Restat itaque, vt quatuor diebus ante Quadragesimæ initium ieiunare nobiscum incipiatis, si Dominico exemplo, quadraginta dierum numero abstinentiam obseruare velitis. Alioqui contra ipsius Domini auctoritatem, & totius S. Ecclesiæ traditionem, vos soli repugnabit. ] Sic ratiocinabatur S. Regina, & rectè, vnde Scotos pertraxit ad communem vsum Ecclesiæ Occidentalis: quem quod Menardus ad S. Greg. sacramentarium a, putat inductum post tempora S. Gregorij non adscribor. At quidem S. Greg. b esse sex hebdomadas ieiunij Quadragesimalis, & exemptis sex Dominicis quibus non ieiunatur, remanere triginta sex dies ieiunij, quibus pendantur Deo totius anni decimæ. Hoc ille benè dixit Dominica prima Quadragesimæ, qua sermonem illum habebat ad populum. Non tamen negauit, præmissos esse quatuor dies ad explendam Christi imitatione quadragenam ieiunij, quorum quatuor dierum, vt quadragesimalium, & cum ieiunio exactorum, officium contexit in sacramentario. Et eo ipso loco qui allegatur in contrarium, agnoscit ieiunari per 40. dies. Similitèrque in Capitularibus c Regum Caroli ac Ludouici Pij, æquè dicitur, ante Pascha ieiunium seruari per 40. dies, vbi decimas anni soluiimus. Neque tamen eo loco, quadraginta dies constantur in 35. vel 36. quot sufficerent ad decimarum anni pèssitationem, sed absolutè indicitur ieiunium 40. dierum ante Pascha, atque, adedè comprehensis quatuor diebus præcedentibus primam Dominicam Quadragesimæ. Et vt hic numerus quadraginta dierum ieiunij, Christi imitatione suscepti vbiuis terrarum, iuxta traditum ab initio vsum, ratus esset; apud Orientales, quia non die tantum Dominica, (vt apud Occidentales,) sed etiam Sabatho, libera fuit ieiunij solutio; idcirco vt benè notauit Franciscus Scorzus ad 15. Theophanis Ceramali homiliam, ne id in Quadragesimæ sacræ imminutionem cederet, septem hebdomadibus prorogabât ieiunij obseruationem. Earum primam, à solemnitate restitutionis Imaginum, dictam Dominicam Orthodoxie, antedebat Dominica τρυφωα, quasi Caseacea, respondens nostræ Quadragesimæ, ieiunium lacticiuorum à S. Syluest. & omnibus SS Patribus receptum, vocat Isaac Catholicus Armeniorum d. Ea Dominica concludebatur esus casei, nam sequenti proximè die Lunæ, inchoabatur vera Quadragesima, Dominicâ verò Thyrophagiæ antedebat Dominica τῆς ὑποκρίσεως; q. d. Carnispruiij (Luincius apud Studitam vertit ex carnaliorum) quæ nostræ Sexagesimæ respondebat; Et sic denominabatur, quia ea Dominica erat terminus hebdomadæ qua abstinentium erat carnis, vt septimana hebdomadæ quadragesimæ, Græcis recepta, constaret integra. Dominicam verò primam Quadragesimæ quam hæc duæ antedebant, subsequēbatur secunda; Tum tertia, dicta τῆς σταυροεγκομιχίας à Crucis adoratione, de qua infra pluribus. Sexta Do-

pag. mihi 52. b homil. 16. in Euang.

Tit. 183.

Inuict. 2. in Arm. hær. 24.

minica, dicebatur palmarum; pridie cuius celebrabatur suscitatio Lazari. Tandem Dominicam palmarum, sequebatur hebdomas Magna, sic dicta iuxta S. Chryostomum e non à maioribus, vel longioribus diebus, sed à magnis Dei in ea operibus. Ita ergo habuit apud Græcos hebdomadas hebdomadam, quibus Quadragesima constabat; vt compendaretur solutio ieiunij in Sabatho, æquè ac in Dominicis & plena ieiunij Quadragesima deo penderetur. Errantem porrò circa has dominicas, & ieiunij apud Græcos initia, Iosephum Scaligerum, Emendatorem temporum libro 7. fol. 650. emendat ex libris Ritualibus Græcorum, Gretserus libro primo de procession. capite decimo septimo, quem consulant quibus libuerit.

Vniuersali ergo & Occidentalium & Orientalium fidelium atque adedè veterum omnium consensione, quadragenarius numerus huic solemnium ieiunio fuit additus. Id quod Chryostologus f multipliciter illustrat: Et D. Augustinus g præclare eruit ex notione numeri quadragenarij sic differens. [ Ingenium (vt ita dixerim), ingenium non potest non moueri, quid sibi velit quod & Moyfes, & Elias, & ipse dominus 40. diebus ieiunauerunt. Cuius actionis figuratus quidam nodus, nisi huius numeri cognitione & consideratione non soluitur. Habet enim denarium quater, tanquam cogitationem omnium rerum, in textam temporibus. Quaternario quippè numero, & diurna & annua curricula peraguntur. Diurna matutinis, meridianis, vespertinis, nocturnisque horarum spatiis: annua vernis, æstiuis, autumnalibus, hyemalibusque mensibus. A temporum autem delectatione, dum in temporibus viuimus, propter æternitatem in qua viuere volumus, abstinentium & ieiunandum est: quamuis temporum curribus, ipsa nobis insinuetur doctrina contemnendorum temporum & appetendorum æternorum. ] De eiusdem numeri mysterijs ex Scripturis & aliundè multa habet Angelus Manginus initio Opusculi de sacro ritu quadraginta horarum, & Bongus de numeri quadragenarij mysterijs differens.

Lex ieiunij quadragintadialis, à quo lata & ex quo fuit.

Sic habuit mox communis, à fidelibus iam solim, circa ieiunium Paschati præuium vsupatus, non imitatione xthnicorum Romanorum, vt ineptit Vuolfangus Lazius h similitudinem & affinitatem nescio quam inter piaculares lectisterniorum Romanorum dies, & quadragesimalia exercitia commentus: Sed imitatione Christi qui eo dierum numero, ieiunium continuu tenuit: Propterea quæ Patres passim vrgendo fideles ad huius ieiunij obseruationem, cum Mosis & Eliæ quadragintadialia ieiunia proponunt; tum præsertim Christi Domini. Ita S. Ignatius i, S. Clemens l, S. Ambrosius m, S. Chryostomus n, S. Bernardus o, Carolus Magnus scribens ad Albinum Flaccum, & alij absque numero.

Sunt

homil. 30. in Genes.

f serm 16. g lib. 2. de doctr. christ. cap. 16.

h li. de rep. Rom. c. 5.

i ep. ad Phil. l. 5. const. c. 11. m ser. 31. & ep. ad vercel. n hom. de ieiunio. o ser. 3. de quadr.

in paraphr. c. 2. Marci.

bl. de ieiunio cap. 7.

c V. ieiunium hær. 2. d in c. 3. lect. 8. suffil.

d disp. 13. q. 9. f in hymno Quadrages. g orat. in 40. Mart. serm. 1. 36. 38. h serm. 2. 27. Quadr. i serm. 4. de \* l. de hæref. Christi. c. 1. l l de quadr. m aduers. p. y. cap. 13. n ep. 1. Pasch. o cap. 69.

p 5. const. c. 11. q epist. 54. r serm. 46. & 9. de quadr.

f coll. 21. cap. 30.

r anno 688.

v l. 6. par. cap. 10.

Sunt qui plus aliquid contendunt. Supponunt enim dari verè legem de obseruatione Quadragesimæ, quod fatuè inficiatus est Erasimus a causatus, quod ex lege fit, triste ac durum esse, Deum autem diligere hilarem dorem, qua ratione nemo vllis legibus lætus obtemperaret, atque adedè lex quæuis enervatur, & eius obseruatio ob adiunctam mœsticiam. Sed nominatim rueret vsus cuiusvis ieiunij. Semper enim mœsticia ieiunij sequela est, sicut læticia saginæ, ait Tertullianus b. Sicque omne ieiunium etiã nisi à superioris lege non præscriberetur, Deo hilarem dorem diligenti displiceret: quæ sunt digna Erasmo cœli ac terræ censore deliria, latè exagitata ab Alphonso de Castro c & à Ioanne Baptista Vuenio in Ionam d; quæ videntur priùs quoque effutisse Lampetiani apud Damascenum in Opere de hæresibus. Ea ergò certa suppositione facta, quod lex de quadragesima obseruanda, verè obstringat fideles; plerique eam obseruationem non solo Christi exemplo & imitatione, sed lege eius ac præcepto inductam esse censuerunt. Præceptum enim diuinum de hoc vsu, vt latè præter ceteros confirmat Scribonius in Theandria e, aut agnoscunt aut insinuant varij Patres, vt S. Hilarius f, S. Basiliius g, S. Ambrosius h, S. Leo i, & vrgens Aërianos hæreticos S. Damascenus \*. Quod enim hi hæretici, quadragesimalem obseruationem floccifacerent, rei acti sunt violatæ diuinæ legis; hoc est præcepti à Christo Domino fidelibus lati, de hac obseruatione. Ita alidè spectat quod ait scribens ad Casulanum, & Theophilus Alexandrinus n, nec non scribens ad Eleuf. Nazianzenus, ac disertissimè Concilium Moguntinum anni. 1549. o

Alij mediatum duntaxat, Dei præceptum, per suos scilicet Vicarios aut Apostolos, à Christo de hac re latum agnoscunt. Extat enim canon Apostolorum quo ad ieiunium sancitur; & habetur etiam ea sanctio apud Clementem p. Eisdem Apostolos huius vsus auctores agnoscit S. Hieronymus q, & S. Leo r, qui eo ipso quo videtur velle quadragesimam esse diuinæ institutionis, (hoc est serm. 4. de quadrages. ) statim addit, hos dies esse factatius institutos præceptis Apostolicis. Multos alios in eandem sententiam addensat Ciaconius, ipso initio Operis de ieiunijs. Quod si Christum latorem huius legis non agnoscamus, videtur sane necessarium, saltem ad Apostolos eam referre, cum ex receptissima D. Augustini regula, quicquid vbiq; seruatur, nec quando primum vel à quo sit inductum assignatur, ad Apostolos auctores est referendum. Vnde audiendus non est Cassianus s, qui præceptum de obseruatione Quadragesimæ, nec Apostolis quidem vult adscribi; sed multo post latum putat cum fidelium feruor intepuit. Neque item approbandus est Sigebertus in Chronico t, institutionem Quadragesimæ tribuens Thelephoro Papæ, qui anno Christi 140. sedit. Ad quem etiam lapidem impexit Alecius v, eidem Thelephoro hanc institutionem assignans. Ab Alecio autem fæ actum in errorem, suis ad Epiphaniij librum de ratione fidei notationibus, processus est Vitus Amerbachius, tandem

Theophilus Raynaudus Pontificis.

Catholicus, ex quo ista refert Albertus Humgerus x oratione de Quadragesima. Rectè enim vidit Vitus, non modò Antiquiores Telephoro, Clementem Romanum, & Canones Apostolorum, meminisse quadragesimæ, verum etiam in decreto Telephori antiquiorum ipso Quadragesimam agnosci. Itaque duntaxat mandauit Telephorus, idipsum quod postea S. Gregorius scribens ad Augustinum Doronensem; nempe vt Clerici inciperent ieiunium Quadragesimæ à Dominica Quinquagesimæ, Aduersarij autem, vt ait Vitus, ieiunium Quinquagesimale, (id est ex institutione Telephori per Clericos inchoandum à Quinquagesima,) mutarunt in Quadragesimæ institutionem factam à Thelephoro, quod absurdum est ac reiiciendum. At multo magis explodendus est Ianus Cornarius y, ausus hæretico spiritu effutire, obseruationem Quadragesimalem cum abstinentia à carnibus, menfe Martio, esse nuper natam; quod magnæ supinitatis & imperitiæ in re historica, meritò damnat Ioannes Vuiringus z. Itaque extra dubium esto, hanc esse saltem traditionem Apostolicam, vt disertè tradunt multi Patres. Nec reclamat D. Augustinus a, cum ait, quod Quadragesima certis diebus obeatur, per Patres & Concilia præscriptum esse. Agit enim de ritibus particularibus ieiunij in Sabatho, aut feria quarta, & sexta, extra Quadragesimam. Item agit de Quadragesimæ coheratione cum Paschate, de qua sanxit Concilium Nicænum. Nec aliud spectat quod ait scribens ad Casulanum, nihil extare ab Apostolis definitum, quibus diebus oporteat vel non oporteat ieiunare. Quamquam id aliter extriccat Bellarminus b.

Sed planus sensus est, silentibus ea de re Apostolis, Patres & Concilia, consentaneè ad mentem Apostolorum, edixisse quando esset celebrandum Pascha, cum quo connecti debet ieiunium Quadragesimale: atque adedè sanxerunt quoque Patres & Concilia, Quadragesimæ adiunctam; quamuis sectio de seruanda Quadragesima ab Apostolis imitatione ieiunij Christi sit præscripta.

Finem huius sine diuini siue Apostolici præcepti varij varium assignant. Non incongruè verò dicitur, delectum esse hunc dierum numerum, imitatione Christi & Mosis, ac Eliæ, vt ob vsum annuæ vitæ, pendatur Deo decima à maceratis corporibus. Quamvis enim ad pendendam Deo decimam illam, sufficiant triginta sex dies, qui constant decimas dierum totius anni, vt S. Gregorius c loquitur: tamen ad mensuræ cumulum, & nostri cum Christo cõformationem, additur dierum quaternarius; quæ est additio perantiqua, vt Bellarminus d rectè profequitur. Sic de fine obseruationis Quadragesimæ ex Christi vel Apostolorum præcepto, Cassianus e, S. Eligius f, S. Ilidorus g, S. Ambrosius h, S. Dorotheus i, & Concilium Tolentanum VIII. Hic finis, à varijs Patribus assignatur. Neque tamen intendunt excludere finem macerationis corporum ne caro lasciuat & spiritui negotium faceat, in dè vt luit plerique malè admissa, & Deo pro illis satisfaciatur, vt infra attingam. Significat ergò quod quisque etiam extra necessitatem pro culpis

CAP. VII. Rosa typus presci rigoris ieiuniorum. x l. 2. o. 2. o. 1. 5.

y In Medicis Institut. c. de cibo & potu.

z l. 5. de ieiunio Medico. Ecclesi. c. 7.

a epist. 119. cap. 15.

b l. de ieiunio c. 14. in fine.

c hom. 16. in euangel.

d l. de ieiunio c. 15. & 16.

e coll. 11. cap. 28. f h. 13. g l. de offic. cap. 36. h Doct. 15.

O o o ante

**CAP. VII.** anterioribus satisfaciendi, Deo debet. Quo *Rosa typus* Cassianus, a ipsum *Quadragesima* nomen referri posse coniectat. [ Fortasse (inquit de hac anni decimatione,) ipsa decimatio rectè quasi ab usu telonei, *Quadragesima* nomen accepit. Ita enim illa publica vulgo vocatur exactio, ex qua tanta lucri portio Regis commodis deputatur, quantum & à nobis, à Rege omnium seculorum pro usu vitæ nostræ legitimum quadragesimæ vestigial exigitur. ] Spectasse videtur vestigial à Caligula primum inductum, vt autor est Suetonius b: qui testatus id hominis (necum Principis,) monestrum, noua & inaudita vestigialia exegisse, inter alia hoc recenset. [ Pro litibus atque iudiciis vbicunq; conceptis, quadragesima summa de qua litigaretur, exigebatur: nec sine pœna, si quis composuisse, vel donasse negotium, conuinceretur. ] Videndi de *Quadragesima* nomine, pro vestigiali, Petrus Ciaconus in Indice ad Cassianum, & Lipsius ad Taciti Annalem 13. Ea quam hactenus proposui ratio institutionis quadragesimæ, non est incongrua, præsertim ob tam multorum auctoritatem. Atramem Chrysostomus hom. in eos qui Pascha ieiunant (est 52. Tomi V. Græcol.) alios natales ieiunij quadragesimalis assignat, cum ait. [ Quam ob causam ieiunamus per hos dies quadragesima? Multi quondam temerè ac sine iudicio, præcipuè verò hoc tempore quo Christus ea tradidit, ad sacra mysteria accedebant. Cum igitur intelligerent Patres, quantum ex temerario accessu detrimenti caperetur, conuenientes, quadragesima dies ieiunij, precum, auditionis verbi Dei, & conuentuum designarunt: vt in his diebus, omnes, per preces, per eleemosynam, per ieiunium, per vigiliis, per lachrymas, per confessionem, ac per cætera omnia, diligenter expurgati, ita pro captu nostro cum conscientia pura accedamus. Porro illos hac sua condescensione, magnum quid & egregium præstitisse, dum effecerunt vt in ieiunij consuetudinem veniremus; inde constat. Nam nos quidem, si toto anno clamare ac ieiunium prædicare non cessemus, nemo verbis nostris, animum attendit. Quod si tantum Quadragesimæ tempus aduenerit, licet cohortetur nemo, licet consilium det nemo, etiam is qui negligentissimus fuerit, excitatur, & oblatum ab ipso tempore consilium ac cohortationem admittit. ] Hactenus S. Chrysostomus, de cuius ratiocinatione hoc tantum dico, non videri continere finem primarium institutionis Quadragesimæ, sed tantum accessorium supposita Quadragesimæ institutione facta ex alio primario fine; alioqui enim quoties communicandum esset, oporteret per quadragesimam dierum ieiunare.

*Obstrinxit iam olim omnes extra grauem necessitatem*

**L** Ex ieiunij, his aut aliis similibus finibus lata, cum sit iusta & rationabilis, omnes astringit quos neque ægritudine, neque ætas ieiunio impar, aliæue incurabilis necessitas, non exoluit ab eius obseruatione. Sanè Theo-

dulphus c infirmos ac paruulos exoluit obligatione ieiunij. S. Gregorius d Marianum, Ra-uennatem Episcopum ægritudine dissentum, verat ieiunare. S. item Augustinus e infirmos exoluit obligatione Quadragesimæ obseruanda. Tantum monet vt caueant ne sibi de aliena gula augeant peccatum, inuitando secum ad prandium & ieiunij infractionem, benè valentes. [ Qualis Christianus est, ( inquit S. Ambrosius, f ) qui tali tempore, non ieiunet vel vsque ad nonam? Ecce Niniuitæ, paruulos, etiam lactentes, & pecora atque iumenta, vt periculum mortis euadere possent, ieiunare mandarunt. quales ergo Christiani esse possunt, qui si sani sunt, ieiunare cum Moyse, & Elia, & Salvatore nostro nolint? Solent enim dicere: Non possumus laborare & ieiunare. Sed ided non possunt, quia nolunt. Saltem laborent minus, vt ieiunare possint. Monéo ea propter, & contestor vos in Domino, vt nullus vestrum, ( nisi fortè sit infirmus aut infans, ) vsque ad Pascha, & nisi in Dominicis diebus; ante nonam manducet aut bibat. ] Apertè eximit obligatione de qua agimus, & infirmos & infantes, quorum ætatem in hac re quoad abstinentiam à carnibus, septennio completo circumscribunt Doctores, ab vtroque Sanchez g annotati.

Gemebar sanè S. Gregorius, quod præ infirmitate non posset ieiunium Quadragesimæ seruare, vt scribit Ioannes Diaconus. h Sed quod adderet, angustia se multò magis, quod infantibus quoque ieiunantibus, ipse non ieiunaret, inuitit Iosephus Vicecomes i, olim infantes quoque, integrum Quadragesimale ieiunium obseruasse; sed hoc esse Paradoxum, cui subscribendum non sit, monstrauit in Tractatione de Cereo Agno confectato K. Aliquando quidè in ieiuniis publicè indicis in graui timore, etiam infantes & fugentes vbera ad ieiunium sunt adacti, vt S. Chrysostomus l à Ioële indictum obseruat. Sed hoc, absque legis pueros obligantis, nexu est obseruatum; eandem ob causam, ob quam iumenta quoque, in tali necessitate sunt ad ieiunium pabuli & potus subtractione compulsa: vt scilicet Deum (de quo congruentius quàm de iusto homine dici potest, quod animas iumentorum suorū nouerit,) obiectu mugituum horrendorum in quos stimulant fame erumpentia bestia, flecterent ad commiserationem, & ad auertendam cladem imminentem excitarent. Qua de re, rursus in calce capitis. Multo autè magis fodicare adultos potuèto (parentes præsertim,) & ad concipiendam pœnitentiam excitare, etulatus innocui luctuosique vagitus lactentiū. Quod enina tenerius amantur chara pignora liberorum, quàm iumenta, ed certius est, tenellæ ætatis præ famæ clamores, acutiùs infigi adultis, & eos acutiùs virgere ad satisfaciendum Deo, à cuius ira timeretur malum, pro cuius declinatione satagitur. Atque ita optimo consilio, aliquando summis temporibus indictum est ieiunium lactentibus, vt Successione m tempore Hugonis Episcopi, cum præ nimio æstu, non modò febris (vt cum S. Chrysostomo n dicam,) corripuisset agros, sed etiam flumina magnam partem exaruisissent, & in iis qui aliquos retinebant laiceos, misero spectaculo, pisces vi-

e in zncly. ad Sacerd. c. 17. d. l. 9. Epist. 18. e ser. 62. de temp.

f ferm. 34.

g l. 1. in decal. c. 12. n. 9 & Ioann. S. Sches disp. 1. telect. num. 31. h lib. 1. vitæ. cap. 7.

i l. 3. de baptis. cap. 6.

K c. 4. n. 18.

l hom. 3. ad popul.

m in Aq. is. S. Godefr. l. 1. c. 25. n homil. de Petro & Elia.

ignæ

ignæ vaporatiōis præfocati, vndis innatarent. Item grassante dira lue Gandau, hortante S. Macario, antea Patriarcha Antiocheno, abstracti sunt ab vberibus infantuli, vt innocuis questibus Deum flecteret. Ex abundantia (vt ita dicam) pœnitentia, talia tenellis infantibus inferti cruciamenta in adultorum stimulum & Dei mollitionem contigit. Sicut ex abundantia pietatis, Archiepiscopus Moguntinus anno Christi 1188. occasione miraculi quod circa diuinam Eucharistiam editum erat, induxit omnibus in sua diocesi degentibus, à lactentibus vsque ad senes capulares atque decrepitos, vt incuruati adorarent Dominum I E S V M cui in omne genu flectitur; quod pietatis officium infantuli quoque in cunis, incuruantibus ipsos maioribus exhibuerunt. Haud aliter igitur philosophari licet de lactentium ieiunio autoritate publicè indico. Vt autem ea ætatura lege adigere-tur ad ieiunandum, fieri non potuit, vt per se liquet. Inuicissimillimè itaque ex his lactentium ieiuniis inferretur, infantes tempore S. Gregorij adactos esse ad ieiunium totius Quadragesimæ; cum ea infrequentia lactentium per grauissimas necessitates ieiunia, non sint trahenda in exemplum ieiunij, quot annis per eam ætaturam tam multis diebus exoluendi; id quod ætatis illius imbecillitas & legis æquitas persuaaderet. Multo minùs est ad vniuersalem regulam trahendum, quod quidam SS. infantes leguntur obsumatè recusasse papillam feria sexta, vt de sancto Stephano, postea Diensi Episcopo habent eius Acta. De sancto Nicolao cum infans lactaretur, constat quarta & sexta feria, nulla induci potuisse nature necessitate, vt ante vesperam, vberibus nutritis onsa admoueret. De Ioanne Firmiano, qui vulgo dictus est de *Aluernia*, præcellentis sanctitatis viro, proditum est, quod infantulus in cunis, die Lunæ, Mercurij, & Veneris, semel tantum mammam figeret. idem factum à S. Sisinio feria quarta & sexta, & Sabatho. Hæc aded supra naturam sunt, vt non possit eis inadificari ieiunium infantium præsertim ex obligatione.

Cæterum quod S. Basilii a ait pueros velut plantas lactores, aqua ieiunij irrigari, & S. Hieronymus b, etiam minusculam ætatem ieiunio quadragesimali grauat non sunt censendi agnouisse pro ætate verè puerili obligationem legis, sed tantum insinuasle, laudabile esse parentibus, si prolem grandiusculam, nondum tamen legi obnoxiam; ac minusculam quoque ætatem, assuefaciant tam sanctæ legis obseruationi pro mensura virium, & citra patentem sanitatis detritionem. Idque circa pueros decennes, ita factum à piis parentibus Catholicis, vt eos assuefacerent, scribit Humbertus contra Nicetam Pectoratum. Permagis enim interest à prima ætate assuecere. Præclarè siquidem Demetriadem sic monbat & circa alias sanctas exercitationes, & nominatim quoque circa ieiunia, planus cæteroqui homo Pelagius. [ In teneta adhuc ætate facilius sanctæ conuerfationis vsus inolefcet. Quicquid in te primum institueris, hoc manebit, & ad initiatorum tuorum regulam, reliqua vita decurret. Finit in ipso exordio

a ferm. 2.

b ep. 7. & 22.

Theophili Raynaldi Pontificia.

capitandum est. Qualis ad illum vltimum diem peruenire cupis, talis nunc iam esse conare. *Rosa typus* Confectudo est quæ aut vitia, aut virtutes prisci rigoris ieiunio-rum. quibus ab ineunte ætate simul creuerit. Optimi sunt ad institutionem morum, primi quinque anni. Habent enim in se lentum quiddam & molle, quod facile formari queat, atque ad arbitrium volentis trahi: & in cunctis ferè rebus, citius assuefcitur omne quod tenerum est. Nouellas adhuc & vix firmæ radicis arbutulas, dum ad omnem ductum sequaces sunt, in quamlibet partem flecti facile est; quæ natura plerumque curuatur, cito ad arbitrium colentis corriguntur. Tenera adhuc & primæ ætatis animalia sine labore domari solent, quantòque citius à vagandi libertate difflata sunt, tantò faciliùs vel colla iugo, vel frœnis ora insuefcunt. Ipsa quoque literarum studia, teneris melius inseruntur ingenij; idque penitus inharere sensibus solet, quod primitus sederit in mente. Hoc idem plurimum etiam in benè viuendi ratione valet: dum adhuc mobilis est ætas. & animus duci facilis, est exercenda boni consuetudo. ] Ob has ipsas rationes prædicti Patres, ætatem quoque nondum ieiunij legibus obnoxiam, exerceri tamen ieiunio commendant, sed citra obligationem.

Eodémque modo accipiendum est, quod D. Basilii continenter addit de senibus. [ Senibus leuem reddit laborem, iam olim contracta cum ieiunio familiaritas. Si quidem labores, quibus diutino vsu assueueris, minus ostendunt, si inciderint in exercitatum. ] Hoc accipiendum est citra obligationem legis, vt circa pueros diximus. Cæteroqui enim, senes mares, hoc est qui annum sexagesimum attigerint, excusantur à lege ieiunij, vt cum multis statuit Sanchez c. Nisi si senes sumpserit D. Basilii pro quibusvis ætatis non nihil inclinata, puta quinquagenarios. Hi enim ad ieiunium astringuntur, si aliud non obstat. Consulto dixi mares sexagenarios ieiunio non astringi; nec idem dixi de feminis, quia istas, ex quo sunt quinquagenarie, exolui lege ieiunij, ob celeritatem viciniam ad interitum, verisimillimum est, vt latè eodem loco differit Sanchez. Quamquam in ea item ætate, graue illis fere non est ieiunare, ob humorum, quibus scarent vberitatem. Quæ causâ est cur S. Basilii d dixerit, [ Mulieribus quàm est naturale respirare, tam est conueniens ieiunium. ] Ibidem S. Basilii, viatorum comitem ait esse ieiunium, quia eos reddit expeditos & leues. Sed hoc accipe de vltroneo ieiunio, vel de viatoribus, quos iter non grauet, Cassianus e obseruatione legis de ieiunio, exemit perfectos & iustos, quia eis non est lex posita: & quia alio tempore, iuges sunt in ieiuniis. Sed falsò censet ieiunia vltro suscepta elidere obligationem legis vniuersalis necessitatem ieiunandi iniucientis. Quomodo verò dicatur non esse positam iusto legem, tractatur cum de Christiana libertate, & ab Henrico Cuychio ad Cassianum f, & à Guidone Carmelita agente in heresim Arianorum, nec non ab Alphonso de Castro g.

c l. 7. de Matr. disp. 32. n. 17.

d ser. 2. de ieiun.

e coll. 21. c. 19.

f Annot. 26.

g v ieiun. hær. 3.

Omnes ergo non impediti per ægritudinem, O o o 2 vel

CAP. VII. Rosa typus prisci rigoris ieiuniorum.

b ferm. 4 de Quadrag.

c ser. 40. cec. 54.

d ferm. 11. de Quadrag.

e hom. 2. de ieiun.

f hom. 2. in Gen.

g Baronius anno 840.

h l. 6. vitæ c. 1.

i cap. 9.

vel ætatem aut grauem causam, legis huius obseruationi obstantem, tenentur ieiunium seruare in Quadragesima. [ Hodie (inquit S. Bernardus a alloquens suos Monachos) sacrum Quadragesimæ tempus ingredimur, tempus militiæ Christianæ. Non nobis singularis est hæc obseruatio. Vna omnium est, quicumque in eandem fidei conueniunt unitatem. Quidni commune sit Christi ieiunium omnibus Christianis? Idem alibi b: [ Si deuorè vsque modò ieiunauimus, utique sancto hoc tempore ieiunandum nobis est multò deuotiùs. Si quid enim additur ad solitum abstinentiæ modum, numquid non valdè indignum est, vt nobis motofum sit, quod Ecclesia portat vniuersa nobiscum? Hactenus vsque ad nonam ieiunauimus soli; nunc vsque ad vespèram ieiunabunt nobiscum pariter vniuersi, Reges & Principes, Clerus & populus, nobiles & ignobiles, simul in vnum diues & pauper. ] Equè S. Theodor. Studita c, omnes, planè inquam omnes, magnos & paruos, ieiunij Quadragesimalis lege obstrictos agnoscit, non exclusis Regibus & Antistitibus. S. Leo d, vocat Quadragesimæ obseruationem [ maximum sacratissimumque ieiunium, quod obseruantiam sui vniuersis fidelibus, sine exceptione denunciat. ] Hoc ita exprimit S. Basíl. e [ Hoc tempore per vniuersum orbem denunciatur ieiunij præconium: nec vlla est insula, nec vlla terra continens, non ciuitas, non gens vlla, non extremus mundi angulus, vbi non sit auditum ieiunij edictum. Quin & exercitus & viatores, & nauatæ, & negotiatores, omnes pariter audiunt edictum, & summo gaudio excipiunt. Ne quis igitur se excludat à numero ieiunantium, in quo omne hominum genus, omnis ætas, omnes dignitatum formæ censentur. ] Id ipsum est quod ex Theodoro Studita proxime aiebam, ne Reges quidem aut Antistites, lege ieiunij solo suæ dignitatis titulo exolui. Et de Regibus quidem ac Imperatoribus, distertè id quoque habet S. Chrysof. f, idque se non satis seruasse deplorauit sub mortem Ludouicus Pius, cum per dies quadraginta prorsus impastus hæssisset g. De inferioribus Antistitibus res est clara, quia ipsi quoque respectu huius legis sunt subditi: Et vitæ SS. Episcop. frequentissimè exhibent, eorum in Quadragesimalis ieiunij obseruatione accuratorem. Quodque multò plus est, tantum esse huius obseruationis momentum intellexerunt grauissimi Pontifices, vt tamen supra legem quamcumque Ecclesiasticam se esse non ignorarent, tamen lege obseruationis Quadragesimæ exoluti esse noluerint. Pius V. & sanctitate & doctrina instructissimus, ne æger quidem, & admodum annis grauis, & abstinentiæ & ieiunij quadragintadialis violationem indulsit sibi, vt scribit Ioann. Anton. Gabut. h Eoque exemplo permotum B. Francisc. Borg. tamen morbis fractum, & deuexæ iam ætatis, sacri huius instituti fuisse tenacissimum scribit in eius rebus gestis Ribaden. De Gregorio XIII. nunquam satis laudato Pontifice, prodidit Marc. Anton. Ciappius, vitæ eius Scriptor i. ex publica & testata ipsius Gregorij professione, ipsum à 12. ætatis anno ad 83. quo excessit à vita, nunquam tam sanctæ le-

gis obseruationi defuisse. De S. Leone I. eximio Quadragesimalis ieiunij exornatore, & de Nicolao I. ad eandem obseruationem exquisitam incendente Bulgaros, nec non de Innoc. III. cuius præclari in hanc rem sermones cæterorum naufragio subducti, hodièque leguntur, nemo in dubium reuocarit, quin fuerint hac in parte accuratissimi, vel eo nomine ne dicta factis deficientibus erubescerent, quod turpe esse Doctori, admonerat Tertull.

Accessiones ad propositam ieiunij quadragesimalis substantiam, variis Christianis oris peculiæres.

Hactenus exposita est ieiunij quadragesimalis veluti substantia, vniuersaliter iam olim per omnes oras à Christianis seruata consistens in refectionis qualitate & quantitate, cum continua, tum discretæ. Sed ad hæc necessaria, & vbiuis iam olim seruata huius obseruationis capita, variæ accessiones factæ sunt, ac veluti superponia oneris vltro suscepta, variis locis: in quibus annotandis diligenter nauarunt operam Alfonso Ciacon. l & Ioannes Filescus m. Ego nonnulla perstringam.

Apud pleròsque Occidentales, vltra ea quæ omnibus vbiuis fidelibus communia diximus viguit vsus Xerophagiarum: cuius vocis notio ex Tertull. n peti potest, qui referens Psychicorum id est Catholicorum aduersus Montanistas opprobria, ait; [ Arguunt nos, quod etiam Xerophagias obseruemus, siccantes cibum ab omni carne, & omni iuulentia, & vuidioribus quibusque pomis, ne quid vino sitatis vel edamus, vel potemus. Lauacri quoque abstinentiam congruentem arido victui. ] Et mox. o [ Xerophagias nouum affectati officij nomen, & proximum Ethnicæ superstitioni; quales castimoniam Apim, Isidem, & Magnam Matrem certorum eduliorum exceptione purificant. ] Itaque nihil aliud est Xerophagia, quam vsus ciborum aridorum: quorum vsum ieiunij tempore, quod suis Montanistis impingi ait Tertull. tanquam nouum & redolens castus Ethnicos; calumnia est; cum ab initio Ecclesiæ is vsus inter Catholicos vigerit, vt Pamel. p notauit inter Monachos, etiam extra Quadragesimam frequenter vsurpatus esse Xerophagias habetur ex Cassiano g. Nominatim tamen per Quadragesimam, siccis, & crudis, ac incoctis velci solitos Tabernicotas Pallad. r refert. Itaque vsus Xerophagiarum ab Ecclesiæ initiis adhibitis à Catholicis ante Tertull. post eum quoque viguit apud Catholicos, nec fuit cur Tertull. eum vsum à Catholicis, reprehendi in Montanistis comminisceretur.

Lauacrorum cessationem per Quadragesimam, apud Occidentales, D. August. / commendat. Abstinentia vini per Quadragesimam apud Occidentales, comperta habetur ex D. August. r, & ex credito Sixto III. n qui expositulat, quod tunc Christiani per Quadragesimam abstinerent à carnibus, sed non à malitiis; & vinum non biberent, sed ita inebriata-

l. de ieiun. m l. de Quad. Christi à c. 7.

n l. de ieiunio cap. 2.

o ibid. c. 2.

p ad c. 9. n. 51.

q l. 4. de inst. c. 21. & 22.

r refection. 17. Laus.

s ferm. 55. de temp.

t ferm. 64. de temp. u l. de malis DD.

tenetur.

u tit. c. 34.

v ferm. 157. de temp.

rentur. Quo eodem modo loquitur S. Paulin. informans Celantiam circa vini abstinentiam in ieiunio. Erant qui ad aquæ potum non nisi panis esum adiungerent: quæ abstinentia voce Teutonice dicebatur *Carena*. Sic enim in veteri Penitentiali Romano a qui cædis sacrilegæ reus erat, iubetur per octennium, quadraginta dies in pane & aqua ieiunare, quod Teutonice *Carena* vocatur. Similitérque Alexand. I l. iubet vt qui Sacerdotem occiderat, faciat *Carenam*, ieiunans quotidie in pane & aqua. Itaque ineptit Oldendorpius, *Carenam* exponens *Carentenam*, à *carendo*, quod per 40. dies careret hominum consortio qui sic ieiunabant, conclusi propè Ecclesiam.

Sic igitur apud aliquos Occidentales, ex pietate & cum virtute, per Quadragesimam obseruabatur ieiunium. At ægrè adducor vt vel referam, ineptias illas quorundam apud S. Hieronym. qui neque panem, neque aquam, nedum vinum, degustare volebant ieiunij tempore. Non enim id ex virtute faciebant (qualia duntaxat ieiunia hic recensemus) sed ex inanisi gloriæ studio. Audi Hieron. in Nepotiani informatione, [ Sint tibi puta, casta, simplicitas, moderata, & non superstitiosa ieiunia. Quid prodest oleo non velci, & molestias quasdam, difficultatesque ciborum querere? caricas, piper, nuges, palmarum fructus, similia, mel, pistacia. Tota hortorum cultura veteratur, vt cibario non vescamur pane, & dum delicias sectamur, à Regno Cælorum retrahimur. Audio præterea, quosdam contra rerum hominumque naturam, aquam non bibere, nec velci pane, sed forbitiunculas delicatas & contrita olera, baccarumque succum, non calice, forbere sed concha. Proph pudor! Non erubescimus istiusmodi ineptiis, nec tædet superstitiosis? Insuper etiam famam abstinentiæ in deliciis querimus Fortissimum ieiunium est aqua & panis. Sed quia gloriam non habet, & omnes pane & aqua viuimus, quasi publicum & commune, ieiunium non putatur. Caue ne hominum rumusculos aucuperis, ne offensam Dei, populorum laude commutes. ] Equè apud D. Augustin. b referuntur fuisse [ obseruatores Quadragesimæ, delictosi potius quam Religiosi; exquiritentes nouas suauitates, magis quam veteres concupiscentias castigantes: qui pretiosis, copiosisque apparatibus fructuum diuersorum, quorumlibet varietates & sapes superare contendunt. Vasa in quibus coctæ sunt carnes, tanquam immunda formidant; & in carne sua, ventris & gutturis luxuriam non formidant. Ieiunant, non vt solitam temperando minuunt edacitatem, sed vt immoderatam differendo augeant auiditatem. Nam vbi tempus reficiendi aduenit, opprimis mensis tanquam pecora præsepibus irruunt, ventreque distendunt artificiosis & peregrinis condimento nam diuersitatibus: Tantùm capiunt manducando, quantum digerere non sufficiunt ieiunando. Sunt etiam qui vinum ita non bibunt, vt aliorum expressionem pomorum, aliòque sibi liquores, non salutis causa, sed incunditatis exquirant, tanquam non sit Quadragesima pia humilitatis obseruatio, sed nouæ voluptatis occasio. ] Excurrit latius, in has (vt vocat,) inuitatas illecebras, quæ & ad captandam carnis suauita-

tem, & ad gloriæ quoque aucupium præ singularitate referebantur; vt illorum Sarabatarum longissima ieiunia, qui rem victoriæ, prisci rigoris ieiuniorum.

Græci per quadragesimam abstinebant piscibus. Ita habetur ex Eusebio c, & ex Canone 69. Trullano. Nec ab eo antiquo vsu descendere Posteriores, vt videre est apud Bellon. d, & Crusium e, cuius hæc sunt in Turcogracia. [ Tota Quadragesima ante Natiuitatem Christi, & Quadragesima post, cum septimana sancta: nec non ab Ascensione Domini diù, & a Kalendis Augusti vsque ad Assumptionem B. Mariæ, item diebus Mercurij & Veneris, à piscibus, ouis, & lacticiis, non solum Clerici, sed & Laici abinent. Vescuntur interea marinis conchis, ostreis, sardallis, hordeo, oryza, acetariis, oliuis, raphanis, & aliis huiusmodi fructibus, ieiunia hæc rigidissimè, sine vlla dispensatione, etiam in periculo mortis obseruant; nec vnquam sanguineis piscibus vescuntur durante ieiunio. ] Proferens huius duritiei exemplum in Caloiero sibi noto Bellon. f, cum retulisset herbas eradis absque oleo & aceto appositis, nigris item oliuis, & atro panis biscocto, paucisque pisciculis exanguibus ieiunium obseruasse, addit miserum se hominis ægri; (asthmaticus enim erat, & lenta febre laborans, appetitùque planè deiecto;) Autorem illi fuisse, vt aliquod boni succi esculentum comederet, respondisse, non si vel illicò moriendum esset, aliquid per tempus illud veriti sibi assumpturum, nedum carnem. Idque tenax ieiunij adeò rigidi studium, non Caloieris modò, sed etiam quibusuis de plebe fuisse perpetuum, affirmat Bellonius. Qui tamen ibi addit Caloierum eo ieiunij tempore appossisse vinum. Hoc tamen factum ab eo est contra antiquum morem Græcorum. Nam eos abstinuisse vino per Quadragesimam, est extra dubium, ex Basilio g, Cyrillo Hierosolymitano h, Chrysof. i & passim aliis Græcis; legiturque acris reprehensio Theophili Alexandrini aduersus eos qui in Quadragesima clam vinum potabant. Idem adhibebant Xerophagias, vt liquet ex hoc decreto, lato in Concilio Laodicensi. m [ Oportet totam quadragesimam ieiunare, Xerophagiis vtentes. ] Xerophagiæ vsus tempore S. Epiphaniij n, vigeat apud eos hebdomada maiore; & quidem talis, vt ad panem & aquam, non adhiberent nisi sale. Sed Anastasius o testatur, fas quoque fuisse, adhibere olera, Mosci ritibus Græcicis inhaerent. Quis apud eos per Quadragesimam sit ieiunij rigor, docet his verbis Sigismundus Herbestenius. [ Ieiunant in Quadragesima, septem perpetuas septimanas. Prima, lactariis vtuntur, quam *Syrna*, quasi *Carsacea* appellant. Sequentibus verd septimanis, omnes, (extra peregrinantes,) etiam piscibus abstinent. Sunt qui diebus Dominicis & sabatho cibum sumant; reliquis diebus ab omni cibo abstinent. Sunt item qui diebus Solis, Martis, Iouis, & Saturni, cibum sumant reliquis quoque tribus abstineant. Reperuntur etiam plurimi qui diebus Lunæ, Mercurij, & Veneris, panis frusto, cum aqua sumpto, contenti sunt. Reliqua per annum ieiunia, non ita strictè

CAP. VII. Rosa typus prisci rigoris ieiuniorum.

c 5. hist. c. 6.

d l. 1. obs. c. 48. & l. 2. c. 8. e lib. 3.

f l. 1. obs. c. 48.

g or. 1. de ieiunio.

h Catech. 4. i hom. 6. in Genes. & 6 ad popul.

i ep. 4. Pals. m can. 50.

n hæc. 75.

o q. 77. in Script.

CAP. VII. Rosa tyria

strictè obseruant.] Mox tamen subdit, si per Quadragesimam aliquis solemniter dies (vt Annuntiatae Virginis) festus incidit, fas esse piscibus ea die vesci. Omnia porò supradicta, etiam Laicos astringunt. [Monachis autem (addit Sigismundus,) multò grauiora & molestiora, ieiunia imposta sunt, quos Kyvas, hoc est potu acetoso, & aqua cum fermento mixta, contentos esse oportet. Sacerdotibus quoque, aqua mullà & cereuisia eo tempore sunt prohibita.]

De usu clysmatum vel emplastrum & carne apud quosuis fideles per Quadragesimam.

lib. de fom. & l. de plant. Noè.

Omnia haec hactenus disputata, pertinent ad comestionem carniùm. Sed vt irrequieta sunt mortalium ingenia, & verè est à Philone dictum, scientiam puteum quendam esse qui non potest exhauriri, noua semper & antiquis incompete dubitationes excitantur, cuiusmodi est vna in hoc negotio, an fas sit fidei per quadragesimam, dummodò declinet comestionem carniùm, assumere clysteres ex carniùm succos, quales ægris quibus cælophagus est obstructus ex vsu est adhibere. Et idem quærit possit de emplastris de carne contrita vel contrita, appositis vmbilico; quæ item ad nonnullam ægrorum sustentationem vsurpantur, cum cælophagus oclusus est, vel stomachus nimia nauca grauat.

lib. 2. Psychol. cap. 12. q. vi. de ep. 10. de l. 4. de vsu partium c. 1. & l. 1. de facult. natur. cap. 10.

Hanc difficultatem, nemo (quod aduertim,) mouit circa ieiunium Ecclesiastica lege indictum, siue ad communicandum, siue ad delectum ciborum in Quadragesima, aliisque ieiunij diebus ex præcepto seruandis retinendum, cum tamen non videatur difficultas omnino contemnenda. Idque vt perspicitur, supponendum est ex probata Medicis plerisque doctrina (succos de carne per clysmata immisos; nec dissimilis est emplastrorum vmbilico aut stomacho appositorum ratio;) nutrire posse, & fouere ac roborare deficientem naturam. Negant id quidem pauci aliqui, vt Orto Casmannus b & Mundella c, ambo Medici eruditi; id confirmantes ex Galeno d qui tradit, cibariis vt nutrire possint vnicum ostium esse os animalis. Negat item Galenus quicquam esse quod nutrire possit nisi interuentu trium vulgatarum coctionum, quas tamen non potest subire iusculum quod clysmate iniicitur: cum clysteris iniectio, neque ad ventriculum, neque ad intestinum ieiunum pertingat, & si admodum quis nitatur, fortassis tenua tantùm intestina perfundat, iuxta Galenum e.

Method. c. 11. & l. 13. cap. 6. ac 4. Aphor. 12. fl. 2. contrad. 11. 6. contr. 6. g. l. 8. contr. cap. 3. h. 1. ind. 3. i. lib. 1. hist. 9. dub. 5. l. 5. instit. Pharm. c. 5. m. l. 3. c. 18.

Contrariam sententiam passim cæteris probatam, quod succos clysmate immisos nutrire queat, docent Cardanus f, Valef, g Mercatus h, Zacutus i, Renodæus l. Et præuierant veteres, Cornelius Celsus m, Oribasius n, Aëtius o, Auenzoar p. Ratio quæ hi Autores id confirmant, non est inefficax: Nam ventriculus cibi indigus, fugit plerumque, atque prolecat liquores ac succos intestinis immisos; in quo euentu chylosis atque aded nutritio, peragi potest in ordinaria chyloco officina

stue ventriculo. Monstrant veritatem huius doctrinae qui aliquando materiam per clysmata immisam, interueniente vomitu, ore reiecerunt: quod fieri non potuisset, nisi succus immisus ad ventriculum pertigisset. Reiectionis clysmatum per os, testis est Renodæus q, Allegans Galenum r. Quinetiam in ipsis intestinis posse chylosin confici, inde suadetur, quod Autore Galeno s, eadem est ventriculi, ac intestinorum substantia, contextusque tunicarum atque temperies. Quidni igitur chylosis, sicut in ventriculo, ita & in intestinis ad quæ clysmata pertingit, peragi possit, eritque id longè facilius, si succus iniectus admodum concoctu facilis sit, cuiusmodi est electarum carniùm humor stillatitius; vitella ouorum, & huiusmodi alia. Autore item Galeno t, venæ mesaraicæ spargunt ramos ad vana intestina putà rectum, colon, ileon, monoculum. Id quod etiam agnoscunt Velasius u & alij: At venæ illæ non aliud spectant, quàm vt iecur succum aliquem ex intestinis sugat. Potest igitur diuina peragi, & nutritio per eam iniectioem causari.

l. 8. c. 14. & 34. o. 3. form. 1. cap. 1. l. 1. Theyz. tr. 10. c. 18. g. lib. 5. instit. Pharmaceuticæ cap. 5. r. 3. epidem. sect. 2. c. 6. & l. 3. de symp. causis c. 2. / lib. 4. de vsu part. c. 17.

lib. 6. de Anatom. administr. c. 6.

l. 6. c. 5.

Quod dictum est de clysmatibus, extendendum proportione est ad emplastra, quæ nutrire posse, agnoscunt Medici. Hos inter Zacutus v annotat viliam sibi ægrum qui per solidum septiduum nullo assumpto cibo durauit solis emplastris nutritibus assidue adnotis; qui tandem mortem ex eo morbo ingruentem vi illius præsidij euaserit. Nimirum ab emplastris, siue ventriculo, siue vmbilico impositis vi caloris natui & facultatis attractricis partibus insitæ, aliquid per poros exugitur; quod intromissum, excoqui, & in sanguinem denique verti potest; vnde nutritio existit. Ridet ista Casmannus y, sed contra testatissimam experientiam, & rationem non incongruam ex eo quem dixi, partium ductu & materia prolecatæ subitione per poros; tamen per se liquet exiguum esse posse hanc nutritionem. Sicut perexigua est materia quæ attrahitur, & via per quam subit. Estque extra dubium multò commodius ac plenius posse per clysmata idem præstari. Sed quantitatem nutritionis nunc non attendimus, contenti quòd ea via fieri possit. Itaque ratum esto, naturam deficientem, clysmatis & emplastris foueri posse.

l. 1. hist. med. obs. 11.

lib. 2. psychol. cap. 12. q. vi.

Argumenta in contrarium superius tacta, sunt planè imbellia. Quod enim assumit Aduersarij, vnicum esse cibarium ostium, nempe os, in quo cibus primùm commolitur; valet de via communissima cibationis, instituta à natura; non excludit tamen alios nutrimenti aditus arte paratos; cuiusmodi sunt qui enematis vel emplastris captantur. Neque negamus post huiusmodi admonitiones succorum, vel emplastrorum adhibendum esse vulgatum coctionum ternarium. Sed sicut in aliis alimentis quæ ore ingeruntur, post præmissam cibi subactionem & commolitionem in ore, vt minus sit difficilis concoctio, cibus in chylum, ac deinde in sanguinem versus, deinde viuenti per aggenerationem annectitur: Ita hæc quoque accidere dicimus, etiam cum succus immisus vel attractus, non pertingit ad ventriculum. Esse enim intestinis quoque vim chylosicam, quæ sola ambigua videbatur, supra monstratum est.

His

CAP. VII. Rosa tyria

His ita constitutis, quorum stabilitio ad expeditionem difficultatis propositæ planè necessaria fuit, priusquam dicam quid fidelibus fas esse possit circa istiusmodi vsum carniùm aliter quàm ore assumptarum, exponam idipsum de aliis, qui sola lege Ecclesiastica, aut priuata per votum ex communi vsu conceptum inducta, astringuntur ad abstinentiam à carnibus. Eaque veluti manu ductione, ad deiectionem difficultatis circa Religiosos ad id ex voto obligatos deueniam. Lex porò Ecclesiastica de ieiunio, quæ sola in hoc negotio locum habet, vel spectat perceptionem diuinitimæ Eucharistiæ, vel delectum ciborum certo tempore omnibus valentibus indictum ad carniùm macerationem, qui est ieiunij finis primarius. Verum est, quòd homo per ieiunium ea voluptate priuatur, quam cibus ore mansus & glutinosus ingenerat; estque ea priuatio plerique lurconibus ac gulæ mancipijs, satis grauis, quibus illecebra comedendi diuinitis præuisa, ne animal ab operatione ceteroqui molesta abhorret, & cibum magno suo malo respuat; (vt videmus ægris cibi fastidio laborantibus accidere; imatur è medio cibationi adiuncto, in cibationis finem; præpostè profectò, atque adurdè: Quamuis itaque verum sit ieiunium inducere eam priuationem voluptatis in gustu, tamen nulla lex Ecclesiastica ieiunium indicens ad huius priuationis inductionem respexit, saltem primariò. Vnde qui cibos ore versaret, & grato sapore se oblectaret, exclusa omni glutitione, non violaret legem Ecclesiasticam de ieiunio seruando: sed quod Ecclesia spectauit mandans ieiunium communioni Eucharistiæ præuium, fuit reuerentia erga corpus Christi; quod non decuit in corpus profanis cibus iam partum demitti; inferendo cibum celestem atque diuinum, post cibum materialem atque terrenum. Mandans verò delectum ciborum, spectauit carniùm macerationem ac reductionem in seruitutem; ad quem finem opportunissimum est ieiunium: vt ex multis Patribus insigniter demonstrant Peltan. a, Alfons. Pisan. b, Ioann. Medin. c, & Bellarm. d qui hunc esse genium ac intrinsecum ieiunij Ecclesiastici finem, alibi eodem opere docet e, ex D. Augustino f.

l. de ieiunio cap. 11. de abst. præsertim c. 9 c. Cod. de ieiun. q. 12. d. l. de ieiun. cap. 11. de ieiun. cap. 9. / lib. 30. contra Faust. c. 5.

l. de temul.

sunt ad fructus communionis, vt docet Nicolaus I. Ad consulta Bulgarorum respondens h, qui allegat Medicos præbentes pharmaca sua ieiunij, vt plus profint. At hi fines salui sunt, etiam si iusculum per clysmata iniiciatur, aut emplastrum nutrens vmbilico, aut ventriculo apponatur. Fines quippè illi, dummodò desit, manducatio aut potatio, manent incolumes. Constat autem manducationem & potationem non cerni nisi in esculentorum ac potulentorum traiectione per os & guttur. Itaque solæ illæ cibi ac potus admotiones ventantur communicaturo, non item eæ quæ fierent per clysmata vel emplastra.

Obscurius est, an lex præscribens delectum ciborum, excludat similem nutrimenti iniectioem per clysmata & emplastra. Passim enim DD. de ieiunij obligatione differentes aiunt eam non cadere nisi in manducationem. At nisi quis nutrimentum ore hauriat, non dicitur Manducare. Quod autem succus per clysmata iniectus, vel emplastro attractus, nutrit; per accidens est, nec à legislatore attenditur. Sicut vini potus, de communi sententia Doctorum, non veratur in ieiunio; & tamen certum est, vinum posse nutrire. Vidimusque non ita pridem, adolescentem Romanum, qui calculos & lapillos immensos glutens, deiciensque in stomachum, nutriebatur vberiore vini potatione. Igitur non est attendendum, an similiter succus clystere iniectus, vel lactus ex emplastro, valeat ad nutritionem. Imò ex vini exemplo, videtur etiam euinci mentem Ecclesiæ, indicentis ciborum delectum, non spectasse quencunque vsum rei idoneæ prouitare corporis lasciuiam; (id quod vinum facit manifestissimè), sed tantùm spectasse curam carniùm, tantùm per quædam esculenta & incentiuua libidinum, præcisè per manducationem admota. Quo constituto nihil est quod obesse possit vsui clysmatum & emplastrorum quorumcumque tempore ieiunij, & vigente lege de ciborum delectu.

Nihilominus verius videtur, legem Ecclesiasticam, de qua agimus, interdicare fidelibus quos ad ciborum delectum obstringit, vsum clysmatum è puro iusculo carniùm, & vsum emplastrorum nutrimentum, adhibitum in finem curandæ cuticulæ in fraudem legis. Restringo me ad purum iusculum; quia si aliquis extra grauem necessitatem laxandæ legi de ciborum delectu sufficientem, ex aliquo alio sine quàm curandæ cuticulæ, vsurparet clysmata, in quo ex Medicorum scitis, necessaria esset aliqua iusculi è carnibus admistio, nihil timendum esset violationi legis de ciborum delectu. Imò qui tale quid ore sumeret ex Medici præscripto, ad finem alicuius curationis ab incommodo, etiam si non graui, quodque ad laxandam legem de ciborum delectu non sufficeret, nequaquam reus esset violatæ illius legis. Sicut qui in pharmaco assumit Mumiam, non eam tantùm quæ ex tabo & sanie cadauerosa coaluit, sed illam etiam quæ ex ipsorum cadauerum corrupta carne existit, & à quibusdam male feriat Medicis agro, (horrendum dictu,) per os haurienda præscribitur, immista aliis partiaris pharmaci materiis; nequaquam haberetur reus violationis legis de seruando ciborum delectu. Tum quia



CAP. VII. Rosa typhis priscis rigoris ieiuniorum.

quia huiusmodi partiaris materia ceteris immista, minimum quid est. At de minimis non curat Prætor; Tum quia ea assumptio partiaris materis; non pugnat contra finem legis Ecclesiasticæ de ciborum delectu, quæ spectat macerationem carnis, & lasciuia compressionem: cui fini vix ac ne vix quidem, officit ea assumptio carnis in materis partem cedentis, cum pharmacum conficitur, & idem esset de iusculo, non totam clysmatis materiam præstante.

At cum iusculum è carnibus, est tota clysmatis materia, vt statuatur an eius vsus sit contra legem mandantem ciborum delectum, spectandus est finis ex quo clysmata vsurpatur. Et si quidem sumatur pure vt medicina, nihil est quod veteri salua lege Ecclesiastica vri huiusmodi clysmate. Est enim in remedia multiplex clysmatum vsus; puta ad protitandam vim excretoriam intestinorum iusto pituitim, ad discutendos flatus, ad emolliendam ventris duritiem, ad leuamen aluius partis afflictae. Vt enim ait Celsus a, [ Ex ventre suppresso oriuntur inflammationes, caliginis, capitis dolores, aliæque superioris partis mala crescunt. ] Si igitur caput grauetur, oculi lippiant, fauces stranguia, pectus suffocatione, renes inflammatione diuidentur: si vesicam disuria vel ischuria torqueat, si appetentia cibi prosternatur, & ad alios similes vsus omnino multos, opportunissimus est clysmatum vsus, vt est apud Paulum b, & Langium c qui ex Herodoto in Euterpe obseruat, sapientes Aegyptios, tuendæ sanitatis gratia, triduo mensibus singulis, clysmata sibi adhibuisse. Vnde si clysmata ex puro iusculo carniū, ad aliquem è propofitis finibus assumeretur, quo tempore vrget lex ieiunij, nihil idcirco contra legem de ciborum delectu admitteretur.

Si verò clysmata è puro carniū iusculo assumeretur, non ad medicinam, & aliquem è propofitis clysmatum finibus assequendum; sed ad carnem in fraudem legis mulcendam, eiusque lasciuia fouendam; tunc existimatur peccati contra legem de seruando ciborum delectu. Nam & copiosa materia vetita potest apponi, præsertim per iterationem ac frequentationem: & potest officii fini legis de ciborum delectu, quia inde corporis lasciuia potest incendi, concalescenda per huiusmodi nutrimentum carne; & ad petulantiam commota. Et quod de clysmate dixi, æquè dicendum est de emplastro è carnibus contusis, & petita inde nutritione: Quanquam quoad emplastrum, paucitas materis quæ inde sugi potest, valde tenuaret peccatum, itavt vix ad mortalem culpam posset sufficere seclusa conscientia errante.

Nec rationes in contrarium adductæ, sunt reuera solidæ. Tametsi enim lex Ecclesiastica de ciborum delectu, spectato verborum cortice, interdicit dumtaxat certorum ciborum vsu, quem Doctores accipiunt de manducatione; tamen spectando animam legis quæ fini est admetienda, sub illis verbis æquè continetur interdictum omnis illius nutrimenti ex materia vetita, (puta ex carnibus;) quod æquè sufficiens sit ad concitandam libidinem, etiam si non ingeratur per os, sed alia via. Itavt huiusmodi vsus carni iusculi vel em-

plastri, dici possit æquivalens manducatio carniū. Et reuera Canones præscribentes ieiunium, non mandant nisi ieiunium; neque expressè dicunt & in actu signato, (saltem vt plurimum,) non esse manducandos certos cibos; sed Doctores eam glossam adhibent, interpretantes quid sit ieiunium imperatum. Vnde quia vsus ordinarius soluendi ieiunium indictum, est per manducationem certorum ciborum carnis lasciuia fouentium, non solent exprimeret quod in ieiunio vetatur, nisi per vocem manducationis talium ciborum. Reipsa tamen, non excludunt, neque possunt excludere sumptionem cuiusvis alterius æquè concitantis petulantiam corporis, quem Ecclesia per legem ieiunij strare contendit. Vnde ea sumptio, otiam si non facta per os, est æquivalenter manducatio vetita.

Urgebatur in contrarium potus vini, ad nutriendum assumptus, non ad sedandam sitim, quem ieiunio officere negant Ioannes Sanch. d Pasqualigus in tractatione de ieiunio, & alij: Quamuis certum sit vinum æquè posse nutrire & carnem incendere, præsertim si largius hauriatur, & non lymphatum, ac clysmata è carnium iusculo copioso. Mihi ob hanc patitatem, potus vini de industria ad roborandam & vegetandam carnem assumptus, ab homine legibus ieiunij astricto, videtur esse contra Ecclesiasticam legem de ciborum delectu: Id quod tradunt quoque Richard. e, Rosella f, D. Anton. g, Ioann. Medina h; qui rectè obseruat, talem vini potum fore in fraudem legis. Neque enim sumitur ad tollendam sitim, sed per modum refectionis & æquivalentis comestionis. At qui in fraudem legis aliquid facit, non minus peccat, quam si directè legem impeteret, tametsi saluis verbis legis, eius sententiam circumueniat, vt habetur l. contra legem, & lege sequenti, ff. de legibus. Fit sanè contra legem, cum id fit quod ipsa noluit fieri, etiam si spectato extimo verborum cortice, id non veterit. Id autem manifestè contingit in re præfenti: cum vinum sumatur vt refectionio, non ignorata vi eius ad carnis petulantiam promouendam; quæ causa erat, cur olim vini vsus per tempus ieiunij vetaretur coniunctum cum esu carniū, vt videre est apud Clementem Romanum i. S. Basilium in panegyrico de ieiunio l, & S. Epiphani. m disputantem contra Aërium rursusque in calce Panarij; Theophilum Alexandr. n. Nec non apud Theodoretum in calce libri diuin. decret. & apud Timotheum Alexandrinum in responsis Canon. o. vbi Balsamon. Ratum itaque esto, non licere fidelibus, vinum per modum refectionis assumere diebus ieiunij; neque iuscula è carnibus vel emplastra nutritia sibi admouere, ex sine captanda inde nutritionis.

Hæc si de aliis omnibus dicuntur per dies ieiunij, multò magis asserenda sunt de Religioso, quem lex priuata prohibet vti carnibus, etiam ad medendum. Elset enim subdola & clancularia suffocatio legis illius, si nutritio per carnes clysmatibus aut emplastris meditari, & copiosè quippè ex totali materia admotas curaretur; & carnis maceratio ac repressio intenta per legem vetantem esum carniū, ad eum modum eluderetur; Et quia aliqui Reli-

d disp. 51. lecta a. 2.

e in 4. d. 16. art. 3. q. 2. f. v. ieiunium n. 5. g. 2. p. tit. 6. c. 2. § 9. b. c. de ieiun. q. 11. § in his iamen.

i. 5. c. 6. l. c. 190 l. hom. 11. d. ieiun.

m. haresi 75. n. lib. 3. Pasch.

o Interrog. 8.

a l. 1. c. 8.

b lib. 1. c. 44. c lib. 1. ep. 80.

giosi, vt finis ille abstinentiæ à carnibus peritet inuolutus & incolumis, ne pretextu quidem medendi, admittunt carnes, ex lege ipsorum priuata præcauente laxationem abstinentiæ à carnibus facillè consequuntur, si dispensatio in aliquo euentu, prætexta agritudinis necessitate haberet locum, propterea aliter de illis statuendum est quoad vsu clysmatum è puro iusculo carniū, vel emplastrorum è carnibus contritis. Nam alius qui ea priuata lege non tenetur, potest quolibet tempore, etiam ieiuniorum ipsum obligantium, assumere clysmata & emplastra prædicta, si Medicus censuerit ea prodelle posse ad medendum, quamuis ægritudo non sit tanta, vt posset à lege ieiunij iustam excusationem subministrare. Nutritio autem quæ consequeretur ex tali vsu clysmatis vel emplastri, erit per accidens, nec plus curabitur, quam si non consequeretur. At Religiosi longè alia est ratio; nam vi legis priuata, amouit à se facultatem vtendi tali remedio ad cuiuscunque ægritudinis subleuationem; nec nisi omni alio cibo deficiente, potest talia clysmata, aut emplastra ex pura carne assumere. Tantum in suprema necessitate, in qua alioqui fame moriendum esset ob cuiusvis alimentii penuriam, posset clysmata illa aut emplastra assumere, per modum non medicinæ, sed alimentii, si cibis aliis deesset, nec iste alia via inferri posset. Quod tamen superius dixi de omnibus fidelibus tempore Quadragesimæ, ad Religiosos per totam vitam extendi, nihil est quod veter. Nimirum non esse quod scrupulo tangantur, de paucis carnibus, quæ in quibusdam medicamentis admixtæ aliis materiis adhibentur, adeoque transmutatur, vt sicut carniū nomen abiiciunt, ita & naturam pristinam exuisse videantur. De his non oportet illum esse sollicitum, quia de minimis non curat Prætor, nec ius obligans ad carniū abstinentiam, inductum est cum extensione ad tales materias.

Plures olim variis locis Quadragesimæ.

Singulare quod ieiunij quantitatem, fuit Splerisque Occidentalibus oris, quod plures Quadragesimas ieiunij exigerent; non imitatione Montani, (quem tres suis indicasse quadragesimas, quasi tres passus essent Saluatores, ait S. Hieronymus a, binas tantum numerante S. Epiphani) sed ex antiqua pietate, hausta à maioribus. De Francorum triplici quadragesima mentio est in Capitularibus b, verbis illis. [ Admoneant Sacerdotes, vt ieiunia tria legitima, in anno agantur: id est quadragesima dies ante Natiuitatem Domini, & quadragesima ante Pascha, vbi decima anni soluius: & post Pentecostem quadragesima dies. Quanquam enim nonnulla ex iis Canonica priuentur auctoritate: Nobis tamen omnibus, simul propter consuetudinem plebis, & parentum nostrorum morem hunc obseruare (vt superius comprehensum est,) conuenit.] En tres Gallorum quadragesimas. Apud Hispanos, trium quadragesimarum meminit Canon Eliberinus: qui quanquam in vulgatis Theophili Raynaldi Pontificia.

editionibus non comparet, adducitur tamen ab Iuone c, & à Burchardo d. Æquè trium Quadragesimarum meminit Beda e, quem verisimile est ad vsu Anglicanum spectasse. Item aliqui Germani tres habuere Quadragesimas; vnam ante Pascha, communem omnibus Christianis, alteram ante festiuitatem S. Ioannis; Tertiam ante Natiuitatem Domini; vt habetur ex Concilio Triburienfi f. S. Franciscus exemplo suo transfudit ad omnino multos obseruationem multiplicis Quadragesimæ. Audi S. Bonauent. \* [ Matrem D.N. I. C. indicili complectebatur amore, eo quod Dominum maiestatis, fratrem nobis effecit, & per eam sumus misericordiam consecuti. In ipsa post Christum, præcipue fidens, eam sui, ac suorum Aduocatam constituit, & ad honorem ipsius, à festo Apostolorum Petri & Pauli vsque ad festum Assumptionis deuotissimè ieiunabat. Angelicis Spiritibus ardentibus igne mirifico ad excedendum in Deum, & electorum animas inflammandas, inseparabilis erat amoris vinculo copulatus; & ob deuotionem ipsorum, ab Assumptione Virginis gloriôsæ, quadragesima diebus ieiunans orationi iugiter insistebat. Beato autem Michaeli Archangelo, eo quod animarum representandarum habeat officium, spirituali erat amore deuotior; propter feruidum quem habebat zelum ad salutem omnium saluandorum. Ex recodatione sanctorum omnium, tanquam lapidum ignitorum, in desiccam recalescebat incendium. Apostolos omnes, & præcipue Petrum & Paulum, propter feruidam charitatem quam habuerunt ad Christum, summa deuotione est complexus, ob quorum reuerentiam & amorem, Quadragesimæ specialis ieiunium, Domino dedicabat. ]

Quæ dicitur quadragesima ante Natiuitatem Domini, illa ipsa censetur Falsitudo de Quadrages. cap. 3. quæ nunc à plerisque nomine ieiunij Aduentus Domini, in vsu est: de quo item ieiunio multa habet expilatus à Falsitudo Ciaconius cap. 11. de ieiun. & seqq. Nec multum abest Baronius, qui ad annum Christi 582. ieiunium Aduentus, putat manasse à quadragesima S. Martini, inducta per S. Perpetuum Episcopum Turonensem, quem Gregorius item Turonensis Antistes lib. 10. hist. cap. 31. testatur instituisse, vt à festo S. Martini vsque ad Natiuitatem Domini, secunda, 4. & sexta feria, ieiunium seruaretur. Vnde factum, vt piorum plerique, non interpolata, sed continuata ieiunia, toto aduentus Dominici tempore piè obirent. Sic S. Cuthbertum, Lindisfarrensem Episcopum, quadragesima dies ante Natale Domini ieiunare solitum, scribit in eius Actis Beda cap. 42. qui idem prodit de S. Egeberto libro 3. Historiæ Ecclesiasticæ gentis Anglorum cap. 27. In Concilio Turonensi celebrato anno 567. edicitur, vt Monachi iuxta antiqua statuta, de Decembri vsque ad Natale Domini, omni die ieiunent. Romani, aduentum Domini, à festo S. Catharinæ exclusiue auspiciabantur, seruantes per illud tempus ieiunium, vt testatur Radulphus Tungricus, agens de Canonum obseru. propol. 26. & habetur etiam ex Innocentio III. cap. consuetudinibus, de obseruat. ieiuniorum. Meminit item

CAP. VII. Rosa typhis prisci rigoris ieiuniorum. c. part. 2. c. 163. d. l. 19. c. 155. e in pæn. c. 10.

f cap. 58.

\* cap. 9. vitæ S. Franc.

CAP. VII. Rosa typus prisci ieiuniorum. a l. de Offic. aule Cont. sinop. b ad cano. 52. Trullan. c homil. 3. in ad Ephel.

d 1. Timo. 1.

e p. 16. & 17.

f. c. ii. & seqq.

g l. 3. de reb. Emman. h in Th. h. hist.

i cap. 7.

Quadragesimæ ante Natalem Domini, atque aded tempore aduentus à Græcis seruata cum ieiunio, Codinus a, tractans ceremonias in Natali Domini ad Mensam Imperatoris adhiberi solitas. Quamquam hanc non fuisse propriè Quadragesimam, (vtique illam sacram & magnam, Paschalem, vt idem Codinus nominat,) obseruauit Balsamon b. Erat tamen cum obseruatione ieiunij per tempus aduentus Domini: quod tempus videri potest insinuasse S. Chrysostomus c, non modò in Latina interpretatione, quæ disertè inter tempora maximè pia, quibus communicare par sit, numerat aduentum Domini; sed etiam in Græco contextu, vbi dicitur κατὰ τὸν αὐτὸν. Quamquam cum apud D. Chrysost. d vox αὐτὸν vsurpetur aliquando pro accessu ad communionem, neque hîc in Græco addatur κατὰ, sed tantum dicatur tempus αὐτὸν, non potest is locus solidè vrgeri pro aduentu Domini. Nec Latina interpretatio videtur accommodata. Græcus enim cõtextus, exprimens potius fuit per modum reprehensionis, adhibita differente communionem ad tempus statum. Ita vt dicat S. Chrysostomus: Si tempus Quadragesimæ aduenerit, vel tempus Epiphaniæ, (quidquid piger obtenderet se tunc communicaturum;) non propterea fore tempus communionis; cum ea res non sit alliganda tempori, sed dispositioni hominis. Videndus in hanc rem, Menardus ad S. Gregorij Sacramentarium e.

Ex his vides, non Occidentalibus tantum de quibus agebam, verum etiam Orientalibus, plures fuisse Quadragesimas. De Græcis porro præter proxima dicta de ieiunio Quadragesimæ ante Natiuitatem Domini, eadem habetur pluralitas in decretis Lucæ f Patriarchæ Constantinopolitani, editis in cœtu Episcoporum. Accuratè Græcicas hæc Quadragesimas digessit Franciscus Richardus in narratione historica sacræ expeditionis ad Insulam S. Iren. cap. 7. & præter quaternas hæc Quadragesimas ex præcepto seruandas, alias quatuor liberi iuris apud eosdem Græcos vsurpatas recenset. Rutheni, qui Græcico ritu viuunt, quaternas habent Quadragesimas. Vnam ante Pascha, septem hebdomadibus constantem: Alteram post octauam Pentecostes, ad festum vsque Principum Apostolorum, vnde ab eis, Petri Quadragesima appellatur. (Apud Theodorum Studitam vocatur Quadragesima Apostolorum.) Tertiam à prima die Augusti, vsque ad Deiparæ Assumptionem. Quartam denique sex hebdomadarum, ante Domini Natiuitatem. Affinia sunt quæ de multiplici Moscorum Ruthenis continentium Quadragesima habent Sigismundus Herbersterius, ac Possseuinus. Ethiopes ad quos multi Græcorum ritus penetrarunt, binas habent Quadragesimas, vt notant Hieronymus Olorius g, & Franciscus Aluares h. Sed nullus siue in Oriente siue in Occidente, aded multiplicem obiisse Quadragesimam proditur, ac Armeni, vt accuratè notauit Franciscus Richardus in Narratione de sacra expeditione ad Insulam S. Irenes i, referens duodecim Armenorum Quadragesimas, & quidem admodum rigidè ab eis obseruatas; cum per illud tempus, nequo læscicij quicquam, neque bu-

tyri aut casei vel piscis aut olei degustare fas sit, neque vinum, neque aquam ex vino vaporatam ebibere; sed aqua tantum pura sit sedanda sitis, fames verò depellenda sit solis leguminibus, vel herbis crudis, aut aquæ incoctis, pauxillo sale immisso, aut aceri subtiliter rorantis stilla affusa. Qui secus fecerit, & vetitum quippiam hauserit, anathemate publicè percussitur, & ex sancti Gregorij Armeni decreto quod conuelli nefas est, ad trienne ieiunium astringitur, priusquam illis plusquam adamantinis vinculis exoluatur. Hac itaque ieiunij rigiditate adhibita, seruauit Armeni quotannis per dies centum septuaginta interpolatos ieiunium, quod in duodecim ( vt ipsi vocant ) quadragesimas dispescunt. Prima solemnissima ante Pascha per quadraginta & octo dies, quia hebdomadam Passionis nolunt sacræ quadragesimæ complexu contineri. Quo toto tempore ad Solis vsque occasum ieiunij permanent. Hanc Quadragesimam, vocant Bu siue Bac. Secundam appellant Carpuetz, ou Chibac, id est, ieiunium Spiritu sancti, quod est nouendiale, in memoriam nouem dierum quibus Apostoli aprantes se ad Spiritu sancti, exceptionem, hætere conclusi. Tertia ad honorem raptus Eliæ in cœlum, octiduana tantum est, & inchoatur post Pentecostem, die decima quinta. Quarta ex præcepto non nisi octiduana, sed apud plerisque continuata ad dies quindecim, est in honorem sancti Gregorij Armeni, quem Antonomasticè vocant Lucanentz, id est, Illuminatorum, de quo magnificè Baronius l. Post hanc Quadragesimam die decima quinta, obitur. Quinta in memoriam legis Moyfi data in duabus tabulis. Sexta dicitur dormitionis Deiparæ, seruaturque ex præcepto per octiduam duntaxat, sed à multis per dies quindecim. Septima octiduana, est ad memoriam sanctæ Crucis per sanctam Helenam inuenta, indeque denominatur Octaua in honorem sancti Georgij, ex præcepto non nisi octiduana, sed plerisque quadragesimalis, quia amatura sancti Gregorij ponderis erat quadragesimæ. Eodem modo Nona Huagatzbac appellata, non nisi octiduana ex præcepto, à plerisque continuatur per dies quadraginta. Decima non nisi octiduana seruatur in honorem Iacobi Patriarchæ, vnde dicitur Huirabietumbac, Quadragesima Iacobæa. XI. dicitur Tsenutzbac, Quadragesima Natiuitatis, non nisi Octiduana ex præcepto, apud nos dicitur Aduentus Domini. Duodecima non nisi Octiduana præuia Septuagesimæ in memoriam penitentis Adami, qua deductus est à peccato suo. Cedo vbi tot Quadragesimæ? Vbi duriora & diuturniora ieiunia?

Vides autem ex dictis, non omnes ieiunij obseruationes, Quadragesima nomine insignitas, quadragesima dierum numero constituisse; sed extensa voce Quadragesima, quippe obseruationis apud omnes solemnissimæ, ad alia pauciorum dierum ieiunia, hæc quoque Quadragesime nomine sunt denotata. De cuiusmodi extensione vocum in aliis materiis, dictum est in Translatione de Martyrio m. Neque ab eo vsu ampliandi vocabula, ab hortere Scripturam notauit S. Chrysost. n Vt autem

l ad anoum 311. & in Mart. cyrol. 30. sept. lit. O.

m p. 3. e. 5. n hom 7. 14. dir. in Gen. autem

a c. de Septu.

b pag. 27.

c l. 1. de edil. Iustiniani.

antem quædam dicuntur Quadragesima per vocis ampliationem; etiamli quadragesimam dierum non explant; ita quædam eodem donata sunt nomine, licet vltra quadraginta dies, cum aliqua ieiunij intercessione productæ: V. G. Græci, Quadragesimam incipiunt ab ea Dominica quam nos Sexagesimam appellamus. Quod temporis spatium vsque ad Pascha, vltraquinquaginta dies diffunditur. Videndus Albinus Flaccus in opere de officiis. a quia enim in sabathis ( dempto sabatho Magno, ) non ieiunabant, vt neque diebus Dominicis, necessaria fuit ea nominis Quadragesimæ prorentio ad seruandos solidos quadraginta dies, omnibus Christianis, exemplo Christi ieiunantis, solemnes, vt minutius exponit Theophilactus b & Petrus ad S. Nicephori Chronicon.

Parerga quadragesimalis abstinentiæ apud varios.

Hæc sunt quæ siue communiter apud omnes fideles, siue peculiariter apud aliquos populos, seruata iam olim sunt, circa ieiunij quadragesimalis vsu. Quædam verò ( vt ita dicam ) parerga, eidem ieiunio à nonnullis adiuncta, non spectant ad præsens institutum, quamuis non modica asperitate horuerint. Eiusmodi est, quod Ethiopes, ( vt scribit Franciscus Aluares ) per quadragesimam feria 4. & 6. vnà cum vxoribus, in lacum vel stagnum aliquod ore tenus se immergunt, nec modico ibi tempore harent, seuerioris disciplina gratia. Sic Ethiopes communiter. Singularium verò personarum parerga ad ieiunium quadragesimæ, passim occurrunt in Actis Sanctorum. Quantis accessibus asperitatum, ieiunium per quadragesimam grauaret S. Radegundes, iam supra retuli. De accessibus ad ieiunium quadragesimæ à Iustiniano adhibitis, sic Procopius c [ Iustinianus omnibus illis diebus qui Paschalem solemnitate præcedunt, ieiunio additis; duram quandam vitam egit, ne dum Regi alienam, sed nec priuato cui, aliquo modo acceptabilem. Per duos dies cibis abstinebat: summo mane identidem è lecto surgens, Reipublicæ inuigilauit. Cibi appetens, vinum, panem, & id genus alia cibaria, abesse voluit: brassicam solum & agrestes herbas longo tempore, sale & aceto maceratas, edebat: potus, aqua erat sola. Neque iis ad saturitatem utebatur, sed petiit cibum paulisper degustatum mox dimisit, non eo sumpto qui naturæ erat satis. ] De Orhone Imperatore mox dicam S. Edmundus postea Cantuariensis Antistes; etiam adhuc secularis, ad iugem horridi cilicij vsu, in aduentu, & quadragesima, addebat plumbeam vestem, & durum atque nodosum corium, vt est in eius Actis c. 9. S. Maurus exemplo S. Benedicti, per quadragesimam, nec tunica, nec cuculla, solo sacco cilicino vestitus, bis tantum per hebdomadam cibo tenuissimo refectus, non iacens, sed stans vel sedens somnum capiebat. Suppetunt alia in Hæphtenno, disquisitionum Benedictinorum l. 10. tract. 8. disquis. 5. Passim item c. Theophil: Raynaldi Pontificia.

currunt in eam rem in Actis Sanctorum exempla, in quæ non excurro, quia non aded videntur huius loci propria: quandoquidem non erant totius alicuius oræ vel cœtus, quales asperitatum ad ieiunium accessiones nunc præcipue consecramur, minus intenti in eas quæ singularum personarum fuerunt. Itaque illud hic conuenientius dicitur, olim omnes per quadragesimam, solitos continentiarum vela pandere, & tota Austrigæ repagula equis laxare properantibus, vt Sanctus Hieronymus ad Latam loquitur, id est, solitos macerationi carnis accuratissimè dare operam.

Possunt verò inter accessiones asperitatum ieiunio quadragesimali adiunctas à cœtu pleno, recenseri secessiones per tempus quadragesimæ in aua & deserta, olim vsu receptæ in quibusdam cœnobiis. Exemplum luculentum prostat in actis S. Mariæ Ægyptiacæ, cum agitur de Zozimæ in desertum penetratione, vnde contigit eius in S. Mariam incurfus. Exempla singularia similis in locum semotum secessionis, ad vacandum orationi per quadragesimam, frequentissima sunt in Actis Sanctorum. Vides res gestas S. Ioannis Columbrini parte 5. c. 5. cum de Spinello Beninsegniò, secundo Iesuatorum Generali. Item Acta Sancti Hermelanni, Abbatis Antientis: & Acta sancti Laurentij Dublinensis cap. 17. apud Surium 14. Nouemb. nec non Acta sancti Ioannis Hagudstadenfis ex Beda. d Vides item quæ de Eadberto sancti Cuthberti successore, in sancti Cuthberti Actis sunt prodita. Item quæ de B. Bernardo Ambianensi Episcopo, habentur in Actis sancti Valerici: qui item Valericus, eodem modo exigebat quadragesimam ab aliis segregatus. Idipsum seruasse sanctum Senochum Abbatem scribit Gregorius Turonensis, res eius enarrans in Opere de vitis Patrum e. De sancto Benedicto per totam quadragesimam incluso, ex Marci Poëtæ carmine idem narrat Paulus Diaconus f. Insigne verò præter cætera in hanc rem est, exemplum sancti Laurentij Episcopi Dublinensis in eius Actis g exaratum. Sed & viros Principes, extremam quadragesimam, in Cœnobiis vt liberius Deo vacarent, solitudinem captare solitos, legere est apud Curopalatani, quem Gregferus notis ad orationem Pantaleonis Presbyteri, in exaltationem venerandæ & viuificæ Crucis, monstat verè agere de Monasterio, non de ade sacra seu templo, vt sectarius Interpres verteret. Fuit item secessio in solitudinem per tempus quadragesimæ, illa Orthonis Imperatoris commoratio in Classensi Monasterio, quam describit Petrus Damiani in Romualdo h. Præmissa enim Orthonis nudipedis peregrinatione, Roma ad montem Garganum, addit [ per totam etiam Quadragesimam, in Classensi Monasterio Beati Apollinaris paucis sibi adherentibus mansit, vbi ieiunio & psalmodiæ prout valebat intentus, cilicio ad carnem indutus, aurata desuper purpura tegebatur. Lecto etiam fulgentibus pallis strato, ipse in storea de papyris confecta, tenera delicati corporis membra terebat. ] Referendum est ad secessionem

CAP. VII. Rosa typus prisci ieiuniorum.

d l. 5. hist. Angl. c. 2.

e cap. 42.

f l. 1. de gestis Longobard. cap. 26.

g cap. 17.

h cap. 23.

Cap. VII. fionem per Quadragesimam, silentium quod Rosa typus per eam totam à se seruatum, scribit Nazianzenus. Nam vel domi aedificauit sibi solitudinem, vt Reges & Consules terræ prædicti; vel certè in locum semotum diuertit per illud tempus. Sic ergò de se scribit a:

Lingua sile; mutam at vocem mea penna tabellis  
Scribe; oculisque animi concine sensa tui.  
Cum carnem astrinxit; cupiensque occumbere mundo  
Supplicii Christi mystica sacra tuli,  
Vicenis (Christi ut lex fere, totidemque diebus

Purgata carni cum medicina venit.  
Id primum studui, mentem stabilire quiete  
Solu agens, animi cunctique dolore, dies.

S. Robertus Salentinus Ordinis Cœlestinorum, hoc silentium exquisitè seruabat per sex quot annis quadragenas: ita vt ne ministrum quidem, à quo aquam accipiebat, alloqui per illud tempus veller, vt est in eius Actis b.

Hæc & huiusmodi alia, quod per accidens adiungantur ieiunio Quadragesimæ, non sunt hoc loco attendenda; sed hærendum est in iis quæ ad ieiunium pertinent ex vno aliquo propositorum capitum, & olim magna accuratio- ne obseruabantur.

Mollitio rigoris antiqui in obseruatione Quadragesimæ.

Ed tempus edax rerum, rigorem antiquum Sin plerisque molliuit; ita vt multò benigniùs leuissimè agatur iam pridem cum fidelibus, quàm olim ageretur; ob interpositam quoad multa indulgentiam: quæ attingenda hoc loco est, quia ex tali temperatione abstinentiæ, vrgendi sunt fideles, ad eius, (vt ita dicam,) sic luxuræ accuratam obseruationem: quandoquidem veteres in retinenda multo duriore, desiderium satisfaciendi Deo sèque macerandi, tam exquisitè prodiderunt. Olim igitur pisces vinumque per quadragesimam negabantur, nunc comeduntur. Butyrum & lac, & caseus, plerisque locis indulgentur, quorum olim vsus vetabatur. Sanè vbi lactis vsus est innoxius, (quod per septentrionem, ob olei penuriam est frequentissimum,) vsum casei qui ex carnis coagulo non coierit, eo ipso indulgeri, censet Serarius c; probatque ex vsu Suenorum & Helueticorum. Enim verò concessio quopiam, facile est existimare, concedi item omnia quæ ex eo absque alterius veteri accessu concinnari possunt. Quorum vsus, variis locis est innoxius per Quadragesimam, vt multis confirmat Stephanus Fagundes in Apologetico pro sua de duorum esu doctrina, à Basilio Legionensi impugnata. Sed stetit Stephanus doctrina, etiam supremo Quæstorum fidei tribunali suffragite. Non pauci ad sagimen extendunt indulgentiam de qua agimus. Ita enim Azor d. Gratias e, Syluester, Angelus, Tabienna f, & alij apud Henricum g, quorum sententia quamuis falsa videatur, cum sagimen sit saltem adeps carnis, atque aded de carne trahat originem, & inter ea continetur quibus S. Gregorius, si mul cum carne interdici-

ad epist. 142. S. Bonifacij.  
d. c. i. l. y. cap. 10 q. 18.  
e p. r. decif. l. 2. cap. 17.  
f v. ieiuniam. p. 1. 7. c. 13. u. 11

etum voluit per Quadragesimam: tamen à plerisque Doctoribus admittitur, quos Henriques loco annotato signauit. Vnde rigor antiquus iuxta eos mollitus est. At quod aliqui, etiam ad lardum protendunt indulgentiam, non adscribor; & rectè id repudiat Serarius, accuratè id excutiens, contra Syluestrum h & Angelum i, atque Alphonsum Vualdum l. Verè enim lardum, caro porcina est. At carne vesci in Quadragesima, apud Christianos est inauditum. Nec verum est, Zachariam Pontificem respondisse S. Bonifacio, permitti in Quadragesima esum lardi. Nam quæstio à S. Bonifacio proposita, erat de esu lardi incocti ac recentis, quo Germani cupidè vesciebantur; cùmque id insalubre ac semibarbarum videretur, & ab eo esu frustra abducerentur Neophyti; suggestum est, vt si lardum incoctum vellet comedere, saltem exsiccano exsiccandoque lardo, aliquod tempus darent; & macerato, sub initium hyemis, cæve adulta, porco; expectarent Pascha ad esum lardi incocti tato temporis decursu penè cocti, certè admodum exsiccati. Hæc est Pontificis responsio: in qua nihil est quod fauet porcinarum succidiatum esum in Quadragesima, incolumi ieiunio.

Exclusa hac prætenfa lardi indulgentia, nullo subnixâ fundamento, ceteræ quas propositi, locum suum nunc habent, cum olim prorsus excluderentur. Olim item per Quadragesimam, ferè omnes, à quibusdam etiam terræ fructibus abstinebant, vt D. Augustinus reitatur: nunc omnes terræ fructus, indulgentur. Præterea olim ætas denexa, si vires ad ieiunandum suppetere, non eximebatur à ieiunij obligatione. Nunc sexagenario maiores; iuxta Ciaconium m in Tractatione de ieiuniis, & quidem etiam si vegeti, exoluuntur, idemque fit sententia Thomæ Sanctij n passim recepta. Viatores nunc excusantur; olim non item, vt habetur ex S. Basilio o. Etiam in refectionum quantitate, & hora soluendi ieiunij, inducta est remissio. Neque enim olim erat vsus cœnula, siue collationis serotinae. Et qui collationes Patrum huc aduocant, apertè ineptiunt; quasi quia Monachi, ex D. Benedicti p præscripto, post vesperam ad Collationes Patrum audiendas conueniebant, sensus sit, eos simul ad cœnulam conuenisse. At nihil tale S. Benedicto in mentem venit; cum post auditas Collationes Patrum, non cœnula vsum, sed Completorij persolutionem indixerit. Itaque vsus Collationis populariter dictæ, non est antiqui moris, sed postea inualuit, vt imbecillitati multorum consuleretur, qui à vespere ad vesperam præstolari refectionem ægerimè poterant. Nunc autem ista indulgentia, nimium quatum est amplificata; ita vt Romæ, has cœnulas videri iustas cœnas, expostulet Ciaconius q. Denique circa horam soluendi ieiunij, interuenit indulgentia. Olim enim non nisi vespere, sed sub noctem soluebatur ieiunium. Tempore S. Thomæ r soluebatur hora nona, quæ est à meridie tertias vbi obiter noto, apud D. Thomam eo loco, corruptè pro Concilio Cabilonenfi, legi Chalcedonense; quæ corruptio patet ex Inone s & Gratiano t allegantibus eundem locum. Sed hoc obiter. Nunc sub horam sextam, quæ meridiana est, solutio ieiunij est innoxia.

Singularis nunc erga nos remissio, (tameris sancta

h v. ieiunium § 16.  
i cod. q. 5. l. in candel. p. 4. cap. 3.

m cap. 17.  
n l. 7. d. 32. n. vltimo.  
o hom. 1. de ieiun.

p c. 42. regul.

q l. de ieiun. cap. 17.

r 22. q. 147. art. 7.

s p. 4. cap. 45. t c. soluti. de con. d. 1.

sancta, & admodum probanda, nec inter laxitates subinductas numeranda,) non videtur prætereunda. Olim vt notauit Theodorus Pel-tanus & apertè traditur à S. Chyostomo, per totam Quadragesimam, fideles abstinebant communione: id quod inductum est vt magis acueretur fames communicandi in Paschate. Imò in diebus ieiunij, apud Græcos a nullum fiebat sacrificium, atque aded Græci tota Quadragesima non sacrificabant, nisi Sabatho & Dominica, & in die Annunciationis, quibus diebus non ieiunabatur. Nam vt Balsamon ratiocinatur b, sacrificare est festum facere, quod non conuenit cum lectu qui diei ieiunij coniungitur: quandoquidem ieiunamus ad peccatorum expiationem consequendam. Vtebantur tamen Græci præ sanctificatis, cum ad reficiendam oblationem anterioris sacrificij, vti apud nos fit in Pasce, tum pro ægrorum viatico: ceteri verò minime communicabant durante lectu ieiunij. An id quidem apud omnes Græcos ratum æquè fuerit, affirmare non ausim. Nam S. Theodorus Studita c, inter solatia, quibus abundasse suos Monachos contestatur, & ob quæ corpus ieiunio Quadragesimali (de quo agebat,) arefcens atque repressum, dilatabatur, ac reflorebat, numerat hoc quoque, participationis corporis Christi. [Sci- licet (inquit,) non eius sine macula corpus at- que sanguinem in dies percipimus? Quo quid suauius? Quid delicatius? Siquidem vscen- tibus cum pura conscientia, perennis vita quæ- ritur.] En in dies percipimus, cum ageret de diebus quadragesimæ. Potuit is esse vsus peculiaris in S. Theodori cœnobio. Potuit occasione immittis ab Imperatore Iconomacho, in cum cœtum discriminis, (de quo in iisdem catechesibus Quadragesimalibus non semel intergerit mētio,) censeri necessaria moris cœteroque vi- gentis prætermisso, ne exarmati obicerentur prælio, quod S. Cyprianus \* in simili cauendum maxime admonerat.

Vt vt ita apud Græcos, passim per Quadra- gesimam abstinebatur communione. At hoc erat priuari fortitudine cibi, cuius vel sola ima- gine roboratus Elias, per dies 40. ambulauit. Erat amouere dulcedinem, omnis amaroris, à ieiunij asperitate profecti, absteruam. Eo nunc melle, eo panis firmamento, eo robore animatum, per totam Quadragesimam fas est cibari; vnde vires, & anni ad ieiunij obserua- tionem affluunt. Quæ ex parte melioris longè conditionis sumus, quàm veteres ea esca inter ieiunandum priuati. Veteres dico, non om- nes, sed Græcos. Nam apud Occidentales, alius vsus viguit, vt intelligitur ex responsis Nicolai primi ad Bulgaros d, qui Pontificem consuluerunt essetne in Quadragesima quo- tidie communicandum; quod vt heret, Ponti- fex Deum suppliciter orabat, & consultores vehementissime exhortabatur, si tamen debita dispositio non deesset. Itaque concludit; [In Quadragesima quam mos Ecclesiæ main- vem appellat, omni die esse communicandum.] Similiter Theodulfus Aurelianensis in Ency- clica ad suos e, mandat vt omnes communi- cent singulis Dominicis diebus Quadragesi- mæ, & in cœna Domini, ac in Pasce, & vigilia Pasche, ac in Paschate, & omnibus diebus Paschalis hebdomadæ. Qui vsus hodiè-

a c. 15. Lao- dic. & 52. Trull.

b ad cap. 52. Trullanum.

c Catech. 59.

d Catech. 10.

\* epist. 45.

d paragr. 14.

e 3. p. d. 232. num. 21.

que perseuerat alicubi quoad Pasce. Et vbique fas esse idem præstare, tradunt Val- ques f, & Suares g, atque Ioannes Sanches h, cui admodum miratus sum hanc doctrinam fraudi fuisse. Vnus verò & alter, quibus visum est non licere communicare in Pasce, nempe Francolinus i, atque Pinellus, à prohibi- tione sacrificandi in Pasce lata, Sabatho de consecr. dist. 3. argumentati sunt ad probandum æque prohiberi ea die commu- nionem, iuxta quos æquè vetita esset commu- nio Sabatho sancto, cum Innocentius de vtra- que die similiter statuat, non esse in ea, cele- branda Sacramenta; id est peragendum Chri- stianum sacrificium. At quem later praxis re- ceptissima communicandi Sabatho sancto? Sa- crificatio autem cur vetita sit in Pasce, & in Sabatho quatenus Sabathum est (nam sa- crificium quod in eo peragitur, pertinet ad se- quentem diem, alio loco l est expositum. Fi- xum igitur esto, communionem in Pasce, nullo iure vetari; & hoc ieiunantium subsi- dium, cuius, etiam die illa, liberum esse apud Occidentales, ex vsu antiquo Ecclesiæ, mol- lientis ea in parte vsu Græcorum.

Perpicuum est, ex quàm multis capitibus antiquus Quadragesimalis ieiunij rigor sit mollitus, & quod lubens do, absque culpa, nunc quidem. Nam quamuis qui primum la- xitates induxerunt in tam sanctum vsum, po- tuerint peccatum contrahere; tamen ex quo vsus inualuit, non improbantibus maioribus, locus est remissioni absque culpa. Nam leges humanæ, etiam Ecclesiasticæ, huic vicissitu- dini sunt obnoxie. Habemus igitur nunc, ad- modum facilem & mollem præ antiquâ ad- cō asperâ, Quadragesimæ obseruationem, etiam non admittis Recentiorum quorundam placi- tis, qui captantes plausum ex sententiarum be- nignitate, ed ieiunium quadragesimale dedu- cunt, vt vix nomen ieiunij retineat.

Nihil à me amplificari dicendo, patebit ex hoc specimine detritionum Ecclesiastici iei- unij cuiuscunque. Non puduit quempiam nu- per typis vulgare, posse absque ieiunij viola- tione, prandium hora solita inchoatum, puta hora vna ante meridiem, protrahi vsque ad noctem vt fert vsus Germanorum multorum. Sic enim protractum prandium (cum sit vni- ca comestio, qualem ieiunij lex indicit,) non est visum huic mirabilario Autori, ad- uersari legi Ecclesiasticæ circa ieiunium præ- scriptum. Itaque si ille idem Luxo, totum expleret orbem, & manducans sine inter- missione reueniret ad punctum ante meridiem quo prandium occæperat; dicendus esset ieiunasse, quia esset vnica comestio. Est ta- men hoc ieiunium portentosum, vt iam non debeant videri paradoxa, quæ toto illo opere ad inducendam in ieiunium laxitatem, passim occurrunt. V. G. m quod qui pridie ieiunij ex obligatione seruandi, cœnam incipit paulò ante mediam noctem; & audit pulsam horologii designantem mediam noctem, possit porrò pergere, cœnamque complere; assumens in esum carnes, perinde ac si non succederet dies ieiunij, eo quod tali persona non censetur dies terminatus, donec cœna compleatur, cuius complendi spatium ad aliquot horas diffunde- re potest, vt in more est plurimorum. Vnde toto

Cap. VII. Rosa typus prisca rigoris ieiuniorum. f. 1. o. 3. 3. p. d. 80. l. 2. g in select. h lib de hor. Can. cap 30. i l. r. de Missa cap. 10.

l parte 2. her. spirit.

m decif. 160.

CAP. VII. Rosa typus. prisci rigoris ieiuniorum. b decif. 161.

illo tempore post mediam noctem, fas esse carnes comedere ad modum prædictum, illæso ieiunio, tradit hic Autor. Imò vt liqueat de zelo quo est pro gulonibus sollicitus, in extrema Bacchanalium die, indulget h inchoati meditatò cœnam, ipsa media nocte præcedente Cineralia, & protrahi ad aliquot horas absque vel; leui peccato; ne qui vsque ad mediam noctem, ludis & saltationibus, aliisque Bacchanalium oblectamentis, dederunt operam, fraudentur cœna meritis (scilicet,) priuati iure suo, (quod reuera nullum est cum sint in mora culpabilis;) & deiecti suauitate cœnæ, quam in tempore reuerunt. Et dignum est patella operculum, discursus, quo hic Bacchanalium aduocatus, indulgentiam saltatoribus abs se concessam stabilit. Ait enim, pro primo die Quadragesimæ, derogatum esse consuetudini Ecclesiæ, incipiendi diem à media nocte, ita vt pro illo primo die Quadragesimæ, inceptio sequentis diei non possit fieri à media nocte, quia iam consuetudine introduclum est, vt saltationes, lusus, & alia huiusmodi, protrahantur ad mediam noctem, & etiam ultra ipsam: Et cum sint actiones diei ultimi Bacchanalium, facit talis protrahitio, quod protrahatur etiam dies, secundum moralem estimationem. Et quia cœna est vltima actio que fit singulis diebus, debet censeri, quod ita protrahatur dies, vt det locum debitum cœnæ, cum non debeant ceteræ operationes ipsam excludere. Imò si consuetudo protrahit diem in ordine ad relaxandos animos, debet multo magis protrahere in ordine ad cœnam: quæ solet laetior fieri, tanquam illa quæ claudit dies Bacchanales. Neque talis consuetudo est irrationabilis, sed secundum benignam voluntatem interpretatiuam Ecclesiæ; quia cum tali die terminentur omnes animi relaxationes, & succedat longa penitentia per ieiunium, congruum est vt aliquod amplius in illo die indulgeatur, & proinde non debeat inceptio ieiunii cum tanto rigore exigi, vt statim à media nocte incipiat. Et cum Ecclesiæ indulgeat quod soluatur ieiunium, ne inde aliquod incommodum obueniatur quod sit alicuius considerationis; & cum permittat exerceri feruilia in die festo quando necessaria sunt pro ludis & torneamentis que ordinantur ad recreandos animos; possumus ex hoc benignè interpretari eiusdem benignam voluntatem, quod nolit ieiunium in nostro casu incipere à media nocte, ne priuet illa animi relaxatione, quæ valdè appetitur tanquam vltima percipienda, cum talis priuatio valdè agere feratur. Accedit etiam, quod omnes dies Bacchanalium, tanquam tempus institutum pro relaxandis animis, debet simul comparari cum toto tempore Quadragesimæ tanquam cum tempore penitentis; in quo licet singuli dies habeant propriam obligationem ieiunandi, sunt tamen partes vnius temporis deputati pro penitentia; & singula ieiunia sunt partes vnius integri ieiunii Quadragesimalis. Facta autem tali comparatione, si tempus recreandis animis deputatum protrahatur per duas aut tres horas post vltimam mediam noctem Bacchanalium, non subtrahitur tempori penitentis aliquid notabile: & adhuc seruatur ieiunium primi diei Quadragesimalis, licet duret minori tempore: Nam per solam cœnam censetur claudis dies antecedens, & in sequenti adhibetur vnicatantum comestio: Vnde sequitur quod non violetur præceptum, quia exhibetur ro-

rum quod requiritur ab ipsis, saltem secundum substantiam. Et illa subtrahitio durationis ieiunii per aliquas paucas horas, non est tanti faciendâ, vt censetur notabile peccatum, cum non pertineat ad substantiam ieiunii, sed solum sit quadam extenso durationis ipsius. Et proinde cum interueniat causa satis rationabilis, nempe recreatio animi maior solito, (vtpote quia terminatur tempus recreationis,) excusabit etiam à peccato leui.

Quid dicam ad huiusmodi ratiocinationem adeò rationis vacuum; & malè materiata, Mirabatur Augustinus, atramentum scribentis Iuliani, non esse versum in minium. Me par propè admiratio subit, legentem adeò asystata. Cedo, quis ferat tacitus, consuetudinem effundendi se in omnem licentiam per dies Bacchanaliorum, obistente Ecclesiâ, & quibuscunq; potest modis in eius abolitionem intenta, præuulisse aduersus legem Ecclesiasticam de inceptio diei à media nocte? Et vbi illud Augustini c ex Concilio Cartaginensi; in Evangelio, Dominus dicit, ego sum veritas: non, ego sum consuetudo; Tertullianus d, Isidorus Pelusiota e, Hildebertus f, & inter ipsos Ethnicos Dio Prusæus g vanâ hanc exultationem dihiiciunt. Nec longum tempus quo abusus aliqua durauit excusari posse, quasi inde exoriatur consuetudo legitima, admonuit Concilium Turonense sub Alexandro III. [ Quia (inquit) diuturnitas non minuit culpam, sed auget. ] Alioqui obfirmatio aduersus legem Ecclesiasticam piam & sanctam, de cuius obligatione nihil remissum velint Rectores Ecclesiæ, securos præstaret contumaces, & rebelles lumini. Itaque totum fundamentum patrociniij Bacchanalium, & crapulæ; aduersus irumpentem, & sese inferentem Quadragesimam, neccentis temoras, est aperte ruinofum.

Neque verò Ecclesiâ, tales benignas mentis suæ non iam interpretationes, sed euerfiones, dissimulans aut conniuens excipit; sed reuicir, excluditque pro viribus. Multum profectò abest, vt dies Bacchanalium ita admittat institutos ad se effundendum in omnem licentiam, vt ne finis quidem sit bacchandi, cum dies vltima clauditur; ac neque ad cœnandum in tam multam noctem spatium suppetat, sed eum Quadragesimæ breuiatione annuat protrahi Bacchanalia vltra fines statos. An non enim satis superque fuit, in vanitate sensus, & carnis desiderijs ambulaſſe per tot dies, aut etiam, vt plerisque locis assolet, per mensem solidum, eoque amplius? Euanescit sanè eo retum statum, vana illa proportio minoris inæqualitatis, aliquot horarum crapulæ ad solidam quadragesimam penitentis; præsertim quia si ea proportio reddit paucas horas crapulæ, intra tempus quadragesimæ addictum, materiam leuem, imò nulli, ac ne leui quidem peccato obnoxium; licebit omnino, instituta aliquot dierum computatione cum quadragesima integra, afferere, posse quoque crapulam absque villo peccato protrahi ad aliquot dies: quæ tam cruda sunt, vt nullius Theologi valentissimus stomachus, illis concoquendis par esse posse videatur. Quis verò præterea ferat, ius tribui Lurconibus, cœnandi contra Ecclesiæ præscriptum post mediam noctem, tantum quia fuerunt impediti in ludis & saltationibus, ita vt ne aliquid de toto licentiæ

c l. 6. de bap. cap. 37. d l. de veland. viig cap. 1. e lib. 2. Episto. 46. f Episto. 55. g orat. 31.

CAP. VII. Rosa typus prisci rigoris ieiuniorum.

Nullus bibendi, nemo vescendi memor. Ieiunia mensas pulses oranis legerat. Quin & negato laite vagientium Fletu madescenti paruulorum curula, Succum papilla parca nutritæ denegat. Greges & ipsos, claudii armentalium Solers virorum cura; ne vagum pecus, Contingat ore vorulenta gramina; Potum strepentis nève fontis hauriat; V' acuis querela personant.

Alias quidem nonnullas huius facti rationes profert S. Chrysostomus, segregè hoc ponderans, attingendo ieiunium Niniuitarum. [ Videamus (inquit,) quomoddò Niniuitæ ieiunauerunt, & quomoddò ab illa liberati sunt ira. Homines, & iumenta, & pecudes, & oves, ne pascantur, inquit, quid dicis? Et bruta ieiunant, & equi & muli sacco vestiuntur? Etiam inquit, Sicut, enim diuite aliquo mortuo, non seruos solos & ancillas, sed & equos, necessarij sacco amicientes, & agalibus tradentes, ad sepulchrum sequi iubent, calamitatis magnitudinem ostentantes, & omnes ad misericordiam allicientes; sic & in ciuitate illa mori periclitante, & brutam naturam sacco circumtesserunt, & ieiunii iugo subiecerunt. Non licet brutis, sermone, Dei iram discere; discant fame quod à Deo infligitur plagæ; etenim si diceretur (inquit,) ciuitas, non tantum nostri inhabitantium, sed & horum vna esset communis sepultura. Pœnæ igitur partem habere debentia, & ieiunii partem capiant. ] Addit idem S. Chrysostomus, fecisse Niniuitas, quod fecere plerumque Propheta; qui flexuri bonum Dominum viscera iumentorum suorum nocentem, & brutorum quoque, (quippe rei suæ) prouidentiam habentem, & Ionæ de indulgentia expostulanti tot homines & iumenta multa, quorum cladem auertere bonitate sua dignum esset, ostentantem; g homines denique & iumentorum, proponebant Deo. Sic Ioel h interpellans Deum ait. Bestia agris, quasi arena sities imbrem suspexerunt ad te, quoniam exsiccatis sunt fontes aquarum, & ignis deuorauit speciosi deserti. Hieremias quoque, agens cum Deo ad exorandam pluiam. Cerna in agro peperit, & reliquit, quia non erat herba; & onagri steterunt in rupibus, & axerunt ventum quasi dracones, defecerunt oculi eorum, quia non erat herba. Has igitur ob causas S. Chrysostomus, existimauit Niniuitas brutis quoque indixisse ieiunium. Nec diffiteor esse idoneas rationes, sed ea quam proponebam est longè optima, & respectu ad homines habito, præcipua: nempe vt eo ieiuniorum iumentorum incondito, & luctuoso sonitu, permouerentur ad penitentiam, & ob hanc rationem in ieiunijs bamiis, ( vt vocabantur) id est publicè indictis, & ob granissimam necessitatem publicè denunciatis, ita factum quandòque legimus, vt in Actis S. Macarij i, & in Actis S. Godelbertæ K, & in Actis S. Godefridi Ambianensis, cum de Hugone Sueffionensi; l sed præuicet exemplum Niniuitarum, quibus nullus præluxerat.

Tam insignium itaque penitentium, & aliorum qui vltimo ieiunio suis rationibus prospexerunt, & Deo satisfacere studuerunt, illustribus exemplis, animantur obiectu Rosæ fideles, muta, sed maximè sonora oratione, vt

f homil. 3. ad popul.

g c. 4. in fine b cap. 1.

i in April. K 11. April. l 8 Nou. l. 2. cap. 5.

a hom. 2. de ieiun. b hom. 15. ad pop.

a decif. 156.

licentiæ tempore decerpatur, differenda sit cœna in tempus sacrum & licentiæ meritò vacuum? Aut quis, sine vel risu, vel bile audiat, fas esse ventrem defendere carnibus per aliquot horas post mediam noctem, & recreationem solito maiorem, contra exprellum Ecclesiæ præceptum captare, quia successuri, sunt dies mœrotis & angustis, quibus victitandum erit succo præhabito, vt gliribus montanis per hycem? Non sic S. Basilius a, & S. Chrysostomus b qui in eas anteoccupationes & præagitationes quibus venter aduersus futurâ inediam præmuniat, conclamant valentissimè.

Sed me iam piget, aut etiam pudet, tot insulsiatam, quibus condiendis & deficiandis, salis modius non sit satis. Eamque ob causam indiffusa dimitto, quæ ab eodem Apicij patrono c, afferuntur de licito esu carnis exeunte Quadragesima; in dubio sit ne peruentum ad mediam noctem, dummodò iudiceret eam non posse multum abesse. Nec non quæ de matutinis ieiunantium ientaculo, & de vespertina cœnula, inibi legere est; accommodatissimè ad ieiunii Quadragesimalis, & cuiusvis ieiunii Ecclesiastici estensionem. Sed sic paratur fama ingenij, & literatiis meritis conciliatur vendibilitas, per intertas eis opinionibus benignas. At tamen charitas benigna est, nobis tamen non licet esse tam benignis: quia eadem charitas non agit perpetam, nec inflatur, non est ambitiosa, non querit quæ sua sunt, congaudet item veritati. Absque his linimentis parietum sine temperamento, iuxta receptas ab Ecclesiâ antiqui vigoris laxationes, habemus vnde ieiunium nostrum Quadragesimale, admodum molle atque portatu facilè, pronunciemus.

Apodosis totius disputationis.

Facile est ex omnibus tot hoc capite disputatis, perspicere, quàm potenter vergeantur fideles ostentatione Rosæ, ad explendum ieiunium Quadragesimæ: cum fideles, non vnus aut alter, sed magno numero adunati, vt adunantur quàm plurima Rosæ folia, tam seuerè exigent ieiunium Quadragesimæ, præsertim ante inductam remissionem, quæ seriùs subit. At non erat caro eorum ænea, sed erant passibiles homines, sicut & nos, circumdati ipsi quoque infirmitate; nec alio exemplo, alteriùsve præmij propositione excitabantur ad longè durius ieiunium. Itaque Pontifex, Rosam multitudinis fidelium symbolum ostentans, perinde est ac si diceret: En quanto asperius ieiunium exegerint anteriores fideles. Quidni vos quoque, multò molliora & leuiora alacriter perficiatis? Solemne est Patribus, animantibus fideles ad ieiunium, vsurpare exemplum Niniuitarum, quorum ieiunium præclare vrget Eucherius d, & Victor Cartenensis e, ac Prudentius in ieiunantium hymno.

Quid verò poterit deesse ad rigorem abstinentiæ circa homines, cum etiam pecudibus & iumentis, indictum sit ieiunium; vt videlicet stimulante fame ac siti, erumpentia in sonos inconditos, lacesserent hominum aures, & eos penitentis commouerent? Prudentius in prædicto ieiunantiũ hymno sic exprimit hunc ieiunii rigorem, & eius causam proposita inſnuat.

d hom. de penitent. Niniuit. e l. de penit. cap. 5. & 6.


alacres



CAP. VIII. Rosa, Christi ieiunans.

alacres quod reliquum est ieiunij quadragintadialis decurrant; nec fracti labore, cadant animis; quod faciunt qui contra Davidis monitum, in sine corumpunt, pertæsi difficultatis in longo renisu deorandæ. Ad eos enim qui sustentiam perdunt, dirigi eam ( vt vocat, ) Athleticam cohortationem, & instructionem à dolore optimo, ut per patientiam ad finem usque continuatam, optatum victorie eventum consequantur; Gregorius Nyssenus a exponens psalms titulos, animaduertit.

a tract. 2. in titul. psalms c. 2.



CAPVT VIII.

Christus per dies quadraginta ieiunans, stimulanis ad plenum sacra quadragenæ ieiunium fidelibus, sub Rosæ simbolo ostentatus.



NVLIVM est efficacius ad fideles permouendos exemplum, eo quod ex Christi Domini factis lucitur. Nam siue spectetur personæ dignitas; siue contumctio nobiscum, & debitus illi à nobis affectus; siue exquisita perfectio micans in omnibus eius factis; certum est; exempla Christi esse ad nostram excitationem longè efficacissima. Idque attendentes, & Apostoli & Apostolici viri, semper instant vrgentque, vt fideiolum oculi sint in capite ipsorum: id est, vt Christum caput suum semper prospiciant, iuxta Nysseni b & Gregorij Magni c interpretationem. Quare videndum est, an non obiectus Rosæ, pertineat ad ponendum ob oculos exemplum Christi, qui typo Rosæ perbellè exprimi potest; siue vt illucens nobis sanctissimæ vitæ exemplis, ac nominatim ieiuniorū susceptio-ne (quam analogiam hoc capite exequemur;) siue prout redemptor, factus nobis in sanguine crucis suæ sospitator ac liberator, & quibus mysticis Rosæ notionibus, consequenter dicemus.

b hom. 5. in eccl. c. 1. 20. mor. cap. 3.

CHRISTVS, ROSA.

d p. 1. Rhod. cap. 4.

Christum simpliciter spectatum, bellè adumbrari Rosæ simbolo, annumeratis quatuordecim analogiis, diffusè prosequitur Carolus Rosenbergius d: Sed tot analogiarum vix vlla, nobis hoc loco vel necessaria est, vel opportuna: & Christi cum Rosæ correspondentiæ quæ præcipuè vgeri potuerant, aut etiam debuerant, sunt ab eo Autore præteritæ. In quam reprehensionem ne incurrat hæc disputatio, locupletiores venæ scrutandæ sunt, & Magistrorum Ecclesiæ sensa exquirenda. Hos inter, Alexander III. scribens ad Regem Francorum, ad quem mittebat Rosam auream, Rosam significare Christum docet: & idcirco auream esse, quod aurum sit symbolum regni: Christus autem Rex Regum est, & Dominus Dominantium, vi vnionis qua eius humanitas verbo Dei est copulata. Hoc porro aurum rubore tingi atque suffundi, ait Alexander, quia

Christus idcirco est de Spiritu sancto conceptus, vt ad mortem pro nobis subeundam per humanitatem, esset idoneus. Odorem & fragrantiam huius Rosæ, nullus orbis angulus ignorat. Factorem enim peccatorum vniuersis mundi partibus illitum, bonus Christi odor discuffit, inhalans suauitatem; vt piis omnibus acceptissimam, ipsique Deo gratissimam, ita scarabeis lutosi; spiritalibus inquam nequitis ad cœnum & putorem procliuibus, inimicam. Hæc & alia, ad euoluenda Rosæ Christum significantis mytheria, ea epistola Alexander: quam beneficio Ioannis Picardi e reliquam habemus è compluribus de eo argumento ab eodem Pontifice datis; in quibus verisimile est, mysticam hanc Rosæ notionem, & accommodationem ad Christum, non minus diligenter fuisse propositam.

e in notis ad Neubrigensem l. 3. c. 4.

Institens Alexandri vestigijs Innocentius III. cum Rosæ materialis proprietates ad hoc institutum transferendas præmississet, subdit in rem præsentem. [ Quia spiritus viuificat, & caro non prodest quicquam, de carnalibus ad spirtituaia transeamus. Flos iste florem illum significat, qui de se dicit in Canticis, Ego flos campi, & lilium conuallium: Et de quo dicit Propheta, Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Verè flos florum, quia sanctus sanctorum; qui præ cæteris floribus, id est præ cæteris sanctis, colore delectat in visu, quia speciosus forma, præ filiis hominum, in quem desiderant Angeli prospicere. Qui odore recreat in olfactu, quia meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis; quem adulescentulæ dilexerunt, quia curruunt in odore vnguentorum suorum. Qui sapore confortat in gustu, quia panis quem ipse dat, caro eius est pro mundi vita, omne delectamentum habens, & omnem saporis suauitatem, &c. Triplex est autem in hoc flore materia; videlicet aurum, muscus, balsamum. Sed mediante balsamo, muscus coniungitur auro, quia triplex est in Christo substantia; Deitas, corpus, & anima. Sed mediante anima, corpus coniungitur Deitati; quia tantæ subtilitatis est diuina natura vt corpori de limo terræ formatæ, non congrueret vniri, nisi rationali spiritu mediante: Baiulus huius floris Vicarius est Saluatoris; Romanus videlicet Pontifex, successor vtique Petri, Vicarius IESV CHRISTI. IESVS enim inquit ad Petrum, Tu me sequere. Quod intelligi debet, non tantum de specie Martyrij, quantum de ordine Magistrerij. ]

f. de Rosa.

Itaque portat & ostentat Rosam Romanus Pontifex, quia eius est nos Christum docere, & compactionem illam mirabilem duarum Christi naturarum in vna persona adunatarum, referato papillato Rosæ huius mysticæ corymbo, patefacere: Id quod Innocentius seruato scholastico rigore præstitit, monstrans quamuis Verbum immediatè & corpori & animæ Christi sit copulatum; rationem tamen cur congruè Verbum sit cum crassitie corporis copulatum, ex habitudine corporis ad animam rationalem duci oportere; id quod D. Thomas frectè euoluit: Bellissimè verdè ad hanc rem facit, quod Rosa ad vnionem illam & corporis & animæ cum Verbo, maximè pertinet. Scripturæ enim, eisque insistentes Patres, conjunctionem illam naturarum Christi, exprimere solent

f. 3. p. q. 5. artic. 1.

g. p. ad q. 7. d. 8. b. l. s. de Salo. c. 4. ad vers. 8. c. l. de recta fide ad Theod.

h. or. 4. de The.

i. myroth. i. cap. 25.

k. v. Rosa.

l. l. de Spir. in not. c. 14. & late creditus Ambr. in c. 6. Apocal.

m. l. de formul. l. c. 4.

n. homil. 17. Pasch.

per vnctionem à qua Christus, siue vnctus, & Meffias denominatur. In quam rem multa profertur Suares a, & Pineda b. [ Verbum caro factum est, inquit S. Cyrillus c, Tunc & nominatum dicitur ipsum Christum IESVM: Nam quoniam vnctus est oleo exultationis, hoc est sancto Spiritu à Deo Patre, idcirco Christus nominatur. ] Optimè item Nazianzenus d. [ Diuinitas humanitatis vnctio est, non operatio, vt in alijs Christis; sed rotius vngentis præsentia, cuius hic effectus est vt id quod vngit, homo vocetur; & quod vngitur Deus fiat. ] Hæc igitur vnctio qua oleum lætitiæ præ confortibus suis Christo est admotum est ipsa vnio hypostatica, cuius symbolum est oleum rosaceum. Id enim esse, quod à Salomone hoc vnguentum describente, dictum est oleum lætitiæ, fusè prosequitur Fortunatus Scacchus e. Nec refragantur, qui dicunt oleum lætitiæ, ibi, dici oleum liliorum; Hebræa voce quam S. Chrysostom. obseruat esse safon; deriuata à radice susan quod est litium. At litium aliquando in scripturis sumi pro Rosa, notari in Glossario ad Nomenclatorem Marianum f; fusèque prosequitur Tuccius ad illud Canticorum, sicut litium inter spinas; & videtur inde patere, quod sponsa dicatur esse inter filias, sicut litium inter spinas: quod non quadrat cum lilio vulgari, sed cum Rosa, quæ spinis est obsepta.

o. Rubus, Verbi Incarnati typus, rosetum.

Facit præterea ad Rosæ & verbi Incarnati analogiam illustrandam, quod Patrum plerique, rubum in quo Moyses flammam innoxiam habuit obiectam, Incarnationis imaginem fuisse tradunt. Scitè S. Ambrosius g [ Specie ignis exprimi vel videri, diuina est consuetudinis. Deus enim est ignis consumens, sicut Moyses dicit. Vidit enim ipse in rubo ignem, & audierat Deum tunc quandò vox facta est de flamma ignis ad eum dicens, Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Vox ergò de flamma, & in rubo flamma, & flamma non noxia. Vrebat enim rubus, & non exurebatur, eo quod illo mysterio Dominus figuraret, quia illuminaturus spinas nostri corporis adueniret, nec consumpturus ærumnosos, sed mitigaturus ærumnas. ] Eucherius h benè, & breuiter. [ Rubus Mariæ Virginis præfiguratio erat, eo quod quasi de humani corporis rubo, Saluatorem velut Rosam emiseric. ] S. Cyrillus eandem visionem pertractans, & ostendens repulsum esse Moysen ab accessu ad rubum flagrantem, quia nemo legi Mosaiæ insitens, propè ad Christum accedit, monstrat rubum illum à flamma comprehensum, nec consumptum, fuisse typum verbi Dei coniuncti cum humanitate. [ Erat ( inquit, ) exemplum in hac figura, Christi mysterium appetè indicans. Vt enim potuit rubus ignem perferre, sic & natura nostra, excellentiam diuinitatis. Ergo quantum quidem nostra mens & ratio petuidebant, non poterant vilo modo diuina humanandæque natura inter se naturali virtute copulari. Conuenère nihilominus. Quippè in Christo, vnus ex vtrisque Emmanuel est: ]

Theophili Raynaldi Pontificin.

Attipulatur his verbis S. Gregor. l. [ Per succensum rubum ostenditur, quod ex illo populo exiret, qui in igne Deitatis, carnis nostræ dolores quasi rubi spinas susciperet, & in consumptam humanitatis nostræ substantiam, etiam in ipsa diuinitatis flamma seruaret. ] Sequerem Sulpitium his verbis suffragantem adducit Antonius Fernandus m. [ Vbi sunt qui dicunt; Quomoddò fieri potest vt Deus carni copulatus sit? Hoc rubi ignis, miraculum manifestat ] De Patrum igitur sententia, rubus Mosaiæ in quo flamma & rubus pacificè coaluerunt, imago fuit Incarnationis, & Christi in duabus naturis, consistentis. At rubus ille Mosaiæ, rosetum fuit. Rubus enim, generalè nomen est, & Rosam quoque comprehendit, vt Sidonius n tradit: & nominatim de Rubo Mosaiæ Petrus Damiani. Itaque illustratur hinc non modicè, analogia Verbi Incarnati cum Rosa.

CAP. VIII. Rosa, Christi ieiunans.

o. visione c. comm. 1. l. 5.

p. l. 4. epist. 13.

q. Rosa flos vernalis, aquè ac Christus ex Isaiâ.

Fauct insuper, quod Rosa denominatur Filia veris; quia non nisi vere aduenit, aut curato vernali tempore. Qua ratione, hyeme, Rosa præcox certis Hispaniæ locis habetur, vt ex Plinio notat Scaliger o. Et Latinus Pacatus celebrans Theodoli partimoniam, memorat è contrario profusionem antecessorum qui non consensissent se lautos, nisi luxuria vertisset annum, nisi æstiuam in gemmis capibus glaciem Falerna fregissent, & hybernæ poculis Rosæ innataissent. Habebant nam rùm hyeme Rosas inducto per artem tepore vernali. Romæ tali artificio curatas esse Rosas, docet Epigramma apud Martialem r.

s. ad Theoph. de causis p. ac post Plinium l. 22. c. 4.

t. l. 6. Epig. 80

Vi noua dona tibi, Celsar, Nilonica vellus, Miserat hybernas ambrosiosa Rosas Nautia derisit Pharios amphitricus hortos; Vrbis vt intravit limina prima tue. Tanti veris honor, & odore gratia Flores, Tantiq; Pastani gloria vrbis erat. Sic quacunque vagus gressumque oculisq; ferebat, Textilibus fertis omne rudebat iter. At tu Romane iussus iam edere Brumæ Mitte tuas menses, accipe Nile Rosas.

Attulerat scilicet, Ægyptius mercator è regione illa perpetuo tepenti, Rosas Romam; & miratus est, cum eò aduenisset, textilia Rosarum ferta, curato vernali tepore Romæ per hyemem procreata. Et idem alibi, præpostera tempestatum inuersione, non absque pestilentia omine contigit, vt videre est apud Delt. q An eo retulerimus Rosas è salicibus hyeme in Angliâ, vt est apud Spondanum anno 1338.

r. 4. Mag. c. 3. q. 1.

Rosa igitur vere adueniens, Christum in mundi vere procreatum representat. Cum enim prius esset horrida hyems, aduentu suo ver mundo intulit; vnde de seipso dicit Isaiâ s. iuxta 70. Adsum quasi ver in montibus, & tanquam in monte nouarum frugum. Quod S. Cyril. de Christo vere mystico accipit r. Cadunt sanè perbellè in Christum Rosam, veris noui florem, illa Ambrosij s versantis locum ex Cant. 4. vbi Sponsa Ecclesia, inuitatur

s. homil. 19. Pasch. & l. 2. Glaphyr. pag. 240. & l. 4. in Ioann. c. 18. In Apolog. Diuidis posteriore c. 2.

Q. 99

CAP. VIII. vt exurgat & veniat. [ Quia ecce (inquit), hyems Rosa, Christi...

Et initio hominis Christi Natiuit.

Cant. 5.

Aprata ad Christum compactio Rosa ex flore & spinis.

Ipsa Rosae compactio ex spinis & flore specioso, percommode exhibet vniuersam Christi vitam...

nas, quia ad virtutum speciem, & veluti floris elegantiam tuendam, erat nobis necessarium ieiunium corporale...

Ieiunante Christo, turpe refugere ieiunium.

Hoc ergo est, quod Pontifex Rosam ostentans intendit. Cupiens enim animare fideles ad reliquum ieiunium constanter decurrendum...

homil. de Quadrage.

serm. 31.

serm. 1. in capite ieiunij.

serm. 7. de Quadrage.

Ista & similia, cogitare licet à Pontice vrgenti. Multò sanè poriore iure quàm d. Ambrosius, cum proposito exemplo Eliæ per dies quadraginta ieiunantis animabat populum...

symbolum enucleandum susciperet. [ Propitia ( inquit, ) diuinitate, Fratres, ecce iam poenè transegitus quadagesimæ indicta ieiunia, & præcepta Christi Domini, abstinentiæ deuotione complenimus...

Ep. 175. ad Iulianam.

ser. 37.

ser. c. 153. num. 10.

uem odorem refugiunt, & carnis fetoribus illinuntur, æternos sibi putores apparant. Et dum pro fragrantia columbæ innocentissimæ cælestibus illiæ vnguentis, dolosè inhalatum à mystica panthera hominis inconciliabili hoste sua uolentiam sequuntur...

CAP. VIII. Rosa, Christi...

l. 6. de caus. plant. c. 5. e 19 hist. c. 6. & section. 13. proble. 4.

Ver nouum in Quadragesima, Christum ieiunantem imitando.

Sic fas erit ver nouum Ecclesiæ per Quadragesimæ obseruationem inducere, & Rosas de spinis abstinentiæ nostræ edere iuxta hanc præclaram S. Ambrosij disputationem: [ Videamus quo tempore hanc obseruantiam nobis indixerit Dominus, si non veluti per istam deuotionem cuncta clementia voluerit habere profectum...

Ab ea Christi ieiunantis fragrantia si quis abhorreat, nã ille vt profanus Esau, ob tantulam escam, paruipendens primogenita vendere, obeseitatem interioris sui sensus prodit; & vim inodoram animi malè constituti, præ qua tantam sua uolentiam auerfatur...

Q99 2 milia

CAP. VIII. mihi tribulos, cum me diuitiarum secularium cupiditate discruciat. Spina enim Christiano, auaritia sua radix est. Spina viro bono, honoris ambitio est. Videntur enim specie apud suos grata esse, sed laedunt. His ergo nisi vigilando & ieiunando carere non possumus: quin potius per abstinentiam, ipsa spina vertentur in Rosam. Producit enim ieiunando libido castimoniam, superbia humilitatem, sobrietas paritatem. Hi enim sunt flores vitae nostrae, qui suauiter Christo redolent, qui odorem bonum Deo spirant. Vnde ait Apostolus: Quoniam Christi bonus odor sumus Deo. Hanc ergo Quadragesimam largitus est nobis Dominus, ut huius temporis spatio in morem totius Creaturae nunc concipiamus virtutum germina, ut in die Paschae fructum iustitiae profereamus.]


Sic inuitur via Christi tuta, etiam si deliciis vacua, ac deducens quod Christus pertigit, ut perpulchre disseit S. Augustinus ad illud Palmi 36. & viam eius volent, potestque addi glossa Petri Cellensis, solantis Abbatem Vilarientem per viam Crucis & asperitatum pergentem in urbem; quod stulti Salomone teste perditum a labore suo nesciunt praestare. [Audiui inquit Petrus vos in labore hominum esse, & calicem sororis nostrae quae est passio Christi, cum his qui in torculari premuntur, frequenter bibere. Amara quidem portio bibentibus illam, sed spem salutis optinam, in se habet repositam. Nihil enim ad caelum euntibus tutius, quam sequi stratam sanguine Christi tinctam, quam vestigia clauorum impressa prospicere, & ante oculos suos, Christum semper praescriptum & per scriptum inspicere. Rectissimum hic iter ad tribunal gratiae. Via haec latronibus vacua, & finem suum pertendens ad illum qui peregrinantibus est vita, proficiscentibus veritas, peruenientibus vita.] Hae est, quam idemmet alibi b, vocat Rosam patientiae. Ex patientia item S. Hugo de Cartusiano Linconiensis Antistes, leprosos appellabat Rosas paradisi. Sic enim leprosos esse allocutum, refert Dorlandus c. [Vos estis Rosae paradisi, vos estis lapides pretiosi quos in suo Diademate Christus inseret in aeternum.] Quod ergo egrus & quibusvis patientibus praestant perpassiones aliae, ut Rosae dicantur, hoc ieiunantibus praestat patiens corporis maceratio, per inediae Christi imitatione susceptam. Et quamuis maceratio per ieiunium, exterminet faciem, obsolescatque per eam externa species; tamen homo interior, sua magis specie renidet, iuxta illud Gregorij Nazianzeni d de Philosopho ad omnem virtutem composito & per patientiam obdurato. [Deformis est, quantum ad id quod in aspectum cadit? At ea parte formosus & elegans, quae oculorum aciem fugit, Rosae non absterilis, quae in bacca, nec florida, nec odore grata; florida tamen ipsa est, suauissimumque odorem efflat. Speciosus forma praestant filii hominum, ne spatium quidem, id quod exterum est, aspiciendi, concedit; nimirum spectatorem ad internum hominem conuertens.] En verè in Rosam mysticam, Christo Rosae mysticae supparem, versum, ieiunantem ritè fidelem.

Epist. 117.

Epist. 54.


1. Chron. Cartus. c. 3.

Orac. 28. n. 16.



CAPVT IX.

Christus liberans à captiuitate, prima ieiunij violatione miserè contracta, immenso antiquorum Patrum gaudio praesens; & mysterium in Rosa, septima post Septuagesimam Dominica omnibus letitiis initiata abditum, & animandis ad reliquum ieiunium fidelibus ostentatum.



NECESSISSE omnibus letitiis S. S. Patres veteris Testamenti, praesentientes Christi aduentum, & bona eum consecutura, non est quod anxie confirmatur, cum Christus discretè id proderit de Abrahamo, nec dispar ratio sit de ceteris. Abram (inquit) exultauit ut videret dsem meum; vidit, & gaudisus est. Siue diem suum dicat, diem Incarnationis; vt S. Augustinus e existimat, probans eum diem innotuisse Abrahamo, quia adegit Oeconomum iurare super femur suum; siue diem suum dixerit, diem passionis Abrahamo patefactum, cum vidit harentem cornibus arietem, quae est S. Chrysostomi ac sequacium opinio; perinde est ad rem praesentem. Estque verissimum, verumque illud mysterium, Abrahamo, & aliis Patribus innotuisse diuinitus. Fuisse autem in ea praenotione vberis gaudij materiam dubitare non licet, cum gaudium sit frutex amoris: Patres autem antiqui, & incensissimum amore Christum sint persequuti, vt disseit S. Bernardus f: & bona eius aduentu inferenda ardentissimè expectarint suspirantes ad liberationem generis humani, quam aduenienti Christo reseruatam esse, edocebantur diuinitus. Hoc eorum gaudium, recolens hac Dominica, Ecclesia, Rosam initiatam in tanta rei symbolum ostentat. Vnde non non difficilè eruitur, potens motiuum ad virgendos fideles, vt reliquum factae quadragenae alacres decurrant; memores violatum ab Adamo ieiunium, res nostras pessum dedisse, nec nisi per susceptum à Christo ieiunium, & caeteras eius perpassiones, paratam esse malis nostris medicinam, cui per aliquid à nobis contributum complendae, (vt S. Chrysostomus g piè disseit) adiungendum sit nostrum ieiunium; vt sicut in Paradiso per intemperantiam cecidit corpus, ita illuc per abstinentiam assumptam conuegentur & aquilae, vt praclare eum locum Sereno enodauit Miodorus Pelusiota h.

Captiuitas generis humani sub Satana per septem mundi aetates, adumbrata in septuagenaria populi Dei captiuitate Babylonica.

VT hae ratiocinatio euoluatur, praemittendus est arumnosus humani generis

Epist. 79. in Cant. f. 79. in Cant. g in Psal. 50. h 1. 1. ep. 18.

status, sub Satana captiuatore, adumbratus in captiuitate à Nabuchodonosore illata populo Dei, per annos septuaginta, magno veterum Patrum dolore ob strages animarum. Qui dolor, est propositus fidelibus à Dominica Septuagesimae, cuius nomen numerum septuagenariae captiuitatis insinuat, vnde eius Dominica officium luctuosum est totum, & vnde cunctae praesentis inuestitiam: sicut hac Dominica, solemniter ac lætissimè illis ingeritur clausula captiuitatis per Christum apposta, magno gaudij sensu praecognita à Patribus. Quod assumo, Nabuchodonosorem Regem Babylonis, captiuatore populi Dei, fuisse Satanae imaginem, illustratur optime ex S. Gregorio a, cui Rex Babyloniae, idem sonat, atque antiquus hostis, possessor intima confusio nis. Titulus Satanae congruentissimus. Nam est antiquus hostis, & homicida ab initio, de quo tanquam inimico simpliciter dicto S. Augustinus b accipit illud, odio habebis inimicum tuum. Et alibi c, de eodem intelligit illud, non tradat eum in animam inimici eius. Sic enim legit Eundem esse hostem fraudulentis oculis blandientem, praer quibus oculis optanda sint Christi, animarum praecleari proci, vulnera, scitè tradit Gregorius Nyssenus d. Nec per se tantum, sed per succenturiatas sibi immensas copias, in hominem iam ab orbis principio, odium exprimit, & ad finem vsque mundi exprimet, ardens inuidia. Omnes enim impij vnum cum eo faciunt, & vnam hostilem personam conflant. Quod Drogo e his verbis expressit. [Sicut vnum corpus, vnus panis, vnus homo, vel vnus piscis, Christus & omnes electi ita Diabolus cum omnibus reprobis, vnum corpus, & vnus hostis. Est enim Aquila grandis, magnarum alarum. Aquila propter nimiam Naturae spiritualis perspicaciam, grandis propter superbiam altitudinem. Magna ala adhaerentes sibi, & extollentes eum, malignorum spirituum potestates. Longo membrorum ductu; pessimi homines quorum ministerio fungitur ad pugandum contra bonos. Et bene longo, quia adhuc quoti die veniunt, & durant vsque in finem saeculi, ducatum superbiam sequentes Plena riuus, fallaciae dolis & auaritia, quia easdem artes variis modis ad decipiendum transfiguratur. Venit ad Libanum, animam semel fidei & vitae merito candidatam. Tulit medullam cedri, Cedrus imputribilis altitudo spei, cuius medulla est charitas, quam singulariter nititur expugnare Diabolus. Summitatem frondium eius auellit, & sermone sapientiae qui excellentissimus est, euellit ab amore Dei. Et transportauit in terram Sennaar, hoc est, factoris eorum.] Hinc liquet, quanto iure Satan dictus sit antiquus hostis.

Idem est possessor intima confusio nis, hoc est eius confusio nis quam in nos intulit, fideque euertens intima nostra. Rectè autem non dicitur Dominus noster, sed possessor duntaxat, quia nullum ei suppedit ius dominandi, nullus titulus idoneus: quandoquidem neque à Deo se abdicante, ius illud nancisci potuit, cum ius Dei sit inabdicabile, neque à nobis Deo rebellibus. & in Satanam transferentibus ius, quo Deo subijcitur. Rebellis enim se alteri subijciens, excussit Domini iugo, non confert illi alteri ius vllum. Est ergo meta Ty-

999

rannica possessio, & inuasio absque titulo. Vnde tamen male intulit Abelardus, rectè à S. Bernardo f explosus, nos non esse verè per Christum redemptos; cum Diabolus à quo captiui tenebamur, nullo in nos iure potiretur. At eo ipso quod nos inuaserat, & Tyrannicà possessione sibi subiectos premebat, rectè dicimur fuisse ab eo captiuati, & à Christo de iniusta illa captiuitate redempti. Sic Apostolus optat vt impij resipiscant à Diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem. Et à Christo, g dicitur Satan Princeps huius mundi. Ad eandem mentem S. Augustinus h. [Possidebat Diabolus genus humanum & reos suppliciorum tenebat chirographo peccatorum.] De hac captiuitate S. Ambrosius i accipit illud ex Threno. 1. Audite me omnes populi, & videte dolorem meum Virgines meae, & iuuenes mei, abierunt in captiuitatem. [Verè haec captiuitas, vbi animae à peccato captiuae ducuntur ad mortem, & à Diabolica dominatione possidentur.] Inde dicimur Beneiacam, id est filij necessitatis, vel stridoris, quae est captiuorum in catenis notio, à Hieronymo k ad hoc institutum aptata.

Statum miserum huius captiuitatis nullo luctu satis aequandae, quippe corporea quacumque terrioris, vt disseit sanctus Hilarius l, recognoscere licet in captiuitate Babylonica, in qua Rex exoculatus, in magnis ætumnis vidit Babylonem, quatenus in ea praesens fuit; & non vidit, quippe orbis oculis: Quo pacto conciliat Prosper m pugnantia in speciem Hieremiae, & Ezechielis loca, quorum vnus, Regem ait vidisse Babylonem, alter negat. Exoculatur ergo Rex notter, suè intellectus Regia pars animae, per Satanam captiuatorem. Et filij coram patre trucidantur, quia omnia anteriora opera deduntur morti. Et quod in ea captiuitate subijcisse captiuos non legitimus, foedis notis stigmatum compungimur, vt olim serui litterati; quae stigmata etiam si nunc caeteros mortales lateant, patent tamen Angelis iam nunc, & in resurrectione magno cum probro proferentur, vt disseit Eucherius n. Abduxit captiuos Nabuchodonosor per Nabufardam coquorum Principem; quia prima nobis mali labes à gula, quae Adamum in foueam deiecit: Indiditque ferè omnis mali progressio, iuxta illud Plinij o de ventre. [Pessimum corporum vas, instat vt creditor, & sapius die appellat. Huius gratia praecipue auaritia expetitur, huic luxuria conditur, huic nauigatur ad Phasin, huic profundi vada exquiruntur: Et nemo vtilitatem eius aestimat, consummationis foeditate.] Vt omnia vitia & peccata ad ventrem pertinent, docerent Aegyptij, exemptum à caduere ventrem, cum viscerum ei famulantium appendicibus, proiecerant in flumen, Solem conestantes, reliquum corpus esse innocuum, vt alibi p ex Porphyrio notare memini.

Recolitur à Dominica Septuagesima, cui inde nomen.

Emuit populus Dei sub hac terra captiuitate, in quam per ingluuiem est detusus: Q99

CAP. IX. Rosa, symbolum gaudij de Christo. f. sp. 191. g Ioan 12. h tract. 52. in Ioan. i ad virg. laq. cap. 1. k ad Fabiola man. 1. 2. l in Psal. 127. m 1. p. de prom. 33. n hom. 10. de Pasch. o 1. 2. c. 3. p 16. de viet. n. 76.

CAP. IX. Gemuit, inquam, non vnum aut alterum mensum, vel annum, sed annos septuaginta. Ut Ieremias a prænunciaret. Hæc toto illo tempore, mœrens super flumina Babylonis, in salicibus fragiperdis suspendens organa, & renuens cantare canticum Domini in terra aliena. Hæc septuagenaria exulum Hebræorum captiuitas, typus fuit captiuitatis generis humani sub Satana, per septem mundi ætates, vt Rupertus b, & Blesensis e philosophantur. Et idcirco initium recolendi hanc captiuitatem, ducitur à Dominica, cui nomen inditum est septuagesima. Aberrant enim qui aliam huius denominationis rationem assignant, vt videre est apud Bellarminum d. Et ea quoque opinatio excludenda est quam inducit Maldonatus e existimans nomina septuagesima, Sexagesima ac Quinquagesima, mansisse ab vsu indicto per Concilium Antifiodorense; quod mandauit vt post Epiphaniam mittantur quatuordecim nuncijs Ecclesiastici commones de quadragesimæ & ieiunij initio, sicut Episcopus Alexandrinus, pro more antiquo, in die Epiphaniæ promulgabat diem quo eo anno celebranda erat festiuitas Paschalis, atque adeo quo inchoandum erat quadragesimale ieiunium. Quia autem indictio ieiunij lectum recipit, propterea ait Maldonatus, in Dominicis prædictis quibus annunciabatur ieiunium non fuisse cantatum Gloria in Excelsis. Aio hoc totum esse repudiandum, quia illa missorum siue nunciatorum amandatio quatuordecim ad denunciandum diem initialem quadragesimæ, neque si facta esset, debuisset haberi luctuosa; neque reuera est facta post Epiphaniam. Sic enim habet Canon Antifiodorensis. [ Vt omnes Presbyteri, ante Epiphaniam, missos suos dirigant, (vniue ad Episcopum.) qui eis de principio Quadragesimæ nuncient, & in ipsa Epiphania ad populum indicent. ] Non plura Concilium. Igitur missi, non discurrebant post Epiphaniam, sed prius veniebant, exquisitum de initio quadragesimæ, & referabant Parochis dictum initium in die Epiphaniæ promulgandum, absque eo quod vel dies Epiphaniæ, vel dies anteriores quibus missi aduentabant, exigentur cum lectu. Commentitium igitur est, quod Ecclesia speciem lugentis acciperet post Epiphaniam, ob discurrentes nuncios ad promulgandum ieiunij initium: Et vanum est quod inde dicta sit Septuagesima. Imò cum aliquot Dominicæ interiacere soleat inter Epiphaniam & Septuagesimam, oporteret inducere & cum lectu peragere octogesimam quoque, & nonagesimam, ac centesimam.

b l. 4. de offic. c. 1. & seq. e sermone 14.

d l. de cultu ss. c. 14. e tract. de factis fact. cap. 5. §. 3. in fine.

Recetè ergo Bellamin. loco annotato, cum Rupert. ac Blesensi, petit eam denominationem à re adumbrata per captiuitatem septuagenariam Israëlitarum; hoc est à captiuitate, qua per septem mundi ætates, ( quot ab Adamo ad Christum fluxerunt, ) captiui gemuimus sub Satana. Et idcirco toto eo tempore recitetur canticum Domini, siue alleluia, & organa non pulsantur. Neque enim captiuitati congruunt cantica lætitiæ, & pulsus organorum. Et stultitiæ notatus est Gilimer, cum ad montem Papuam superans à Belifario, præter panem ad victum, & spongiam ad abstergendas lachrymas, petiit citharam ad nonnullam imi-

gitationem doloris, vt scribit Procopius f. Ab- frib. 4. bell. Vandal. surdè id petiit Gilimer captiuus; quem cithara & cantus non decent. Melius Ioann. Rex Francorum abductus in Angliam ab Eduardo Eduardi tertij filio, inuitatus ad ludicum spectaculum, renuit adesse; caufatus illud, quomodo cantabimus in terra aliena? Rem describit Polydorus g. Ecclesia igitur recolens mysticum exilium generis humani, non adhibet læta cantica, vel Musica instrumenta; sed mœret ac luget per septem hebdomadas, septuagenariæ captiuitatis in septem mundi ætatibus, imagines.

g l. 119. h m. Angl.

Gaudium veterum Patrum, ad præsentationem exsolutionis à tam dira captiuitate, per Christi mortem.

Inter tot spinas ærumnarum ac calamitatum vniuersi humani generis sub tam tetra captiuitate, flos speciosus post hyemem horridam, in prænotione antiquorum Patrum vernauit, obiecto eis diuinitus Christo liberatore, tam luctuosum statum, feliciter commutato in statum libertatis filiorum, ad quam præsentationem diuinitus inditam, omnibus lætitiis inceserunt. Tametsi enim plerique eorum procul aberrant, nec nisi à longè prospiciebant tantæ calamitatis depulsionem, vt Adam, Noë, & Pater fidei Abraham; exultarunt tamen vt viderent diem illum, quem non habuerunt pro tantopere distito, & in longa tempora dilato; quia iuxta D. Augustini b sapiens pronunciatum, non est longum quod finem habet. Non habuit sanè pro admodum longo spatium annorum quinque supra viginti, anima in ignibus emendatoriis hærens, cum proditur supra modum exultasse, audito quod natus esset ea die puellus, qui post annorum quinque lustra, factum primum faciens, erepturus illam esset à cruciatibus, vt scribit Cantipratanus i. Certa enim liberationem suam tunc denique perficiendam, non habuit eam remoram gloriæ suæ, pro valde diuturna. Idem ergo proportione accidit Antiquis Patribus, de Christo venturo, & ærumnarum nostrarum depulsione, edoctis diuinitus; Vnde exultatio charitati eorum commensa. Patres enim illi, quippè sanctissimi, magna charitate commune bonum totius generis humani expetebant: vnde præuisam eius aliquando consecutionem, non potuerunt non excipere ingenti cum voluptate; præsertim cum ipsis quoque, particula boni doni esset obuentura, non referatà Sanctorum viâ, nec patefacto cœlorum aditu, ante Christi illuc subitionem, eiusdem Christi aduentui & morti subiungendam.

h in Pfal. 90. V. vicimo.

i l. 2. Apum. c. 53. num. 29.

Quomodo id gaudium per Rosæ initiationem recolatur.

Ecclesia igitur, in hac Dominica mediana, quæ est clausula hebdomadis hebdomadarum; septuagenarium in captiuitate luctum representantium, recolens captiuitatis exsolutionem in ea adumbratam, quæ Hebræis post septuagesimum annum accidit; applaudit veteri

Christus in Cruce, Rosa candens & rubra, nec absque spinis.

CAP. X. Rosa, typus Christi confixi.

Vuar hæc mellitissimam à Christo perhonorificam cogitationem, Ruperti e verbis aperire. Equum enim Zachariæ obiectum, interpretatus humanitatem Christi, in qua Verbum festinaret venire ad Hierusalem in misericordiis, quia tempus venit miserendi eius, addit. [ Equum vidit ruffum, propter ipsius sanguinem rubicundum. Eundem equum Ioannes in Apocal. vidit album. Vidit (inquit) cœli apertum, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum, vocabatur fidelis, & verax, & exercebat qui sunt in cœlo sequebantur eum. Vnus idemque equus; & illic propter suam Innocentiâ visus est albus, & hic propter Passionis suæ sanguinem ruffus. Quid aliud intèdit Ecclesia, dum dicit in Canticis, dilectus meus candidus & rubicundus? ] Hoc ipsum & sonoris & mutis vocibus dicit ac prædicat Ecclesia; & verbo & factis contestans, quantum debeat Domino, tam acerba, tam dira, nulla sua culpa perpeffo. Quis enim illum arguat, & validè reuincat de peccato? Potuit quidem mendaciter audire Samaritanus, & dæmonium habens; quæ tanta fuit criminationis atrocitas, vt olim fideles ( D. Augustino teste d, ) ea ex Euangelio recitata audientes, iunderent peccora, & altè gemerent. Reipsa tamen, tam explorata erat Christi Innocentia, vt argui culpe cum colore non posset, valerèque de eo illud Iobi, in hanc sententiam expolitum à S. Gregorio; Quis audei ei dicere, operatus es iniquitatem? Christus ergo ita rubuit fuso sanguine in cruce, vt simul alberet per innocentiam. Quanto iustius est, nos Christi imitatione, dura & aspera perferre, quibus nunquam patiendi meritum deest, præ maculis peccatorum, & innocentie detractione?

ibidem.

d in Psal. 48. 27. mor. c. 1.

Habet hoc propolitum Ecclesiæ, Rosam fidelibus ostentans sub tempus Passionis. Est enim in Rosa, tubor candori mixtus, ac spinæ, cum specie & venustate singulari. Et vt spinas taceam, quas liquet non alibi vsquam aded inhorruisse in vniuersa Christi vita; nitorem ac elegantiam sanctus Ambrosius e in cruce maximè micuisse confirmat, sic scribens de hoc (vt vocat) Virga regalis flore. [ Opus Spiritus flos, radicis est. Ille inquam flos, de quo benè est prophetatum, Exiet virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Radix Iesse, Patriarcha, familia Iudæorum; virga, Maria. Flos Mariæ Christus, qui bonum odorem fidei toto sparsurus orbe virginali ex vtero germinauit, sicut ipse dixit, Ego flos campi, & lilium conuallium. Flos odorem suum, & lucifus referuat, & contritus accumulatur, nec auulsus amittet. Ita & Dominus Iesus, in illo patibulo Crucis, nec contritus emarcuit, nec auulsus euaniuit; & illa lanceæ punitione succifus, sacro speciosior fusi cruoris colore vernauit: morti ipse nescius; & mortuis æternæ vitæ munus exhalans. ] Longa oratione Christum in passione Rosam fuisse, prosequitur creditus Bernardus f exponens mysteria vitis veræ. Sed quia diffusior est quam vt possit hic profertri vniuersa eius disputatio, vnum duntaxat vel alterum tubentis apud cum Rosæ folium


e l. 2. de Spirit. sanct. c. 1.

f c. 33. 34. 37

veteri Ecclesiæ, & Patribus, nunc quidem in cœlo triumphantibus, sed olim in via gauisus de prospectu communis liberationis per Christum: quem prospectum & gaudia, quasi tempora retrorahens, sibi ob oculos ponit: vt sæpè facit per aduentum, cum Prophetatum de Christi aduentu desideria & congeminas preces, frequentat, quamuis sint de re iam concessa. Recolit igitur hoc Patrum gaudium Ecclesia, vnde tanta officij huius Dominicæ lætitiæ, & Rosæ lætitiæ indicantis exhibitio. Ita insinuat in formula Benedictionis Rosæ a, vbi sic habetur [ Deus cuius verbo & potentia, facta sunt omnia, & cuius nutu vniuersa diriguntur, qui es lætitiæ & gaudium omnium fidelium; majestatem tuam suppliciter exoramus, vt hanc Rosam odore visuque gratissimam quam hodierna die in signum spiritualis lætitiæ in manibus gestamus; benedicere & sanctificare tua pietate digneris: vt plebs tibi dicata, ex iugo Babylonicæ captiuitatis educta, per gratiam vniuersi filij tui ( qui est gloria & exultatio plebis Israël, ) illius Hierusalem quæ sursum est mater nostra, synceris cordibus gaudium representet. ] Et inferius in formula traditionis Rosæ. [ Accipe Rosam, per quam designatur gaudium vniuersæ Hierusalem; triumphantis scilicet, & militantis. Ecclæ, per quam omnibus Christi fidelibus manifestatus flos ipse speciosissimus, qui est gaudium & corona Sanctorum omnium. ]

a l. 1. fac. cerem. f. 7. cap. 5.

Ex his habetur, Rosam initiari & ostentari tanquam symbolum lætitiæ vniuersæ Hierusalem, ex antiquis Patribus, nobisque adhuc militantibus coalescentis; lætitiæ inquam de educatione è captiuitate post Babylonicam prædelineata, & contracta ob primam ieiunij violationem per Adamum. Hic verò esse debet vrgens ac validus stimulus ad pleni ieiunij obseruationem, iis qui considerant, se per ieiunium adimplere quæ desunt passionum Christi & meritò repudiare tantulam è cibis corruptibilibus voluptatem, quæ generi nostro tam cardè velit; nec eius damna sarcini potuerunt nisi per ieiunium & exinanitionem Christi, qui vnicum nostrum gaudium esse debet.



CAPVT X.

Christus in Cruce candidus & rubicundus, Rosa mystica spinis obsepta, impellens ad despuendas carnis voluptates, & tenendam ieiunij plenitudinem; notio præcipua Rosæ, à Pontifice initiata & ostentata.

CHRISTVS patiens, candidus simul est ac rubicundus, vt notauit S. Hieronymus b, tractans obiectam Zachariæ equi ruffi imaginem, quam ait purpuram Christi patientis spectasse, sed coheruisse cum albore innocentie eius; vnde notat, Apocal. 3. & 6. Christum in equo candido, & candidis amictum vestibus, demonstrari.

b l. in cap. 1. Zachar.



CAP. X. Rosa, typus Christi confixi.

folium earpo. [Floret (inquit) in vita nostra benigne IESV, nihilominus Rosa rubens & ardens: rubens sanguine passionis, ardens igne charitatis, rosida effusione lachrymarum dulcis IESV, &c. Legam ergo & intelligam quantum ipse annuerit ruborem carnis & animæ, dilecti ex dilecto amantissimi IESV. Rubuit enim in utroque, id est, tam in corpore quam in anima. In carne, ex natura, qua naturaliter omnis caro rubea est, nec minus sanguine passione quo carnem suam charitate nostra compellente, tam crebro tamque copiose perfudit, &c. Ecce sub compendio, iterum reduco tibi multiplicem sanguinis effusionem largissimi IESV, quo Rosam passionis & charitatis suæ rubricauit. Charitatis quidem illius ardorem, humanus comprehendere non sufficit intellectus, nisi quantum ex passione ipsius quæ cunctis apparuit, comprehendit, &c. Ardorem Rosæ charitatis perpendemus, si diligenter videamus, quis, qualis, quantum, quare, amarit nos, amator, misericors, & mirabilis, &c. Quantum amaerit, quis sufficienter dicat? Ecce in expositione huius verbi, necessarium habemus, Rosam passionis, Rosæ charitatis coniungere, ut Rosa charitatis in passione rubescat, & Rosa passionis igne charitatis ardeat. Tantum enim dilexit nos dilector noster, ut charitatis ardore cogente, in ruborem passionis incidere, traderetque in mortem animam suam, mortem autem Crucis, non breuiter transeuntis, sed à principio ortus sui vsque in finem mortis durissimæ, perdurantis. Sicut enim superius vestræ commendauimus charitati, crux optimi Iesu Christi, non tantum fuit vnus diei, sed tota vita illius, crux fuit & martyrium. Omnia ergo quæcunque passus est Dominus in diebus carnis suæ, ad ruborem vtiq; passionis pertinent Rosæ Passionis, quamuis effusionibus crebris, sacratissimi sanguinis ipsius, specialiter fuerit rubricata.]

Vita Christi, tota rosarium, sed maxime extrema.

Hæc cum ita sint, desino mirari, cur omnium vitæ Christi mysteriorum memoria, decurrendis granis sacre corollæ insertis comprehensa, Rosarium denominetur. Est enim vniversa Christi vita, rosæ cum, sed tempus passionis præsertim, per quod & spinas Christi & speciem atque fragrantiam veluti Rosæ, est deprehendere. Perleuaserat Rosæ huius gratum odorem, quisquis pij illius inuenti autor fuit; siue Petrus Eremita Ambianensis; ille ipse qui ad bellum factum sub Urbano II. egit tubicinem. (Huic enim autori id inuentum adscribit Polidorus Virgilius a) siue B. Gertrudes, cui ante Petrum Rosarii usum fuisse familiarem, confirmat Henticus Sedulius b. Non defuerunt qui tempore Leonis I V. inductum esse hunc usum dicerent, ut Snares c refert: alios item adducens, qui ad Bedæ ætatem; & alios qui ad tempora Apostolorum, hoc inuentum reuocant. Laudat Paschalius d ex Nicephoro e, autorem Rosarii, Paulum in Pherma Monachum; qui ne aberraret in exsolutione trecentarum precum, quas sibi in dies singulos indixerat, conditis in sinu trecentis calculis,

a i. de Inuent. c. 9. b in notis ad vitam S. Clarae cap. 1. c l. 3. de orat. c. 9. n. 13. d l. 4. de Colonia. c. 4. e l. 11. c. 1. 2. 6.

eorum que vno ad quamcunque precationem educto, intelligebat quando fecisset officio satis. Sed fuit is orandi modus à rosario diuersus, precationum numero, & qualitate. Quisquis verò demum fuerit, à quo sanctum Rosarii inuentum habuit Ecclesia, & rem sanctam, (improbantibus licet hæreticis,) induxit, ut rectè monstrat Martinus Nauaricus f; & in Litaniarum sermo Thomas Sayllus, ac Iosephus Stephanus g; & inhalatam è Christi rosæto fragrantiam hausisse vbertim, est estimandus.

Quamuis autem vniversa Christi vita, Rosam Christum, deformem simul ac speciosum, florentem, ac spinis horrentem exhibet, quia crux Christi & passio, non fuit vnus dumtaxat diei, sed tota eius vita durauit, ut creditus Bernardus h philosophatur: tamen præcellenter tempore passionis Christus, Rosam passionalem se prodidit ad veritatem. Vocant Germani quidam scriptores, Rosam passionalem, quam alij appellant scandalucam: eo quod per appositos bacillos, quibus circumuoluta inniuitur, scandat more campanulæ pyramidalis, Nastureij Indici, Momordicæ, similibusque plantarum reptilium. Hispani vocant Gran. dille, de qua in generali Americæ historia i, & apud Iosephum à Costa b, ac apud Emanuelem à Cerda k. Exhibet ea Rosa, siue Iusu naturæ, siue artificio humano, imaginem crucis, coronæ spinæ, clauorum, flagellorum, lanceæ, & vniversi apparatus instrumentorum, quibus in Christum læuitum est sub extremam eius vitam. Sed quæ ibi, vt in pictura dumtaxat visuntur, in Rosa mystica per Rosam auream significata, visuntur ad veritatem.

Agre adducor, vt fabulas in tam seria aduocem. Quandoquidem tamen Scriptura, (vt Nyssenius l notauit,) fabulas non prorsus refugit, age, eas hic attingamus. Finxere Poëtæ natam ex Adonidis sanguine Rosam, cum his per Martis Zelotypiam cecidisset. Flens enim Venus à Poëta l inducitur, contestans, At cruor in florem mutabitur. Quamquam vt est inconstans mendacium, alij Rosam ortam dixere ex sanguine Veneris cum illa ad opitulandum Adonidi, in quem læuus aper irruerat, in dumeta induisset sese, & pedes cruentasset à rubis faucios. Alij enatas ante Rosas, sed prorsus albas; rosæo colore tunc tinctas dixerunt, cum persusa essent vino per læuicium alii super Deorum cœnam Cupidinem. Quæ eadem esse videtur ortus rosarum ratio, adducta à Constantino Cæsare m in Geoponicis, vbi agit de Rosa enata ex effuso in terram diuino neclate. Nugæ & commenta. Sed hic citra fabulam, rosa ex se candens, rubore tincta est, dirè vulnata inter opitulandum nobis, ne à singulari sero periremus; rubuit item à sanguine per inuidiam ac Zelotypiam malignè fuso, & per amorem inebriatum boni nostri desiderio.

Erat apud Ethnicos inter sacrificia suus Rosæ locus, quod pertinet illud Columellæ n. ingenio confusa rubore

Virgineas adopena genas, Rosæ præbet honores Cælitibus, templisque subæm miscet odorem. Nullus odor suauitatis ex vilo sacrificio inhalatus, æquè Deo placuit, vel æquè honorificus fuit, ac suffitus ex sacrificio Crucis. Hic enim

f miscell. 1. 2. g in orat. 3. 19. de orat. g in defens. rosar. c. 6. & 7.

h tract. de vite vera c. 35.

i parte 9. l. 4. cap. 27. k l. 4. hist. c. 27. l. 8. post. n 35.

l hom. 9 in Cantic.

m l. 10. Metam.

n l. 11. c. 18.

o lib. 10.

CAP. XI. Rosa, typus Christi confixi.

enim splenduit præsertim Christi charitas, quam Clemens Alexandrinus ait esse odorem illum suauissimum Domino è Pontificis maximi acerca thuracia inhalatum. At amoris & charitatis symbolum fuit Rosa; idcirco de Ethnicorum sententiâ Gratis & Veneri ac Cupidini sacra. Extergamus has sordes; & Amori Crucifixo, non ei quem Aufonius exhibuit, sed de quo S. Ignatium Theophorum dicere solitum accepimus, Amor meus, Crucifixus est, Rosam initiatam dicari agnoscentes, afflatum ab ea diuinum charitatis Christi odorem, & acceptissimum Deo hominibusque suffitum grati hauriamus. Benè sit Germanis, qui feriam sextam in Parasceue, qua die Christus passionis suæ cruentum sacrificium obtulit, vo. ant a diem charitatis. Et quia Christi mors, tamen reuera mysterium clamoris, vt vocauit scribens ad Ephesios sanctus Ignatius, & de ea valet illud Psalms iuxta 70. tibi silentium laus Deus in son; meritò possimus accommodare Christiano ad hoc mysterium stupenti & silenti, quod Ethnici suo Harpocrati, silentio numini, Rosam dabant, vt autor est ex veteri marmore Ludou. à Cerda b atque Raderus c & fortassis continebatur Rosa in cornu copiæ quo instruebatur Harpocrates, referente Lilio Gyaldo.

a refert Pitar. historicopol. cap. 4.

b ad lib. 1. Aecid. in V. 734 num. 5. c ad Martial. 1. Epig. 28.

Analogia inter Rosam, & Christum in Cruce.

Rosæ & Christi in cruce confixi analogiam, diffusè admodum prosecutus est creditus Bernardus tract. de vite vera à cap. 33. ad 41. Considerat enim in Christo crucifixo proportionem cum Rosa rubente & ardente. In ardore charitatis, in rubore multiplicem sanguinis effusionem perpendit. Et concludit cap. 41. [Intueor & respice Rosam passionis sanguinæ, quomoddò tubet in indicium ardentissimæ charitatis. Contentunt passio & charitas. Illa vt plus ardeat, ista vt plus rubeat. Sed mirabiliter per ardorem charitatis sit passio rubea, quia si non diligeret, non pateretur: & in passionis, rubore maxima & incomparabilis ostenditur charitas. Sicut enim Rosa per frigus noctis clausa, Solis ardore surgente, tota aperitur, & foliis expassis, in rubore demonstrat ardorem incundum: ita flos cæli deliciosus, optimus IESVS-CHRISTVS, qui multo tempore à peccato primi hominis, quasi in frigore noctis, clausus fuit, peccatoribus nondum plenitudinem impendens, tandem plenitudine temporis accedente, radiis scilicet ardentis charitatis, in omni corporis sui parte apertus est, & Rosæ charitatis ardor in rubore sanguinis effusi resulcit. Vide ergò quomoddò hoc flore Rosæ, floruerit optima vitis nostra, rubicundus IESVS. Vide totum corpus, sicuti Rosæ sanguinæ florem non inuenias. Inspice manum vnâ & alteram, si florem Rosæ non inuenias in vtraque. Inspice pedem, & vnâ & alteram: Nunquid non Rosæ? Inspice lateris aperturam; quia nec illa, caret Rosa.]

Theophili Reynandi Pontificia.

Quod præsertim apperit Rosæ corporeæ, & Christi patientis verè Rosæ mystica analogiam, est proportionalium vtriusque effectuum similitudo. Celebrantur Rosæ effectus, omnino multi, partim ad mali depulsionem, partim ad boni conciliationem. In priore effectuum ordine, eminet, quod Rosa corporea dicitur leuare energumenos d. Ita tradit Cæsalpinus e in demonologia, & Carolus Rosembergius in Rhodologia f, qui aded extollit hunc Rosatum in Dæmones effectum, vt dicat illum non careere miraculo; & aded à Rosis abhorreere Dæmones, vt Energumenus etiam rosata refugiat, quod ex fide quorundam sacerdotum tradit Cæsalpinus. Hoc quoque ad Rosam corpoream, eger vade; tamen nihil vetat admittere, nonnullam à Rosis leuationem, mitigatione aut correctione humoris, qui in Energumeno, stabulanti Dæmoni est opportunus, vt de leuatione nonnulla Energumenorum per quadam actiua physica, qualia multa enumerat in sua Dæmonum inuestigatione Cæsalpinus \*, tradunt bonæ notæ Scriptores adducti in Naturali Theologia g. At in Christo patiente, quem Rosam mysticam diximus; mira efficacia contra Dæmones est agnoscenda. Ibi enim contracta est inimici & vitoris malignitas. Ibi impletæ ruinae, & conuulsata capita in terra multorum. Vt mirum non sit, abhorreere à Crucis rosæto Dæmones, & ab eis infestos Christi Crucis inimicos; quia non excidit Satana, quanta hinc in eum mala sint deriuata.

Iure hanc dixerim Rosam lauream. Nomen est Rosæ apud Apuleium h. Describit enim arboretum ex huiusmodi rosariis in conualle addensatis. [Eæ ardores (inquit) in lauri faciem proluxa, foliata in modum flori inodori portectos caniculos punicanis, quos equidem fragrantis, minime turestri vocabulo vulgus indoctum Rosas laureas appellant, quarumque cuncto pecori cibus lethalis est, Lucianus i, Plinius l rhododaphnem & rododendron, cuius Rosæ folia sempiterna sint, hoc est nunquam decidant, iumentis caprisque & ouibus venenum sint, homini autem contra serpentes remedium. Apud Strabonem m Alexandri itinera recentem, laurea hac Rosa gustata, iumenta omnia cum spina more comitialis morbi emortua proditur. Hicque videntur tristes è lauro Medorum succi, tardusque sopor quem arbor cuius folia nullis labentia ventis à Marone n describuntur. Videndus de his Rosis laureis, Baptista Pius o ac Philippus Beroaldus p. Hanc ergo Rosam lauream verèque triumphalem, cuius folium nullis aduersis flabris destitit, pecuinis affectibus exitialem, Dæmonibus verò affectuum illorum inconditorum peruersis opilionibus venenum præsentissimum; soli verè homini ex supernaturalis rationis legibus vitam exigenti, saluberimum ligni ligno quod mortem intulit oppositi florem, habemus in Christo crucifixo. In quam rem piè admodum disserit sanctus Chrysostomus q aptans Christo confixo cruci illud Psalms, Erii tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, & folium eius non defluet.

d syntag. 1. tit. miscellanei Dy e cap. 23. f l. 1. p. cap. 33. pag. 335.

\* cap. vltimo. g dist. 2. n. 53.

h l. 4. Miles.

i in Arbino. l. 1. 6. & l. 12.

m lib. 15.

n l. 2. Georg. o in annotat. prioribus. pag. 369. p ad l. 4. Miles. Apul.

q in Psal. 5.

R r r Allicus

CAP. X.  
Rosa typpus  
Christi con-  
fixi.

Illitus faciei succus rosaceus, cum primis  
valet aduersus faciei deformationem : ita vt  
interdum, qui prae oris foeditate sordere lepra  
videbantur, venustatem insignem, & vultus ni-  
torem luculentum, deterfa turpitudine paraue-  
rint : Quod pertinet illud

*Purgat & obscuram vultu Rosa per-  
lita lepram.*

¶ 1. 12. var.  
histo c. 1.

Illustrate est quod in eo genere scribit Aelianus  
de Aspasia Cyro & Artaxerxi adamata ; cui  
cum facies eius foedo serpente cancri tubere  
deformata, Roscum vultum interuentu Rosa-  
rum recuperavit. De puella quadam scribit  
Antonius Mizaldus, cum ei lichen, & can-  
crofa scabies foedum in molam turpisset fa-  
ciem, aequè Rosarum beneficio conuulisse,  
pristino vultus nitore restituta. Christus Ro-  
sa nostra, per consecutum de sanguine tuo bal-  
neum, salutem praestat & corporibus lepra sca-  
rentibus cum res fert ( vt monitiat Constan-  
tini à lepra purgatio ) & animabus, quarum  
lepram multiplicem recenset Origenes. Nul-  
la verò est, cui admotus diuinæ huius Rosæ  
succus, non prospiciat, efficaciterque me-  
deatur. Est enim passio Christi, rostratum pas-  
sionum quarumlibet, & morborum animæ  
quantumvis desperatorum offi ina medica,  
iuxta Basilium Seleuciae, b & sanguis pretio-  
sus in ea effusus, vnguen est ac malagma aduer-  
sus omnes animi aegritudines efficacissimum.

Ad emotam mentem sibi restituendam, &  
recuperandam exultantem rationis vsum, com-  
modare fertur Rosa. Ipse certè qui se animum  
factum veneficiis autumabat, e paltus Rosæ  
ad se reuenit, & in hominem est restitutus.  
Hoc est verissimum, quod homo cum obbru-  
tuerit factus iumentis insipientibus similis, ad-  
moto vngue pretiosi sanguinis Christi, redon-  
atur sapientia : Dementar sanè hominem  
superbia, qua qui corripitur extolli affectat  
supra conditionem creatam, & aspirat ad Dei  
æqualitatem, vt in Rege super omnes filios  
superbiae patuit ; quæ fuit dementia ac insi-  
pientia exaggeratio vltra omnem mensuram.  
At nullum est aduersus superbiæ efficacius  
remedium, quam contuitus Christi pendens  
in Cruce inter Larrones, ita vt neget Na-  
zianzenus d, superbum esse posse, qui in illud  
obicctum oculos mentis defixerit. Avaritia  
item aliquos mente exoculat, & vsque ad ido-  
latriam, quæ insipientia fastigium occupat,  
hominem pertrahit ; vt propterea ab Apolto  
idolorum seruitus sit denominata. Nullum  
verò excogitari potest aduersus sordes avari-  
tiae potentius malagma, quam recogitatio il-  
lius profusionis qua Christus nostri causa, li-  
beralissimè sanguinem totum profudit. Idem  
de cæteris affectibus hominem de statu men-  
tis deficientibus, esto iudicium.

Ad alterum effectum Rosæ corporeæ or-  
dinem, pertinent cerebri roboratio atque fomen-  
tum ; nec non hepatis benigna refrigeratio,  
& aduersus fumos è vino subuectos com-  
munitio. Quæ causa est, cur apud Athenæum  
& rosaceæ corollæ inter sumendum cibum  
commendantur. Nihilque apud Poetas fre-  
quentius, quàm Rosæ mentio, cum de conui-  
uiis agitur. Sic ille f.

¶ 1. 12. var.  
histo c. 1.  
b orat. 13.  
¶ in Milesi.

¶ orat. 10.  
u. 94.

¶ lib. 17.

¶ Fabos.

*Tempora suisilibus pinguntur tecta coro-  
nis ;*

*Et late iniecta, splendida mensa Rosa.*

Et alius g

*Non desint epulis Rosa.*

Alio item loco h.

*Huc vinas, & vnguenta, & nimium breuis  
Flores amana ferre inbe Rosa.*

Apud Philostratum i, imago Comi, Dei conui-  
uorum, redimita Rosæ proponitur : & volup-  
tarij æquè in lautas epulas, ac in alias qualis  
corporis blanditias proni, apud Sapientem K,  
excitant se ad immittendas capiti Rosarum  
coronas, priusquam marcescerent. Ex Rosa-  
rum efficacitate, & vi ad arcenda damna, quæ  
vini vium liberaliorem consequerentur, is  
primum vsus profuxit. Et quamquam Cle-  
mens Alexandrinus l & Tertullianus m multi  
sunt in comore coronas conuiuiales adhiben-  
di, à Christianis remouendo ; tamen specta-  
bant potius profanarum qua coronæ omnes  
certis filiis naminibus sacrae erant, quam  
insiciationem alicuius commodi ex vlu coro-  
næ, ( præsertim rosaceæ, ) inter conuiuian-  
dum. Is verò qualiscunque sit, non potest in  
comparationem, venire. cum vlu Rosæ mysti-  
cæ de qua agimus, ad coercendam perulantiam  
conuiuialem. Cuius efficacitatis scientissimus,  
optimus in paucis vitæ spiritalis Magister,  
Petrus Faber n, Pintia cum esset, ac spirita-  
lia quædam documenta præscribere cuidam  
rogaretur, non aliud præscripsit, quàm vt  
se cum Christo cruci confixo componeret, qui  
talia rogabat : suam videlicet opulentiam, lau-  
ritiam, delicias, conferret cum Christi spi-  
ritu, & aceto, ac vino immisione sellita cor-  
rupto. Cùmque animalis auditor abiisset, sim-  
plicitatem vt censebat) doctrinæ aspernatus,  
sensit eius energiam mox inter lautas epu-  
las ; cum recurrente ea cogitatione. & com-  
paratione pulsatus, in vberes lachrymas, in  
ipso conuiuio solutus est. Tantum est in  
Christo confixo Rosa mystica nostra, effi-  
cacitatis ad coercendam fumositatem ex cra-  
pula, & quæuis intemperantiæ damna amo-  
licia a.

Laudatur insuper præter cæteras Rosæ vi-  
res, ophthalmica facultas ; quæ tanta est, vt  
rosulenta substantia Rosæ adhaerens, si pinnu-  
la munda legatur, & palpebris illinatur, visum  
egregiè acuat, & lippitudinem depellat. A Zo-  
roastre obseruatum legimus, & à Mizaldo  
abique alia discussione exscriptum est, immu-  
nem fore ab oculorum dolore per annum to-  
tum ; qui visui, Rosarum calyces, antequàm  
in flores explicentur, leniter admouerit, & Ro-  
sis in rosario relictis, oculos alabastrulis ea-  
rum exterserit. Hoc an circa Rosam corpo-  
ream superstitionis dannandum sit, nunc non  
moror. De nostra tamen Rosa mystica, omni-  
no verum est, non ad annum dumtaxat, sed  
omni tempore, sanis & perspicacibus fruitu-  
rum oculis, qui consecerit sibi malagma ad-  
motione huius Rosæ, nondum cum suliorum  
rubentium ambitione in caelo explicata, sed  
hærentis adhuc in planta Saheæ : in Crucis in-  
quam rosæto, spinis horrente. Exacuto enim  
inde visu interno, perspiciet exquisitè, quan-  
ta sit stuporati honoris vilitas, quanta volupta-  
tum sensibilibus tenuitas, quanta bonorum  
externorum,

g Hor l. 1. o. c.  
38. h lib. 2.  
Od. 3.

i in Imag.

K Sap. 5.

l 2. pæd. c. 8.  
m de cor. mil.

n habetur in  
vita pag. 56.

CAP. X.  
Rosa, typpus  
Christi con-  
fixi.

externorum, ad quæ mortales aded auidè, imò  
rabidè inhiant, infœlicitas. His pridem con-  
scriptis, incidit in binas numeris astrictas ex-  
pressiones Christi cruci confixi sub Rosæ spe-  
cie, quæis visum non est fraudare pios lecto-  
res. Exhibuit vtramque Amphitheatri seruo-  
iocosi parte 1. Gaspar Dornauus. Prior sic  
habet :

*Ver redit, & zephiri flatu Rosa surgit in au-  
ras  
Æmula quæ Christi monstrat imago necem.  
Is caput intextum paliuri germine habebat,  
P' Rosa sub spinis pendula fixa iacet.  
Et quia lacteolum depicta est sanguine flo-  
rem,  
Hoc est quod Christi saucia membra re-  
fert.  
Nec Rosa nomen habet, soleat quod redere  
quemquam,  
Sed iacet à spinis cusvide rosa Rosa.  
Sic quamuis Christum plagis afflixit Ap-  
pella,  
Cruceque, humerisque premit spina cruenta  
caput.  
Ile tamen patiens sacros exhalat odores,  
Atque offert summo vota precisque Pa-  
tri.  
At leuat arcana nature sedere luctum,  
Pellis & erecta nubila fronte Rosa.  
Sic pacem reuehit Christus mortalibus agris,  
Qui cupiunt ipsum ; non dubitante fide.  
Cùmque Rosa in florem Sol ardens lumina  
spargit,  
Deficit ardenti victa calore comas.  
Sic Deus in nauum calidam cum spargeret  
iram,  
Dum luit humanum victima facta nefas ;  
In cruce marcescens mortalis forma cade-  
bat :  
Maestas obitus nescia, mente latet.  
Purgat vt obscuram vultu Rosa perlita le-  
pram,  
Sic leuat is turpi perdit corda luc.  
Atque ubi lethifero corpus succenditur astu.  
Et torret calidum febris anhela iecur :  
Non magis vtilior tabem leuat herba calen-  
tem ;  
Illita quàm rose si datur vnda Rosa.  
Sic liquor exundans resolutis corpore Christi,  
Quem calida extersit vindictis ira Dei,  
Exinguit patrios in crimina nostra furores,  
Et reprimat stygij seruida damna rogi.  
Admonet ergo homines, parte Rosa verna sa-  
lutis,  
O Rosa quàm paruo maxima flore doces !  
Posterior eiusdem analogiæ, Christi in Cru-  
ce, cum Rosa, expressio metrica sic ha-  
bet :*

*Est Rosa parua, rei sed magna dulcis ima-  
go ;  
Nimque refert Christi proprietate ne-  
cem.  
Ambit spina Rosam : sic pro diademate ger-  
meo,  
Cinxerunt Christi spinea ferta caput.  
Sanguineus flori color est : sic vulnera cir-  
cum  
In toto Christi corpore sanguis iit.  
Non rosa quod rodut, sed quod rodatur vbi-  
que  
Theophilli Raynaudi Pontificia.*

*Spinarum infesta cusvide, nomen ha-  
bet.  
Sic animo Christus tolerat patiente dolo-  
res,  
Pro rabidis fundens hostibus ipse pre-  
ces.  
Concidit estino Rosa sole repente. Furoris  
Marcescit, Patris, Filius igne Dei.  
Ora genisque leuat maculis Rosa perlita ;  
Christus  
Obscura scabies peitora nostra leuat.  
Restinguit calidam Rosa vim. Sub vulnere  
Christus  
Irati exinxit flammae corda Patris.  
Humane prob quàm Rosa dulcis imago sa-  
lutis !  
Parua quidem, abstruse sed nota magna  
rei.*

Apparet horum Verificatorum alterum pro-  
fecisse ex altero, nisi quod posterior est con-  
tractior. Iuuit tamen vtrumque referre, luce se-  
mutua perfusuros ; & vt diutius tam sancta co-  
gitatione pascereur.

*Rosa initiata, in Christi Crucifixi ima-  
ginem, exhibita fidelibus.*

Cum tam multiplex sit Rosæ & Christi  
analogia, meritò cum agitur de animan-  
dis fidelibus ad generosam voluptatum com-  
temptationem, & ieiunij dimidia ex parte de-  
cursi expletionem, ostentatur illis sub Rosæ  
symbolo, Christus in Cruce sublatus. Et  
quia inde maximè splendet Dei bonitas, om-  
nèsq; eius perfectiones ibidem eximè mi-  
cant, meritò magna cum solemnitate & gau-  
dio, exhibetur Rosa. Quod gaudium non est  
quod quis criminetur, quasi absurdè conce-  
ptum ; eo quod mortem Patris, Principis, ac  
Dei, luctus potius & lachrymæ deceant. Vn-  
de viris sanctis, feria sexta, qua Christi passio  
& mors in Cruce obita recolitur, in more po-  
situm fuisse scimus, omne lætitiæ argumen-  
tum auersari. Et nominatim S. Ludouicus I X.  
Rex Gallia, interdixit vlu Rosarum ea die ; vt  
memoria Christi passio, cum tristitia exigere-  
tur. Laudandus optimi Regis animus ; neque  
tamen vsus pro quo stamus, patere crimina-  
tioni iure potest, facileque est eum reprehensi-  
oni subducere, illo ipso modo quo indem-  
nis ab Hæreticorum telis seruaturs Crucis ve-  
neratio : quam illi hostes iurati Crucis Chri-  
sti, exterminatam vellent, eo quod videamur  
in Patrem, ac Principem, & Deum nostrum  
peccare, informis lethi trabem de qua pepen-  
dit, veneratione prosequentes : cum tamen  
aliorum patibulariorum Cruces auersemur ;  
& notemus stultæ criminationis, eos qui  
Christianis astingebant cultum omnium Cru-  
ciariorum, vt refert Origenes. a Hoc telum  
facile rerundimus, contestantes, nos ipsam  
per se Crucem, nec colere, nec in pretio ha-  
bere. Sed Crucem venerari, vt attractu, &  
sanguine Christi sanctificatam ; vt lectulum  
Salomonis ; vt gladium quo Leuiathan &  
serpens vctis à Christo confectus est & letho  
datus ; vt denique iis splendenter præ-  
rogatiis, quas egregij Crucis Encomiastæ  
addensant;

a l. 1. contra  
Celsum post  
medium.

CAP. X. Rosa typus Christi confixi.

a in Psal. 39. b hom. 2. de Ascens. c in prosa de bened. Cerc. d l. de Inc. Ver. c. 8. e l. 4. vitæ c. 18.

f 4. Febr.

addensant; Ephrem præsertim atque Chryso- stomus. His de causis, & hoc titulo, crucem in pretio habemus, deque bonis per eam collatis lætamur, quod est innoxium omnino: Sicut absque labe, lætamur de morte Christi, non provt tamen vitæ Christi succidit, sed provt innumerorum bonorum origo fuit. Sic dicimus, Sanctos Doctores imitati, Ambrosium a, Chrysoptomum b, Gregorium c, Richardum Victorinum d, & salix culpa, qua talem meruit habere Redemptorem. Non reuera culpam exornantes, sed applaudentes diuinæ bonitati, è tanto malo eruenti tanta commoda. Sub hac ipsa consideratione, Constantinus Magnus, referente Eusebio e, edixit, feriam sextam quod in ea Christus morte sua mortem occidisset, festiuam agitari. Id quod S. Auxentius Abbas, cuiusque in cœnobij administratione successores, aded sollicitè curabant, vt solitas expensas operariis de suo penderent; & stipendium suum saluum esse vellet, feriantibus ea die mercenariis, ne præ lucelli cupiditate, festi religionem negligenter. Par ergo nobis est, inter recolendam passionem, causa lætandi; quamvis de ipsa per se Christi morte, & perpeffionibus, ac veluti spinis Rosæ nostræ lugeamus.

Quantum inde calcet ad despuendas voluptates, & splendendum ieiunium.

g Acta S. Pachomij c. 8.

ET indidem potens incentiuum ducimus, eum ad alias imbonitates, cupidè nedum patienter excipiendas; tum nominatim ad ieiunandum. Nam si Christus carnem innocuam tanta pro nobis asperitate tractauit, si fella pro cibo, acetum in potum assumpsit; iustum est, nos corpus mortis huius, quod toties nos Satanæ obætauit, tractare molliter & blanditiis mulcere? Sanctus senex Palæmon g, cum iussisset apparari à Pachomio discipulo escas pro die Paschatis, & discipulus herbas agrestes in cibum collectas aliquanto oleo perfudisset, nunquam adduci potuit, vt vt oleatas herbas degustaret; illud multis cum lachrymis causatus, Dominus meus I E S V S, crucifixus est, & ego nunc oleum comedam? Optimo seni despiciebant omnes delicie, cum recogitabat, qua ratione Christus in cruce carnem suam innocentissimam, asperè habuisset. Ex Epistola Dionysij Alexandrini de hora resurrectionis Christi à Peltano edita, constat, apud veteres Christianos, quò propior erat Christi passio & mors, eò durioribus ieiuniis datam esse operam, ne à capite suo mystico, carnem suam aded asperè tractante, dissentirent.

h orat. de charitate.

Hinc omnium retrò Sanctorum animatio ad omnium imbonitatum alacrem susceptionem, & deuotionem quarumcunque difficultatum quæ multæ & graues sunt in Dei causa. Præiuit omnibus exemplo S. Paulus, qui Pulchritudinis Christi confixi specie captus, amatoriam illam emisit vocem (inquit Theodoretus h. [ Quis nos separabit à charitate Christi? Afflictio, an angustia, an fama, an persecutio, an nuditas, an periculum, an gladius? sicut scriptum est, propter te mortificamur tota die, reputati sumus tanquam oves

occisionis. Deinde ostendit etiam causam tolerantia. In his enim (inquit,) omnibus superamus, propter eum qui dilexit nos. Considerantes enim quinam cum sumus, quam bona accepimus, & quod non nos primi dileximus, sed amati vicissim amauimus; & cum habereimus odio, amati sumus; & cum inimici essemus, fuimus reconciliati, cum non ipsi supplices perissemus vt fieret reconciliatio, sed ad nos legatus venisset Vnigenitus, & qui iniuriam feceramus, inuitati sumus ab eo qui fuerat affectus iniuria: Et præter hæc, reputantes susceptam pro nobis crucem, salutare passionem, mortis cessationem, datam nobis spem resurrectionis. Hæc & quæ sunt huiusmodi considerantes superamus eas quæ in nos incurrunt difficultates: & beneficiorum memoriam conferentes cum ea quæ est ad breue tempus, afflictione corporis, ferimus rerum molestarum impetus. Omnes enim vitæ molestias, cum amore in Dominum, tanquam in trutina conferentes, eas valde leues inuenimus. ] Hæc ipsa ingerit fidelibus Ecclesia, ostentans Rosam in Christi Crucifixi symbolum, vt reliqui ieiunij insuauitatem, iniectu tantæ dulcedinis condiat, quasi dicat cum Chrysoptomo ad ieiunium adhortante [ Labor quidem nobis est, in ieiunando; at nondum pro I E S V Crucifixi sumus. Quare ieiunium pro Cruce est. Maiora ipse tulit; parua nos reddidimus. Crucifixus est propter te, & sitit, & bibit acetum cum felle. In fame educatio, est magnum ieiunium, at nondum quantum id fellis. Et stas in labore? Nondum pendidisti in Cruce. Ne sis ingratus erga IESVM; ne deplora quod ieiunas. Quæ tibi subtracta sunt? Vinum, phlegmatis immunditia, capitis dolor, respirandi difficultas. Vt nunc habent res tuæ? Es in silentio, in lenitate. Color faciei; ieiunij tempore melior, mitior, serenior; vini enim calor, ignis ardor est. Qui non comparitur I E S V, ignorat IESVM Qui repellit ieiunium, ignorat Crucem. ] Exspatiatur in alia quædam ad ieiunij commendationem Chrysoptomus: Tum resumens incentiuum ieiunij de quo agimus, addit. [ Ecclesia ob gratiam ieiunat, Iesv opus agnoscentes, vt potè cum Crucifixo Crucifixi: vt quia patitur cum Domino, & cum Domino glorificetur. Non vt Dominum lugeamus, (viuit enim viuens filius,) sed vt dispensationis confiteamur beneficium. Etsi lugemus quod Crucifixerunt ipsum, non propter ipsam, sed propter audaciam eorum qui id ausi fuerunt. Surrexit ex mortuis, stat in gloria in qua antea cum Patre fuit. Simul erat cum Patre, à quo erat. Non est luctu digna Victoria Iesv: sed ieiunemus nosmetipsos curantes, operamque dantes vt passionum illius participes simus. Agimus quid supra nostram dignitatem, fratres. Quis enim est dignus, vt communice afflictionibus. I E S V? Magnum hoc mysterium, festinemus ad bona, non declinamus ad mala. I E S V Crucifixus est, immortalis Dei filius pependit corpore in Cruce. Non propter seipsum, sed propter te occisus est in ligno. Ieiunauit in ligno, accepit quæ non debuit; posuit corpus pro eo quod accepisti. Concupiscentia victus es; sed bibit pro voluptate, ne sis alienus à regno. Nosti quod Crucifixus est, nosti quod pro te mortuus est.

Confitere

CAP. XI. Ritus Græcanicus pro Rosa.

CAPVT XI.

Ritus sacer Græcanicus media Quadragesima, eodem cum Rosæ initiatione collimans.



SCRIBIT Cuiuspalata d, ex vsu fuisse Græcis, Media Quadragesima, viuificam crucem, (illam ipsam in qua Christus pependit,) è Palatij Ecclesia educere, & per Archidiaconum, populo adorandam proponere per quadriduam; nempe Dominica, feria secunda, quarta, & sexta. Factum id ab eis media quadragesima, habet disertè S. Chrysopt. e Tametsi enim Dominica Mediana apud eos erat tertia quadragesimæ, non quarta vt nobis; tamen id ortum est ex eo quod Hebdomada magna, (quam Chrysopt. f non à longioribus diebus, sed à magnitudine operum sic denominatam docet,) apud Græcos, est extra rationem Quadragesimæ, quam concludunt feria 6. qua Lazari per Christum suscitatio recolitur, vt accuratè exponit Theophilactus g. Vndè cum Græcis quadragesima sit octo hebdomadarum, vt farciant solutionem à ieiunio, diebus sabathi & Dominica apud eos vsurpatam, & vt comprehendant autuarium illud ieiunij quod magna hebdomade obitur, meritò Dominicam quæ nobis est tertia, habent ipsi pro media Quadragesimæ, in qua solemnem ritum, Rosæ initiationi proportionalem, peragere moris fuit, exhibitâ populo viuificâ cruce Domini.

CAP. XI. Ritus Græcanicus pro Rosa.

Al. de officiis aulæ Constâr.

g or. de Cruce media Qu.

f hom. 30. in Genes.

g or. de Cruce media Qu.

Consensio rationum ritus Latini, & Græcanici, in Dominica mediana.

Eodem potè collimasse Græcos solemni illa sanctæ crucis exhibitione, quo Romana Ecclesia per festiuissimam Rosæ ostentationem, intelligere licet ex eo rituali libro Græcorum, cui Triodio nomen, in quo cum hic sacer ritus proponitur, illæ ipse ex parte rationes signantur, quas Latinos spectasse diximus in consecratione, & ostentatione Rosæ. Similitérque varij Græci PP. qui in hanc solemnem crucis Dominicæ exhibitionem, mediâ quadragesimâ, homilias ediderunt in Grefero h collectas, dum festi illius rationes proponunt, magna ex parte easdem attingunt, quas pro exhibitione Rosæ adduximus. Iuuat & ex Triodio, & ex Patribus prædictis, nonnulla in hanc rem libere, vt ritus vtriusque consensio, manifestior euadat; & rationes quas circa Rosæ initiationem ac ostentationem protulimus, ab iis quæ circa crucis exhibitionem adducuntur, robur ac lucè accipiant.

h Tom. 2. de Cruce.

Aptatur ratio prima Innocentij ad sensum Græcorum.

PRIMA ratio, quam ex Innocentio protulimus, sic in Triodio proponitur. [ Quemad-

modum

a orat. 40.

i orat. de resurr. Dom.

e hom. in illud, serò sabathum.

CAP. XI.  
Ritus Græ-  
canicus pro  
Rosa.

modum qui asperâ longâque via confecta, & labore fessi, sicubi arborem umbrosam inueniunt, remittunt nonnihil, & quiescunt; ac tum veluti recentes & integri, reliquum viæ absolunt: sic & nunc ieiunij tempore, in medio laboriosi itineris ac stadij, plantata est à sanctis Patribus, vitalis Crux, quæ remissionem ac refrigerium nobis præbeat, expeditisque, & leues ad cæterum laborem, & defatigatione pulsâ reddat. [Affinia illa ex Anonymo sermone de adoratione Crucis media Quadragesima. [Habemus persecutores acerbos, inuisibiles hostes, qui nos quotidie perturbant, & concitant, & mandata Dei exequi prohibent. Ne ergo effæminemur, obsecro; neque molles existamus, & cedamus luctu & fraudi, sed generosè, & virili animo congregiamur, ut etiam æternam gloriam, & rectam viam virtutis vitalis crucis consequamur. Hoc est lætium illud festum, & celebritas quam hodie agimus omnes Christiani, ac Domini crucem, dulci cum affectu adoramus & osculamur. Etenim quemadmodum fessi de via sicubi inueniant fontem aquæ perspicuum & purum, ac super eum arborem floridam foliisque & frondibus densam & delectabilem, susurrantem Fauonio leniter impellente, ibi diuertunt, & aliquantulum quiescunt; deinde recentes & redintegratis viribus, reliquum viæ citra laborem conficiunt; ita & hoc lætium festum venerandæ crucis adorationis, quod hodie agimus, eum arborem floridam & frondosam, ac virtutibus omnibus velut foliis conferta, & circumdata, in Ecclesiæ Christi medio posita, omnes conuocat ad spirituale conuiuium & epulum gaudij plenum, & in medio quadragesimæ à diuinis Patribus plantatum, laborantes & oneratos flamma & æltu continentia, refouet ac suscitatur.]

Item secunda, & tertia, ac quarta ratio, superius proposita.

**R**atio secunda proponendæ fidelibus Rosæ, quam supra dedimus, à Philotheo Constantinopolitano homilia de cruce media quadragesima sic proponitur. [Cum quispiam ad præsentis vitæ delicias & voluptates intentus, recusat pati pro Christo & veritate & iustitia, splendideque viuere studet in hoc mundo, etsi opus habeat, etsi gloriam, etsi copiam pecuniarum, etsi aliquid aliud eiusmodi; quid inde utilitatis ad eum redit, animâ perditâ? Præterit enim figura huiusmodi, & vimbrarum instar, inclinatur deliciae, & diuitem opes auolant, &c. Hæc ergo scientes charissimi, abnegemus nosmetipsos, propter Dominum. Nihil eo potius ducamus, non opes, non luxum, non gloriam, non corporalem vitam, non ipsam vitam, sed ne huic quidem parcamus propter ipsum. Sequamur Dominum nostrum, cruce eius in humeros sublata, corporales motus sensusque mortificantes, configurati morti eius, &c. Ne ergo effæminemur, obsecro, neque languescamus, neque cedamus colluctationibus Satanae, sed generosè & virili animo resistamus eis, atque accingamur.]

Proposuit superius, obiectum æternæ

felicitatis, in Rosa mystica expressum. Et hunc in crucis exhibitione proponit Triodiam, verbis illis. [Quod sit in Regis aduentu, præcedunt signa illius & sceptri; deinde & ipse aduenit lætus victoria, & exultans congratulantibus subditis. Ita etiam Dominus noster IESVS CHRISVS demonstratur paulo post deuictæ mortis trophæum, & cum gloria processurus die resurrectionis, præmisit sceptrum suum, Regium insigne, viuificam crucem, quæ nos gaudio & solatio perfunderet, ac præpararet, instrueretque: ut ipsum quoque Regem iam suscipere, & splendide triumphantem de prædicarem. In medio porro S. Quadragesimæ, hoc sit, propterea quod Merithæ fonti, similis est quadragesima, propter afflictationem, acerbam, ac molestiam, quæ nobis ex ieiunio existit. Ut ergo in medium eius fontis diuinus Moyses lignum illud coniecit, cumque dulcem reddidit; sic & Deus qui nos per spirituale mare rubrum ducit, & à Pharaone liberat viuifico ligno venerandæ & vitalis crucis, dulcem facit Quadragesimalis ieiunij acerbam, ac molestiam, velut in solitudine degentes; donec ad spirituales Hierusalem, per resurrectionem perducatur.]

Exemplum Sanctorum ieiunio per Christum signato insistentium per quadragesimam plenam superius adductum a, attingit Theophilactus b; qui creationis secundæ (quæ est traductio à malo ad melius,) prudentes Architectos statuit Sanctos; qui verbo & exemplo omnia quæ ad Ecclesias pertinent; disposuerunt in spiritu sapientia, non minus quam Beſeleël ille quæ ad perituum tabernaculum pertinebant: ac præter cætera, crucis adorationem mediâ quadragesimâ religiosè obeundam, edixerunt ut per Christi merita, Sanctorum imitatione plenè detersi ab omni macula, puri ac nitentes, per omnia Deo placeamus. Sancti igitur, (iuxta Theophilactum,) probè gnari quæ sit ieiunij à Christo propter nos suscepti opportunitas ad omne bonum, & ipsi accuratè ieiunium quadragesimale, Dominici ieiunij imitationem continens, obiuerunt, & alios obire verbo & exemplo docuerunt. In quam rem, hoc præter cætera incitamentum exhibitionis viuificæ crucis, adhibuerunt. Hæc recidunt in ea, quæ probata sunt binis capitibus, de ostentatione Rosæ excitandis fidelibus ad ieiunij expletionem, exemplo Sanctorum; cum sigillatim, tum communiter allegatorum.

Ac denique rationes aliæ Christum spectantes.

**Q**uæ reliquis capitibus de mystica Rosæ significatione ad scopum propositum sunt adducta ex Christi consideratione; à Græcis circa crucis, ostensionem diligenter annotantur. In Triodio sic habetur. [Dominica tertia ieiuniorum, adorationem celebramus venerandæ ac viuificæ crucis, hanc ob causam. Quoniam enim per quadragesimale ieiunium, etiam nos aliquo modo crucifigimur, mortificandis passionibus, cum quodam acerbatis ac mortis sensu, animique deiectione,

ctione, proponitur veneranda ac viuifica crux quæ nos veluti refrigeret, suffulciat, & commonefaciat passionis Domini nostri IESVS CHRISVI, & confoletur illa cogitatione; si Deus noster, nostra causa crucifixus sit, quantum oporteat nos ipsius causa facere? Lenet denique labores nostros, propositis Domini tribulationibus; & recordatione ac spe gloriæ per Crucem consequendæ. Ut enim Saluator noster, cruce concessa glorificatus est per ignominiosam circumductionem, & cruciatuum acerbam, ita oportet & nos facere, ut cum eo glorificemur, etiam si quid interea patiamur molestiæ. Inferius. [Quoniam crux lignum vitæ dicitur, & est; illud verò lignum in medio Paradisi terræ Eden plantatum erat; conuenienter diuinissimi Patres, crucis lignum in medio sanctæ quadragesimæ plantauerunt: simul ut nobis, & Adæ edacitatem in memoriam reuocarent, & quemadmodum per præsens lignum creptus sit, adambarent. Hoc enim si degustamus, non amplius morimur, quin etiam in vitam nascimur. Eius virtute Christus Deus, & nos à Cacodæmonis conserua insulcibus; & diuinam passionem tuam, ac vitalem Resurrectionem adorare dignare quadragesima facile transacta; & miserere nostri, ut potè solus bonus, & humanus.]

a or. de cruce  
media Quadr.


Philotheus a Constantinopolitanus, ad eandem mentem sic habet. [Hanc diuinam & viuificam crucem, sancti ac diuini Patres nostri, & Doctores, quod pro præsidio & custode haberent, scirentque murum & munimentum piorum esse minimè dedecens: in media ieiuniorum hebdomade proponendum, & à fidelibus adorandum, colendum, & exosculandum decreuerunt, ut spiritualia virtutis opera iam peracta, ab aduersariis continentia conseruaremus, & custodiremus tuta & inconcussa; Ad ea verò quæ peragentur deinceps, nos adiuuaremus, & excitaremus, illaque summa & immobilia constitueremus. Quocirca nos quoque cruce Domini, adiutrice inuocata, propositum ieiunij certamen absoluere, atque perficere studeamus, omnibus carnis passionibus & motibus crucifigendis & mortificandis, Dominique præcepta ac mandata sequi enitiamur, magna cum alacritate & feruente voluntate.]

b or. de cruce  
media Quadr.

Egregiè denique in eandem sententiam Theophilactus b. [Quæ hæc temporis præfinitio, ut neq; prius, neque posterius, sed in media quadragesimâ; hæc communis omnibus crucis adoratio, decreta sit? An perspicuum est, & hoc à Spiritu sancto proficisci? Nam cum non ignoret, humanam naturam ita comparatam esse, ut plerumque magno ardore aliquid auspicietur, non æquali autem gradu postea procedat, sed velut torpescens id vnum agat, ut nihil agat: idcirco ne ieiunij stadium promptè & alacriter ingressi, eursum deinceps remittamus, crux in medium proponitur, ut præteritos labores excipiat, & ad futuros corroboret. Cuiusmodi quiddam in gymniciis certaminibus factitant illi qui athletas vel verè fessos, vel opinione aliorum fatigatos, ac elationibus & adhortationibus suis excitant: & ut illis qui sæpè in medio cursu subsistunt, cruciatuum magni Dei & Saluatoris no-

stri, in memoriam reuocet, & velut Doctor prælesque certaminis, probè currenti, his verbis stimulos subiiciat: Si Dominus crucifissus est, si felle potatus, si lancea latere perfossus; si quidquid vel rerum vel cognomentorum ignominiosum erat, id pertulit, ne tu concidas, neque commoueantur pedes tui à manu & actione peccatoris; neque effundantur gressus tui: sed curre per patientiam ad propositum tibi certamen.]

Manifestum est ex dictis, ritum Græcanicum monstrandæ mediæ quadragesimæ S. crucis, eundem habere scopum propositum, cum ritu Latino de Rosa initiata. eodem tempore ostentanda fidelibus. Sicque duo Seraphin, alterum ad alterum clamare, excitando & vrgendo fideles ad obsequium ieiunij plenum Deo pendendum, ne fracti fatigatione ieiunij antecedentis, cadaunt animis.



## CAPVT XII.

Communitio antedictorum, depulsio prætextibus carnis sibi ablandientibus, aduersus ieiunij quadragesimalis obseruationem, sedum expletionem.



**N**e incassum hæctenus laboratum sit, dispellendum superest, munimentum excusationis, qua plerique ignaui Christiani, non modo aduersus ieiunij quadragesimalis absolutionem ac consummationem se tuentur; sed etiam ut prorsus ab eius obseruatione immunes abeant, omni studio annuntantur, parum solliciti de monito illo Sancti Ephremi, Angelos esse qui per singulas Ecclesias describunt ieiunantium nomina. Id quod etiam Basilii de posteriore ieiunio homilia annotauit. Aiunt ergo ignaui illi quos dicebam, incentiua omnia sanctè obseruandi, vel explendi ieiunium quadragesimæ, potentia esse & planè efficacia quoad eos qui sunt integris viribus: se autem quominus legem ieiunij exequantur; valetudine impediri. Nam aut stomacho sunt debili; aut discrimen timetur phthiſici affectus præ delicata & tenera corporis constitutione, quam ieiunium atteret, & carnis abſtinentia labefactabit, aut grauedine copiosa infestantur, cui ab esculentis per tempus quadragesimæ vsuariis, accedet vbertas maior, in sanitatis cladem, & vitæ discrimen; aut ab illis dapibus quas Christianus castus præscribit, naturâ abhorret, aut inolita consuetudine in naturam versa cui obniti periculosum sit, prohiberi se iuste putant, legis ieiunij obseruatione, accedente Medici iudicio, idque probantis Confessarij autoritate, quibus præuis non sit timendum labendi periculum. Agnosco voces ablandientis sibi carnis, & Satanae laqueos prætextu necessitatis oblectos; sed facile est fraudi occurrere, non vocando in dubium, an qui ex graui causa

CAP. XII.  
Rosa fru-  
ctifera sti-  
mulus ieiunij.

alicuius



CAP. XII. alicuius ex antedictis, alteriusve similis, im-  
peditur obseruatione ieiunij Quadragesima-  
lis, eius lege exoluatur. Hoc enim suppono vt  
ratum apud Doctores, quia lex ieiunij, cum  
sit rationabilis; non vrget cum grauis damni  
periculo.

*Impugnatio mollium Christianorum, ab-  
legantium inualetudinem, petenda  
hic tantum, ex astu Satanae.*

**E**o igitur extra controuersiam posito, præ-  
cludendum duntaxat superest, propositum  
mollium & ignauiorum Christianorum effu-  
gium: quod non intendo præstare adducen-  
do ieiunij laudes, quas petere licet ex diuina  
approbatione in Scripturis multipliciter pro-  
dita, & ex vtu ac praxi omnium retro San-  
ctorum, cum veteris, tum noui Testamenti;  
ac etiam quoad ieiunium quadragesimæ, ex  
Christi exemplo, & sensu Sanctorum, vari-  
isq; rationibus quas addensant hæreseolo-  
gi, Casto, Clytæus, Camerarius, Bel-  
larminus, Coccius, & præuerunt Patres in  
homiliis de quadragesima, vel eius initio ha-  
bitis, qui multi sunt & graues ac primæ notæ.  
Siquidem habemus de ieiunio quadragesima-  
li, binas S. Basilij homilias, vt colligitur ex  
secundæ homiliæ initio. Item Eucherij homi-  
liam vnam. Cyrilli Hierosolymitani cateche-  
ses ferè omnes eo tempore sunt habitæ, vt  
colligitur ex Cathec. 18. apud S. Ambros. sunt  
omnino multi de quadragesima sermones. pu-  
ta 23. 24. 25. 26. 33. 34. 36. 37. 38. S. Augustinus  
multus quoque est in hoc argumento à sermo-  
ne 64. de temp. ad 108. S. Chrysost. primam  
homiliam ad populum, & aliquot sequentes;  
item 16. & 18. ad popul. habuit in quadrage-  
sima, de qua etiam S. Leo habet sermones 12.  
& Chrysost. serm. 7. 8. 11. 12. 13. 41. 42. 43. 44.  
166. Valerian. Cemesiensis sermonem vnum  
qui numero est 19. sunt & S. Bernardi sermo-  
nes quatuor. Ab his & aliis, petere licet quæ  
ad ieiunij & quadragesimæ fructus, & dignam  
omni accuratatione obseruantiam pertinent,  
quorum pleræque adduxi vniuersa hac lucu-  
bratione. Et multa etiam protulit Drexelius  
in splendida simul & amœna lucubratione de  
ieiunio, cui titulum fecit *Aloë anari, sed sa-  
lubris succi*. Sed quod his dimissis in præsen-  
tia vrgendum suscipio, illud vnum est, quod  
ad Satanae artes, & carnis lenimenta pertinere  
contendo; nec spectat ad disceptationem cum  
Hæreticis; vel ad exponendam ieiunij qua-  
dragesimalis dignitatem & sanctitatem Ca-  
tholicis.

Quod igitur ad carnis & Satanae artes per-  
tinere hac in parte dico, est quod multi; pla-  
nquam multi, imbecillitatem suam falsè  
causantur: & cum possent, si vel minimum  
connti vellent, legem sanctam, & commu-  
nem Christianorum vsum seruare, fingunt si-  
bi laborem, imò necessitatem inuitabilem in  
præcepto. Quæ est aperta sui ipsorum impla-  
natio. Nam re ipsa plus esse in natura virium,  
quàm arbitremur fastidientes laborem, Pela-  
gius Epistola ad Demetriadem eleganter de-  
monstrat. Et quanquam eius ratiocinatio,

quod attinet ad actus supernaturales, ( quibus  
S. Athan. informans virginem, ieiunium an-  
numerat; vtique ratione actus interni ieiunium  
imperantis,) auerfanda est tanquam planè fal-  
sa & hæretica: tamen ex stercore quoque legi  
autum potest. Itaque eius disputatio vsui  
esse potest quoad ea quæ non superant vires  
naturæ, in quibus plerumque palpamus nos,  
causantes impossibilitatem, cum esset agno-  
scenda nostra ignauias: Quoad ea verò quæ  
vires naturæ excedunt, cum adlit gratiæ ro-  
bur, quod per benignitatem ad manum est,  
frustra causamur impossibilitatem: quia quod  
per amicam manum possumus, censuram per  
nos ipsos posse; nec est qui nequeat cum Apo-  
stolo dicere, *omnia possum in eo, qui me con-  
fortat.*

Sed aduersus impossibilitatem, quam in  
hoc genere causantur plerique, consuantes  
sibi ex ficulneis foliis perizomata, vix potest  
iustius & fortius quippiam vrgeri, quàm diui-  
num mandatum; ex quo aut immediatè, aut  
(quod ad rem præsentem perinde est, medi-  
atè, ac per Apostolos & Ecclesiam Spiritus  
sancti internunciam, ieiunium Quadragesimæ  
indictum esse, supra vidimus Caluinum ac Se-  
ctarios, causantes Dei præcepta, vel etiam  
consilia, esse seruatu impossibilia præ summa  
nostra imbecillitate, damnant blasphemice  
Hæreseologi. Et meritissimè, cum Deum in-  
iustitiæ & crudelitatis insimulet illa peruersi-  
tas. Non est tamen huc aduocanda disputatio  
aduersus eam impietatem: quia illi cum qui-  
bus agimus, ( quippè Catholici, ) non obten-  
dunt impossibilitatem omnimodam parendi  
huic præcepto; sed tantum summam qua la-  
borant difficultatem, cui gratis induit nomen  
*impossibilitatis*. Non enim sunt ex illis fortibus,  
quos verè robustos, & in Dei tebus mares  
licet dicere: sed femineam infirmitatem præ-  
ferunt, ratione cuius, quantumvis barba sint  
promissa, ab Origene a denominantur *ju-  
mine*.

a hom. 9. in  
Iohæ ad sint

*Lex de obseruatione Quadragesimæ, non  
potest dici supra vires hominis,  
absque Dei iniuria.*

**I**taque illa potius opportuna huic loco est  
disputatio, qua vt loquitur creditus Cy-  
prianus, in omnibus Dei præceptis atque con-  
siliis homini ad exequendum propositis, euin-  
citur, complecti se simul possibilitatem & fa-  
cilitatem Probat hoc luculenter, eo ipso lo-  
co creditus Cyprianus, b Hieronymus, c  
Chrysostomus, d Hilarius ad illud, *latum man-  
datum tuum nimis*, Augustinus. e Ego illum  
ipsum quem paulò ante referebam Pelagium  
adduco. Is præfatus vilibus duntaxat Dominis  
à famulis obltrep; nobiles autem & potentio-  
res, tanto obsequentiores habere famulos,  
quanto duriora præcipiunt, & pro mandatis  
dignitate, seruitium beneficij loco duci, sub-  
iungit. [ Nobis verò Deus ipse æterna illa Ma-  
iestas ineffabilis, atque inestimabilis potestas,  
sacras literas, & vere adorandos præceptorum  
suorum apices mittit, & non statim cum gau-  
dio & veneratione suscipimus; nec pro magno  
ducimus

b serm. de bap-  
tismo Chri-  
sti ad sym-  
e in cap. 5.  
Math.  
d ho. 8 de pæ-  
e i. de natu. &  
grat. c. 69. &  
in Psal. 56.

ducimus beneficio, tantæ ac tam illustris po-  
testatis imperium, maxime cum non iubentis  
queratur commodum, sed vtilitas subsequen-  
tis? Verum è contrario, fastidioso ac remisso  
animo, superborum ac nequam seruatorum mo-  
re, in os Domini reclamamus ac dicimus; du-  
rum est, arduum est; non possumus; homines  
sumus, fragili carne circumdamur, ô cæcam  
infaniam, ô profanam temeritatem! Duplici  
ignorantia accusamus Deum: inscientiæ, vt  
videatur nescire quod facit, nescire quod ius-  
sit, quasi oblitus fragilitatis humanæ, cuius  
autor ipse est, impulerit homini mandata  
quæ ferre non possit, simulque ( pro nefas! )  
adscribimus iniquitatem iusto, pio crudelita-  
tem: Dum, eum primò impossibile aliquid  
præcepisse conquerimur; Deinde pro his dam-  
nandum putamus hominem ab eo, quæ vitare  
non potuit; vt, (quod etiam suspicari sacrile-  
gium est, ) videatur Deus, non tam salutem  
nostram quæsisse, quàm penam. Itaque Apo-  
stolos sciens à Domino iustitiæ & maiestatis,  
nihil impossibile esse præceptum, aufert à no-  
bis vitium murmurandi, quod tunc vtique  
nasci solet, cum aut iniqua sunt quæ iubentur,  
aut iubentis minus digna persona est.  
Quid tergiuerfamur incassum, & præcipienti  
opponimus naturæ fragilitatem? Nemo magis  
nouit mensuram virium nostrarum, quàm  
qui ipsas vires nobis dedit: Nec quisquam  
melius, quantum possumus, intelligit, quàm  
qui ipsam virtutem nobis, quæ possit, dona-  
uit. Nec impossibile aliquid voluit imperare  
qui iustus est; nec damnaturus hominem fuit  
pro eo quod vitare non potuit, quia pius est.  
Hæc disputatio, tametsi de cœnoso fonte hau-  
sta, illimis est, validèque vrget allegantes suam  
infirmitatem; cum deberent suam mollitudi-  
nem, & ablanditionem qua carnem suam  
mulcent, insimulare.

*Experimenta in contrarium.*

**V**T iniquitas huius exultationis plenius  
manifesta fiat, constetque, talia cautân-  
tibus, multò plus virium suppetere, quàm exi-  
gatur ad legis, de qua agimus, obseruationem,  
possunt allegari exempla tam multorum ead-  
dem carne constantium, qui longè austerius  
quàm lex ista præscribat, ieiunium Quadra-  
gesimæ obierunt, cum sanitatis indemnitate:  
vt de antiquis plerisque Anachoretis est ex-  
ploratum, quorum in superioribus vidimus  
omnino stupenda fuisse ieiunia Recentius est,  
sed illustre, quod de S. Dominico in ora To-  
losana aduersus Albigenes hæreticos sollici-  
tissimo, traditur à Theodorico de Apoldia, in  
sancti viri rebus gestis, a sic scribente. [ Tota  
illa Quadragesima, ieiunans, pane solo & aqua  
vixit, neque cubauit in lecto suo. Adueniente  
autem Paschate sancto, & viribus erat robu-  
stior, & facie elegantior. Inuisibili enim intus  
pastus erat alimento; & sicut adipe & pingue-  
dine, diuina suauitas eum repleuerat, è cuius  
redundantia corpus infirmum confirmaba-  
tur. ] Ludit plerumque diuina Sapiencia in  
aduersariis sapientiæ potentiaque, (id est stul-  
Theophili Raynaldi Pontificis.

a lib. 1. c. 11.

titia & impossibilitate, ) materias operationis  
suar instituens, vt dixit Tertullianus b. Sic ex  
leguminum esu, & gelidæ aquæ potu, reddidit  
corpulentiores, & succi boni pleniores, tres  
adolecentes, præ aliis qui vescebantur cibo  
regio. Est etiam in eam rem lepida narratio  
apud Vincentium, qui ex Heluando illam  
exscripsit, & ex vtroque Nider c. Volo  
præterea exemplum proportionale adhi-  
bere, vt appareat magna Dei prouidentia  
interdum, sanitatem & cœxiæ conciliari,  
vnde macies & mors timenda videbatur. Re-  
latio de peste Florentina anni 1630. prodit,  
Robertum à Prato Ord. Minorum de Obser-  
uantia, ætatis annorum quinque supra trigin-  
ta, sed aded attritum, vt senex decrepitas &  
capulare filicemium videretur, planè canum,  
inisse Nosocomium peste contactorum, addi-  
ctum gestando S. Crucis vexillo ante tumu-  
landos. Is peste mox cōtactus, conualuit; & sa-  
cramentis ministrandis institit, quandiu lues  
durauit. Ea extersa, & agris vacuato Nosco-  
comio, domum rediit, pilo nigro, plenus bo-  
ni succi, ac optimè vigens. Geminum ergo est,  
quod Deus per ieiunium vires cumulet, & in-  
dat vigorem. Itaque perperam galones inglu-  
uiei suæ ablandiuntur, causantes timorem  
corporei incommodi.

Quid quod plerumque, lurcones ipsi, vel vi  
adacti, vel penuria pressi, monstrant se plus  
potuisse quàm crederent, aut se credere finge-  
rent? Est in hanc rem exemplum luculen-  
tum, his verbis expressum in Actis S. Nober-  
ti. [ Erat quidam ad obedientiam promptus,  
in oratione deuotus, in ieiunio assiduus, ita  
vt per totum annum ieiunaret, tam ætate  
quàm hyeme, & à nullo cogi posset, vt alter-  
ram interdum perciperet refectioem, nisi die-  
bus Dominicis, quibus tamen non nisi cru-  
dum quid sumebat, & non aliquam coctio-  
nem. Sed cum id omnes mirarentur, & tanta  
eius abstinentiæ & continentiæ virtus vbique  
in laudem eius prædicaretur, affuit Satan, oc-  
cultè ponens insidias, vt nouum militem pro-  
sterneret. Nam quarta feriâ in capite ieiunij,  
cum deuotione cunctorum fidelium, absti-  
nentia Quadragesimalis indicitur, tanta fames  
& gulæ voracitas eum inuasit, vt diceret se  
nullo modo posse ieiunare; planèque more-  
retur, si à lacte & caseo cogere abstinere.  
Cui cum diceretur, *quid est Frater? sacrum  
& annum ieiunium est; & non fas alicui,  
etiam seculari, bis reficere*. Ille toruo vultu  
& lupina rabie respondebat, Numquid vult  
Deus hominem mori, subrahendo illi quo-  
cunque tempore, quidquid ad vsus eius crea-  
uit, & necessitas sumere compellit? quid plu-  
ra? Aberat Pater Northbertus, & fratres ad-  
huc rudes qui ad huiusmodi insultus arma  
ferre non consueuerant, multimodis supplica-  
tionibus hoc tandem ab eo impetraverunt, vt  
bis & quantum vellent, cibum Quadragesima-  
lem comederet, timentes ne illud improp-  
erium in publicum exiret, quod tam arcta &  
subita religio, vel secularium consuetu-  
dinem in suis conuersis non seruaret. Cum  
ergo transissent quadragesimales dies, & ad  
celebrandum Pascha homo Dei reuertetetur  
Præmonstratum ad fratres suos, ad introi-  
tum ipsius vallis, horror nimis inuasit eum,

CAP. XII.  
Rosa fru-  
stifera, sti-  
mulus ieiunij,  
b1. de baptis-  
cap 1.  
c1. de re-  
for. relig. c. 4.

CAP. XII.  
Rosa fructi-  
fera, stimu-  
lus ieiunij.

& ventrus turbini circumvallavit eum quasi ventus veniens ab Aquilone; & ipse statim sentiens, secum venientibus, malignam prædixit adesse tentationem. Peruenienti autem, fratres trepidi narraverunt quid actum esset. At ille dolens, & heu me, ingeminans, In meam (inquit,) miseriam, & in detrimentum animæ fratris, & ad translationem nostræ infipientiæ, in hoc consentire voluistis; atque per hoc locum Diabolo, nisi viriliter ei resistatur, ad disperdendum dedistis. Vbi est, (inquit,) ille? qui cum adduceretur, vix se sustentare præ nimia pinguedine poterat: & velut vesica turgens, edacitatis Spiritu plenus, non nisi toruis oculis, Magistrum quem super omnia diligere solebat, respicere valebat. Videns ergo vitæ, cui Deus discretionem spirituum dederat, id non esse infirmitatis humanæ, sed tentationis Diabolicæ, statim vetuit omnino quicquam ei dari. Qui postquam per aliquot dies ieiunavit, ubi reddita est ei quarta pars rudioris panis, & vas aquæ ad mensuram, pro summis deliciis computavit. Et sic ad pristinam consuetudinem bene & moderate vivendi, Deo per Magistrum suum subueniente, rediit.]

*Observatio Quadragesimæ, potius commoda sanitati & longævitæ.*

EX proposito exemplum liquet, quo spiritus agantur plerunque, qui violationi ieiunij necessitatem obtinent, ita ut cum gravibus infirmitatibus conflatur, aut etiam vita excessuri sibi videantur, si legi ieiunij quadragesimalis obtemperent. Quare propositum exemplum quod in hanc rem appositissimè facit rectè æstimanti, liquebit ipsorum molliculorum experimento deprehendi, non deesse illis sufficiens robur ad observationem quadragesimæ, sed tantum deesse voluntatem. Id quod etiam optimè monstrat Ioannes Nider *a* in sexti præcepti expositione, ex eo quod illi ipsi qui causantur ad hanc rem defectum virum, variis aliis occasionibus, per hoc ipsum tempus ostendunt suas vires corporeas, siue ad saltandum aut currendum, siue ad plerisque ludos operosos, quos ita alacriter obeunt, ut liqueat eos esse à corporeis viribus optimè instructos. Quomodo igitur circa solam quadragesimæ observationem, causantur se viribus destitui? Itaque huiusmodi molles rectè admonebat S. Basilius *b* [Noli imitari Eux inobedientiam, noli rursus serpentem adhibere in consilium, quidum gratificatur carni, cibum suggestit. Ne causeris corporis infirmam valetudinem; ne dixeris te ieiunium ferre non posse. Neque enim mihi istas excusationes proferas, sed iuxta proverbum scienti loqueris, nimirum Deo, quem nihil fugit. Age dic mihi, ieiunare non potes, & potes expleri edulis: potes conficere corpus esearum pondere? Atqui infirmis non variam ciborum copiam, sed inediã, & abstinentiam à Medicis solere præscribi, scio. Qui sit igitur, ut cum ista possis, illa te non posse causeris? Vtrum ventri facilius est tenui victu transmittere noctem, an copia

*a* c. 8. n. 7. & l. 1. de reform. rel. cap. 4.

*b* ser. 1. de ieiun.

ciborum grauatam iacere? Imò ne iacere quidem, sed crebrò huc & huc verti, distentum ac gementem. Nisi fortè simul distentus es illud, quod Naucleii facilius seruant nauim sarcinis onustam, quàm eam quæ ad cursum expedita est ac leuis. Nam oneris magnitudine grauatam, quamvis exiguis fluctibus adoriens, demergit. Contra, quæ modicis sarcinis temperata est, facile suffert vndarum impetum: eo quod nulla res impedit eam, quominus fluctum in altum surgentem superet. Eundem ad modum, & hominum corpora, assidua expletione degrauiata, facile à morbis demerguntur: Cæterum quæ facili levique vtuntur alimonia, non modò malum quod à morbo imminente expectabatur, veluti tempestatis assultum, effugiant, verum etiam præsentem iam ægri tudinem, veluti turbinem quendam exorientem, discutunt. Videlicet iuxta ritam sententiam, laboriosius erit quiescere quàm currere, & otiosum esse quàm luctari: Si quidem iudicas congruentius esse, infirmos deliciis expleri, quam parco tenuique vi victu. Nam naturæ vis quæ dispensat alimoniam animantium corporibus, temperatum ac parcum victum facile concoquit, & in corporis, quod alitur, substantiam vertit. At eadem ubi sumptuosos variòsque cibos complexa est, nec deinde ad conficiendam eduliorum portionem pares vires habet, diuersa gignit morborum genera.]

Tantum igitur abest, ut aduersus ieiunium allegandus sit metus oblædendæ sanitatis, ut potius ad fovendam promovendâque sanitatem, sit amplectendum; meritòque Ecclesia, confirmet solumne Quadragesimæ ieiunium, animabus corporibusque curandis, salubriter esse institutum. Mentionem igitur impingit Ecclesiæ, quisquis aduersus ieiunij observationem, obtendit periculum accersendi morbos, & vitæ ex ieiunio breuiandæ. Memini verò è contrario diffusè *c* monstrare, abstinentiam esse sanitatis matrem. Benè multos antiquos abstinentissimos, idècòque longæuos & morborum expertes, collegit Lessius in Hygialico. Vnum superioris sæculi exemplum quod suggerit Spiritus Roterus, Tolosæ de fide Quæritor, in opere quod inscripsit, *Præconium Quadragesimæ*, nolo præteritum. [Degebat (inquit,) Tolosæ ab hinc aliquot annis, muliercula quædam ex oppido cui nomen *Vride folium*, agri Tolosani, orta: quam quia Polychronia erat, & quadragesima supra centum attigerat annos, *Sybilam* vocabamus. Hæc tamen ita longæva foret, pronepotisque haberet canos, nullo dente carebat, integròque erat aspectu atque auditu: altero tantùm oculo paulo illachrymante, baculo innitebatur; non virum imbecillitate, sed quia cum de lectulo surgeret, ut referebat, inuerso stapede, crure obtrito, rectò prohibebatur gressu. Mirum ut erat intrepida, faceta, expediti prolixique sermonis, ut erat memor rerum antiquarum, vicissitudinumque quæ suo tempore contigerant. Nec secus de annorum multitudine, quàm diuites de agrorum, aut fastuosæ mulieres de gemmarum, monilium, aut vestium varietate gloriabatur. Infantes aut pueros ferè omnes, etiam prouectos vocitabat, Appari-

*c* l. 6. de virtutibus à n. 78.

*a* hom. 2. de ieiun.

*b* l. de Elia & ieiunio c. 8.

Apparitorum duntaxat vnum propè centenarium, lippum, suffocinatâque tibias trahentem, & Monachum quendam nonagenarium, edentulum, ac cœcipientem, vtunque synchronum cœtaneorumque nomine dignabatur. Herbaria erat Pharmaciæque non ignara; à qua cum aliquandò percunscaret, quibus radicibus aut potionibus vsa, tot annos viribus minime destituta expleuisset: rogare inque ut eas occultas Naturæ virtutes quibus suam adeò vitam prolongauerat, nobis communicaret, subridens, huiusmodi responsum reddidit. Duo (inquit) Pharmaca hos mihi longos peperere dies: alterum quod abstemia semper fui, & solo aquæ potu delectata. Alterum quod ab anno meæ ætatis quarto supra decimum, quo primas meas celebraui nuptias, vnico pastu interdiu vsa fui; nec me Sol vnquam nisi postmeridianus, manducantem vidit. His artibus centum quadragesima annos supergressa sum eoque vigore me adhuc fultam sentio, vt si non casu pes mihi læsus esset, recto gressu procederem, omniâque muliebria munia peragerem.]

*Medici quoque Aspulati, præter Cornarium sectarium, & Fuchsum Apostatam.*

PERPERAM itaque, aduersus abstinentiæ Quadragesimalis obseruationem, obtenditur periculum minuendæ vitæ & oblædendæ sanitatis. Prouocabat aduersus erroneum hunc sensum S. Basilius *a*, ad Medicorum iudicium, cum omnibus personarum conditionibus commendans Quadragesimale ieiunium, morboris præter cæteros diceret. [Excipite malè valentes sanitatis matrem. Qui bona estis habitudine, excipite bonæ habitudinis custodem. Interroga Medicos, ac dicerent tibi, nihil est periculosius habitudine corporis extreme bona. Ideoque qui peritissimi sunt artis, per ieiunium detrahunt redundantiâ; ne vis naturæ, pondere corpulentia fracta succumbat. Studiosè quidam per inediã detractis superiacuis, locum faciunt virtuti nutritiæ ad nouam alitram altitram, ac de integro faciendum corporis incrementum. Adeò in omni serio negotio, in omni corporis habitu, ieiunij præsto est utilitas.] Contestatur item S. Ambrosius *b* iuxta Medicorum scita neminem vnquam ob ieiunium incurrisse morbum. [Ieiunium (inquit,) est infirmitatis leuamen, alimentum salutis. Nemo cruditatem ieiunando incidit, nullus per continentiam ictum sanguinis sensit, imò nullus non repressit & repulit. Bonum itineris viaticum, bonum totius vitæ, &c. Qui graue dicunt ieiunium esse, respondeant, quis ieiunio defecerit. Multi prandio, plerique quod vomunt epulum, fudere animam. Quod postremò animal ieiunium sibi causam fuisse mortis ingemuit?] Equè Chrysolomus, cum alios omnes, tum nominatim Medicos adhibet ieiunij encomiastas, & ad morborum depulsionem sanitatisque conciliatorem esse vtilissimum confirmat.

Non inficor tamen, fuisse vnum & alterum inter Medicos, sed impios & ab Ecclesia segrege, qui meticulosè circa valetudinem *Theophili Raynandi Pontificis.*

mollitudini ignauorum Christianorum suffragantur; Ianum dico Cornarium, & Leonardum Fuchsum. Ille *c* ab ignorantia suæ euulgatione orsus, queritur nouo inuento obtrusam esse Quadragesimam. [Ades huc, (dicam enim cum Basilio *d*) ac per historiam decurrens, vestigia ieiunij antiquitatem. Neque enim recens inuentum est, sed pretiosus Theophrastus à maioribus repositus ac traditus. Quidquid vetustate præcellit, idem venerabile est; Reuerere igitur ieiunij canitiem.] Per singula Christiana secula, eius vsus in Ecclesia viguisse, Iacobus Gualterius *e* demonstrat. Et Patrum cuiusvis ex istis seculis testimonio, idem firmat Coccius *f*. An igitur nuperum est ac recens inuentum, quod cum Christiana Ecclesia natum, ab ipsis Apostolis, Christi imitatione est constitutum? Ignoranter ergò Cornarius, à crassa hallucinatione auspiciatur Quadragesimalis abstinentiæ insectationem. Fuchsius *g* verò non Ecclesiæ duntaxat Catholicæ, sed etiam Religiosi ordinis à perpetua apoche laudatissimi, desertor; verno tempore, in quod Quadragesima incidit, minime ieiunandum mouet; & piscibus ablegatis, vtendum præscribit carnibus, vitulinis præsertim & hædinis; quod pisces frigidum, & humidum sint alimentum, nec verno tempore congruant; quod cum sit temperatum, victum deposcit similiter affectum. Et addit in pleniori editione. [Quare contra veterum Medicorum præscriptum faciunt, qui verno tempore humana corpora ieiunij & immodico piscium & leguminum vsu temerè affligunt. Neque enim citra insigne bonæ valetudinis, atque adeò vitæ dispendium obsequi licet; quod vix vllò alio tempore perinde atque verno, (quod tamen Hippocratis etiam testimonio, Aphorismo nono libri tertij, saluberrimum est & minime exitalibus morbis obnoxium,) febres magis per omnes regiones grassatæ fuerint.]

*In duos illos pecunios Cacomedicos conclamatum.*

VIDEO esse hîc locum querelæ illi S. Bernardi *b*. [Non virtuti cordis, opera datur, sed valetudini corporis, imò etiam voluptati. De schola Hippocratis & Epicuri didicerunt hæc. Neque enim suis Christus Discipulis horum quippiam tradidisset; sed *discite* (inquit) *à me quia mitis sum, & humilis corde. Filij hominum vsquequo graui corde; ut quid diligitis vanitatem & queritis mendacium?* Tempus hoc animabus, non corporibus est assignatum: dies salutis vtique, non voluptatis: omnia tempus habent, animabus nunc operam dare necesse est. Nam in carne qui seminatur, solam exinde metet corruptionem.] Monstrat consequenter, id ipsum quod animæ consulitur, cessurum in magnum bonum carnis, quam nemo vnquam odio habuit. Sed & alibi i eisdem ingeminans querelas. [Qui voluerit (inquit) *animam suam*, id est vitam corpoream (iuxta Scripturæ idioma,) *saluam facere, perdet eam*. Quid hîc vos dicitis obseruatores ciborum morum neglectores? Hippocrates & sequaces eius, docent animas saluas facere in hoc mundo Christus

CAP. XII.  
Rosa fructi-  
fera, stimu-  
lus ieiunij.  
*e* l. de Instit. Medic. c. de cibo & potu. d. hom. 1. de ieiun.

*e* Verit. 7.

*f* Tom. 2. l. 3. art. 9.

*g* l. 2. de Medicinæ Instit. cap. 9.

*b* declarat. in illa l. ecce nos reliquimus omnia

*h* l. 30. in Câr.

CAP. XII. & eius discipuli perdere. Quemnam vos è Rosa fructiferâ, stimulis ieiunij. hoc capiti, & illud pectori vel stomacho nocet. Profectò vnusquisque quod à suo Magistro didicit, hoc in medium profert. Num in Euangelio legistis has differentias, aut in Prophetis aut in literis Apostolorum? Caro & sanguis pro certo reuelauit tibi hanc sapientiam, non Spiritus Patris. Est enim carnis hæc Sapientia. Sed audi quid de ipsa nostri Medici sentiant. *Sapientia* (inquiunt) *carnis, mors est. Item Sapientia carnis inimica est Deo.* Num Hippocratis seu Galeni sententiam, aut certè de schola Epicuri, debuì proponere vobis? Ergo sic Magister, vtriusque rei contemptum prædicat. Animæ in corpore vitam quam summo studio, iste vnde sustinet, ille vnde delectet, inquit atque inquirere docet, Saluator monet & perdere. ] Hæ Bernardi querelæ, multo magis in hos porcinae fectæ Magistros Quadragesimæ Christianæ insectatores, de curanda tantum cute sollicito locum habent. Vt quid enim tam anxie pro carnis quandoque in tabum soluendæ pingui ac firmo habitu sollicitum esse, cum agitur de curanda anima, cuius debet esse multo potior & prima cura sapienti? Negari tamen non potest, quin hoc telum hominibus ostreo carnis affixis, validum sit existimandum, quibus amor vitæ & mollis & longæ, ad eò altè instus est, vt præ ea nihil non suscipiant, etiam si durum & asperum, vel humile & abiectum, addo etiam tamen nefarium & illicitum. Omne studium humanum ex amore vitæ manare, Gregorius Nyssenus a, & Origenes b optimè sunt prosecuti. Sanctos quoque præ amore vitæ ad valdè demissa se abiecit, D. Chrysostomus in Encomio SS. Bernices, & Prodoxes, præclare tradit. Nulli parcere scelere & impietati qui vitæ sunt rationiores, S. Sebastianus in præclara aduersus nimium vitæ amorem disputatione, egregie confirmat c. Quod enim aliqui Christianorum per illud tempus, furorem Principum veriti, ne vita spoliarentur, Christo valedicerent, aut eum frigide colerent; S. Sebastianus qua erat in fidem alacritate, quantum malorum ferax esset protelandæ vitæ amor, diffusè profertur; concluditque. [ Certè hæc mala omnia illi designant qui huic vitæ obsequi cupiunt; sibi que persuadent, se eius in amore, posse per longa temporum spatia durare. Non ergò alterius rei causa sunt scelera, nisi vt infelicissima huic carnali vitæ à carnalibus inseruiatur. Ipsa est quæ eis crimina imperat, iubet facinorosa, suadet iniusta; & posteaquam est omni crudelitate omnique spurcicia saginata, seruientes sibi, tradit filia: suæ morti sempiternæ. Ex ipsa enim, & ex eius vtero nata est mors æterna. ] Ad eò altè radicatam vitæ & mollis & prolixæ amorem, vt etiam fœda quæque in eius gratiam nitere videantur; mirum non est, carnis hominibus validum telum videri, aduersus Quadragesimæ obseruationem; cum ex Medicorum decretis persuasi fuerint, eam & vitæ diuturnæ, & rectè habenti incommodare. Quanquam B. Syncretica in eius Actis à S. Athanasio conscriptis d, contestatur exemplo eorum qui non ieiunant disci posse, quam hinc præteritus sit sciulus. Nam etiam non iei-

a Dial. de anima initio. bl. 4. contra Celsum.

e in Actis 20. Ianu.

f c. 13. n. 102.

iuantes eisdem malis conflictantur, nec eos subducunt incommodis scita Medicorum carni ablandientium.

*Christiana Philosophia de corporis curâ quid è contrario statuat.*

**V**s Christianum alia in hoc negotio scita habet, quam Galeni & Hippocratis. Nam etiam si gratis supponeremus, ex Quadragesimæ obseruatione consecuturam vitæ in corpore accisionem nonnullam, & aliquam neque notabilem neque sensibilem vitæ corporeæ breuiationem; tamen studio subiciendi animæ corpus, illudque in seruitutem redigendi, aut Deo pro admittis peccatis satisfaciendi, potest nobis absque culpa, imò cum laude charius esse bonum animæ, quam aliqualè illud bonum corporis, quod frum est in illa paulò maiori certitudine prorogandæ vltimè vitæ, si talibus afflictis abstinere aut vitandi malæque aliquatenus afficiendi corpoream habitudinem, si talia admoueantur. Afflictiva sanè quæ Sancti ad macerandum corpus adhibent, nec eam proximè & immediatè lædunt, vel etiam certò aut valdè probabili periculo vlla ratione obiciunt. Tamen non propterea essent respuenda, quod remotè & indirectè, ob læsionem dispositionum, & valetudinis, vitam aliquatenus probabili periculo obicere censerentur. Id enim non esset sibi applicare causas mortis, sed tantum curare bonum animæ per aliquam corporis incommodationem, cui sæpè contrarius Naturæ nifus obstitit. Et suspicari semper possumus, maiores esse in huiusmodi negotio Naturæ vires, quam pars inferior subdole suggerat. Neque verò tenemus omnes omnino vitæ prorogandæ rationes, ( etiam si licitas, ) consecrari aut amplecti; alioqui & serupulosissime exigenda esset vitæ, & bona inuocata prætermittenda essent, ob mericulum inferendi vitæ damni: Omnes item tenerentur dare Medicinæ operam: Et omnia officia & munia corpori incommoda, vt militum veterariorum, aliisque quamplurima, fierent illicita, vt rectè cum Gersono argumentatur Ioannes Nider e. Itaque cum maceratio carnis, & Christo, & sanctis Apostolis, & omnibus semper sanctis adanata & vsurpata, non vsurpetur ( præsertim crebrò aut diu admodum, ) absque aliqua interdum dispositionum vitæ fouendæ ac diutius prorogandæ vitiatione neque notabili, neque sensibili; (has enim oblationes, latè tanquàm inconsultas & illicitas reiecit Ioannes Medina f) vel debemus nationem filiorum Dei reprobare; vel fateri, etiam facta suppositione quam præmissimus, quod scilicet maceratio corporis per Quadragesimam aliquatenus atteret corporis sanitatem, & vitæ prorogationi vltiori officeret, tamen castigationem carnis, qualem inducit seruata ex lege quadragesima, sanctam, & nulli reprehensionis obnoxiam esse habendam. Quanta enim vltra illud metram per quadragesimam patrata à sanctissimis viris reulimus in superioribus? Quanta verò præterea audiuimus vsurpata ab illis in omni genere inbonitatis & asperitatis vltè susceptæ, ad carnem contum-

e parte 3. Consolat. c. 7.

f q. 13. de iunio.

dendam, & redigendam in seruitutem, ( quæ cum alij, tum Greterus commemorant, ) non modò absque probro, & odij culpabilis in se ipsos crimine, sed etiam magna cum laude & fructu in æternam vitam? Leges Pyrinium in opere de subdito q. 4. c. 4.

Non recogitant qui aduersus ista mutiunt, quam iustum sit, hominem carnem suam odio habere. Ingratissimum planè esse animæ corpus, ideòque meritò eius odio incensissimo obici, Petrus Blefensis b optimè aduertit, his præter cetera. [ Non consentias carni fatuæ, quæ se & te pariter trahit in laqueum gehennalem. Sicut legitur de Zambri, qui se & domum regiam pariter dedit in combustionem & cibum ignis. Circumferimus hostem nostrum, sed iuxta verbum Salomonis, *ab ea que dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui.* Nulla pestis efficacior est ad nocendum, quam familiaris & domesticus inimicus. Hic est ignis in gremio, serpens in sinu; hæc est vxor hominis litigiosa, pessima caro nostra: Quæ licet sit vexata doloribus, repleta illusionibus, insecta mordibus, afflicta infirmitatibus, obnoxia passionibus, flagellis trita, plagis caesa, mortis denique depurata, tamen adhuc aculeis contradietionum hispida, rebellis, superba, murmurosa, querulosa, cõtumax, inquieta, in suum & animæ coniurat exitium, nec posse satisfieri sibi putat, donec se & animam præcipiter in æternæ damnationis abyssum. Cur non attendit infelicissima caro, quam nobilem & quam necessarium sibi habeat hospitium, cuius beneficiis sustentatur, regitur, & honestatur? Quod audit, quod videt, quod sentit, quod intelligit, quod loquitur, quod mouetur, totum hospiti suo debet: cuius auxilio destituta, fieret sicut terra sine aqua, immundum morticinium, vermium cibis, aëris corruptela. Inuenta est iniquitas eius ad odium, dum iniquè odit, quod totis visceribus debuerat dilexisse. ] Omnino multa in hanc rem, de quæ causis idoneis ac iustis carnis odio habendæ, atque ad eò contumendæ in bonum animæ, adducere memini tractans extrema charitatis propria. c

b Epist. 11.

c l. 6. de virtut. a. n. 50.

d in declam. ad illud. *Ecce nos reliquimus.*

*Quod putatur carnis odium, cur a est.*

**P**rotritam in contrarium obiectionem, propono ac diluo verbis S. Bernardi. d [ At nemo (inquit) ) carnem suam odio habuit? verum est. Sed Zelam habens absque scientia, cum prodesse festinat, inuenitur obesse. Cum iudicium carnis ex anima pendeat, carni nihil potest vtilius quam salus animæ prouideri; vt videlicet in tempore sit respectu illius: & solacia passionis, felicitatis quoque consortium mereatur. Vnde Apostolus inquit, *Saluatorem expostulamus. Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratus corpori claritatis suæ.* Requiesce in hac spe, caro misera. Qui propter animam venit, pro te quoque venturus est. Qui reformauit illam, cui quoque non obliuiscetur in finem. Regeneretur interim anima, & tanquam præscita & prædestinata à Domino, conformis fiat imagini filij eius in mansuetudine cordis & humilitate. Ipse enim merito, te quoque noveris aliquandò regenerandam & conformandam corpori eius in gloria & claritate. ]

Itaque macerare hinc carnem ieiuniis, aliisque asperitatibus, non est verè eam odisse, sed summum ei bonum suo tempore obuenturum vellet, cånque interim arcere à discriminat exitij æterni, in quod animam secum deuoluat.

Num verè odisse diceretur equum suum, qui exultantem præ lasciuia & ferocientem, seque ac fessorem in barathrum quodpiam præcipitaturum, freno coëreeret atque domaret? Comparatio est S. Cyrilli ad ieiunij Quadragesimalis obseruantiam cohortantis. e Sed optimè quoque eam comparisonem adhibet S. Augustinus fenodans Canticum nouum Competentibus, qui ad baptismum nomina dederant. Adhortatus enim vt securè ambulent per viam quæ Christus est, peruenturi ad felicitatis terminum, ait; [ Clamat Saluator, *Ego sum via*; habes viam, ambula sollicitus. Tamen doma iumentum tuum, carnem tuam; ipsi enim insidet anima tua. Quomodò si in hac via mortali, iumento insideres, quod te gestiando vellet præcipitare, nonne vt securus iter ageres, cibaria ferocienti subtraheres, & fame domares, quod freno non posses? Caro nostra, iumentum nostrum est. Iter agimus in Hierusalem. Pleraque nos rapit caro, & de via conatur excludere. Tale ergo iumentum cohibeamus ieiuniis. Vide enim gubernatorem eundemque viatorem Apostolum Paulum; vide illum, iumentum suum domantem. *In fame* (inquit, ) *et siti, in ieiuniis sapiens: castigo corpus meum, et in seruitutem redigo.* Ita ergo & tu qui ambulare desideras, doma carnem tuam, & ambula. ]

Domanda igitur est caro ieiuniis, vt benè sit animæ, quamuis ea dominatione corpori incommodaretur per aliquam vitium oblationem, & vigoris deteriorationem. Idem per pulchre alibi, g cum præmississet, ieiunio corpus suum subieci, quia deponit de terrena: sarcina sua, concludit. [ Non vobis ergo videatur leuis res, aut superflua, ne quisquam forte hoc faciens Ecclesiæ consuetudine, cogitet apud se, & dicat sibi ipsi, vt suggerentem intrinsecus audiat tentatorem; quid facis quia ieiunas? defraudas animam tuam, non ei das quod eam delectat; tibi ipsi ingeris pœnam, tuus ipse tortor & cruciator existis. Deo ergo placeat quia te crucias? Ergo crudelis est, qui delectatur pœnis tuis. Responde huiusmodi tentatori. Exerucio me planè, vt ille parcat: Do de me pœnas, vt ille subueniat, vt placeam oculis eius, vt delectem suauitatem eius. Nam & vltima exercuitur, vt in aram imponatur. Minus premet mentem meam caro mea. Et tali distuasi malo, seruo ventris, responde per hanc similitudinem, & dic; si iumento forte insideres, si equo vetereris qui te gestiando possit præcipitare, nonne vt securus iter ageres, cibaria ferocienti subtraheres, & fame domares, quem freno non posses? Caro mea iumentum meum est, iter ago in Hierusalem, plerumque me rapit, & de via conatur excludere. Via autem mea Christus est. Ita exultantem, non cohibebo ieiunio: Si quis hoc sapit, etiam ipso experimento probat, quam vtiliter ieiunetur. Numquid enim caro ista quæ nunc domatur, semper domabitur? Dum temporaliter fluitat, dum mortalitatis conditione pragruatur, habet exultationes suas manifestas, &

CAP. XII. *Rosa fructiferâ, stimulis ieiunij.*

e Epist. 12. p. sebal. fl. de Cant. nouo c. 3.

g l. de vtilit. ieiunij c. 3.

CAP. XII. Rosa fructifera, stimulus ieiunij.

periculosas menti nostræ.] Hoc ergo est quod præstat ieiunium. Cohibet carnem periculose exultantem, magno & eius & animæ bono.

Itaque quaecumque carnis grauiamen à ieiunio, præ bono quod inde, & carni, & animæ, & toti homini obueniet, non est attendendum. Hæc enim carnis infirmitas, & corporis pallor, nostra vis est & pulchritudo, vt ex Apostolo differit in laudes ieiunij effusus Hieronymus ad illud Psalmi 108. Genua mea infirmata sunt à ieiunio, & caro mea immutata est propter oleum. Sed hæc potentia & fortitudo celebrata ab Apostolo in sua infirmitate, non est communis omnibus infirmis, quia non concupiscunt salutem Dei, sed salutem corporis, quod vnam peruersè curant. Iudicium est S. Ambrosij a ad illud Psalmi 118. Concupiui salutare tuum Domine, vbi sic differit. [ Alius longæuitate vitæ istius delectatur, & concupiscit vsque ad depositæ senectutis tempora, corporis huius vitam producere. Alij franguntur ægritudinis infirmitate, de quibus nemo potest dicere, cum infirmior tunc potens sum : Beatos se putant, si inoffensa valetudinis commoditate potiantur, quibus non est infirmitas ad salutem. Horum quoque nemo potest dicere, concupiui salutare tuum Domine. Suam enim magis salutem, quam salutem Dei quærunt, Medicis potius quam Scripturis obedientes. Contraria autem studiosis diuinæ cognitionis, præcepta sunt Medicinæ. A ieiunio reuocant, lucubrare non sinunt, ab omni intentione meditationis abducunt. Itaque qui se Medicis dederit, ipse se abnegat. Qui autem quærat salutem Dei, Christum sequitur, qui dicitur salutem Dei, non quæ corporis, sed quæ æterna sunt quærens. Qui autem salutem Dei quærat, die vtique & nocte meditatatur in lege. Iugis illi meditatio est diuinorum decretorum; neque alia cura corporis huius auertitur à studio Disciplinæ. ] Omnino, ita contingit in te præsentis. Qui enim inhæret Christo, & plenam ab eo sanitatem, (vt ferebat Theodosij IV. sepulchrale lemma,) in cælo sperat, non tanti facit corporis salutem, vt præ ea disciplinam Ecclesiasticam ieiunia præscribentem velit conculcatam.

Solida Medicina principia, carnalium Medicorum argumentis accuratè discussis, opposita.

Ergo hæc tunc cum Sectariis, quos impugnandos susceperam, Theologum potius ac Doctorem Christianum, quam rerum naturæ consultum. Et videri potuero, dedisse illis quod volebant. Nimirum ieiunium Quadragesimæ nocere corpori, etiam id nocuum præ utilitatibus quas infert, non sit magnipendendum. Nunc Medicum tantisper agendo, placet in eorum rationes inquirere; & quæ ab illis in Quadragesimale ieiunium intorta vidimus, quam solida, & benè materia ca sint, examinare.

Obtundunt in primis, verno tempore vberis alimenti necessitatem. Nam verè, ventres ( teste Hippocrate b ) calore præpollent, sin minus æquè ac hyeme, at proximo loco ab

secm. 22. in Psal. 118.

aph. 17.

hyeme. Itaque pluribus egent alimentis verno tempore, quam vel æstate, vel autumnno, atque adèd non est eo tempore ieiunandum; sed potius largiùs inferendus venter, vt calori innato tunc vigenti, pabulum suppedietur. Addunt ciborum per Quadragesimam concessorum, incommodum corpori vsium; præsertim piscium, qui & frigidi & humidissimi sunt, proindeque aptissimi ad ingenerandam cacochymiam. Salsamenta vero, legumina, herbæ, carnem immutant notabiliter, & stomacho admodum sunt infesta. Quid quod cibus, quorum vsus est in Quadragesima; proritati venerem sunt qui obiciant? Ac ne id gratis confictum videatur, cui quid moneat S. Basilii c de oleibus, leguminibus, & sale, informans ad virginitatis custodiam. [ Non sola escarum quantitas vbiq; probè metienda, sed & qualitas in primis, sapienter discutienda est. Nec enim solam exteriorem earum faciem inspicere, sed quam habeant intrinsecus reconditam penitus vim, prudenter explorare conueniet. Non solum enim legumina, seminumque nonnulla, verum & olera pleraque sunt, quæ Monacho quietum vitæ gubernaculum tenere cupienti, ( contra ac se habet communis opinio, ) pro noxiis vitanda sunt, quippe quæ carnis recessus intimos pungunt, & pruritus titillationesque excitantia, non minùs corpora nostra perturbant, ac secreta vi sua inquietant, quam quæ consensu omnium fugienda censentur. Quocirca nec salibus passim atque indifferenter vtentur, sicut fieri apud plerisque comperimus, qui per immoderatam continentiam, pulmenta omnia repudiantes, hos solo cum pane, vice condimentorum omnium sumunt. Non intelligunt qui sunt eiusmodi, sales cum sint per naturam fecundi, ac per acrimoniam vim, corpori pruriginem excitent, plus cæteris ad libidinem coitumque pronocare. ] Hoc spectantes Ægyptij sacerdotès, quorum studium erga castitatem est testatissimum, adèd salein auersati produntur, vt etiam pane vterentur insulso, vt annotauit Plutarchus d. Audiòque Russos, gentem bellicosissimam, quoad eos qui arma tractant, nescire salein, ratos se non posse cœlibes viuere ( quod militantibus, vt se vxorum ac liberorum remora liberent, censent esse necessarium, ) nisi sale abstineant; tanquam oriundam à sale salaciam, nomen à sale trahentem, pro certo habeant. Et verò iucunditatem quoque & hilaritatem corporibus conciliari à sale, & inde transisse intellectum ad animi voluptates, ita vt non alio magis quam salium vocabulo, constet omnis vitæ lepos & summa hilaritas, Plinius e annotauit. Nec dubitanit Bernardinus Gomefus in salito opere de sale affirmare, salein maiori quoque quam vinum hilaritate cor recreare & delectare. Ideòque salein mensæ quoddam nomen g & animam h appellat, quia iuxta Plutarchum proximè laudatum, est omnium condimentorum condimentum, & suauitatem ac gratiam omnibus dapibus conciliat, simulque comedentem terrica insuauitate eximit, & pro igneo suo vigore alacrem & torpiditate liberum præstat. Atqui ea dispositio minùs consentanea est castitati, Idq; est, cur S. Basil. ( vt retuli, ) studioso

l. de vera virginit.

d lib. 3. symp. q 10.

e l 31. c. 17.

f l. 2. n. 18.

g l. 2. in itin. b l. 3. a. 9.

castitatis,

a l. de octo viticis e reg. tationibus c. de gula.

b l. 7. c. 13.

c col. 11. c. 28.

d l. 5. c. 7. & l. 99.

e cap. 10. f c. 3.

h l. contra Iude. cap. 4. & l. 3. in Marc. cap. 8. & l. de ieiun. c. 2. i pag. 14.

castitatis, cauendum salein affirmat. Idem tradit de plerisque pomis. S. Nilus a idem tradit de omni esca & potu, assumptis in magna quantitate Quare tantum abest, vt abstinentia Quadragesimalis carnem comprimat, in quem finem assumitur, vt potius contrarium effectum operetur. Et idem est de inedia humores acutes, eisque acrimoniam conciliante. Vnde illa maior sitis ieiunantium, de qua Macrobius b. Itaque & incidia, & abstinentia, sopitos potius ignes exsuscitant: indèque illa maior Monachorum infestatio à Satana per Quadragesimam, vt Auctor est Cassian c.

Contra hæc argumenta Sectariorum, Medici Catholici strenuè egerunt, præsertim Ioannes Valterius Viringhus d, in opere de ieiunio & abstinentia Medico Ecclesiastica, Ludouicus Nonius in Commentario de esu piscium e, & Paulus Zacchia f in opere de vitæ Quadragesimali, ac ex alia schola Albertus Hunger. oratione de Quadragesima. Ego paucis rem conficiam.

Admittitur, obseruationem Quadragesimæ, corpus molestia afficere.

Præsertim tamen penitiùs descendam in hanc disputationem, præmitto, aliud esse an obseruatio quadragesimæ sit aliquatenus incommoda corpori, & vt loquitur Sanctus Augustinus g an de corpore voluptatem decerpit, aliud verò an temeret sanitatem, vel hominem periculo grauis ægritudinis, vel dispendij vitæ obiciat. Primum, vltro concedendum est. Quis enim negare possit, ieiunium esse corpori graue? Et idcirco in Scriptura ieiunium vocatur afflictio. Nam quod Leuit. 16. & 23. iubebantur Hebræi certis diebus affligere animas suas, Tertullianus h rectè accepit de ieiunio. Et eodem modo accipitur in Epistola, S. Barnabæ nomine vulgata, cum posterior ille, Leuitici locus adducitur i. Itaque ieiunium esse corporis afflictionem, & vt Tertullianus locis signatis loquitur, vexationem, non est quod negetur. Et sanè alioqui Ecclesia, sine suo excideret. Propositum enim habet macerare corpora: & ea ratione reprimere carnem lasciuientem, simulque pro anterioribus culpis Deo satisfacere. Hæc autem fieri non possunt absque aliqua corporis incommodatione. Et vt aliquis adèd vigeret corpore, vt neque à cibis quadragesimæ peculiaribus, neque ab inedia, succuteretur in eo ( vt sic dicam, ) firmitas valetudinis, nec gustus eius abhorreret à minus lapidis, ac succi minùs grati esculentis per id tempus vsurpandis; tamen vel sola mutatio solite rationis sustentandi vitam, aliquid semper inferret corpori perperfectionis atque molestiæ. Nam & alterius generis cibi assumuntur quam reliquo anni tempore, & tardius, nec nisi quot diebus semel, adhibentur ad victum. At sicut ab assuetis non sit passio, ita à non assuetis non potest non inferri molestia. Vltro igitur dandum est, aliquam corporis incommodationem aduenire à quadragesimali abstinentiæ obseruatione; pro quo tamen incommodo, insignia bona animæ rependantur: & corpori quoque affertur adi-

mentum, per subductionem materiæ morborum, & humorum attenuationem, ac exlicationem superfluum. Quæ causa est, cur & Ecclesia, & Patres, sæpè conteltentur ieiunium quadragesimæ, corpora quoque curare? quod non repugnat cum ea aliquali incommodatione corporis, qua maceratio carnis continetur, fraudato genio cibus gratioribus, & melioris vt plurimum succi, ac opportunioribus ad eueciam. Eòque ieiunij quadragesimalis labore concessio, esse nihilominus lubeundum ieiunium, præclarè vrget S. Cyrill. l.

Cum igitur hoc vltro detur, controuersia tantum superest, an obseruatio quadragesimæ, periculo exponat sanitatem; ( per se loquendo, ac seclusa peculiari indispotione subiecti, quæ legis Ecclesiasticæ obligatione exolueret. ) Id enim est, quod molles Catholici timent, vel timere se fingunt; quodque Sectarij prædicti, aduersus hanc obseruationem intentant, quorum argumenta iuuat excutere, & planè inania esse demonstrare.

Negatur, Quadragesimæ obseruationem, incommodare sanitati, ratione verni temporis.

In primis, quod vernum tempus ieiunio inopportunum esse, & vberius tunc alimentum exigere obtendunt, frivolum est, & Medicorum primoribus repugnans. Nam Hippocrates m, verno tempore instituendas esse humorum vacationes admonet, siue per pharmaca, siue per venæ sectionem & sanguinis missionem: Et Galenus n alter Medicorum Deus, se euacuationibus verno tempore adhibitis, impendentes morbos interceptisse multòque seruasse, cum à plenitudinis incommo, tum à succorum prauitate, testatur; ac grauissimis morbis, vt podagræ, articulari morbo comitali, aliisque medelam cum fructu fecisse. Hoc si potuit euacuatio per sanguinis missionem, aut pharmaci admotionem verno tempore facta, quidni æquè fiat per inediam, quæ insigniter quoque humores minuit: imò multò commodius, quia lentè & suauius & absque perturbatione id præstat, ob præmissam mitem lenemque attenuationem eorundem, & seclusam naturæ attritionem quam pharmaca inferunt; eamque spirituum dissipationem quæ sectioni venæ comitatur. Vt proinde iure probatiores Medici, cum de vacatione humorum agitur, primas inediæ tribuant; nec ferè priùs ad pharmaca valuerit abstinentia, periculum fecerint. Commodè igitur, & ad sanitatem opportunè, inedia indicitur verno tempore; quia ver hyemi subiuuctam in corpora humoribus frigidis scatentia incurrit: ac proinde, vt obuiam eatur ei humiditati, in morbos graues erupturæ per caloris externi accrementum æstate consecuturum, inedia euacuans perbellè congruit, iuxta Hippocratis o scita; qui corporibus carnes habentibus iusto humidiores, & id est fucem siccantem præscribit, tanquam pituitæ & vitæ ex pituita natæ, nec non obicitati & plenitu

CAP. XII. Rosa fructifera, stimulus ieiunij.

l. epist. r. Palchali.

m l. 6. Aph. 47

n comment. in l. 1. Aph. 17. & l. 3. aph. 20.

o l. 7. aph. 59.



**CAP. XI.** plenitudini, vertiginibus, apoplexiis, crudita-  
*Ritus Gra-* tibus, aliisque grauibus corporum luxationi-  
*canicus pro* bus, vere ob humorum copiam infestis, petu-  
*Rosa.* tilem. Quæ omnia cum discretè admittat Fuch.  
*al. 1.5. c. 37.* mirum est, quomoddò fucum tentari facere,  
 quadagesimali ieiunio opponens necessita-  
 tem vberioris alimenti. Sapienter itaque &  
 ad corporum curationem accommodatè, Ec-  
 clesia verno tempore inediam præscribit; id  
 quod quasi consultis Medicinæ proceribus fa-  
 ctum, rectè pronunciat Viringus *b.* Et con-  
 sultò huiusmodi tempus esse ab Ecclesia dele-  
 ctum, quia ita salubritati corporum & anima-  
 rum expedire videbatur, dixit Concilium  
 Moguntinum anni 1549.

*Idemque ratione assumptorum in cibum  
 piscium.*

**I**am quod Sectarij victum per Quadragesi-  
 mam indultum, insalubritatis damnant, re-  
 pugnantes habet graues Doctores, ac nomi-  
 natim quoad pisces: quos Ludouicus Nonius  
 non modò inter lautitias veterum obtinuisse  
 primum gradum affirmat, sed etiam ad sanita-  
 tem tuendam & ad recuperandam, commoda-  
 re asserit post Orbasium atque Plutarchum *d.*  
 & Galenum *e.* cuius hæc sunt verba. [Piscium  
 alimentum hominibus otiosis, senibus, im-  
 becillibus, & ægrotis est commodissimum.  
 Qui verò corpus exercet, cibos postulant  
 firmiores.] Hoc dicit propter occupatos ru-  
 sticantis, vel militaribus laboribus, aut pro-  
 pter athletas, quorum multum est ac durum  
 exercitium: idèoque multo & crasso sangui-  
 ne indigent, qui & copiosè nutriat, & tardius  
 discutitur: in quam rem commodior est ci-  
 bus solidior, puta suilla, vel bubula caro at-  
 que legumina. Otiosis verò, id est non adedò  
 duro labori additis hominibus, & vt addit  
 Simeon Sethi *f.* Michaëlis Ducæ coæuus, ho-  
 minibus non robustis & à morbo conuale-  
 centibus, congruunt pisces; è quibus lauda-  
 tissimus sanguis, hoc est (Galeno teste) *g.* in-  
 ter crassum & serosum medius, solet exi-  
 stere.

Fauet piscium à morbis indemnitas. Nam  
 eum bruta pleraque terrestria sint morbis gra-  
 uibus obnoxia, vt porci, ac lepores lepræ, co-  
 turnices epilepsiæ, boues podagræ & viscerum  
 abscessibus, capræ febribus, ac epilepsiæ,  
 oues hydopi ac tineæ, gallinæ variis inflam-  
 mationibus, greges & armenta, ac volucres  
 pesti; piscium tamen sanitas apud Iuuenalem  
*h.* prouerbio locum fecit, cum dixit *senior es  
 pisce.* Et quanquam collector adagiorum, lan-  
 guorù pisces obnoxios statuit, vt ex piscato-  
 rum assertionem, & coloris in piscibus vitio  
 colligit; tamen ex defectu pabuli potuit ea  
 macies & decoloratio contingere, absque vilo  
 è vulgatis morbis, quo pisces sic affectus labo-  
 rant. Nominatim verò pisces à peste sunt pla-  
 nè immunes, teste Aristotele *i.* Quod si tanta  
 incolumitate gaudent pisces, quidni sanum  
 præstiterint cibatum, iis quos peculiaris in-  
 ualetudo siccantia edulia deposcens, aliud,  
 quam piscium alimentum congruere non sua-  
 ferit? huiusmodi sunt quibus stomachus vbe-

ri pituita obleptus torpet, aut qui hydrope,  
 & cathartici copioso affluxu granantur. His non  
 congruunt pisces. Sed neque omnes carnes  
 omnibus congruunt: Et tamen non propterea  
 insimulantur carnes, quasi ad cibum insa-  
 lubres. Vt enim salubres dicantur, sufficit  
 quod secluis peculiaribus affectibus aliud fe-  
 rentibus, opportuna sint ad cibationem; quod  
 item de piscibus dicimus. Sanè plerosque Asiæ  
 & Orientis populos, piscibus ferè victitare,  
 eosque præ carnibus in cibum gratè assumere,  
 scribit Bellonius. *l.* Et tamen viuunt saluberrime.  
 Eòsque qui ad caput Bonæ spei degunt, pane  
 ex piscibus ad solem assatis confecto vitam  
 sustentare, qui de illa ora scripsere confir-  
 mant. Id quod etiam populos littora maris  
 rubri incolentes fecisse, indèque Ictyophagos  
 dictos, Strabo *m.* Diodorus *n.* Arrianus, *m* l. 10.  
 affirmant, & alij quos ad Alexandrum Neapo-  
 litanum addens Tirauellus *o.* Et idem tradit  
 Sanctus Hieronymus refellens Iouinianum;  
 cuius vniuersa disputatio aduersus car-  
 necum illum Epicuri de grege porcum, pro  
 carnibus adedò sollicitum, vt cætera propè  
 edulia ablegaret; huc opportunè transferretur,  
 si per breuitatem liceret. E contrario enim  
 S. Hieronymus demonstrat, aliis esculentis,  
 omninò munitos salubrem & longæuam ex-  
 gisse ætatem.

Nec quæ Iulius Alexandrinus *p.* & Rhasis, *p* l. 14. salu-  
 aduersus non sanam è piscibus cibationem, brium.  
 qui ppè exercementis scitentem, concoctum  
 contumacem, morosè à ventriculo in intestina de-  
 scensus, facile putrescentem, ac nervosis par-  
 tibus noxiam, proferunt, admittuntur vniuersè  
 à probatoribus Medicis, qui faciles conco-  
 ctu, & laudabili succo prædictos esse pisces  
 tradunt. Ipsi ægrotis pisces in cibum dari ob  
 eorum leuitatem, Hippocrates mandat, sequi-  
 turque Galenus locis omninò multis, ac Ale-  
 xander Trallianus *q.* quos Nonius *r.* adducit:  
 quæ omnia ita sunt admittenda, vt tamen va-  
 leant duntaxat, dempra stomachi deprauatione,  
 qua etiam laudatissima escæ vitis illis pa-  
 tent, ac demptis etiam lacustribus, & cetacei  
 generis piscibus, qui noxis illis improbantur:  
 Vniuersè tamen pisces saxatiles & pelagici,  
 aliique pridem laudari alimentum illud sup-  
 peditant, quod his verbis describit Galenus. *f* l. 3. de ali-  
 [Alimentum quod ex piscibus sumitur, non ment. facult.  
 modò ad coquendum est facile; sed hominum cap. 27.  
 etiam corporibus est saluberrimum, vt quod  
 sanguinem medium consistentia generet; id  
 est neque admodum tenuem, neque aquosum,  
 neque vehementer crassum.] Eadè igitur hal-  
 lucinantur, qui contendunt pisces in cibum  
 assumptos, corpus viscidis crassisque humori-  
 bus opplere, & multis noxis scetere ob quas  
 abstinentum ei sit, sanitatem corporis desi-  
 deranti: quod (vt rectè ait Nonius *t.* que *z.* de piscium  
 hic ferè secutus sum ducem,) aliud non est, escæ c. 10.  
 quam specie sanitatis tuendæ decretum Ecce-  
 lesiæ de abstinentia à carnibus, per cuniculos  
 impetere.

*Nec non leguminum, olerum, & salitorum.*

**V**surpatio reliquorum esculentorum, quo-  
 rum vsus est per quadragesimam, puta  
 herbarum

*e de piscium  
escæ c. 7.*

*d 4 symp. q. 4.  
e l. 3. de ali-  
ment. facult.  
cap. 29.*

*f l. de alim.  
facult.*

*g l. 3. de alim.  
facult. c. 25.*

*h adag. senior  
pisce.*

*i 8. hist. c. 19.*

*l. 1. obser-  
uar. c. 72.*

*m l. 10.  
n l. 4.  
o l. 3. c. 11.*

*p l. 14. salu-  
brium.*

*q l. de inter-  
fect. & l. de  
morb. mulier.  
r c. 11. l. de  
pisc. escæ.*

*f l. 3. de ali-  
ment. facult.  
cap. 27.*

*t de piscium  
escæ c. 10.*

herbarum, & olerum, ac leguminum, & sali-  
 torum, atque olei carnem immutantis iuxta  
 Dauidem, a faciliùs propugnatur. Quantum-  
 vis enim Galenus *b.* aduersus cibationem ex  
 oleribus conitatur, tamen pro salubri vsu  
 olerum, quippè ardotes noxios temperante,  
 stat S. Hieronymus *c.* & discretè Plutarchus *d.*  
 suffraganturque exempla multorum qui inco-  
 lumes ætatem longam exegerunt, oleribus fe-  
 rè contenti, vt latè memorat contra Iouinia-  
 num S. Hieronymus *e.* Itemque S. Cyrillus *f.*  
 agens contra Iulianum. Redarguens enim  
 Apostatam, iactantem apochas quorundam  
 Philosophorum, affirmat, plurimos Christi-  
 anorum, vt se castigarent, & mentis oculum  
 redderent perspicaciorem, solo pane & oleo  
 ac herbis, & leguminibus ventrem placasse.  
 D. SS. Petrus, & Matthæo id scribunt Nazian-  
 zenus *g.* & Clem. Alex. *h.* S. Augustinum si  
 abessent hospites, oleribus ac leguminibus  
 victitasse, testatur in eius vita Possidonius. *i.*  
 In vita S. Theodori Archimandritæ, sic scri-  
 bit Georgius Presbyter. [Antiochus Eremi-  
 ta ad centesimum annum peruenerat. Sex-  
 aginta annorum spatium, nec vinum, nec oleum,  
 nec aliud huiusmodi gustauerat; triginta iam  
 annis panem non comederat, oleribus crudis  
 cum sale & aceto vescabatur, & aquam bibe-  
 bat.] Aliqui in eadem sententiam de salubri  
 viu olerum, adducunt Apostolum *l.* afferen-  
 tem infirmum manducare olus. Sed ibi non  
 est sermo de infirmo quoad corpus, sed tan-  
 tum de infirmo in fide; qui cum Iudæus fuisset  
 ductus religione abstinebat à cibis quos  
 lex vetabat, inter quos nulla erant olera. Ita-  
 que locus ille Apostoli non facit ad hoc insti-  
 tutum: aliudèque supponenda est olerum  
 ad cibum salubritas: S. Ambrosius *m.* perele-  
 ganter eam expressit, tractans illud Dei præ-  
 ceptum, *Germinat terra herbas feni.* Expen-  
 dens enim cur priùs hoc commune cum pe-  
 cuditibus pabulum sit prouisum, quam pecu-  
 liaris homini cibis; respondet, ita factum,  
 [quia simplicem victum & naturalem, reli-  
 quis cibis debuit anteferre. Hic enim sobrie-  
 tatis est cibus, reliqui deliciarum atque luxu-  
 riæ. Hic communis omnibus animantibus ci-  
 bus, ille paucorum. Exemplum itaque fruga-  
 litatis, magisterium parsimonix est, herbarum  
 simplici victu, olerisque vilis aut pomi, con-  
 tentos esse omnes oportere, quem natura ob-  
 tulit, quem liberalitas Dei prima donauit.  
 Ille salubris, ille vtilis cibus, qui morbos re-  
 pellat, qui refecerit eruditates, nullo hominum  
 partus labore, sed diuino effusus munere, sine  
 fatione, sine semine, tam dulcis, tam gratus, vt  
 etiam repletis voluptati atque vsui sit. Deni-  
 que ad primas datus mensas, ad secundas re-  
 mansit.] Non conferunt quidem herbarum &  
 olera, plurimum alimentum, sed eo sunt ad  
 sanitatem conducibilia, vere præsertim:  
 quo tempore copiosum alimentum non com-  
 modare valetudini, superius est constitutum:  
 Caterùm cum hæc non sit escæ primaria ieiun-  
 antium, suppletur hæc parcitas alendi, per  
 alium escæ.

Et eadem ratione declinatur quod obiicitur  
 de leguminibus molestos flatu scientibus:  
 itèmq; de salitis, admodum acris, adèoque  
 plus iusto siccantibus & exedentibus: nec non  
*Theophilus Raynaldi Pontificia.*

de oleo stomachum grauante, & eatenus car-  
 nem immutante, vt est in Psal. 108. iuxta Ge-  
 nebrardi interpretationem, quam ex Hebræo-  
 rum tractatibus, in ieiunio olei vsum apud il-  
 los referentibus confirmat. Tameñ Bellarmi-  
 nus aliique complures, Hebraico textui inha-  
 rentes, oleum eo loco, pro pinguedine oleosa  
 ob emaciatum corpus deficientem, accipiendum  
 existiment. Vt vt sit, non ago hic dypnosophi-  
 stam, aut Medicum Diæreticum, cuius labor in  
 minutè discutiendis ciborum noxiis boni vsu  
 facultatibus consumitur. Accuratè hoc præter  
 cæteros præstitit Iacobus Fontanus, *n.* & ad-  
 modum minutè Castor Durantes in opere cui  
 titulum fecit *Theaurus sanitatis.* Satis ergo est,  
 quod hæc secundariæ escæ, moderatè, vt par est,  
 adhibita, habeant suum vsum, vel ad ciendam  
 appetentiam, vel ad temperatè exsiccandum  
 aut tenuandum, idèoque conuenienter assu-  
 mantur, tametsi insufficientes essent ad satisfac-  
 iendum necessitati corporis alendi, vel nocerent  
 sanitati notabiliter, si solæ, ac per modum  
 totius obsonij adhiberentur. In quo postremo  
 euentu notabilis damni, ex talibus cibis, si soli  
 suppetere inferendi; Ecclesia cuius leges om-  
 ni benignitate redundant, neminem votis solu-  
 tum, obstringeret ad illorum ciborum vsum,  
 etiam per quadragesimam. Ex quo Erasimus *o.*  
 concludit aduersus Sectarios in hæc verba,  
 quæ æquè in molles Catholicos quadrant.  
 [Delectum ciborum ac ieiunia, non indixit  
 Ecclesia, nisi ad sanitatem corporis & animi.  
 Itaque qui piscium esu periclitantur, aut ieiunio  
 & valetudinem corporis, & animi vigo-  
 rem lædi sentiunt, hos nequaquam obligat  
 Ecclesiæ constitutio. qui verò sentiunt, se ex  
 abstinentia carnis, & ieiunio, & corpore, &  
 animo meliùs habere, quæ rogo contumacia,  
 velut in odium Ecclesiæ, hoc reicere, quod  
 tantam affert vtilitatem:] Sic Erasimus, qui vti-  
 nam semper sic sapuisset.

Addo, quod ad salitorum nocentium at-  
 tinet, eiusmodi non esse (si exsuperantia desit,) *p*  
 quale à plerisque iactatur. Quin potius saltem  
 multipliciter commodare valetudini & salu-  
 britatem corporibus conciliare, in confesso  
 est. Monet hoc de *ἀρτιστοι* (sic Græci tenues  
 & graciles nominant) Apollonius Hierophili  
 filius apud Plutarchum *p.* Vnde quia Mona-  
 chos maximè dedecet crassitudo, vt disserit  
 Philippus Abbas *q.* iure ab eis adhibebatur sal  
 ad cibum, iuxta illud Sifoi Abbatis, [vita Mo-  
 nachich, panis & sal.] Et S. Basilius *r.* iubet, Mo-  
 nachos non repudiare salsamentum à SS. Pa-  
 tribus (vt ait) inductum, ad intingendam buccam  
 in decocto minimi frustilli carnis suillæ.  
 S. Antonius ad panem pro obsonio, saltem  
 duntaxat addidisse legitur, non quidem in  
 æquali quantitate cum pane (quod noxium  
 fore monstrat S. Basilius celebrans Virginitatem  
 & ad eam informans) sed parè ad arcen-  
 dam putredinem, & acuemdam vicunque ap-  
 petentiam in corpore prostrato. Ex quibus ca-  
 pitibus, Plinius *s.* saltem magnificè collaudat, *f* l. 31. c. 7.  
 & vsu eius cum vsu Solis componit. Fusè  
 item de iisdem salis commodis disserit Gome-  
 rius in eximio opere de sale. Breuiter Camera-  
 rius *t.* & attingens meliorationem (vt vocat) *r* decur. 9.  
 animalium, si petram salis lambant, S. Grego-*u* prob. 3.  
 rius *u.* ad illud Christi, *vos estis sal terra.* Itaque *u* hom. 17. in  
 abluendè

**CAP. XII.**  
*Rosa fru-  
stifera, sti-  
mulus ieiunij.*

*n parte 3. vni-  
uersæ Medi-  
cinæ. libris  
octo de ali-  
mentis.*

*o l. de amabili  
Ecclesiæ con-  
cordia.*

*p in causis  
Natur.  
q l. de cont.  
Cleric. c. 93.  
& 94.  
r in Cont.  
cap. 36.*

*s l. 31. c. 7.  
t decur. 9.  
u hom. 17. in  
Euang.*

CAP. XII. Rosa fructifera, stimulis ieiunij. inuictia 2.

abfurdè amplificatur nocumentum inferendum corpori ex vfu parco falitorum per Quadragesimam. Auctos à fale Armenios exagitat Ifaac eorum Catholicus a recensens octauam eorum hærefim, quod panem abfque fale haberent: cum tamen morbi omne genus inferat panis infufus. Viderint qui per Quadragesimam aded falita refugiunt, ne excludantur à numero facrarum viftimarum quibus iuxta Chryfoftomum fal admifcendum ex lege erat, complecturque potiùs in eis ferale illud Marci 9. de damnatis pronuncia-tum. Omnis viftima fale falietur.

Explofi, qui obferuationem Quadragefi-mæ, caftitati infenfam dicunt.

Argumentum poftremum quod peteba-tur ex acriore per Quadragesimam carnis infestatione, non eft diffoluendum confu-giendo ad ciborum qualitatem; vt perperam in argumento illo affumitur: fed expediendum eft, Satanæ afum allegando, qui, vt Nectarius feribit ornans S. Theodorum, & S. Leo frequenter admonet in fermonibus de quadra-gelima, nominatimque in 1. & 3. eo tempore eft infestior, & carnem incendit follicitius, vt perfuadeat, macerationem corporis, noxiam potiùs effe & libidinis irritatiuam. Item vt moleftia afficiat feruos Dei, qui eo tempore ftudiofius incumbunt in curam animæ, fuique configurationem ad Chriflum tunc ieiunantem; qui vt nos confirmaret, tentatorem admi-fit confeflum à ieiunio. Neque vero Satan per Quadragesimam, de antiquorum Patrum fen-tentia à Caffiano b recitata, acriùs infestabat Monachos quoad carnis duntaxat prurimum, & efferefceniam corporis in lafciuam, vt fupponebat argumentum: fed infestabat indif-criminatim, etiam extra materiam luxuriæ, vt ad fedis murationem, & tepefactionem in cul-tu numinis, variæque vana & terrena defide-ria. Et quanquam verifimile eft, eos tunc quo-que, de lafcuia corporis & carnis cupiditati-bus infestationem perpeffos; tamen fuit hæc pariter Regis Babylonis fornacem fuccen-dentis malefica machinatio. Itaque non cibo-rum in Quadragesima vfurpatorum qualitas, aut olim Monachis fuit, aut nunc cuiquam contra caftitatem fraudi effe debet, ob illas per Quadragesimam acriores, (vt volunt) infe-ftationes: alioqui magna Sanctorum pars, ole-ribus aut leguminibus viftitantes aberraffent. Et S. Pertus, qui lupinis aqua maceratis vitam fuftebat, vt feribentes Gregorium Nazian-zenum c, & Clementem Alexandrinum d, fu-pra retuli, nec non S. Matthæus qui ex Cle-mentis Pædagogæ oleribus cibabatur, offecifet continentia per eam abftinentiam. Salem item adhibuere in cibum Sanctorum pleri-que, vt retuli, nihil veriti ex eo moderato falis vlu, caftitatis difpendium. Singulare eft quod de S. Portiano Abbate, proditum eft à Grego-rio Turonèfi e in vitis Patrum Gallicanorum, [ Fertur (inquit) a ftiuo tempore, cum ardor Solis vi caloris fui cuncta confumeret, & etiam corpora quæ robustiora potu ciboque erant, ab actu defatigaret; in ieiuniis post perditum omnem ab ore humorem, falem ætians ru-

b coll. 11. cap. 18.

c orat. de pau-per. amore. d 2. pæd. c. 1.

e cap. 5.

minabat. Ex quo iterum affumpto liquore, arentes gingiuas parumper reficere quærens, quanquam palatum aridum humectaret, ta-men maius tormentum addita corporis fiti præftabat. ] Neque hic Sanctus, timuit caftita-ti fuæ ab vfu falis. Quare argumentum quod contra Quadragesimæ obferuationem ex dif-pendio caftitatis per falita inferendo vrgebatur, euanefcit.

Quod autem in argumento illo affumitur, ieiunium de fententia Ecclefia ad folius cafti-tatis fubfidium adhiberi, falfo affumitur. Sa-nè ieiunium, ficut Quadragesimæ, ficut quod-cunque aliud, non fpectat tantum compref-ffionem lafciuæ carnis, fed alias quoque vir-tutes, vt rectè ratiocinatur informans Celan-tiam S. Paulinus, his præter cætera. [ Qui pro-babiliter ac fcienter abftinentiæ virtutem tenent, eo affligunt carnem fuam, quo animæ frangant fuperbiam: vt quafi de quodam fa-ftigio contemptus fui atque arrogantia, def-cendant ad implendam Domini voluntatem, quæ maximè in humilitate perficitur. Idcirco à variis ciborum defideriis mentem retrahunt, vt totam eius vim occupent in cupiditate vir-tutum: iamque minùs ieiuniorum & abfti-nentiæ laborem caro fentit, anima efuriente iuftitiam. Nam & vas electionis Paulus, dum caftigat corpus fuum & in feruitutem redigit, ne aliis prædicans, ipfe reprobus inueniatur, non ob folam ( vt quidam imperiti putant, ) hoc facit caftitatem. Non enim huic tantum-modò, fed omnibus omninò virtutibus, abfti-nentia opitulatur. Neque magna, aut tota, Apoftoli gloria eft, non fornicari: fed hoc agit, vt caftigatione corporis erudiatur ani-mus: quantòque nihil ex voluptatibus con-cupifcit, tanto magis poffit de virtutibus co-gitare; ne perfectionis Magifter, imperfe-ctum aliquid in fe offendat; ne Chrifli imi-tator, extra præceptum quicquam aut volun-tatem Chrifli faciat, nèc minùs exemple, quàm verbo doceat: cumque aliis prædicau-erit, ipfe reprobetur. ] Hinc habetur, infestatio-nes quibus ieiunium obffit, non effe de fola luxuria, fed de omnibus vitiis.

Itaque non eft admittendum, quod in argu-mento impugnantium Quadragesimam fup-ponebatur; nempe ieiunium fole luxuriæ com-pelcendæ effe accommodatum, nec nifi in eum finem ab Ecclefia præferibi: quamvis verum fit, ieiunium præfertim non aded breue, fed ad 40. dies protenfum, effe ad eum finem valdè fructuofum. Incredibile enim eft, quantoperè largior efca & potus ( vini præfertim, ) incen-dat corpus. [ Vbi enim vifcerum pori ( ait Pe-trus Damiani f ) ciborum repleti funt, fuum illic procul dubio robur vindicat flamma li-bidinis. Hæc enim peftis ariditate repellitur, & vbi offeri corporis humor deficit, hæc etiam arefcendo marcefcit. Planè vt ignis aquæ, fic luxuria inimica eft frigori; atque aded vbi ge-nuinum carnis ardorem, ciborum fomenta de-ftituunt, feruor quoque luxuriæ, necesse eft extingatur. ] Fauet egregia Theodoretæ g dif-putatio, qua demonffrat, cibum plus fouere & calefacere corpus, quàm veltimenta; & cibum ignis inftar calefacere. [ Non enim, ( vt quidam arbitrantur, ) tunica, indumenta, & veltes, ca-lore præbent corpori, lapides enim & ligna caleface-

f. 6. epift. 16.

g orat. de charitate fub initium.

calice

CAP. XII. Rosa fructifera, stimulis ieiunij.

cal facerent quibus ea admota effent; fed ne-mo vnquam vidit lignum vel lapidem, velti-bus euafiffe calidiorum. Ergo nec corpori præbent ea calorem, fed feruant calorem corporis. Et frigidi quidem aëris, arcent in-curfionem; fufcipientes autem vapores qui exeunt ex corpore, & iis calefiunt, & calo-rem exhibent corpori. Huius autem rei, testis eft experientia. Sæpè enim frigidum lectum ingredienti, corporis applicatione, fragu-lum quod priùs erat frigidum, calidum ef-ficimus. Cibus ergo magis calefacit quàm veltis. ]

Quare vt internum incendium quo rota natiuitatis inflammata à gehenna deflagraret, extingatur, & ad eam temperationem redu-catur ardor camini cuique noffrum intrinfe-ci, ieiunium eft peropportunum. D. Augufti-nus a id egregiè declarat, inter alios ieiunij eximios effectus, proponens coërcitionem lafciuæ: quod probat exemplo Ifraëlitarum, qui poftquam manducauerunt & biberunt, ventre differo & pulmonibus præ efcarum vbertate æftuantibus, surrexerunt ludere, vt dicitur Exodi 32. quod S. Cyrillus, b honefte de luxuriæ turpitudine dictum affumat. Sed quia hoc exemplum ad fpiritualem potiùs fornicationem pertinet; cum iufus ibi, fonet idololatriam, quæ iuxta Philonem c, & Na-zianzenum d atque Auguftinum alibi e, eft fpirituales fornicatio, femper tamen habens nexam obfcœnitatem atque lafciuam, vt dif-ferit S. Cyrillus f, & ex variis feripturis Vil-lalpandus g fubdendum eft exemplum, quo nexus crapulæ cum luxuria corporea & ma-teriali, manifeflus fiat. Addit ergo D. Augu-ftinus, h [ Princeps ille humani generis Adam, quamdiu ieiunauit feruans mandatum, in pa-radifo fuit. Vbi verdè comedit ciectus eft de paradifo: Et qui in paradifo Dei, virgo fuerat, ciectus de paradifo cognouit vxorem: femper enim iuncta eft fatiritati luxuria. Vicina fibi funt venter & genitalia, & pro membrorum ordine, ordo vitiorum intelligitur. ] Profecit apertè ex Tertulliano aequè ac S. Hierony-mus, [ Monffrum haberetur ( inquit Tertul-lianus, i ) libido fine gula: cum duo hæc tam vnita atque concreta funt, vt fi difiungi omni-nò potuiffent, ipfi priùs ventri pudenda non adharerent. SPECTA corpus, & vna regio eft. Denique pro difpofitione membrorum, ordo vitiorum. Prior venter, & ftatim cætera fagi-næ fubffruata lafcuia eft. Per edacitatem fala-citas tranfit. ] Præiuit his omnibus Philo, l cum dixit. [ Ventris diluuiem pedifqua à natura addita comitatur libido coitus, furore ac æftro pertinaci concita & moleftiffimam tabiem afferens; cum enim è multis condimentis po-tuque meraciore contracta crapula grauantur homines, non funt amplius fui compotes: Sed peroperantes ad amatorios concubitus com-effabundi oberrant ianuis, donec deferuente defumatòque affectu poffint quiefcere. Cui rei profpiciens Natura videtur ventri fubieiffè inftrumenta coitus: qui fatiritatem folet fequi, & tum demum agere fuum nego-tium. ]

a fer. 65. de tempo.

b Epift. 1. Pafl.

c l. de deca-log. d orat. 31. e 1. 3. de doct. Chrif. c. 8. & 1. re-tract. c. 19. & tract. 42. in Ioan ac romo 10. fragm. 3. f. 1. 7. in Iulian. g in cap. 43. Ez. ch. 1. 4. toto cap. 79. h fer. illo 65.

i l. de ieiunio cap. 11.

l. de Agric.

m Epift. 11. Patchali.

nium puriffimum propè veluti frœnum vfur-pemus, quo mentis inclinatio, carnifque im-portuni motus caftigentur. Eft namque in corporibus luxus, radix veluti quædam, & pa-rens rabidæ atque effertæ voluptatis, quæ ad res bonas contententi obffitit acriter, & vefano impetu ad turpiffima quæque defertur. Cæterum ieiunij labores generosè infurgunt, ac perturbationum nobis inffaturum impreffiones excipiunt, carnemque ad damnofa de-labentem egregiè admodum ad facilitatem obedientiamque compellunt. Et huc vfque quidem ieiunium iis qui illius ftudio tenentur, profuerit. ] Et hic ex parte eft finis ieiunij Quadragesimalis. Ex parte dico, quia non eft folus ieiunij illius finis, vt perperam in aduer-faria difputatione affumebatur.

Nulla ex parte, hoftibus obferuationis Quadragesimæ res bene cedit.

Nihil ergo ficut à Sectariis, lurconibus & carneis Iouiniani & Epicuri dogmatum mangonibus, ficut ab ignauis & cunctis curantibus Catholicis, aduersus Quadragesimæ obferuationem prolatum eft, quod commodam non habuerit explicationem. Proindeque concludendum eft, amantibus falutem animæ fuæ, leuem hæc & mox diffluxuram carnis ab-inedia & abftinentia moleftiam, impedimen-to effe non debere, quominùs Chrifli, ad veritatem Patris noffri, & Ecclefia Matris, præceptis, hæc in parte aufcultantes, longèni fint fuper terram; tantum abeft, vt vita acelfio, vel clades fanitaris, per Quadragesimæ obfer-uationem fit illis timenda. Quod caufatum Cardinalem Hofium fanctitate ac docterna meritifque in Ecclefiam confpicuum, etiam cum per ætatem à lege ieiunij immunis erat, legis tamen obferuationi mordicis inhæfiffe, fama eft. Et verdè vt eft apud Siracidem n, Qui abftinens eff, adiciet vitam. Cui Spiritus fan-cti oraculo fubffribentes paffim Patres, falu-britatem, corporum quoque, tribuere folent obferuationi Quadragesimæ. S. Auguftinus o. [ Ecce fratres chariffimi, Deo propitio, tem-pus Quadragesimæ venit, & ided rogo dile-ctiffimi, vt dies iftos corporibus falubres, & animæ medicinales, ita cum Dei adiutorio fanctè ac fpiritaliter celebremus, vt obferua-tio S. Quadragesimæ, non nobis iudicium pa-riat, fed profectum. ] S. Athanaſius informans virginem. [ Si accedant aliqui, & dicant tibi, ne frequenter ieiunes ne imbecillior fias, nec illis credas nec aufcultes: iftos enim Diabolus fubornauit. ] Probat hoc ex tribus pueris qui ieiunantes & lautitiis abftinentes, apparuere corpulentiores ac floridiores. Tum addit. ] Vi-de igitur quid faciat ieiunium, morbos fanat, diftillationes exffecat, cor purgatius, & corpus falubrius reddit. ]

n c. 37. Eccleſ.

o fer. 55. de tempo.

In pratexentes violationi Quadragefi-mæ, Medici fyngrapham.

Conueniendi fuperfunt qui vel Medicorum fyngraphis, aut Confelliariorum Doctõrũ ve- T r e 2 iudiciis,

**CAP. XII.** *Rosa fructifera, stimulus, ieiunij.* iudiciis, vel Superiorum indulgentia, securos se prætant in quadragesimæ violatione. Ordiant à Medicis, quia ferè posteriores nihil statuunt, nisi post exquisitum Medicorum sensum, & auditum eorum iudicium. Et certum est, sanctum per quadragesimam abstinendi ac ieiunandi usum, non aliunde magis euiguisse in Ecclesia, quam ex laxitate per Medicos inducta: siue quod minus dignè de hac praxi Catholica sentirent, siue quod ablandientes iis qui suam ignauiam rectorio necessitatis obducebant, per humanæ gratiæ cum diuina se collidentis captationem, & ob corporis statum optimum quem Medici propositum habent animam negligentes; parui fecerunt legum sacratum seueritatem tueri: conscij præsertim, non defuros qui molliùs agerent si adirentur, unde sibi auertendos consultores, & minuendum quæstum non dubitarent. Quæcumque verò sit huius laxitatis, ferè per Medicos inductæ origo, constat plerosque Medicos graui infamia flagrare, quod non modò de sanctionibus Ecclesiasticis minus solliciti sint cum sanitati corporum non videntur conducibiles, sed non rarò quoque in leges ipsas diuinas, & iuris naturalis scita, carni ablandientes, nec nisi temporalem salutem curantes, incurrant: vt taceam alios Medicorum nequos, de quibus diffusè Petrarcha. Absit vt paucorum labem omnibus affricem, & laudatam in sacris literis tanquam propter necessitatem honore dignam Medicorum artem damnatam velim. Improuidorum est, Nazianzeno b ac Theodoro c, & Isidoro Pelusioræ d iure improbatum, maculam paucorum ex aliquo instituto, ad cæteros indiscriminatim transferre, quam notam in me cadere nolim. Itaque illud tantum dico, proborum Medicorum confessione patere, non defuisse Medicos conscientiæ cauerentia, & salutis suæ æternæ ac famæ prodigos, quibus præ sanitatem corporum, quæ curanda susceperant, viluerit salus animæ, & ipsorum Medicorum, & ægtorum quibus admovebant curationem. Baptista Condronchus, & doctus & pius Medicus, opus iustum de Christiana medendi ratione, his Medicorum stribilibiginibus impleuit. Specimen est, quod ad sanitatem recuperandam, nonnulli Medicorum salute animæ neglectâ, autores fuerunt, vt æger vel voluntaria feminis excretionem, vel mulieris non suæ commercio vteretur; impium remedium, præ quo mors potius esset eligenda, præscribentes, nullo reuera fructu; cum sit falsissimum, genus aliquod morbi ea ratione leuari, vt optimi Medici, Cagnatius e, & laudatus proximè Condronchus f euincunt. In quam peruersitatem, meritò exertus est iam olim Ecclesiasticus gladius g. Non desunt, qui celando matrum scelere, ac vt honori familiarum inferuiant, abortiones bis homicidæ conciliant; & corporis & animæ mortem, innocuo factui inferentes. Sterilitatem ex eodum siue præbibendam offerre, ne tumens vterus scelera detegat, leuculum quibusdam Medicis visum. Mendaciis autem animare ægtos, ne noxa quidem habetur: id quod inter officiosa Medici munia Rodericus à Castro h inuerecondè numerauit; viderit verò Gabriel Naudæus i, siue eius dispu-

a l. 5. Epistol. senil. c. 4.

b orat. 14. c 12. contra Græcos sub finem. d l. 2. epist. 52. & l. 3. ep. 242.

j l. 1. variat. cap. 1. f l. 1. de Christiana medendi ratione c. 20. & 21. & 25. g dist. 2. cap. ergo de pœnit. & 22. q. 2.

h l. 3. de Medic. politic. cap. 9. i quest. 4. Iatrophilolog.

ratio pro Medicorum mendaciis, ab eo cœno pura & illimis. Fastidios, plura de Medicorum malè sanorum probis. Glutientes huiusmodi camelos, quis liquaturos culicem censeat; & pro magno habituros, syngaphas violandæ Quadragesimalis abstinentiæ, concedere non egentibus ea facultate; quosque stare posse communibus Ecclesiæ legibus, si coniti tantisper vellent, exploratum habent, quantumuis prætextus non desint, & mendacia stimulantè ingluvie obrudantur? Non sunt securi, sed in legem iustam & sanctam peccant, qui tali comætu, ad lenociuandum carni se muniunt. Ipsi verò Medici, sacra disciplinæ per eam indulgentiam proditores, graui peccato se inquinant, vt latè prosequitur Baptista Condronchus in opere de Christiana ac iusta medendi ratione k, annuuntque morum Magistri, & qui nodos conscientiæ expediunt, nominatim Syluester l, & Tabienna m, atque Palacios n. Idem insinuat Tolerus o, grauius admonens Medicos ne sint hac in parte prodigi, cum debeant cautè causas pendere ex quibus concedunt syngaphas; nec ex quavis leui causa declarare adesse causam sufficientem laxandi legem ieiunij. Sed disertissimè Gabriel Palaëotus p in Archiepiscopali Bononiensi varia præscribens circa Quadragesimæ obseruationem, declarat, Medicos in hac re labentes, peccare mortaliter, & peccatum in Bononiensi Diœcesi referuatummittere. Etsi quæ duplex Medici peccatum, in Confessione seorsim exprimentum, si carnes concedat in die ieiunij sine causa, censet Sanches vterque q, & Ludouicus à S. Ioanne r

*Ne Confessariorum quidem ac Theologorum laxum iudicium, semper securum in hoc negotio.*

**N**on est plerunque securior, Medicorum *Spiritalium* allegatio; intelligendo hoc nomine, conscientiarum arbitros, etiam si Confessarios. Multi enim liniant parietem absque temperamento, consuuntque pulillos sub omni cubito manus, in exitium, & suum, & eorum quorum conscientiam onerant, ac specie directionis implantant. Itaque nisi vera legis violandæ necessitas sit explorata; aut ita probabilis, vt in propria causa, deposito sensu suo, standum sit iudicio prudentis nec palpantis directoris conscientiæ, frustra eius sensus allegatur. Neque verò est Confessario, ex eo quod Confessarius sit, plus hac in parte potestatis, quàm cuius probo simul & docto viro ad præbendum consiliu de rebus ad conscientiam spectantibus idoneo. At hos videmus, lugemúsque, non rarò ad gratiam loqui, ac molles sententias captare, & coniti vt loquantur placentia; quod in antiquæ legis Doctoribus, sæpè improbat Dominus, quæstus nominatim per Ieremiam s, quod ab huiusmodi Doctoribus egressa esset pollutio super terram. In superbiam & honoris appetentiam, horum malorū Doctorum vaniloquium, refert Autor operis de malis Doctoribus. Cui corrupto & cœnoso fonti, adiungitur non rarò, commodi

k l. 1. cap. 26.

l V. medicus quæst. 7. m V. ieiunium n. 22. o in 4. dist. 15. disp. 8. sub finem. p l. 6. summa cap. 4. q parte 6. para. animaduertendum à DD. Medicis. q l. 4. in decal. c. 11. n. 53. & Ioann. Sanch. d. 51. selecta num. 16. r l. 1. p. summa tract. de ieiun. artic. 7. dub. 2.

a hom. 25. b orat. 1. c hom. 7. in Italam.

d ser. 10.

e in 4. de cr. p. 2. c. 6. § 9. num. 11. f l. 10. de leg. cap. 6.

g in 4. dist. 15. q. 3. art. 2. h l. 2. q. 97. art. 4. i 6. de leg. c. 14. omni 9. l. tract. de leg. cap. 22. num. 4. m l. 8. de matr. d. 17. q. 1. num. 4.

à consulto sperati illecebra, vt Autor imperfecti in Matthæum a admonuit; suffragaturque Nazianzenus b, ventri loquos post Originem c appellans eos, qui veritatem, vel obducunt, vel euerunt, vt affluat vnde saginentur. Vinam illos tales conscientiarum arbitros, nullos tales Doctrinæ sacre propolas, habeat Ecclesia. Quare in causa de qua agimus, nemo sibi de Confessarij vel Doctoris Theologi assensu ablandiatur, si certum habet, se legi communi parere; & citra notabile valetudinis damnum Christianam abstinentiam obseruare.

*Superioris dispensatio, quatenus iuste obtendi possit violationi Quadragesimæ.*

**Q**ui denique in Superiorum indulgentia ingluuici suæ perugium captant, & tamen sani ac vegeti, vescendi cibis quibus per Quadragesimam interdicitur, facultatem exorant, tantum quia gratiores sunt & gustui sapidiores; viderint quàm absint à graui noxa, quantumcumque interposita facultate. Nam vel obseruatio Quadragesimæ, iuris diuini est, vel humani duntaxat. Esse iuris diuini obseruationem Quadragesimæ, quippè à Christo ipso instituta, non parui nec leues DD. pronunciarunt. [ Quod per Quadragesimam ieiunamus, (ait Chycologus d,) non est humana inuentio; autoritas est diuina; & est mysticum, non præsumptum; non est de terreno vsu, sed de cœlestibus est secretis. ] Hoc si admittamus, frustra allegatur dispensatio hominis, quæ in Dei legem non cadit. Habet quidem interdum locum interpretatio, qua doceamur, legem diuinam ob certas circumstantias per seipsam cessare: vt rectè statuunt Couarruias e atq; Suares f. Si autem Quadragesimæ obseruatio (vt est verisimilius,) non est lex ipsius Christi, sed à sanctis Apostolis, vel à summis Ecclesiæ post eos Rectoribus, est instituta; sic quidem cadit in legem de Quadragesimæ obseruatione humana dispensatio, si sit in dispensante potestas, nec causa idonea dispensandi deficiat. Deest dispensandi potestas quoad hanc legem, siue ab Apostolis, siue à summis Ecclesiæ capitibus aut inductam aut firmatam; deest inquam omnibus inferioribus fidelium rectoribus, nisi ex facta à summis potestate. Neque enim inferior per se ipsum à superioris lege potest exoluere. Et quamuis Ecclesiæ capita censentur in huiusmodi negotio, quod frequenter admodum occurrit dispensandi copiam inferioribus Antistitibus fecisse, quod ita postulare videatur commoda rectorum fidelium eisdem concessa, vt S. Thomas g, Caietanus h, Suares i, Layman k alique confirmant: tamen ratum est apud Doctores quos Sanches m aceruat, cum quis sine idonea causa legem superioris relaxat, absque fundamento ac temerè dispensationem postulat, grauius delinquere, si lex à qua substitutus exoluit, obliget sub graui culpa, cuiusmodi est hæc de qua agimus. Nec tantum illi cita est ea dispensatio in lege superioris absque idonea causa, sed etiam est nulla, & inualida,

vt bene monstrat vir doctissimus Sebastianus d'Abreu j cum Suare, Sanches, Salas & Castro Palau, quos adducit, quia Superior non censetur annuere vt in sua lege dispensetur ab inferiore absque idonea causa.

Quare nemo cui suppetant vires ad Quadragesimæ obseruationem palpet se, eo quod sui Antistitis, multò minus Paro. hi, aut eorum qui prærogatiua ipsorum potiuntur, auctoritate muniatur. De summo Ecclesiæ Rectore alia est ratio. Nam posito quod lex de qua agimus, Apostolica tantum sit, vel Ecclesiastica, (vt dixi esse verisimilius,) nemo ambigit, quin possit ipse in hac lege validè dispensare, etiam si causa deesse supponeretur. Habet enim eandem cum sancto Petro, & quibusvis suis decessoribus auctoritatem ac proinde potest validè legibus per eos latis exoluere quencumque libuerit. Non erit tamen expers culpæ ea exolutio, si causa perspicuè desit. Neque enim par est, sanctè à Maioribus constituta, & tot sæculis in Dei Ecclesia magno cum fructu vsurpata, conuelli absque idonea causa. Idque communi Doctorum consensione firmatur; tamen de culpæ mensura dissident; quibusdam per se loquendo, & secluso scandalo, leuem duntaxat in tali dispensatione culpam agnoscentibus; vt Soto n, Nauarro o, & alii, quibus Sanches p, & Layman q adscribuntur; aliis verò eam dispensationem, eiusque petitionem graui noxa fordere contententibus, quod censent Couarruias r, Valentia s, atque Suares t, qui minus consequenter videtur ad dere v usum talis dispensationis, cuius positio ob cooperationem ad laxationem, singularitate & incongruitate partis cum suo toto fordet, proisus expertem esse peccati. Quomodò enim effectus ille non redolebit causæ illicitæ vitium?

Ex hac ratiocinatione efficiunt, neminem sanum, & ad Quadragesimæ obseruationem idoneum, posse sibi de facta legis laxatione ablandiri, cum dispensatio à quocumque infra summum Ecclesiæ Rectorem facta, non subsistat: facta autem per Pontificem, non peccatur absque culpa, iuxta magnos quosdam Doctores, graui & mortali, iuxta alios verò nemine dempto, fordeat culpa saltem minuta & veniali, quam admittere nemo rebus suis bene consulens velit, cum sit offensa Dei, præqua, vt D. Anselmus differit, leue esse cuius deberet, eueri mundum vniuersam, & omnes animas petire in æternum. Itaque periculum est, ne huiusmodi dispensationes (vt in alia materia loquitur Aluarus Pelagius x,) ad nihil aliud commodent eas captantibus, quàm vt curialiter vadant in infernum, vel vt minimum ad Purgatorium, vbi ignibus emendatoriis, defricent suæ huius voluptariæ molli tudinis rubiginem.

*Conclusio, de nauiter amplectenda, cuius non legitime exsoluto, Quadragesimæ obseruatione.*

**Q**uare omnibus effugiis præclusis, & omnibus iniquitatis leuitis combustis igni, factum ieiunium Patrum commendatione illustratum & abstinentiam omnibus præconiis

C A P. XII. Rosa fructifera, stimulus, ieiunij. f l. 1. tract. 9. disp. 9. n. 192.

n l. de iust. q. 1. art. 3. o præ l. 9. n. 14. p l. 1. de iur. iur. cap. 20. q tract. de leg. cap. 22. num. 13. r in 4. decret. p 2. c. 16. paragraph. 9. n. 15. & 6. s l. 2. d. 7. q. 5. t. 9. c. 1. de leg. c. 18. nou. 9. v ibidem e. 19. num. 14.

x l. 2. de plan. materia loquitur Aluarus Pelagius x, ad nihil aliud commodent eas captantibus, quàm vt curialiter vadant in infernum, vel vt minimum ad Purgatorium, vbi ignibus emendatoriis, defricent suæ huius voluptariæ molli tudinis rubiginem. art. 8. littera 3.

CAP. XII. ab isflem honestatam, fidelis quisque, Christi Rosa fru- & Sanctorum exemplo, mandante Ecclesia, Elifera, sti- vfu antiquo comprobante constantem, ample- mulu ieiunij. ctatur. Laudatores eius multos, supra retuli sub huius puncti initium. Præterea pangit & abstinentiæ & ieiunio illustre encomium Iſidorus Pelusiota a signatis præcipuis exemplis in Scriptura exaratis, eorum quibus abstinentia & ieiunium, fructus eximios conciliaſſent: eorumque è contrario, quos ingluuies ac facietas pessundediſſet: quæ vel emolumenta, vel damna, ob indictæ abstinentiæ ac ieiunij vel obseruationem, vel contemptum, obuentura, dubitare non licet. Sed illa mihi præter cæteras planè singularis videtur vtilitas, sacra Quadragenæ ieiunium abstinentiamque seruantiſſibus obueniens ex collectione Ecclesiæ.

1. i. epist. 69.

Hebr. 10.

parte 2. h. c. roci.

1. de Moni- toriis p. 2 c. 5. à num. 22. e hom. de rogat.

Eam quippè deſeri contra Apostoli b moni- tum, & incongruitate magna sordet, & magno apud Deum fructu ſpoliat. Nam Ecclesiam di- uinis institutis inhaerentem, Deus acceptiſſi- mam habet; & eius intuitu multa præſtat, etiam formali prece non interpellatus, quæ alioqui non præſtaret, vt dictum est tractan- do fraternitatis literas c ex Philone præſertim & Ambrosio. Cum igitur cætus proborum vniuerſus per Quadrageſimam ieiunet, dam- noſum est eam collationem deſerere, ſeque potiùs voluptatis carnis curam facientibus ag- gregare. Quid quod Ecclesia per vniuerſam Quadrageſimam, quoties ieiunium ſeruatur, hoc est omnibus feriis, fundit orationem vnam *super populum*, vtique ieiunantem, vt multæ orationes diſerte ferunt; eique cum alia cæ- leſtia dona, tum etiam ſoſpitem precatur. Quanti verò ſint communes Ecclesiæ preces, latè dixi d tractans præcipuum virus excom- municationis, quod ſitum eſt in excluſione ab illis communibus precibus. Earum item effi- caciã benè proponit S. Anitus e. Hoc ergò tanto bono ſe fraudat, propter corruptibilem eſcam velut alter Eſau ſeque veluti excom- municat, qui Quadrageſimæ obseruationem flocci facit.

Egregiè ieiunij Quadrageſimalis alios fru- ctus expreſſit Prudentius in ieiunantium hym- no. Eſſe enim eum hymnum de ieiunantibus, tempore Quadrageſimæ, patet præſertim ex eo quod ſub hymni ſinem, vocat ieiunium de quo agit *dogma conſecratum; à Christo Magi- ſtro, ſeclatoribus datum*, quod reperit initio hymni poſt ieiunium, explicatque de ieiunio Quadrageſimali. Sic igitur Prudentius eo hymno ieiunantium, fructus ieiunij Quadra- geſimalis aperit.

*Nihil hoc proſeclò purius mysterio,  
Quo fibra cordis expiatur vinidi,  
Intemperata quo domantur viſcera,  
Putrem ne reſudans crapulam  
Obſtranguata mentis ingenium premat.  
Hic ſubiugatur luxu, & turpis gula  
Vini atque ſomni, degener ſocordia,  
Libido ſordens, inuerecundus lepoſ.  
Variateque peſtes languidorum ſenſuum  
Parcam ſubacte diſciplinam ſentiunt.  
Nam ſi licenter diſfluens potu & cibo,  
Ieiunia ritè membra non coerceat:  
Sequitur frequenti marcida oblectamine,  
Semivilla mentis vt tepeſcat nobilis,  
Animique pigris ſtortat vt præcordiis.*

Origenes ſpermulta ſerpaucais complexus eſt, viſus primum ieiunij corporalis minuere commoda, quia de ieiunio Iudaico diſputa- bat: Quoad dies verò Quadrageſimæ, ieiuniis (vt ait,) conſecratos, & alios quosdam, fate- tur eſſe fructuoſiſſimos, vt caſtita incorrupta ſeruetur, vt Scripturis opera detur, vt ſcien- tiæ & ſapientiæ ſtudia per ventris ac gutturis continentiam vigeant; vt per abstinentiam miniſtram, ſeipſum quiſque propter regnum cælorum caſtret, reſecta ciborum affluentia. Sic offertur Deo hoſtia pura, ablato ventre impuritatũ ſede, quod perpulchrè exponit his verbis Philo q tractans quorſum in hoſtiis pacificis omentum deberetur ſacerdotibus. g l. de ſacerd. honor.

[Omentum ventris eſt protuberatio: Venter porrò nil aliud quàm proſæpe brutæ concupiſcentiæ, qui potationibus rigatur & in- gluuie, & inundatur aliis poſt alias cibi potùſque deliciis, ſuis more gaudens in cœni volutabro degere. Proinde locus excrementis dicatus conuenientiſſimus eſt illi turpi & in- temperanti pecudi. Aduerſatur autem ei tem- perantia, quam exerceri & labore ſtudiò- que conſirmari docet modis omnibus, vt bonum maximum ac perfectiſſimum, priuatim, & publicè vtile: Quocirca gulola concupiſ- centia, cum ſit impura, proſanaque, meritiò extra virtutis ſines exulat. Temperantia verò pura virtus & immaculata, cibi potùſque ne- gligens, vt contemptrix voluptatum ad ven- trem pertinentium, ad ſacrum altare admitti- tur: aufertque illam ventris protuberantiam, quo magis admoneatur deſpicere gulam in- ſatiabilem, & quicquid accendit hanc concupiſcentiam.]

Cum tanti igitur ſint obseruationis propo- ſitiæ fructus, imò attentis Ecclesiæ præ- ſcriptis, neceſſitas; enitendum eſt cuique non exſoluto legitimè, vt quid poſſit experiatur. Adibam nuperimè iſtis ſeclis Paſchalibus, officij gratia, Eminentiſſimam quandam per- ſonam; cui ſolemne & vſuarium erat, ab annis omninò multis, præ podagra & aliis ægritu- dinibus, quibulcum conſiſtabatur, Quadra- geſimale ieiunium præterire. Cum mirarer, corporis habitum ſolito meliorem, conſirma- uit eſſe quod mirarer, cum per Quadrageſi- mam totam, & delectum ciborum & inediã præſcriptam exquisitè ſeruafſet: addens ſe ex- perimento comprobafſe, hominem plus poſſe ea in parte, quàm ſibi abſtinentiam natura per- ſuadet. Itaque ſixum ſibi eſſe, deinceps exſo- lutiones à communi lege ſeruandæ Quadra- geſimæ, miſſas facere, & legi parere. Ferè enim difficultas tanta huius obseruationis, quæ im- poſſibilitatis colore ſe regit, inde duntaxat pro- manat, quod nunquam experiſſi placuit, quid homo poſſet, ſi conſiti vellet: & à primo pun- cto ſeruandæ legis obligatio locum habuit tanquam in negotio ob impoſſibilitatem deſ- perando, nulla eſt adhibita cura, nullum ſtu- dium in hæc di ſanctis institutis: proptereaque Petrus Damiani b Marinum fratrem ſuum in- ſortmans, admonebat eum in hæc verba. b l. 6. epist. 25. [Si viſ ad perfectionis fatigium prouchi, à modò u- ceſſe eſt in cunctis virtutum ſtudiis exerceri: videlicet dum atas tua cerea eſt, dum mo- res teneri in quamlibet partem valent in- differenter adduci. Cum iſtis ergò corpo- ralibus

f hom. 10. in Leuit. in ſine.

g l. de ſacerd. honor.

1. l. c. 4.

b in 2. d. 32. p. 1. ar. 3. e l. 6. Tract. 1. c. vltimo.

d ſent. 4. de Quadrag.

e epistol. 1. Paſchali.

ralibus incrementis coeua virtutum exercitia coalceſcant, vt conſuetudo læuiget, quod debilitas humanæ fragilitatis abhorret. Nunc itaque exiguo cibo, exigua nihilominò ſe in- teſſimorum menſura coarctet, vt dum in ipſa viriditate ſua vaſculi ſinus attrahitur, modica poſtmodum annonæ menſura facilè replea- tur.] Ex Pelagio Demetriadem implanare ten- tante, hæc ipſa viſ aſſuefactionis à primis an- nis, egregiè aſtruitur. Sed quia nunquam ex- perimento comprobatum eſt, quid poſſet qui ſe impoſſibilitatis damnat, mirum non eſt tor- pere in ſtudio Sanctorum imitatorum. Diſſe- rens aduerſus obſtantes reformationi Ordinis collapſi Ioannes Nider a, cum inter alia op- poneretur à mollibus durities Ordinis, & in præſcriptis abſtinentiis atque ieiuniis, difficul- tas (qui item erant Galteri Apoſtate aduer- ſus Ordinem ſuum Benedictinum crocitateſ ibidem à Nidero recitati ex Holinando;) re- tundit eam oppoſitionem Nider, penes Dei aſſiſtentiam, quæ non deest bonæ voluntatis hominibus; itavt etiam inſulla conditiſſe ali- quando legatur; vt ſeruis ſuis dulceſceret ob- ſeruatio certorum ciborum ex regula: 2. penes valorem complexionis quem ex D. Thoma b, & Vlrico de Argentina c perſtare vegetum, itavt ſecluſo miraculo (quod per aliquod tempus interuenit) idem ſit qui olim fuit; cum poſſibilitas & ſimiles pœnalitates con- naturales homini, procedente tempore non ſint adauſcæ vel immutate. Et eodem reuol- nitur tertium caput, quod ipſe proponit pri- mo loco, eſtque ſitum in hominis potentia, quam Nider expoſtulat neminem experiſſi velle, illa ex D. Bernardo adducens, quæ apud ipſum B. Bernardum adhuc quæro. [Ignofce Domine, ignofce. Diſſimulamus, tergiverſa- mur, & in his quæ ad te pertinent, vix eſt qui velit experiſſi quid poſſit.]

Postremo loco admonendi ſunt, quibus grave eſt obſeruare ſacram Quadrageſimam, tempus id eſſe iuxta S. Leonem d quo ieiunia caſta aliorum temporum culpas decoquant, & reatum ob eas ſuperſtitem detergant; vtique per corporis aſſiſtationem vltro hoc tempore ſuſceptam. Qui ergò hæc ſacra inſtituta con- culcat, nihili videtur facere vltorem Deum, qui hoc peccatum caſtigabit, vt benè monet S. Cyrillus e componens manducandi tempo- re vetito voluptatem, cum pœnis inferni id- circò ſubundis. Eius hæc eſt ratiocinatio poſt laudatum fuſè quadrageſimæ ieiunium. [Sed dicat forte aliquis. Non equidem non inutile eſſe ieiunium, verum labor quoque adiunctus moleſtia non vacat, quin eſt naturæ omninò inimiciſſimus. Itane verò? Quid turpiùs, aut quid omninò abſturdius, quàm amare quem- piam ſcilicet res optimas, rerumque ſibi vti- lium poſſeſſionem magni æſtimare: deinde verò in ea ſibi vtilitate comparanda, vel ne tantulum quidem operæ ſumere, vel in eo certè ſe negligentiorem oſtendere: ac iei- unium quidem vtile eſſe profiteri, labores au- tem, per quos eam vtilitatem conſequamur, vitare? Vt enim qui è terra enaſcuntur ſurcu- li, habent à radice ſui ortus initium, ſine qua nec eſſe poſſint; ſic hilariſ & tranquillæ men- tis originem à laboribus trahit, ac per eos proſe- cutiſe latè, atque oſtendit. Duorum ex-

gò alterum eligere nos oportet. Aut enim la- borem omnem declinando, totius gloriæ ac dignitatis expertes, mortuis non abſimiles ci- uimus, nullam omninò curam noſtræ ſalutis gerentes; aut adamantes ieiunij laborem, illa iure optimo conſequemur, quorum iacturam ab eo reſugientes ſubire necellè fuerit. Nemo itaque dubitet futurum, quin ſiquidem ſapere velimus, optimam de nobis ſeramus ſenten- tiam, quæque præſtantiora ſunt, iis quæ pro- deſſe nihil poſſunt præferamus. Quamobrem ſi quis res illas, quæ pulcherrimæ apud homi- nes ſunt, ob exiguos labores fugiens, nihil ta- men ex eo ſentiret detrimenti, atque ab omni damno procul id faciens, periculoque abeſſet, eum nihilominò ego omnium inſipientiſſi- mum exiſtimarem. At verò ſi exigua quædam pati recuſantes, in maiora & grauiora incur- remus mala, an non conſentaneum fuerit id pati malle, cui labores, & minùs graues, & fructuoſi magis adiuncti ſunt? libenter autem eos rogem, qui ita ſunt affecti, vt rum odio- ſius, ieiuniumne, an æterna ſupplicia exiſti- ment? Fatebuntur, vt arbitror, vel inuiti, eſſe de ſuppliciis tanquam de longè peioribus iudicandum. Cum ergò nobis vtrumque ne- ceſſitas proponat, cur id quod præſtantius eſt eligentes, non ipſi de nobis quàm rectiſſimè ſtatuumus? neceſſe eſt enim aut per labores li- berati malis, aut ſi illos recuſes, flammis inex- tinctis mulctari.] Breuiùs poterat cum Euch. f dicere. [Quid profuit dum homo in ſæculum fuit, ventri atque epulis indulgiſſe? Aut ubi ſunt illi qui in carnis lætitiã ac voluptate vi- xerunt? Nonne totum eis in obliuionem mi- ſit vltimus dies? Sicut Scriptura commemo- rat: Malitia (inquit) horæ obliuionem facit luxuriæ magnæ. Melius eſt vti ieiunio æterna reſectio, quàm vt breuiſſima culpa delectatos perpetua aſſiſctio ſequatur.]

Quid quod etiam iam quoad maculam de- terſa peccata, hic per nos non vindicata, ſuf- ceptis aſperis corporis perpeſſionibus, aut pa- tienter exceptis malis vnde cunquè obueniën- tibus, ſeucriſſimè in ignibus emendarioris ex- terget Deus? vt proinde peſſimè ſibi conſu- lant, iuxta Synclium g qui hic reſugiunt dura ſubire. Conſultiùs Abbas Olympius referente Moſcho h, cum torreretur ab æſtu in ſpelunca loco ætuoſiſſimo, itavt Cynipheſ pateretur inſeſtiſſimos, ſciſcitanti quorſum tanta per- ferret, & tam aſperè ſe diuexaret, reſpondit, ſic me hic crucio, vt euadam futuros cruciatus: quod ad cruciatus temporarios Purgatorij pertinebat, cum mortalium maculas, quibus quis æternis ignibus in inferno ſit obnoxius, iam pridem à ſe deterſiſſet vtr puiſſimus, ſi quas contraxerat. Idem ergò ſibi quiſque in multo leuiore ieiunandi labore occinat, ſi ſe amat. Nec aliud fanè reponebant varij è Purgatorio per miraculum reduceſ, cum rogarentur cau- ſam vltro aſſumptorum grauium ſuppliciorum ob leues culpas, vel cur ob noxas quateſcun- que iam condonatas, ſe dirè hic cruciarent. De hoc inſentino ad aſſumenda vltro opera ſatiffactoria, dum licet breui hic vexatione longè grauiorem in Purgatorio inferendam redime- re, actum plenè poſt expoſitam atrocitatem pœnatum Purgatorij in Heteroclitis ſpiritua- libus.

CAP. XII. Rosa fructi- fera, ſtimu- lus ieiunij.

f homil. ad penitentes.

g epistol. 40

h cap. 14.



CAP. XIII. Christiani ieiunij Rosa fructifera.

CAPVT XIII.

Christiani ieiunij Rosa fructifera. Excursio in congruam ieiunij Quadragesimalis conuersionem.



a serm. 41.

b orat. 1. de pauper. aman.

c cap. 25. d l. 6. carminum 3.

e l. 2. in Iouin.

f lib. 7. de Quadr.

g l. de ieiun. cap. 16.

h serm. 167.

ONVESTITIO qua ieiunium rite explendum honestari debet ad Rosa fructus pertinet, id est ad exercitationem ceterarum virtutum, sine quibus ieiunium ieiunatur, vt scitè dixit Petrus Chryzologus a. Id est nudum ieiunium, est corporalis exercitatio ad modicum iuuans, de Apostoli sententia, nam etiam Diabolum ieiunare à cibus, admonet Nysenus b. Et idcirco Patres, quoties ieiunium celebrant, siue in homiliis, siue in libris de eo conscriptis, sed maxime in sermonibus vel homiliis de Quadragesima, solent adiungere adhortationem ad aliarum virtutum excitationem. Id quod Esaias c ex Dei nomine dicitur tradidit, cuius locum Theodulphus d carmine expressit. Et idem significasse Ioëlem, hortatus est ad sanctificandum ieiunium, docet his verbis S. Hieronymus e. [Ioël clamat, sanctificate ieiunium, predicate curacionem, vt monstreret ieiunium sanctificati ceteris operibus; & sanctificatum ieiunium, curacioni proficere peccatorum.] Eodem modo Ioëlem accipit S. Maximus & S. Gregorius f quoad ieiunij sanctificationem.

Quod verò addit S. Hieronymus de prædicanda curacione, quod in Vulgata legitur, vocatè carum, ita à Tertulliano exprimitur, vt idem sonare videatur, quod officiosè colere aliquem, vt alicui faciant, idemque sit curacionem facere, quod Galli dicunt, faire la Cour. Nam officia curantia Deum, quæ Ioël mandat prædicari, explicat Tertullianus g per adulationes salutantium aras idolorum ad horas singulas, qui (inquit) curacionem facere dicuntur. Quod si placeret cortici Latinæ vocis curatio insistere, est certè cur dicatur, ieiunium sanctificatum curacionem facere. Nam ad curanda animæ vulnera nihil opportunius ieiunio, sanctis operationibus conuulso. Petrus Chryzologus h concinnè de more. [Si quo forte nostra mens iaculo fuerit confixa peccati, si caro tumescat ex crimine, si vitiorum sanie fragilitas humana corrumpatur: Tunc ægris illa quæ non sanis, penitentia, Medicina succuratur, ferrum compunctionis accedat, apponatur adustio tunc doloris, adhibeantur suspiriorum tunc fomenta, tumentis conscientia feruor euaporet, tunc reatus vlcera lachrymis abluantur, immunditiam corporis cilicia tunc detergant, ferat ferat amarum penitentia curam, qui seruare noluist debitam sanitatem, Medicus sit ingratus, qui per dolorem reuocat salutem.] Reuenio ad ieiunij sanctificationem per sancta opera.

Vt ergo ieiunium duratione integrum, ad quod Rosa initiatio & ostentatio excitat, vndeque plenum sit, adiungendi sunt ei fructus aliorum sanctorum operum. Nam Rosa

mystica in qua versamur, scateat vrgentibus incentiuis ad omnium planè virtutum exercitationem: Ita vt hæc Rosa, si benè introspectiatur, videri possit consimilis ei Rosæ quam Baptista Porta i describit, inter multiplices alios fructus rutilantem. Quod res sit admodum singularis, adscribo eius verba. [Nouimus (inquit) arborem delicias horti nuncupatam, crassitudinis & proceritatis non ingrata, quæ perpingui riguo, & superferante solo consistat erat, vt tum vigore, tum humi vbertate, insitis alimentum suppeditaret. Erat trifurca. In vno ramo vnam vnam, & item alteram vinaceis vacuam discoloram & medicatam gerens; quarum altera lopotem, altera alui deiectionem moliebat. Secundus ramus persicum afferebat ex persico, & nucipersico interualis pluribus æquè distinctum absque vllo esse. Quod si cui inerat, nucleum dulcem vti amygdala dabat; & nunc hominum, nunc animalium faciem mentiebatur pomum, diuersaque lineamenta demonstrabat. Tertius cerasia exossa, acida & dulcia emittebat, ad hæc mala aurea. Cortex floribus Rosisque confusus erat, fructusque ipsi debitam magnitudinem superabant, & aliis dulciores ac odoratiores erant. Verno tempore efflorescebat arbor, & vltra debitum tempus, suos fetus producebat, quando in arbore morabantur, & continuè fecunditatis orbem toto anno ministrabant: nam per quosdam gradus poma, sibi succedebant, & scatura interpolabatur, brachia ponderibus inclinata procumbebant. Denique sic cælum fauebat, vt pulchriorem arborem non conspexerim.] Hoc ne figmenti quis arguat, meminerit Plinium l, visam sibi tiliam referre iuxta Tiburtes, multipliciter insitam, omni genere pomorum onustam, alio ramo nucibus, alio baccis, aliunde vite, ficis, pyris, punicis, malorumque generibus. Cui addit, breuem fuisse vitam: haud dubiè ob succum à tam multiplici genere per insitionem adiuncto eidem trunco. Rosa igitur inter tam multiplicis generis fructus fulgens, qualem Baptista Porta retulit, accommodari optimè potest ad Rosam initiatam, sanctificantem in fidelium pectore, non rosas dumtaxat, sed quoscunque fructus honoris & honestatis. Nam per solam huiusmodi fructuum prætermissionem, ieiunij medicamenta conuertenda esse in vulnera, grauius admonuit S. Augustinus m.

Cur peculiarius per Quadragesimam insistentum bonis actibus, & quibus

DECET hoc studium, cum aliorum ieiuniorum tempus, tum præsertim quadragesimæ, cuius vt aiebat Nectarius Constantinopolitanus in S. Theodori laudatione. [Casti sunt & diuini dies, in quibus omnis ætas apud se cogitat, quæ potius sunt admissa peccata: in quæ & facile est cadere, cum tunc grauius oppugnet inimicus, & reuocari est difficile.] Hoc de acriori Satana per quadragesimam, notauit optimè S. Theodorus Studita n, necnon S. Bernardus o, & frequenter sanctus Leo in sermonibus de quadragesima p. Itaque

l lib. 1. Magic Natur.

lib. 17. c. 18.

m serm. 55. de temp.

n catech. 57. o serm. 5. de Quadrages. p serm. 1. 2. 3.

CAP. XIII. Christiani ieiunij Rosa fructifera.

a Epist. de celebr. Pasch.

b Epist. 10. & 31.

c in cap. 9. Math.

d serm. 10. de Quadr. e hom. de iei. pr. pasch.

f l. de resurre. cap. 8.

g in Onomast. Euch. eo Verb.

h ser. 4. Catech.

i Catech. 54.

k ser. 55. de temp.

l l. 6. Epist. 32.

Itaque eo studiosius in omnia opera est incumbendum. Et allicit ad hoc ipsum contingit, vt D. Augustinus a perpendit, Passionis Dominicæ Quadragesima. Quid enim congruentius, quam rigatos Christi sanguine, & eius veluti stercore ac fimo iuxta Paulinum b pingue factos fruges quorumvis bonorum operum copiosè perfundere? De industria sanè S. Ecclesia, vt obseruauit S. Hieronymus c, tempus Quadragesimæ ieiunij addidit [quia ad Passionem Domini & Resurrectionem per humilitatem carnis venit, vt spiritali faginæ, ieiunio corporis præparemur.] Communionem Domini corporis in Paschate faciendam designat, concinens SS. Leoni d atque Chrysothomo e qui ieiunium Quadragesimæ referri dixerunt ad Paschalem participationem Domini corporis, quo verè anima faginatur, vt dixit antè Hieronymum f Tertullianus. Nam & hunc esse vitulum faginatum, à Patre reduci per penitentiam filio appositum, graues DD. suo loco g adducti prodiderunt. Quare vt is diuinus cibus pascat & reficiat vberius, adiungenda est escarum corporearum abstinentia, aptatio animæ per quævis virtutum opera, quorum est in his spiritualibus nudinis, opportunitas maxima. Sic enim denominatam memini à Theodoro Studita h Quadragesimam. Idem alibi i, opera bona, quibus per Quadragesimam est insistentum sic describit [Quadragesimæ tempus cum vniuerso anno compositum, simile est intempetuosi portus, quo confluentes cuncti mortales tranquillitate fruuntur spiritali. Neque enim Monachis solum, quin Laicis quoque, patrisque iuxta ac magnis præstitibus, subditis, Regibus, Sacerdotibus, omni generi & ætati, hæc anni tempestas salutifera est. Quippè vrbes ac territoria, magis supercedent rixis & tumultibus, subeuntque vicissim psalmodia, laudes, supplicia, preces, quibus elemens placatus Deus, pace imbuit mentes, noxasque condonat, si ex animo sincero timide ei trepidè que accidamus, & allachrymemur, promissa in posterum emendatione.] Hanc de Quadragesima cum portu comparationem, per pulchre profequitur S. Augustinus l.

Alia exercitia Penitentia admodum congruentia ieiunio Quadragesima.

NOTANDUM est in proposito S. Theodori loco, in Quadragesima à fidelibus vsurpati solita supplicia. Hoc referendum est ad cilicina vestis vsu, chameuicias, flagella, & similes penas, quas fideles de se sumerent, vlciscentes Dei iniurias reliquo anno illatas. Ex hoc antiquo vsu, in Ecclesia Lugdunensi, in Quadragesimæ initio, virgarum fasciculus in Ecclesia publicè exponitur, moris vetusti nimentum. Et apud Petrum Damiani m Gammugneses Monachos informantem, hæc ab eo præscripta leguntur pro Quadragesimæ ieiunio. [Hoc tanquam regulare constitueramus edictum, vt sub districti censura rigoris, Theophilus Raynandi Pontificis.

Quadragesimale celebraretur ieiunium. Nimirum vt per triduum non nisi modicum panis cum aqua, omnes fratres comederent; nulla nisi lectioinum sine ordinum verba proferrent, nudis pedibus lugubres ac mœrentes incederent, expleto communi modulatione psalterio, mutua se scoparum castigatione purgarent. Quod cum fratres voto & animo ac spiritali iucunditate non segniter agerent, & vltra etiam quod præfixum erat, satis superque peculio bonæ voluntatis angerent, quidam inter eos extitit qui clam in edendo regulam violauit.] Subdit eius, tametsi vegeti ac obesi, sub mediam Quadragesimam repentinum morbum, mox funere acerbo conclusum; quæ visa est non obscura violati præscripti coërcitio.

Exercitium illud penitentia quod omnibus suis per Quadragesimam præscribebat Petrus Damiani n in personam periplenatis transferebant quidam Germani, quos memorat in sua Europa Aeneas Syluius, & Volaterranus o. Adamum ab eis nominatum referentes hominem qui à die cinerum nudipes ac mutus, è templis extorris, per totam Quadragesimam oberrabat, donec feria V. in cœna domini, percepta absolutione restitueretur. Non spectabat hæc penitentia per Quadragesimam assumptio, peccatum Adami; vt forte spectabat, quod Armeni referente Nicone p ante quadragesimam per octiduum ieiunabant, pane tantum & aqua adhibitis, ob mortiam Adami expulsi è Paradiso. Ita enim aliqui eorum exposuerunt causam huius Armeniorum ieiunij q, quod tanquam conuulsum multis turpitudinibus, & ex variis impiis causis à plerisque eorum susceptum Isaac Catholicus Armeniorum Satanicum nominat, & auersandum demonstrat. Sed qui simplicius agebant, finem quem dixi, ei ieiunio præfigebant. Hi spectabant personalem Adami culpam, pro qua videntur voluisse deo satisficere, vel certè Adamo satisficenti pro se, condolere voluisse. Hunc fuisse finem primum octiduanæ istius apud Armenos Quadragesimæ, quæ nunc apud eos vocatur Souperchibac, vel S. Georgij, narrat in historia sacra expeditionis ad insulam S. Irenes, Franciscus Richardus r: referens Armenos, persuasos Adamum post culpam, de lapsu suo verecundantem hæsisse per octiduum facie ad terram obuersa cernuum in gemitibus assiduis, cibi cuiuscunque ac potus abstinentem, eam Adami octiduanam abstinentiam, plenè aliquos, alios autem ex parte amulari: Ellèque calumniam, quod Græci Armeniorum hostes, affingunt illis; nempe quod ieiunent huiusmodi octiduum, lugentes ob mortem canis, Sergium Mahumetis Magistrum præcedentis, cui nomen Aepçibac, id est Nuncius. Aliqui tamen Armeni in honorem S. Georgij Martyris hoc ieiunium obeunt, vt idem Autor refert; vnde per dies quadraginta illud continuant, persuasi arma quibus S. Georgius instruebatur, pondo quadragenarium appensa fuisse: Indèque ortum vt hoc ieiunium aliqui nominent Carabum ladre gbiuugh bac, id est, grane pondo quadraginta, chargé de quarante quintaux. Sic igitur Armeni.

n cap. 37.

o l. 7. Geogr.

p de relig. Armeno.

q inuictina r. in Armenios c. 14. & inuictina 2. hæretici 23.

r cap. 7.

CAP. XIII.  
Christiani  
ieiunij Rosa  
fructifera.

cap. 9.

b l. 2. de be-  
ned. c. 39.  
c l. 1. de festis  
cap. 15.

At Germani, quos memorabam, spectabant cuiusque nostrum peccata, & penas in Adami panis adumbratas, & securam interuentu poenitentiae, restitutionem in integrum. Bene & consentaneè ad praecalam Humberti Syluae Candida disputationem, de congruo poenitentiae ac mœroris & afflictionum vsu per Quadragesimam, inter Latinos, vt Adamum poenitentem exprimerent, eiusque restitutionem per poenitentiam sibi augurarentur. Et idem habetur in Concilio Agathensi a. Eatenus itaque, Germani illi, bene. Nisi quod melius per vnumquemque exigeretur per Quadragesimam poenitentia, quam demandaretur piaculari homini, ac veluti periplemati, & lustramento, aut purgamento, vt veteres loquebantur.

Ad excitandum per Quadragesimam studium hoc poenitentiae, vsus Ecclesiae iam olim tulit, vt capita fidelium cinere inspergerentur ineunte Quadragesima. Hospinianus Sectarius, huius sacri ritus autorem facit S. Gregorium, adducens testem dicti huius Balæum Centur. 1. Scriptorem Britanniae. At hæc esse signa, ab istis de suo cerebro exrompta, monstrat Greserus b. Qui alio loco c, castigat insulsum Græculum, à quo hi cineres ad sacrum ritum à Latinis adhibiti, finguntur è concrematis fecorum animalium ossibus parari, & fronti ac faciei fidelium admista aqua illini par Sacerdotes, initio Quadragesimæ. Dimissis verdè his tenebrionibus, agnoscendum est, vsu cinerum capitibus imponendorum in capite ieiunij, esse S. Gregorio antiquiorem, cum ita sanxerit Concilium Agathense celebratum anno 506. Et quamquam decretum illud spectet tantum publicè poenitentes, tamen ad omnes fideles eum vsu extendit Concilium Toletanum IV. Et merito. Omnes enim fideles his diebus poenitentiae, ad redimenda peccata, ad saluandas animas institutis, habent se vt poenitentes; vnde cineres congruè excipiunt. Sicut olim plerisque Sanctorum, ex vsu fuit, velle in cineribus expirare, vt cor eorum contritum quasi cinis proderetur. Plenè de hoc sacro ritu, actum est in Tractatione de Sacramentalibus.

*Eleemosyna & Oratio, ieiunij Quadragesimalis veluti ale,*  
*iuxta Patres.*

AD opera Poenitentiae quorum dignus fructus maximè commendatur in quadragesima, valdè accedit opus simpliciter dictum; id est eleemosyna. Sic enim veteres Christiani, nominabant erogationem stipis, vt patet ex titulo libri S. Cypriani de Opere & Eleemosynis; Et ex Prudentio in Pfycomachia, qui auaritiæ & virtutis oppositæ pugnam describens, vocat eleemosynam *operationem*, vbi Victor Giselinus iure expostulat de Georgij Fabricij audacia, qui expuncta voce *operationis* substituit contra omnium Codicum fidem, vocem *miserationis*. Potest autem hæc erogatio facultatum, numerari inter ope-

ra poenitentiae; quia plerisque est satis onerosa, & vt loquuntur, *penalis*. Nec mirum; cum contineat effusionem sanguinis, vt ex D. Augustino, aliisque monstraui in opere de Martyrio d. Directè tamen, & spectata sua natura, eleemosyna est actus charitatis, quæ ignea est, & sursum tendit, vnde merito adiungitur ieiunio, vt illud sursum subuehat tanquam vna eius ala. Vt autem abstineam commendatione eleemosynæ generatim acceptæ, (in quam curam incubuerunt plurimi adunati à Iulio Fulco, & Paulus de Angelis e; nec non Petrus Dagonel, toto ferè opere de bono vsu diuitiarum, ac Theodoros Peltanus, ac Bartholomeus Camerarius & Bellarminus agentes de bonis operibus;) restringenda est disputatio ad commendationem eleemosynæ per Quadragesimam; quod crebrò faciunt, ferè quotquot in Quadragesima dixerunt ad populum. Ego paucis adscriptis, contentus ero.

Origenes f egregiè descripta Christiana ieiunandi ratione, addit. [ Sed est & alia adhuc religiosa, cuius laus quorundam Apostolorum litteris prædicatur. Beatus est qui etiam ieiunat pro eo, vt alar pauperem. Huius ieiunium, valdè acceptum est apud Deum, & reuera dignè satis. Imitatur enim illum qui animam suam posuit pro fratribus suis. ]

Gregorius Nyssenus oratione per tempus Quadragesimæ habita ad pauperes commendandos, postquam egestatem miserorum vndeunque accurrentium graphicè expressit, subdit. [ His necessaria ad victum suppedita, tu qui ieiunas. Erga fratres calamitosos benignus esto. Quod ventri subtrahis, tribue esurienti. Exæquet omnia iustus dei timor, duas inter se contrarias affectiones, tuam videlicet satietatem & fratris famem, modesta contentia tempera atque moderare. Sic enim faciunt & Medici. Alios exinaniunt, alios replent, vt accessione decessionèque, vniuersusque sanitas conseruetur. Honestè admonitioni obtempera. Aperiat ratio pauperibus diuitum fores. Consilium, inopi ad locupletem aditum patefaciat. Egentes ne ditet humana ratiocinatio. Sed illis & domum, & lectulum, & mensam tribuat dei verbum sempiternum. ] quod scilicet per scripturas & sanctos suos vt bene illis fiat, adhortatur, & talia præstantibus æternam spondet satietatem ac fecunditatem. Sanctus Ambrosius b. [ qui abstinentem, & minimè prandemus hoc tempore, prandia nostra pauperibus prærogemus. Hæc enim est vera iustitia, si re esuriente, de cibo tuo alius fatietur. Sic enim tu pro delictis tuis ieiunus dominum roges, & ille pro te saturatus exoret. Vtrumque tibi proficiet, & tua famem, & satietas mendicorum. Cæterum qui sic abstinet, vt nihil pauperibus de suis epulis largiatur, videtur quæstum sibi suum fecisse ieiunium & negotiationem, parcendo. Ad hoc enim abstinit non vt placeret deo, sed ne amplius erogaret. Atque aded bona eleemosyna cum ieiunio. ]

Petrus Chrysologus i. [ Abstinentia, est hominis prima medicina: sed ad plenam curam, misericordiae requirit expensas. Abstinentia extinguit febrim, sed arefacta membra longæ febris incendio, nisi largo infundantur vnguento,

guento, nisi blandissimis rigentur fomentis, nisi iouentur medicinae sumptu, ad integram sanitatem redire non possunt. Sic ieiunium quamuis excludat vitiatorum morbos, carnis amputet passiones, criminum causas propellat, tamen sine misericordiae vnguento, sine pietatis riuo, sine eleemosynæ sumptu, perfectam salutem mentibus non reponit. Ieiunium sanat vulnera peccatorum; sed cicatrices vulnerum, sine misericordia non emundat. Audi Dominum dicentem, *Dare eleemosynam, & ecce sunt vobis omnia manda.* Ieiunium singulari cultu euellit vitia, eradicat crimina, ad fructus bonos agrum parat & mentis & corporis: sed nisi misericordia fecerit fundamenta, senium est studium ieiunantis. Ieiunium est sanctitatis hostia, sacrificium castitatis: sed sine misericordiae incenso, ad diuinum non potest conspectum in odorem suauitatis ascendere. Quod omnia est corpori, hoc misericordia constat esse ieiunio. Quando ieiunium ex misericordia vivit, tunc viuificat ieiunantem. Ieiunium virtutum nauis, portat quæstum vitæ, lucrum salutis aduectat. Sed qui intrat carnis pelagus, scindit vitiatorum fluctus, inter scopulos criminum transit, præterit littora passionum, nisi citò portum pietatis intrauerit, exerceat virtutes non potest, lucrum non potest habere virtutum. Qui se stare nouit in huius vitæ lubrico, qui se intelligit carnis viam transire per lapsum, qui se sentit incursionibus ignorantiae, negligentiae casibus subiacere; sic ieiunium teneat, vt misericordiam non relinquat. Ieiunium nobis aperit cælum, ieiunium nos intromittit ad Deum: sed nisi tunc affuerit nobis misericordia nostrarum patrona causarum; qui de innocentia constare non possumus, securi de venia non erimus, dicente Domino, *Iudicium sine misericordia, illi qui non fecerit misericordiam.* dies gratus, sed gravior est serenus. Ergo erit ieiunium nostrum illo clarius, si nobis Quadragesimæ dies, splendor misericordiae det serenitas. ] Addit alia in eam rem non pauca, adhortans vt prandium ieiunantis, sit cæna pauperis. Fusè item in eandem sententiam agit duobus consequentibus sermonibus.

S. Augustinus a. Ieiunia nostra, vt plena sint & suffarta, misericordiae pinguedine saginentur. Nec putes ieiunia sola sufficere ad sananda vulnera peccatorum, ni medicamento eleemosynæ recreentur. Ieiunium ergo tuum te castiget, sed lætificet alterum; & ita fructuosæ erunt angustiae tuæ, si alteri latitudinem præstent. Sic ieiuna, vt in alio manducante prandisse te gaudeas. Hilarem enim datorem diligit deus. Nam manducante paupere de bonis tuis, prandet Christus, qui se in paupere esurire testatur. ]

S. Leo b sterilem appellat inedia cui non adiungitur erga pauperes miseratio, imitatione Patris cœlestis. Addit verdè, [ peliciae igitur nostræ sint opera pietatis, & illis cibis, qui nos ad aeternitatem nutriunt, impleamur. Latentur in refectionibus pauperum, quos impendia nostra satiauerint, &c. ] Excurrit in omnia misericordiae opera, quorum opportunissimum tempus sit Quadragesima. Idem alii Theophilus Rynaudi Pontificia.

bi copiosè exequitur, illud præmittens. [ Ra- tionabilibus sanctisque ieiuniis, nulla vilius quam eleemosynarum opera copulantur, quæ vno misericordiae nomine, multas laudabiles pietatis continet actiones. ] Rursus alio loco d. In pauperes & diuersis debilitatibus impeditos, benignius nunc largitas exeratur, vt gratia deo multorum voce referantur; & ieiuniis nostris, egentium resectio suffragetur. Nulla enim deuotione fidelium magis dominus delectatur, quam ista quæ pauperibus impenditur; & vbi curam misericordiae inuenit, ibi imaginem suæ pietatis agnoscit. ]

S. Gregorius e. [ Illud ieiunium deus approbat, quod ad eius oculos manus eleemosynarum leuat, quod cum proximi dilectione agitur, quod cum pietate conditur. Hoc ergo quod tibi subtrahis, alteri largire, vt vnde tuo caro affligitur, inde agentis proximi caro repareretur. Hinc etenim per Prophetam dominus dicit. *Cum ieiunaretis & plangeretis, numquid ieiunium ieiunastis mihi? Et cum comeditis, & bibitis, numquid non vobis comeditis & vobismetipsis bibitis?* Sibi enim comedit & bibit, qui alimenta corporis, quæ sunt communia dona Conditoris, sine indigentibus percipit. Et sibi quisque ieiunat, si ea quæ sibi ad tempus subtrahit, non pauperibus tribuit, sed ventri postmodum offerenda custodit. ] Ad hunc modum, seruari Christi præceptum de vngendo capite suo inter ieiunandum, eo quod oleum symbolum sit misericordiae, tradit per pulchrè S. Hilarius f. Tandem de congruo ieiunij & eleemosynæ nexu, optinè Nectarius Constantinopolitanus g.

Alam alteram ieiunij, Patres passim statuunt orationem, ipsæque scripturae ferè semper necant ieiunio orationem. Petrus Chrysologus serm. 41. ait, se in superioris sermonis sine patefecisse, quod esset oratio cognata ieiunio. Sed quod ser. 41. ad finem nihil tale habetur, apparet, seriem sermonum Chrysologi quam habemus, non respondere tempori quo habiti ab eo sunt sermones. Vel certè fatendum erit, intercidisse sermonem vnum, in cuius calce tractarentur quæ ipse affirmat à se proposita in fine præcedentis sermonis. Fortassis sermo illa præcedens quadragesimus primus, is ipse est qui nunc notatur numero quadragesimus tertius. In eo enim toto, & nominatim sub finem, agitur de congruo nexu orationis & ieiunij. Præter cætera verdè ait Chrysologus eo loco. [ Tria sunt, tria fratres, per quæ stat fides constat deuotio, manet virtus; oratio, misericordia, ieiunium. Sunt hæc tria, vnum: dant hæc sibi inuicem vitam. Est namque orationis anima ieiunium; ieiunij vita, misericordia est. Hæc nemo resecndat, nesciunt separari: Horum qui vnum habet, ista qui simul non habet, nihil habet. Ergo qui erat, ieiunet: qui ieiunat, misceratur: audiat petentem, qui petens optat audiri. Auditum Dei aperit sibi, qui suum supplicanti non claudit auditum. ] Totus sermo in exponenda huius nexus efficacitate consumitur.

Expressit alia Metaphora Tertullianus, b ieiunij & orationis nexum cum dixit, ieiunium precibus ali. Placuit Diuo Augustino i.

V u u 2 ca

d l. c. 5. n. 1.

e l. 2. & 7. de oper. militie.

f hom. 10. in Leuit.

g orat. 1. de pauper. amand.

h serm. 41.

i serm. 41.

a serm. 65. de tempor.

b serm. 2. de Quadrag.

CAP. XIII.  
Christiani  
ieiunij Rosa  
fructifera.  
e term. 6. de Quadrag.  
d term 10. de Quadrag.

hom. 26. in 24 ang.

seano. 5. in Marth.

g orat. de S. Theodoro.

h l. de pec. c. 92

i l. de pec. c. 92

CAP. XIII. Christiani ieiunij Rosa frullifera.

ca cogitatio. Vnde præter alios insignes effectus quos ieiunio tribuit, illum proponit. [ Quod humilitatem commendat, præstetque homini seipsum intelligere, quod est infirmum & fragile: atque dum ita se intelligit imbecillum, aptiorem virtutem Dei, adiutorem querit, & accipit. Quarit autem per frequentes orationes & obsecrationes. Oratio quidem est refectio ieiuniorum, aduocat gratiam Spiritus sancti. Oratio duritiam cordis molit, austeritatem temperat, ieiunium dulcificat. Sicut enim sine potu non est plena refectio; sic & ieiunium sine oratione non potest animam perfecte nutrire. Quid autem oratio, nisi ascensio animæ de terrestribus ad cœlestia, inquisitio supernorum, inuisibilem desiderium? Abeat dissensio secularium morum, quibus premitur mens humana quotidie. Oratio, coniunctio Spiritus sancti, &c. Ieiunium inertiam tollit de anima, impedimenta carnalia aufert. Oratio verò perseuerans, iungit Deo, atque ita gaudens, assistere se Domino gloriatur.]

Epist. de civibus Iudaic. cap. 4.

Eodem sensu Nouatianus a, gulæ temperantiam, (quam maximè proficitur ieiunium,) ait semper deprehendi vicinam religioni: imò, vt addit, consanguineam potius atque cognatam. Religionis verò functio præcipua, est oratio. Propterea quæ quot diuino cultui per aliquod tempus addixerunt sese specialius, orationi iunxere ieiunium; vt Moyses, Elias, & omnium caput ac exemplar Christus, in quam rem fusè disserit S. Basilius b, illud præmittens. [ Ieiunium preces nostras subuehit in cœlum, dum illis alarum vice sit, quo sursum ferantur. ] Paulum item interuentu ieiunij vsque ad tertium cœlum esse subuectum, vbi cum Deo egit familiarissimè (quæ est orationis de qua hic agitur, eximia functio,) annotat ibidem D. Basilius. Sed de nexu orationis & ieiunij plura passim apud Tractatores vtriusque huius pij operis. Laudatur etiam qui de tribus actibus proximè propositis, ieiunio inquam, elemosyna, & oratione, volumen libris tredecim distinctum conscripsit, Guntherus Elnonensis, qui tempore Federici Athenobarbi anno 1060. floruit: vt planè ignorem, cuius oscitantia, apud Ioannem Molanum c irreperit, Guntherum fuisse ex Societate Iesv. Sed de oratione, ieiunio per Quadragesimam studiosè coniungenda, disserit egregiè S. Cyrillus Alexandrinus d, nec Auctor qq. ex vtroque mixtim apud Augustinum e.

in Biblioth. V. ieiunium.

d h. 18. Pasch. e t. 4. q. 120.

Abstinentia ab aliis quàm gulæ voluptatibus, aut operationibus absolute licitis, Quadragesimali ieiunio consentanea.

Positiuis operibus ieiunium Quadragesimæ sanctè conuictentibus, adiungenda est abstinentia à quibusdam aliis quàm gulæ voluptatibus, aut operibus, ceteroqui licitis: cuiusmodi præter cetera sunt spectacula, choreæ, venatio, vsus coniugij, litium intentatio, aut profectio. Nam quoad spectacula & saltationes, quamvis vsus eorum dedecet Christianos quocumque tempore, tamen multo magis per

tempus Quadragesimæ. Quod ista semper dedecant Christianum, liquet. Id enim est quod sexta Synodus f his verbis confixit. [ Omnino prohibet hæc sancta & vniuersalis Synodus, eos qui dicuntur mimos, & eorum spectacula. Deinde venationum quoque spectationes, easque, quæ sunt in scena salrationes perfici. Si quis autem præsentem Canonem contempserit, & si alicui eorum quæ sunt vetita, dederit, si sit quidem clericus, deponatur, si vero laicus, segregetur. ] Interdicit ergo Synodus spectaculis scenicis, & saltationibus theatricalibus; quod in his vtriplurimum, animarum exitium ageretur. Alibi g latè disputatum est de cladibus variarum virtutum in hisce spectaculis, deque iusta multorum Patrum concitatione aduersus ea: esto vt se loquendo, & absolute spectata ea spectacula & saltationes, possint esse aliquid indifferens. Si igitur omni tempore tales oblectationes abhorrent à seueritate Christianæ disciplinæ, cui, vt S. Cyprianus h, & Tertullianus disserunt, alia constituta sint in vtraque vita spectacula; quanto magis dedecet Christianum tempore luctus & orationis, cuiusmodi est Quadragesima? Iure sanè S. Basilius choreas & saltationes à Quadragesimali ieiunio tanquam à seuerissimo magistro in exilium actas proficitur, tanquam à luctu Quadragesimæ abhorrentes. Nam luctum quidem indicit Christiano tempus ieiunij Quadragesimalis, quia est Pasceus Paschæ, & immolati pro nobis Christi. Præterquam quod tempus ieiunij est tempus afflictionis ac mœroris, vt superius est disputatum, monstratque synonimia nominum afflictionis ac ieiunij in Scriptura. Vnde Dauid ait se operuisse in ieiunio animam suam, quod apud Hebræos erat nota lugentis. Esset ergo impromptu cantatio ea musica in luctu, nec essent mala aurea in lectis argenteis, sed incongrua tempori opera. Id quod etiam euincitur, ex eo quod Quadragesima est tempus orationis, cum ad colendum & venerandum specialius Deum, tum etiam ad familiarius agendum cum eo, per secessionem ab externis, & subitioem in montem, abiectis ac dimissis ad tempus vallibus. Nulla porrò oblectationum propositarum, cohæret cum iis quas ex necessitate ad orationem adhibendas esse, in confesso est. Valeant igitur omnes illæ distractiones per Quadragesimam.

f canon. 5.

g l. 6. de virt. num. 206.

h l. de spectaculis vtriusque ad finem.

De venationibus quarum spectatione sexta Synodus interdixit fidelibus; verius videtur non fuisse venationes in campis, aut syluis: sed fuisse venationes in amphitheatro; non quidem gladiatorias, quæ tunc exoleuerant, sed per pugnam cum feris, quas è caueis educabant ad pugnam cum parabolans, non sine aperto istorum vitæ periculo. Videnda quæ dicta sunt in Homine Dominico Lorincato. Erant venationes illæ, consimillimæ ei quæ apud Hispanos celeberrima, & aduersantibus Doctorum scriptis agitissima fuit, agitationi Taurorum. Quamquam venationem quoque populariter dictam, dedecere Christianos per Quadragesimam, intelligitur ex graui disputatione Nicolai primi, respoñdentis cõsultis Bulgarorù i. [ Nulla ratio sit (inquit Pontifex,) in Quadragesimali tempore venationibus

i cap. 44.

CAP. XIII. Christiani ieiunij Rosa frullifera.

tionibus vti. Venantes enim nihil præter carnem captant. Vt ergo nihil carnale sectari videamini, decet et carnibus captandis, in Quadragesimali præcipuè tempore, vobis est abstinentum, quanto enim ieiunij tempore arctius est diuinis cultibus insistendum, tanto est à cunctis mundi nociuis oblectamentis, longius recedendum: præsertim cum neminem nisi reproborum, venationes exercuisse, sacra de signet historia. ] Significat Nembrothum, & Esau. Accedit quod venationem esse belli imaginem ac præexercitationem, Aristoteles quoque, & Xenophon, & alij suo loco a allegati pronunciantur. At vsus belli tempore Quadragesimæ, nulla exigente bellandi necessitate, dedecet Christianos, vt ibidem propè continenter tradit Nicolaus b: aduersus tamen cum necessitas defensionis patriæ, aut legum, inuitabiliter vrget, non esse abstinentum bello, occasione Quadragesimæ: sicut neque Hebræi obsidentes Iericho, abstiterunt eius vrbs circuitione, ob sabathi superuentum. Quod item fecere Machabæi, deprehensa hostium arte, in inferendo ipis bello per sabathum.

a lib. 5. de virtut. n. 54.

b cap. 46.

c serm. 41.

d cap. 47.

Ceterum occasio peculiariter conclamandi in venationes tempore Quadragesimæ, inducta videtur, quod nonnulli longitudinem inedia, si domi hærerent, tædio fore timentes; totam diem venationi impenderent, vt intelligitur ex illis verbis S. Ambrosij e. [ An putatis illum ieiunare fratres, qui primo diluculo non ad Ecclesiam vigilat, non beatorum Martyrum loca sancta perquirat, sed surgens congregat seruos, disponit retia, canes producit, saltus syluasque perlustrat? Seruos inquam secum pertrahit, forsalsè magis ad Ecclesiam festinantes; & voluptatibus suis peccata accumulata aliena, nesciens reum se futurum tam de suo delicto quàm de perditione suorum. Tota igitur die venatibus immoratur: nunc clamorem immoderatum effrensus, nunc silentium latenter indicit, lætus si aliquid cœperit, iratus si id quod non habebat, amiserit: & tanto studio gerit, quasi ided indium ieiunium fuerit, vt venatur. In his ergò luxuriis, fratres, dicite quis cultus sit Dei, quæ mentis possit esse deuotio qui propterea ieiunat, non vt Deo atque orationibus vacet, sed vt tota die otiosus & liber, proprias exerceat voluptates? Quamuis igitur qui eiusmodi es frater, vespere ad domum redeas, quamuis declinante iam sole manduces, potes videri tardius te refecisse, non tamen Domino ieiunasse. Non enim potes videri voluptatem tuam exercendo, fecisse Domini voluntatem. ]

Non venationibus duntaxat, sed etiam quibusvis iocis abstinentum esse per tempus Quadragesimæ, tradit Bulgaris Nicolaus d. Professus enim se paruulis in fide non ausum præcipere, vt tota vita iocis abstineant; [ at Quadragesimæ ac ieiunij tempore, quando per amplius & instantius orationi & abstinentiæ, & omnimodæ pœnitentiæ, (sicut longè superius exposuimus,) vacare debetis; non solum iocis, verum etiam ab omni vaniloquio & scurrilitate, quæ ad rem non pertinent, atque ab ipso otioso verbo, est abstinentum. ]

Theophili Raynandi Pontificia.

Adducit Oraculum Christi, de reddenda ratione pro verbo quoque otioso. [ Quanto magis de noxio & criminoso; ] Tum concludit Nicolaus. [ Nulla ergo vos voluptatum & iocorum, & maximè tempore ieiunij, vacuitas seducere valeat. Non enim lamenta cum iocis conueniunt: & fallax ac deceptrix læticia, veraces lachrymas producere nescit. ] Refert se Nicolaus e ad respoñdata superius, an esset abstinentum carnibus. Dixerat enim Nicolaus, aliis temporibus fas fore carnibus vesci, non tamen in diebus ieiuniorum, quibus per abstinentiam & lamenta pœnitentiæ supplicandum præcipuè est Domino, vt qui se sciuerit illicita perpetrasse, à quibusdam quoque licitis abstineat. Ob eandem causam, siue quia Quadragesima est tempus lamentorum & pœnitentiæ, censet Nicolaus nullatenus conuenire vxorem ducere, vel conuiuia (vtique solemnia & cum apparatus, qualia sunt nuptialia,) facere in Quadragesima. Sic enim accipiendum est interdictum celebrationis coniugiorum in Quadragesima, vt sit prohibitio non celebrationis quoad contractum, imò neque simpliciter quoad coniugij consummationem, vt Sanchez demonstrat f, sed sit interdictum celebrationis, cum pompa & solemnitatibus festiuis, tempus illud dedecentibus, vt rectè probat Bellarminus g.

cap. 13. Christiani ieiunij Rosa frullifera.

cap. 8.

f l. 7. disp. 12. n. 12. & 13.

g l. 1. de matr. cap. 31.

De vsu coniugij tunc quoque declinando, videtur suppetere sensus Apostoli; qui autor est, vt ex consensu, coniuges ad vacandum orationi (Græcus contextus addit καὶ τῆν ὑπόληψιν, & ieiunio;) secedant ab inuicem ad tempus, reuersuri postea in idipsum. Refert eo S. Hieronymus h, quod à Ioële dictum est, cum ieiunium indiceret. Egre diatur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. Id enim mandari notat, vt possint orationi vacare. Hinc suboritur quæstio, inter Canonici iuris Professores, ac etiam inter Theologos morales agitissima, an vsus coniugij tempore Quadragesimæ sit ex præcepto vitandus, an verò tantum ex consilio. Verba enim Liberij Papæ interdicentis vsu coniugij tempore Quadragesimæ, tanquam orationi destinatæ, in vtrumque sensum torqueri possunt. Et idcirco multi DD. quos signat Sanchez i existimant iungi vxori per Quadragesimam, ob solam voluptatis captationem, esse peccatum mortale. Quamquam alij culpam duntaxat venialem, in eo facto admittunt, eo quod per tempus luctus & pœnitentiæ, illicitum sit (tametsi leuiter tantum,) captare delectationes aded vehementes, quamquam ceteroqui licitas, attento statu talium personarum. Ipsi sanè Ethnici, operam daturi supplicationibus, & numina sua placaturi abstinebant vsu coniugij, vt videre est apud Tiraquellum l: quia naturale lumen eos docebat, non esse mœrentium, indulgere voluptatibus. Est quidem ea sententia, de nonnulla culpa, saltem in petito vsu coniugij per Quadragesimam, inter Doctores frequentior, vt Sanchez admonet, m eamque valdè probabilem existimat: tametsi postea verius censet, omni culpa vacare, etiam petitionem talis vsus per Quadragesimam; quia finis præcepti non cadit

h in cap. 58. n. 12.

i l. 9. de matr. disp. 12. n. 2. & 3.

l Ad leg. 15. conub. d. num. 114.

m supra n. 3. ad num. 5.

Cap. XIII. Christiani ieiunij Rosa fructifera. in cap. alms mator 1. p. § 5. num. 1.

sub præceptum, ut cum multis tradit Couar- tuas a. Atque adeo quamvis suis abstin- tiæ & ieiunij Quadragesimalis, esset, Deo li- berius vacare, (cui vacationi incommodat vsus coniugij, ut ex Apostolo vidimus;) ta- men non præcipitur ea vacatio, sed tantum abstinencia à certis cibis, & à pluribus come- stionibus; atque adeo cum vsus coniugij nullo præcepto veterit in Quadragesima, manet per se loquendo innoxius & indifferens.

Nihilominus quamvis hæc ita sint, negari non potest, consultius, & institutioni qua- dragesimæ conuenientius facturos coniuges, si de communi consensu, secluso incontinen- tiæ periculo, interdican sibi per quadragesi- mam vsu coniugij. Idque tanquam consilium optimum, proponunt omnino multi Doctores, quos Sanches loco allegato appendit b.

Et sic intelligo S. Basilium c, docentem tem- perate vsu coniugij, ut perseueretur in præ- cibus. Nec non S. Augustinum d dicentem, in- uerendum fore, non abstinere vsu coniugij per quadragesimam. Eodem item modo accipio Liberium Papam his verbis præscriben- tem. [ Abstinendum est in his sacratissimis quadraginta diebus à coniugibus; & castè ac piè viuendum, ut sanctificato corde & corpore, isti dies transigantur, donec perueniatur ad diem sanctum Paschæ; quia pœnè nihil valet ieiunium, quod coniugali opere polluitur, & quod orationes, vigilie, & eleemosynæ, non commendant. ] Hoc de pol- lutione per coniugale opus inuicta, acci- piendum est, eo modo quo Arnobius iunior e in conflictu cum Serapione, exponit, quod dixerat, Christum natum esse, secundum spiritum sanctificationis, non secundum coniugium pollutionis. Vrgente enim Serapione hære- tico, coniugium non esse pollutionem, sed id fornicationi fuisse tribuendum, reponit Arnobius: [ Coniugium pollutionem habet, & crimen non habet. Fornicatio autem, & pollutionem habere probatur, & crimen. ] Eo- dem sensu accipiendus est Petrus Damiani f, cum dixit, Petrum, sordes nuptiarum, abluisse cruore martyrij.

Quam dixi, esse mentem Ecclesiæ satis signi- ficat Nicolaus I. g respondens Bulgaris. Ait enim, Episcoporum & Sacerdotum fore, statuere de coniugibus, qui per Quadrage- simam vsu coniugio fuerint. Agnitis enim sin- gulorum moribus, & pensatis cuiusque cau- sis, & libris personis ac temporibus, sta- tuendum ab illis ait, quid factum oporteat. Separationem verò coniugum quoad thorum per tempus illud, valdè commendat, quod ignis & palea ægrè absque læsione simul de- gant. Alibi tamen omnino videtur mandare abstinenciam à coniugio, per quadragesimam maiorem, id est Paschæ præuiam. [ Quadra- gesima, quam mos Ecclesiæ maiorem appellat, omni est die communicandum, quoniam sem- per est orationi vacandum, & sacrificiis fide- lissima concurrendum; & illud propheticum quo dicitur, in die ieiunij vestri inuenitur vo- luptas vestra, iugiter ad memoriam reuocan- dum. Si enim ex consensu coniugatorum, etiam alio tempore, mundo corpore vacatur orationi, quanto potius isto, quo Deo, etiam

b num. 5. c hom. 1. de ieiunio. d serm. 72. de diuers.

e lib. i. p. 536.

f Opusc. 13. cap. 6.

g cap. 50.

caris nostræ decimas damus, quo ipsum in abstinencia Dominum imitatur, quo non solum illicita, verum etiam multa à nobis quoque licita, merito resecamus, omni est voluptari renunciandum, & ut licenter oratio- ni vacetur, castitati mentis & corporis in- cumbendum? ] At cum communione quoti- diana per certum tempus, non satis coheret vsus coniugij, de qua controuersia alibi plenè & latè Thomas Sanches. Obserua porro, Ni- colatum illud cap. 58. Isaiæ, aliter legere, quam passim legant alij. Non enim legit, in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, sed, in die ieiunij vestri inuenitur voluptas vestra: id quod ad voluptates carnis & libidinum accommo- dat, & Deum inducit expositularem quod talis voluptas tempore ieiunij captaretur.

Proponebam denique inter actiones ex se non illicitas, quibus per quadragesimam abstinendum videretur, litium intentionem aut prosecutionem. Hoc vsu fuisse receptum apud Græcos, monstrant illa quæ supra ad- duxi ex S. Theodoro Studita h, vrgente suos ad accuratam quadragesimæ obseruationem, eo quod in vrbibus esset iustitium per id tem- pus. Sanctus autem Basilus i, admonet id esse retinendum. Nolite (inquit) ad conten- tiones & lites inuenire. Carnes non edis, sed comedis fratrem tuum. A vino abstinens, sed ab iniuriis tibi non temperas. Expectas ves- perum ut cibum capias, sed diem totum ab- sumis apud tribunalia. ] Idem in Occidente fuisse curæ capitibus populorum, ostendunt, quæ subiitico Liberio Papa l. [ In his ieiunio- rum diebus nullæ lites, & opere, nec- cessario persistendum. Arguit enim eos qui contentiones, & lites tempore quadragesimæ faciunt, & qui debita à debitoribus exi- gunt, dominus per Prophetam dicens, Ecce in diebus ieiunij vestri inuenitur voluntas ves- tra, & omnes debitores vestros reperitis: Ecce ad lites, & contentiones inueniatis. ] Consulit item Bulgaris Nicolaus primus an quadra- gesimali tempore iudicia sint exercenda, & ad mortem aliquis addicendus, remittit se ad dicta m circa similem petitionem in festis, quam sic expediuerat. [ Sciendum quoniam in festiuitatibus, in quibus ab omni opere mundano cessandum esse monstrauimus, mul- tùm magis à secularibus negotiis, & adhuc à mortibus, abstinendum fore decernimus: quo- niam quamvis vtrumque foras sine culpa valeat exerceri; quando tamen his quæ dei sunt, arctius homo debet hære, quæ mun- di sunt, se conuenit penitus resecare: præci- pue cum eo die ad militiam diuinam accedens homo, implicari non debeat negotiis sæcu- laribus; & ob reuerentiam tantæ solemnita- tis, non oporteat in medium deferri, nisi vnde omnibus gaudium, pax & spiritualis lætitia generetur. ] Prolixè & admodum gra- uiter placitis ( ut vocantur ) vnde vernacu- la Gallis vox plaid & playdois, ) id est li- tium agitatione per Quadragesimam, inter- dicit Concilium Tributense n, ponderans pro- positum Isaiæ oraculum, in ieiunantes ad li- tes & contentiones; vrgenteque necessita- tem vacandi deo per Quadragesimam: à qua

h Catech. 54.

i homil. 1. de ieiunio.

l cap. 9.

m cap. 11.

n can. 55.

† cap. 76.

o l. de Amicit.

p Cod. instit. l. 3. tit. 10. lege 6. & Cod. Theod. l. 9. tit. 33. lege 4. cap. 8.

q serm. 2. de Quadrag.

r nam. 8.

cura forensis strepitus reuocat. In Concilio item Meldensi † quod sub Ludouico Pio est celebratum, sic præcipitur. [ Nemo Comi- tum aut quisquam ex iudiciaria potestate, post quartam festam, quæ caput ieiunij nominatur, in qua omnes penitentes manus impositio- nem ad vacandum solummodò penitentiae, & diuinis Officiis, accipiunt; placitum, aut mallum tenere præsumat. ] Malum dicitur iudicium, cui quem adesse præsentem oportet. Placitum verò generaliter, quodcumque iudicium. Præter rationem autem iustitij per Quadragesimam in vtroque hoc Concilio propositam, accedit exercendæ eo præsertim tempore charitatis summa opportunitas. At lites, vix absque aliqua animi concitatione, & charitatis oblatione agitantur: ac proinde Sabatho charitatis apud Cassiodorum s cele- berrimo minimè congruunt.

Non Ecclesiæ duntaxat Moderatores, sed Principes quoque sæculi, in curam de qua agimus incubuerunt. Extat enim lex Gratiani, Valentiniani, ac Theodosij A. A. b de foren- sis strepitus cessatione per tempus Quadra- gesimæ. Rex item Carolus Caluus, in Synodo Suesionensi e edixit, ne tota Quadragesima agitentur vlla placita, nisi de concordia & pace diffidentium. Eoque etiam referri potest, quod Principes Christiani, tantum abest vt per tempus Quadragesimæ probarent iudicia forensia præsertim criminalia & cruenta per mortis irrogationem, vt potius eo sacro tem- pore plerisque reis laxarent carceres. Sic enim ferunt illa S. Leonis d hortantis heros ad mitem per id tempus tractationem seruo- rum. [ Quod & Romani orbis piissimi Impe- ratores, sancta antiquità obseruatione custo- diunt: qui in honorem Dominicæ passionis, altitudinem suæ potestatis inclinant, & con- stitutionem suarum seueritate mollitã, mul- tarum culparum reos, præcipiunt relaxari; vt in diebus quibus mundus saluatur miseratio- ne diuina, etiam ipsorum superbiæ bonitatis imitatrix sit æmulanda clementia. ] S. Leo ibi, non agit de tempore passionis Christi in extrema Quadragesima: sed absolute de Qua- dragesima. Id quod etiam ferre videtur san- ctio nuper edita in Appendice codicis Theo- dosiani, e vbi post tactam, indulgentiam con- cedi reis solitam in Paschate, additur. [ Præter hæc velut indictam & maioribus traditam pro religionis obseruatione clementiam, libe- randis pœnè omnibus, quos legum seueritas strinxerit, effusa penitus humanitate, opera sacra mentis exserimus. Quin per omne hoc quod inter venerandos & celebres dies me- dium fuit tempus, catenis leuamus, exilio soluimus, à metallo abstrahimus, deportatio- nibus liberamus. ] Hæc videntur posse ad tem- pus Quadragesimæ pertinere.

Quamuis autem ita esset, tamen certum est in extrema Quadragesima sub Pascha resurre- ctionis Domini, idem multùm magis esse serua- tum, vt habetur eadem Augustorum consti- tutione ad Antiochinum, & in alia quæ præce- dit ad Eutropium Præfectum prætorio, qui- bus omnia crimina indulgentur, demptis ali- quot immanibus ( vt ibi vocantur; ) homici- dio, adulterio, læsæ maiestatis, peccantium in

astra, venenariorum, ac Magorum, & falsæ monete fabricatorum. His demptis, omnes reos relaxari, & in pristinum statum restitui, ob honorem Paschalis solemnitate decernunt Imperatores, Valentinianus, Theodosius, & Arcadius f, Honorio tunc puero Consule. f. num. 7. Sed ei infedisse eandem mentem, docet eius sacra ad Arcadium fratrem data, cum expo- laret de facta per id tempus S. Chrysothomi expulsiōe. Et huc videtur respexisse Autor libri de operibus Christi Cardinalibus g, cum dixit; qua die conficitur sacrum christina, re- seratos esse carceres. Vnde argumentum sup- petit, ei libro, non S. Cypriano ( vt perperam factum, ) sed longè posteriori Scriptori, adscri- bendo. S. Ambrosius nuncios quæ gesta erant sorori Marcellinæ, testatur [ Sanctis diebus hebdomadis vltimæ, quibus solebant debito- rum laxari vincula, impositas esse collo inno- centium catenas; ] Ab Arrianis furentem Iusti- nian Augustus h. Ad eandem mentem faciunt illa S. Chrysothomi. [ quemadmodum qui apud nos sunt Principes tempore Paschæ, nullum quidem puniunt, reos autem, qui sunt in car- cere, absolunt: hoc prius fecit Christus. ]

Cap. XIII. Christiani ieiunij Rosa fructifera.

g serm. de vn- ctione Chris- matis.

h in Psal. 2.

Multò magis consentanea est Quadra- gesima, abstinencia à peccatis.

Qvod si aliquorum operum ex se licito- rum abstinencia commendatur per qua- dragesimam, multò magis commendanda, imò vrgenda est, tanquam planè necessaria, & tempori apprimè consentanea, abstinencia à peccatis: ita vt non obeant dumtaxat fideles ieiunium ciborum, sed etiam multò magis ieiunium peccatorum. Quæ creberrima est apud Patres adhortatio, quoties ad ieiunium qua- dragesimæ seruandum impellunt. Et quan- quam eadem ferè sentia omnes profertur, vix- que nisi verbis discrepant, tamen quæ Spiri- tus sanctus voluit per tam multos profertur, vtiliter audientur ex variis, tamen gemina. Si- gno ex innumeris perpaucos.

Gregorius Nyssenus i, præfatus binis à se diebus disputatum aduersus gulæ & ventris cupiditatem, subdit. [ Est ieiunij & abstinencia genus, quod à corpore & materia seiun- ctum est: cùmque animam dumtaxat respi- ciat, ea re perficitur, vt à vitis temperemus. Atque huius quidem ieiunij gratia, etiam il- lud indictum est, vt à cibis abstinemus quod cum ita sit, à malitia ieiunate, cohibete rerum alienarum cupiditatem, à turpi & iniusto qua-estu vobis temperate: Auaritiam mammonæ, fame interficite: nihil domi reconditum habe- bete, quod sit per vim & rapinas compata- tum. Quid enim proderit, ore carnem non at- tingere, si maledicentia fratrem laceres? qua- nam erit vtilitas, si dum tua non comedis, ea quæ pauperis sunt, per iniuriam surripueris? Quæ porro pietas ista, si aquam bibens, struas fraudem, confusas dolos, & ex improbitate sanguinem epotes? Quid? Nonne Iudas, etiam cum vndecim ieiunabat? Attamen quia mores avaritiæ deditos nō refrænauit, nihil ad salutē illi ieiunium profuit. Quid quod Diabolus cum spiritus sit corporis expertus, nihil vnquam edic

i orat. 1. de pauper. amari- dis, iniitio.

v u u 4 omnino



CAP. XIII.  
Christiani  
ieiunij Rosa  
fructifera.

omnino: & tamen propter improbitatem, è sublimi illo cecidit dignitatis gradu. Eademque ratione, nullus Dæmonum est, qui quod aut se obsonis ingurgitet, aut immodicè bibat, ebriosusve sit, accusari possit. Naturâ enim, à bibendi edendique necessitate, liberi sunt. Neque tamen idcirco vel die vel nocte per aëra oberrare unquam cessant, flagitiorum autores, & ministri, &c. Honestis igitur ac bonis moribus instituantur Christianorum vita. Eorum animi declinent & fugiant malitiæ detrimentum. Nam si vino & carne temperantes, obstrictos vitiis animos habuerimus, nihil quicquam nobis cum aliter animo, quam extrinsecus affecti sumus, aut aquam, aut olea, aut mensas sine sanguine struktas, profutura prædico atque testificor. Propter munditiâ animæ sunt indicta ieiunia, quæ si cum voluntate, tum factis coinquinatur, quid frustra quam bibimus aquam insumimus? Cur ingens hoc cœnum, quod elui, expurgatque non potest, excolitur? Quid confert ieiunium corporis, nisi mens pura mundaque sit? Nihil enim proficit, curram validum ac strenuis quadrigis instructum esse, si auriga insanat: Nulla erit benè fabricatæ navis utilitas, si ebrus sit ipse gubernator. Ieiunium virtutis fundamentum est. Quemadmodum autem navium carinæ, & fundamenta domus, licet ingentia subiciantur, inutilia, vanaque sint, nisi reliquas item partes peritè & scienter exædificaueris: sic istius abstinentiæ nullum erit emolumentum, nisi aliæ iustitiæ partes accesserint. Timor Dei erudiat linguam ea quæ decet loqui, tacete contraria; temporis occasionem animadvertere, modum obseruare, fati necessaria, aptè respondere, modestè dicere, ne verborum veluti grandine colloquentes obruat: Idcirco enim & tenuis illa membranula, quæ cum ipsa lingua mentum inferius deuincit, frenum dicitur, ne lingua inceptè loquatur & inconcinnè. Laudibus igitur, non conuitiis vtatur; cantibus, non maledictis; commendationibus, non obtreccionibus. Manus petulans, Dei memoria tanquam catenâ, vincula cohibeatur: Has enim ob causas ieiunamus. Agnus noster priusquam clauis affigeretur cruci, contumeliis affectus, & alapis cæsus est. Morem Iudaicum ne imitemur nos Christi discipuli: alioqui si eo pacto erimus affecti, verbis illis nos Esaias increpabit, *Cur ad lites & contentiones ieiunatis, & pugnis pauperem percussitis?*]

An respicit Nyssenus, ad eos pauperes, qui præ inopia locabant facies suas locupletibus ad excipienda verbera, pro cuius crudelis oblectationis pretio pecuniolam rependerent. Alium refert Synesius cum pice feruente consistantem, & cum edocto ariete coniscantem, figlina valido illisu capiti impacta excipientem, omnia spectatu acerba tolerantem, vt inopiam subleuaret ea apud spectatores gratia. Apud S. Cyprianum ad Calcem libri de spectaculis, similis indignitas memoratur, verbis illis. [Dementia est manifesta otiosus hominis negotiatio sua vt vapulent. Et prima victoria est, ultra modum humani ventris esurire potuisse. Super titulo coronæ edacis, flagitiosæ nuditiæ. Ictibus infelix facies lo-

in calcem.  
encom.

catur, vt infeliciores venter saginetur.] S. Chryso-  
stomus b, addit fuisse pauperes, qui permouendis ad spem erogandam diuitibus liberos suos excoecarent, sperantes facilius ea ratione assecuturos elemosynam. Addit insuper fuisse qui præstigiatores in eam rem agerent, [Hi quidem calcamentorum pelles elaboratorum mandentes, hi verò capiti acutos circumfigentes clauos, alij glacie concretis aquis nudo ventre adherentes, alij verò his alia sustinentes absurdiora, vt improbum statuunt spectaculum. Tu verò dum hæc sunt, assistis ridens & admirans, & alienis insultans malis, dum communis natura dedecoratur. Ecquid his maius faciat sæuus dæmon? Postmodum vt proprius hæc faciat, copiosius præbes argentum.] Addit alia in eam (vt vocat) *Satanicam turpitudinem à se negotiorum editam*. Erubescit recolens fuisse haud ita pridem Romæ, iunenem, Bononiensem, qui similiter pro pecuniola ex ceræ Hispanicæ massula liquidas ad candelam ardentem stillas excipiebat nuda manu: quodque horribilius est & vel commemoratu dirum, clauum prælongum cuspede tantisper reorta hauriebat, ferrèamque calcatis rotam virgendo equo pedibus equitantium induci solitam, calcate exeipit, glutiebat, eandem validis stomacho impactis ictibus extrusus cum ed pertigisset. Spectaculum plusquam truculentum, quod numerata prius pecunia impediendum potius fuisse Christianè ac sapienter pius aulicus Principi suo eam barbariem cupidè oculis haurienti suggestit. Videri potest Nyssenus ad huiusmodi erga pauperes crudelitatem respexisse. Nisi quod apud eum pauperes locabant faciem percussibus diuitibus, pecuniolam idcirco repensitis captatione oblectationis, ei consimillima qua Romanus ille pro impactis colaphis obuiio cuique multam pecuniariam lege constitutam illic pendebat, peritam è crumena, quæ semper in pedissequi manu erat. At hic egentes ipsi se cruciabant, quod non minuere diuitum culpam monstrat Chryso-  
stomus. Imo inde crescere feritatem contendit, quod pauperes adgerentur fieri sui cruciatus, ministri; Eset enim crudelior, qui iuberet aliquem se occidere. Sed redeamus in viam, dimisso diuiticulo in quod nos Nysseni locus induxerat.

S. Chryso-  
stomus. [Ieiunium onoremus. Honor enim ieiunij, non ciborum abstinentia, sed peccatorum fuga. Itaque ciborum abstinentia tantum, ieiunium desinens, hic est qui maximè ipsum vituperat. Ieiunas? demonstra mihi per ipsa opera. Qualia (inquis,) opera? si pauperem videris, miserere; si inimicum videris, conciliare; si amicum laudabiliter agentem videris, ne inuideas; si mulierem videris speciosam, prætereas. Non enim os tantum ieiunet, sed & oculus, & auditus, & pedes, & manus, & omnia corporis nostri membra. Ieiunent manus à rapina, & auaritia: ieiunent pedes ad illicita spectacula cursum reprimentes: ieiunent oculi, discentes nunquam formosis obrutibus insilire, nec alienas curiosè pulchritudines spectare; cibus enim oculorum spectatio: sed si illegitima sit & prohibita, ieiunio nocet, & omnem animæ salutem

b hom. 17. in  
1. ad Corinth.

a doct. 18.  
sub finem.  
b hom. 10. in  
Leuitic.

c ser 64. de  
tempore.

CAP. XIII.  
Christiani  
ieiunij Rosa  
fructifera.

salutem subuertit; si verò legitima, & concessa ornat ieiunium. Etenim absurdissimum esset, cibus & concessa abstinere esse per ieiunium: oculum verò prohibita attingere. Non comedis carnem; neque lasciuam per oculos haurias. Ieiunet & auris. Aurium autem ieiunium, detractiones & calumnias non suscipere; *Auditum enim vanum non suscipias* (inquit.) Ieiunet quoque os à verbis turpibus, & conuitio. Quæ enim vilitas si ab aui-  
bus quidem & piscibus abstinemus, fratres verò mordeamus & comedamus? Detrahens fratres carnes comedit, proximi carnem momordit. Propterea & Paulus terruit dicens, *si autem vos inuicem mordetis & comeditis, videte ne inuicem consumamini*. Non infixisti dentes carni, sed animæ: Maledictum, improbam suspicionem infixisti, vulnerasti. Hæc & similia peccata inter ieiunandum patrata, dehonestant ieiunium iudice Chryso-  
stomo. Itaque quam studiosissime sunt declinanda, vt ieiunium honoretur. Emulatis porro videtur hunc Chryso-  
stomi locum S. Dorotheus.

Origines b sugillans eos Christianos, qui ieiunia Iudæorum vsurpabant, postquam proposuit legitimum modum ieiunandi ex Christi institutione, addit. [Vis tibi adhuc ostendam quale te oportet ieiunare ieiunium? Ieiuna ab omni peccato, nullum cibum sumas malitiæ, nullas capias epulis voluptatis, nullo vino luxuriæ conualescas. Ieiuna à malis actibus, abstinere à malis sermonibus, contine te à cogitationibus pessimis. Noli contingere panes futinis peruetiæ doctrinæ. Non concupiscas fallaces Philosophiæ cibos, qui te à veritate seducant. Tale ieiunium, Deo placet. Abstinere verò à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & hoc facere cum his qui Christum crucifixerunt, acceptum esse non potest Deo.]

S. Athanasius informans virginem sacram. [Ieiunium Angelorum cibus est: & qui eo vtitur, Ordinis Angelici censendus est. Sed ne mi dilecta, simplex quidam & promiscuum, ieiunium putes. Non enim qui à cibis ieiunat solummodo, probè se gesserit; sed qui abstinet ab omni opere malo. Hoc enim, ieiunium censetur. Si enim ieiunus, neque ferues os tuum, ne loquatur malum; aut non vitaueris iracundiam, aut mendacium, aut periurium; aut si alteri obtrestes, si istiusmodi prodierint ex ore ieiunantis, nihil profecit, sed omnem laborem suum perdidit.]

S. Augustinus c, [Illa est in Quadragesima diebus grandis utilitas, quod dum etiam à licitis abstinemus, magis ac magis admonemur illicita vitare. Qui enim abstinemus nos à carnibus, quibus aliis diebus vti licet, qui nos abstinemus à vino, quo moderatè vti licet; qui ergo ista vitamus, quæ aliquandò licent, in primis peccata fugiamus, quæ omnino nunquam licent. Itaque si volumus benè ieiunare à cibis, ante omnia ieiunemus & à vitiis. Quid enim prodest vacuare corpus ab esca, & animum replere peccatis? Quod prodest pallidum esse ieiunium, si odio & inuidia incesas? Quid prodest vinum non bibere, & iracundia veneno inebriari? Quid prodest abstinere

à carnibus ad edendum creatis, & malignis obtreccionibus, fratrum membra lacerare? Quid prodest si abstinemus ab his quæ aliquando licent, & faciamus illa, quæ nunquam licent? Deus enim illos honorat & diligit, qui illicita fugiunt. Sic ergo (vt dixi,) ieiunemus à cibis, vt multò magis ieiunemus à vitiis.] Optimè præterea alibi d (vocat,) de hoc magno, generali, atque perfecto ieiunio.

S. Hieronymus splendide æquè ac diffusè hoc argumentum versat in cap. 58. Esaiæ. Monstrat enim iure à Deo improbata esse ieiunia Iudæorum, solam ventris esuriam ingrentium Deo; comedentium autem cibos impietatis, & vino iniquitatis se inebriantium. Eiusmodi ieiunia esse profana, & non qualia deprecantur, hoc est sanctificata, monstrat ibi ex multis scripturis S. Hieronymus; contestans se non improbare ieiunia, quæ & sancti obierunt, & Christus Sanctus Sanctorum obseruauit, vt nobis solemnes ieiuniorum dies relinqueret; sed tantum contendere, non prodesse vacuum portare ventrem, & facere quæ Deo displicent; cuiusmodi sunt quæ ibi recenset Esaias, innectere sibi vincula; & habere in medio sui, catenam, siue colligationem impietatis, qua animam impij obligari aiebat Petrus agens cum Simone Acto. 8. Pertinet eodem extensio digiti Græcè *καροτρία*, qua singuli, per detractionem veluti digito notantur. Item locutio eius quod non prodest, id est, (vt 70. verterunt,) murmurationis; Et denique omnia peruersè & dicta & facta, quibus inquinatur ieiunium: Tantum abest, vt inde haurire possit sanctificationem, qua ex se caret; quippè indifferens quiddam.

S. Ambrosius e nactus item est in hac re, & conclamans aduersus [inutile, & inane ieiunium, quod licet ventrem, & omnia viscera succo saturitatis exhaurit, non tamen acceptum est Deo, quia mentem & intimos sensus, minimè vinculo iniquitatis euacuat. Quid enim prodest ieiunare visceribus, & luxuriare venatibus? abstinere cibis, errare peccatis? castigare corpus inedia, mentem exercere nequitia? vinum fortè non bibere, & ebriam cogitatione malignitatis incedere? &c. Vnde inutile & inane est tale ieiunium, quod inedia membra debilitat, & animam à perditione non liberat. De quo ieiunio dixit S. Propheta, ex persona Domini, *vt quid mihi ieiunastis? Non tale ieiunium elegi, dicit Dominus, &c.* Hæc voluntas est Domini vt ieiunemus à cibis pariter & peccatis. Abstinentiam indicamus corpori, vt à vitiis magis animam abstinere possimus. Fœnum enim quoddam est luxuriantis animæ, corpus exhaustum. Quisquis enim ieiunat & peccat, lucrum esuriam fecisse videtur, non salutis; & parcendo, copiis replese cellarium, non mentem saginasse virtutibus, &c. Quicquid aliud præter mandatum Dei feceris, quamuis abstineas, non ieiunas. Hoc est enim salutare ieiunium, vt sicut abstinetur corpus ab epulis, ita & anima refrenetur à vitiis.]

S. Eucherius f. [Gratis nobis de cruce, & corporis afflictione blandimur, si exterior noster

d Tract. 17.  
in Ioann.

e serm. 4.

f homil. 4. ad  
Monach.

CAP. XIII. Christiani ieiunij Regula fructifera.

noster sanctis laboribus exercetur, & à passionibus non curatur interior: sic est quomodo si aliquis statuam faciat à foris auream, ab intus luteam: vel quomodo si domus magnifica arte constructa à foris pulcherrimis coloribus depicta videatur, & ab intus serpentibus & scorpionibus plena sit. Quid prodest quod affligis corpus tuum, quando nihil proficit cor tuum? Valdè dura & nimis dolenda conditio est, omni intentione studium laboris impendere, & fructum non recipere post laborem: ieiunare & vigilare, & motes non corrigere: sic est quomodo si aliquis extra vineam aut circa vineam extirpet & colat, vineam ipsam desertam atque incultam derelinquat, ut spinas ac tribulos germinet, quæ insistente cultore iucundissimos ex se fructus proferre potuisset. Agnoscite itaque charissimi, quod ad salutem perpetuam conquirendam, abstinentia corporalis sola non sufficit, nisi & animæ quoque ieiunium per abstinentiam vitiorum fuerit satiatur. Quid enim iuuar, si sit quispiam corpore castus, & mente pollutus? quem malitia deprauat, quem furor iracundiæ facibus exagitat, quem superbia omni gratia Dei spoliat, quem mendacis vel maledictis lingua commaculat; nonne ipse se fallit? nonne ipse se irridet ac decipit? si credat se solis ieiuniis ac vigiliis sanctificandum? & idecirò dilectissimi ita corpus exerceamus ieiuniis, ut mentem purgemus à vitis.

serm. 1. de Quadr.

S. Maximus a. [ Ieiunia nostra religiosi sanctificemus obsequiis. Quid autem est aliud sanctificare ieiunium, nisi ieiunij causâ, sancta velle, iusta facere, iniqua vetare? Sanctificat ille ieiunium, cuius cor adulatio potentum, amicorum, parentumque gratia, clientum etiam parua, magnæ munuscula, à recti tramite non auertunt: sanctificat ieiunium suum, cuius iustitia pretio non vilescit: sanctificat ille ieiunium, qui flammam seuiantis iracundiæ, mansuetæ mentis placibilitate restinguit. Sanctificat ieiunium, qui lasciuientes oculos turpi ab aspectu; habentis castitatis auerit. Sanctificat ieiunium, qui conuictorum iacula, scuto patientiæ repercussa dispergit. Sanctificat ieiunium, qui litigantium tumultus, pacifici sanitate sermonis, & linguæ prudentioris arte compefcit. Sanctificat ieiunium, qui consurgentes in semetipso vanarum cogitationum spinas, Euangelico sulcante vomere, velut quidam pectoris sui arator excidit, &c. Apprimè sanctificat ille ieiunium, qui per omnia præceptis diuinæ legis intentus, diabolica à corde suo respuit tentamenta. ]

homil. 3. de Quadr.

Idem alibi b. [Nos quibus propugnator inuictus hanc venerabilem Quadragesimam dedicauit, repudiantes carnalia desideria, sic castigemus membra ieiuniis, ut animas virtutibus saginemus. Ieiunet in nobis perniciosâ luxuries, ieiunet omnis iniquitas, ieiunet odiola contentio. Abstineamus ab epulis, sed magis abstineamus à vitis. Sic nos temperemus, sic sobrii sumus à vino, ut nulla nobis voluptatum dominetur ebrietas. Quid enim prodest obseruatione quadraginta dierum, ieiunandi nos tempora custodire, & legem non tenere ieiunij? Quid prodest nobis vacare à conuiuiis, & diem licibus occupare? Quid

prodest proprium non edere panem, & vitæ diripere miserorum? &c. Ieiunium Christiani, pacem debet nutrire, non iurgia. Quale illud est autem quod non vesceris carnibus, & de ore tuo omni esca sordidius egreditur maledictum? Quale est quod sanctificatur venter ieiunio, & polluitur lingua mendaciis? ]

serm. 3. de Quadr.

S. Bernardus c. [ Si gula sola peccauit, sola quoque ieiunet, & sufficit. Si verò peccauerunt & membra cætera, cur non ieiunent & ipsa? Ieiunet ergo oculus, qui deprædatus est animam, ieiunet auris, ieiunet lingua, ieiunet manus, ieiunet etiam anima ipsa. Ieiunet oculus à curiosis aspectibus, & omni petulantia, ut benè humiliatus coëreatur in pœnitentia, qui malè liber vagabatur in culpa. Ieiunet auris nequitiam pruriens, à fabulis & rumoribus, & quæcunque otiosa sunt, & ad salutem minime pertinentia. Ieiunet lingua à detractatione & murmuratione; ab inutilibus vanis, atque scurrilibus verbis; interdum quoque ob grauitatem silentij, & ab his quæ videri poterant necessaria. Ieiunet manus ab otiosis signis, & ab operibus omnibus quæcunque non sunt imperata. Sed & multò magis anima ipsa, ieiunet a vitis, & propria voluntate sua. Etenim sine ieiunio hoc, cætera à domino reprobantur, sicut scriptum est, quia in die ieiuniorum vestrorum voluntates vestræ inueniuntur: ] Aliò porò pertinent ieiunantes præ ira, quos sacrilegij & cultus dæmoniorum insinulat Abbas Ioseph d. Verum quia ea labe non inficit ieiunium. Quadragesimæ de quo agimus, meritò in præsentia dimittitur.

Collat. 16. cap. 19.

Rose ieiunij sic conuicti fragrantia & venustas.

Sic conuictum ieiunium, & quæ sanctis operibus pœnitentiæ & pietatis exornatum, quæ minus consentaneis actibus etiamsi absolute licitis liberum, quæ denique malis operibus & peccatis non inquinatum, sicut deo accepta hostia. Sic spinosa, sed vernans ieiunij nostri Rosa, odorem Superis ac mortalibus inhalabit suauissimum, nec eius gratia cito marcere euanida cadet, sed amarantina & semper viua specie nitebit, per vniuersam quantam quæta erit, æternitatem. Fragrans enim & suauis odor piorum per sanctas & religiosas obseruationes, ( de quo insigniter Theodoros Edessenus in capitibus Asceticis e, ) non est ut nostratum Rosarum odor, fluxus mœxque tabescens. Erit porò per hanc conuictionem ieiunium nostrum verè Christianum, cum ieiunium iis quas retulimus prærogatiuis nudatum, Iudaicum potius sit existimandum, ut S. Cyrillus admonuit, dicens [ Iudæi qui omnes homines impietatum nouitate superant, ieiunium quidem se nosse haud negant: verum tam indecorè exercent, ut fortè meliores illos, cum id non attingunt, reperias. Pleni siquidem ( ut vno verbo dicam, ) omni improbitate, omnemque intra se impuritatem fouentes, solo ieiunij nomine sibi plaudant, &c. Est enim reuera totius immunditiæ plena Iudæo-


cap. 43.

Epist. 1. Pasch.

rum mens, nec quidquam est mali, quod non apud illos pretio fuerit. ] At pridem illis contestatus fuerat Deus, non hoc esse ieiunium quod elegerat, sed purum ac nitens, simulque bonorum operum ferax, quale meritò dici potest ac debet ieiunium quadragesimale Christianum, quod sit Dominicæ humilitatis imitatio, qualem ferunt vires nostræ, quo argumento vrget fideles ad hanc ieiunij conuictionem S. Cyrillus a, meritò hanc tractationem ob signaturus præclaro incensio, quod suggerit, indicens Quadragesimam, [ Dei Patris Verbum nostram similitudinem assumpsit, ut omnes saluans per semetipsum, ab omni inquinamento & labe puros Deo & Patri sistat, per omnia fratribus assimilatus, vno excepto peccato. ] roinde & famem sustinet, & ieiunat certo tempore, ut nobis exemplar vitæ incolpatæ, atque initium salutis existeret. Igitur nos quoque præmittamus sanctæ celebritati ieiunium:


homil. 21. Pasch.

Non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitie, sed in azimis sinceritatis & veritatis. Etenim si nos ipsos integros castosque conseruauerimus, ac Deo placitam viuendi rationem sanctè retinuerimus, veluti serui non degeneres, suo tempore audiemus: Euge serue bone & fidelis, super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam. Intra in gaudium Domini tui. Non erit sanè inutilis in illum sperantibus ieiunij fructus, neque formidabilem illam, & in Iudæos accommodatam aliquandò audiet vocem: Non hoc ieiunium elegi, dicit Dominus. Accusat enim illos, & cerè meritò apud Isaiam his verbis: Ieiunatis, & percutitis pugno humilem. Ut quid mihi ieiunatis? Adhibenda igitur est honesta viuendi ratio, quæ ieiunium illustri ac decora specie comitetur, splendidum immortalitatis viaticum, amabile regni cœlestis pignus, æternæ vitæ solidum & inexpugnabile firmamentum.]





## SYLLABVS CAPITVM.

- CAPVT I.  ITVS *Benedictionis Rosæ exponitur.* pag. 408
- CAP. II. *Ex quo sine Ecclesia ritum sacrum initiationis Rosæ induxerit.* 414
- CAP. III. *Rosæ initiandæ finis de quorundam sententiis ex hilaratio ex obiectu floris speciosissimi; ad nonnullam laxationem fatigationis ab incidia, & indidem animi ad reliquum Quadragesimale ieiunium exigendum erectio.* 416
- CAP. IV. *Rosæ ostentatio ad expressionem caducitatis humanæ, & facilis marcoris ac spinositatis nostrarum quarumcunque voluptatum, gulaque nominatim; pellax fidelium ad reliquum ieiunium constanter decurrendum illecebra.* 424
- CAP. V. *Obiectus felicitatis æternæ, spinas arumose huius vitæ, & ieiunij labores exceptura, stimulus Rosæ ostentatione admotus fidelibus ad ieiunij expletionem.* 441
- CAP. VI. *Sancti, Rosæ Mysticæ dicti in corporis afflictatione per ieiunium alacres, ad excitandam explendi legitimi ieiunij voluntatem, exhibiti in Rosâ initiata.* 449
- CAP. VII. *Expensa ad idem institutum, exempla antiqua, cum omnium communiter, tum variorum segillatim populorum fidelium, æquè per Rosam ostentatam adumbratorum; qui rigidissimè plenam sacra Quadragesimæ abstinentiam tenuerunt.* 458
- CAP. VIII. *Christus per dies Quadragesimæ ieiunans, stimulandis ad plenum sacra Quadragesimæ ieiunium fidelibus, sub Rosâ simbolo ostentatus.* 486
- CAP. IX. *Christus liberans à captiuitate primâ ieiunij violatione miserè contracta, immenso antiquorum Patrum gaudio præuisus; Mysterium in Rosâ, septima post Septuagesimam Dominica omnibus leuitijs initiata abditum, & animandis ad reliquum ieiunium fidelibus ostentatum.* 490
- CAP. X. *Christus in Cruce candidus & rubicundus, Rosâ mystica spinis obseptus, impellens ad despuendas carnis voluptates, & tenendam ieiunij plenitudinem; notio præcipua Rosæ à Pontifice initiatæ & ostentatæ.* 493
- CAP. XI. *Ritus sacer Græcicus media Quadragesima, eodem Rosæ initiatione colligans.* 499
- CAP. XII. *Communitio ante dictorum depulsis pretextibus carnis sibi abblatiantibus aduersus ieiunij, Quadragesimalis obseruationem, nedum expletionem.* 501
- CAP. XIII. *Christiani ieiunij Rosâ fructifera. Excursio in congruam ieiunij Quadragesimalis conuestitionem.* 518

# NATALE DOMINI, PONTIFICIA GLADII ET PILEI INITIATIONE SOLEMNE, LVCVRATIO,


QVA SPLENDORVM  
Nascentis Christi Emblematica insignia,  
appositè ad incendendam tanti mysterij  
pietatem, petitis ex sacra & humana  
literatura subsidiis, illustrantur.

A. R. P. THOPHILO RAYNAUDO,  
ex Societate Iesu.

Theophili Raynaudi Pontificia

XXX

NATALE



# ARGUMENTVM.



SECTIO I. de gladio, Sacri huius Xenij posteriore parte materiali.

§. 1. Reginaldi Cardinalis Poli, ad Philippum, & Mariam Angliæ Reges, de huius gladij significatione, sententia.

§. 2. Quid gladius ex Christophori Marcelli interpretatione, insinuata in noua formula traditionis, ab Urbano VIII. præscripta.

§. 3. Quæ gladij signifikatio, ex formula traditionis per Sixtum IV. proposita, eruatur.

§. 4. Quid in binis proximè propositis, gladij, de quo agimus, interpretationibus, desiderari videatur.

§. 5. Manuductio ad percommendam gladij de quo agimus, intelligentiam.

§. 6. Gladij intelligentia, plana, & per se fluens, eruitur.

§. 7. Illustratio eiusdem symboli, ex gladio Gedeonis.

§. 8. Admodum apta, gladij de quo agimus, acceptio, pro gladio acuto insinulatum imperium portante, sap. 18.

§. 9. De gladij appendicibus, vagina, & baltheo.

SECTIO II. De pileo, eique intextis columba, & sole.

§. 1. De pileo.

§. 2. De columba.

§. 3. De sole.

SECTIO III. De bello, quod Christus nascens accepit.

§. 1. De bello Christi in pace.

§. 2. Christum bellator ab ortu ex Virginis utero.

§. 3. Distinctius in quos hostes Christus infans bellauerit à natiuitate sua.

§. 4. Fidem natiuitatis Christi. Ioannis 18. expressum, verbis illis, Ego in hoc natus sum, ut testimoniū perhibeam veritati, Bellè comprobari ex antedictis.

§. 5. Decora diei natalis Domini, præsertim ex bello sacro, tunc per Christum inchoato.

§. 6. A nocte natalis Domini, præsepe, & Bethleem, summam habuere apud omnes uenerationem, quod ipsum est noctis illius decus haud vulgare.

§. 7. Belli Sacri, cuius Christus infans, à natiuitate pyrphorus fuit, ad mundi usque terminum, continuatio.

§. 8. Clausula paranetica, ut sciamus nos quoque, pacifici sub Christo infante bellatores.

ARGUMENTVM



ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO

D. D.

STEPHANO GRADIO, ABBATI

SS. COSMÆ ET DAMIANI,

VATICANÆ BIBLIOTHECÆ CVSTODI.



IRI longè doctissimi opus de Ense & galero tibi offerimus, Abbas illustissime, qui nobilissimas disciplinas mente complexus es, & multiplici literaturæ laude præcellis. Mirum forsitan videri possit non nemini, quòd texternum in Te queramus patrocinium, & ex media Italia magnum nomen huic præstendum volumini accersamus; verum tua Te virtus & fama omnium sermone celebratissima cunctis Regionibus ascribit civem quæ litteras amant, efficique ut non tam proprium sis alicuius terræ quàm publicum bene institutarum gentium ornamentum. Accedit quod Pater Theophilus Raynaudus adeo impensè viros eruditos eruditissimus ipse venerabatur, ut non abs re futurum sit, si dicamus illius manes & cineres hanc nobis indidisse mentem Tibi hoc opus inscribendi. Id autem consilij sumpsimus, cum Te Lugduni vidimus in comitatu Eminētissimi Legati Cardinalis Chisij, cuius cum in multis rebus se prodidit prudentia & industria singularis, tum præcipuè in diligendis viris idoneis quibuscum gloria legationis onera curasque communicaret. Hos inter non parum emines, Abbas illustrissime, qui res legationis latina lingua consynas æternæ posterorum memoriæ, idque adeo eleganter & concinnè, ut ostendas vetustam Romam non esse omnino in antiquitatis rudetibus consepultam, suosque non desse nouæ Romæ Cicero res & Livios qui scribant legenda, sicut & non desunt illi heroes qui patrent sribenda. Iam cuius eruditionis argumentum est quod Alexander septimus Pontifex re ipsa summus Te Vaticanæ Bibliothecæ custodem præfecit, quasi inter viuos esset nemo, qui potiori iure mereretur tot illustribus mortuis præsidere, aut cuius fidei & ingenio tutius committi posset tam pretiosus scientiarum thesaurus. In illa veluti specula constitutus, quidquid in præstantioribus disciplinis magis reconditum est, introspicis. Inde non obuia unicuique & virgultis impedita, Physicæ & Matheseos arua tuis oculis iuxta & menti subijcis, cuique Galilei vestigia facillè comprehendis; Quæ tua dignitas est & felicitas, in amplissimo terrarum orbis Theatro cum nobilissimis tot retro sæculorum scriptoribus familiariter congregari, nunc sancta antiquitatis monumenta recolere, nunc profana flores & veneres legere, nunc pro arbitrio senatum cogere, cui nullum vnquam similem vidit vestrum illud olim rerum dominum Capitolium. Itaque cum tui, ut ita dicam, muneris sit, auctorum mortuorum suscipere patrocinium, & quos olim in lucem ediderunt ingenij partuum parentem esse atque tutorem, non aspernaberis pro tua humanitate doctissimi Theologi fato fundè lucubrationem eximiam quin potius illam ea tueberis beneuolentia qua res præclaras foves, & a qui bonique consules istud quod extare volumus nostræ erga Te obseruantia & animi deuotissimi monumentum.

DEDITISSIMI

HORATIUS BOISSAT, ET GEORGIUS REMEVS,

XXX 2

ARGV





# ARGUMENTVM.




ITVM Sacrum, & pietate, & sacra eruditione diuitem, nec calamis scriptorum satis subactum, exponere consilium est, in quo seruiam Ecclesie instituto, quæ usum antiquum mytheria obuoluendi specie imaginum, Hebræis, sed maximè ægyptiis frequentatum, sanctificare idcirco voluit, vt & mytheriis, (dum mytheria sunt, nec passim sunt obuia,) dignitas sua remaneret, & acueretur scrutantium ea veluti inuolucra pium studium; eaque abditorum euolutione, delectatio augeteretur. Quod ferè spectasse Spiritum Sanctum, cum spripuris sacris nonnullam obscuritatem, offudit, obseruauit S. Augustinus, l.2. de doct. Christ. c.6. & præf. in psal. 140. & sent. 67. Annuunt alij plerique Patres, adunati à Serario in Prolego. Bibl. c.22. q.2. Quod ergo studium in arcanis aliquot Christianorum rituum aperiendis, aliàs collocatum est (Agnosceret dico, & rosæ medianæ solemnè pontificia initiatione consecratorum, sacris ritibus, antehac non indiligenter expositis;) in hunc quoque Romanæ ecclesie sacrum ritum impendere, destino: primo loco ritus huius feriem, & adiuncta omnia propositurus; tum sigillatim ad partium eius enucleationem progressurus.

Ex binis ergo locis operis de sacris ceremoniis Romanæ Ecclesie (libro inquam 1. sect.7. c.6. & lib.2. sect.1. c.15.) habetur, Pontificem in nocte natalis Domini, priusquam auspice tur incruentum sacrificium, suffire thure, & aqua lustrali aspergere, sacrisque precibus initiare, galerum Ducalem ex holoserico molli hianthino confutum, exuuiis mustelarum, vel marium inalpinorum inductum, candidissima fascia, aureoue diademate circummestitum, & pretiosis margaritis circumtextum, exornatumque; solis globo atque columba, in eodem galero cælati insignem. Nam quamuis de solis globo nihil legitur in libris sacrorum rituum, tamen (fortè ex nouo vsu,) id notatum reperio apud Vlystem Aldrouandum, lib.15. ornithol. in traditione de columba. §. icones, & numismata, Additur in iisdem libris ritualibus, galerum imponi mucroni ensis affabrè facti, aurea vagina decori, capulo item aureo instructi, ac infecti baltheo, ex iatextis auri filis renidente. Postremò munus sic initiatum, (vt iisdem libri docent,) ad Regem quempiam, aut insignem Principem transmittitur; vel præfenti, si quis fortè adit, confertur, vt factum est ab Innocentio 8. anno 1485. qui hoc munere honestauit Franciscum Aragonium, Ferdinandi Siculi filium, cum is Romæ adesset in nocte natalis Domini. Et idem fecit Paulus 2. anno 1468. circa Federicum tertium Imperatorem, in natali Domini Romæ versantem.

Minutias eorum, quæ seruanda sunt, siue ad conferendum præfenti, siue ad transmittendum absentis huiusmodi munus, nihil attinet recensere. Ad præfens namque institutum, spectat solum expensio initiationis sacrorum huiusmodi munerum, & seruratio significationis eorum. Intereffet quidem præterea scire, quam antiquus sit sacer hic ritus, & quo authore primùm inductus. Sed in re à nullo veterum annotata, malo inscientiam fateri. Scio Sixtum quartum in formula inferius referenda, testari, hanc esse approbatam Sanctorum Patrum consuetudinem; intelligens per Sanctos Patres, anteriores Pontifices, qui hunc ritum frequentarunt. Ex quo reuincitur Ioannes Sleidanus, l.10. de statu relig. ad annum 1537. qui Auctorem huius ritus facit Sixtum IV. Quomodo autem ipse auctor, si affirmat, eum ex antiqua consuetudine frequentatum? Sed homini ex mendacijs concreto, inter iuges fictiones, hæc quoque excidit. Auxit verò Sleidani errorem Ioannes Sauaronus, in opere de Gladio Gallico, pag. 511 cum ex fide Sleidani, auctorem huius ritus fecit Sixtum II. mendo (quantum puto) librarij, aut Typographi. Nam allegat Sleidanum, qui non Sixto II. Sed IV. inuentum huius ritus attribuit. Itaque teste Sixto IV. hic ritus est eo antiquior, & à decessoribus frequentatus. A quanto tamen tempore eum frequentarint, profus reticet Sixtus, nec alibi signatum inuenio. Et non est quidem, cur initium huius ritus nullibi distinctè consignatum, referatur ad Apostolica tempora, vt ferè sit circa aquam benedictam; & vt verisimile est, circa cereos agnos. Tamen salua est huic ritui sua dignitas, etiam ab antiquitate; eo ipso quod iam ab aliquot seculis est vsu receptus. Imò etiam si nunc primùm induceretur, constaret illi decus suam; cum adulta nunc ecclesia, non minùs auctoritatem à Christo concreditam retineat, quam fecerit in suis cunabulis. Nemo porò non videt, nostratum pietatis instrumentorum, quæ humanæ foletitæ partus sunt, pretiositatem, haud quaquam esse annositate attimendam, sed institutio- nem, atque mytheriis, quibus veluti gratulantur.

SECTIO



# SECTIO.

De gladio, Sacri huius Xenij potiore parte materiali.



N formula traditionis huius gladij à Sixto 4. præscripta, (quod vnicum suppetit literis consignatum Sacri huius ritus Pontificium monumentum, ætatem nostram prægrediens;) primùm, ac principaliter de gladio agitur. De cæteris verò symbolis, non nisi secundo loco, ac obiter. In uero enucleationem partium huius Xenij auspiciabor, à multiplici gladij expositione, in hæsurus illi, quæ commodior videbitur; tum ad reliqua symbola illustranda progrediar.

Suppono verò vt per se manifestum xenium hoc Pontificium non esse munus merè civile ac politicum, qualia sæpè fuerunt collata à magnis Principibus. Ioannes quidem Sauaronus l. de ense Gallico pag. 44. gladiam cum pileo à Iulio 2. ad Helnerios transmissum, id est xenium hoc Natalitium ad quod exponendum aggredimur, accipit tanquam munus merè profanum à Pontifice missum ad gentem illam bellicosam in Gallos armandam, & vita ac libertate spoliandam. Sed hæc sunt cogitationes hominis profanè sentientis de sacro illo xenio, nec in sedem Apostolicam (vt ex alijs eius descriptionibus satis intelligitur;) adeò benè animati quin locum dederit suspicionibus, quas hic fortius premere nihil est necesse. Eadem qua Iulium 1. circa xenium hoc Pontificium voluntate, in Paulum IV. concitatur ob simile munus Henrico II. Regi Gallie transmissum per Carolum Cardinalem Carrafam; ad scribens Paulino huic muneris, causam excelsi exercitus Gallicani ad S. Quintinum in prælio Laurentino, Duce Philiberto Sabaudo. In quam rem Sauro adducit Ioannem Serranum Historicum Caluinistam. Sed neque Serranus derorquet ad modum propositum mentem Pontificis; neque il in Serrano nouum esset, quem constat ingem esse in atrodenda Romanorum Pontificum fama, & quibuscumque potest falsiloquijs clades orbi terrarum illatas, in eos referendis. Itaque dedecuit Sauaronum qui Catholicus haberi voluit, tali teste ad sugillandos Pontifices niti, ac etiam ad eius mendacia licendo adijcere. Itaque ratum esto, xenium de quo agimus, sacrum esse non profanum aut merè civile quale fuit quo gladius à Principe quopiam ad alium transmissus est vel in signum desponse entelæ ac protectionis si res ferat exhibendi, vel restandi merita bellica. Clodoueus I. in eum finem transmissit enses Atrebatensibus & Cameracensibus Ragnachario Regi obnoxii. Carolus Magnus Eflam Regem Mexiorum simili munere honestauit, & Ioannam Darciam inuictam Amazonem, vt est in historia de obfisione Aurelianensi; nec non Venetos Henricus IV. Rex Francorum, cum illi syngrapharum magnis nominibus grauidarum ingentem vim, excitata ex cinamomo in foculo menfario flamma combussissent. Non est item nisi civile munus, quo ensis datur is qui inaugurantur in Equites. Sic enses Carolus magnus tradidit Ludouico Theophili Raynandi Pontificia.

Pio, & Ludouicus ipse Carolo Calu. S. Ludouic. Card. Poli cus 9. Roberto & Alfonso ac Carolo fratribus suis, de gladio Philippus Audax Philippo Pulchro, hic tribus suis bened. scrib. liberis, Ioannes Rex Carolo filio Delphino: alij alijs sentid. enses pro civili xenio sunt elargiti Simile munus est, quod plerique dedisse leguntur enses transmittentes Regni aut principatus ad eos deuoluti pignus. Sic fecit Ludouicus Ius Lothario filio & ex parte Carolo Calu. hic verò Ludouico Balbo, rursum Balbus filio Lodoico, & alij successoribus quilibet suis. Munus de quo agendum hic suscipio, non est eiusmodi; sed est sacrum & religiosum, quod ex dicendis erit perspicuum. His præmissis, ad rem accingor, variàs primùm sententias de huius gladij mystica notione sigillatim discutendis auspiciaturus.

## §. I.

Reginaldi Cardinalis Poli ad Philippum, & Mariam Angliæ Reges, de huius gladij significatione, sententia.

Acceperant à Romano Pontifice, Philippus, & Maria coniuges Angliæ Reges, & fidei in eo regno Zorobabebes, sacra munera, quibus Reges honestari solent; Maria rosam auream, Philippus gladium. Quid sibi hæc munera vellent, sciscitanti sunt de Reginaldo Polo, sanguinis nobilitate, pietate, doctrina, rerum vsu, eminentissimo Cardinali, Is sententiam suam scripto comprehensam tradidit, quod hæcenus lucem non vidit. Peruenit autem ad manus meas beneficio Illustrissimi Domini Cassiani à Putreo, corculi mularum, aurum nobilitatis gentilitæ gemmis virtutum omnium inoculantis. Qualescunque, ergo simolem spectes, tanti ingenij reliquias visum est hic adscribere. Et quamvis instituti nostri hoc loco non sit, non nisi de natalitio xenio agere, Rosa autem mediana alio pertineat: tamen quia polus vtrumque illud munus nexuit, & ad eundem scopum, hoc est ad plenam Regiorum ornamentorum expressionem retulit, placet vtramque scriptio- nis illius partem hic repræsentare. Sic habet.

De ense, pileo, & rosa, Pontificiis muneribus; Cardinali Poli exegetis.

Ad serenissimos, Regem, & Reginam Angliæ serenissimi Reges,

Vt felices recordationis Iulij tertij Pontificis Maximi obiens, memoriam eorum munerum, quæ is non multò antequàm è vita decederet, ad Maiestates vestras per Nuntium Antonium Augustinum, vtrum sibi propter virtutem, atque doctrinam valde charum, misit à gratissimis vestris animis tollere non potuit; ita nec mea innaletudo imemotiam mihi abstulit eius rei, quàm à me pridè quàm in morbum incidit, postulastis; vt de significatione eorum munerum, quæ magna cum cerimonia traduntur, propter ea quæ dici solent, aliquid ad Vos scriberem; idque vt per valetudinem licent, facere iustitiam; ed sanè libentiùs, quo accuratiùs rem mecum confide-

X x x 3 rans

Seçtio I.  
S. 1.

rans, quæ ad præclaram Regij muneris functionem pertinent, hæc donis illis tanquam in tabella quadam expressa significari perspexi, de quo ut audire Maiestatibus vestris singulari Dei providentia, & benignitate ad regnum vocatis semper gratum esse debet; sic nulla res est, de qua magis decet, Christi summi Sacerdotis, & Regis Vicarium, quacumque ratione vos commonefacere, aut eius legatum vobiscum loqui.

Hæc igitur munera, cum ab eo sint benedicta, cui Christus suum in terris locum, & ius benedicendi dedit; gladius cum cingulo, & pileo; (hoc enim primum munus fuit,) ea nocte est benedictus, qua Christus natus est, quem Deus Pater vobis (ut inquit scriptura,) benedictionem misit. Quæ quidem benedictio Pontificia, hanc habet vim, & significationem, iis omnibus vtilem, qui gladij, id est iustitiæ potestatem obtinent; ut eos admonet, si rectè, ac salutariter hac potestate uti velint, illis primum intelligendum esse, à quo sibi ea sit tradita; nempe ab ipso Christo, cum quo simul nata est iustitia: cuius quidem natalis solemniter ea nocte celebratur, qui gladius est benedictus. Is autem à Prophetis *Rex iustitiæ* est appellatus; non modò quod iustus sit, sed quod sit fons iustitiæ, cui fœmine debent omnes Reges, & Principes, ab eoque hanc virtutem petere. Ille verò ortus natus est Rex Cæli, & terræ, nec ullis terminis regnum eius continetur; tamen ob singularem charitatem, quam erga domum Danidis habet, sedere dicitur super solium eius; ut verba illa Angeli ad benedictam Christi Matrem, antequam is nasceretur, ostendunt; *hic oritur magnus & filius altissimi vocabitur, & dabit illi dominus Deus, sedem David patris sui, & regnabit in domo Iacob in æternum*: Quæ quidem domus, sumus nos, qui Christi beneficio, ac munere, in familiam Abraham, & domum acciti fuimus.

In hac ipsa domo, cum Maiestatibus vestris regnent, & gladij potestatem obtineant, hic gladius nocte natalis Domini benedictus, hoc eas admonet, non à seipsis primum, nec à populis suis, ius gladij habere; sed ab eo cui data est omnis potestas in cælo, & in terra; cui primum dictum est, *accingere gladio tuo, super femur tuum potenterissime*. Ille verò etiam potentes omnes gladio accingit, tamen hoc sibi tum maximè, acceptum referri vult, cum eos accingit, qui ad populi sui utilitatem, & consolationem eo sunt vsuri. Id quod factis ostendit Isaias Propheta, qui de Cyro Rege, etiam is à verò Dei cultu, religioneque erat alienus; tamen quia populum Israël subleaturus esset, permittit illis in patriam revertendi potestate, ex persona Christi sic ait; *accinxit te, & non cognovisti me*. Qui igitur gladij potestatem obtinet, Dei populum maxima consolatione, lætitiâque nunc efficit. Hoc regno ad Ecclesiam, à qua penitus seiunctum erat, quæ unicuique patria charior esse debet, restituito; quis dubitet, quin hunc ipse Christus, gladio accinxerit? Quod scilicet summa cum animi lætitiâ, videns Christi Vicarius, ad vos gladium hunc benedictum, cum cingulo, & pileo misit, quo dicas res ad cognoscendum maximè necessarias, vobis proponeret; alteram ut illum agnoscat, à quo ius gladij accepistis: alteram ut ab eodem facultatem eo rectè utendi petatis. Id quod ipse summus Pontifex à Deo precatur, cum gladium benedicit; qui non propter se benedicitur, sed propter eos quibus ius gladij datur.

Quis sit autem verus gladij vsus, per pileum ostenditur margaritis ornatum, iisque inter se ita di-

stinctis, ut speciem columbæ efficiant. Nam cum velamen capitis, (ut Apostolus interpretatur,) indicet dominum habere; quibus pileus cum gladio datur hoc nimirum significatur, non suo illis arbitrato utendum esse gladij potestate, sed eius à quo illam acceperint, qui dominus est, & caput omnium. Quale verò sit hoc caput, declarat pilei ornatus, id est margaritarum candor, & species columbæ. Hac enim specie, Spiritus Sanctus se ostendit super caput Christi Regi nostri. Ex his maiestatibus vestris intelligunt, non humano spiritu, qui iræ, odio, ambitioni, atque avaritiæ est obnoxius, gladij potestate sibi utendum esse sed spiritu eius, qui dum in terris versaretur, animum candidiorem margaritis habuit; super quem Spiritus Sanctus cum omnibus suis donis requievit, cui ferre regnare est. Hoc autem modo ei Reges ferre debent, ut eius animi candorem quem margaritæ designant, imitentur; & in simplicitate fidei, quæ etiam per columbam significatur, permaneant; utque eos omnes, qui idem faciunt, gladij potestate tueantur; nec gladium stringant, nisi contra illos, qui vel aperte sunt nostræ religionis hostes, vel fidei simplicitatem corrumpunt, vel contra bonos mores, & leges peccant. Hic verus est gladij vsus, atque hæc significatio munerum, gladij, & pilei; quibus scilicet Reges, ad quos mitti solent, docentur; primum à quo potestatem Regiam acceperint: deinde quales ipsi esse, quos tueri gladio, & contra quos gladium stringere debeant.

Nunc dicendum est, de Auræ Rosæ significatione. Hanc verò satis indicat, tum ratio benedictionis, & tempus, ac etiam ipsius rosæ natura. Quo quidem flore, nihil ad aspectum, & odoratum potest esse iucundius, eiusque folia multiplicem vilitatem, & vsum habent. Ex quo sanè aurea hæc rosa, in primis gratum quiddam, & iucundum significat: quod etiam dies confirmat, quo ea benedicti solet; qui dies est dominica quarta quadragesimæ; quæ ab Ecclesia, domina *Lature* appellatur. Quod verò ad eius benedictionem attinet, Pontifex Maximus, tam in hac benedicenda, quam in gladio, pro iis Regibus, ac principibus, ad quos ea munera missurus est, precatur ut à Deo gratiam per Christum consequantur, officio suo rectè fungendi. Duo sunt autem, quæ in officio Regis potissimum spectentur; alterum ut malos peccatis coerceret, alterum ut bonos præmiis afficiat. Ex his enim duobus constant leges, quarum tuendarum causa, principes ac Reges constituti sunt. Quod si in peccatis intelligendis, (quod est opus iustitiæ,) Rex Dei benedictione indiget; multò quidem magis in præmiis dandis; cum non minus in hoc, quam in altero peccetur; magisque hoc proprium sit naturæ eius in qua primum est creatus homo, quam in primis semper benedictio Dei spectare solet. Ob id enim simul ac procreata res fuerunt, his Deus benedictionem impertivit, ut quæque res secundum genus suum fructus ederet. homo verò ad imaginem eius, qui ipsum creavit, in iustitia, & sanctitate conditus, hanc se benedictionem, ut fructus pro naturæ suæ ratione ferat, accepisse tunc ostendit, cum potestatem de cæteris benè merendi exercet: quæ quidem talis est, ut semper delectet, ac veluti rosæ odorem sui latè diffundat. Huius igitur auræ rosæ, quæ principibus, & Regibus dono mittitur, benedictione, significatur ipsa benè merendi potestas, cum qua sunt coniuncta, clementia, liberalitas, beneficentia, omniâque, quæ à principibus iucunda, & grata proficiunt. Hæc autem quæ de utraqque Regum potestate dixi, quam gladius, & Rosa designant, tempus

tempus etiam ipsum confirmat, quo tempore hæc ipsa benedicitur. Gladius enim benedicitur, cum horrent omnia, cumque res videntur sub maledicto esse: Id quod ostendit, potestatem hanc magis esse necessariam, quam gratam, aut hominis propriam: quemadmodum nec Dei est; qui cum ea utitur (ut est apud Prophetam,) alienum à se opus operari dicit. Hæc tum homini data est, cum is Deo ob peccatum iniustus, benedictionem amisisset. Benedicendi autem potestas, simul cum homine nata est: illi enim Deus hanc tribuit, cum eum ad imaginem, ac similitudinem suam effinxit; de qua potestate tantum ipse amittit, quantum ipse de pulchritudine eius imaginis, per peccatum detraxit. Quia verò beneficia accipere, (qui huius potestatis est fructus) semper hominem delectat, idèd Rosæ illa merito comparatur: Et quæ signum huius est rosa aurea, vero tempore, quod die *Lature* Ecclesia canit, benedicitur.

Hæc habui benedicti Principes, quæ de horum benedictorum munerum significatione dicerem. Quæ quidem tum audisse demum Maiestatibus vestris vtile fuerit, si his donis idoneo loco ritè conditis, eorum memoriam vobiscum circumferetis, neque unquam ex piis vestris animis effluere patiemini. Quæ sanè res admonere poterunt, quoties pro Regia vestra potestate, aliquid nobis gerendum erit, quod Deo, & hominibus gratum, atque iucundum futurum sit, ut ad eum ipsi precibus confugiatis, qui fons est omnis benedictionis; id est ad Christum verum omnium Regem, ac Dominum, cuius illa natali nocte benedicta sunt, & hanc ob causam ad res missa. Hoc quidem si feceritis, & vos, & qui ditioni vestræ, atque imperio subiecti sunt populi, beati eritis: quod vestris Maiestatibus concedat solus potens, & beatus Deus, qui est benedictus in secula Amen.

Hactenus Cardinalis Polus, accommodans suam horum munerum sacrorum interpretationem, personis, cum quibus agebat, & ad quas ea munera directæ erant à Pontifice. Quid verò in ea interpretatione desiderari possit, infra dicam, ubi alias aliquas interpretationes adduxero, de quibus simul ac de illa ista pronuntiabo.

## § II.

Quid gladius ex Christophori Marcelli interpretatione, insinuata in noua formula traditionis, ab Urbano VIII. præscripta,

**A**uthor operis de sacris Romanæ Ecclesiæ ceremoniis Christophorus Marcellus, praxim sacri huius ritus proponens, representat formulam benedictionis ensis, de quo agimus; non quam aliquis Pontifex edixerit, sed quam ipse Marcellus concinnavit, ut possent ea uti Pontifices, si liberet; quandoquidem negat se vllam statam formulam reperisse, ex qua hæc benedictio perageretur, tamen factur vltas antiqui esse, ut ens benediceretur.

In ea formula hæc proponitur oratio. [Benedicere digneris Domine Iesu Christe hunc ensen in defensionem S. R. Ecclesiæ, & christiane reipublicæ ordinatum, nostræ benedictionis officio, ad vindictam, malefactorum, laudem verò bonorum, ut per eum qui te inspirante illo accingitur, vim æquitatis exercent, molèque iniquitatis potenter evertas, &

S. Ecclesiam eiusque fideles, (quos ut pretioso sanguine tuo redimeres, hodie in terras descendere, & carnem nostram sumere dignatus es,) ab omni periculo protegas, atque defendas; & famulum tuum, qui hodie gladio, in tuo nomine armatus erit, pietatis tuæ firma custodia munias, illasumque custodias.] Ex hac occasione manifestum est, Marcellum, cum quo agimus, nullum sensum mysticm subicere huic ritui; sed tantum existimare, benedictionem huius ensis, esse appreciationem, qua Pontifex benedicens, & nobili, ad quem transmittendus est ensis, & Ecclesiæ per nobilem illum propugnandæ, depositat à Deo, quæ utriusque sunt opportuna. Quo ferè modo Angli olim, (ut Ingulphus, in *histor.* refert,) militem ense benedicto donantes, inaugurabant. Verba Ingulphi sunt. [Anglorum erat consuetudo, quod qui militiæ legitimè consecrandus esset, vespera precedente diem suæ consecrationis, apud Episcopum, vel Abbatem, vel Monachum, vel sacerdotem aliquem, contritus, & compunctus de omnibus suis peccatis confessionem faceret, & absolutus, orationibus, & deuotionibus, & afflictionibus deditus, in Ecclesia pernoctaret: in crastino quoque, missam audiret, gladium super altare offerret, post Evangelium sacerdos, benedictum gladium collo militem cum benedictione imponeret, & communicatus ad eandem missam sacris Christi mysteriis, demum miles legitimus permaneret.] Juxta Marcellum ergo, benedictio ensis aliud non fert, quam appreciationem piam, qualem Angli adhibebant erga militem cum inaugurabatur, depositantes ei à Deo faultam militiam, ad S. Ecclesiæ defensionem, & iusti, ac recti exercitum.

Non plus Sonare videtur formula traditionis ensis, ac pilei, ac Urbano VIII. præscripta, ut intelligatur ex eius lectione. Sic habet. [Ensis, & pilei traditionis forma nouissimè congesta, & per S. M. Urbanum VIII. prima vice in eiusmodi traditione seruata: cum Principe scilicet Vladislao Sigismundo, serenissimi Regis Polonia, & Sueciæ primogenito, die 19. Iann. 1625. Pontifex sacris indutus, stans, ex libro legit infra scripta.

- V. *Adiutorium nostrum in nomine domini. R. Qui fecit cælum, & terram.*  
 V. *Pater noster &c. Et ne nos inducas in tentationem. R. Sed libera nos à malo.*  
 V. *Esto nobis Domine turris fortitudinis. R. à facie inimici.*  
 V. *Nihil proficiat inimicus in eo. R. & filius iniquitatis non apponat nocere ei.*  
 V. *Fortitudo mea, & laus mea Dominus. R. Et factus est mihi in salutem.*  
 V. *Si consistant aduersum me castra. R. In hoc ego sperabo.*  
 V. *Non saluatur Rex per multam virtutem suam. R. Et Gigas non saluabitur in multitudine virtutis sue.*  
 V. *Hi in curribus, & hi in equis. R. Nos autem in nomine Dei exercituum.*  
 V. *Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat.*  
 V. *Dominus vobiscum. R. & cum spiritu tuo.*

## O R E M V S.

**O**mnipotens sempiternus Deus, prestantium fortitudo, & triumphantium gloria, dilectum hunc filium tuum coronatum scuto bonæ voluntatis tuæ, armare digneris galea salutis; & diadema perfecti decoris impone super caput eius, ut lauentibus

Quid gladius ex Marcelli interpretatione.

Sectio I.  
§. 3.

periculis, & medio vmbrae mortis abire possit inco-  
lumis, ad tutelam fidelium populorum, & gloriam  
D. N. Iesu Christi, qui tecum vivit & regnat in se-  
culi seculorum. Amen.

Pontifex deinde sedet, & cooperto capite pileum  
accipiens, principis seu Regis capiti imponit, di-  
cens; Accipe dilectissime Fili noster, pileum hunc  
aureis Spiritus S. radiis micantem; vbi candentes  
vires, non rapacis aquilae crudelitatem, sed pa-  
cificae columbae innocentiam effingunt. Cogitare  
enim debes, bella tum demum iusta esse, cum non  
vlturandi imperij, aut opum rapiendarum cupidine  
geruntur; sed suscipiuntur Spiritu sancto admonen-  
te, ad propugnandam fidem, & ad stabiliendam  
pacem, quae relicta Principibus terrae fuit haereditas  
Christi in caelum redentis, qui vivit, & regnat in  
secula seculorum. Amen.

Assurgit deinde Pontifex, & accipiens gladium &  
vagina eductum, dicit.

- ¶ *Feb genti insurgenti super genus meum. &c. Domi-  
nus omnipotens vindicabit in eis.*  
¶ *Maledictus homo qui prohibet gladium suum a san-  
guine. &c. Et non facit vindictam in nationibus non  
credentibus.*  
¶ *Apprehende Domine arma, & scutum. &c. Et exur-  
ge in adiutorium mihi.*  
¶ *Iudica Domine nocentes me. &c. Et expugna impu-  
gnantes nomen tuum.*  
¶ *Gladius eorum, invret in corda ipsorum. &c. & arcus  
eorum confringatur.*  
¶ *Lacrabitur iustus cum viderit vindictam. &c. manus  
suas lavabit in sanguine peccatoris.*  
¶ *Notam fecisti in populis virtutem tuam, &c. Rede-  
misti in brachio tuo, filios israel, & Ioseph.*  
¶ *Domine exaudi orationem meam. &c. & clamor  
meus ad te veniat.*  
¶ *Dominus vobiscum. &c. Et cum spiritu tuo.*

## O R E M V S.

Omnipotens bellator, qui terribilis es apud Re-  
ges terrae, & doces praerantiam digitos ad  
bellum, dilectum hunc filium nostrum N. praerange  
gladio illo accipiti qui prostrat legiones inferni, ut  
militet cum eo orbis terrarum adversus insensatos,  
& molas Leonum conterat, & dentes peccatorum  
confringat; ut in splendore fulgurantis hastae tuae,  
barbaras nationes subdat D. N. Iesu Christo, qui te-  
cum vivit, & regnat in unitate Spiritus sancti Deus,  
per omnia secula seculorum. Amen.

Pontifex sedens, capite cooperto, enssem nudum  
tradit Principi, dicens; Accipe dilectissime Fili no-  
ster, N. macronem Domini, & gladium salutis, &  
fiat in dextera virtutis tuae, innocentium tutela, &  
impiorum flagellum, & ad gloriam Dei omnipoten-  
tis, & S. matris Ecclesiae illucescant consuetudo-  
nes eius orbi terrae. Dein de Pontifex gladium vagi-  
na tegit, Principem eo accingit, dicens; accingat te  
gladio suo super femur tuum potentissimus, qui su-  
perbis resistit, humilibus autem gratiam dat. Tu  
autem crebris victoriis cole Deum exercituum, &  
vltionem Dominum, in nomine Patris, & Filij, &  
Spiritus Sancti. Amen. Terque super Principem  
Pontifex benedicit, & Princeps Pontificis pedem,  
manum, & os osculat; & que gratias agit.

Hactenus formula traditionis ensis, ac pilei,  
ab Urbano III. praeripta; quam dicebam idip-  
sum sonare, quod formula benedictionis à  
Marcello exhibita sonat; nempe appreciationem fe-

liciter bellandi, ac tuendi Ecclesiam, vel quos in-  
stus est à mala impetitione defendendi, aut propul-  
satis hostibus in tuto locandi. Quamvis autem aliud  
benedictio; tamen cum eodem vtraque collimet,  
non male cum iis, quae inter tradendum enssem pol-  
cuntur, iuxta Marcellum; quae an satis animum ex-  
pleant, infra dicam.

## §. III.

*Quae gladij significatio, ex formula tradi-  
tionis per Sixtum Quartum proposita,  
eruat.*

MANDAUIT SIXTUS IV. referente Christophoro  
Marcello, l. 1. sac. ceremon. f. 7. cap. 7. cer-  
ta verba proferri cum traditur ensis benedictus, &  
quia in verbis illis continentur pleraque; spectantia  
ad intelligentiam significationis ensis benedicti, in-  
uat ea representare; quia ut in simili proximè dixi,  
quamvis non contineant, nisi formulam tradendi  
ensis, quae distincta est à formula benedicti;  
Tamen vtraque eodem collimat, & vna alterius  
scopum insinuat potest. Sic habet.

[Solent Romani Pontifices, in praerara Natalis  
Domini celebritate, Christianissimo, clarissimoque  
alicui Principi ornatum enssem dare, aut destinare:  
Quae res profectò, non caret mysterio; vngenitus  
namque Dei filius, ut humanam naturam suo re-  
conciliaret auctori, eam assumere dignatus est; ut  
inventor mortis Diabolus, per ipsam qua vicerat  
vinceretur; quae quidem victoria per enssem congruè  
designatur. Fuerunt insuper infideles Ariani, qui  
non veriti sunt, Dei Filium, puram creaturam as-  
firmare: cum tamen hodierni Evangelij scriptura tes-  
tetur, Deum omnia fecisse per Verbum. Largitur  
igitur praeranti die, Maximus Pontifex, enssem,  
Dei infinitam potentiam signantem, in Christo Deo  
vero, Patrique aequali, & verò homine residentem,  
per quem facta sunt omnia, iuxta Davidicum illud,  
*Tui sunt caeli, & tua est terra, orbem terrae, & ple-  
nitudinem eius, tu fundasti; Aquilonem, & mare tu  
creasti.* Sedes denique Dei (Apostolica videlicet se-  
des,) à Christo suum sempiternum stabilimentum, ex-  
tiritque praerata iusto Dei iudicio, praemio, atque  
iustitia, quibus salvator noster Iesus, verus Deus &  
homo, profl gavit sedis ipsius adversarios; haereticos  
videlicet ac Tyrannos, iuxta id quoque Propheticum,  
*Iustitia, & iudicium, praeratio sedis tuae.* Figuratur  
denique Pontificalis hic gladius, potestatem sum-  
mam temporalem, à Christo, Pontifici, eius in ter-  
ris Vicario collatam, iuxta illud, *data est mihi omnis  
potestas in caelo, & in terra.* Et alibi, *Dominabitur  
à mari usque ad mare, & à flumine usque ad terminos  
orbis terrarum;* Quam & declarat cappa illa sericea,  
quam Pontifices gestare solent in nocte Natiuitatis  
Domini. Nos ergo volentes (ut iustum est,) appro-  
batas ill. Patrum consuetudines observare; statimus  
re Principem Catholicum, sanctaeque sedis à Deo  
vtrumque gladium habentis, filium deuotissimum;  
hoc nostro praeraro munere insignire; nec non &  
hoc pileo, in signum muniminis, & defensionis  
adversus inimicos fidei, & S. Romanae Ecclesiae,  
progere. Firmetur igitur manus tua contra hostes  
sanctae sedis, ac Christi nominis, & exaltetur  
dextera

dextera tua. Eos veluti ipsius assidens, intrepidusque  
propugnator, de terra delendo; & armeret caput  
tuum Spiritus sancti per columbam figurati prote-  
ctione, adversus eos in quos Dei iustitia, atque iudi-  
cium pro S. Romana Ecclesia, & Apostolica sede  
praeratur; quod tibi praerare dignetur idem Dei  
filius, qui cum patre, & Spiritu sancto, vivit, &  
regnat Deus, per infinita secula seculorum. Amen.

Ex hac formula liquet, de mente Sixti IV. hæc  
munera significare arma lædentia, atque regentia,  
quibus bonus Christi miles instruitur. In gladio  
quidem exhibentur arma oppugnantia, & ferientia:  
in galero autem & Columba ei inexta, proponun-  
tur arma propugnantia, & munientia. Gladius ergo  
(ut ei soli in praerantia insitam,) iuxta Sixtum,  
signat victoriam Christi de generis humani hosti-  
bus, propter humanitatis assumptionem, qua Deus  
Verbum, bellator potentissimus, accinxit se gladio  
super femur suum; ut ferent illa S. Basilij in psal. 44.  
ad illud, *accingere gladio tuo, super femur tuum po-  
tentissime.* [Fittamus sanè & hoc ad Dei Verbum  
tropice referri, ut carni coniungatur, quod est effi-  
cax magis, & penetrabilis omni gladio accipiti, &  
percingens vique ad divinitatem animae, ac spiritus;  
compagnum quoque, ac medullarum; discretor co-  
gitationum, & intentionum cordis; quoniam fe-  
mur signum est humanæ eius genealogiae. Ipse  
(inquit scriptura), *egredientes animus ex femore la-  
cobi.* Ut itaque vita, & via, & panis, & vitis, &  
vera lux, & alius eiusmodi sexcentis Dominus  
Noster Iesus Christus nominatur; sic & gladius  
dividens partem animae affectibus servientem, &  
motus concupiscentiae mortificans.] Addebat Six-  
tus, hanc Verbi Incarnati potentiam, impietate  
Arianorum oppugnatam (starebant enim Ver-  
bum inaequale Patri,) in Ecclesiastico natalis Domi-  
ni officio, insinuat: cum & Evangelium Ioannis,  
ipso initio quod in eo officio legitur, praeraret Ver-  
bi, per quod omnia facta sunt, summam potentiam;  
& suffragetur Davidicum testimonium in hoc item  
officio insinans, verbis illis, *Tui sunt caeli, & tua  
est terra; orbem terrarum, & plenitudinem eius tu  
fundasti, Aquilonem, & mare tu creasti.* Ac ne  
hæc Verbi potentia, immatura videatur per assump-  
tionem humanitatis, secundum quam Pater maior  
est Verbo corporato, sine Christo, meritò David  
de accensione verbi pater femur suum agens, vo-  
cat illud *potentissimum;* ut praerare observavit ad  
eundem locum S. Basilij, sic dicens. [Quoniam  
Deus Verbum, carnis debilitati se se coniuncturum  
erat, pulchre additur, *potentissime:* quoniam maxi-  
mae potentiae demonstrationem habet, posse Deum  
in natura esse humana. Nam caeli, & terrae con-  
stituentio, maris, & aeris, & maximorum elementor-  
um generatio. & si quid supra mundam intelligitur;  
& si quid subter terras vltquam reperitur; non  
hæc vltque adeò evidenter expriment divini Verbi  
potentiam, dispensatio assumptae carnis, & ad hu-  
militatem vltque debilitatemque nostram condescen-  
sio.] Quia verò Deus Verbum subigendis hostibus  
nostris, pulcherrimam suam aeternam innoxia cali-  
gini nostrae, id est S. Basilij observat, additum  
est à Platone, *specie tua, & pulchritudine tua.* In  
hoc Verbi per carnis dispensationem processu, ac  
regno, prodidit se manifestissime (iuxta Sixtum)  
Verbi omnipotentia, cuius symbolum est gladius,  
pars praecipua huius sacri ritus.

Denique de eiusdem Sixti sententia, gladius  
in hoc sacro ritu adhibitus, exhibet sedis Christi,

sive potestatis iudicialis in iustitia, & iudicio à *Quid in bis*  
Christo praeratae, vim, atque potentiam, cum spi-  
ritualem, tum temporalem: Iam quidem, quia *me propositis*  
iuxta Apostolum 2. Cor. 10. *arma militum nostra, vis gladij,*  
quibus Verbum incorporatum, Ecclesiam ad militau-  
dam instruxit, *non sunt carnalia, sed potentia Deo, mea, inter-*  
*ad destructionem munitionum, consilia destruimus, praerationi-*  
*& omnem altitudinem excollemem se adversus scientiam Dei,*  
*& in captivatem redigentes omnem intellectu-  
rari videat.*  
*rationem in obsequium Christi; & in promptu habentes tur-*  
*bulentiam omnem inobedientiam.* Siue enim externi ho-  
stes, atque tyranni ingum subire detrectent, siue  
postquam illud subierint, tentent illud excutere  
facti rebelles lumini, ut haereticis, atque Aposta-  
tis contingit, victor gladius per Ecclesiam à Christo  
exertus, semper superabit, iuxta Christi promissum,  
cuius ne verbum quidem, cadere in terram potest.  
Erga domesticos autem fidei, eam iudicialia Ecclē-  
siae per Christum potestas, gladio, de quo agimus  
representata, exercitur à mari, vltque ad terminos  
orbis terrarum; ita ut tam late pateat, quam ipsius  
Dei in terris Dominium. Et directe quidem, ac  
per se, sola spiritualia attingit, oblique tamen, & per  
spiritualium occasionem, cum ita fert iuxta necessi-  
tas, ad alia item excurrit, quantum iuxta praeratae  
à Christo regulas, & necessariam salutis ani-  
marum curam adigitur. verbi gratia, ad plectendos  
desertores, à fide transfugas, & vi coercendos hæ-  
reticos: Ut propterea non infrequenter ea potestas,  
tanquam duplex gladius habeatur, & praeratae  
consecratur duobus illis gladiis, quos Christus  
ipse apud Lucam sub tempus passionis, affirmavit  
satis esse, iuxta D. Bernardum, l. 4. de consid. c. 3.  
& Bonifacium 8. *Extrau. vnam sanctam,* ab Gre-  
gorium IX. *Epist. de vtroque gladio.* quibus In-  
risperiti omnes adhaerent ad extrauag. *Vnam san-*  
*ctam.*

## §. IV.

*Quid in binis proximè propositis,  
gladij, de quo agimus, inter-  
pretationibus, desiderari  
videatur.*

Vtraque gladij interpretatio proposita, magni  
facienda est, spectatis praerentim autoribus; quo-  
rum prior è Regio licet Anglorum sanguine, virtu-  
te, ac doctrina clarior, quam sanguine haberi potuit.  
Posterior & doctrina insignis suo ævo fuit (ut relicti  
ab eo libri testantur; & Vicaria Christi in totam Ec-  
clesiam praeratura, super cedros Libani sublimis. Ita-  
que tamen alia decissent, interpretatio quae parvus  
sit ingenij tantorum virorum, contemni non po-  
test. Neutra tamen ita explet animum, ut nihil  
vltra desideretur, ut ex iis quae subiiciam, perspi-  
cendum erit.

Et in priore quidem, anthor, personis, cum qui-  
bus agebat, prudenter sermuit; eruens ex Pontifi-  
cis numeribus, ense, pileo, & rosa, ad Reges  
Angliae Philippum, & Mariam transmissis, praer-  
clara documenta, de improborum coactione, &  
iuxta proborum remuneratione; gladio vindictam,  
rosa





accessisse sancto iuueni existimat, cum curasset pater eius, *Perrus Bernadinus*, filium imbui lingua Francisca ad vltim mercaturæ cum Francis faciendæ. Hoc verò vnde habetur? Est sanè mera diminutio, nullius antiqui testimonio nixa. Saluator Vitalis, dictum *Franciscum* ait, quasi *Francis*, quia fuit *Francus*, id est esumptus & immunis à peccato iam ex vtero matris. Sed ea præpropera sanctificatio, & falsò inuehitur; etsi præstitisset, latuisset omnes, atque aded non potuisset inde *dicere* nomenclationem *Francisci*. Oportuisset inem nomen *Francisci* tribuere Baptiste, verè ea præcoque sancti donato. Leonardus de vtrio dictum censet *Franciscum*, à magnanimitate, à qua nomen *Francorum*, haustum existimat, fauente Iuone Carnotensi, & autore vitæ S. Ricardi qui *Francos*, à ferocia, id est ab alacri pectore nihil extimescente denominatos arbitrantur. Quia ergo S. Franciscus per eam intrepidam alacritatem animi, multos Satanæ & seculi captivos erat in libertatem asserturus & Francos ac immanes redditurus, inde nomen *Francisci*, tulit, iuxta Leonardum; sed eodem iure omnes generosi liberatores animorum, eo nomine insigniendi fuissent. Existimo igitur non inuenisimè, nomen *Francisci* petiitum esse ex eo ense quem Fratri Pacifico obiectum dixi. Nam *Francisci* nomen, videri potest deductum à *Francisca*, quæ vox in Actis Clodouei primi, sonat *spatham*, siue bipennem quæ transversali fursum fuisse porrecto, Crucis imaginem præferbat, qualis erat ea (spatha lucida Fratri Pacifico obuersata Hinemarus in Remigio, & Flodoardus, atque Aymoius, sic vsurpant nomen *Francisca*, cum agunt de Franco qui vltimum deiecit, & à Rege impacta Francisca truncatus est. Non placent qui *Franciscam* interpretantur securim. Nam quamuis securis illæ quæ ad sciendum terrorem præferbantur in fascibus Conularibus, aliquando dictæ legantur *bipennes*, & quæ in sacrificiis adhibebantur, item bipennes legantur appellatæ ut apud Brillonium videre est, tamen bipennis, spatham potius, siue ensen sonat. Itaque S. Franciscus, quia fuit Dei ensis seu gladius, verbo & exemplo recidens intemperatum rerum fluxum amorem, vnde eum magnificè celebrant Greg. IX. & Alexander I. V. & scite Lucas Tudensis, eius æqualis adducti in operè de stigmatismo, meritò denominatus est, nomine sonante gladium siue bipennem, sub qua imagine Fratri Pacifico est exhibitus, vt præmissi Ieremias 23. vbi vulgata editio meminit mallei petram conterentis, 70. legunt gladium vel bipennem, cadentem petram, quo pacto etiam eum locum legit S. Irenæus. Et talis reuera fuit S. Franciscus. Non enim per magiam aut præstigias, vt Accius Nanius, cotes aut petras scidit, sed vi diuina, aciem mystici huius gladij, ad cotem quæ Christi est, subigente, & retussonem eius prohibente.

Serlon insignis Abbas Glocestriensis gladij nomine donari meruit, vt legere est in eius Epitaphio apud Gulielmum Malmesburiensem l. 5. de Regibus Anglorum, cum de Henrico. 1. Sic enim ibi legitur.

*Ecclesie murus cecidit Serlone cadentes,  
virtutis gladius, buccina iustitie.*

Thomam Valdensem, regnum aduersus V. viciales facies tartareas, bellatorem, proditum denominatum esse à Martino V. *Ensem Ecclesie*. Nec aliter liceat, alios eiusdem generis homines Dei, appellare. Verè enim sunt macheræ, gladij, frameæ, enses in manu Christi eos vibrantes, ad transigendos, & salubriter faciandos hostes suos: & in eum finem, Christo gladio forti, ac magno confecti sunt, vt enses illi

minores ad octoginta supra centum, gladio maiori, quem Regi Ludouico XI. anno 1501. oblatum esse Spondanus ad eam annum recitat, num. 12.

Et rectè sanè, homines Dei, specie gladiatorum à Christo vibratorum exhibentur, non minùs apud, quàm seculi hominibus, & Satanæ emissariis, nomen gladij inditum constat. S. Ludouicus IX. cum in Oriente pro fide Christiana bellaret, denominatus est *Gladium orbis terrarum*. Ita enim habet epigrapha literarum ad eum datarum à Rege Tartarorum, quas referunt Nangiacus in Commentario de gestis S. Ludouici, & Vincentius Bellouacensis in Speculo historiali. Referantur perique à Ioanne Sanarano, quibus eadem nomenclatio obigit. Apud Romanos Marcellus, Putarcho teste, agnominatus est *Ensis*. Apud Persas Ochus, apud Hunnos Attila, apud Græcos Leo, eandem sortiti sunt appellationem. Saxones bellicosissima, indidem nomen tulere vt refert Viti-kindus. Tamen reclamant Nicolaus Cincrus in præfatione ad Saxoniam Krantzij. At tamen ratio nomenclationis illius à Viti-kindo assignata, nempe quod *Saxo* ensen sonet, explorata esse debet. Nam *Sachs* non modò gladium breuem siue cultellum, vt Gotfridus Biterrensis cecinit cum dixit.

*Ipse breuis gladius apud ipsos Saxa vocatur.*

(Sacrama hunc dixit Gregorius Tutonenis agens de emissariis Fredegundis) sed etiam longum gladium aut ensen significat, vt disertè habet Galfridus Noxemutensis, l. 11. hist. c. 9. & Fredegarius l. 3. de Britann. c. 3. agens de Patricio Persarum, quem Heraclius in chron. c. 64. equitans, extrahens saxum (corruptè aliqui Codices *Vxum* legunt) capite minuit. Ab ense igitur cui *Sachs* apud gentem illam nomen est, dicti *Saxones* vel *Sachsos* quasi enses, vt significaretur quàm bellicosè ac præliantes essent. Quam ratione vetus Glossarium, & Melchior in Vvilibechium docent illustres bellatores qui in signe quodam facinus in bello edidissent, denominatos esse *vers*, id est vetusta voce ensen sonante, *spaths* aut *enses*. Quid vetera conquiro? clarissimum hodie Gallia vniversa est Fratrum Boissatorum nomen, patri Viennensi Prætori, cuius laus est in Melitensi historia Gallicè facta nequaquam degenerum. Eorum vnus Petrus bello pridem clarus creditis eis etiam apud exteros legionibus. Post modum quietæ Minervæ, pacisque studiis addictus, politicior literaturæ peritia nobilis, ab ingenio nomen retulit, quale olim Alypio apud Euanapium, *totus anima, Boissat l'Esprit*. Alter *Andreas* in Iamblico qui in bellis etatem contriuit, & multis herœicis facinoribus in variis præliis generosissimè editis, æuo nostro insignium quondam Ducum gloriam deesse non est passus, & inter primos Gallia: militares viros, clarus est, audit *Boissatus ensis*. *Boissat l'Épée*. Frequentissimè strenuus præliator nomine *ensis optimi* designatur. *Vu tel, est vne tres-homme espée*. Mitto quætere, qua ex his rationibus Alexander Magnus, denominatus sic *gladius Aristotelis*, cuius fuerat discipulus, vt ex persona Regis Vrsir filij Babac affantis omnes Persarum prouincias, refert in Cabbala Historica à Genebrardo latinè facta, Rabbi Abraham Leuinit, pag. 44. facie 2. Davidis filius.

Satanæ emissarij, filij Belial, d'cantur esse eidem Regi super omnes filios superbiae, pro gladijs. Sic enim apud Zachariam, cap. 13. machera, siue framea Satanæ, linente Deo, suscitatur super pastorem gregis, & super virum coherentem Deo. Chaldaus habet, *denudare à gladiis*. 70. *conspice à gladiis à Satanæ emissariis*.

*bratè*. S. Gregorius, l. 14. mor. cap. scitè quomodò id fiat notauit ad illud Iobi 20. *eductus, & egrediens de vagina sua, & fulgurans in amaritudine sua*. Expedit egregiè S. Gregorius, quoriam hic gladius, Satanæ admittere, dicitur *eductus*, & *egrediens de vagina sua*. Dicitur enim *eductus*, à Satana; quia eo instigante; & trahente, prorumpit in opus nefarium: & simul dicitur *exiens*, quia suo pte nutu, & licet pelliciente, non tamen adigente Satana, operatur malum. [Educat ergo (iuxta S. Gregorium,) per seductorem; egreditur verò per propriam voluntatem. Nam is qui ducitur, ducentem procul dubio sequitur. Qui autem egreditur, secundum suam pergere voluntatem videtur. Quò ergo ad mala quæque opera, & ab antiquo hoste trahitur, & tamen libero arbitrio in eorum desideriis obligatur, de vagina sua eductus, & egrediens dicitur; quoniam hoc quod ex praua cogitatione exit ad pessimam operationem; & illius est spiritus, qui suggestit, & eius nequitia, qui ex propria voluntate consentit.] Nec incongruè gladius iste fulgurare, siue splendescere dicitur in amaritudine sua: splendor enim ille, & claritas, in nefaria operatione, ad amaritudines æternas denique deducit. In eandem rem Abbas Achilleus, erudiens quendam Fratrem sicutantem *quemadmodum aduersum nos possunt Demones*; adhibet, exemplum manubrij, quod magnam habet proportionem cum capulo ensis. Sicut ergo ferramentum assumptum manubrio, quod ex ligno conficitur, incisionem ligno infert, sic Diabolus animam nostram incidit assumptum ex eo nobis vnde incidat. [Ligna ergo sunt animæ, securis Diabolus; manubrium, voluntas nostra est. Per malas ergo voluntates nostras, incidimur.] Ita Abbas Achilleus in vitis Patrum, l. 7. cap. 25. n. 4. hæc comparatio recidit in eam, quam S. Gregorius ex Iobo exhibebat, gladij nimirum educti, & egredientis à vagina sua; ad tempus quidem fulgurantis, sed denique æternis tenebris inuoluti, & infinita malorum mole grauati, Deo iusto iudice commertam retributionem rependente.

Vltim id manifestè in vtroque primario super terram Satanæ gladio, Mahumete (inquam) & Antichristi illius successore Calebo: Nam Mahumetem, exhibuit Deus specie gladij fulgurantis, obiecti per triginta dies cum protensione à septentrione ad meridiam. Quod spectrum sub Mahumetis mortem exhibitum, spectabat Autor narrationis historicæ de vestis Marianæ depositione in Blachernis, cum dicebat. [Iusta nos à Deo, diuersaque exceperunt flagella, quibus ad conuersionem, ac cessandum à malis, rebelles compelleret. Cæterum vnusquoque nos terribili micatu fulgurans innasit gladius, qui terrarum orbem vnuersum momento proligaturus videri possit.] Quarto item ex Ametadis à Mahumete constitutis, cui nomen *Calebo*, cognomentum obigit *gladij Dei*. Hic innumera mala, & vrgente Satana & suo pte nutu patruit: Nec gladius Dei dictus est, nisi permissuè. Quo ipso sensu, Demones (vt obseruauit S. Gregorius, lib. 14. mor. cap. 21.) dicti sunt apud Iobum; latrones Dei; vel (vt Chrysostomus, hom. 3. de patient. Iob. & Bernardus, serm. 1. de translat. S. Malachia. loquuntur) *carnifices Dei*. Eodem igitur sensu, hic Mahumetis successor, dictus est *gladius Dei*, qui reuera propriè erat gladius Satanæ.

Cadalonum Parmensem Episcopum, qui contra Alexandum I. innasit sedem Pontificiam, Petrus Damiani, l. 1. *Epist. 20.* specie gladij à Satana in Ecclesiam vibrati, representat, sic illum alloquens. [Qui sanctæ Ecclesie fueras filius, aduersus eam *Theophili Reynaudi Pontificia*.

factus es gladius. Et fortè tu ille es gladius, de quo Ezechiel Propheta dicit, *gladius, gladius exacutus dicitur ad est, limatus*. Cur autem duo hæc iste gladius habeat, perconatus hoc est vt limatus sit; & acutus; secutus exponit; *dam, gladius, vt cadat*, (inquit) *victimam exacutus est; vt splendat de quo agitur limatus est*. Nonne in te videntur ista congruere, *mus, israel, qui videlicet vt solus valeas dignitate splendere, totum regnum laboras in prælium velut occisionis victimas congregare? Sed adhuc audi quod præsto subiungit. Qui moues sceptrum filij mei, succidisti omne lignum; & dedi eum ad lenigandum, vt teneatur manus* Deinde sequitur, *Iste exacutus est gladius, & iste limatus est; vt sit in manu interficientis*. Tu profectò; tu es ille gladius, qui Filij Dei moues sceptrum; hoc est, qui eum, in quo ille regnat, & imperat; commoues populum sceptrum filij Dei est Ecclesia Catholica, hæc regnum; hæc est & nostri redemptoris imperium, quam tu mouere meritò diceris, dum eam vexare, & conturbare contendis, &c. Conatus iste tuus, nunquam pertenet ad effectum, sed infastum postremò concludetur in exitum: & qui Romanis arcibus superbus inueheris, ad solum proprium cum ignominia reuerteris. Audi quod sequitur. Nam postquam diuina vox ait, *Mucro, Mucro, euagina te ad occidendum, inna te, vt interficias, & fulgeas*; Paulò post, sequitur, *reuertere ad vaginam tuam, in locum, in quo creatus es*.] Agitur eo loco ad literam de Chaldaïs in excidium Israelitarum excitandis. Sicut Ieremias cap. 47. agens de Pharaone Gazam, & Afcalonem euerfam, in clamabat; *venit caluitium super Gazam, conticuit Afcalon, & reliquia vallis earum. Usque conideris! ô mucro Domini, usque quo non quiesces? Ingredere in vaginam tuam, refrigerare, & sile*. Et Chaldaei ergo, & Pharaos, habentur pro gladijs Satanæ, instigantis, ac vrgentis eos, ad læuendum in eos populos. Tamen quia Deus, pessima horum tyrannorum voluntate, & Satanæ rabie, in finem suæ iustitiæ propositum sanctissimè est vsus, permittendo malitiam, dicuntur Chaldaei, & Pharaos, gladij, & mucrones Domini. Ad eundem ergo modum, de sententia Petri Damiani, impius Cadalonus, multipliciter præ ambitione sua vexans Ecclesiam, dictus est *gladius Domini*: tamen reuera esset gladius, & emissarius Satanæ, & ab eo immediatè vibraretur: Eodem modo quilibet impius, & Satanæ ad aliquid nefarium admittere, denominari meritò potest, *gladius Satanæ*. Sicut Ista 7. de ini quo Rege dicitur, *in illa die radet Dominus in nouacula conducta, in eis qui transsumen sunt, in Rege Assyriorum, caput, & pilos pedum, & barbam vniversam*. Est autem nouacula, gladius, tamen ad radendum, non ad trucidandum, ac feriendum adhiberi solitus. Ita ergo impius quilibet, radendo, ac purgando iusto applicitus, potest nouacula comparari: quo pacto dicitur fecisse dolum sicut nouacula acuta. Et sub alia allegoria potest quilibet impius denominari *gladius Satanæ*, tanquam ab eo adhibitus, ad ordinarium vsum gladij, qui est casum, ac punctum ferire, trucidare, ac lætho dare.

Sed nemo impiorum iustius, ac conuenientius nomen *gladij Satanæ* prætulit, præferetque, quàm ille Antonomasticè homo peccati, filius perditionis, omnium Satanæ emissariorum facillè Princeps, cui *Antichristo*, cognomen. Notauit hoc de eo S. Gregorius, lib. 34. mor. c. 4. versans illud psalmi 143. *qui liberafti David seruum tuum, de gladio maligno*. [Benignus quippè (inquit S. Greg.) sanctæ prædicationis est gladius, quo percutitur, vt à culpa moriamur. Malignus verò est Diabolice peruersationis gladius, quo malè quisque percutitur.

Sectio I.  
§. 6.

vt à vita reſtitutionis extingatur. Antiqui ergo hoſtis eſt gladius, ille tunc damnatus homo, in uſum miniſterij eius aſſumptus. Ipſum quippè per malitiam fraudis exacuit, & infirmorum corda tranſfigit. Hunc ergo Leuiatham, & gladium apprehendit, cum eum ſuus damnatus homo ſuſceperit.]

Non æquat malignitatem, emiſſarij nomenclatio, cum *Satana gladius* appellatur. Inſidus enim, & dignius videtur, de ipſo Satanæ nomine, eiufmodi nequam adminiſtrum appellare. Vt propoſitione factum eſt ab Olympiade Philippi Marcedonis vxore, Alexandri parente, quæ per Paulaniam moechum ſuum, Philippo marito, in nuptiis Cleopatæ Philippi ipſius Filia, necem intulit: Paulania autem mox ob illud ſcelus in crucem acta, ſtatim à viri obitu reſtreſſa Olympias, (nam à viro eiecta fuerat,) & Paulaniam in ipſa cruce coronauit; & reſixum eius corpus, inter Mariti Philippi reliquias cremauit, extructo inibi Paulaniæ inſigni monumento, annuâque parentatione conſtituta. Gladium verò Philippi necatorem, conſecrauit Apollini, ſub nomine *Martialis*, quod ipſius Olympiadis paruulæ nomen fuerat. Et iure truceſcentis ille gladius, quo in Philippum nefaria ſœmina permoechum ſuum ſœuuit, de eius nomine nuncupatus eſt; quia tamerſi à Paulania vibratus, tamen ipſa agente Olympiade, eductus, ac infixus eſt; vt proinde gladius ille nomen potiùs cauſæ principalis eum adigentis tulerit, quàm adminiſtræ. Similiter ergo impij quique, tanquam Satanæ emiſſarij, & adminiſtri in ſcelere, gladius malignus qui ſit ipſe Satanæ appellandi potiùs videntur, quàm ducta ab eo denominatione.

Ex omnibus hæcenus diſputatis liquet, ſanctos Dei homines, per comparationem ad Chriſtum ipſis veluti præcinctum, eòſque vibrantem, appellari *gladios Domini*. Et fanè hoc ſunt in manu Dei, quod gladius in manu potentis. Suntque hi gladij, non veneno inter fabricandum illiti, aut poſtea imbuti, ad certioſam perniciem eorum, qui percenſi fuerint; quales Fredegundis, (ſuper cuius nequitiam non fuit nequitia,) ad inuitabile exitium Childeberti, caraxauit profundius, id eſt *inſecit* reſerente Gregorio Turonenſi: l. 3. *hiſt. Franc. cap. 29.* Sed puri ab omni venenata infectione, & verè gladij antipites; quia per veramque fortunam, per infamiam, & bonam famam, per gloriam, & ignobilitatem, adacti ſunt in corda inimicorum Regis: breues quidem, ſed non abſque mucronati, quales olim Hiſpanici gladij Liuij, lib. 3. referent; ſecus ac gladij Gallorum, prælongi, ſed non mucronati, ac proinde inepti ad punctum feriendum, & tranſſigendum. Quæ eſt præcipua huiufmodi gladiorum ſpiritualium efficacia.

Quid inſuper vetat, omnibus verè Chriſtianis, ſecundum Chriſtam *ἔχθρον*, noſtrum (vt Tertullianus, l. de bapt. cap. 1. loquitur) Piſciculis, quippè ex aqua & ſpiritu procreatis, *hexans*. vt Anaſtaſius Sinaita pulchrè diſſerit, accommodare quod de piſce *Xiphia* ſiue *gladio*, tradunt qui de piſcibus agunt, nominatiſque Aldrouandus, l. 3. *de piſc. cap. 21.* ex Plinio, *Æliano*, *Rondeletio* & alijs quos deſlorauit? Haud vanè præfert is piſcis nomen *gladij*: quandoquidem (vt Plinius l. 32. cap. 2. ait,) mucronato piſcis huius noſtro perſoſæ naues non rarè merguntur. Narrat etiam *Ælianus*, lib. 14. cap. 22. eo gladij piſcis mucrone in nauim deſixo, periclitari nauem, & ad huius conſpectum extimeſcere nauas, tanquam ad imminens exitium; & grandia cœte, non abire impunita, ſi in hunc gladium incurant, l. 15. *hiſt. cap. 4. & ſumm. cap. 84.* Recentio-

res Indicarum rerum Scriptores, nominatiſque, *Ouedenſis*, de eiufdem piſcis prælongo mucrone, & ſuperiore mandibula in enſis formam in longum porrecta, quidquid offenderit penetrante, multa annotant, quæ apud eos legenda dimitto, contentus dicere, quandoquidem perfecti quique Chriſtiani, adoptione Dei per aquam & ſpiritum filij, nomine piſcium veniunt, non illorum curioſorum & illaudatorum qui perambulant ſemitas maris vt D. Auguſtinus, in *psal. 8.* allegoricè interpretatur; ſed eorum qui originem ſuam ad Chriſtum *ἔχθρον* referunt, iuxta eundem Auguſtinum, *ſer. 134. de tempo.* atque Chryſoſtomum, l. 1. *S. Graecol. ſer. 34.* Miſſale Gothicum in oratione poſt collatum baptiſmum præſcripta, vocat *amphibios*, à ſtatu redolente aquas ex quibus ſunt procreati, & terrenis facilè implicabilis ob naturæ fragilitatem. Huiufmodi ergo piſces, etiam aduerſus cetum qui in mari eſt fortes atque pugnaces, & naues Tharſis conſidere idonei, haud abſte donantur *gladiorum* nomine.

## § VI.

*Gladij intelligentia plana, & per ſe fluens, eruitur.*

Quandoquidem bellè in quòſcumque ſanctos quadrat denominatio gladij, vt hæcenus monſtratum eſt; inferre merito licet, Chriſtum ipſum, audire iure poſſe *gladium Domini*; cum vibratus à Deo in hoſtes, omnia ſtragibus compleuerit, & cæſum, ac punctum feriendo, munus gladij exquiritè ſit executus. Neque pudeat nos, gladij cultores appellari, quales olim fuiſſe Scythas adoratores acinacis, prodit ſemel & iterum Clemens Alexandrinus, in *Protrep.* Eſſe quidem acinacem, gladium Perſicum breuem, Herodorus, in *Polymnia*, docet, & multis illuſtrat Briſſonius, lib. 3. *de regno Perſ. pag. 359.* At Græcis, *acinacis* nomine veniſſe gladium Scythicum pro Deo habitum, Brodandus, lib. 5. *miſcell. citem 5.* confirmat ex Luciano Ione Tragoœdo, & dialogo *ἄπὸ πηδύλας*: & compertum eſt ex eo Ammiani loco. lib. 31. [Nec templum apud eos (*Scythas*) viſitur, aut delubrum, ne turgurium quidem culmo reſectum, cerni vſquam poteſt: ſed gladius barbarico ritu humi figitur nudus, eumque vt Mattem, regionum quas circumeunt Præſulem, verecundiùs colunt. [Idem priùs dixerat Clemens Alexandrinus verbis illis, [Mars bellicus, *ἄπὸ τῆς ἀρετῆς καὶ ἀνυπακοῆς*, id eſt ab inſurreſtione, & interfectione. Qua ratione mihi videntur quoque, valdè multi cum ſolum enſem fixerint, tanquam Marti ſacrificare. Eſt autem hoc Scytharum, ſicut dixit Eudoxus in ſecundo de ambitu. Ex Scythiſ autem Sarmatæ (vt dicit Ieſus in opere de myſterijs) adorant acinacem.] Sed hi ſtultè, gladio inanimò, nec niſi alienæ feritatis adminiſtro, nomen incommunicabile indiderunt. Nos non ita ſed Chriſtum Deum verum de Deo vero, gladium viuum pro numine habemus. Quidni enim *gladium viuum*, dixerim Chriſtam, cum Gregorius Nyſſenus, l. de hom. opif. 1. canem, *hominis gladium viuum*, denominari? Vnde in Chriſtum hæc gladij appallatio ſit tranſlata, diſquirendum eſt, ac ſtabiliendum, vt appareat, gladium de quo diſſerimus, ſtatim rectè poſſe Symbolum Chriſti.

Supponendum

Supponendum verò in primis eſt, gladium eſſe aptum hieroglyphicum ſupremæ poteſtatis, quæ dici rectè poſſit characteriſtica diuinitatis, nimirum poteſtatis ſuprema authoritate ius dicendi, ad vindictam malefactorum, laudem verò honorum. Quamuis enim ea poteſtas participetur à Principibus mortalibus, tamen principaliter, ac veluti formaliter eſt Dei propria; ita vt humana principum poteſtas, quantiſvis extollatur verborum emphabiſibus, non ſit niſi ſtellicidium plenitudinis iudiciariæ, & abſolutiſſimæ authoritatis inexiſtentis Deo ſupremo iudici, in medio Sinagogæ Deorum, ſiue iudicium ſtantis, eòſque diiudicantis. Huiusce meriti imperij accommodatum Symbolum, eſt gladius; & in Deo iudice ſimpliciter ſupremo, & in hominibus, quos ſibi ad proportionale munus ſufficit: Propter eamque Barnæ 6. Dei Gentilium deſcribuntur accincti gladio, tanquam præditi mero imperio, & potentes ſuprema poteſtate iudiciaria, ad animaduertendum in facinoroſos. Inter mortales quoque Imperator iam olim inſtruebatur gladio, vt Bullengerus, lib. 2. de Imperat. cap. 16. late tradit & qui ex Principis conceſſione, gladium geſtabant, cenſebantur fieri (ſubordinatè tamen,) participes ſupremæ poteſtatis. Sic apud Herodianum, lib. 3. Plautianus, ex humiliſſimæ fortis homine, euectus in gradum ſublimiſſimum, deſcribitur prodiens in publicum, cum variis ſupremæ poteſtatis inſignibus, ac nominatim cum gladio, qui à Principe ſolo conferebatur; & quidem euaginatus, vt ferunt illa Sidorij, *car. 5.*

Cui teſte Senatu,

*Ipſe etiam ſtrictum commiſerat V'ipius enſem.*

Nulli autem Præfecto, aut Prætori, vel proconſuli, fas erat gladio præcingi, iniuſſu principis, vt notauit Dio Caſſius; lib. 53. obſeruans, Auguſtum Præſidibus prouinciarum ab hoſtibus inſeſtarum, prærogatiuam contuliſſe geſtandi gladium, quod per ſe primò ſolius Auguſti erat. An idcirco ex piſco uſu nomen Auguſtorum inſculpebatur gladii? Sanè in gladio, quo Apoſtolus ſub Nerone obruncatus eſt Romæ, quem poſtea Algius Cardinalis Albornoſius in Hiſpaniam tranſtulit, cæſata leguntur hæc verba, *Neronis Caſaris mucro*, vt ſcribit in hiſtoria Tolotana Petrus Alcocerus, lib. 2. cap. 27. Apud Caſtellanos verò, nota in itæ Regiæ poteſtatis, eſt præcinctio enſis per ipſummet Regem & quod non videtur prætereundum, iſ enſis in ſimilitudinem crucis efformatus, ob latiùs expaſſa capuli latera. Fortè quia crux (vt iam ſuperius, ex Proſpero nuceſ virgæ Aaronicæ deſcribente notauit,) eſt teſſera regni in quatuor orbis partes. Videndus de ea Regum Caſtellæ inauguratione, Ambroſius Morales, lib. 13. cap. 2. & de ſimili ritu inaugurationis Regum Aragoniorum, Didacus Murillo libro cui titulus, *Maqnalía Caſarauguſtana*, tract. 2. cap. 24. Principes quidam Eccleſiaſtici, quamuis eos maxime decet pax, & remotio à cædibus, ac uſu ferri; tamen ad præferendam ſupremæ poteſtatis notam, gladium euaginatam, etiam ſuper ſacra, & in altari oſtentant, vt dixi in Religioſo Loricato. Carolum Magnum, gladij capulo decorè celato, ſignaſſe edicta, quæ ex ſuprema authoritate conſcribebat, proditum eſt. Sed & Federico II. ad eiufdem ſupremæ poteſtatis ſignificationem, pro Symbolo fuit liber in menſa explicatus, cui manus armata imponebat gladium.

*Theophili Raynandi Pontificia.*

ſuſperiti, hanc gladij uſurpationem ad notam meriti imperij, inde illuſtrant; quod animaduerſio in facinoroſos per gladium; antiquior fuit quàm animaduerſio per telum, aut laqueum, vel etiam per ſecurim ſalcibus denique Romanis inſertam. Leges Fabrum in commentarijs ad leges iuris antiqui, ad l. 70. Gladium igitur teſſeram eſſe meri imperij, raturu eſto. In quam rem plura alibi habet idem Faber l. 1. *Cem. cap. 3.* & Martinus à Roa, *como 2. ſit. gul. l. 3. cap. 13.*

Tam multa, præmiſſa de gladio meri imperij in dice, manuducunt ad intelligendum; quomodò Chriſtus, qui apud Michæam cap. 4. dictus eſt *teſta prima*, denominari poſſit *gladius Domini*. In Chriſtum quippè, pater omne iudicium tranſtulit; & eius eſt poteſtas, & imperium: vnde eo veluti gladio, præcinctus eſt. Sanctus quidem Epiphanius, *har. 69.* eam præcinctionem Domini, de qua psalmo 92. accipit de poteſtatis in alijs plerumque fluxæ, ac inſtabilis aſtrictione, ac veluti firmatione, qualis ſit in veſtibus, cum adhibito cingulo, impediuntur laxitate. Nihilominùs alia expoſitio, vt vulgatiùs, & ſimplicior, ita magis arridet; iuxta quam, præcinctio illa accipitur de enſis ſuper femur ſuum aſſumptione, ad præliandum prælia Domini. Quod planè voluit agens de accinctione psal. 44. propoſita, Tertullianus ſcribens contra Iudæos, cap. 9. vbi bellatorem Chriſtum probans, adducit Davidem. [Accingere (inquit David) enſem ſupra femur. Sed quid ſupra legis de Chriſto *ὀπαιὸς τῶ καλλῆ*; *Tempeſtiuus decore ſuper filios hominum, diſſuſa eſt gratia in labijs tuis?* Valdè autem abſurdum eſt, ſi quem ad bellum enſe cingebat, & de tempeſtiuitate decoris, & laborum gratia blandiebatur; de quo ſubiungens dicebat, *extende, & proſperare; propera, & regna.* Ec adiecit; *propter lenitatem, & inſiſtiam tuam.* Quis enſem accingitur, & non contraria lenitati, & iuſtitie exercet, id eſt dolum, & aſperitatem, & iniuſticiam, propria ſcilicet negotia præliorum? Videamus ergo, an alius ſit enſis ille, cuius eſt alius actus, id eſt Dei ſermo diuinus, bis acutus duobus teſtamentis, legis antiquæ, & legis nouæ, acutus ſapientie ſuæ æquitate, redens vnicuique ſecundum actum ſuum. Licuit ergo & Chriſto Dei in psalmis, ſine bellicis rebus, enſem Dei præcingi figuratò, cui prædicta tempeſtinitas congruat cum gratia labiorum, quem tunc cingebatur ſuper femur apud David, quando venturus in terras, ex Dei patris deceto, nunciabatur. [Æquè Hugo Victorinus, *ſer. 33.* accinctionem illam à psalte in Epithalamio propoſitam, non ad cingulum aſtringentem, ſed ad Chriſtum gladium reſert, ſic ſcribens. [Gladio ſuo ſuper femur ſuum ſe accinxit, quando ſuæ diminitatis potentiam, humanitatis noſtræ fragilitati coniunxit: & accinctus potentia ſuæ diuinitatis ſuper femur aſſumptæ humanitatis, venit in mundum, vt expugnaret fortem armatum cuſtodientem atrium ſuum.] Et mox poſt multa de Sanſone præmiſſa, & Chriſto aptata; [Sic redemptor noſter, non ſolum oraculis prophetatus, ſed & figuris præſignatus, accinctus gladio diuinæ potentie ſuper femur humanitatis ſuæ in mundum venit, & fortem, id eſt hoſtem antiquum debellauit.] Alia ſubdit Hugo de hoc gladio, verè gladio ſpiritus, quod eſt Verbum Dei; non illud prolaticum duntaxat, quod mox ſit euanidum, & ſoluitur in aëra; ſed ſubſiſtens Dei ſapientia, & diuina Pallas, gladius iuſtitie iuxta Hugo-

Υ γ γ 2 nem,

Sectio I.  
§. 6.

nem, gladius militiæ, non ille, quem euaginant peccatores, in quo Simeon, & leui vasa iniquitatis bellantia læuierunt; sed gladius benedictus, quem Dominus misit in terram, quem in manu tenent sancti, ad faciendam iustitiam in nationibus, increpationes in populis, vt faciant in eis iudicium conscriptum.

Quantam diuisionem hic gladius Domini in orbe ediderit, & Christus ipse apud Matthæum, ac Lucam attigit, & Patres in ea loca incidentes, non reticuerunt. S. Augustinus, *serm. 114. de diuers. cap. 4.* obiecto de armato Deo agens, exponendo illud Psalms, *effunde frameam, & conculde*, sic differit de hoc gladio, [framea Dei, hoc est gladius Dei, quam frameam corpus Christi, quod est Ecclesia, aduersus eos, qui se persequuntur, precatur effundi, atque concludi. Potest quidem intelligi, vbi ipse saluator suo corpori dicit, *non veni pacem mittere, sed gladium.* Quo gladio spirituali à Martyribus suis cœlestia concupiscentibus gaudia, terrenos malè blandos separat affectus, quibus de cœlo ad terram renocarentur attriti, nisi gladius intercederet Christi.] Diffusius eam diuisionem per huiusmodi gladium Domini patratam, prosequitur S. Hilarius, *can. 10. in Matth.* & istum de more dilucidior ephrasit exhibens S. Ambrosius in *cap. 12. Luca.* edifferentes illud, *non veni pacem mittere, sed gladium & separationem.* Erunt enim ex hoc, *quinque in domo vna diuisi, tres in duos, & duo in tres, diuisentur: Pater in Filium, & Filius in Patrem suum: Mater in filiam, & filia in Matrem, socrus in nurum suam, & nurus in socrum suam.* Præstitit hanc diuisionem Deus, [cum gladium qui significat exertæ aciem potestatis, quo spiritus medullarumque secreta penetrantur, misit in terras. Tunc caro, atque anima, regenerationis innouata mysteris, oblita quod erat, incipit esse quod non erat, ac se à veteris vitij, quantumvis sibi ante dilecti, Societate fecerunt, & quasi prodiga copulam posteritatis eliminat, vt diuidantur parentes in filios; dum intemperans motus, temperantia corporis abdicatur, & anima declinat consortium culpæ, nec extrariæ illi, & foris sumptæ locus remanet voluptati. Filij quoque in parentes diuidantur, dum renouati hominis censuram fenilem, vitia vetusta declinant; pietatisque normam voluptas adolescentior tanquam seræ domus refugit disciplinam.] Sed & circa has B. Ambrosij (cuius verba dedi;) mysticas subtilitates, parentes à filiis, vicissimque; & socrus à nuru separatur, per hunc gladium, sciungentem potenter quæ conuiscerata erant, & concarnata; ita vt videri posset desperanda diuisio; vnde prodita maximè est huius gladij vis, atque potentia.

Sed nullibi apertius apparuit, vis & energia huius gladij, quam circa Leuiatham serpentem vectem, de quo in hunc modum Elaias cap. 27. *In illa die, visitabit Dominus in gladio suo duro, & grandi, & forti, super Leuiatham serpentem vectem, & super Leuiatham serpentem tortuosum & occidet cetum, qui in mari est.* Qui in editione vulgata, dicitur Dei gladius durus, & granis; iuxta 70. dicitur gladius sanctus & magnus. Et rectè, quia eius impactione, & infusione, trucidata est omnis iniquitas, & cetus grandis, qui in mari huius seculi est. Vocat Psaltes, Satanam nomine omnis iniquitatis, iuxta Nyssenam, *tract. 1. in titul. Psalm. cap. 8.* circa illud *omnis iniquitas oppilabit os suum*; quia Sata est, qui ad omnia scœlera instigat. Et quamuis interdum peccator, suo veluti Marte, & ex ingenij

depravatione, aliquod peccatum excudit; tamen vt plurimum, Satan est, qui ad peccandum illicit; nec vllum peccati genus est, ad quod aliquando non solliciter peccatores. Sed ea omnis iniquitas serpentis vectis intercludentis aditum cœli, diuidente gladio Domini, & partem eius seorsim ab electis ponente, conticescet, nec vltra follitabit ad peccandum: quod hîc infrequentius, quam olim per Christi gratiam factum, plenè in cœlo, in altissima pace regionis viuorum obuenerit. Et ergo quam meritò gladius hic Domini appellatur *Sanctus*. Idem quoque *magnus* dicitur, *durus*, secundum primigeniam vocis notionem teste Hieronymo. *Isaias 2. Magnus* quidem, quia in vastissimam bestiam impingendus, ac insignendus fuit; & ob causas suo loco recensitas, propter quas Christus ab Apostolo honestatus est, nomine *magni Dei*. *Durus* autem, quia innuicibilis est accedere nefcius, perinde atque adamas, vel flex, vt habetur cap. 3. Ezechielis. Accipiunt de Christo, gladio magno; & duro visitante serpentem vectem, propositum Isaiæ locum, Iulius Firmicus per eum exponens symbolum Ethnicum, *l. de error. profan. cap. 27.* Cyrillus Alex. *ibid.* Theodoretus, atque Procopius, & scitè his paucis Tertullianus. [ *l. 4. in Marcio 30. cap. 24.* Illa die superducet Dominus Deus, Machæram Sanctam, magnam, & fortem, Christum scilicet suum, in draconem illum, colubum magnum, & tortuosum, & interficiet eum illa die.]

Non est prætereundum, quod Eusebius, *lib. 3. de vita Constant. cap. 3.* à Constantino Magno ad Isaiæ locum propositum alludente, curatam ait, Satanæ per Dei gladium transfixi picturam, ad palatij vestibulum in sublimi collocatam. [Inimicam illam (inquit de Constantino Eusebius,) & hostilem belluam, quæ Ecclesiam Dei, impiorum tyrannide oppugnasset, in altum demersam, draconis specie, & figura, describendam curauit. Sacra enim oracula, in Dei Prophetarum libris, eum Draconem, & tortuosum serpentem nuncupant. Et propterea Imperator, quo occultum humani generis hostem Diabolum, (quem ipsum salutaris trophæi capitis eius imminens virtute, ad extremum exitum prolapsum significauit:) tum sub suis, tum suorum pedibus conculcatum perspicue indicaret, draconem medio ventre transfixum, & in profundis maris fluctus præcipitatum, subtili, & artificiosa pictura, sub omnium aspectu, ad contemplandum subiecit. Atque istæ quidem res, in imagine scitè depicta, variis colorum stolis significantur: vnde permagna de Imperatoris acmine, & solertia, me cœpit admiratio; quo modo diuino afflatu pulsus, eadem ipsa figurant, quæ vocibus Prophetarum, ita de ista bellua pronunciantur; Deum gladium ingentem, & terribilem contra Draconem, & serpentem fugientem illaturum, & Draconem in mari interfecit. Istarum igitur rerum imaginem, Imperator formauit, voces illas Prophetarum, adumbratione quadam imitatus.]

Quem Eusebius serpentem *fugientem* φέροντα nuncupant, Aquila *serpentem vectem* dixit, vterque appositè. *Fugiens* enim meritò appellatur, vt S. Cyrillus, *Isaias 27.* aduertit, quia iuxta S. Iacobum, *cap. 4. Epist. canon.* Si resistit Diabolo, illicè fugit. Cur autem *vectis* appellatur, benè his paucis enucleat S. Hieronymus ad hunc locum. [Puto *vectem*, siue *claudentem* appellari, quod

Gladij intelligentiæ plana & perse fluës, ermitur.

quod multos suo carcere clauferit, & propriæ subiecerit potestati; nihilque in se rectum habeat. Et idcirco dicitur *tortuosus*, nec imitari potest virgam Domini, de qua scriptum est, *virga directionis, virga regni tui.* An profecit ex S. Basilio, cuius illa sunt ad eum locum psalmi 32. *rectos decet collaudatio?* [Serpens qui ad peccatum nobis inceptor fuit, *obliquus dicitur*, & in serpentem draconem obliquum, Dei ensis inducitur; propterea quod multas spiras, ac inuolucra in itinere facit. Serpentis namque tractus, inæqualiter per humum serpit, prioribus partibus aliter, ac illis quæ sequuntur, motis; & rursus postremis aduersus priores procedere conantibus. Itaque qui serpentem imitatur; obliquam, inæqualem, & contrarietate referentem suâ re ipsa exprimit vitam.] S. Greg. omnia, hæc Satanæ nomina, eo Isaiæ loco, in quo versantur, secundum varias editiones adhibita, optime enucleauit dicens. [Per exprobrationem, *Leuiatham* vocatus est, id est, *adducamentum hominum*, dicens. Eos namque in paradiso immortales reperit, sed diuinitatem mortalibus promittendo, quasi eis aliquid vltra quam erant se addere spondit. Sed dū blandè non habita se daturum perhibuit, callidè & habita substraxit. Vnde & eundem Leuiatham, ita Propheta describit dicens, *super Leuiatham serpentem vectem, super Leuiatham serpentem tortuosum.* Leuiatham quippè iste, in eo quod se addere homini spondit, tortuosus ad eum sinibus irrepit; quia dum falsò impossibilia promisit verè, & possibilia sustulit. Quarrendum verò nobis est, cur qui *serpentem* dixerat, tortuosumque illicè subiungens, interposuit *vectem*, nisi fortè quod in serpente tortitudine, fluxa mollities, in vecte autem est duritiæ rigiditas, Vt ergo hunc & durum signaret, & mollem; & vectem nominat, & serpentem. Durus quippè est per malitiam, mollis per blandimenta. Vectis ergo dicitur, quia vique ad necem percutit; serpens autem, quia se per insidias molliter infundit.]

In hunc ergo serpentem tortuosum & vectem, nobis aditum Paradisi intercludentem, infixus est gladius Domini, qui Christus est, & interfecit eum. Quod Chrysostronus, *homil. de cruce, media quadrag. & homil. de nomine coemeterij, & Macarius Chrysocephalus, homil. de cruce exaltat.* hunc gladium serpentis vectis interfecitorem, aiunt esse crucem, metonymia est, qua continens pro contento usurpat; vnde *crux* pro *crucifixo* accipitur: pro Christo (inquam) qui opus redemptionis nostræ, & exaurationis Satanæ, consummanit in cruce. vt quod Chrysocephalus ait, Isaiam in loco quem excutimus, vocare Christum *gladium ignitum*, spectat ad factam à serpente Paradisi interclusionem, quam Christus remouit, trucidato serpente vecte seque substituit, ad modum romphææ, siue gladij igniti versatilis; nimirum ad bonos admittendos in paradysum, & malos excludendos, vt philosophantur Nyssenus, *orat. 2. in 40. Martyr.* & Philippus Abbas. *l. de salute primi bom. cap. 24.* sic ergo dissecto vecte prohibente, & omnes aditu paradisi intercludente, substituit Christus seipsum, gladium ignitum rationabilem, qui in paradysum admittent præuenit, & cœlo illatum per ignominiam crucis, solos autem improbos repellit, & aditu prohibebit. Hic est effectus illius, vt Zacharias cap. 9. vocauit *gladij fortium*. Sic enim eam Christi nomenclationem exposuit Rupertus, *in cap. 9. Zachar.* planè siquidem Christus, in ea serpentis vectis dissectione, & liberi aditus ad cœlum conciliationem exhibuit se gladium fortium, à Patre, filio, & Spiritu Sancto Pontificia.

rito sancto vibratum. Et quamquam veluti ad momentum, interpugnandum deiectus est; tamen ipsa deiectione superauit hostes; non secus ac Leo illi qui requiescens accubuit, & opima spolia rediuitus reuulit; vt cunque expressus in eo enisifero Leone magni Pompeij, de quo Alexander Neapolitanus; & qui videri item possit adumbratus in ea Polonica imagine, de qua Neugebanerus, *lib. 7.* narrans anno 1545. in Polonia, Aprili exeunte, manè circa horam octauam, primò horrendum tonitru insinuasse; Tum tres rubras cruces Orientem versus apparuisse; duas iuxta se positas, tertiam subtrus, in medio virum armatum cum gladio ignito, qui adorientes se equestres, ac pedestres copias prostrigauit, ad meridiem vsque decertans; moxque omnibus copiis euanescentibus, solus inter cruces tanquam triumphator, & victor substitit: sed immani draconem enim à tergo adoriente, & arma, atque armatum victorem absorbentem, cruces euanescere. Inde totum cœlum duabus amplius horis ignitum apparuit, demumque tenebræ densissimæ ad sequentis diei notam vsque matutinam, incubuere; quibus denique abactis, & cœlo serenato, tres Irides amœnissimæ apparuerunt; quibus vltra horam, Angeli species insedit, aspectu iucundissima. Ad extremum discussis spectris omnibus, pristina cœli facies reuenit: Exercuit ea cœli species ad aliquod tempus ingenia, anxie disquirentibus mortalibus, quæ ea insolitæ rerum facies spectaret, quidve portenderet. Mihi in eo gladio ignito, etsi ad tempus tenebris adoperto, tamen victore, ac triumphatore, imago non tenuis obseruatur, eorum quæ per Christum in bonum nostrum gesta sunt: nostræ inquam ab omni malo liberationis per ipsum; qualem liberationem, per gladium frustra, & falsò iactabant Ethnici apud Authorem questionum ex vtroque mixtim, *quest. 114.* perperam creditum Augustinum, qui sic habet de Ethnicis. [Illud quale est, quod in speleo velati, oculis illudantur? Ne enim horreant turpiter deonestari se, (Antistites Ethnici qui fiebant ex maribus) oculis illic velantur. Alij autem sicut aues alas percutiunt, vocem coracis imitantes: alij verò leonum more fremunt: Alij ligatis manibus intestinis pullinis, proiciuntur super foueas aqua plenas, accedente quodam cum gladio, & irrumpente intestina supradicta, qui se *liberatore* appellet.] At falsò dicebatur liberatio, quæ verius erat terrior, truculentiorque illaqueatio. Nos autem per vium Domini gladium, qui Christus est, verè liberati de manu inimicorum nostrorum, exsolati seruimus Domino.

Possimus ad hunc ensen liberatore, accommodare prisum vsu bello subactos quibus parcendum esse, admetiendi Regio ensi. Nam qui eum proceritate excederet letho dabatur, qui eum non excedebant superstites erant, & seruabantur, liberati à clade cœterorum. Sic Clotarius II. Bertrando Rege Saxonum trucidato, quotquot Saxones Regium ensen trium pedum altitudinis excedebant, deletos voluit seruatis reliquis ex Adone anno 604. Idem factum à Carolo Magno erga eosdem Saxones præfactè rebelles, & à posterioribus Francorum Regibus erga Saxonum posteros inferiorem Germaniam tenentes. De Hunnis similiter à Carolo Magno habitis, idem est proditum. Videndi de eo vsu Siebertus in S. Sigoberti historia, *cap. 1. Aymoinus, l. 4. cap. 18.* Inonis Carnotensis Chronica, Brito in Philippi, *l. 10.* & Sangallensis rerum Caroli Magni scriptor. *l. 2. cap. 1. & 7.* Ex quo vsu inductum est, vt quod idem Sangallensis, *l. 2. cap. 17.* restatur,

Yyy ad

Sectio I.  
§. 7

ad capeffendas Regni habenas, idonei sint habiti qui ad eam Regij enſis tripedalis altitudinem perti- giſſent, iuxta conſtitutionem poſt obitum Ludovici pij editam; vt quemadmodum Carolus illud volue- rit eſſe metrum ſalutis hoſtium, ſic eadem haberent menſura Regiæ poteſtatis à qua ſalus illa dimanar- rat: In menſuram ætatis plenitudinis Chriſti creſ- cent quotquot liberabuntur à clade; ipſeque Chri- ſtus in ea ætatis plenitudine propter paſſionem mor- tis; gloria & honore coronatus & conſtitutus Rex viuorum & mortuorum deſtructo mortis imperio liberauit eos qui per totam vitam obnoxij erant ſer- uitudi iuxta Apoſtolum. Itaque non incongrua eſt proportio gladij illius ſeruatoris ac liberatoris, cum Chriſto Dei gladio.

Quid vetat huic gladio Domini liberatori noſtro, eas laudes ad veritatem accomodare, quas Alexander Bodius, enſi ſæpè Sanctorum ſanguine cruento, depaſcit? Exornabat ille enſem hominis, tameſi Regis, tamen hominis; & quod à fide vera extor- ris obicit, gehennæ filij, Alexander Bodius de Ia- cobo VI. ſic canens.

*Entibi fulmineum, munus protendimus enſem,  
Donatus facili qui rade victor abis.  
Aſpice Mennonio totus nitet aurem igne,  
Accenditque nouas lucida gemma faces.  
Vt capulum viridis totum commendat leſpis,  
Fulgeat vt ſummo Caſtopea polo.  
Conſtringunt ruſtilum circrata manubria ferrum,  
Inuitant fortes aurea fila manus.  
Culter vt incurui tenuis munitur aratri,  
Cuſpis honorata debita militie.  
Iam nitet vt croceos cum ſol vomit aureus ignes,  
Iam viuet, in medijs vt ſoles Iris aquis.  
Et leuis exeo vix ceruat pondere ligno;  
Et rigidum potis eſt ſteclere nulla manus,  
Hunc iracunda tunc imnere lacene,  
Tyndaridem Phrygia cum rapuererates,  
Aut cudit Getico Vulcani dextera Marti,  
Cum micuit primò Lemnia terra rogo.  
Inter quadrupedes quod cade cruenta leona,  
Fraxinus in ſyluis, & quod Delphinus in vnda,  
Quòdque inter dulces impiger Indus aquas,  
Interrela viris, erit id Manotius enſis,  
Sui placet in campo, ſeu placet eſſe furca  
Huic Iouis hircæi decedat fulmen; & ipſa,  
Cedat Apollinea, miſſa ſagitta manu.*

Vana, & falla omina. Merum fumum à palpone auilico offuſum enſi Iacobi ſexti, exciſa propè mo- mento; hominis gloria, miſerantes conſpicamur. Decora enſis qui Chriſtus eſt, proximè propoſita, ſolida ſunt, & conſcientia veritati, nec illo caſu aut tempore obſoleſcent.

## §. VII.

*Illustratio eiusdem ſymboli, ex gladio  
Gedeonis.*

Viſſe Gedeonem, typum Chriſti bellatoris, Rupertus notauit ad illud Abacuc. 3. *Turbabun- tur pelles terræ Madian,* multa his paucis comple- xus ſibi. [Quod Gedeon Chriſti pertulerit typum, ſecundùm ſui nominis interpretationem, ( Gedeon

námque, interpretantur *circumiens vterum;* ) & quod viri eius trecenti, Martyres Chriſti ſignifica- uerint, certantes, atque morientes pro fide S. Tri- nitatis; & quod conſtractio hydriarum, mortes fragilium corporum; fulgur autem lampadarum, gratiam ſignificauerit miraculorum, quæ poſt Mar- tyrum cædes ſplenduerunt, vnde ſuperata, atque conſula ſunt cuncta ſanatica Gentilium; SS. Patres latiùs tractauerunt. ] Ita videre eſt nominatim apud Origenem, hom. 8. in Iudic. S. Auguſtinum, ſerm. 108. de tempor. Proſperum, 2. p. de pro. c. 18. Theo- doretum, q. 14. & 15. in Iudic. Bedam, qq. in Iudic. c. 3. 4. 5. Gregorium, 30. moral. cap. 17. & ipſum Rupertum, l. 1. in Iudic. à c. 19. Ex recentioribus; diligentiam hac in parte probauit, Serarius, In c. 8. Iudic. q. 22. Saliatus, anno mundi 1800. à num. 5. Fernandus, viſione 8. Cornelius, in c. 9. Eſaiæ ad v. 4. & ſerè quotquot ſcribunt in c. 6. Iudicum.

Eſt autem adè explorata Chriſti per Gedeonem adumbratio, vt vel ipſo *Gedeonis* nomine præſera- tur, quod exponitur *circumiens* in vtero vt panis ante ex Ruperto dixi, & plenius ab eodem Ruperto alibi, l. 2. in Iudic. 11. exponitur, poſt S. Gregorium, 30. mor. à c. 37. nec minùs in Chriſtum cadentem nominis *Gedeon* notionem obrudunt qui aiunt, *Gedeonis* nomen hebraicè ſonare *excifo rem iniquitatis*, conſentaneè ad factum Gedeonis, qui Baalis aram enerit, vnaque idololatriam eo loco celebratam vn- de per antiphrasim, *Hierobaal* eſt nuncupatus. Eſt enim *Hierobaal*, quod *ultor Baalis*: quo ſenſu illud nomen ironicè dictum eſt de Gedeone ſicut de eo qui binos fratres ſuos occiderat, ironicè dictum eſt, quod eſſet *Philadelphus*, ſive fratrum amator. Aliis tamen magis probatur, Gedeonem dictum eſſe Hierobaalem, tanquam Baalis Iudicem, atque damnato- rem vt benè tradit Ribera Oſeæ 10. ad v. 14. & ma- gis probat Serarius, in c. 6. Iud. q. 1. *ultor* autem *Baalis* audiuit, non à vindicta pro eo ſumpta; ſed ex eo quod poſtulantibus Baalitis Gedeonem ad necem, ad vltionem ſumendam pro exciſa ara Baalis, dixiſſet Ioas Gedeonis pater, *uſciſcatur ſe de eo Baal, ſi verè eſt Deus*. Excidens ergo Baalis aram Gedeon, vna ſuffodit ſedem idololatriæ, contriuitque iniquitatem; quod Chriſtus circumiens in vtero per aduentum, ſuum præſtitit. Venit enim vt deſtrueret peccatum, & induceret iuſtitiam ſempiternam, vt habetur Dan. 9. atque ita vtraque notio nominis *Gedeonis*, bellè Chriſto quadrat.

Solent frequenter Patres, Chriſti circumeuntis in vtero, (vt nomine Gedeonis præferri dixi,) id eſt in vterum Virginis delapſi, prædelineationem agnoſcere in deſcenſu pluuiæ in vellus, exorato à Gedeone. Concinne in eam rem S. Bernardus, hom. 2. ſuper *miſſus eſt*. His verbis. [Quid illud Gedeonis vellus ſignificat, quod vtiq; de carne conſum, ſed ſine vulnere carnis in area ponitur; Et nunc quidem lana, nunc verò area rore perfunditur, niſi carnem aſſumptam de carne Virginis, & abſque detrimento Virginitatis, cui vtiq; diſtillantibus coelis tota ſe in- fundit plenitudo diuinitatis, adè vt ex hac plenitu- dine omnes acceperimus, qui verè ſine illa, non aliud quàm terra arida ſumus? huic quoque Gedeo- nico factò, propheticum dictum pulchrè ſatis con- uenire videtur, vbi legitur, *deſcendet ſicut pluuiæ in vellus*. Nam per hoc quod ſequitur, *& ſicut ſtil- licidia ſtillantia ſuper terram*, idem datur intelligi, quod per inuentam rore madidam aream. Pluuiæ quippe voluntaria, quam ſegregauit Deus heredita- tiſuæ, placidè priùs, & abſque ſtrepitu operationis humane, ſuo quietiſſimo illapſu, Virginem demiffit

in vterum; poſtmodùm verò vbique terrarum dif- fuſa eſt per ora prædicatorum, non iam ſicut pluuiæ in vellus, ſed ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram; cum quodam vtiq; ſtrepitu verborum, ac ſonitu miraculorum. ] Non minùs aptè in eandem ſenten- tiam Ambroſius. ſerm. 13. de natiu. Dom. [Secun- dùm carnem natus eſt Dominus, ( inquit, ) ita ſe- cretè, ita ſilentio, vt ortum eius, ſeculum penitèns ignoraret. Ignorauit enim ſeculum, quia & extra conſcientiam patris natus, & extra ordinem naturæ conceptus. Nam Ioseph conceptum ſuſcepit Filium, quem non genuit: Maria partum edidit, quem ſe- xus conſuetudine non creauit. Sic igitur natus eſt Dominus, vt ortum eius nemo futurum ſuſpicaretur, nemo crederet, nemo ſentiret. Quemadmodùm crederent hoc futurum, quod poſteaquam factum eſt, factum eſſe vix credunt? Nam quod ita latenter, & ſecretè ſaluator deſcendens eſſet in Virginem, iam antè Dauid Propheta teſtatur eſt, dicens, *deſ- cendet ſicut pluuiæ in vellus*. Quid enim tam ſilenter, & ſine ſtrepitu fit, quàm cum imber in lanæ vellus infunditur? Nullius aures ſono verberat, nullius corpus hamore repercuſſionis aſpergit: Sed ſine inquietudine hominum, totum imbrem per multi- plices eſtuſum partes, toto corpore in ſe trahit, vnus meatus ſciſuram neſciens, ſolida mollitie plures præbens meatus; & quod clauſum videatur per den- ſitatem, eſt patulum per tenuitatem. Rectè ergo Maria velleri comparatur, de cuius fructu ſalutaria populis veſtimenta texuntur. Vellus planè Maria eſt; ſiquidem de molli ſinu eius, agnus egreſſus eſt, qui & ipſe matris laticium, hoc eſt carnem geſtans, molli velleri cunctorum operit vulnera peccatorum omne enim peccati vulnus, Chriſti Lana ſuffunditur, Chriſti fouetur ſanguine, & vt ſanita- tem recipiat, Chriſti indumento veſtitur. ] Non meminit quidem hoc loco Ambroſius, velleris Ge- deonici in actu ſignato; nec expreſſum eſſe eo veluti emblemate Incarnationis myſterium, tradit verbis conceptis. Hand obſcurè tamen id inſinuat, cum abducit locum ex pſalmo 71. de futuro Verbi in Virginem deſcenſu, tanquam pluuiæ in vellus; quod paſſim Patres de Incarnatione in velleri Ge- deonis adumbrata accipiunt; vt Origenes Chryſo- ſtomus; Procopius, & alij apud Fernandium, Vi- ſione 9. comm. 2. ſec. 2. Serarium, In c. 6. Iudic. at- que Lotinum, In pſal. 71. v. 6. diſfuſeque apud Gul- lielmum Mennens in tractatione de aureo velleri, toto lib. 3. Et ſuit ſanè in hoc myſterio B. Virgo vel- lus bibulum, in quo tota ſe diuinitatis vnda celandi, vt elegantiffimè diſſerit Chryſologus; ſerm. 143. Pulchrè item creditus Hieronimus ſerm. de Aſ- ſumpt. tractans illud, *gratia plena* quod de ſubſtan- tiali verbi gratia accipit. [Benè (inquit) plena; quia cæteris per partes præſtatur; Mariæ verò ſimul tota ſe infudit gratiæ plenitudo. Hoc quippè eſt quod Dauid canit; *Deſcendet ſicut pluuiæ in vellus*. Vellus itaque cum ſit de corpore, neſcit corporis paſſionem: ſic & Virginitas, cum ſit in carne neſcit vitia car- nis. Cœleſtis planè imber in Virgineum vellus pla- cido ſe inſudit illapſu, & tota diuinitatis vnda ſe contulit in carnem, quando Verbum caro factum eſt; ac deinde per Crucis patibulum expreſſum, teris omnibus ſalutis pluuium effudit, & ſtillicidia gratiæ, humanis præſtitit mentibus. ] Alios adduci tractans illud *Symbolum* Incarnationis, 1. 2. de Chriſti

ſect. 5. c. 6. n. 313. *Verbum effuſum*, ergo B. Maria *Illustratio eiusdem ſymboli; & partum puriſſimus, & omni humano ſemine ar- deonis.* vellus bibulum, quo ros cœleſtis exceptus eſt. Nec ſanctiſſimo illo rore cœleſtis delapſo; alius terræ lo- cus immaduit, quàm ipſius vterus. Idemque poſt *gladio Ge- deonis*, quorum primum, prior niſi Gedeoni obiecti pars adumbravit; ſecundum pars eiusdem niſi altera. Habemus in his pleraſque Gedeonis cum Chri- ſto analogias.

Dimiſſis verò aliis nonnullis, ea nominatim in- ter Chriſtum, ac Gedeonem attingenda eſt ana- logia, quam ſuppeditat gladius Gedeonis, expreſ- ſus per hordeaceum panem ſubcinericium, rotam ſuper caſtra Madian, eaque funditus ener- tentem, vt feriebat ſomnium obiectum cuidam militi; quod eius contubernalis interpretatus eſt de gladio Gedeonis. Hoc ad Chriſtum gladium Domini pertinere, inſinuauit Habacuc in oratione pro ig- norantiis; prænuncians, Chriſtum myſtici Ma- dian pelles, hoc eſt tentoria euerſurum, eo modo quo Gedeonis gladius diſſecit caſtra Madianitarum. Nec minùs aperte Iſaias, cap. 9. eandem Gedeonis victoriam ad Chriſtum reulit, iuxta veriſſimilli- mam ſententiam Baſilij, Hieronymi Cyrilli, Chry- ſoſtomi, atque Procopij, quibus non obſcurè ſuf- fragatus eſt S. Marthæus, cap. 4. referens ad Chri- ſtum, initium illud capitis noni Iſaiæ, *populus què ſedebat in tenebris, vidit lucem magnam*. At ei ini- tio, ſubnectuntur reliqua illa proximè ſequentia; quæ proinde æquè ad Chriſtum pertinent; *lata- buntur coram te, ſicut qui latantur in meſſe; ſicut latantur victores capta præda; quandò diſidunt ſpo- lia*. Cauſam verò tantæ lætitiæ fore, ait Iſaias, victoriam Chriſti, proportionalem victoriæ Ge- deonis de Madianitis. *Ingenim* (inquit,) *one- ris eius, & virgam humeri eius & ſceptrum exalto- ris eius, tu ſuperasti, ſicut in die Madian*. Id eſt; tu Emmanuel, eodem proportionem modo enerti- ſti tyrannidem Satanæ in genus noſtrum quo Ge- deon typus tuus, in ea apud omnes celeberrima victoria, euerit Madianitas, quo die cum illis con- fluxit.

Hoc paſſim prædelineatum dicunt, trecentis per Gedeonem ſelectis, & aquas lambendo probatis, quos Græca litera T. nota crucis, & numeri illius militum, deſignatè videtur. In quam rem diſſerit & latè, & acute Hincmarus, *tract. 58. ea lucubratiuncula*, quæ reddit rationem, cur Synodum Nicænam vocaſſet *myſticam*, eo quod exercitum Gedeonis re- præſentari. Per eos enim trecentos hoſtibus in ſe ſe mutuo ad internecionem vſque ſæuientibus; Gedeon conſtractis tantùm lagenis, increuentam victoriam re- portauit; adhibito eo allalagmo, *Gladius Domini, & Gedeonis*. [Ita etiam ſub noſtro indice Ieſu Domino, (inquit Proſper, 2. p. de promiſſ. cap. 18. noſter vi- cit, & vincit exercitus, cui præcipitur, *ſin lumbi veſtri accineli, & lucerna ardentes*, portantes gladium bis acutum, verbum Dei: quorum fortium corpora martyrum, in terra illiſa, velut hydriæ dum concre- pant, eorum ſcilicet, qui pro veritate certant vſque ad mortem, ſuo grandi ſonitu, omnes fugauerunt ini- micos. Horum triumphus ſuam cantu reſonat, dicen- tium; *habemus theſaurum iſtum in vaſis ſcilitibus, vt ominonia virtutis ſe Dei, & non ex nobis: gratias agentes Deo, qui dedit eis victoriam per Dominum no- ſtrum Ieſum Chriſtum*. Tranſierunt enim & noſtri probandi per ignem, & aquam, lambentes lingua, vt canes Domini, quos Dauid memorat, dicens, *lin- gua canum tuorum, ex inimicis, ab ipſo*. Hi enim pro eo nunc latant, qui eum aliquando adorant, quorum



Secutio I.  
S. 7.

laxatu omnis Christi fugatur aduersarius.] Imitatus pro more suo est Prosper, Augustinum; 9. 37. *in iudic.* nec dissimilia habent Origenes, *hom. 8. & 9. in iudic.* Ambrosius non vno loco, *l. de Noë, & circa c. penult. & l. 1. de Abrab. c. 3. & lib. de Ioseph.* ac Beda, *cap. 5. 99. in iudic.*

Tamet si hæc omnia optimè habent, & sunt spiritalis succi referta, illud tamen præsertim expensum volo, quod vniuersa hæc de Madianitis victoria typus victoriæ Christi de Tartari copijs adscribitur Gladio Domini, & Gedeonis ita vt inter pugnandum hic sonaret allagamus, *Gladius Domini, & Gedeonis.* Ipse est gladius, qui clade compleuit castra Madian; qui populo Dei, libertatem, & salutem conciliauit. Viderat hoc per somnium, qui narrabat *vidi per somnium, & videbatur mihi quasi subinericus panis ex hordeo volui, & in castra Madian descendere: cumque peruenisset ad tabernaculum, percussit illud, atque subuertit, & terra funditus coaquauit.* Respondit illi daturum à commilitone, nodum extricauit; Reposuit enim, *non est hoc aliud, nisi gladius Gedeonis.* Quia verè à Tertulliano dictum est, *Quicquid est pulchrum, sequitur Morsus*, nefariè hæc ipsa verba, homo impius Ioannes Vvillelmus Ruremundensis, traxit ad sua maleficia. Erat is Anabaptistarum Rex sub annum Domini 1580. & præter scelerata, pleraque dogmata quæ disseminabat, gladium suum aiebat esse *gladium Gedeonis.* Itaque perditissimi emissarj, quos ad manum habebat, & quibus latrocinandi potestatem faciebat, quæcumque patrabant, iactabant se patrare per gladium Gedeonis, insinuantes mandatum Regis sui, qui reclusus se Goliathum potuisset dicere; erat enim spiritus, & impurissimi Sacerdotis filius nothus, sed hoc obiter.

Circa somnium porro propositum, suboritur non modica difficultas. Quid enim gladio, & pani subinericio hordeaceo? Quidue pani, & cladi hostium? Non explent animum, qui laudato Plinio, *l. 18. c. 7.* spectatam voluunt hordei in erumpendo celeritatem, ac formam; quia septimo à latu die emicat, cuspidè acuminosa instar gladij: Quæ causa est, cur Petrus Cellensis *c. 11. in iudic.*, agens de mysticis panibus, hordeum appellet *spiculae*, hæc nego explere animum, quia intacta nihilominus manet analogia cum pane subinericio, eiusque descensu, & clade per eum illata; quæ tamen præcipua videntur in hoc symbolo diuinitus monstrato. Emitendum itaque est, has quoque symbolici illius visi partes, in Christi Domini gladio recognoscere.

Panis hordeaceus ac subinericus, aptè repræsentat Christum è sinu patris, propter salutem nostram submissum. Nam panis generatim, symbolum idoneum est Christi Domini, per Incarnationem in Virginis aluo, & aluo (vt Chrysologus *serm. 99.* arguè dixit,) pisti, ac excocti. In quam rem fusè disputatum est in opere de Christo, geminæ substantiæ gigante. Panis verò hordeaceus, cum sit cibarius, ac vilis, aptè Christum refert, qui factus est nullificamen populi, & abiectio plebis. Hordeum item è quo hic panis conficitur, pabulum est iumentorum. At Christus Bethleemi, (quæ vox domum panis sonat,) nascens, locari voluit in præsepio, vt esset pabulum rationabilium iumentorum: Sciens sic loquor, nihil veritus implicationem in adiecto. Proposuit se inquam in præsepio Christus, vt homines qui in iumenta degenerauerant, & partem animalem aliquatenus belluinam cum rationali conferant habent, seipso cibaret. Adduxi in hanc rem in Dyplichis *part. 1. puvic. 7. num. 3.* S. Athanasium, S. Bernardum, atque Helychium. Nunc addo Nyf-

num, *homil. de Christi Natiu.* & Maximum *homil. 2. de Natiu. Dom.* Taurinensem, & S. Gregorium Magnum *homil. 8.* in Euang. & ad illud Iobi 6. *Nunquid rugiet Onager cum habuerit herbam, aut mugiet bos cum ante præsepium plenum steterit?* Ibi S. Gregorius, *Onagrum*, qui est asinus agrestis, interpretatur Gentilem populum; bonem verò ait signare plebem Iudæorum. Præfatus autem, & Gentiles expectasse aduentum Saluatoris, vt ex Iobo liquet, & populum Israëliticum flagrasse eiusdem aduentus desiderio, vt Simeon in Hypapante monstraui, & Christus Luca 10. de multis iustis, ac Prophetis, & Regibus testatus est; subdit. [Herba Onagri, & fœnum bonis, est hæc ipsa mediocritas, quæ inter ordinis obseruantias, & inlicita vitæ claustralis effunduntur? has lachrymas, panes appellat, qui ait, fuerunt mihi lachryme meæ panes die, ac nocte, hos panes hordeaceos, facit ordo deuotè seruatus. Nam & hordeum ab ordine dicitur; quia sicut hordeum habet austeritatem in esu, sic ordo in viu seruandi difficultatem. In spica etiam hordei, quibusdam ordinibus grana disponuntur, vnde & hordeum dicitur. Qui igitur in conualle lachrymarum, inter obseruantias ordinis, suis se lachrymis consolatur, quasi panibus hordeaceis pascitur. Hi panes produuntur propter quinquepartitam carnem illecebram, quæ desertur. In quinque enim corporis sensibus, Deum offendimus. Defectus itaque nostros per peccata sensuum, rescimus panibus lachrymarum.]

En Ergo Christum, panem iumentorum rationabilium, panem vilem, & cibarium, quippè hordeaceum, nec aptam voluptarijs escam. Nam [panis hordeaceus, (ait Petrus Cellensis) *l. de panib. cap. 11. in iudic.* non pro delicijs apponitur, sed tantum vt feruulis fames releuatur: fauces enim delicioforum excoctat, ventrem onerat, & arterias exasperat: duro namque contegitur cortice, & spiculata superficie occurrit comedentium dentibus.] Excurrit in eiusdem panis vilitatem, tamen eius, in domo magna opportunitatem, ad pascendam infimam familiam, non difficitur, in ea se familia numerari gaudebant viri sanctissimi quibus panis hordeaceus in usu erat. Vt ille in extrema Cyrenorum ora Sanctus senex Sulpitio laudatus, & S. Marculphus, ietmq; S. Liphardus, & Gregorius Nicopolitanus Episcopus, nec non S. Amatus & S. Guthlacus ac B. Monegondes, vt in eorum actis legimus. Addebaturque Gregorius ille Nicopolitanus vilitati & asperitati panis, quod farinam ex hordeo subigebat lixiuio. Sicut S. Godricus farinam hordeaceam parte tertia admistorum cinerum corrumpibat. S. Arnulphus inclusus hordeum non pistum nec nisi semetipsum pro pane esitabat, sicut S. Macedonius spreto molitoris opera hordeo puro vescebatur aqua subacto. De S. Richario Presbytero scribebat ad Carolum Magnum Alcuinus, quod [post diurna ieiunia, pane hordeaceo, cinere commixto & aqua lachrymis temperata, fessum ieiunij corpusculum refocillaret.] Monachum pædiconem S. Tincticosus Episcopus *cap. 16.* regulæ ad ductus in Concordia Regularum per S. Benedictum Anianensem concinnata, præter cætera cruciamenta multabat triduana quot hebdomadis abstinentia per semestres, adhibita portiunculâ panis hordeacei solius, ad vitam vrenque sustentandam. Apud Gregorium Turonensem, piissimus Rex Gunthramnus audita strage quam læs Maffilia & in vicinia Lugdunenſis vrbis edebat, indixit rogationes, mandans [nihil aliud in usu vescendi, nisi panem hordeaceum cum aqua munda assumi.] De S. Germano Antistiodorenſi sic scribit Constantius Presbyter. [In refectionibus

primùm cinerem prælibabat: deinde panem hordeaceum sumpsit, quem tamen ipse excussit & moluit: Et cum hic cibus grauior ieiunijs indueretur, interdum tamen in hebdomada media, plerumque die septimo ponebatur.] Aliis nimirum diebus, nihil degustabat. Procul ergo abest à delicijs, panis hordeaceus.

Induit hand dubiè hunc sensum pius scriptor Cisterciensis, Adamus Perleñas, *in allegor. Tilmanni ad cap. 6. Ioann.* qui panes hordeaceos esse dicit, panes lachrymarum, quorum est vsum in deserto Religionis. Sic enim scribit. [Quid autem intelligimus in panibus hordeaceis, nisi lachrymas penitentiarum, & compunctiois, quæ inter ordinis obseruantias, & inlicita vitæ claustralis effunduntur? has lachrymas, panes appellat, qui ait, fuerunt mihi lachryme meæ panes die, ac nocte, hos panes hordeaceos, facit ordo deuotè seruatus. Nam & hordeum ab ordine dicitur; quia sicut hordeum habet austeritatem in esu, sic ordo in viu seruandi difficultatem. In spica etiam hordei, quibusdam ordinibus grana disponuntur, vnde & hordeum dicitur. Qui igitur in conualle lachrymarum, inter obseruantias ordinis, suis se lachrymis consolatur, quasi panibus hordeaceis pascitur. Hi panes produuntur propter quinquepartitam carnem illecebram, quæ desertur. In quinque enim corporis sensibus, Deum offendimus. Defectus itaque nostros per peccata sensuum, rescimus panibus lachrymarum.]

Panis ergo hordeaceus, & vilis, & durus, ac palato carnis ingratus habetur, vt propterea proposita panis hordeacei comparatione, exprimitur Deorum nouorum cultus, eo versu Iudic. v. iuxta lectio nem D. Augustino, *quæst. 30. in iudic.* ac Theodoro *quæst. 11. in iudic.* probatam. *Elegerunt vt panem hordeaceum, Deus nonus:* quali qui poterant, ac debebant simillagineo cultus veri Dei pane pasci, maluerint panem despiciatissimum, & nullo modo edulem cultus idolorum. Quæ lectio tantoperè discipans à vulgata, quæ habet, *nona bella elegit Dominus*, vnde sit enata, coniectat Serarius, *quæst. 8. in cap. 5. Iud.* hæc panis hordeacei notio, bellè in panem Christum cadit, vilem, ac durum, & palato carnis inuianem.

Idem rectè dicitur panis subinericus, quamquam non omni eo modo quo apud aliquos exponitur subinericus panis, apud Petrum Cellensem *l. de panibus cap. 17.* panis subinericus dicitur is esse, cui conficiendo [ignis est concupiscentia, materia anima, & cinis mortalitas. Panis homo, panis verus, & subinericus, homo peccato mortali aggregatus, nec per penitentiam releuatus.] Et inferius [panis subinericus reuerſabitur, quia omnis homo refuscitabitur. Sed vnde cinis tam durus, tam vilis, tam odiosus? durus propter asperitatem passionum, vilis propter abominationem vitiorum, odiosus propter exaggerationem. Durus in morte, vilis in natiuitate, odiosus in mysterijs huius vitæ vilis propter culpam, durus propter penitentiam, odiosus propter pœnam. Vnde inquam cinis nisi ab igne, vnde ignis nisi à serpente? & quid ignis cinerem faciens, nisi concupiscentia mortem gignens? *Concupiscentia enim cum conceperit, parit peccatum; peccatum verò cinis consummatum fuerit, generat mortem*, vt cinis ignis vocans penè omnia vsque ad cineres consumit; sic ignis concupiscentiæ, animam quam consumendo tetigerit, vrit; quam in consensum trahens, accipitauerit, com-

burit; quam in fornacem operis recluserit, in cineris combustionem conuertit. Lingua viperæ in animam Euz, hunc ignem suggerendo, vetitum symboli, ex accendit, pomum offendendo affluit, immortalitatem promittendo conflagrauit, ac demum in peccatum inducendo combussit, & promulgata sententia mortalitatis in cinerem redegit. Hoc cinere non solum tegitur, sed etiam sepelitur omnis nis præuaricatorum progenies.] Non est hoc modo Christus, subinericus panis, vt per se liquet.

Alium defectum à Christo procul ablegandum, insinuari in pane subinericio, sic obseruat Sanctus Gregorius *l. 32. mor. cap. 7.* expensum illud *ex cap. 7. Olee.* *Ephraim factus est subinericus panis, qui non reuerſatur.* [Ex natura benè condita, est nobis intentio, quæ surgat in Deum; sed ex conversatione nequiter assueta, inest voluptas, quæ præsens premit in seculum. Panis autem subinericus, ex ea parte est mundior quam inferius occultat; atque ex ea parte sordidior, qua desuper cinerem portat. Quisquis ergo intentionem, qua Deum debuisset quærere negligit, quasi more panis subinericij, mundio rem partem inferius premit; & cum curas seculi libenter tolerat, quasi congeſtum cinerem superius portat.] Non dissimiliter ad eum Olee locum Sanctus Hieronymus, & Sanctus Cyrillus, ac Theodoretus; secus verò fieri ab ijs, quos verè pœnitet, & quorum intentiones Deus refingit, egregiè prosequitur Sanctus Gregorius, cum ibidem obiter, cum plenius alibi, *l. 11. mor. cap. 6.* declarans subuersionem terræ, emissâ aqua, vt declarat in Paulo diuinitus reuerſatur. Fiunt hi panes subinericij Deo accepti per reuerſationem, vt ibi Sanctus Pontifex prosequitur. Beda tamen agens de subinericis panibus per Saram apparatus, citra reuerſationem, panes subinericos Dei palato sapientes, his paucis attingit. [Subinericij panes idè, vt per penitentiam præteritorum delictorum, Spiritus sancti vapore decocti velut esca beneplacita Deo, acceptabiles efficiantur.]

Erui ex his verbis Bedæ, potest sensus non incongruus, quo Christus tamen eum non posset delictorum suorum anteriorum pœnitere, quippè innocentissimus; dici possit fuisse subinericus panis; quia latens sub asperitatum cinere, usque operus descendit ad nos panis viuus. Cellensis *cap. 17.* eatenus Christum agnoscit fuisse subinericum panem, quia operus est cinere mortalitatis. Non dico, Sanctum eius vidisse corruptionem, & in cineres solutum esse; hoc enim Deus non dedit, id est planè inhibuit. Fuit tamen Christus cinere nostra mortalitatis operus, quia mortem suscepit; tamen quatenus resurrexit non ultra moriturus, rectè dici potest reuerſatur. Denique Christus prout à nobis mysticè comeditur per fidem, (iuxta illud Augustini, *Tract. 26. in Ioan.* quid panis dentem, ac ventrem, crede, & manducasti?) potest vocari panis subinericus, quia cinere conspersus comeditur. Manducavit David cinerem tanquam panem, quia panem suum inspergebat cinere. Et idem fecere nonnulli Sanctorum annotati in Rota Mediana. Similiter ergo Christus mysticus panis, ex se suauissimus, & gustandus in æternum cum omni sapore suauitatis, in hac tamen vita non comeditur absque inspersa amaritudine. Sicut agnum Paschalem nemo manducabat absque lactucis agrestibus. Et Regi per sacerdotes inaugurato, (vt Plutarchus in *Artaxerxe* author

Sectio I.  
§. 8.

autor est, ) Persæ panem porrigebant ex sicibus, ac vberi terebintho confectum; calicemque propinabant, ex lacte, & copioso aceto mixtum; insinuant, maiorem principatus partem, refertam esse amaritudine.

Monstratum igitur abundè est, Christum esse panem hordeaceum subcinericium. Et is ipse est, qui subuertit castra Madian, quia humilitas, & deiectio Christi, fuit Satanæ exitialis, & eius copias prostravit; sicque habuit rationem mystici gladij, veri Gedeonis. Non apparet quidem magna proportio inter gladium, ac panem: sed vt notarunt S. Dionysius, *cap. 2. col. hierar.* & S. Augustinus, *serm. 40. de temp. & l. contra Adimant. cap. 11. & 13.* plerumque in divino sermone, adhibentur quædam in speciem absurda, vt intelligamus, in iis ipsi quæ putamus quadrare, non esse adæquationem cum obiecto. Idem ergo hic vsuuenit; Adhibita enim est comparatio in speciem absurda, & vsurpatum symbolum gladij in speciem dissymbolum; vt intelligamus, Deum, etiam per ea quæ absurda apparent, præstare mira; & ipsum, quilibet edere posse per quilibet. Deinde latet in hebræo panis vocabulo, *Lechem*, quod possit ad hanc rem conducere: derivatur enim à verbo *Lacham*, quod significat *pugnare*, quia pugnat contra corporis aegritudinem; & vires caloris naturalis hebetando, vitam propugnat. Molliri quoque non nihil poterit asyrtasia hic apparens, si dicamus, nomine *gladij*, in scriptura designari quidvis euertens, ac perdens: quia gladius iuxta Varonem, *.4. de ling. lat.* dicitur à *clade*. Et idcirco aliquoties denunciationse grauium cladum quomodocumque inferendarum, etiam si fame, aut incendio factæ sunt, prænunciant exhibito gladio. Vt cum enersio vrbs Hierusalem, incubante per annum integro comete specie gladij igniti, prænunciata est, Iosepho teste *lib. 6. belli cap. 12.* Et cum anno 632. diuis cometes specie gladij in meridie apparuit, prænuntius omnis generis malorum, quæ Christianis, ( præsertim Palæstinis ) ab Eububezere Mahometis successore immincebant, vt ad eum annum notat Baronius ex Theophane. Anno itè 1538. in Germania visi sunt passim gladij cædium prænuncij: Et multo ante, Carolo Magno imperante, vt in eius rebus gestis scribit Monachus Engolismensis *pag. mibi 241. in Annalibus Pitheanis*, apparuit supra Ecclesiam castri Sigisburgensis manifestè conspicuus gladius, & duo veluti scuta colore rubeo flammantia, & super eandem Ecclesiam agitata, ad prænunciationem diuinæ turelæ Francis castrum custodientibus prouisa, & interfectionem Saxonum Paganorum, qui perfidè à Carolo Magno ruptis Sacramentis descuerant. Similiter quæuis pœna grauis dicitur scisso, *Caliphoth*, vt videre est Iobi 10. v. 17. Non senel *gladius iudicij*, pro fame, & pestilentia sumitur; & vniuersè, vltor iniquitatum gladius est, expromptus per iudicium. Videtis Ierem 50. & Lorinum *in cap. 18. Sap. versu 16.* id variis locis illustrantem. Sicut ergo *crux*, omnem capitalem pœnam sonat, & ignis non rarè pro quouis graui supplicio vsurpatur; ita panis angustie vertendus in sel aspidum intrinsecus, denominari potest gladius euertens, ac prostruens hostiles copias.

### §. VIII.

*Admodum apta, gladij de quo agimus acceptio, pro gladio acuto, insimulatum imperium portante Sap. 18.*

**Q**Uæ maximè accommodata videri potest gladij mystici, in quo exponendo versamur, acceptio, contineri videtur allusione ad gladium, de quo Salomon c. 18. Sapientie, vbi sic habetur. *Cum quietum silentium contineret omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus Domine, de celo à regalibus sedibus durus debellator in mediam exterminij terram profluit; gladius acutus insimulatum imperium tuum portans, & stans repleuit omnia morte, & vsque ad caelum attingebat stans in terra.* Huius loci statuendus primùm est sensus literalis, tum ad mysticum ei per Ecclesiam inædificatum, progrediemur.

Certum est ex textura capitis, vt diligenter profequitur Rupertus *l. 3. de victoria verbi Dei à cap. 14.* locum propositum spectare ad eam grauissimam plagam, quæ toti *Ægypto* lactum acerbissimum intulit, cæsis per gladium Domini omnibus primogenitis. Patrata est ea aded vniuersalis cædes, media nocte, cum omnes teneret quies. Itaque quod primum sapiens, *quietum silentium*, à nonnullis vertitur, *medium silentium*; qua voce significatam volunt mediam noctem. Sunt enim variæ partes noctis adultæ. Præmissio quippè vespero, & crepusculo, sequitur *conticinij*, à conticendo dictum; tum *intempestium*, quasi diceret intempestium ad operandum, ac proinde opportunum silentio. Succedit *gallicinium* sub mediam noctem. Perperam enim Censorinus, *de die natali cap. 10.* & Macrobius, *1. Satur. c. 3.* conticinij post gallicinium collocant. Medium ergo *conticinij*, siue medium noctis silentium incubabat *Ægypto*, cum sermo Dei ( ille inquam sermo omnipotens, & omnisciens, de quo Paulus Hebr. 4. ) *v. 12.* de excelso solio gloriæ suæ, in quo veluti in sede molli quiescebat, exiit in terram *Ægypti*, exterminio addictam, feriens primùm vitrice iustitia mediam *Ægypti* regionem; tum omnes, quàm latè patebat, eius ortas, demessis vbiq; omnibus primogenitis. Durus sanè bellator, omnia strage complens, quippè iustus, & omnipotens, nec instructus imperio vmbatico, ac simulato, cuiusmodi est Regum mortalium imperiū; vt Rupertus *l. 7. de vitior. c. 14.* scitè philosophatur; sed habens solidam, & vndecunq; perfectam potestatem, qua vindictam in primogenitos constitutam, & à Mose Pharaoni denunciatam, mandauit celeritè executioni, cælesti virtute perficiens tantam cladem. Ita enim in terram descendit, vt tamen immensitate sua, ad caelum vsque pertingeret. [ Magnus utique Gigas, Dei sermo (ait Rupertus.) *lib. 3. de vitior. verbi Dei c. 15.* qui stans in terra, vsque ad caelum pertingebat; quod Psalmista dixit, de futuro prophetaus; *à summo celo egressio eius, & occursum eius vsque ad summum eius, & quod sapiens illic dixit de præterito memorans, exiens de celo à regalibus sedibus in terram profluit, & vsque ad caelum attingebat stans in terra.* ] Hæc est ephrasia versuum 14. 15. 16. c. 18. libri sapientie: quæ capite illud primogenitorum nocte media excidium, desertum Exodi 12. assumitur à Sapiente, in argumentum laudis diuinæ iustitie in *Ægypto*, & prouidentie in Hebræos. Nam tunc primùm, Hebræi, solidè depreheni, &

agniti

sunt populus Dei: cum anteriora signa per Mosè edita, *Ægyptij* ad beneficia, aut præstigias referent.

Huius sensui literali loci prædicti, inædificauit Ecclesia sensum accommodatum, ad alia mytheria pertinentem; qui tamen latè sumpta voce potest dici *mysticus* quatenus non est literalis, tamen nõ est mysticus, & spiritalis eo primario modo, quo sensus allegorici, & typici à Spiritu sancto directè intenti. Eum sensum accommodatum priusquam aperio, aduerto cum Iosepho à Costa, *l. 3. de Christo reuel. c. 6.* Ecclesiæ accommodationem, non efficere quidem vt sensus accommodatus sit literalis; ( quod admodum simpliciter dixisse de suggesto concionali Episcopum Placentinum, idem à Costa alibi *c. 11. prolit;* ) efficere tamen, vt intelligamus, sensum mysticū, quem Ecclesia subternit alicui loco scripturæ, esse secundarid saltem, vel obliquè à Spiritu sancto intentam; quia Ecclesia totius veritatis magistra, cui Spiritus Sanctus præluet, non potest dici ineptire, faciendo eam accommodationem. Iudicium est S. Bernardi, *ser. 3. de vigil. nauit. Dom.* qui tractans illud Exodi 16. de concurnicibus, & manna, populo diuinitus suppeditatis, *hodie (vesperi) sciatis quia ueniet Dominus, & manè videbitis gloriam eius*, sic philosophatur [ Verba hæc suo quidem loco, & tempore in scriptura, posita sunt; sed non incongruè illa vigilia Dominicæ Natiuitatis, Ecclesia mater aptauit. Ecclesia inquam illa, quæ secum habet consilium, & Spiritum sponsi, & Dei sui, cui dilectus inter vbera commoratur, ipsam cordis sui sedem principaliter possidens, & conseruans. Nimirum ipsa est, quæ vulnerauit cor eius, & in ipsam abyssum secretorum Dei, oculum contemplationis immerisit, vt & illi in suo, & sibi in eius corde perennem faciat mansionem. Cum ergo ipsa in scripturis diuinis, verba vel alterat, vel alternat, fortior est illa compositio, quàm positio prima verborum: & fortassis tanto fortior, quantum distat inter figuram, & veritatem, inter lucem, & vmbra, inter dominum, & ancillam. ] Non vrgo illud, *fortior est compositio*, contentus concingere, eam compositionem, tamen minùs literæ congruentem, non debere abijci tanquam ineptam, sed suscipiendam esse vt piam; in quam rem videndus Vasques *1. p. d. 14.*

Sic constituta sensus accommodatiij verisimilitudine, aio. Ecclesiam loco ex cap. 18. sapientie, quem proponabant, apposuisse sensum accommodatum, de nocte media, quæ Christus est natus. Ago de sensu accommodatiij ab Ecclesia indito, quia Blesensis, *serm. 6.* & Hugo Cardinalis, *in cap. 13. sapient.* ac S. Bonaventura *ibidem* accommodant eum locum ad conceptionem Christi, & Verbi Incarnationem, quam verisimilis est, æquè peractam esse media nocte, vt Sares *1. 2. 3. p. d. 9. §. 5.* allerit; qui putat id melius congruere secessioni, quam B. Virgo captabat ad diuinam per profundam noctem contemplanda: Et locum sapientie, quem tractamus, censet aptius cadere in Verbi Incarnationem, quàm in Natiuitatem Christi. Ecclesia tamen ad solam Christi Natiuitatem accommodauit eum locum, Dominica infra octauam Natiuitatis Domini, prængens hanc antiphonam ad Canticum B. Mariæ, atque Zachariæ; itèmq; ex hoc loco petens introitum missæ in vigilia Epiphaniæ. Ad Natiuitatem quoque eum locum aptat Adamus Perlellus, *serm. 1. de partu Virg.* Et sanè, Christum de nocte natum esse, dubitare non licet, cum id apertè ferat excubiæ nocturnæ pastorum super gregem suum, cum natus est Christus. Natum autem esse media nocte, cum medium silentium tenerent

omnia, habet antiqua traditio; ex qua Telesphorus Papa, sacrum media nocte peragendum instituit. Sares *1. 2. 3. p. d. 13. §. 4.* quidem non putat, aliquid esse in hac re planè certum; sed tantum existimat, agnoscendum esse Christum natum esse post mediam noctem; & quò immediatius, ac propinquius medice nocti natus affirmabitur, eò minùs à verò aberrandū. Cum tamen sensus Ecclesiæ, nixus antiqua traditione, ferat Christum natum esse media nocte, nec sit quod in contrarium vrgeat, vt quid trucidamur circa eum terminum Natiuitatis Domini?

Tantum video opponi posse, aliam accommodationem loci ex Psalmo 118. factam ab Ecclesia in antiphona vesperarum priorum Natiuitatis Domini, ad Canticum B. Virginis, vbi sic dicitur, *cum ortus fuerit sol de celo, videbitis Regem Regum procedentem à parte, tanquam sponsum de thalamo suo.* Si cum ortus fuerit sol de celo, processit Christus è virgineo thalamo, non igitur nocte media, cum medium silentium tenerent omnia. Simile argumentum duci potest, ex accommodatione alterius loci supra adducti, *hodie sciatis quia ueniet Dominus, & manè videbitis gloriam eius.* Si manè, non igitur media nocte: Nam quàmuis Galielmus Durandus, *lib. 6. ration. c. 12. n. 1.* illud manè referat ad resurrectionem Christi, tamen Ecclesia apertè id accommodat Natiuitati ex vtero matris. Itaque locutionis illius, *cum ortus fuerit sol de celo*, sensus esse debet, manè orto sole, & lucem vbiq; affundente, videbitis alterum solem, de vera luce non concedentem soli corporeo; Christū scilicet, ex vtero materno fufum; quem de nocte non efficit cõspicari, absque externo lumine. Vel certè sensus esse debet, *cum sol Christus de celo virgineo prodierit.* Nā B. Virgo, à Patribus cum celo componitur exempla signo alibi, *in Nouenclat.* & nominatim Gregorius Neocæsariensis, *hom. 3. de Annunc.* inducit Deum demandantem Gabrieli legationem ad Virginem, dicentem Gabrieli, *abi ad alterum celum, quod est in terra, cum ergo sol Christus de celo virgineo ortus fuerit, quod contigit media nocte, licebit per accommodationem tribuere Christo, quod Psalmo 118. ad literam dicitur de ortu solis materialis, ipse est exortus tanquam sponus de thalamo suo procedens.* Quæ responsio æquè aptari potest illi alteri dicto, ad Natiuitatem Christi, ab Ecclesia accommodato, *manè videbitis gloriam eius*, vsurpando *manè* pro sole Christo, mysticè orto ex celo Virginali. Quid verò angimur, vt omnia verba loci extraliteralem sensum aliò accommodati ad vniquem aptemus, mysterio (vt sic dicam) extraneo? Nõ enim rigidius, ac tenerius exigenda est accommodatio, quàm parabolæ, & præfigurationes propheticæ. Ac S. Augustinus *16. ciui. c. 2.* tractans nudationem Noë, eamque Christo patienti adaptans, videns aliqua illius historie adiuncta, ægrè trahi ad eam præfigurationem, addit. [ Non sanè omnia, quæ gesta narrantur, aliquid etiam significare putanda sunt; sed propter illa, quæ aliquid significant, etiam ea quæ nihil significant, attextuntur. Solo enim vomere terra profcinditur: sed vt hoc fieri possit, etiam cætera aratri membra sunt necessaria: & soli nerui in citharis, atque huiusmodi vasis musicis aptantur ad cantum; sed vt aptari possint, insunt & cætera in compagini-bus organorum, quæ non percipiuntur à canentibus: sed ea quæ percussa resonant, his connectuntur. Ita in prophetica historia, dicantur & aliqua quæ nihil significant, sed quibus adhaereant quæ significando, & quodammodò religuntur. ] Parabolæ item certum est, non esse per singula exactè accommodandas, vt tradit S. Chryostomus, *hom. 65. in Matth.* & Theophylactus, *in cap. 16. Luca*, ac præclare, & diffusè

*Admodum apta, gladij de quo agimus acceptio, pro gladio acuto, insimulatum imperium portante Sap. 18.*

Sectioni I.  
§. 8.

diffusè Tertullianus *l. de pudic. cap. 8. & 9.* Similitudines item in scripturis adhibitas, non raro claudicare, & non posse aptari quoad omnia, notauit S. Basilus *Reg. breu. 2. 5. 4.* Ex recentioribus plenè id confirmant Iansenius ad illud *Ego sum pastor bonus, cap. 79. & 87. concor. & ad illud, & vos similes.* Item Debrío, *c. 4. Isago, in can. §. noranda deinde*, Ghil-lerius, & multos addensans Sherlogus. Frustrà ergo plus iusto anxij, ac morosi essemus circa aptationem omnium particularum loci alicuius sumpti in sensu accommodationis; cum circa figuras, parabolas, similitudinésque, applicatio sit liberior, nec cum tanto rigore exigatur.

Ex dictis liquet, non modò sensum accommodationis non posse generaliter improbari, quia id esset damnare Ecclesiam sensu illo vtentem; sed etiam eidem scripturæ loco posse subijci varios sensus accommodationis. Nimirum ad sensum accommodationis, sufficit nonnulla loci correspondentia cum aliquo mysterio. Cum ergo idem locus, possit penes varia habere correspondentiam ad varia mysteria; poterit quoque ad quodlibet eorum accommodari. In quo verum proditur, quod dixit S. Ephrem, Scripturam esse margaritam ex omni parte forabilem. Et ita certum in re præsentis; nam locus Sapientiae ex cap. 18. quem excutimus, potest accommodari ad noctem resurrectionis Domini, in qua sicut Angelus trucidauit primogenita Ægypti transiens domos Israëlitarum signatas; ita Christus interfecit draconem, & æterna ruina durus debellator inuoluit Satanam, vt Eucherius *hom. 1. de Pasch. concinnissimè* describit. Potest item locus ille accommodari ad conceptionem Christi in utero matris, vt fuscè fecit Beda, *fragmento ad hunc locum in calce tom. 7.* ac post eum Blesensis *serm. 6.* Et quia tanta est (vt sic dicam,) vicinia, atque affinitas conceptionis in utero, & natiuitatis ex eo; (vtraque enim dicitur *natiuitas*, iuxta illud *quod in ea natum est*, & posterior non est nisi manifestatio prioris, & Christi concepti ad lucem educitio,) meritò Ecclesia eum locum accommodauit natiuitati ex utero. Accedit quod per se primò, (id est in sensu literali,) locus ille est de nocte transitus gladij, siue de nocte paschali. In ea autem nocte, Christus de tumulo prodit, qui fuit alter quasi vterus; Christum rediuuium fundens, vt scitè dissert S. Maximus.

Præter hæcenus propositam rationem exponendi locum ex cap. 18. Sapientiae de Christo gladio, nimirum per accommodationem factam ab Ecclesia; potest adduci expositio, ei similis quam passim interpretes Matthæi 2. & Osée 11. adhibent verbis illis, *ex Ægypto vocaui filium meum*, quæ ad literam de Israëlítico populo dicta, Matthæus de Christo accipit, non per accommodationem, vt dicit Iansenius *cap. 11. concord.* (acriter reprehensus, & plus quàm magnæ temeritatis notatus à Suare,) *tom. 2. 3. p. d. 17. f. 1.* per accommodationem; sed in sensu spirituali, & allegorico, siue typico; quo cortex quidem verborum spectat figuram, sensus tamen abditus cadit in rem figuratam; in quam sententiam postea concessisse Iansenium, notat Vasques *1. p. d. 14. cap. 4.* Populus enim Israël ex Ægypto eductus, erat typus educationis Christi ex eadem regione. Similiter promissio illa diuina, ad literam cadens in Salomonem, *Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium*, ab Apostolo Hebr. 1. accipitur de Christo in sensu allegorico, quatenus Salomon erat typus Christi, videndus Ribera, *Hebr. 1. & Pineda, l. 6. de Salomone cap. 18. & 19.* Quid ergo vetat similiter dicere, quod secundum corticem literæ di-

ctum est de Angelo exterminatore, qui typus Christi erat, de ipso Christo secundum allegoriam dictum esse, eo quod ipse in eo Angelo figuraretur? De Christo enim dictum est, *venit dominator, quem vos queritis, & Angelus testamenti, quem vos vultis*, & aliis plerisque locis annotatis cum de eo Christi attributo, appellatur *Angelus*. Potuit itaque sub imagine Angeli, media nocte exterminium Ægypto inferentis, adumbrari: atque aded non per humanam tantam accommodationem, sed in sensu allegorico, & typico, per Spiritum Sanctum supra literalem intento, de Christo accipi locus, de quo agimus.

Perficiendè ex dictis habetur, Christum Dominum, gladij typo rectè exprimi, cuius ore (vt scriptura loqui solet) percussit hostes nostri ac internecione sunt deleti. Celebrantur enses quidam sen gladij præliares, sed ad Christum gladium comparati, dici queant gladij scilicet iuxta adagium apud Helychium, idest nullius efficacæ & qui facillimè retundi possit. Arturus Rex apud Sigebertum anno 470. aduersus Saxones, Scotos, & Pictos bellauit [accinctus gladio nomine *Caleburno*, & auream galeam simulachro draconis inscriptam capiti supponens, clypeumque in quo imago S. Dei genitricis erat impicta, humeris imponens, lanceam quoque, quæ *Rou* vocabatur assumens. Cùmque pugna valida vtriusque fieret, Arturus impetu facto in hostes, occidit ex eo solo Caliburno gladio 470. viros, cæteros autem in fugam conuertit, principibus eorum prostratis.] Sed quod Arturi multa, respiciant fabulam, adducendus securus est ensis S. Petri, de cuius mirandis egregiè agit Chrysostomus, (verius Proclus,) *Orat. de cætenis S. Petri apud Sur. 1. Ang. eum omni refertum gratia celebrans.* Item Constantini Magni, in cuius capulo subiectis crassis laminis aureis faillè vnum è Christi clavis, memorat quòs historiam Anglorum post Bedam conscripsit; *l. 2. cap. 8.* quemque ad Henricum Regem Germaniæ ab Hugone in Gallia regnante transmissum, idem tanquam pretiosissimum pignus asseruauit: principaliter quidem ob clauum affixum, secundariò autem ob memoriam tanti Ducis, qui in eo gladio tot hostes contrinerat, & tot insignibus victoriis inclaruerat. Ioannæ Darcæ vulgo *la Pucelle d'Orleans*, inter cæmelia S. Dionysiani thesauri asseruatur, vt scribit Petrus Sincerus. Ensis Georgij Castrioti, quo impacto à capite ad pedes incurrentem hostem distindebat, admirationi ac venerationi etiam hostibus fuit. Eo instructus Scanderbercus, in omni certamine semper victor fuit, & tam multis suam manu, adhibito eo ense, trucidatis; ipse semper absque vulnere recessit, post septem iusta prælia cum ferocissimo & potentissimo hoste, inita & gloriosè confecta. Sed quid proposita horum aliorumque consimilium gladiatorum, principaliūque ensium decora, ad prærogatiuas gladij Domini qui Christus est? Omisi notionem gladij mystici à S. Birgitta 4. *reuel. cap. 89.* expressam, pro Sacramentali confessione, quòd ea significatio, nihil ad præsens negotium attineat.

§. IX. De

§. IX.

De gladij appendicibus, vagina, & baltheo.

Gladius facer, & initiatus, cuius mysteria hæcenus scrutati sumus, non exhibetur nudus, sed velut amictus, vt loquitur Ezechiel c. 21. id est, obductus, ac tectus vagina: & vt vsui esse possit ad opus bellicum, nec grauet bellatorem, extra tempus pugnæ ac cœdis, adiungitur ei cingulum militare, siue baltheus, quorum vtriusque mysteriis differtum est, & idcirco est attingendum.

Cur gladius quasi vagina sua amicitur extra tempus cædis faciendæ, ratio ducitur ex necessitate auertendæ rubiginis, & iniuriarum à cælo inferendarum gladio, si non abduceretur, sed semper pateret. In eum ergo finem, necessaria fuit gladio vagina. At per portam necessitatis, subire solet luxus: quod egregiè expendit non vno loco Gregorius Nyssenus, *hom. 3. in Ecclef. & orat. de mortuis*, & Philo, *altero libro de somniis*, & S. Gregorius Magnus, *20. mor. cap. 12.* quod in luxu per necessitatem vestium, & domorum, ac ciborum, & sepulchrorum, sensum inducitur, apertè elucet. Idcirco necessitatem vaginæ, assectatus mox est luxus in ea adornanda, & pretiosè conuestiendæ: idque fuit perantiquum. Nam Homerus, aureo Agamemnonis gladio vaginam adiungit exquisitè ornata. Auratas item Sannitum vaginas, exhibet Livius: Seneca, *Epist. 76.* autem, bonitatem gladij negat petendam ex vagina gemmis distincta, supponens vnum fuisse sic exornandi vaginas. Eoque processit vanitas, vt lapilli pretiosi adhiberentur ad vaginæ ornatum, eo loco in quo non conspiciantur: quod magnæ absurditatis damnat Tertullianus, *l. de hab. mil. c. 7.* cum exoptulat, quod cylindros vaginæ suæ solus gladius nosset. *Cylindros* vocat, teretes, & oblongas gemmas, instar cylindri rusticani, id est columnæ lapideæ rotatilis, ad æquandas areas adhibita. Meminit huiusmodi gemmeorum cylindrorum Plinius, *l. 35. cap. 5. & 8.* ac etiam Iuuenalis, *Satyra 2.* solus ergo gladius, suos cylindros nouerat, quia non comparabat: vnde quasi gemebat, non secum ac illæ apud Statium, *in balneo Hetruci*, gemmæ, *Moueret onyx longè, quariturque exclusus ophites.* Recisus autem superfluis, cultus vaginæ conueniens, reprehensione vacat. Ac proinde vagina sacri gladij, tam nobilibus significationibus grauidi, non debuit consentaneo cultu, & ornamento destitui. Nec sanè fuit destituta, si primaria notio vaginæ huius gladij attendatur: imò, etiam si spectetur secundaria notio vaginæ, nec oculi cæcitant, aut fascinatione præpediantur.

Notio primaria vaginæ huius gladij Domini, cadit in humanitatem; qua diuinus verbi gladius veluti operitur, & quasi tegmine obducitur. Nam Apostolus Hebr. 4. Verbum diuinum confert cum gladio, dicens, *Vnum est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ, & Spiritus, compagum quoque, ac medullarum, & d. secretor cogitationum, & intentionum cordis: & non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius, omnia autem nuda, & operata sunt oculis eius.* Tamen si Apostolus ex vulgato interprete adhibuit vocem *sermonis*; tamen vox Græca æquè hoc loco poterat verti *Verbum*, ac Ioannis 1. & ita legit S. Ambrosio *Theophili Raynandi Pontificia.*

De gladij appendicibus, vagina, & baltheo. *De gladij appendicibus, vagina, & baltheo.* Quis enim de tali sermone dicat, quod sit discretor cogitationum, & quod omnia nuda, & aperta exco-riata pelle remota, iuxta vim Græcæ vocis, expensam ab Isidoro Pelusiota, oculis suis obiecta habeat? Id enim de sola persona intelligente dici potest, cuiusmodi tantum est Verbum diuinum personale, non autem verbum Dei prolaticum, aut char-æ immixtum. Hic ergo diuinus sermo, gladius anceps, & vtriusque acutissimè, ante Incarnationem erat veluti nudus: opertus autem est per carnem, qua circumuolutus est; æquè ac gladius Goliath cum asseruaretur in tabernaculo, suo tegmine od-ducebatur, tanquam vestitu. Si hanc verbi vaginam attendamus, quanta est ei collata à Deo exor-natio. Quæ oratio allequatur instructum gem-marum cælestium, ac monilium omni pretio super-riorum, huic vaginæ Verbi inditum? Spectant ad hunc locum, omnia quæ de perfectionibus huma-nitatis Christi, sunt plenè alibi disputata.

Est alia notio minùs præcipua, vaginæ huius gladij, nempe status humilitatis primi aduentus Christi Domini. Duplex enim Christi aduentus secernendus est, ob cuius indistinctionem, Iudæi facti sunt rebelles lumini; & in propria venientem Dominum non receperunt, quia inglorius appare-bat, nec reputatus est vt Isaias queritur, quia quæ de magnificentia secundi aduentus in Prophetis sæpè insonant, solùm attendebant, nec tempora distin-guebant. Vrget hoc S. Cyprianus, *l. de Idol. va-ni.* & agens cum Triphone Iudæo Iustinus, & non semel Tertullianus; *cap. 21. Apol. & l. contra Iudæos cap. 14. & l. 3. in Marcio. cap. 7.* in hac in-distinctione duplicis aduentus, ducatum erroris Iudæorum statuens, quia primum aduentum, qui iam expunctus est in humilitate conditionis huma-næ, non se creuerunt à secundo aduentu, qui con-cludendo seculo imminet, in sublimitate diuinitatis exertæ. Verba sunt eiusdem Tertulliani: *cap. illo. 27.* qui præter scripturas planas, eò refert duos hircos; vnum qui offerebatur, & erat typus aduentus primi; alterum apopompæum, atque emissarium, qui liber dimittebatur. Et idem habent S. Cyrillus, *in Glaph. & alibi.* atque Hysychius, *l. in Lem. cap. 16.* Prior itaque Christi aduentus inhonorus, ac humilis, quan-tum attinet ad carnos oculos, gladium Dei exhi-bit in vagina conditum; hoc est humanitate secun-dum corruptum seculi iudicium; indecorè conuesti-ta. Quanquam in oculis Dei & sanctorum, ea vili-tas humanitatis passibilis, fuit cultissima, & pretio-sissima; quia totum Christi dedecus sacramentum fuit humanæ salutis, vt Tertullianus contra Marcio-nem, *l. 3.* veræ carnis indignitates exprobantem dixerit; ideòque eò altior debuit videri Deus ho-mo, quò profundius propter nos se deiecit; & ama-biliora ac pretiosiora æstimari vitia ad quæ illum de-misit amoris miraculum, vt S. Chrysostomus, *hom. 27. in Gen.* appellauit. In posteriore autem aduen-tu, pretium huius vilitatis nunc latens, apparebit; quandò gladius iste abiecto vilitatis tegmine, deco-rem induet; & fortitudinem, ac splendorem, vibra-tus, & euaginatus prodet. Hoc erit, *vibrare gla-dium*, vt exponunt Rufinus, *in psal. 7. & rursus Beda in cap. 30. prouerb.* ac Beda, & benè S. Angu-stinus ad ea verba psalmi 7. *gladium suum vibrabit.* Sic scribens. [Potest ipse homo Dominicus, gladius Dei intelligibilis acutus; id est fræca, quam non

Z z z vibrauit

Sectio I.  
§. 9.

vibravit primo aduentu, sed tamquam in vagina humilitatis abscondit. Vibrabit autem, cum in secundo aduentu, veniens iudicare vivos, & mortuos, in manifesto splendore claritatis suae, iustis suis lumine, & terrore impiis coruscabit. Nam in aliis exemplaribus pro eo quod est *gladium suum vibrabit, frammeam suam splendificabit*; positum est: quo verbo convenientissimè significari arbitror, vltimum dominicae claritatis aduentum. ] Quod si Iobi 19. vbi vulgatus habet *fugite à facie gladii*. 70. legunt, caute vtrique & vos à tegmine; id est à gladio sub vagina abdito; locutio est metonymica, qua continens pro contento usurpatur; significaturque, cavendum à gladio iam expolito, & exacuto ad caedem; qui aliquandò reiecto tegmine exeret: quam euagationem despolcebat in profanum, Prophetadicens, *muero, muero, euagina te ad occidendum; lima te in interitias, & fulgeas.*

Quod gladius exertus & amictu vaginae spiritus, sic nota b. illi actu inenndi atque configendi ( vt praemisi, ) significatum est ea gladij eductione quae pro miraculo fuit Anglis, vt est apud Galileum Malmesburiensem. Nam cum Rex Aelthestanus nihil sibi metuens, ab Analauo hoste, penè oppressus esset, excito subito & inopino tumultu suos de nocte ad bellum accensos contingit vt ei gladii vagina, nec cogitanti excideret. Vnde pio Rege post inelamatum S. Aldelmum confanguineum suum, in magna omnium consternatione manum ad gladium reducens, inuenit ensen nudum; quod veluti faustum omnem, & diuinum configendi initium accipiens, pugnam occcepit, quam vna die indefessus continuauit, edita insigni hostium strage; Rege Scotorum, & aliis quinque Regibus, Comitibus verò duodecim, & omni penè Barbarorum congerie, letho datis. Hac ex causa, & ad diuini ominis ex gladio exerto petiti memoriam, gladium illum ad sua usque tempora, pro miraculo assertuatum in Regum Anglorum Thesauo, scribit Malmesburienfis; notans eum gladium non fuisse bipennem, sed vna duntaxat parte *scitilem*; ( actiuè, pro *securè aptum*, sicut species dicitur *intelligibilis*, id est ad intellectionem efficiendam accommodata; nec fuisse *aurei vel argenti receptilem*. Id est, auro vel argento obduci per artem nequiuisset, sed suae simplicitatis fuisse tenacissimum, quamuis Angli exornationem eius affectassent, auri vel argenti obductione. Quae adiuncta gladii illius, Christo gladio Domini aptare non esset difficile, si res ferret. Nunc ex ea narratione tantum assumo quod gladij exerto pro signo sic inenndi conflictus, vt assuebam.

Baltheus, militare cingulum est, ad commodam gladij gestationem extra praelium. Cingulum dico, non palatinum, siue vrbatum, de quo hic non agitur; sed militare, siue castrense, quod diuersum erat. Si quidem cingulum palatinum Zona duntaxat erat absque gladio, & ad lumbos cingebatur, ad contrahendam vestium laxitatem: de cuiusmodi Baltheo sunt illa Corippi, *lib. 2.* in descriptione vestis Augustalis.

*Nobilibus gemmis, & cocto lucida auro,  
Baltheus effulgens lumbos praecingit heriles:  
Substrilisque sunt vestis diuina pependit,  
Poplite fusa renus,*

De eodem cingulo, lumbis, siue renibus applicito, mentio saepe est in scriptura, vt Lucae 12. *Sint lumbis vestri, praecincti*, Iobi 12. *Baltheum Regum dissoluit, & praecingit sine renes eorum*. Ezechielis 23. *cum vidisset accinctos Baltheis renes*. In sexu foemineo, ea adstrictio vestis per cingulum, nota erit

integritatis illibatae, vt Pierius *lib. 4. Hierogl.* obseruauit; eoque nomine in scripturis saepe memoratur. Zona virginea inter virginum ornamenta. Sic Isaiae 3. cum agitur de poena virginum Hebraearum abduendarum in captiuitatem, dicitur: *& erit pro Zona funiculus, & pro fascia pectorali cilicium*. Cant. 7. *quod venter sponiae dicitur vallatus liliis*, pertinet ad Zonam picturam, liliis in ea opere Phrygio attextis, vt bene illustrat Salazarius, in *cap. 7. cant. ad Vers. 2. sub finem*. Et Baruch 6. *fatuae virgines venalem exponentes pudicitiae florem*, sedebant in via circumdarae funibus, veluti Zonis praecinctae ad testandam virginitatem cuius tamen dispendium captantes, nucleos oliuarum cremabant, & cineres spargebant trans cauitatem in ventum, vt id esset prociis in philtrum; de cuiusmodi ementita Zona, & impia eius solennidæ captatione, videndi Guevara, *praefat. in Habac. Debrario, lib. 3. Mag. p. 19. 3. f. 2. Roa, tom. 1. sing.* & passim interpretes Baruch. 6. Non est nobis hic sermo de huiusmodi cingulo, & Zona, siue virorum, siue mulierum, quae tantum spectabant vestis, alioquin vndaturae restrictionem; sed de cingulo castrensi, siue militari, cuius usus erat ad gladij commodam gestationem extra pugnam, non autem ad vestis adstrictionem: quia vestes castrenses erant adstrictae, & adductae. Vel si quae adstrictio quandoque facienda esset, adhibebatur aliud cinctum, index expeditionis. Tamen interpretes Nuperus ad 12. *Aeneid. pag. 783.* negat fuisse aliud; nimirum quia poterant adisti ambo cingula, ita vt non nisi vnum viderentur. Hoc militare cingulum, nomen quoque Zona tulisse, multis illustrat Bisicola, *tom. 2. de hor. subs. l. 3. cap. 13.* Ipsi vero per se, ac praesè dicti Balthei, usus non erat ad altrigendum, sicut ferè sonat vox Zona; sed ad gestationem commodam ensis. Vnde dextro humero impositus, vt Quintilianus, *lib. 11.* quoque notauit, obliquè pectus interfecans, gladium ex ipso pendentem sinistro femori applicatum sustinebat, vt ferunt illa de Turno Baltheum Pallanti detractum habente. *Atque humeris, inimicum insigne gerebat*. Humeris dicit metri necessitate adactus, cum Baltheus vnico humero applicaretur; nunc quidem dextro, vt gladius ad sinistram penderet; olim autem sinistro, vt ad dextram penderet, vt notauit Stenechius, *ad l. 1. Vegetij. cap. 20. pag. 38.* Olim ad illa duntaxat fuisse religatum baltheum, insinuant illa apud Senecam, in *Herc. Fur. Act. 2. in choro. auro veligans illa baltheo*. Sed haec fortassis referenda sunt ad cingulum palatinum. Nam iam olim ex Iliad. 15. & *Aeneid. 8. ac 12.* ex humeris pependisse gladios per baltheum, liquet.

Iam pretiositas exquisita & ornamentum balthei, vbi que occurrit. Maro cingulum Pallantis ei à Turno ademptum describens, *l. 12. Aeneid.* & causam casti ab Aenea Turni recensens, obiectum Pallantis in Turno baltheum, ait; inclinantem ad miseracionem Turni Aeneam, alio auersum esse.

*Infelix humero cum apperuit alto  
Baltheus, & notis fulserunt cingula bullis.*

Sed & Claudianus *l. 2. de raptu.* memorat. *Parthica quae tantis variatur cingula gemmis.*

*Cingula baccis aspera nominat, l. 2.* celebrans Stiliconem. Trebellius, in *Salonino*, cingulos militares, praer gemmis, quibus distinguebantur, vocat *constellatos*. In vrbani item cinguli cultu, ac mundo, vanitas insignis notata est ex S. Ambr. cum agit de cultu aulicorum in Natali Principis. [Duces (inquit) & Principes, omnes etiam militantes, accuratè sericis vestibus accincti, operosis cingulis auro fulgente pretiosis, ambiunt solito nitidius in conspectu Regis incedere.] Et inferius ait de Christo Rege. [Non tam nitore vestium quam

Pilei

quam animatum requirit affectum; nec inspicit ornamenta corporum, sed considerat corda meritorum; nec fragilis cinguli praecingentis lumbos, operositatem miratur; sed fortis castimoniae restringentis libidinem ad pudicitiam, plus miratur.]

Neutri cingulo, fas fuisse quae quis voluisset ornamenta immittere, colligitur ex l. Leonis Augusti, quae sic habet, *l. nulli prorsus. c. nulli licere*. [Nulli prorsus liceat, in frænis, & equestribus sellis, vel in baltheis suis, margaritas & hyacinthos aptare posthac, vel inferere: aliis autem gemmis fræna, & equestris sellas, & baltheos suos priuatos, exornare permittimus. De eucurnis verò, omnem prorsus qualiumcumque gemmarum habitum praecipimus submoueri. Fibulis quoque in clamydibus his vtantur, quae solo auro, & arte pretiosae sint.] Haec fibula non est idem quod baltheus; imò nec est idem cum ea fibula quae, capitibus cingulorum annectebatur: vnde partem pro toto sumendo, Machab. 10. Alexander, Ionathae misisse dicitur, *fibulam auream*. Et ibidem cap. 11. Antiochus Alexandri filius, dedit eidem Ionathae, *potestatem bibendi in auro, & vasa aurea in ministerium, & esse in purpura, & habere auream fibulam*. Leo igitur Augustus, non praescribebat temperatum cultum huiusmodi fibulae; sed alterius distinctae à baltheo. Eamque praesè dictam fibulam pretiosam, inter Principum ornamenta fuisse numeratam, & ex privilegio collatam nonnullis, latè prosequitur Pancirolus, *tit. 44.* tractans vetera depedita. Seorsim verò Leo ( vt retuli, ) de temperando quoque Balthei cultu praescripsit, quod ad vtrumque baltheum indistinctè pertinere, non videtur dubitandum, cum indistinctè loquatur, & verba sint ad vtrumque indifferentia.


In re nostra, baltheus benedictus, refert vnionem hypostaticam, è qua humanitas tanquam Verbi gladius dependet; & ratione cuius, potentissimus gladio suo accinctus est, super femur suum. Hic est cingulus, quem mulier fortis tradidit Chanaanæ, salutis nostrae negotiatori, iuxta Sapientem pron. 31. est enim multorum Theologorum verisimillima sententia B. Virginem, etiam physicè concurrisse ad productionem vnionis hypostaticè, cuius interuento Verbum vinculatum est humanitati. Ornamenta autem, quibus collucet hic baltheus, & lapilli, ac gemmae, quibus distinguitur, superant omnem humanam dicendi facultatem. Tacta verò potiùs quam expressa sunt, cum superius agendo de vaginae ornamentis, quae baltheo item sunt communia, tum psal. 44. vbi ornatus bellicus Christi proponitur, iuxta glossam Tertulliani, *l. cont. Iudaos cap. 9.* Sic exornari decuit *Imperatorem exercituum Domini*. Nomenclatio est Christo indita ab Eusebio, *l. 1. bist. Eccles. cap. 2.* Et praeter ornamenta connaturalia, gratiam inquam sanctificancem non ad mensuram, & charismata quaeque insignia non potuit velox praedator, & spoliatorum festinus detractor, carere decoribus, quae hostibus ablata, baltheo imponi ex vsu fuit, iuxta illud Sidonij, *car. 3.*

— Bullis hostilibus asper  
Applicat à laeva surgentem baltheus ensen.

Vocat *bullis hostiles*, quae detractae hostibus fuerant. *Asperum* autem Baltheum, ab illarum pretiosarum veluti stellarum appositione dicit; penes quam etiam asperitatem, Varro *l. 4. de ling. lat.* nomen *balthei*, deducit: notans, quod cingulum è corio haberent *bullatum*, baltheum dictum quasi *bullatum*, vt nonnulli grammaticantur. Christus ergo tot spoliis de-

Theophilii Raynaldi Pontificia.

tractis locupletissimus, baltheum suum exquisitè bullatum praefert: eique victori fortissimo, accidere non potuit quod inerti militi apud Macedones, *Alex. l. 1. Gen. c. 20.* quem baltheo excutum, capistro praecingebat, non contenti passim alibi recepta exhortatione per detractionem cinguli, qua saepe Christiani milites in poenam multati leguntur, vt in Menæis 20. Ianu. SS. Bassus, Eusebins, Eutychius; Et in Actis S. Mauritij, ac sociorum, haberent Maximianum iussisse SS. septuaginta milites exui habitu militari, & eis zonas abscondi: quo ipso consuebantur excedisse nobilitate, & ad paganitatem esse deiecti hoc est ac conditionem plebeiam, atque rusticanam. Quamuis enim post christianorum Principum aetatem pagani dicti videntur, qui in pagis, ac extra frequentiam vrbium, sua sacra frequentabant, vt nunc faciunt in Gallia Sactarij, & fecisse pridem post Christianos Imperatores, Ethniciam reliquias, notat Baronius: in *martyr.* Tamen prima illius vocis notio, ferebat quod dixi. Videbis Canonum, *l. 9. c. 5. n. 1.* & Zazium, *tract. subdit. c. 5.*



## SECTIO II.

*De Pileo, eique intextis columba, & sole.*

GLadium qui est Natali huius xenij pars potior, & inter arma laudentia numeratur, hactenus exposuimus. Superest vt de pileo veluti casside, & galea, deinceps agamus. Intextus verò est pileo sol, atque etiam columba. Itaque de his symbolis, eodem ordine erit agendum.

§. I.

*De Pileo.*

EX formula traditionis pilei per Sixtum I V. probata, habetur, hunc pileum tradi Magnati, vt sit ei *signum muniminis, & defensionis aduersus inimicos fidei, & sanctae Romanae Ecclesiae*. Itaque eius traditio, ne, spes sit, donatum eo munere, inter pugnandum pro fide, & Ecclesia, fore diuina protectione tegendum. Vnde subditur in ea formula. [ Firmetur igitur manus tua, contra hostes sanctae sedis, ac Christi nominis, & exalteretur dextera tua; eos veluti ipsius assidens, interpidusque propugnator, de terra delendos, & armetur caput tuum Spiritus sancti per columbam figurati protectione, aduersus eos, in quos Dei iustitia, atque iudicium pro sancta Romana Ecclesia, & Apostolica fide preparatur. ] Verum vt iam praemisi circa gladium, quae proponuntur in ea S xti formula de sensu horum symbolorum, non excludunt sensus, quos posteriores, iisdem symbolis subiicere ex ingenio possunt: quia cum excogitatio horum symbolorum sit anterior Sixto I V. ( ipsomet Sixto teste, in ea formula; ) sicut licuit concinnatoribus eius formulae, suggerere Pontifici sensum inuenti anterioris, quem ipsi iudicauerunt verisimilem; ita fas esse debet posterioribus, exercere intellectum in affundendo nono lumine, per illustrationem à nonis sensibus verisimiliter excogitatis; qualem vnum admodum verisimilem subiicere, & pio lectori diiudicandum propono.

Z z z 2. Existime



Sectio I.  
S. I.

Existimo ergo, sicut gladius verissimilimè relatus est ad Christum gladium Domini; ita Pileum quoque, spectare Christum, & repræsentare, eius cum dignitatem capitis, quâ in mystico corpore eminet, tum copiosam & eximiam gratiam, quâ connaturaliter exornatur, consequenter ad eam dignitatem: nec honestatur tantum, sed etiam munitur, quæ pileus capiti corporeo veluti officia præstat. Nec desideratur symbolica expressio libertatis, cuius index est pileus. Et quidem, quod pileum ad Christum ipsum refero, congruentissimè factum videtur, supposita verissimilima sententia, de gladio ad Christum ipsum aptato; ut sufficienter stabilitum superius videtur. Sic enim cernitur nexus inter sacri xenij partes, eo ipso quod omnes, sunt symbola eiusdem obiecti, omnium præcellentissimi.

Quod ergo aiebam, pileum præ se ferre dignitatem capitis Ecclesiæ, Christo propriam, consequenter ad vniionem Hypostaticam, ut monstratur 3. p. q. 8. inde perspicuum videtur; quod pileus sit artefactum addictum capiti corporeo, ad fines de quibus fusè in Analectis de tegminibus capitis humani, p. 2. Bellè ergo tegmen hoc capitis, insinuat dignitatem capitis Christo singularem. Quia verò in dignitate capitis corporis mystici Christo propria, inuoluitur omnis gratia nexa cum vniione hypostatica, idcirco pileus, de quo agimus, omnem illum gratiæ instructum repræsentat, ipsamque in primis Spiritum sanctum, & diuinitatem; quibus Christus vnctus est consequenter ad humanitatis coniunctionem cum persona Verbi. Familiare enim est Patribus, quorum aliquos signat Vasques, 3. p. d. 4. cap. 3. & 4. dicere humanitatem Christi, *deificari, inungi, igniri, per diuinitatem*; ita ut diuinitas sit *oleum latriæ, & vnguentum effusum*, quo hæc humanitas penetratur, & imbuitur, atque aded sanctificatur. Spiritui sancto hæc ipsa tribuit S. Ambrosius; l. 1. de Spir. sancto. cap. 8. quod perinde est, quia Christum vnctum esse Spiritu sancto per communicationem deitatis inungentis, factam in terminatione per Verbum, Apostolus Auctorum 1. o. dixerit est professus. Hoc facro vnguine plenè delibutus est Christus. [ In quo solo, (ait Nouatianus,) plenus, & torus habitauit Spiritus sanctus, nec in aliqua mensura, aut portione mutilatus, sed cum tota sua redundantia cumulatè distributus, & missus; ut ex illo deliberationem quandam gratiarum ceteri consequi possint, totius S. Spiritus in Christo remanente, ut ex illo donorum, atque operum venæ ducerentur, Spiritu sancto in Christo affluenter habitante. ] Alludit Nouatianus ad illa Baptistæ, Ioann. 1. & 3. de Christo. *De plenitudine eius, nos omnes accepimus, & non ad mensuram dat Deus Spiritum.* Plerique Græci Codices, addunt *Filio*, quæ vox in vulgata editione desideratur. Sed perinde est, ut rectè censuit S. Augustinus, *tract. 1. 4. in Ioan.* & omnes antiqui, iuxta Suardem, 3. p. q. 7. art. 11. circa ad j. quamuis Toletus alio, eo cap. 3. annot. 39. auertat sententiam Ioannis, eumque accipiat de donatione Vnigeniti, supergressa omnem mensuram. Ribera autem, eum Spiritum, non ad mensuram datum Christo, interpretetur de plenitudine celestis doctrinæ, communicata Christo præ Prophetis, ad quos duntaxat stillauit sermo Dei, & preparatè communicata est sapientia quæ de cælo est. Vnde scæpe apud Prophetas stillatio designat eorum prædicationem ut Ezechiel. 20. Amos 7. Michæ 2. Mihi communis antiquorum expositio magis aridet, iuxta quam Ioannes, (ut dixi,) significabat ipsummet Spiritum sanctum cum omni largitate sua, secundum ordinem diuinæ pro-

uidentiæ communicabili, effusum esse in Christum, & in eo iuxta Isaiam requiescisse, id est totum, & plenè permanuisse, prout eum locum exposuit S. Fulgentius, ad 3. Ferrandi. adducto S. Ambrosio, lib. 1. de Spir. sancto cap. 10. Quod si vna Spiritus sancti gutta orbi terrarum in Pentecoste communicata, tantæ fuit efficacitatis, quantam mirificè describit, & suscipit S. Chrysostomus, in psalm. 44. quid non in Christo præsterit tota Spiritus sancti plenitudo in eo requiescens, ut affirmat Isaias? Hoc Iustinus, in dial. de sicando post Christum vellere, & defluxuro in Christi aream vniuerso rore cælesti, interpretatur. Verum communiter Patres apud Leonem Castrum, eo c. 11. non de area Christi, rore cælesti per fusa, arentæ Indæ; sed de ipso Christo, permanentem inuncto Spiritus diuini vnguine, Isaiam accipiunt. Quæ ratio æquè excludit interpretationem Rupertii, l. 2. de viis. Ver. Dei c. 30. & l. 2. in Genes. cap. 17. qui Spiritum in Christo quietem, refert ad nunquam vlllo peccato exacerbatum Spiritum Domini. Itaque iuxta Isaiam, requiescit in Christo Spiritus, id est insedit, & plenitudo Spiritus sancti, eiusque donorum, sicque dictus est *signatus Spiritu sancto*, Ioan. 6. Apostolus enim Ephes. 1. & 4. monet, nos esse signatos in Spiritu sancto, ut optimè expendit Ambrosius, l. 1. de Spir. sancto c. 6. atque Chrysostomus, homil. 2. in ad Ephes. Similiter igitur cum Christus dicitur *signatus à Patre*, rectè id accipimus de collatione Spiritus sancti, de communicatione diuinitatis, qua Christi humanitas veluti impressa est, & ob signata, ut D. August. tract. 25. in Ioan. exposuit, nec non S. Cyrillus, l. 3. in Ioan. c. 29. & ante vtrumque S. Hilarius; l. 3. de Trin. & esse germanissimam interpretationem, confirmat ad eum locum Toletus, annot. 1. 2. & annuit Cornelius. Reiciendi verò sunt Ianfenius, Tielmannus, Mariana, atque Ribera, qui eam signationem Christi à Patre, accipiunt pro attestazione quod Christus sit Dei Filius; quia verbum *signatus*, hunc sensum facit Ioan. 3. vbi dicitur *qui accepit eius testimonium, signauit, quia Deus verax est*: sed nihil est quod confirmet, verbum *signandi*, vbiuis eadem notione grauidari; & apud Apostolum locis annotatis, alia ei notio manifestè subest, qualem hic illi subiicimus.

Itaque Spiritus sanctus, per substantiam deitatis mediante Verbo vnitam humanitati, iunctis gratiæ muneribus quantum secundum diuinæ sapientiæ leges licuit exaggeratis, factus est Christo capiti nostro galea salutis: id quod pileus, de quo agimus, repræsentat. Nec refert, quod Psaltes, non galeæ, sed scuto conferat Spiritum sanctum, iuxta S. Cyrilli interpretationem, dicens, *Domine ut scuto bona voluntatis tuæ coronasti nos. Coronari dicitur*, quia scuta primis temporibus non fuerunt qualia postea, nempe arcta, & breuia; sed ampla, & totum tegentia hominem, ut ex Homero, *Iliad. 2.* & Plutarcho, in *Emilio*. discimus. Scutum ergo Spiritus sancti, quia totum hominem ambit, & tegit, *coronare* eum dicitur. Hoc est verè, scutum è cælo demissum, non ut fabulosa illa scuta, Græcis ad Troiam de cælo submissa, Poëtica mentiendi feracitate celeberrima: vel ut ancilia Romanorum, Numæ commentis illustrata, *Plutarch. in Numa. num 11.* Hoc scuto Domini, (iuxta Bernardum) *ser. 5. in psal. 90.* ita circumdamur, ut sit nobis à dextris, & à sinistris, ante, & retrò, protectio super omnem gloriam; id est super omnem armaturam, ut Isaias cap. 4. dixit de hoc Spiritu ardoris; & S. Athanasius, 4. 1. 44. ad Ant. pro omni armatura esse nobis Spir. sanctum, agnoscens. Quod igitur Spiritus sanctus dicatur *Scutum, & Clypeus* iustorum, non obstat quominus dicatur *galea, & cassis* Christi capitis, & pileo sacro insinuatus censeatur.

De pileo.

censeatur. Scriptura liquidè, (ut præclare obseruauit S. Hilarius, l. de Trin. quia nulla nostra similitudo adequat res diuinas, nunc vna, nunc alia comparatione adhibita, exprimit ut potest, quod de Deo assumit exponendum. Itaque non incongruè, Spiritum sanctum, quem alibi specie *scuti* exhibet, alias proponit sub allegorica imagine *galeæ*; proindeque aptè rationem cassidis habuisse dicitur, respectu Christi capitis nostri. Quid quod scutum bonæ voluntatis coronans nos, id est Spiritus sanctus, in loco Psaltes annotato, non sumitur pro parma, siue vmbone, aut clypeo manu gestato, sed pro scuto rotundo caput obtegente, atque aded ad galeam accedente? Ita S. Thomas, in psal. 5. & Michaël Aygunus, *ibidem*, & Gulielmus Durandus, l. 1. *ration. cap. 3. num. 20.* ed referentes tegmen illud, siue operculum rotundum, quod imagines sanctorum capite præferunt. Congue igitur Spiritum sanctum, statui capitis nostri galeam; idque per pileum benedictum insinuari, ratum est.

Hic pileus censi debet Christo naturalis, quia gratia capitis affectatur vniionem, quæ pertinet ad Christi substantiam, & compactiorem. Non voco hunc pileum *naturalem*, per analogiam ad eum pileum, quo aliqui à primo ortu operi apparent; qualem cum nascens Diadumenus prætulisset, inde nomen sortitus est, Lamprido teste. Anilitatum multarum materiam esse hunc pileum, notant eas recensens Mizaldus, *centur. 1. memorab. num. 9.* & cum oritur ex vberitate imperfectæ materiæ, prætereuntes hoc loco est; tanquam non habens idoneam, cum Christi prærogatiuis proportionem. Pileus ergo naturalis, cum quo compono hunc naturalem Christi pileum, est nostrum capillitium, quod S. Chrysostomus, *hom. 1. 1. ad pp.* appellat *galerum naturalem*. Nec aliter Tertullianus, l. de cultu fam. cap. 7. comam dicens adnasci homini, [ in galeri modum, quasi vaginam capitis, & operculum verticis. ] Et præstat sanè capiti coma quodvis officium galeri, ut declaro in Analectis de tegminibus humani capitis, p. 3. Decorat enim, ac munit caput; ut propterea Ethnici, ne tantum capitis, atque aded totius hominis munimentum, ac decus, veluti subactum à morte, & ei cessisse in prædam videretur; proximè morituris comas reciderent, ut notum est ex Petronij satyrico, in quo naufragus de se actum putans, comam succidit. Fusè in eam rem Fernandes à Corduba, in *Diadalcia multiplici cap. 22.* Quamquam non possum probare subtilitatem nuperi Poëtæ, probatam Ludouico à Cerda; *aduers. cap. 173. num. 8.* sic accipientis illud Pauli Actor. 27. animantis naufragos in summo discrimine, *capillus de capite vestro non peribit*; quasi Paulus dixisset, non mergemini, neque peribitis in mari; ita ut præ imminente exitio cogamini capillum ponere. Non possum (ut dixi,) hanc argumentationem probare, quia Paulus etiam in mari, & grauissimo illhæc vsque periculo versatus, non cogitabat de vsu illo tendendi sub mortem caput; qui vsus fortè non erat omnium Ethnicorum, neque vigeat inter Hebræos. Alioqui cum à quatuordecim diebus, vectores præ extremo mortis discrimine, abstinnissent cibo, debuissent iam pridem capillum posuisse, si is vsus apud eos vigiasset. Itaque Paulus adhibuit eam proverbialem formulam, à Christo ipso extra naufragium, nec in mari, sed in terra, vsurpatam Matth. 10. & Lucæ 12. ac 21. *capillus de capite vestro non peribit.* q. d. nihil ad vos attinens, quantumcumque minutum, auferetur à vobis, cum perpetuo dispendio; sed salui & incolumes euadetis. Nihil ergo ad eum Ethnicum vsum retulit ea Pauli denunciatio:

*Theophili Raynaudi Pontificia.*

quamuis admitto, Ethnicos, apud quod is vsus vigeat, censuisse, tantum ornamentum, & munimentum capitis, Parcæ sœnienti, ac morti subducendum esse. Ac proinde etiam admitto, gratiam capitis huic naturali hominis pileo proportionalem, analogicè similia officia Christo capiti nostro, supposita vniione humanitatis cum persona Verbi connaturaliter præstitisse, muniendo, & exornando illum exquisitè; quod paucis illustrandum sequitur.

Et munimentum quidem Christi, ab eo connaturali galero, est per se perspicuum, ex tanta firmitate voluntatis eius in bono, & profus inaccessa Diabolo, arce mentis eius. Ut enim benè docuit S. Gregorius, *hom. 16. in Eua. g.* etiâ si Satan, aliquid suggerere Christo extrinsecus potuit, ad animi tamen penetralia non est admissus; neque potuit in Christo, siue renuente, (ut nobis contingit,) siue annuente, scintillas vllas prauis ignis, quantolibet attritu adhibito, excudere. Planè non accessit malum, ad Christum, & flagellum Satanicum non appropinquauit tabernaculo eius; quia nulli ludibrio Satanæ fuit expositus, ut habet Eusebij, l. 9. de *demonst. c. 7.* interpretatio: qui præclare tradit, quomodò Christus iuxta Marcum, erat in deserto cum bestiis, id est Dæmonicis cateruis nitentibus in eius voluntatem irumpere; callos fuisse omnes conatus: & per reliquam vitam, præ tanta galeæ Spiritus sancti tutela, nihil ei vnquam fuisse timendum; siue à timore nocturno, siue à sagitta volante per diem, siue à negotio perambulante in tenebris, siue denique ab incurfu, & Dæmonio meridiano. Quibus vocibus Propheta, omnes Satanæ insultus desigmanns, (ut benè expendunt Bernardus, in psal. 90. f. 6. & Richardus Victorinus,) insinuauit irritas fore omnes in Christum, Satanæ molitiones; quia validissima Spiritus sancti tutela, omnibus eum hostilibus impressionibus subducit. Imò omnes Dæmones, & succenturiatos eis aduersarios, ipse calcavit, atque contriuit. Quòd Eusebius refert, quæ subiiciuntur in psalms, *super aspidem, & basiliscum ambulabis, & conculcabis Leonem, & Draconem.* Vbi aspidem, & basiliscum, ipsum utique Diabolum, & qui ipsum sequuntur, principatus, malâque potestates, conculcaturum Christum, affirmat. ] Sic Eusebius.

Iam ornamentum Christi ex mystico hoc galero, aded per se micat, ut vix egeat illustratione. Cum enim quæuis armatura in scriptura dicatur *gloria*, Isaiæ 4. & *proiectio*; præcipuè autem partis, hoc est capitis, tegmen dicatur esse super omnem gloriam, liquet quantæ gloriæ, & ornamento mystico sit eiusmodi galea. Et verò 2. Machab. 5. cum describuntur acies ornatissimæ, non præteritur illustrium galeatorum decus: & refulsisse solem sicut in clypeos aureos, sic in galeas auro obducto nitentissimas, annotatur; Et alibi habetur, inde summum decus acierum sic instructarum extitisse, aucto per galeæ læuorem splendore. Erat autem hic galearum splendor, longè alius quàm galearum illarum candentium, quibus multat leguntur nonnulli affectatæ maiestatis rei. Ut *Iacobus* ille *Bon-homme*, qui se *Regem Lacquarum* nuncupabat; & mandante qui eum ceperat Delphino, tripode terreo candente capiti imposito tanquam corona splendente horrendum illum cruciatum inferente, letho datus est. Eadem fors obligit coryphæo conuictorem in Iacobum 1. Regem Scotiæ. Georgium item Sechelum, perduellium in Pannonia Ducem, Ioannes Sepulsius, Vayuoda Hungarus, affini supplicio excruciant, candenti vomere, veluti tegmine, caput eius circumcingens, ut Sarius ad annu 1514. *Ioanis, l. 1. hist. prodidit.* Erat qui censeat, eodè pertinuisse *Aneas* ollas candentes, quarum inter instrumenta

Z z 5 crucia

cruciametorum miseris admonendorum, meminit Iosephus, l. de Machab. At reuera illæ ollæ, non imponebantur capiti: Sed miser cruciarius, valide contortus, intra eas ollas contundebatur, vt ex ipso Iosepho exponit Baronius 16. Februarij. Splendor ergo Cassidis caput Christi operientis, & mirificè exornantis, absque vlla Christi molestia, exploratus habetor. Et cum de tanto Christi ornamento diffusè alibi dictum sit, non est quod vterius, ei mea oratione deterendo, hic insistam, actum agens.

Quia verò vbi spiritus Domini ibi libertas, iuxta Apostolum, & spiritus Sanctus Christo est pro naturali pileo, & perhonorifico ac tuto capiti nostri mystici tegmine, non est omittendum, insigne in hoc Christi pileo symbolum, & eius libertatis, qua Christus, etiam inter mortuos liber fuit; & eius, quam nobis pretio sui sanguinis comparauit, reddens nos omnes liberos suos. Quod assumo, pileum olim fuisse tessera libertatis, latè astruo in Analectis de tegminibus capitis humani, agens de pileo Doctorum. Et multa in eandem sententiam congerunt Bodinus, l. 1. de Repub. cap. 5. Pierius, l. 4. c. de pileo. Pancirolus l. 2. var. lect. iuris c. 2. 2. In præsentia, sufficit vox illa serui in Plauti Amphitruone.

Quod ille faciat Iupiter,

Vt ego hodie raso capite, caluus capiam pileum.

Quod autem Christus, & in se liberissimus fuerit, & nobis perfectæ libertatis conciliator, quia est extra controuersiam, breuiter duntaxat attingo.

Libertas Christi quoad ipsummet, fuit eiusmodi, vt omnem proflus seruitutem ab eo excluderet. Tractat hoc egregiè S. Gregorius, l. 30. mor. c. 29. & 30. expendens illud, *quis dimisit onagram liberum?* Vbi primùm præfatus, Verbum Incarnatum dici posse *onagram*, quia sicut penes alia denominatus est agnus, Leo, serpens, Scarabeus, ita penes diuersationem in deserto gentilitatis, dici potest *onager*. Hæc præfatus S. Gregorius, addit. [Dicatur ergo à patre de filio secundum formam serui, *quis dimisit onagram liberum, & vincula eius quis soluit?* Omnis quippè qui peccat, seruus est peccati. Et quia Incarnatus Dominus, participes nostræ factus est naturæ, non culpæ; liber dimissus dicitur, quia sub peccati dominio non tenetur. De quo alibi scriptum est, *inter mortuos liber*. Dimissus dicitur, quia naturam nostram suscipiens, iniquitatis iugo, nullo modo tenerur. ] Et fuit quidem morti obnoxius; Sed iuxta Isaiam, *mortuus est quia ipse voluit*. Posuit enim vltro, & libens animam suam, id est vitam corpoream, quam renuenti nemo auferre potuisset, vt ipse disertè contestatur Ioan. 10. perpeffiones item corporeas, volens admisit; præclusurus eas si voluisset, tanquam conditioni animæ beatæ extraneas: Sed voluit dum res nostra tulit, eas admittere, abiecturus cum extra viam per mortem factus, & mox rediurus, ascendit super occasum, iuxta Magni Gregorij hom. 17. in Euang. interpretationem. Tunc enim soluta sunt vincula, quæ sibi iniici fuerat. [Vincula quippè eius tunc soluta sunt, cum infirmitates, & passiones illius, in resurrectionis sunt gloriam commutata. Quasi quædam vincula Dominus habuit, ea quæ nos nequitie meritò patimur nostræ mortalitatis infirma; quibus & vsque ad mortem sponte ligari se voluit, & quæ per resurrectionem mirabiliter soluit. ] Verba sunt eiusdem Gregorij loco hæc primùm annotata, ex quibus eximia Christi in se ipso libertas, perspicuè micat.

Nec tantum liberissimus sibi, ( vt ita dicam, fuit, sed nobis quoque libertatem plenam contulit; Et

quidem veram, atque maximè expectandam. Non enim illam quæ improvidis est velamentum malitiæ, aut illam stolidam quæ ab aliquibus dicta est *libertas Decembria*, vt memorat Gul. Durandus in Rationali officiorum; lib. 6. cap. 86. num. 9. qua Episcopi demittebant sese ad ludendum, etiam pila, cum suis Clericis: Imitatione Gentilium, qui post collectas fruges, cum seruis, & ancillis conuiuabantur, & eis aliquid indulgebant, laxata, in eas personas reliquo anno subditas, autoritate. Alicubi eò protendebatur libertas, vt mulieres vna die viros verberarent, sequenti die verberandæ ipsæ quoque, à viris, vt ibidem memorat Durandus. Quæ sunt libertates stolidæ, quales Christus non contulit, Sed eam, quæ pura, ac vera, & omnibus optabilissima erat.

Cum enim grati premeremur seruitute peccati, quam adagebat olim seruitus legis Mosaicæ; Christus omni nos eiusmodi iugo liberavit, effectitque verè liberos, vt ipsemet Ioan. 8. pronunciauit, *verbis illis se vos filius liberaverit, verè libereritis*. Ex quo loco S. Athanasius serm. 6. contra Arrian. haberi censet, plerum, ac summum Christi in nos Dominium, & naturalem eiusdem filiationem respectu Dei, à qua dimanabat, & illa quam dixi in se ipso libertas, & potestas verè propria Domini ad manumittendos, ac vinculis exoluendos seruos, quales nos omnes eramus. Nec tantum *per mortem suam destruxit mortis imperium*, & à captiuitate tyranni genus nostrum exoluit; sed etiam *liberavit eos qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti*. Verba sunt Apostoli Hebr. 2. inde quoque celebrantis collatam à Christo libertatem, quod cum omnes quasi serui captiui, iugi mortis horrore tenerentur, & vel ad eius nomen contremiscent, incerti quæ fors eos post obitum maneret; post Christum alacres aduersus mortem facti, fidenter eam respiciant, vt terminum miseriarum, & exordium æternæ felicitatis; bonam spem concipientes ex Christi meritis: & quamuis absque certitudine physica salutis, tamen absque angore, qui prius homines, præsertim in morte occupabat, etiam canentes ac læti excedant, vt nonnullis exemplis illustrat Cantipratanus, & annunt in interpretes ad illud prouerb. 30. de muliere forti, *videbit in die nouissimo*. Videndi qui bonum mortis, & eius appetibilitatem post excussam à Christo hanc anteriorem mortalium seruitutem, declarant; SS. Cyprianus, de mortalit. Ambrosius, l. de bono mortis. atque Chrysostomus, hom. 4. & 5. in ad Hebr. utrobique in moralit. Actum diffusè, de libertate per Christum hominibus collata, à variis patribus; nominatimque ab Ambrosio, lib. 1. de Iacob. c. 3. Augustino, tract. 41. in Ioann. Eucherio, hom. 3. de Pasch. Ex recentioribus verò, à Driedone, atque Leufeo in tractationibus de libertate Christiana, quibus symbolam nostram haud proflus ieiunam adiunximus in discussione nouæ libertatis Gibicufianæ, parte 1. c. 7. à n. 7.

Omissa porò ibi est, quia ad illud institutum non spectabat, alia planè eximia libertas, omnibus quidem mortalibus non conciliata, sed paucis tantum, & eximie charis: Ea est perfectissima, quantum præfens status patitur, & aliquatenus æmula libertatis beatorum, exolutio, atque libertas, quæ consiliorum euangelicorum sectatoribus seculi vincula distrumpentibus, in lege nona, auspice Christo confertur. Attingit eam libertatem S. Augustinus in c. 39. Iobi. in hæc verba [ *quis est qui dimisit onagram liberum?* Mirum, nisi eos per *onagram* significat, qui pauci ab omni negotio liberi, Deo

seruiunt.

seruiunt. Et vincula eius quis soluit? Affectionum carnalium, atque popularium. *Posui enim habitaculum desertum, & tabernacula eius salsuginem*: vnde clamat *stetit in te anima mea*; irridens multitudinem ciuitatis, quam Babiloniam Scriptura dicit perambulantem per latam viam, quæ ducit ad perditionem. *Et querelam exactoris non audiens*. Nemini quicquam debens. *Considerauit montes pascua sua*. Magnitudinem reuelationum. *Et post omne viride quarit*. Omne sempiternum. ] Pro breuibus hisce glossis, quibus si Augustinus verba Iobi proposita illuminauit, ad exponendam onagri mystici libertatem, & distrupit eam per Christum vincula, suppetit Luculentus de eadem re S. Gregorij l. 30. Mor. c. 23. commentarius, manifestè ex adducto S. Augustini loco expressus; quem quod sit pro hac breuitate diffusior, præstat apud ipsum S. Gregorium legere. Tantùm addo, nihil de ea libertate detrahendum fore, si professo consiliorum Euangelicorum, ( quæ est distrupit vinculo seculi, ) firmetur vinculis votorum, vt sit in religionibus approbatis. Ea enim iniectione nexuum, tantum abest vt libertatem minuat, vel meritum attenuet; ( quod habet noua hæresis, pridem succisa, & probo hæreseos notata à S. Thoma: ) vt potiùs meritum augeat, & libertatem eximie perficiat; de qua re plenè Nider, l. 3. de reformat. cap. 13. Agidius Romanus, quodl. 2. q. 24. Michael Medina, l. 4. de contin. controu. 8. tota. Lessæus, l. 10. de libert. Christ. c. 5. & 8. & quos hi adducunt: à quibus non dissentire Blesensem ( vt verba eius inter deprimendam Monachum deprauatorem suorum operum, aliud fonare cortice tenus videantur; ) monstrare alibi memini.

Cum tanta, & tam eximia sint bona, ab intrinseca Christo libertate in nos derivata, & sacro pileo de quo agimus insinuata; dignum, iustumque est, omnes Sanctos se liberos Christi profiteri, & triumphanti pileatos adesse; vt olim perique Romani, iis à quibus seruitute liberati erant, affuisse cum pileo leguntur. Talem se Apostolus non semel proficitur, pro magno habens, audire *Christi libertus*. Veteres autem priusquam per Christum exsoluerentur, ad legem hanc perfectam libertatis, omnibus desiderijs suspirabant: quo S. Epiphanius, hæres. 80. promississimum Nazæorum capillitium accommodat, singulis capillis tanquam colli crinibus, insinuantibus flagrantissima vota, quibus exemplo Abraham cupientis videre diem Domini, ferebantur in liberatoris Christi aduentum: vt propterea Christum S. Epiphanius denominet *votum mundi*, utique pro exsolutione à seruitute, & captiuitate, sub quam mundus vniuersus gemebat. Omnes itaque quotquot veram libertatem sunt affecti, à plena, & ( vt ita dicam, ) fontali Christi libertate, eam participarunt; ita vt eius pileus, factus sit omnium veluti operimentum; dicitque possit longè protentior petaso, vt postet decem simul hominibus vmbra culum præbere, ex Godigno in descriptione rerum Abyssinorum.

Arcana pilei sacri Pontificia benedictione consecrati, & mysticæ cassidis, sine galeæ, caput corporis Ecclesiæ obumbrantis in die belli, sufficienter relecta videntur. Quis verò cum eo pileo componere auit, pileum magicum, ad cuius obumbrationem rex Suetiæ Erricus, ventos ciebat, vnde ei nomen, *pileus ventosus*? At Christi pileus, tempestates & materiales, & mysticas, non infert, sed sedat excitas, vel ne exoriantur antecoccupat. Quod si pileum initiatum spectare placeat, vt typum Cassidis,

ac galeæ obumbrantis caput, non est hæc, sicut orci, siue Plutonis galea inuisibiles reddens quibus insideret. Memorat eam Origenes, l. 1. contra Cels. ac Nazianzenus, orat. 3. & plenè eam fabulam exponens Paræmastes V. orci galea. Non est horrida, & hirsuta; qualis de qua Iliados 11. *initio*, & illa alta efflans faucibus ignes, chimeram sustinens triplici crinita iuba, apud Poëtam, vel fuluus lupi de pelle galerus, apud eundem, aut aliæ pleræque apud varios, diuersimodè ad horrorem incutiendum conuestitæ, vt notat Ios. Scaliger, *coniect. in vario doctetque ex veteribus nummis Steuechius ad vegetum, l. 2. c. 16.* & subiectis multis exemplis Alexander Neapolitanus, l. 1. genial. c. 20. Ex Plinio l. 9. c. 4. constat, solitas Romanos ornare galeas figuris minotaurorum, luporum, aprorum, & aquilarum. Turmus in casside gestabat chimeram. Sic enim de Turmo, Poëta. 7. *Aneid.*

Cui tripluci crinita iuba, galea alta chimeram, sustinet, Aetnaes efflantem naribus ignes.

Cimbri equites Plutarcho in Mario teste formidabiles hiantium animalium species in Galeis ostentabant, talisque etiamnum Romæ ad radices Capitoli conspiciuntur in Marij de Cimbris trophæo. Pirrhus Rex Plutarcho teste vt se Ioue Hammone qui hirci specie colebatur, genitum significaret; hircina cornua gestabat in galea. Sicut Cygnus qui se ex Cygno editum iactabat, Cygni plumas gestabat in galea, iuxta illud Maronis. l. 10. *Aneid.*

Cuius olorina surgum de vertice penna,

Crimen amor vestrum, formaque insigne paterna.

Nihil horum, siue horrificum, siue Ludicum, in cassidem Christi cadit; sed omnia in ea maiestatis resecta, & sanctitatis. Amasidi, galea pro Regio ornamento fuit collata. Hæc planè est Regia cassis, in quam iustius cadunt Laudes quas cassidi Iacobi Sexti tunc Scotorum Regis, panxit Alexander Bodinus.

## §. II.

## De Columba.

Columba pileo intexta, idcirco priore loco exponenda est, quia videtur esse ab initio adhibita ad huius Xenij structuram: cum possit esse suspicio, solem posterius accessisse, quandoquidem in formula traditionis à Sixto IV. præscripta, nulla sit solis pileo intexti mentio, sed solius Columbæ. Itaque de ea primùm agamus. Eius sensus per se obuius, esse potest, vt repræsentare dicatur spiritum Sanctum. Nec id videri debet superuacaneum. Tametsi enim spiritus Sanctus ( vt præmisimus, ) continetur in gratia capitis, quam pileus superius expositus repræsentat; tamen explicatior expressio spiritus Sancti, rectè adhiberi potest; quia pileum, veluti cassidem exprimeret spiritum Sanctum, non est æquè notum omnibus. Itaque non immeritò, species columbæ, præferens clarè spiritum Sanctum, adiuncta est.

Quod assumo, columbam esse Symbolum Spiritus, est extra controuersiam. [ Quis ita ab Evangelij mysterijs auersus est, ( ait Nyssenus, ) qui ignoret, illud vnum esse itineris vehiculum, quo hominum animus ad cælos vehitur? Cum quis scilicet se ipsum efficit similem columbæ deuolanti, cuius quidem alas

sibi effici, summus etiam Propheta David, valde expectavit. Ita enim Spiritus sancti vim mos est in divinis literis suboscure appellari. [Eam ob rem in baptismo Christi, Spiritus sanctus capiti Christi insidere visus est, quasi columba, ut habet Ioannes cap. 1. & Matthæus, ac Lucas cap. 3. Non fuit quidem ea columba verum animal, hypostatice unitum Spiritui sancto, ut male censuerunt Tertullianus, de carne Christi cap. 5. & Auctor libri de cognitione veræ vitæ, cap. 18. rectè contradicentibus, Chrysostomo, hom. 11. ac 12. in Math. & hom. 4. in Acta. Augustino, lib. 2. de Trin. cap. 6. atque Abelardo, serm. de Epiph. fuit tamen imago Spiritus sancti, quod munus præstare potuit, etiam si inanimum quid esset, ut S. Augustinus, 2. cap. 5. & Epist. 102. rectè statuit, ac Optatus, lib. 4. & cum multis recentioribus Suares, tom. 2. 3. p. d. 27. f. 2. Ad rem præsentem sufficit, quod columba, qualiscumque re ipsa sit, congruum Spiritus sancti Symbolum statuatur: quod adeo inualuit, ut pictores, etiam ubi nulla columbæ species oculis est obversata (v.g. in Pentecoste;) expressuri illapsam Spiritus sancti, per licentiam quilibet agendi, pictoribus, ac poetis communem, appingant columbam, ut notavit Molanus, l. 4. histor. imag. cap. 15. Stultè porò aliqui à S. Chrysostomo rectè impugnati, ex eo quod columba, quæ homine est despiciatur, Symbolum sit Spiritus sancti; inferebant, Spiritum sanctum esse dignitate inferiorem Filio. Nec minus insipienter alij à Petro Damiani, Opisc. 1. cap. 8. reiecti falsitatis, negabant Christum esse Filium Virginis, sicut Spiritus sanctus non fuit filius columbæ, Epist. ad Perum Eulonem. Ad ipsum verò infantæ verticem pettigat Manes, referentem Acacio Constantinopolitano, cum dixit, Virginis partum fuisse commentitium; Spiritum autem sanctum specie columbæ tantum imaginariæ, in Iordane delapsum super Christum, fuisse ex aquis corporatum, & nobiscum versatum, ac denique pro nobis mortuum. Tot verba, tot portenta erroris, ac infantæ monstra, in quibus proinde non est hærendum.

Cui Spiritus Sanctus specie columbæ sit adumbratus, varij Patres variè exponunt, philosophantes ex variis columbæ qualitatibus, de quibus plenè & perecuditè Aldrouandus l. 15. Ornithol. Et quamquam aliquæ sunt in columba qualitates improbandæ, ut S. Epiphanius in fine hæresis Ophitarum (est numero 37.) rectè observavit, tamen sunt multæ rectè facientes ad rem propositam, quas iuvat ex ipsis Patribus audire. Rectè Tertullianus, l. de carn. Christi c. 8. [Sanctissimus Spiritus columbæ figura delapsus in Dominum, ut natura Spiritus sancti declaratur, per animal simplicitatis, & innocentiae: quod etiam corporaliter ipso felle caret columba. Ideoque effate (inquit simplices sicut columba. Ne hoc quidem sine argumento præcedentis figuræ. Quemadmodum enim post aquas diluuij, quibus iniquitas antiqua purgata est, post baptismum, (ut ita dixerim,) mundi, pacem cœlestis iræ, præco columba terris adnuntiavit dimissa ex arca, & cum olea reuerfa, quod signum etiam apud nationes paci prætenditur; eadem dispositione spiritualis effectus, terræ, id est carni nostræ, emergenti de lauaero, post vetera delicta, columba S. Spiritus aduolat, pacem Dei afferens, emissa de cœlis, ubi ecclesia est arca figurata.] Non dissimiliter S. Chrysostomus, hom. 13. in Math. post expositum similem Spiritus sancti in baptizatos illapsam, mysticam; cui Spiritus in Christum specie columbæ descenderit, sic exponit. [Manuetum hoc animal, ac mundum est. Quia igitur ipse Spiritus, mansuetudinis est Spiritus, pro-

pterea in eius specie apparuit: simul etiam veteris nos videtur admonere historia. Nam cum vniuersum aliquando orbem, naufragium commune miserisset, & omne profusum hominum genus periclitaretur, istud interim certè animal apparuit, finemque illius tempestatis ostendit, atque ore ramum portans oliuæ, pacem mundo reddidit nunciavit. Quæ omnia erant futurorum figura.] Eadem iterat alibi. r. 1. Gracol. f. 25. qui est de bapt. Christi. At Nyssenius l. de virg. c. 11. cum ad mititatem columbæ felle carentis, & foetorem auerfantis recurrit, tum ad perfectam, plerumque sanctitatem, columbæ nomine insinuatam; ut propterea dicat, hom. 11. in can. de ecclesia prænunciatum esse, columbæ mea, perfecta mea. Idcirco etiam ut insinuetur spiritum sanctitatis abscedere à synagoga, in Christi morte, visa est columba è templo auolare, ut S. Ephrem serm. de passio. Dom. scriptum reliquit. Eandem ob causam significanda fuit gratia: vbertas alicui collata, Spiritus Sanctus suam præsentiam sub columbæ imagine capiti illius insidentis exhibuit, ut contigit in S. Fabiani electione; l. de Rom. Pontif. & in ordinatione S. Chrysostomi, teste Leone Augusto, orat. de eo & in electione S. Eleucadij, Aderiti, & Marcellini, Episcoporum Raenennatium. Merita S. Apollinaris Valentiniensis Episcopi, spiritu Sancto in eo operante, monstrata sunt per columbam rubram, & per somnium obiectam, ut interpretatur germanus eius S. Auitus epist. 12. Alia quædam exempla signavit in illustratione historiæ, Pauli secundi. puncto 11. Et ut semper Saran est Dei mimus, homo Diaboli, spurcissimus Mahumeres, ut familiariter secum agere Spiritum Sanctum persuaderet, columbam cicuratum, immixtis sibi in aurem granis, assuescit ad ea legenda aduolare.

Ex omnibus hæcenus disputatis, non incongruè suadetur, columbam galero Christum caput nostrum tegenti intexi, ut sub alia imagine innotesceret, Spiritum Sanctum, eius pilei, veluti galææ typo adumbratum, Christo Domino insedisse. Mihi verò alia occurrit maximè verisimilis, columbæ de qua agimus interpretatio; de iplo nimirum Christo, qualis in natiuitate ex vtero, & toto tempora primi aduentus apparuit. Video enim omnia columbæ attributa bellicosè in Christum quadrare pro eo tempore, quod signavi. Celebrant Patres in columba innocentiam, ac placiditatem, felle expertem, & irasciam; eademque est veluti nota vnitatis, & pacis. [Simplex animal, (inquit S. Cyprianus, l. de vnit. eccl.) & lætum est, non felle amarum, non moribus læuum, nou vnguium laceratione violentum, Hospitia humana diligere, vnius domus consortium nosse, cum generant simul filios edere; cum comitant, volatibus inuicem coherere, communi conuersatione vitam suam degere, oris osculo concordiam pacis agnoscere, legem circa omnia vnanimitatis implere.] Simplicitas, & innocentia columbæ, in Christo nascente adeo micat, ut illustratione non egeat. Hæc enim sunt quæ maximè commendantur in infantibus, ut alibi est annotatum. In reliqua verò vita mortali, eadem dotes fuere in Christo singulares; quandoquidem innocentiam, ne hostes quidem, arguere de peccato cum verisimilitudine potuerunt, tamen anxios observatores, & sollicitos criminatores, habuit innumeros. Simplicitas verò eiusmodi fuit, ut ex sensu carnalium, videri possit reddere eam columbæ simplicitatem quæ à soliditate reprehenditur. Inde enim est, quod Isidorus Pelusota l. 4. epist. 137. negat monitum Christi de exprimenda columbæ simplicitate, per omnia capi posse; id est quadrare vnde cumque;

cum simplicitas columbæ, sit talis, ut etiam ad eas accedat, qui eam capere meditantur. In quem sensum accipit illud Osee V. Ephraim columba seducta, non habens cor. Nimirum quia se recipiebat ad Ægyptios; & Assyrios, captiuitatem, & seruitutem eius, assidue machinantes. Christus ad hanc simplicitatem descendit, quandoquidem à gente non sancta, & iniqua; atque dolosa non abhorruit, eiusque malignitati se permisit. Placiditas item columbæ, & mitis irasci nescia, splendet in eodem Christi statu. Quod enim Christo placidius, qui ut prænucciavit de eo Isaias, c. 42. ex S. Matthæi interpretatione c. 12. adeo sedatè incedebat, ut vel si lignum quassatum calcasset, non contriuisset, & linum fumigans non plenè extinxisset; quæ sunt symbola placiditatis speciei ignis, quod sanè se geret in aduentu secundo, cum aduenit dies Domini magnus, & terribilis. Propterea enim Spiritus Christi, qui primò visendum se præbuit in specie columbæ, secundo apparuit in specie ignis, quod ad eam mentem obseruauerunt Potho Promiensis, l. de magna domo sapientie in fine. atque Rupertus, l. 9. de process. Spir. S. c. 14.

Nec placidus tantum in seipso Christus in primo hoc aduentu fuit, sed etiam pacarius, & pacis auctor, ac reconciliatio pro vniuerso genere; in quo rectè per columbam exprimitur, quæ est pacis symbolum. [A multis retrò speculis, columba diluuij finem nunciare consuevit,] ait Nazianzenus. orat. 39. Et concinit Chrysostomus homil. 13. in Math. cuius illa sunt. [Columba cernitur nequaquam oliuæ ramum ferens, sed omnium malorum liberatorem nobis euidenter ostendens; spemque suggerens prosperorum. Non enim ex arca vnus educit hominem, sed postquam apparuit, vniuersum profusum orbem attollit in cœlum; quæ certè pro oleæ ramo omni generi hominum adoptionem detulit filiorum.] Attulit columbæ ramum, quadragesimo die à diluuii aquarum multarum. Et Christus quadragesimo die ab inundatione aquarum vsque ad animam eius, regrediens in cœlum, apertam salutis æternæ viam, & conciliationem cum Patre, misit in homines diuino spiritu exhibuit ut egregiè philosophatur Rupertus. l. 4. in genes. c. 22. Sic Christus factus est pax nostra, iuxta Michæ c. 5. prænunciationem, Et erit iste pax. Id quod etiam exultantes Angeli, mox à nato Christo cecinerunt, dicentes, In terra pax hominibus bonæ voluntatis. Pax inquam, à bona Dei voluntate per Christum hominibus conciliata, ut ex Græco Lucæ contextu habetur, & exponit Gregorius Nyssenius, orat. de Christi natiuitate, ac passim Græci Patres, amot. 21. in c. 2. Luca quibus Toletus inhæret, & recentiorum pars potior.

Fuit hic amoris effectus. At columba passim assumitur in symbolum amoris. Vnde quod Cant. 3. Salomon dicitur ferculi Regij media, id est interiora, constraxisse charitate, non nemo accipit de columbæ imagine tessellata, ex variis gemmis concinnata, ad ornatum illius partis ferculi. Christus autem, ipsa charitas appellatur à Ioanne, verbis illis Deum charitas est. quæ ad Deum carne nostra amictum pertinere, alibi ostendo. Et sanè siue amorem spectemus actiue; (prout scilicet affectu fertur in alium;) siue passiuè, quatenus terminat amorem; iure Christus, in primo aduentu, columbæ imagine exprimitur. Nam & Deum tanto amore profecutus est, ut pro reparanda eius iniuria, in mortem alacer iruerit; idque mundo innotescere voluit sub tempus passionis, cum dixit, ut cognoscat mundus, quia diligo Patrem, sic facio. Sic inquam, non auerfor mortem, nec me subduco discrimini, sed lubens adeo periculum, cui

me succubitorum non ignoro. Refusus est tam incensus amor in homines, in quos sic efferebuit, ut sanguinem vniuersum pro eis in litrum profuderit. Hæc fuit amoris actiui in Christo fornax. Vicissim verò Deus, præ Christo nihil amauit. Quod referas illud Eldæ, l. 4. c. 5. de columba. Ex omnibus creatis volatilibus, nominasti tibi columbam vnā. Meritò Christus, & absolute Iedidia, siue amabilis domino audit; & in titulo psalmi 44. antonomastice dilectus appellatur: ac præ tanta virtutum omnium fragrantia, in odorem vnguentorum suorum omnes trahit; ita ut cernatur in eo verum; quod S. Basilus epist. 175. his verbis narrat. [Ars quædam est accipandi columbas, videlicet talis; ubi vnā cœperint, qui capiendis illis student, cicrem illam reddunt, & ad humanum conuictum affuefaciunt. Deinde vnguento alas illius perungunt, sinuntque coniungi agrestibus: illa verò per vnguenti fragrantiam, agrestem illum, ac liberi pastus gregem, ad possessionem transfert eius, cuius ipsa est domestica. Bene olentem namque; sequuntur reliquæ; atque ita in potestatem columbarij veniunt.] Haud aliter Deus, Christum suum oleo lactis perfusum abundantissimè cœterorum illicem dedit; & ex amore eius, qui est totus desiderium; ad suum amorem felicitat traxit. suppetunt ergo satis multa, ob quæ columba galero intexta, de Christo ipso potest accipi.

Suffragatur eius compactio ex margaritis. Nam margarito, & Christo, perbellè conuenit: siue ortum spectes, de quo S. Ephrem tract. de margarit. prafios, copiosè, sine accidentia, ut alborem, & læuorem, quæ sunt innocentiae Christi, & simplicitatis vnde cumque teretis symbola Illustrauit hoc plenè, cum in opere de Christo, l. 3. sect. 3. c. 4. tum in clausula lucubrationis, cui titulus est. O parasceusticum. tractando postremum orbiculare symbolum Incarnationis. Et sunt quidem Sancti Dei omnes, margaritæ; nominatim Deipara, ex Sancto Ephrem, supra & Damasceno, serm. de natiuit. Virg. atque Bernardo serm. de natiuit. B. Virg. Rectè de ea dictum est, procul & de vltimis finibus pretium eius. Hebræa sonat; Longinquum & ab vnionibus pretium eius. Id est mulier hæc fortis, excedit pretio margaritas ordinarias; estque secundum Christum filium, omnium pretiosissima: At supra omnem comparationem pretiosior est Christus, ut scitè differit Origenes in c. 13. Math. exponens parabolam regni cœlorum, consimilis homini negotiatori quærenti bonas margaritas. Et bene quoque Sanctus Paulinus tractans spirituale mercimonium, epist. 4. Commodè verò cadit insinatio duplicis Christi naturæ, in margaritam. In quam rem sic differit Gregorius Neocæsariensis. [Sicut margarita ex duabus naturis; ex frigore nimirum, & aqua; occultis quibusdam indicij, ac signis maris pronenit; ita quoque D. N. Iesus Christus inconfusè, & immutabiliter, ex purâ, ac casta, & impolluta, ac S. Maria Virgine progreditur in Deitate perfectus, & in humanitate item perfectus, patri per omnia similis, & nobis per omnia consubstantialis, omnis peccati expers.] Id ipsum his verbis tradit S. Ephrem, supra Attende ad Margaritam, & videbis eam duas continentem naturas. Speciosissima quidem est propter Deitatem; ac candida ob assumptionem. In candore ergo claritatem cernis, & in virtute, inhabitantem potentiam vides. Dura quidem est, propter naturam humanam, læuis autem ob conditionem cœlestem: aquatica propter terrenam naturam, ignita verò ob Deitatis hypostasim.] Addit, per hanc lapidem mysticè spectatum, obrigisse. Deo totius vniuersitatis dominium, & perfectam libertatem humano generi vniuerso



uerso esse comparatam. Itaque meritò crumpit in eam exclamationem; [Amo, & excolitur euangelicum lapidem, quia cibus animæ meæ factus est. Suspicio, ac collaudo margaritam, quia de Christo loquitur mihi narrationes mysticas, atque arcanas.]

Quia verò columba inexta galero, non constat vnico vnione, sed omnino multis; datur locus vltiori cogitationi, qua singuli vniones opere tessellato adunati, referant vel varias Christi perfectiones accidentarias, vel singulos Sanctos ad compingendum corpus Christi mysticum concurrentes. Sunt enim omnes membra de membro, & constant vnum cum Christo mysticum corpus, sicut mali vnam Christi spineam coronam contexunt, iudice Lactantio, l. 4. c. 26. Perfectiones Christi accidentariæ, (Christo in supernaturalibus, sunt pretiosissimæ, ac nitentissimæ; & ita exornant Christi substantiam, vt nullus mundus muliebris, ex quibusuis vnionibus coalescens, possit ad eum cultum accedere. Quid verò est vnio iuxta Tertullianum, l. de hab. mul. c. 6. nisi concha de mari Indico, & pomi marini dura, ac rotunda verruca? Hoc probum non cadit in mundum, de quo agimus; qui & supernaturalis est, & omnem superat ætimationem. Sancti verò qui vnum cum Christo mysticum corpus component, insigne planè sunt Christi decus, quo propterea dicitur quasi ornamento vestiri.

Est ergo Christus in primo aduentu, *margarita patrum fulgoris in aquis abscondita*, vt loquitur Analt. Sinaitica l. 5. hex. 10. Nec abs re Christus in prælepi nascens, exhibitus est in vnione, qui reperiens est in corde piæ Virginis, Margaritæ à Castello, adhibita post eius mortem sectione, vt narrant Ladonius Granatensis, conc. 3. in Nat. Dom. f. 3. & Ioannes Bonifacius l. de histor. Virg. c. 1. Omnia in hoc vnione decora, omnes perfectiones enitent. Quid enim nobile, & pulchrum desideratur in Christo, vt rectè expendit S. Gregorius? l. 19. mor. c. 30. Omnes alios ipse dignitate, & pretio superat, nec vllus ei adæquat, aut similis est, vt ex psalmo 88. confirmat S. Cyrillus. l. 1. in Ion. c. 2. Et quotquot ad primarium vnionem compacturi vnum corpus mysticum accedunt, ab isto ortum habent. Subiocio aliqualem huius rei adumbrationem, ex narratione Roueri Pontani Carmelitæ, qui ex fide Mesini Equitis Rhodiensis, prodit, in Assyria anno 1532. media nocte natum esse speciosissimum puerum, ex muliere, cui nomen *Rubina*: eam noctem fuisse splendidissimam, & sole fulgente claram: postridie magna tempestate coorta, nubes pluiffe margaritas. Nasciturum Christum, rotantes coeli desuper, & nubes pluerunt. Idem natus, innumeras Sanctorum Margaritas pluit; quæ in vnum mysticum Christum sunt coagmentatæ; eoque ipso, si quid eis fœculentum, terrestrève infederat, ex quo in hanc columbam transeunt, abstergitur, atque perficitur quo facilè accommodes, quod Franciscus Ruicus l. 2. de gemmis c. 13. narrat de gemmis, quæ ex amne margaritifero, in Vogelo Lotharingiæ monte leguntur: non enim sunt vsque adeò splendide; sed quæ gratia in eis per genescum desideratur, relacitur per columnas; quæ deuoratas margaritas, puriores tandem cum fœcibus egestione restituant.

Videretur consensio Christi in primo aduentu, & columbæ ex margaritis contextæ, sufficienter patefacta; nisi duo obstarent. Primum est, quod columba gemitus pœnitentiæ insinuet, vt ferunt illa crediti Cypriani, reuera Arnaldi Bonæ vallis *serm. de spir. sanct.* [Spiritus Sanctum in columbæ specie vidimus, & intelleximus ex illa specie, gemitus pœnitentiæ,

& desideria contemplationis diuinæ, ex simplicitate cordis, & innocentia vitæ immaculatæ incessante prodire, neminem nisi suspiriis eiusmodi præcedentibus, & inspiratione diuina mouente, posse ad cœlestia aspirare; vt suspiratio, & inspiratio, & aspiratio, à Sancto Spiritu, & causam habeant, & effectum, & materiam, & pronuntium.] Eodem recidit; quod Isidorus Pelusiota l. 4. epist. 110. illum locum ex Ezechielis 7. *Et erunt in montibus, vt columbæ meditantes*, exponit de gemitibus præ animi angustia, & concepti interni doloris acerbitate, quæ maximè congruit pœnitentibus. Nec aliter sonat illud Ezechielis, *Isaia 38. meditabor vt columba, attenuati sunt oculi mei. At pœnitentia simpliciter dicta, quæ de peccato concipitur, in Christum non cadit. Est enim retractatio peccati, & de eo dolor: vt propterea pœnitentiam a Christo remoueant D. Thomas, in 4. d. 14. q. 1. artic. 3. q. 3. Valques, 3. p. q. 85. art. 4. dub. 2. Valentia, q. 2. de pœn. p. 3. & alij, quos Ragusa, tom. 1. in 3. p. d. 68. addenlat.*

Sed hæc non est quod nos remorentur. Verè enim Christus, pœnitentiæ spiritu actus est, & pœnitentiam obinit; non quidem de peccatis propriis, quæ nec habuit, nec habere potuit, sed de nostris quæ suppeditant idoneam alienæ pœnitentiæ motuum; vt propterea pœnitentiam in Christo agnoscat in hoc sensu, Argentina, in 4. d. 14. q. 1. ad 5. & Suarez, disp. 7. de pœnit. si n. 11. & t. 1. 3. p. d. 4. f. 5. Altipulari respicit Rupertus, l. 9. de proc. spir. sancti c. 10. qui agens de Christi Baptismo, sic disserit, [Non illud solum attendere debes, quod ex tunc verbum in carne, Deus in homine, mihi aculis cepit clarificari: imò quod tunc pœnitentiam pro nobis agendam suscepit, Baptisatus Baptismo Ioannis, videlicet in pœnitentiam: quam protinus à ieiunio quadraginta dierum inchoauit, & in ea perseverauit vsque ad mortem, mortem autem crucis. Verè magnum pietatis sacramentum, quia Dominus posuit in eo iniquitates omnium nostrum in pœnitentiam. Nam eiusmodi pœnitentiam mortè crucis consummatam, lex sacra, & mystica in sacramento sacrificij signauerat, dicendo; *si holocaustum oblatum fuerit Domino de iurturibus, & pulli columbæ, offerat eos sacerdos ad altare, & retorio ad collum capite, & rupto vulneris loco, decurrere faciat sanguinem super crepidinem altaris. Non secabit nec ferro diuidet eam, & adolebit super altare ligna igne supposito; holocaustum hæc, & oblatio suauissimi odoris Domino.] Applicat hæc omnia Rupertus, magno illi pietatis sacramento, quo Christus omnis peccati proprii & expers, & incapax, vt emundaret sibi gloriosam ecclesiam, nec Deus perstaret violatus, hostia veræ emundationis, pro nobis factus est; expians in seipso, per susceptam vltro pœnitentiam, noxas nostras. Non dissimiliter S. Macarius, homil. 47. num. 5. interpretatur de Christo pro nobis immolato, sacrificium illud columbæ duplitis: quarum vna solum mactabatur; & eius sanguine altera altera dimittitur, vt libera auolaret. Similiter enim Christus, asperione sanguinis sui, ac susceptione pœnitentiæ pro nobis, indidit nobis alas spiritus Sancti, iuxta S. Macarium; quibus instructi, in ætrem diuinum, nexibus peccatorum expediti euolemus. Igitur columba, tametsi meditans, ac gemens, proindèque pœnitentiæ typus, hand incongruè assumitur in Christi symbolum, pro vt in priore aduentu oneravit se sarcina delictorum nostrorum, & mitis, ac inglorius apparuit.*

Alterum quod dicebam videri posse obstare stabilitate in superioribus consensio Christi in primo aduentu (qualis in xenio pontificio exhibetur) atque

## §. III.

## De Solè.

Intextum pileo solem, in xenio Natalicio, quod exponimus, ad symbolicam Christi nascens expressionem pertinere, non erit difficile euincere. Malnichæi quidem, referente S. Augustino, trac. 34. in Ion. solem hunc corporeum, pecoribus quoque conspicuum, esse Christum Dominum, blasphemè, ac absurdissimè effutuerunt. In bono tamen sensu, sol iustitiæ, (vt Malachias appellauit,) Christus est, & solis symbolo commodè exprimitur; siue spectetur secundum generationem æternam ex Deo patre, siue secundum temporariam ex matre Virgine, in quam rem plenè Nicetas, ad orat. 42. Naz. Et vtramque hanc Christi natiuitatem, in festo Natalis Domini recolit, animaduertunt Rupertus, l. 3. de off. c. 17. Durandus l. 6. c. 13. num. 19. autor rationalis officiorum, atque Beletus, c. 69. Fauet S. Augustinus, qui in variis de natali Domini concionibus, sæpè vtramque Christi natiuitatem attingit. Tametsi enim serm. 25. de tempo. c. 2. negat hoc festum esse de æterna generatione, hoc tamen intelligit de eo festi huius obiecto, quod principaliter, & directè celebratur. Quidquid autem sit de festo Natalis Domini, symbolum quod exponimus, ad vtrumque Christi ortum accommodari facilè potest, vt etiam debet, vt vna Natiuitas alteri lucem affundat respectu nostri; & liquidè deprehendamus, quo Deus se demiserit nascendo in tempore ex matre, qui in splendoribus Sanctorum, ex vtero ante luciferum, generatur à Patre.

Esse igitur Christum, spectata generatione æterna, solem intelligibilem micantissimum, tradiderunt multi Patres, quibus sol assumitur in symbolum Trinitatis personarum, ac processionum Filij, & spiritus Sancti. Videlicet Tertullianum, contra prax. c. 8. Athanasium, ad 4. ex qq. nouis. Cyillum l. 8. in Jul. ad text. 2. Manuelem Calecam, Patres allegantem apud Turrianum ad Cyparissitam, deo. 10. c. 10. & plenius id versantem solita accuratione Didacum Ruis de Trin. disp. 44. sect. 2. paucis rem exequitur, author expositionis de Trinitate Iustino tributa, his verbis. [Sic intelligimus Filium à Patre natum, sicut lumen è lumine promicans. Nam hac imagine refertur & coæternitas, & essentia identitas, & passio expers natiuitas. Quatenus enim eluxit, cum eo vnde eluxit, sine tempore fuit. Quod enim tempus medium, potest inter lumen, & splendorem eius intercedere? Quatenus autem lumen è lumine, rationem luminis præ se fert, ex quo enatum est. Rursum quatenus lumen est id quod progignitur, passione caret Natiuitas: non enim decisione, aut defluxu, aut diuisione elucescit, sed ex ipsa essentia, sine vlla passione procedit.] Ad eundem modum salua processionis differentia, exponit per solem corporeum, processionem spiritus Sancti. Non est autem cur in hac imagine æternæ generationis Filij Dei, tanquam in profufluxu radij æterni à sole suo, diu immoremur. Sed quod in Heracliti, Magi, & fallaci specie sanctitatis apud improvidos suspiciendi, natiuitate contigisse prodit Damascius apud Photium, c. 242. hic quoque locum habet. [Fertur (inquit) ex vtero matris proditille, indice silentij digito, labijs adherente: quo modo



Sectio II.  
§ 2.

modo, & Ægyptij fabulantur, orum; & ante orum, solem, natum esse. Itaque cum digitus labiis adhæreret, sectione illi fuit opus; labrum semper leniter incisum permansit, conspicuum omnibus insignum inenarrabilis illius natiuitatis. Planè sic natus est ab æterno sol noster; proindeque eius natiuitas, solo silentio honoranda est, vt ex cyri Prodromi concione referebam, & præiuerat agens de ipsa natiuitate S. Basilius, *homil. de Christi generat.*

Tam quod tempotalis ex matre, Christi natiuitas, rectè solis simbolo exprimitur, dictum abundè est in Tractatione de Christo, l. 3, § 3, c. 8. Itaque hic breuius expedire rem licet, auspice in primis S. Fulgentio, *serm. de dupl. Christi. natiu.* qui hanc secundam lucis de sole processionem cum priore connectens, Deique omnipotentiam simul & gratiam suspiciens, ait; [omnipotentiam nunc dicimus, qua Verbum, quod in principio erat, & apud Deum erat, & Deus erat, fecit omne quod nouerat. Gratiam verò, qua Verbum caro factum, venit quærere, & saluum facere quod perierat: Omnipotentiam, qua fecit omnem diem; gratiam, qua certo die concipi, & certo die dignatus est nasci. Idem igitur minoratus paulò minùs ab Angelis, in die factus est hominum, qui cœternus, & æqualis Deo Patri, dies Sanctorum semper est Angelorum, de ipso quippè Propheta dicit, *benè nunciante, diem de die salutare eius.* Quid est diem de die, nisi Filium de Patre? Est igitur de Patre Filius, de die dies: Sed tamen Pater, & Filius non duo dies, sed vnus est dies. Est de Patre Filius, de deo Deus; Pater tamen, & Filius, non duo Dij, sed vnus est Deus. Vnus igitur dies æternitatis, simul Pater & Filius à nobis agnoscitur; in die autem temporis, solus Filius inuenitur. Dies enim æternus, Pater & Filius, nostrum corpus, & animam fecit: In die verò temporis, solus filius nostrum corpus, animamque suscepit. Christus dies æternus; vnigenitus in forma Dei manens; Christus in die temporis vnigenitus, formam serui accipiens. Christus dies æternus, diues, permanens vt conderet nos. Christus in die temporis pauper factus, vt redimeret nos. Dies æternus, Christus; Deus de Deo Patre: Christus in die temporis, Deus homo de Virgine Matre. Christus dies æternus, Verbum eructatum de corde Patris; Christus in die temporis, verbum caro factum, de vtero Virginis Matris. Christus dies æternus, Deus verus de Deo vero; Christus in die temporis, sponus procedens de thalamo suo. ] Profecit de more, ex S. Augustino *ser. 12. de temp. c. 3. & ser. 62. de diuers. c. 3.*

Solem quoque, verbi corporati, atque aded etiam ex matre nati, imaginem statuit laudatus proximè author expositionis fidei Iustino tribuat, sed ex suppositione sententiæ, quæ tamen S. Basili *hom. 2. hexaem.* fuit, & quorundam Græcorum, iuxta communioem tamen doctorum sensum, non admittitur. Assumit enim author ille, lucem longè anteriùs productam, quarta denique die, immisissam esse corpori solari. Ex qua suppositione, sic philosophatur in rem nostram. [Intelligamus illud verbum, lumen esse primigenium, quod prima voce Dei ipsum verbum prognatum est: Corpus verò solare, corpus humanum, cui modis arcanis verbum illud vnitum est. Caue autem putes, solem aliud lumen, quàm id quod primùm factum est. Nec enim quasi parum sufficiente ad illustrandum mundum illo primo, sol factus est, vt defectum eius suppleret: non est enim talis hic opifex, vt nec perfectum opus prospexerit, nec splendorem, quantum vsus postulat, creauerit. Vnum est igitur lumen illud primigenium: sol au-

tem corpus ei paratus est, in quo collectum lumen hoc, diffundat se inde per omnia, &c. Cum ita se habeat lumen ad solare corpus, considerate iam diligenter hanc rationem. Sicut enim post vnitionem primigenij luminis cum solari corpore, nemo hæc potest ab inuicem diuellere, neque alterum, solem seorsim vocabit, alterum verò lumen; Sed vnus sol, hoc lumen dicitur; sic de illa vera luce, & Sanctissimo corpore, post vnitionem nullus dixerit, alterum seorsim Filium verbum Dei, alterum verò Filium hominem; sed vtraque vnum, & eundem intelligit; sicut vnum lumen, & vnum solem; tum comprehensum lumen, tum corpus quod id continet. Rursus sicut vnum lumen, & vnus sol, naturæ verò duæ: altera luminis, altera corporis solaris; sic & hic, vnus Filius, & Dominus, & Christus, & Vnigenitus; naturæ verò duæ, altera nostra, altera nobis superior. Rursus sicut huic lumini lumen inest actu, quod nemo separare possit à corpore conceptaculo suo: ratione tamen quibus discernat naturam cuius est hæc vis propria; sic in vno Filio Dei, vnuerfam vim nemo separauerit ab vnica Filietate, naturæ tamen eius proprietatem, ratione quibus discernit.]

Non præito veritate illius doctrinæ, de luce primùm seorsim producta, tum quarta die conceptaculo solis immissa. Tamen vsurpari potuit ea similitudo, quia nulla fuit repugnantia, quominùs sol sic produceretur. Nam siue lumen sit accidens, (vt sanè est;) potuit primò per triduum per se creari, tum quarta die idemmet ex subiecto prodaci per veram educationem. Si autem (quod multi nunc asserunt,) lumen sit substantia, potuit ea substantia, per tres primos dies abiuncta à solis corpore, eidem postea iungi post priduum, & in eum quasi loculum immitti, aut ei corpori innigi continuatiuè, vel etiam suppositaliter, per diuinam potentiam. Et quamuis hæc omnia falsitate laborarent; tamen eo ipso quod ita visum est plerisque, potuit inde duci emblema, ad vtrumque effigiendam corporationis verbi imaginem. Sicut quamuis quæ producantur de Phœnice rediniuo, sint falsa, tamen non absurdè inde petitur similitudo, pro resurrectione nostra, supposito peruulgato apud multos errore Phœnicis. Nec raro diuina ipsa scriptura, ex vulgatis narrationibus tamen fabulosis, affundit lucem veritati quam proponit, vt notauit S. Augustinus, *psal. 57. ad illud Pláitis, sicut aspídis iurda.*

Dimissis autem minùs receptis, & (vt puto) falsis suppositionibus, de luce substantiali, & prima eius productione extra suum veluti loculum, tum inuisione in eum; suppetunt multa, quibus illustremus propositionem Christi in tempore nati cum sole comparisonem: circa quam Rupertus, l. 3. *de offic. cap. 16.* præfatus, nec absque probatone idonea, diem natiuitatis Christi fuisse dominicam, illud pulchrè statuit. [Nocte dominicæ natus est Christus, consonante mirabilium suorum ordine, vt quo die dixit *Fiat lux, & facta est lux;* eiusdem diei nocte, exoriretur in tenebris lumen relictis corde, & visitaret nos oriens ex alto, illuminare his qui in tenebris sunt, & in vmbra mortis. Nocte verò congruè natus est, vt ipso die, ortus sui tempore, ad illuminandam noctem nostram se aduenire signaret.] De hac, in qua versamur comparatione, eregè differit Anastasius Sinaita, *oro. l. 4. hexaem.* verum aded diffusè, vt non possit hic exseribi, sed adendum sit, vt quæcunque ad solem spectant, relata ad Christum perspiciantur.

Nominatim

Nominatim verò iucundum est videre, hunc solem nascentem, præuia stella matutina, (Sic vocat Ioannem Baptistam Christi præcursorem,) signare in cœlo spirituali ecclesiæ, Zodiacum Sanctorum correspondentem Astrologico Zodiaco; Apostolos nimirum & Euangelistas, quibus addit septem planetas mutantes ab hoc sole lucem, quos accommodat septenario Diaconorum, de quo Lucas in Actis. Sed hæreamus in mystici huius solis exortu temporario; quem Sedulius, *lib. 2.* Sic exhibuit.

*Itaque nouem lapsis decimi de limine mensis,  
Fulgebat sacrata dies, cum Virgine facta  
Promissum compleuit opus, verbum caro factum  
In nobis habitare volens. Tunc maximus infans,  
Inemerata sui conseruans viscera templi,  
Illasum vacauit iter; pro Virgine testis  
Partus adest, clausa ingrediens, & clausa relinquens.  
Que nona lux mundo? qua toto gratia celo?  
Quis fuit ille miror Maria, cum Christus ab alio  
Processit splendore nouo? velut ipse decora  
Sponsus cuius thalamo, forma speciosus amœna,  
Pra natis hominum; cuius radianse figura,  
Blandior in labris diffusa est gratia pulchris  
O facilis pietas! ne nos feruile teneret.  
Peccato dominante iugum, seruilia summus  
Membra tulit Dominus, primique ab origine mundi  
Omnia qui propriis vestit nascencia donis,  
Obsitus exiguis habuit velamina pannis:  
Quæque procellosi non mobilis vnda profundi;  
Terrarum non omne solum, spatiosaque lati  
Non capit aula poli; puerili in corpore plenus  
Manfit, & angusto Deum in præsepe quieuit.*

Hoc verò fuit, solem nube tegi, & obscurari, vt de tenebris lux splenderet. Nam lux in tenebris fulsit, & tenebræ eam non comprehenderunt. Sol in media caligine tantæ demissionis, radiis suis dispulit eam abiecuritatem. Qua in re singularem planè gaudij simul ac stuporis materiam, deprehendit S. Chryostomus, ea homilia, qua festum Natiuitatis tunc primùm Antiochiæ, itato, ac certo die celebratum exornauit. [Seruatorem nostrum, (inquit,) hodie natum conspicientes, exultare, & gaudio gestire par est, & suspicere, atque aded cum stupore admirari, incarnationis eius magnitudinem, omni cogitatione superiorem. Tecum enim reputa, quantum sit, solem ex cœlis descendente, videre in terra currentem, radiisque hinc suos emittentem. Quod si aliquid in sensili illo luminari eueniens, meritò omnes quotquot id viderent, in stuporem taperet: Considera nunc mihi & perpende, quàm longè maius sit; iustitiæ solem ex nostra carne radios suos eiaculantem, animasque nostras illustrantem, aspiciere.] Gratiore accidit huius cogitationis persuasio, si illustrationem per hunc solem orbi illatam, componamus cum nocte occupante terras, ante eius exortum; eoque ibi, & sæpè alibi, collimat Chryostomi oratio.

Incubnerat ergo eatenus mundo, atra, & perfregida nox, cuius imaginem, Lactantius l. 2. *cap. 10.* statuit istam noctem materialem. Nam sicut dies corporea, imago est lucis gratiæ Oriente Deo affulgentis, ita nox mystica habens parentem Occidentem (Satanam inquam, qui est oceanus super quem Dominus ascendit,) terribilissima caligine involuebatur. [Oriens (ait Lactantius,) Deo accensetur, quia ipse lumen fons, & illustrator est rerum, & quod orti nos faciat ad vitam sempiternam. Occidens autem conturbat illi, prauæque menti adscribitur; quod umen abscondat, quod tenebras semper inducat, & Theophilus Raynaudi Pontificia.

quod homines faciat occidere, & interire peccatis. De Sole. Nam sicut lux, Orientis est; in luce autem vitæ ratio versatur; sic Occidentis tenebræ sunt; in tenebris autem & mors, & interitus continetur. ] Subdit de nocte, ac die, à binis illis authoribus mysticè inductis, ipsoque die, ac nocte materiali prouisus ad representationem diei, ac noctis spiritualis. Addit enim. [Quæ duo etiam in hoc præcius futurorum Deus fecit, vt ex iis, & veræ religionis, & falsarum superstitionum imago quadam ostenderetur. Nam sicut sol qui oritur in die, licet sit vnus; (vnde solem esse appellatum Cicero vult videri, quod obscuratus syderibus solus appareat;) tamen quia verum, ac perfectæ plenitudinis lumen est, & calore potissimo & fulgore clarissimo illustrat omnia; ita in Deo, licet sit vnus, & maiestas, & virtus, & claritudo perfecta est. Nox autem quam prauo antitheo illi dicimus attributam, eius ipsius multas, & varias religiones, per similitudinem demonstrat. Quamuis enim stellæ innumerabiles, micare, ac radiare videantur; tamen quia non sunt plena, ac solida lumina; nec caloris præferunt quicquam, nec tenebras multitudinem sua inueniunt. ] itaque densa caligo orbi vniuerso incubabat, vnaque frigus acidiæ, & ad virtutem torpor ac rigor. Nec stellæ illæ, quas Deus subinde excitabat (vt Lactantius artigit, pleniusque profequuntur S. Augustinus, *tract. 23. in Ioann. S. Gregorius Magnus, præfat. in Iob. c. 10. & Anastasius Sinaita l. 4. hexaem.;*) præ spiculo lumine, pares erant, siue dispellendis tenebris, siue acritudini hæmism soluendæ. Locus erat contestationi illi Eldræ l. 4. c. 14. *Postum est speculum in tenebris, & qui habitant in eo, sine lumine. Expectauimus lucem, & ecce tenebræ;* (inclamabat Isaías;) *splendorem, & in tenebris ambulauimus. Palpauimus sicut cœli parietem, & quasi absque oculis atreclauimus. Impegimus meridie quasi in tenebris, & caliginosis, quasi mortuis.* Erant planè in Cimmericis tenebris Pagani; (qui penè mundum complebant,) patentibus oculis: nec Iudæi subdubia licet luce offusa, illuminabantur; quia in ea suboscuro luce, clausis erant oculis, habentes cum Moyse superpositum velamen, vt S. Augustinus in *psal. 25. sub finem.* philosophatur. Fumus ignoraentiæ immensus, ex igne concupiscentiæ, & humecta materia nostrate euectus, aded domum mundanam vniuersam replenerat, vt ne Dominus quidem domus, conspicuus esset habitantibus in ea, vt S. Petrus Clementem, l. 1. *recognit.* docebat. Iure tunc plerumque vitam per noctes numerabant. [Numidæ in Lybia, (ait Nicolaus Damascenus,) non ex diebus, sed ex noctibus tempora sua computant.] Tacitus item de Germanis. [Nec dierum numerum, vt nos, sed noctium computant: sic constituunt, sic condicunt. Nox ducere diem videtur.] De Gallis Cæsar. l. 6. *de bello Gall.* [Spatia omnis temporis, non numero dierum, sed noctium finiunt.] Et idem habetur ex Actis S. Gouaris, cum de Rustico Episcopo, conuicto turpitudinis. [Videtur Lindebrogium, *V. Nox.* in vocabulario ad ll. Germanicas. Benè habebit profecto ea numeratio, quandoquidem vita vniuersa, nox erat, per absentiam solis veri; & dies nostri, vt ex Platone 7. de Repub. tradit Clemens Alexandrinus, l. 5. *from.* nocturni erant.

Deo gloria. Orto sole nouo depulsa sunt tenebræ. *Nova vni,* in clamabat olim inter Ethnicos Græcos, famulus lucernam in nocte accendens, significans accenso lumine vinci tenebras. Quam Græcanicam acclamationem, sanctificauerunt prisca Christiani, substituto ei hyumio glorificationis in ecclesia vulgarissimo, *Gloria Patri, & Filio & Spiritui*

A A A

*Spiritus Sancto*, vt meminit S. Chryostomus adductus à Ioanne Cyparissota, *dec. 6. c. 9.* Verè per hoc lumen trifidum in vna sua persona corporatum, vicinus noctem, dispulnus tenebras, quia exortum est lumen, quod est misericors, miserator, & iustus Dominus. Pater Orientem ex alto Filium mittere, illuminare eis qui in tenebris, & in umbra mortis sedebant. Inhabitantibus in regione umbræ mortis, lux vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, Deus Dominus illuxit nobis. *Nicodemus*, vicinus, superauimus, tenebras antiquas. Fas item fuerit, voces illas profanas à Iulio Firmico, *l. de error. prof. c. 20.* memoratas, superstitiosè ab Ethnicis adhibitas, hic usurpare. *χαίρε νόμοις, χαίρε νόμοις, χαίρε νόμοις.* Insultat talia inclamanti Ethnicis, Iulius Firmicus. [Dicitis *χαίρε νόμοις, χαίρε νόμοις.* Quid sic miserum hominem per abrupta præcipitas, calamitosa persuasio? Quid illi, falsæ spei polliceris insignia? Nullam apud te lumen est, nec est aliquis sponfus, qui hoc mereatur audire. Vnum lumen est, vnus est aliquis sponfus hominum, quorum gratiam Christus accepit. Non poteris ad te alienæ felicitatis transferre gloriam, nec poteris cœlestis luminis splendore decorari, in tenebras squalorèsque proiectus, Illic sordes, squalor, caligo, tenebræ, & perpetuæ noctis dominatur horror. Siuis, vt tennis saltem tibi splendor luminis luceat, erige vultus, & demersos erige oculos; ac desertis his, ad eum te confer, qui dixit *Ego sum lux mundi.*] Verè hic est sol exortus post tenebras, verè sponfus procedens de thalamo, vt Gigas ad currendam viam, cuius occursum à summo cœlo per descensum ad nos, ad summum vsque eius per regressum ad Patrem; nec erit qui se deinceps à luce, & calore eius abscondat. Comprobatur hic verum, quod habet fabula apud Æneam Sylium, *in Europa c. 26.* Rex potentissimus, capium solem, vt Lituanus Hieronymo Prægenti, (non illi cœlesti Hufsi socio, sed Camaldulensi) narrabant; recluserat in munitissimæ turris carcere. Signa Zodiaci, solem conclusum eduxerant perfractis ingenti malleo adibus; solèmq; liberatum, hominibus restituerunt. Inde malleo diuinus cultus apud Lituanos, donec dedocente Hieronymo obiecerunt errorem. Verè Imperator potentissimus Satanas, & crescente splendore, noctis termini contrahuntur. Neque enim casu, aut sponte sua contingunt hæc, Fratres, in hac die solemnè, qua humanæ vitæ splendore diuina vita: Sed per ea quæ cernuntur, mentis aciem intendentibus, arcanum quoddam ostendit natura, ac tantum non vocem emittens, docet eos qui audire possunt, quid sibi velit quod in aduentu Domini dies augetur, & nox imminuitur. Mihi enim videor eam sic loquentem exaudire. Considera homo qui hæc aspicias, ex iis quæ videntur, ea tibi aperiri, quæ recondita sunt. Vides noctem ad summam longitudinem peruenisse; & cum progredi ulterius nequeat, consistere, ac regredi. Cogita exitiosam peccati noctem, quæ malis omnibus artibus aucta, ad summum malitiæ cumulum venerat, hodie recisam esse, ne longius serperet; atque illuc deinceps redigi, vt planè deficiat, ac deleatur. Vides vberioris lucis radios, & solem solito sublimiorem? Cogita verè lucis præsentiam, Euangelij radiis totum orbem illustrare. Prudentius, *hymno 11. cathem.* Scitè ad eam mentem.

Osæ verba sunt cap. 6. quæ ibi vtraque glossa, Lyranus, atque Ribera, de Christi natiuitate temporaliter interpretantur. Et rectè. Ea liquidem temporalis natiuitas, à Deo præparata, & disposita est velut mundi diluculum: qua voce significatur vespera, lucefcens in die appetente: id est crepusculum matutinum, & aurora. Ea comparatione, duo insinuuntur natiuitatis Christi insignia adiuncta. Primum est quod Christi natiuitas ex Virgine fuit nitentissima, à profusis expers sordium quibus alia puerperia scatent. Dies enim veluti paritur ab aurora absque vlla in partu illuie. Quæ causa est cur natiuitas Christi & prout Dei & prout hominis psal. 109. conferatur auroræ. Vbi enim nos legimus, *in splendoribus Sanctorum ex vtero ante luciferum genuisse*, alia lectio habet consentaneè ad textum Hebræum, *De matrice aurora tibi ros natiuitatis tua* vt ex Mose Haderam refert Galatinus. l. 3. de arcan. cap. 17. In qua lectione grande latet mysterium vt attigi in Glossario ad Nomenclatorem ad titulum, *Aurora.* Nam & bona orbi illata per Christi natiuitatem expressa sunt nomine *uocis*, & puritas exortus Christi ex umbra luminosa, vt alij legunt idest purissimus & vsquequaque nitentissimus, nec habens aliquam partem nostratum tenebratum, est propositus. Nec refert quod S. Hieronymus verterit *tibi ros adolescentiæ tuæ.* Nam Christus, etiam intra matris vterum, sicut à Ieremia denominatus est, *vir* eo oraculo *foemina circumdabit virum*, ita *adolescens* potuit denominari.

Alterum adiunctum Natiuitatis Christi intricatum voce *diluculi*, sonante auroram, in eo situm est, quod sit diei aduentantis præuia, & noctis abeuntis nuncia, incipientibus minui tenebris, luce verò augete. Hæc autem mysticè rem spectando, fuit vera periodus temporariæ natiuitatis Christi, vt S. Gregorius Magnus affirmabat, distinctè utique expressit alter Gregorius *orat. de natiuitate.* S. Basilij germanus, his præter cætera. [Agite, ad spirituales choreas animos nostros excitemus, nobisque chori duces, ac principem, & coryphæum, Dauidem proponamus, & vna cum illo dulcem illam emittamus vocem, *Hæc est dies, quam fecit Dominus, exultemus, & lætemur in ea.* In hac tenebræ incipiunt minui, & crescent splendore, noctis termini contrahuntur. Neque enim casu, aut sponte sua contingunt hæc, Fratres, in hac die solemnè, qua humanæ vitæ splendore diuina vita: Sed per ea quæ cernuntur, mentis aciem intendentibus, arcanum quoddam ostendit natura, ac tantum non vocem emittens, docet eos qui audire possunt, quid sibi velit quod in aduentu Domini dies augetur, & nox imminuitur. Mihi enim videor eam sic loquentem exaudire. Considera homo qui hæc aspicias, ex iis quæ videntur, ea tibi aperiri, quæ recondita sunt. Vides noctem ad summam longitudinem peruenisse; & cum progredi ulterius nequeat, consistere, ac regredi. Cogita exitiosam peccati noctem, quæ malis omnibus artibus aucta, ad summum malitiæ cumulum venerat, hodie recisam esse, ne longius serperet; atque illuc deinceps redigi, vt planè deficiat, ac deleatur. Vides vberioris lucis radios, & solem solito sublimiorem? Cogita verè lucis præsentiam, Euangelij radiis totum orbem illustrare. Prudentius, *hymno 11. cathem.* Scitè ad eam mentem.

*Quid est quod arctum circumlum  
Sol iam decurrens deserit?  
Christus ne terris nascitur  
Qui lucis auget tramitem!  
Hæc quam fugacem gratiam,  
Festina voluisti dies:  
Quam penè subductam facem,  
Sensim recisa extinxerat.  
Cælum nivescat lætus;  
Grætur & gaudens humus;  
Scandit gradatim denudò  
Iubar priores lineas.  
Emerge dulcis piffo,  
Quem matris edidit castitas,  
Pateris, & expers coniugis,  
Mediator, & duplex genus.*

Quasi diceret, in hoc regressu solis corporis, signari solis mystici exortum, cuius accessu dispelleretur caligo mysticæ, & lux suauissima affunderetur.

S. Augustinus eandem cogitationem sæpè versat. Præclare verò quodam loco, *serm. 22. de temp. his* verbis. [Elegit sibi in quo nasceretur, diem, qui fecit omnem diem, & non sine gratia prælationis, cæteris est diebus habendus hic dies, in quo Deus in hominem docetur fuisse promotus, denique ex hodierno, dies accepit incrementum, augmenta sumit cursus sui, qui electus ad gloriam Dei nascitur. Conceptus est enim æquinoctio vernò, & natus est solstitio hyberno: & qua die est conceptus in vtero Virginis, in ipsa resurrexit ab inferis, cum gloria passionis. Et in conceptu tamen, & in natiuitate eius, dies accepit incrementum; & nascente vera luce, & diei augmentatur Officium.] Et rursus. [Hæc est dies, quam fecit Dominus, exultemus, & lætemur in ea. Crescit ecce dies cum ortu nascentis, & lucratio prouentu, vel successibus momentorum, noctisque imminuto curriculo defectioem sentiunt opera tenebrarum. Die enim æterno nascente, augmentum debuit dies temporalis accipere: non vt dies aliquid nascenti conferret, sed vt ex nascente dies prærogatiuam incrementi, vel felicitatis acquireret, & fieret toti mundo festinus, in quo verus Deus, homo natus est in carne perfectus.]

Quod hi Patres, in actu quasi signato, tradunt de augmento lucis, & tenebrarum imminutione in Christi temporaria natiuitate, potest in actu exercito deprehendi; considerando vel ignorantiam, & peccati tenebras, iam tunc decreuisse; scientiam verò Dei, & motum compositionem, cum abactione vitiatorum, iam tunc inualuisse. Ignorantia enim quæ ad eam diem, vsque ad eam crassa fuerat, vt lapides, & ligna pro Deo essent, & homo reptilibus quoque, ac brutis despiciatissimis, tamquam dijs suis accideret, ab his Christi initijs depelli cœpit; Magis, Gentilibus, & Pastoribus Indicijs, ad veram lucem accurrentibus, ac cælitus miro fulgore interno collustratis, de infante Deo. Peccatorum verò tenebræ, à B. Chryostomo *hom. 4. in Ioan. ad finem*, egregiè descriptæ, ab hac die imminutæ sunt. Fuerant sanè non apud gentes solam densissimæ, vt per se liquet, sed etiam in Iudæa, in qua optatus quisque, erat vt palinurus, & ipius de sepe. Omnes bestiarum sylvarum orbe vniuerso, Iudæa non exclusa, vt in nocte caliginosa, grassabantur impudè, iuxta illud Psalms. *Posuisti tenebras suis orbem caliginè obduci, & facta est nox; in ipsa pertransibunt omnes bestiarum sylvarum.* Omnes scelerum efferationes peragabantur orbem, & virtuti inferent vastitatem. Quandè

Theophili Raynandi Pontificia.

hæc calamitas perseverabit? Nequè id filius David. *De Solis.* Nam subdit. *Ortus est sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur. Exhibet homo ad opus suum, & ad operationem suam vsque ad vesperam.* [Tenebras quippè Dominus ponit, (ait S. Gregorius,) cum peccatis iudicia rependens, lumen suæ intelligentiæ subtrahit: & nox efficitur, quia prætorum mens ignorantia suæ erroribus cœcatur: in qua omnes bestiarum sylvarum pertransiunt, dum maligni spiritus sub opacitate fraudis latentes, in reproborum cordibus prauitates suas explendo, percurrunt. In qua & catuli leonum rugitant, quia nequissimarum, sed tamen eminentium potestatum ministri spiritus, importunis tentationibus insurgunt. Qui tamen à Deo escam appetunt; quia nimirum capere animas nequeant, nisi iusto iudicio præualere diuinitus permittantur. Vbi & aptè subjungitur, *Ortus est sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocauerunt;* quia veritatis lumine per carnem apparente, à fidelium mentibus excussi, quasi ad cubilia sua reuersi sunt, dum sola infidelium corda tenuerunt.]

Sic comprobatur est Isaiæ vaticinium c. 21. iuxta Richardj Victorinij interpretationem, S. Bernardo percontanti, datam. Tenebris terram occupantibus, quia in ea degebant, vel superstitione, vel vitæ genere Idumæ; atque ex Seir, clamores ad cultodum hominum ingeminabant, dicentes, *Custos quid de nocte? Responsum dedit Custos. venit mane, & nox.* Hoc quid sit, Richardus *l. de incar. c. 13.* sic edificavit. [Ab ipsa primæ prænaricationis hora, vsque ad Christum, omnes sub nocte erant, & viam reuertendi ad patriam portam intrandi ad vitam, inuenire non poterant: Et idcirco veri dei manè desiderabant, qui quas tenebras paterentur, non ignorabant. Et ecce eis iuxta desiderium suum respondetur, cum à Domino dicitur, *venit mane.* Quid est *mane*, nisi quædam inchoatio lucis diurnæ. Scitis autem quis dicat, *Ego sum lux mundi, lux mundi, & sol iustitiæ, Christus est, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Inchoatio itaque veræ lucis, est aduentus nostri saluatoris. Oriente namque sole iustitiæ, inchoator verum manè. De hoc manè in Propheta habemus, *exortum est in tenebris lumen rebus, misericors, & miserator, & iustus.*] S. Gregorius *6. mor. c. 14.* consentit quod depulsiorem noctis, per Christi veri solis aduentum in carne; noctem tamen non exponit de nocte præiacente, & per huius solis exortum depulsa, & de cœcitate in cordibus obduratorum perseverante, quia facti sunt rebelles lumini. Nec absurdè illud, *mane & nox*, permixta, de Christo ipso acciperetur; in quo simul vena sunt oriens, & occasus, pro vt Isidorus Pelusiota *l. 1. Epist. 248.* Placet est interpretatus, dicentem, Christum cuius nomen est *Oriens*, ascendisse super occasum. Multus item est S. Bernardus, *sec. 33. in cant.* in demonstranda obscuritatis & lucis mixtura in Christo. An eodem spectant Zacharias c. 14. cum diem Christi, dixit, neque diem neque noctem fore: quod Rufinus *in Symbol. ad quartum articulum.* accipit de tempore patientis Christi, in quo solis obscuratio facta est, mergens diem mox restitutum. Sed non minus commodè accipi potest de ipsis initijs vitæ Christi, in quibus lux quidam mystica cœpit oboriri; sed non statim plena; ita vt passè videri, neque dies esse, neque nox. Et commodissimè quoque, accipi potest de Christo ipso, in quo diuinitas, humanitatem esse formam, & caliginosam, suis splendoribus perfundebat.

Cōpertissimè itaque ex dictis videtur, Symbolum A A a a 2 solis;

solis, Christo orienti, & terras post longam noctem illustranti, rectè accommodari. Christi enim exortus, diem super terram creavit. Sub alio schemate (sed quod reuera eodem recidat,) Anastasius Sinaita, l. 3. hexa. beneficium depulsarum ab orbe tenebrarum aperuit, his verbis. [Quoniam mundanae Aegypto in primis hæc diximus, non fuerit absurdum, si per res tanquam per verba, ostendamus figuras detectionis, & liberationis malarum, & tenebrarum aquarum erroris, quæ prius erant super eam. Soli enim Aegypto ex omnibus mundi regionibus, Deus ad pietatis admonitionem donavit exemplum, & monumentum indelebile. Nam instar vniuersi que ex illis aquis, quæ aliquandò tegebant vniuersam faciem terræ, per flumini Geon terra Aegypti regitur. Quamobrem de regione Aegypti dici potest in tempore ascensus aquarum, quod terra Aegypti est inuisibilis, & incomposita; & tenebra caliginis, & tempestatis, supra abyssum huiusmodi aquarum; & spiritus Dei, (hoc est venti) renouatio fertur super aquam. Sic enim interpretati sunt multi Interpretes, & tenebra erant supra aquas, & spiritus ferebatur super eas. Non enim dixit (inquiunt,) scriptura, *τὸ πνεῦμα θεοῦ* cum articulo, id est spiritus ille; sed *πνεῦμα θεοῦ* absque articulo; id est spiritus Dei; hoc est vnus ex quatuor Spiritibus ventorum, ferebatur super aquas. Illud autem ferri supra, non est proprium naturæ diuinitatis, quæ non potest circumferri. Illud autem est admirabile in ascensu aquarum in Aegypto, quibus fuit operta, obscuratioque nox, & caligine, & infertilitate, & suffocatione ipsius terræ, quod non post mensem, aut dies ortus in carne in Bethleem & apparitionis Christi, sed in diebus Natalis, & apparitionis, ac illuminationis operitur, & obtenebratur aquis, & caligine terra Aegypti. Quandò autem Christus Deus lux mundi natus est, & ex præsepi Bethleem in Aegypto cum sua matre fugiisse ab Herode versatus est, statim terra Aegypti detegitur, deponit tenebras, exiit caliginem erroris, solis iustitiæ lumen induit. Versatus enim est cum proprio orbe, nempe matre, & soluit tenebras, & veluti quoddam velum abiecit à suo vultu, nempe aquæ operculum, & in Christum fixit oculos, & eum agnouit adorans, & procumbens, quem prius non agnoscebat propter erroris tenebras, quæ ei impendebant, operta ab aquis ignorantia. Recedit autem, & recurrit Nilus ex Aegypto, in diebus mensium Decembris, & Ianuarij. Incipit enim fluere mense Iunio, & per eum totum, & post ipsum crescit, nempe Iulio. In Augusto autem, & toto Septembri, instar maris inundans Aegyptum, facit nauigabilem, quæ prius erat arabilis. Incipit autem (vt dictum est) decrefcere in Octobri, & Nouembri. In mensis autem Decembri, & toto Ianuario, redditur priori auleo. Quando ergo ante Christi ortum, eam viderimus caliginosam, & tristem, & infertilem, & in profundo submersam inornatam; Deinde post Christi ortum, & eius præsentiam, in omni loco Aegypti, statim fieri recessum, & terram ornari, & irrigari, gestire regiones, densari paludes, agros germinare, & vicus tanquam ex profundo aquarum detectos, & in altum elatos, & aquas congregatas in suis congregationibus, earumque fossas, & fluios, planè intelligamus quando hæc fieri viderimus in Aegypto, quod Verbum Incarnatum ipsum erat, quod in principio est architectatum creaturam cæli, & terræ; ipsamque in Aegypto versatum est in carne. Et cum eam vidisset tenebrarum, & à maligno suf-

focatum, clamauit ex potestate tanquam Deus sicut aquis mundanis, ita etiam Aegyptiacis, dicens, quotannis, & vsque ad consummationem; post Nilii ascensum, congregetur aqua, quæ est supra faciem vniuersæ terræ Aegypti in congregationes suas. Rursus appareat terra, vt qui iam olim quidem Spiritus erroris increparit, & eos Aegypto expulerit, nunc autem in tempore eius aquas fecerit restagnare; vt & ei, & nobis renouet in memoriam, quod ipse est mundi conditor, qui eam à tenebris, & errore liberat.

Liquet, ortum Christi reuoluisse terram, eamque fecisse induendæ lucis capacem, quod prius per densam caliginem, & tenebras errorum non poterat. Et ea ipsa de causa, Christus tanquam antitrophus Satanæ, qui est nox omnium peccatorum, (vt loquitur S. Maximus *homil. 1. de Aduen.*) dicitur quandoque metonymicè, & causaliter legitur *dies* nomine. Audi S. Cyprianum, *de oratione Domini*. [Quia Christus, sol verus, & dies est verus, sole, ac die seculi recedente, quandò oramus, & petimus, vt super nos lux denuò veniat, Christi precamur aduentum, lucis aeternæ gratiam præbiturum. Christum autem, *dies* dictum, declarat in psalmis Spiritus Sanctus; *Lapis* (inquit) quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli. A Domino factus est iste, & est admirabilis in oculis nostris. Iste est dies, quem fecit Dominus, ambulemus, & incundemur in eo.] Eo autem acceptior debet esse solis huius dies, quo subsequitur tiores tenebras; nec diem excipiet nox, contra quam accidit in eo prodigio, quod narrat Rouerus Pontanus Carmelita, ex literis Messini Equitis Rhodij, datis ad vniuersos Principes, & socios Rhothos. Narrat enim, anno 1532. Martij 7. in Assyria, mulierem, cui nomen *Rachiana*, media nocte perelegantem infantulum esse enixam, oculis, ac vnguibz pellucidis, & mirantibus: In eius ortu, solem vt in meridie splenduisse: Postea verò tantas effusas esse tenebras per vnus diei spatium, vt mundus relapsurus in pristinum chaos videretur. Non est hæc vicissitudo, timenda in die per solem iustitiæ indulto. Perennabit enim lux eius, nec vlla nocte excipietur. Frigus item calore eius depulsus, nulla hyems noua restituet; sed priore soluta, veris, & Fauoni grata vice, vt S. Ambrosius *serm. 12. in psalm. 118.* piissimè commentatur perenni tempore gaudebimus.

Tanta bona inuexit orbi sol nouus ortus è Virgine; meridè proinde sub solis imagine pileo interta exhibitus. De matre Augusti proditum est, maritum conspexisse nouum solem è sinu coniugis parientis proderentem. Quod Augusti Pater per somnium vidit, Maria Christum enitens, representauit ad veritatem. Aequè Constantius Magni Constantini Pater, qua nocte Constantinus eius filius est conceptus, mirificam sibi oblatam visionem dixit, quæ eum timore percussisset; nempe. [In tabernaculo suo, proter naturam, ab occidentali oceano, Orientem solem.] Verba sunt Nicephori, l. 7. *hif. c. 18.* seipsum ingulantis; quatenus contendit, Constantinum Magnum in Bythina de matre Drepanitana, ad Nicomediæ sinum, atque adeò in Oriente, conceptum. Quam eius hallucinationem, alibi conuulsam, & latè à Michaële Alfordo exploratam, in *Britannia illustratè*, c. 1. s. 2. §. 1. & seqq. nunc dimitto; contentus spectare, Constantinum ex Occidentali Oceano, hoc est è Britannia, in qua conceptus, & natus est, ortum esse veluti solem; quale nunc Symbolum Christo orienti assignamus, non vt somnium ludicrè obiectum, sed ad ipsissimam veritatem. Quis

Quid non admiretur, cum audierit, ipsos Ethnicos, diem Natiuitatis Domini appellasse *diem solis noui*, eumque diem exegisse solemnem, propter exortum noui solis? Habet hoc S. Augustinus, *serm. 61. de diuers. c. 1.* itemque S. Ambrosius, *serm. 10.* qui testatur, vulgus quoque, Christianum, hausta ab Ethnicis appellatione, nominasse eum diem, *solem nouum*. Imo S. Leo, *serm. 2. de natiuit. c. 5.* aliquos Christianos, prodigioso (vt ait) mendacio, solemnitatem Christi Natiuitati addictam, de noui solis ortu honorabilem censuisse, acriter exprobat; stultissimorum Gentilitatis errorum reliquias, in ea appellatione superstitibus, iusta concitatione proscriptas volens. Fuerat sanè Ethnicis ea dies, noui solis, valdè festiua, atque solemnis, & instituto Circensium ac solis agone anno 275. per Aurelium, vt habet Eusebius indicto, in *chronica* apprime clara, quod testatur Corippus, l. 1. n. 17. illis versibus.

*Solis honore noui, grati spectacula Circi.*

*Antiqui sanxere Patres.*

Sed rectè reponit Corippus, vbi Circenses ludos descripsit.

*Hunc veterum primi ritum non rite colebant;*

*Esse Deum solem, recta non mente putantes.*

*Sed factor solis, postquam sub sole videri*

*Se voluit formamque Deum de Virgine sumpsit,*

*Humani generis; tunc munere solis adempto,*

*Principibus delatus honos, mundat, que Latini;*

*Et iocunda noua Circensia gaudia Roma.*

Dixisset magis Christianè Corippus, omnia Christianorum gaudia per tempus illud, pertinere ad gaudium magnum ab Angelo Euangelizatum, ab Christi Natiuitatem; in cuius verè solis noui ortu, fas fuerat Ethnicis, noui solis eadie exorti cultoribus, illud Apostoli ad Athenienses opponere: *Quod ignorantes colunt, hoc annunciat vobis.* Solem nouum hac die ortum, colebatis stupidè, ac peruersè: De sole nouo hac ipsa die nato, faustissimum nuntium læti excipite.

Nec deest quod Christiani moneantur, ex hoc Christi solis supra horizontem nostrum exortu S. Cyprianus, l. de *Zelo & luore.* ex Apostolo sic hortatur. [Apostolus Paulus instruens, & monens, vt qui illuminati Christi lumine tenebris nocturnæ conuersionis euasimus, in factis, atque in operibus luminis ambulemus, scribit, & dicit, *Nox transiit, dies autem appropinquauit. Abijcimus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, tanquam in die, decore ambulemus, non in comessat. omnibus, & ebrietatibus, non in concupiscentiis, & impudiciis, non in certaminibus, & zelo.* Si recesserunt de pectore tuo tenebræ, si nox inde discessit, si caligo deterfa est, si illuminati sensus tuos splendor diei si homo lucis esse cepisti; quæ sunt Christi gere, quia lux, & dies Christus est.] Haud aliter differit in altercatione Iasonis, & Papisci, in *præfat.* In calce autem tractationis in orationem Dominicam, ex eo quod Christus sit sol noster; infert; nobis ad omnem horam esse orandum, vt qui in sole, & in die vero sumus, in lumine semper degamus, ac ne noctibus quidem, ab oratione cessemus.

S. Augustinus, *serm. 61. de diuers. c. 1.* indidem sic infert. [Agnoscamus diem, & sumus dies. Nox enim eramus, cum infideliter vivebamus & quoniam ipsa infidelitas, quæ totum mundum vice noxæ obtexerat, minuenda fuerat fide crescente, idè die Natalis Domini nostri Iesu Christi, & nox incipit perpeti detrimenta, & dies sumere augmenta.


*Theophili Raynaldi Pontificia.*

Habeamus ergo Fratres, solemnem istum diem; non sicut infideles propter hunc solem, sed propter eum qui fecit hunc solem. Quod enim Verbum erat, caro factum est, vt propter nos posset esse sub sole. Carne quippè sub sole, maiestate autem super vniuersum mundum, in quo condidit solem. Nunc verò & carne super istum solem, quem pro Deo colunt, qui mente cæci, verum iustitiæ non vident solem.] Hoc aliis verbis egregiè docuit S. Chrysostomus, *hom. 4. in 1. loc.* sub finem, vrgens fideles, vt velint soles esse, & tenebras pleisque fidelium incubantes, perinde ac si eis non illuxisset sol iustitiæ, magnis animis abijcere. Ne ocludamus soli illuceni oculos; Sed affusa cælitus claritate fruamur, quod bonum sibi adimunt, quotquot tenebras amant & malè agendo, ad lucem non veniunt, vt idem Chrysostomus, *hom. 4. in Ioann.* differit, exponens illud Ioannis, & tenebra eam non comprehenderunt. Veniet aliquando hic sol, & rependet in iusta ira vltionem rebellibus lumini.

Hic sol noster (ait de Christo nascente Zeno Veronenfis,) *serm. 3. de Natiuita.* Sol verus, qui clarissimos ignes mundi, germanos astrorum, candentiūque polorum, claritatis suæ de plenitudine accendit. Hic qui semel occidit, & ortus est rursum, numquam petiurus occasum. Hic inquam, quem duodecim radiorum, id est Apostolorum duodecim, corona circumdat: quem per ambitum totius orbis, non muta quatuor animalia, Sed salutiferis prædicationibus quatuor circumferunt Euangelia: Cuius quam vim habeat amictus, & currus, his verbis Propheta testatur, *Deus sicut ignis veniet, & sicut procella curus eius, retribuere in ira vindictam.*

Simus huius solis parelia & lumina. Nam etiam hanc ob causam, Christiani Iacobi I. dicimus *lumina*, à susceptione baptismi, quem vnus contulit, alter suscepit; ita omnes quoque baptizati, dicuntur *lumina*. Et id voluit Iacobus dicto loco. Nam præmissa descriptione solis mystici, qui Christus est, à quo omne in nos bonum defluit, ait eum esse à quo generamur verbo veritatis. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum, (inquit) de sursum est, descendens; Patre luminum, apud quem est transmutatio.* id est, geniti sumus ab eo sole, qui non vertitur à Tropico in Tropicum; & nunc ad nos magis accedit, nunc recedit; sed geniti sumus ab eo sole, qui eodem semper tenore influit: *nec vicissitudinis obumbratio,* qui scilicet est nocti, aut eclipfi obnoxius. Hunc (ait Iacobus,) dixi *patrem luminum*, nostrum, & baptizatorum omnium Patrem, *voluntariè enim genuit nos verbo veritatis.* Expende causalem particulam enim, quam vulgata adhibet, & in vno suo Græco codice haberi, fatetur Theodorus Beza. Sensus ergo Iacobi est, haud frustra vocari hunc mysticum solem, *Patris nostri* nomine. Nam nos genuit benevolentissima voluntate, vt sumus precellens quid, inter eius creaturas. *Vt sumus initium aliquod creaturae eius.* Tamen eodem renouitur sensus Græcæ lectionis, quæ passim omittit illud *ἄρτι* siue enim; tamen nexus est aptior, adhibita ea causali particula, quam nobis, quod in vulgata legatur, præterite non licet. Ex ea autem particula clarè habetur, cur Christus dicitur sit *Pater luminum*; nimirum quia genuit nos. Igitur nos sumus, quos Iacobus vocauit *lumina*; & quorum, Christum solem dixit esse Patrem; vnde vi huius generationis vrgentur esse quod denominamur, lumina inquam, & soles.

Seccio III.  
§. I.



## SECTIO III.

### De bello, quod Christus nascens occipit.

**IN** FANTEM Christum, gladio, & pileo quasi Casside, armis laedentibus, ac tegentibus instructum, non ad aliud, quam ad quod huiusmodi arma sunt facta; hoc est ad bellum. Ad Christum enim venientem in hunc mundum ad bellandum, pertinere omnem illum instructum, satis superius est demonstratum: & hac nominatim ex causa, Verbum diuini Sexui masculino esse unitum, non femineo, cui non quadrat bellare, dixit Durandus in 3. d. 12. Nunc ipsam bellum attingendum est, quod Christus in natiuitate sua conspicue inchoauit, & reliqua vita obiuit; imò ad metam vsque seculi continuabit, cum per se, tum per bellatorem, in quibus ipse pugnabit.

Dixi in Natiuitate inchoatum conspicue fuisse à Christo bellum, quia ante eam ipsemet non conspiciebatur; vnde nec praelium quod gerebat, vilo externo facto & exemplo nobis excitandis idoneo, prodebat. Esto gestum sit à Christo praelium, iam à puncto Incarnationis, quod Adamus Perfernas confirmat ex die quo facta est Incarnatio. *serm. de Annunc.* [Dies iste (inquit) agitur mense Martio; tempore scilicet qua solent Reges ad bella procedere Martius enim mensis à Marte hoc est à bello nomen habet. Rectè igitur menssem Martium, hoc est tempus belli iste dies insignit, quo videlicet, Dominus exercituum, tanquam bellator fortis ad debellandum mundi Principem per Virginem venit.] In praelio igitur conspicue cepto in Natiuitate, sistamus.

§. I.

#### De bello Christi in pace.

**M**irum videri possit, quod nascenti Christo excitationem belli adscribo, cum Michæas dicitur Christo venienti, contrarium tribuat c. 5. dicens, *Et erit iste pax.* Iste inquam, quem ibidem pramiserat in Bethleem exorturum. Et sanè S. Hieronimus, *ibi* corticem illius loci Michææ, ad pacem orbis profundam refert, sic eum glossans. [In eius (Christi) aduentu, omne bellandi studium conferetur ad pacem. In aratra gladij mutabuntur, hastæ cudentur in falces, gens bellare definit contra gentem. Nemo pugnare discet, pugnandi necessitate deposita; tantæque erit requies, vt non solum in vibibus, sed in viculis quoque, & agris sit vnusquisq; securus; & hoc fiet, quia os Domini loquutum est. Ac primùm quidè iuxta literam, antequàm nasceretur nobis puer, cuius principatus, in humero eius, totus orbis plenus erat iungine: populi contra populos, Reges contra Reges, gentes dimicabant aduersus gentes. Denique etiam ipsa Romana Resp. bellis lacerabatur ciuilibus, Cimna, & Octauio, & Carbone pugnantis; Sylla,

& Mario, Antonio, & Catilina, Cæsare, & Cneo Pompeio, Augusto, & Bruto, & eodem Augusto, & Antonio, in quorum praeliis vniversa sanguinem regna fuderunt.] Idem Isaia 2. ad illud, *non leuabit gens contra gentem gladium*, sic hæcet. [Veteres reuoluamus historias, & inueniemus vsque ad vicissimum octauum annum Cæsaris Augusti, cuius quadragesimo primo anno Christus natus est in Iudæa, in toto orbe terrarum fuisse discordiam, & singulas nationes contra vicinas gentes arsisse studio praeliandi, ita vt cæderent, & cæderentur. Orto autem Domino saluatore, quando sub præside Syriæ Cyrino, prima est in orbe terrarum facta descriptio, & Evangelicæ doctrinæ, pax Romani imperij præparata; tunc omnia bella cessauerunt, &c. Et impletus est Angelorum ille concentus, *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*, & in diebus eius orta est iusticia, & multitudo pacis.]

Ad hunc locum psalmi 71. præclare idem Hieronimus notat, [id esse impletum cum Dominus de thalamo virginali processit.] Videndus insuper Paulus Orosius, l. 6. c. 22. & Castro, in *histor. Deip.* Quomodò igitur aduentus Christi, in tam alta vbiuis pacis, dicitur bellum excitasse? Verùm liquet, Christum non nisi aduersus Satanam spirituale bellum excitasse, terrenis autem bellis finem imposuisse. Iure ergo de bello in Satanam, cui nascendo initium fecit, agendum suscipio. Et quamuis hæc de Christi infantis bello tractatio, videri potest extranea xenio pontificio quod excutimus; tamen quod saltem tacite per illud insinuetur, haud incongruè hæc attingetur.

§. II.

#### Christus bellator ab ortu ex Virginis utero.

**Q**uod à Debbora Indic. 7. in solemnibus cantico post victoriam de Sisara gloriose reportatam, celebratum est, recurrit in ortu Christi Domini. Cecinit Debbora, *Nona bella elegit Dominus.* Hoc quid esset, ipsa exponit, dicens. *Cessauerunt fortes in Israël, & quiesuerunt, donec surgeret Debbora, surgeret mater in Israël. Portus hostium subuertit Dominus. Clypeus, & hasta si apparuerunt in quadraginta millibus Israël.* Verè magna hæc belli nouitas, quod cum omnes qui fortes esse debuerant, torperent; Dux belli fuisset foemina, iustius dicenda *mater castrorum*, quam Victorina apud Trebellium in opere de 30. Tyrannis: Et quàm Faustina apud Capitolinum. Hæc enim iacentibus, & consternatis ab tantum hostium exercitum ducibus, verè se matrem in Israël monstravit, quia sicut pater appellatur, qui dirigit, & consilio præluet, ita Debbora potuit mater in Israël audire, quia consilium belli ipsa cæpit, & Barachum, ac reliquos ei adiunctos; forti oratione ad bellum impulit: Esto, non sicut Amazones arma per se ipsam tractauerit. Hæc si nouitas bellandi fuit, multò maior erit nouitas belli, quod infans in exortu è matris utero ducit, & gerit. Nam in foemina, præsertim annosa, & magni consilij, (cuiusmodi Debbora erat,) sexus molliendinam supplere potuit vsus rerum, qui infantem recens natum deficiit, & tamen infans de quo agimus, Christus inquam, infans pro nobis factus, ab ipso ortu bellauit, inaudita nouitate.

Chrysologus *serm.* 56. quidem præliatoris infantis

tes exhibet iam ab ipso ortu, Agens enim de abortiuis gratiæ præmittit de abortiuis naturæ, quæ præproperè ex utero prodeunt, eluctantes exitum acerbo (vt ait) partu & immaturo pullulamento. [Crebro (inquit) disrupis temporum moris, & rudi latrocinio, effractis viscera claustris, repentina viuendi luera querunt & rapiunt nascituri. Hinc est quod homo sæpè mensis decimi despiciens terminum; se primo mense Augusto primæ domus, & cælis veteri abiicit & deserit mansiones, vt præliator nouus, ante, se tempus euicisse gaudeat, quàm dependat ipse suam temporibus seruitutem.] Præteritos præcoquos (vt ne dicam) sætus septimestros, quos ab ortu præliantes inducit Chrysologus, suppetunt exempla geminorum, Jacobi & Esau Gen. 25. *colluctantium*, vt proprie fert vox Hebræa interprete Symmacho, vel *se colludentium* vt habet editio vulgata, motu, præternaturali dimittit ad præagium futuræ inter duos populos contentions excusso, magna cum matris molestia, vt et terius primogenituræ perciperet prius exeundo conuenit in iom & Iacobo plantam fratris Esau prius cogitelli manu prædensam tenente in exitu, De Phares & Zara filius Iuda ex Thamar, æquè certantibus vter prior progredieretur, & Zara quidem manum prius emittente rupta materia idest secundina ambos communitè obuoluerit, vel per matris claustrum præmittente manum sed Phares priore ad lucem perducto, narratio conuenit Gen. 38. Nec dissimile bellum duorum fratrum se inuicem præuenire satagentium in exitu ex utero, Eperi scilicet palæstræ ac fratris, refert ex Lycophrone Eustathius Iliad. Hæc bellantium in ortu infantium non fuisse iusta prælia, sed rudimenta duntaxat præliorum aliquando per eos incedorum, vel iudicia natiuæ eorum ad præliandum aptitudinis: qualia notabantur in Cretensium infantibus, quos propterea Dianæ consecratos volebant, tanquàm ad circus Scythia exercitationem factos. [Nam etiam hodie (inquit Petrus Bellonius) veterem consuetudinem sequentes, naturæ impulsu & ab ipsa pueritia, Sybichico arcu se exercere solent. Quin & ipsi pueri in cunabulis, si irascuntur & eiulent, ostentio illis arcu, aut sagitta in manus data placantur.] Ad bonum omen feliciter aliquando bellaturi Regij Infantis, Sacerdotes Mexicanorum Regum vt scribit Iosephus à Costa in Occidentarum Indiarum historia, statim ab ortu ablutum instruunt armis, dextræ ensiculum, sinistræ umbonem imittentes in omen bonum atque felix agurium, prosperè processuri ac præliaturi infantis, cum per ætatem erit ad præliandum idoneus. At Christus, iam ab ipsa natiuitate omnibus ac prædeterminationibus non contentus, iusta prælia, & noua bella nascendo occæpit.

Occæpit à Christo bellum in natiuitate, Scriptura non semel tradit. Et in primis Abacuc cap. 3. descripturus Christi prælia, orditur ab eius aduentu in Bethleem, *Deus (inquit) ab Austro ueniet, & sanctus de monte Pharam.* Austro signari Bethleemum notat Hieronimus, in cap. 3. *Abacuc.* ex quodam Hebræo, sed *Pharam* accipit pro *Sina*; ita vt sensus sit, eum qui è Bethleem prodiit, in Sina legem dedisse. Sed verius est quod ibi Auster & Pharam, eundem Bethleem locum sonent. Erat enim Bethleem, ad Austrum Hierosolimæ, & erat vmbrosa, ac condensa, (vt vocem *Pharam* expresserunt 70.) eodem sensu quo Michæas 4. dicitur nebulosa, *Et tu Turris Regis nebulosa, si-ration; v. que ad te ueniet, & ueniet potestas prima.* Erata Turris gregis, siue turris Aler ad Bethleem, ubi vigilabant pastores. Ex Bethleem igitur Australi, & vmbrosa, venit Christus Dominus ad præliandum prælia Domini, toto reliquo

capite luculenter expressa, quorum initium factum est in Bethleem, ora Australi, vnde in mundum uenit; pro vt eum Abacuc, locum acceperunt S. Irenæus, l. 3. cap. 23. & l. 4. c. 6. S. Cyrillus. Theodoretus, Theophilactus, atque Euthymius; quorum duo postremi, montem *vmbrosam, & condensam*, interpretantur B. Virginem, è qua Christus in Bethleem prodiit, vt è monte virtutum excelso, ac in vertice montium constituto; (provt S. Gregorius dixit;) *lib. 1. m. 1. Reg.* nec non vmbroso per spiritus sancti obumbrationem; & condensa, per longam præpaginam illustrium maiorum à Mattheo & Luca descriptam. In Bethleem itaque contigit, ad quod à Domino auditum, cohortuisse se, ac expansisse, fateatur initio sui cantici Habacuc; nempe vt Deus recens natus cognosceretur in medio duorum animalium; bouis inquam, & asini; inter quæ animalia, (iuxta hoc Habacuc vaticinium;) editum ex matre Christum; sensere Cyrillus Hierosol. *cat. ch. 12.* Gregorius Nyllenus, *or. de Christi nat. Naz. mæcus*, Chrysologus, *serm. 156.* Paulinus, *Epist. 1.* Prosper, *par. 10 3. de promiss. c. 5.* & Augustinus (si ipse author libri contra Iudæos.) *cap. 13.* Hieronymus, *Epist. 27.* Ambrosius, in *Luc. cap. 2.* *Originus, som. 13. in Luc.* valde probantibus Ribera, atque Cornelio Occæpit ibi Christus bellum sacrum. Et cum Deus esset, cuius gloria cælos operiebat, & laudis plenâ erat terra, tamen abscondens suam fortitudinem; apprehendit cornua in manibus, ad ventulandos Dei hostes; stetit & mensus terram, aspexit, & montes seculi contriuit; & colles mundi, ab itineribus æternitatis eius, incuruati sunt, & ad tantam Dei è sinu Patris in stabulum deiectionem, protraxerunt se se adorandi; euerterent tentorium Æthiopiæ, & turbatorem pellium terræ Madiam; ab his initiis prælia sua auspiciantem cernui demitantes, ac venerantes.

Seposui quæ Eusebius, *lib. 6. de demonstr. cap. 15* circa propositum locum Cantici Habacuc commentatur, quia non nihil ab aliis quos retulimus diffidit, in huius prophetici vaticinij explanatione. Et præter cætera non vult legi in medio duorum animalium *cognosceris*; sed consentaneè ad Hebræum contextum vult legi in medio duorum vitarum *cognosceris*. Quamquam cum duæ illæ vitæ, de Eusebij sententia, sint diuina & humana Christi natura; vna mortalis ac temporaria, altera æterna & infinita, præ recordatione misericordiæ suæ ad nihilum nostrum deiecta, cum uenit de Theman, & vt Theodotion vertit, Deus siue ab Austro, siue in seculorum consummatione, uenit de Bethl. cum inquam hæc ita se habeat renouit deniq; Eusebij interpretatio, in sensum anteriorum; quos referebam interpretatos, obstupuisse Prophetam & expansisse, ad auditum suum de Deo in medio duorum animalium Bethleem cognoscendo. Sed illud in rem nostram appositissimè Eusebius, quod exposito ex Abacuchi vaticinio, humili ad nos Verbi descensu, addit de eo. *Cornua in manibus eius, & posuit dilectionem fortem roboris sui; Ante faciem eius ibi uerbum, & egredietur in campos.* Apparuit sanè dilectio fortis, & robusta charitas Dei pro nobis ad tam exilia deiectionis, quod Satanæ expugnando, & eius copiis profligandis, processerit in campum certaminis, & tanquam bellator fortis, iam à prima lucis vltura auspiciatus sit prælia Domini.

Apud Isaiam cap. 8. est in rem nostram locus optimus. Præmiserat Propheta cap. 7. Emmanuelem ex Virgine nasciturum esse, & verè facturum infantem; quippe qui butyrum, & mel, infantilia alimenta, esset, comesturus. Tum addit cap. 8. exarandam esse

Christus bellator ab ortu ex Virginis utero



Secl. III.  
§ 1.

in libro grandi, stylo hominis, hanc scripturam. *V. locustæ spolia detrahe, eisd prædare, &c. Vocanomen eius,* (pueri de prophetis concepti, hoc est de Deipara, interprete S. Basilio, in cap. S. Isaia.) ac cetera spolia detrahere, festina prædari, quia antequam sciat puer vocare Patrem suum, & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samaria coram Rege Assyriorum. Hæc de Christo dici, non autem de alio, Richardus Victorinus toto l. 2. fusè confirmat in opere de Emmanuele, impugnans Iudæos secus sentientes, & quendam Magistrum Andream, ea in parte Iudaizantem meritoque impugnari etiam sunt à Tertulliano iidem Iudæi, Marion, quod crasse nimis censerent, bellum Christi infantis ab Isaia prænunciatum, esse corporeum, & materiale; cum tamen esset spirituale, nec deberent cortici vocum aded inhærere, vt tam absurda efferrent.

[Æquè (inquit de Iudæis,) l. in Iudæos cap. 9. nominis inducuntur, cum virtutem Damasci & spolia Samaria aduersus Regem Assyriorum, sic accipiunt, quasi bellatorem portendant Christum; non animaduertentes quid scriptura præmittat, quoniam priusquam cognoscat puer vocare Patrem, aut matrem, accipiet virtutem Damasci, & spolia Samaria aduersus Regem Assyriorum. Ante est enim inspicias ætatis demonstrationem, an virum iam Christum exhibere, ista ætas possit, nedom Imperatorem. Scilicet vagitu ad arma esset conuocaturus infans, & signum belli, non tuba, sed crepitacillo daturus: nec ex equo, vel de mure, sed de nutricis, & gerulæ suæ dorso, siue collo, hostem designaturus; atque ita Damascum; & Samariam pro mammis subacturus. Aliud est, si penes vos infantes in prælium erumpunt, credo ad solem vncti prius, dehinc pannis amati, & butyro stipendiati; qui ante notint lanceare, quàm lancinare. Enimuerd si nusquam hoc natura concedit; ante militare; quàm virum faceré, ante virtutem Damasci sumere, quàm esse; sequitur, vt figuratè, (id est non materialiter, & corporaliter, iuxta vocum corticem, sed spiritualiter, & mysticè;) pronunciatum videatur. Eadem, ac ferè iidem verbis intorquet in Marcionem, leg. 3. cap. 13. cum Iudæis in hoc delirantem. Illustrant diffusè propositum sensum varij recentiores ibi, quibus addendus Blasius Viegas, in cap. 1. 2. apoc. f. 18. & 19.

Non sinit Isaia in prædictis; sed Christi infantis cum Satana bellum prosequens cap. 9. postquam gratulatus est lucem ortam habitantibus in regione vmbrae mortis, conuersa ad ipsum Christum oratione, ait, *latabuntur coram te, sicut cum latantur in messe; sicut exultant victores capta præda, quando diuidunt spolia. Iugè enim oneris eius, & virgam humeris eius, & scoptrum exaltoris eius, tu superasti sicut in die Madian; quia omnis violenta prædatio cum tumultu, & vestimentum mistum sanguine, erit in combustionem, & cibus ignis. Parvulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis: & factus est principatus super humerum eius, & vocabitur nomen eius, admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri seculi princeps pacis.* Locum hunc totum, spectare ad Christum nascentem, benè monstrat Cassianus, l. 2. de Incarnat. cap. 3. & liquet ex nexu anteriorum cum posterioribus, per adhibitam causalem particulam enim. Præmiserat namque Isaia, capiendam per victorem Christum prædam, & inde concipiendam ingentem lætitiã, præ clade hostibus illata, sicut in die Madian cæsi à Gedeone. Et spiritualis quidem Muliam, siue Satanas, violenter, & cum tumultu prædatus erat genus humanum; sed perdendis igni inextinguibili tradendus prædicatur, præ

crudelitate in miseros adhibita. Subiungitur ratio tam læta victoriæ, & contriti hostis aded truculentæ. *Parvulus enim filius natus est nobis;* qui tamen parvulus, erit tamen magnus Imperator; & præter alia gloriosa nomina separatim legenda, (vt benè notat S. Hieronimus,) *Isaia 9. vocabitur fortis.* (vox hebræa sonat *gigantem, potentem bellatorem;*) vnde consequetur, vt sit Princeps pacis.

Omnia hæc nomina ab Isaia recensita, esse periphrales nomini; *Emmanuel*, alibi ab Esaia paruulo nostro attributi nomen verè *Emmanuel*, idem (sub alia licet verborum cortice) sonare quod *Iesum* gemina substantia Gigantem, Deum & hominem, Tertullianus Marcionis nugæ refellés egregiè tradidit. At nomen *Iesu* esse nomen belligeri, præclarè docuit Origenes, qui præfatus in vniuersis anterioribus Scripturis nusquam reperiri nomen *Iesu*, sed primùm esse auditum in Exodo, sic habet. [Iesu nomen, primò inuenio in Exodo, & volo intueri, quando primùm, nomen Iesu cognominatur. *Venit* (inquit) *Amalech, & expugnabat Israël & dixit Moyses ad Iesum in Raphidim.* Hæc est prima appellatio nominis Iesu; *Elige* (inquit) *tibi viros potentes ex omnibus filiis Israël & egredere, & confige cum Amalech crastino.* Moyses confitetur non posse se exercitum ducere, quamuis eum de terra Egypti eduxerit, Et idè (inquit) *vocauit Iesum, & dixit; Elige tibi viros, & egredere.* Viros cui cesserit, bellum gerere aduersum Amalech. In hoc primò nomen discimus *Iesu*, vbi enim primùm videmus ducem exercitus; non cui Moyses adiunxerit principatum, sed cui cesserit principatum. Non potest Moyses eligere viros potentes. *Tu* (inquit) *elige tibi viros potentes ex omnibus filiis Israël.* Hic ego vbi primùm disco nomen Iesu, ibi continud enim, mysterij video Sacramentum. Ducit enim exercitum Iesus.] Cum ergo Christus nomen Iesu ab Angelo in conceptu nunciatum, Bethlehemii sub circuncisionis mysterium infans octiduanus acceperit, apparet Christum ipso suo proprio nomine, recidentem in varia illa infantis nascituræ nomina quæ Isaia recensebat capite illo 9. bellatorem ac ducem exercitus Domini, à Propheta Euangelico esse prænunciatum.

An comprobabat Isaia ea nomen Christi adnatione quod sub typo Dauidis, de Christo infante dictum est 2. Reg. 23. *Sedens in cathedra sapientissimus princeps inter tres. Ipse est quasi tenerimus regni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu vno.* Hoc de Dauidè dictum, censet Petrus Damiani, serm. 67. tam nouæ, tamque inauditæ laudis præconium Dauidi delatum demirans: Eidemque etiam eum locum aptat Iacobus Pinto, l. 1. de crucif. tit. 2. loco 4. & præuierat S. Hieronymus, in tradit. Hebr. Alij tamen de Iesbam filio Achamnai primo fortium Dauidis, aliòve innominato, sapientia, & fortitudine insigni, eum locum accipiunt, cum Iosepho, l. 7. amig. c. 12. Hugone, Dyonisio, Clario, Vatablo, & inclinate in eidem Pineda, l. 3. de Salo. c. 27. n. 10. cum ex lectione hebræa, tum ex latina de nouo disputata. Vt vt sit fortissimus ille, & sapientissimus bellator, sub imagine tenerimi vermiculi exhibitus, Christum puerum in præsepj cathedra iacentem expressit, verè inter tres diuine triadis personas, sapientissimam. Verbo quippè appropriatur sapientia, cuius imbres, eloquia informia, siue vagitus emittit inter arcæ conditas paruulus præsepia. Nec est quod aliquem ab hac cogitatione absterreat, comparatio vermiculi; quasi Christo infante indigna; sapienter enim obseruauit Gregorius Naz. orat. 39. Iesum semper cum panis componi; puta cum agno, cum stillicidio, cum grano

grano sinapi, cum verme: Satanam è contrario, quippè Regem superbiæ, conferri certo, monti magno, Behemotho, aliisque vastis, & magnis. Nec ipse Christus, abnuuit se vermen dici, cum psalmo 21. apertè proficitur, *Ego sum vermis, & non homo.*

Hic locus passim de Christo in cruce accipitur. Tamen Petrus Damiani, serm. 67. & 46. atque Rupertus, l. 2. in lib. Reg. c. 38. & aliqui apud Theodoretum, in psal. 21. nec non Euthymius, ibidem Hieronymus, Anastasius, 4. ex am. initio. Ambrosius, serm. 3. & Origenes, hom. 14. in Luc. de Verbo Incarnato absque habitudine ad crucem, eum acceperunt. Quod enim homines magna impudentia, ad lapidem, & lignum nomen incommunicabile transtulissent; Christus, vt pro impudentia idololatriæ, satisfaceret Deo per impudentiam fidei, (verba sunt Tertulliani), 4. in Marc. c. 21. eo se deiecit, vt vermis, & non homo audiret; ita vt verè de se pronuntiaret, *Ego sum vermis, & non homo.* [Ex mare quippe, ac foemina, homo nasci solet. Ego verò non ex maculo, & foemina, secundum ritum humanum, atque naturam; sed in exemplum vermis natus sum, cuius non est aliunde semen, sed in ipsis, & ex ipsis, in quibus coalescit corporibus, origo est.] Ita philosophatus est Origenes homil. 14. in Luc. nec non S. Maximus, serm. in psalm. 21. & Anastasius Sinaita, lib. 5. her. initio. Claudicat quidem comparatio, quatenus vermis ex corruptione, ac putredine nascitur: qua ex caufa hominem dictum esse vermem, considerat S. Gregorius, (17. mor. cap. ad illud Iobi 25. *quanto magis homo putredo, & filius hominis, vermis?*) & Augustinus. Tamen quia omnes comparationes nostræ, similitudinem ferunt non identitatem, vt benè ratiocinatur Rufinus tractans tertium symboli articulum, recisa ea imperfectione ortus vermis ex putredine, benè congruit comparatio, præcisè spectando exortum vermis absque commistione maris, ac foeminae. Vnde Christus, vt benè perspexit creditus Bernardus, tradit. in illud *Ego sum vermis cap. 17.* non solet se vocare hominem, qui à Iobo putrido deminatus est, quia ex putredine nascitur, sed filium hominis, quasi filium vermis, sed citra corruptionem, & putredinem procreatum, à persona humana, hoc est à B. Virgine, procreata ex putredine, siue ex corruptione per maris, & foeminae coniugale commercium.

Hic itaque tenerimus ligni vermiculus, sapientissimus simul, atque fortissimus, octingentos interfecit impetu vno, hoc est iuxta Petrum Damiani, serm. 67. suæ Incarnationis aduentu, quo venit faciens in montibus, transiens colles, Satanam, & omnes eius acies letho dedit. Verè vermis Iacob, de quo Isaia 41. *Noli timere vermis Iacob, Ego posui te quasi plaustrum triturans nouum, habens rostra foraminia, triturabis montes, & comminues, & colles quasi puluerem ponas.* Quod ad contritionem aduersariarum potestatum, & spiritualium nequitia, à Christo pro nobis nato factam, referendum est. Fuit enim hic vermiculus, elca, qua Leuiatham adhibito Incarnationis vnco extractus est, iuxta S. Gregorium, hom. 25. in Euang. & Euthymium, in psal. 21. Idem, vmbra culum legis arefecit, dente Euangelico, vt loquitur S. Augustinus, Epist. 49. cui quoad rem ipsam adheret S. Hieronimus, Iona 4. Sicut enim vermiculus, ascensu diluculi arefecit eucurbitam Ionæ; ita Christus diluculo adueniens, (de quo est psalmus 21. *prosusceptione marina,* & cuius eggressus iuxta Oseam præparatus est velut diluculum;) ab ipsa diluculi, siue exortus sui ascensione; corrosit vmbra culum legis, & condensa idololatriæ, multè verius ac fortius, quàm vermis fabulosus (iuxta

Mahumetem, adductum à Cantacuzeno,) orat. 2. in *Abuhum. num. 14.* corrosit scipionem, cui innixus Salomon demortuus stabat; eo autem corroso confestim concidit. Præstitit autem hæc aded magna, apparet in natiuitate quasi verbis, quia viæ eius silentiosæ, ait Calliodorus, in psalm. 21. & annuit S. Gregorius, l. 5. c. 2. ad illud, *consumentur velut à tineæ.* Nec abudit quod legimus Osee 5. *Ego quasi tineæ Ephraim, & quasi putredo,* (id est vermis,) *domni Iudæ.* *Vide languorem suum Ephraim, & tuda vinculum suum.* En fortis simul & paruuli, nobis dati nobis nati iuxta Isaia, strages hostibus Dei, ac nostris illatas, sed silentiosè & tanquam à tenerimo ligni vermiculo.

Reuenio ad Isaia, apud quem cap. 11. est in hanc rem alius locus præcellens, in hæc verba, de flore è radice Iesse exoritur. *Delectabitur vsans ab vberè, super foramine aspidis, & in caverna reguli, qui ablactatus fuerit, manum suam mittet.* Hunc locum, S. Gregorius, 17. mor. cap. 18. sic exponit. [Quem infantem ab vberè, vel eum qui ablactatus fuerit, nisi Deum appellat? Quid verò aspidis, & cavernis reguli, nisi corda signauit iniquorum? quia antiquus hostis, dum totum se in eorum consensum contulit, quasi in foramine proprio coluber tortuosus, sinus astutia colligendo glomeravit. Quem & aspidis nomine appellat, occultè sæuientem, & reguli apertè ferientem. Manum ergo suam Deus in foramine reguli, atque aspidis misit, quandò iniquorum corda, diuina potestate tenuit, & comprehensum aspidem, vel regulum, id est captiuum Diabolum traxit; vt in monte sancto eius, quæ est Ecclesia, electis fidelibus non noceret.] Similem sensum, eidem loco Isaia subiicit S. Athanasius, serm. de passione, & cruce. quatenus vult significari, post Christum pueros, voluptatem senibus quondam imponentem, delusuros; pudicitiam studiosè sectaturos, & serpentina voluptatis fallacias calcaturos; quod olim ne grandes quidem natu, præstabant.

Sed germanissimè Eusebius, l. 2. de demonf. cap. 2. infantem hunc ab vberè delectatum super foramine aspidis, interpretatur de puero qui datus est nobis, hoc est de Christo; qui etiamnum infans, Satanam deuicit. Videntur Ethnici, (vt aliàs frequentissimè) hunc locum deprauasse, & nefariè detorsisse ad fabulam de Hercule infante ab ipsis confictam, vt legere est apud Hyginum, & Apollodorum, Fabulantur enim, Iunonem æmulam nati de Alcmena Herculis, dracones duos inuiscitæ magnitudinis, immisisse in canas infantali; qui vrigens se, dracones vtraque manu constrictos necauerit, valde *primigenius* est dictus. Hoc detortum à fabulonibus fuit, & oraculo Esaia de Christo paruulo, aspidem, & regulum, ex ipsa iam infantia prima, necantem: dum Magos ab idololatria abducit; & Egyptiis, aliisque diuinitus ad eius præsentiam tactis, fit iam tunc saluator. Iustinus Apol. ad Antoninum, certè, locum Pfaltis, de robusto, & gigante ad currendam viam, ab Ethnicis distortum esse ait à genuino significato, ad Herculem qui pæualidus rotam terram perambulauit. Idem agens cum Tryphone, & multas Ethnicas fabulas è sacris literis, diuinitus sacramentis feedè deprauatis haustas demonstrans, ait nominatim de Hercule. [Cum Hercule illum vldidum per omnes terras circumdunt, hunc quoque à Ioue, Alcumenæque genitum, & mortuum in cælum ascendisse aiunt, nonne similiter intelligo imitamentum scripturæ canentis de Christo, quod robustus vt gigas, currat per viam suam?] Æquè igitur imitatio est loci ex Isaia propositi, quod Hercules infans adhuc iacens in cunis, angues

Christum  
bellator ab  
ortu ex uir  
ginis ueris

Secitio III.  
§. 2.

angues horribiles constrinxerit ac suffocavit. Et verò Budæus, *ll. 5. de asse*. Herculem verum, & Alexicicum, dixit esse Christum ipsum, cui vni titulus *fortis*, Herculi adscriptus debetur. Non piguit Serarium, *in c. 16. Iudic. q. 36.* multipliciter confirmare, verum Herculem alium nullum fuisse præter Samsonem, a stipulantibus nominatim, Eusebio, *in chryon.* & D. Augustinus, *18. ciuit. c. 19.* Quidni fas nobis sit, cum Iustino, fabulam de Hercule seruatore, ex prænunciatis de Christo vero Seruatore, interpolatam dicere, ea nominatim ex parte, qua bellum eius adhuc pusionis, cum serpentibus proponitur? Fabulam de infante triumpho, qui gentem suam à Sinensibus sub iugum missam in libertatem asseruit, collecto grandi exercitu cuius ipse infans dux fuit, iactant Tunquineses, ex Iosepho Tissanerio, Evangelicam suam ad Tunquinum expeditionem describente. Quæ ex adulteratione loci Scripturæ profecti, iactura esse, neque assero, neque inficio.

In sensu mytico, Petrus Damiani, *opus. 37. p. 1. dub. 4.* ad Christum Bethleemi natum accommodat, quæ potest ad literam de Davide dici *2. Reg. 11.* vbi sic habetur. *Tertium quoque fuit bellum. Gob. con. r. 1. Pontifex, in quo p. r. i. s. t. Adeodatus filius salutaris Polymitaris, Beblemitis, Goliath Gebaum.* Hæc ad literam dicta videntur de Elchana filio Iahare, quem Chaldæus ait fuisse textorem veli sanctuarj: Hieronimus *plymitarum* vertit. Is inter fortes Davidis numeratus, Goliathum fratrem eius quem olim David in singulari certamine obruncarat, interfecit post annos tres supra quadraginta; in eo tertio bello de quo *2. Reg. 21.* Vox enim Hebræa *Elchana* latine sonat *Adeodatus*, sicut vix *Iahare* patris *Elchana*, sonat latine *salutem*. Vnde vulgaris notioem. Hebræarum vocum exprimens, vocat *Adeodatum filium salutem*. De quo modo exprimi nomina satis frequenti in editione vulgata veteris Testamenti plura tractando ad literam de fortibus David. locum ergo propositum ex *2. Reg. 21.* de Davide filio Isai, postea Rege, & patre Salomonis, scriptum esse ad literam, censet Petrus Damiani: refragantibus tamen Serario, & Sancio, ac Saliano anno mundi 3015. aliisque quos adducunt. Adscribor tamen Petro Damiani, quatenus subdit. [Iuxta myticum intellectum, hæc omnia referuntur ad Christum. Ipse enim Adeodatus est, de quo & per Isaiam dicitur; *Puer natus est nobis, & filius datus est nobis.* Qui *filius salutis*, non incongruè dicitur, quoniam ex Iudæis secundum carnem nasci dignatus est, qui dum nullum fructum spiritualis generinis attulerunt, velut agrestes arbores, non in hortu plantata, sed in saltu nata, steriles extiterunt. Vnde legitur *vox clamantis in deserto*; hoc est in infructuoso Iudæorum populo. *Polymitaris* quoque, Redemptor noster merito dicitur; quia veluti texturini operis studio vacat, dum & se suis fidelibus induit; & ex illis, iustitiæ vestimenta contexit, &c. Quid ergo mirum, si Redemptor noster *polymitaris* dicitur, qui virtutis decore polymito induit animam, quam sponsali iure fortitur? Ipse est enim Dei sapientia, de qua per Salomonem dicitur, *quæ sunt lanam, & linum, & operata est consilio manuum suarum*, cuius digiti apprehenderunt fulgur; cuius omnes domestici, vestiti sunt duplicibus; cuius etiam caro, stragula vestis facta est, in passione. Sed eadem byssus, & regalis purpura, indumentum illius est in resurrectione. Qui etiam *Bethleemius* iure vocatur, quia in Bethleem de Virgine natus agnoscitur. Quod autem dicitur, quia *tertium bellum fuit in Gob*, hoc intelligitur, quia ve-

rus David Saluator Israël, ante legem, & sub lege, ac postmodum in Evangelica gratia, fideles semper bellatores habuit, per quos contra Philistæos, id est aduersus malignos spiritus, dimicauit. Nec tantum per suos bellauit, sed per seipsum, ductans exercitum sacrum pugnavit, etiam num puerulus Bethleemites & annosum gigantem Goliathi Gethæi antitypum, à iuuentute sua factum ad prælia, strauitiam à cunabulis tenellis pugio. Tertulianus ita fieri oportuisse tradit, vt omnis ætas sanctificaretur, sic canens in opere metrico contra Marcionem, *l. 2. c. 4.*

*Adam vi captum sic quarit Christus obique,  
Ipe viam gradiens, qua mors operata ruinam est.  
Omnia perlustrans veterum monumenta vrorum,  
Singula perspicuus excerptis omnibus vnus,  
Ex vtero incipiens inimicam expellere mortem;  
Concepta simul in gremio cum semine carnis,  
Etates omni iacta sapientia lustrans;  
Debita suscipiens, cunctos mundare paratus,  
Reddere factori multos, quos sperferat vnus.*

Magnæ sunt hæc nouitates, de quibus iure dicitur illud Debboræ, *noua bella elegit Dominus*. Verè admirabilis *παροδοξωσως* vertit Symmachus Eusebio, *l. 7. de demonstr. cap. 3.* teste q. d. Isaias Christum fore paradoxum planè extra ordinariam. Inuoluitum quippè est, & omnium maximè nouum, vt infans tam crudæ ætatis, cum primùm ex utero erupit, bellum ductet, & gerat. Magnus tamen exercituum Domini Imperator, (sic Christum denominat Eusebius, *l. 1. de præp. cap. 2.*) e. u. i. n. o. d. i. f. u. i. t. Dominus virtutum, siue exercituum Dei præfectus, verè Comes stabuli fuit. Hoc quid sit, nemo in Gallia hospes adeo est, vt ignoret. Quem enim alibi *Magistrum militiæ*, qualis apud Libim erat Sifara, apud Nabucodonosorem Holofernes, apud Davidem Iacob; Galli *Comitem stabuli* appellant; à summa scilicet potestate in regium equitatum, cui nexus est pediatatus: vt propterea sub Romanis Dictatoribus, qui *magister equitum* dictus est, idem præfecturam quoque supremam sub Dictatore gereret pediatatus; etiam si (à potiore exercitus parte,) non nisi *magister equitum* diceretur. *Sulhanum* nominabant Saraceni, voce quæ postea adhæsit summo principati. Sicut aliquandò in Gallia, nomen *Mauris domus*, primùm ei delatum qui velut œconomus moderabatur familiam Palatinam, retentum est, cum ijdem Maiores, principibus titulo tenus Regibus, plenè regno iura dabant. Qui igitur in bello supremam authoritatem, & ducatum exercitus vniuersi obtinent, à Gallis *Comites stabuli* appellantur; de quorum insigni potestate multa multi, & nominatim Chalfanæus, *6. parie. Catalogi consider. 8. & parte 9. consid. 13.* Hoc munus, aiebam bellè quadrare Christo infanti, in stabulo nascenti; & ibi, exterius possessionem ineunti ductandarum Dei copiarum aduersus Satanam, & subsidiarias eius phalanges; quæ fuit insignis sanè in bellando nouitas.

Sed ea insuper nouitas in hoc bellatore suspicienda est, quam obseruauit Petrus Damiani, *serm. 66. & opus. 60.* contrarium Christi, & seculi bellatorum vsus, sic describens. [Seculi huius homines, qui bellorum ambiunt virtute clarescere, qui per ora vulgi, suas optant victorias celebrari; cum ingressuri sunt prælium, in

Christus  
bellator ad  
ora ex-vira  
Gimæ vero.

in corpore suo, quo infirmum est, & molle, subijciunt; quod durum est, atque ad penetrandam difficile, superponunt. Lorice quippè ferreis induntur, & carnem quæ facillè cedit ictui, custodire contendunt: vt illud durum, ac forte; quod foris est, defendat molle quod intus est. Redemptor noster, cum mundi huius campum pugnaturus ingreditur, cum ab debellandas huius aëris nequitas, fortis præliator armatur; quia nouum debebat instruere prælium, nouum induit genus armorum: Videlicet vt quod infirmum est super poneret; & quod robustum est occultaret. Lorica siquidem imbecillæ carnis induit, & insuperabilem diuinitatis fortitudinem occultant. ] Germinum est, quod de Roberto à Licio magni nominis Ecclesiaste, ex ordine S. Francisci, prodidit Erasmus. *l. 3. de ratio. concio. pag. 487.* Is in Conuentu Mantuano, quem Pius 2. ad prospiciendum rei Christianæ aduersus Turcas Constantinopoli potitus indixerat, magna dictionis vehementia, ad confertissimam concionem egerat aduersus Turcas. Vbi ad summum impetum effruiisset oratio, deplorauit quod nullus se ad tam sanctam causam agendam, belli ducem offerret. Si istud (inquit) obstat, ecce me qui nihil verebor hanc S. Francisci vestem abijcere, & vel militem, vel ducem vobis exhibere: simulque cum dicto, summam vestem abiecit. Intus planè miles erat, byssino sago, accinctus prælongo gladio. Hoc habitu, dimidium horæ sub persona Ducis concionatus est. Causam noui exempli, quam Erasmus siue verè, siue falsò subiungit, malo premere: tamen quæ rotaterranus *l. 21. cum de Minorib. 9.* de Roberto scribit, suffragentur fœditati, in quam Erasmus hoc factum refert. Ad rem nostram satis est, quod Christus simili nouitate foris ictus, ac fragilis apparuit, intus armatus. An eodem spectauit stropharum concinnator Satanam, cum in foro Madarenfi, (vt apud D. Augustinum *Epist. 43. & 44.* legere est,) vnus & eundem Martem, exhibuit nudum, & armatum; in duobus quidem simulachris, quia in vno non poterat, sed tamen vnicum Martem; [ quorum simulachrorum Dæmonum, infestissimum ciuibus, porrectis tribus digitis contra collocata statua humana comprimeret. ] Vniuersus qui est in sinu patris, primus enarrator mysterij diuinæ Triados, compescuit Satanam, mundum prius prementem tyrannica dominatione. Et quod ficticio Marti bellorum præfuli non quadrabat, vt simul armatus ac inermis esset, verè de Christo diuinissimo bellatore asseritur; fuisse in præliatorum præsertim initio, quod factum est in Natiuitate, inermem foris, intus verò munitissimum.

En nouitates bellorum, quas in Christo suo elegit Dominus. Narratur quædam pusionum bella; sed nulla sunt, quæ accedant ad ista, in quibus versamur. v. g. Clotarij Francus, à matre Fredegande in vltis gestatus, & in fronte exercitus ostentatus, copijs in Guntramnum ductis, pugna puer infantulus, ac vicissè, & hostes fuisse, dictus est; quatenus obiectus eius, tantum militibus suis fecit animorum, vt impetu improniso in hostes facto, ingens eorum strages sit edita, vt narrat Aymoinus. *l. 3. cap. 82.* Sed hæc reuera non fuit infantis Clotarij pugna; qui non nisi obiectum se habuit, excitando milites nudo suo conspectu, ac presentia. Nec aliter cum Marna bella, & Marnæum funditus euerit, Theodosius [ infantulus: cum indito manibus puelli supplice libello, quem primùm Patri Arcadio porrigeret;

Marnæ eversio, ne puellus in prima petitione repulsam passus videretur, est exorata. Reterea tamen, hoc non fuit puellum bellare in Marnæ: sed bellarunt potius SS. Episcopi Porphyrius Gazensis, & Ioannes Cælarientis, qui de S. Chrysofolomi consilio fauente Eudocia matre; illud excogitarunt, vt interposito dulcissimi pignoris, hæsitantem præ metu amittendi lucri sacilegi, Arcadium, ad funesta illa compendia abijcienda, obiectiuè permouerunt. Dimissis itaque his pusionibus, non nisi obiectiuè bellantibus; aptius est exemplum pusionis illius, quem Deus suscitauit ab purgandam tetram labem, ab Henrico Imperatore vxori suæ filæ Regis Angliæ, impactam. Adulterij innocentem fœminam maliciosè insimulabat Henricus, & pro more tunc recepto, denunciari per præconem iubet, si quis turati vellet Angitam, in pugnam descenderet, cum eo quem Imperator aduersus eum pugnaturum delegisset, quo deuictio innocentia Angustæ habenda esset explorata. Visendæ celsitudinis gladiator ab Imperatore in eum sinem delectus est, gnarus pugnandi ab adolescentia sua. Omnibus in tam ancipiti negotio refugientibus susceptionem causæ innocentis Angustæ, pugio à Deo excitatus, se pro Angustâ pugnaturum condixit. Ridente nouo Golia, concertatorem in ea ætate sibi veterano militi obiectum, vbi ad pugnam ventum est, innumeris ab tantam nouitatem concursu vndecunque facto campum cingentibus, Goliath à pusione diuinitus animato obruncatus est, Angustæ Salus in tuto locata, vt scribunt Paulus Diaconus in Longobardorum Historia, atque Nauclerus; omnes ad illud quasi miraculum à Deo, obstupuisse, ac defixos hæsisse, præ tanta nouitate, referentes. Sed hoc non nisi vnus cum vno prælium fuit, cui *belli* nomen non nisi cum addito minuenta, tribuunt qui de duello egerunt. At nemo negauerit, ad bellum progressos, illos pueros, (ad viginti millia fuisse ferunt) qui in expeditionem cruciatam adunati sunt, magnis animis à regno Francorum anno Christi 1212. vt narrat Vincentius Bellouac. *l. 30. spec. Histor. cap. 21. sancti. Antoninus, 3. pag. tit. 19. cap. 3. paragrapho 4.* & Nauclerus. *Generat. 41.* Mirabili afflatu tot parui pueri, per varias turmas, explicatis vexillis, concrepantibus tympanis, iter in terram sanctam susceperunt. Fama fuit, præstigijs duorum clericorum, qui id pro litro suo Arfacidarum nutritori spondissent, eam in pueris concitationem animorum factam: quorum aliqui Massiliam, Genuamque, alij Bandusium appulsi, inanes domum redierunt: non pauci dolosè à piratis seducti, vel Saracenis venditi, vel in mari sunt suffocati, vt Nauclerus disertè notat. Itaque meditatio potius belli, & quidem casta, imò noxia, non bellum. Quod reuera fuit inter pueros bellum, sub annum 1594. à Marquisio in appendice ad chronicum Genebrardi, *pagin. 858.* est annotatum. Beglerbegus Turca Albæ Regalis Præfectus, omem capturus futurorum, sexcentos Turcicos pueros, baculis armatos, & partis Albæ Regalis eductos, in duas diuisit acies, quarum vniam *Christianorum* appellauit, *Turcarum* alteram. Prioribus in pugna *Iesum* inclamare; Pelterioribus *Hala Hala* contentissimè ore promere, mandauit. Præmio vtrique aciei proposito, signum datur, concurraturque tanto ardore, vt vincenibus ijs, quibus Iesus præliaris tessera erat, aduersarij ad vrbes vique portas propulsi sint, plerique

plurique luxati, contusi, semineces, domum reportati; dolente maximè Beglerbegeo, quod aded tristis cessisset omnis captatio. Sed neque hoc trecentorum puerorum in trecentos præliare certamen, cum bello pusionis Christi in Satanam mundi huius principem, & succenturiatos ei tres turmas, (de quibus mox,) fas sit comparate.

## §. III.

*Distinctus, in quos hostes Christus bellauerit à Natiuitate sua.*

**H**ostes in quos Christus à Natiuitate sua bellum monet, iudicio S. Bernardi, *serm. 1. in octaua Pyscha.* sunt, Satan & tres turmæ, quas ille sibi succenturiat, proportionales tribus turmis Chaldeorum Iobo infest s. Ioannes vocauit, *concupiscentiam carnis, concupiscentiam oculorum, & superbiam vitæ.* Sic vincti Satanam, & nexum cum eo mundum, docet ibi Bernardus, si corpus durè tractent, ne perniciofa libertate seruiat voluptati; si oculi præ compunctione, exitus aquarum deducant, nec adiciantur ad quicquam caducum; si denique ambitionis vanitatem excludat charitas, nulli obnoxia inuicati. Forma bellatoris eximij, in Satanæ virtute, quæ tota est in tribus hisce turmis, fortiter debellanda, & profliganda, factus nobis est Christus nascendo, quod iuuat singularitè considerare, sed breuiter; ne in vberi argumento, supra modum effundatur oratio.

*Disectio concupiscentia carnis, per Christum infantem.*

Corpus suum Christus infans, tamen innocensissimum, ac tenerimum mundè admodum habuit. Innocentia est extra dubium; cum sacrosancta Christi humanitas, neque vllis propriis foribus fuerit inquinata, non modò in ea ætata, sed etiam per reliquam vitam vnuerfam: neque fuerit caro peccati; quia Christus non est exortus ab Adamo secundum rationem seminalem. Ob talem exortum modum, vnaquæque singularis humanitas, (si desit præseruatio,) vbiuis fordet. Itaque non fuit cur innoxia Christi caro vexaretur. Teneritudo eiuſdem carnis, respondit puritatis materiam, ex qua coaluit, & præcellentiæ, opificis; quem par fuit, temperamentum præcobile huic suæ plasticæ indere, vnde exquisita fuerit teneritudo, & pulchritudo, & sanitas opificij. Ratiocinatio est Philonis, *in Cosmog.* de corpore Adami, diuina manu fabricato; sed hic multò magis vrgens, quia materia erat purior, & corpus ad excipiendam longè digniorem animam destinabatur. Itaque corpus innocuum tantæ teneritudinis, è filina materni vterum primùm ad cæli iniurias educum, videri debet durissimè habitum in tantis vndecumque imbonitibus. Describens egressum Christi in vitam vtero Petrus Damiani, *serm. 11.* paucis multa his verbis attingit. [Egreditur & cum paupertate, quia pannis vilissimis inuolutus, & prælepi durissimo reclinatus, iam ex tunc, sanctissimis membris legem martyrij præfigebat.] Fuit sanè Christus Martyr, vt plenè alibi, *l. 5. de Christi & l. de Mart. p. 4.* dissero; sed eius martyrium, non obigit tantùm in vitæ clauula, verùm iam à vitæ primordiis est inchoatum, vt hic insinuat Petrus Damiani, & ex perpeſsionibus nas-

centis monstrari potest. Ex porro perpeſsiones quàm graues fuerint, intelligitur ex paucis quæ de eis subiicio. Media rigebat hyras, & acre frigus sauebat; nox media, in bestiarum stabulo, nullis ad arcenda corporis incommoda necessariis instructo; non camino, non aulæis, ac ne veste quidem stragula circumcunas, aut lectum, adoperiente, & rigori subducente infantulum. Hæret ad hanc tractationem S. Bernardus, *serm. 3. de Natiuitate Dom.* [Nasciturus (inquit,) Dei Filius, cuius in arbitrio erat, quodcùmque vellet eligere tempus, elegit quod molestus est; præsertim paruulo, & pauperis matris filio, quæ vix pannos haberet ad inuoluendum, præsepe ad reclinandum. Et cum esset tanta necessitas, nullam audio pellium fieri mentionem. Primus Adam pelliceis vestitur tunicis, pannis secundus obuoluitur. Non est tale iudicium mundi. Aut iste fallitur, aut mundus errat. Sed diuinam falli impossibile est sapientiam. Meritò proinde, & carnis prudentia, ( mors siquidem & ipsa.) inimica est Deo; & seculi quoque prudentia, itulitia nominatur. Quid enim? Christus utique, qui non fallitur, eligit quod carni molestus est. Id ergo melius, id vitiosius, id potiùs eligendum; & quisquis aliud doceat, vel suadeat, ab eo tanquam à seductore cauendum.]

Infantes suos Germani prisci, exploratore Rheno adhibito, probabant; non de fide coniugum dubij, sed de paruulorum temperie, & duratura in tot incommodis bellorum, complexionem, experimentum captantes. Si ad votum non cederet prælagium Rheno mergebant, indecoram (vt censebant,) generi sobolem: aded amabant, prima infantæ initia, aptatis ad dura corpusculis puerorum, consecrantes bellicis arumnis. In Britannia, (verba sunt Solini,) [Puerpera si quandò marem edidit, primos cibos gladio imponit mariti; inque os paruuli, summo mucrone auspiciis alimentorum leniter infert, & Gentilibus votis optat, non aliter quàm in bello, & inter arma mortem opperant.] Æquè Deus pater, tenerimum Filium, his veluti præexercitationibus, duratum ad austeritates bellicas voluit; vt disceremus nos quoque, carnis curam non facere in desiderijs, ac etiam ab humilitate ætate assuescere duris, & procul esse à mollitudine, atque delictis. corpus enervantibus cum animæ exitio. [O homo, (exclamat ad hæc S. Bernardus,) *serm. 3. de Natiuitate.* in carne tibi exhibetur sapientia illa quondam occulta: Ecce iam trahitur de occultis, & ipsis se se ingerit sensibus carnis tuæ carnaliter (vt iam dixeram,) prædicatur tibi, fuge voluptatem, quia posita est mors secus introitum delectationis. Age poenitentiam, quia per hanc appropinquat regnum Dei. Hoc tibi prædicat stabulum istud, hoc præsepe clamat, hoc membra illa infantilia manifestè loquuntur, hoc lachrymæ, & vagitus euangelizant.] Non diffiteor, has lacrymas, & hos vagitus in Christo infante, ed spectasse, quò postea spectabit sanguinis profusio. Sed tamen causam quoque habuere naturalem; teneri scilicet corpusculi, ex noctis, & hyemis duritie, & omnium comunodorum, quibus is rigor muleretur, defectu, asperitates, & perpeſsiones ab ipso Christo libente, ac volente admissas, vt maturè bellico labori assuesceret, nõque consimilem corporis tractationem doceret. Consentanea fuit ea tractatio corporis, Duci nostro. Quid vetat huc transferre morem Barbaris gentibus Americanis solemnem? Narrat, *Relatione de rebus Americana continentia cap. 6. pag. 56.* Petrus Pellopratus, eum apud gentes illas vigere vsum in eligendo populi Duce. Cum quis ferocem bestiam trucidaret, aut aliquo insigni facto bellico clarus fuerit, si in Ducem prone-

hendit

hendus videatur, adigitur ad ieiunium per solidum mensam, admodum austerum. Nam Cassana duntaxat, (panis id nomen apud ipsos,) ad cibum donatur, nec nisi aqua ad potum vitur. Sæpè læpius, insuauissimū gustui iusculum è petuno; nec parè demensum, sed plenè scutellis propinatum haurire cogitur. Asperè admodum, & frequenter vapulat, impactis grandibus flagris, quæ nomen *Macoali.* Hæc si generosè subeat, & absque doloris significatione, tum demum eligitur in Ducem quem non censerent futurum in bello fortunatum, si hæc initiatio non fuisset adhibita. Christus Dominus, iam à primo vitæ exordio, in signe facinus edidit, confossi lethali ter Leviathan; qui & trux bestia mysticè est, & iratus Dei ac nostrum omnium hostis, in quem bellum à Christo initum dirigitur. Et quamuis Christus, vi suæ originis, Dux belli nostri sit, nec egeat electione aut suffragatione nostra ad eum dignitatis apicem; tamen non dedignatur acceptationem nostram ad tanti muneris sibi naturaliter proprii manifestationem. Itaque per omnem imbonitatem, & duritiam tractationis carni suæ adnotam, innotescere voluit suum in spiritali bello Ducem. De prima Chaldaica turma per Christum infantem nascendo fusa, atque contrita, satis hoc loco.

*Euersio concupiscentia oculorum, per Christum in natiuitate sua.*

Concupiscentia oculorum quæ alteram turmam conflât, & auaritia radice malorum omnium continetur, estque sementis affiduarum lachrymarum in tantæ feracitate peccatorum ex ea origine; debellata est à Christo infante. per summam in his vitæ suæ exordiis paupertatem, ac penuriam rerum externarum. Multus est in hoc Christi infantis erga paupertatem affectu exponendo, Theodorus Ancyranus, per omnia (vt ait,) paupera, gradientem in Natiuitate sua Christum demitans; & post multa concludit. [Tu autem respice mihi pauperimum habitaculum eius qui ditat cælum. Vide præsepe sedentis supra Cherubim; vide pannos obstitutum eum qui pelagus arenæ innoxit. Vide decorsum paupertatem, diuitias eius sursum considerans. Sic enim gratiæ, & clementiæ videbis magnitudinem, si tantam Dei condescensionem consideraueris. Nam ipsa paupertate, diuitiæ eius diuitis ostenduntur.] Bernardus, has esse veras diuitias nostras confirmat, dicens. [Ipsi panni, diuitiæ nostræ sunt. Pretiosiores siquidem panni saluatoris, omni purpura; & gloriosius hoc præsepe, auratis Regum solis; ditior denique Christi paupertas, cunctis opibus, cunctisque thesauris seculi. Quid enim humilitate ditius, quid pretiosius inuenitur? Qua nimirum regnum cælorum emittitur, & diuina gratia acquiritur, sicut scriptum est *beati pauperes spiritu.*] Hærebat attonitus, ad hanc Dei, qui cum diues esset, propter nos egenus factus est, paupertatem, S. Anselmus loco quem Bernardo rectè à nobis alibi subductum, agnoscit Ludolphus, S. Anselmo esse adscribendum, contra quàm aliquibus postea est visum. Sic igitur exclamat Anselmus. [O amanda, & admiranda dignatio! Deus immensa gloriæ, vermis contemptibilis fieri non desipisti. Dominus omnium, confertus seruorum apparere voluisti. Parum tibi visum est, patrem te nobis esse; etiam Domini, fratrem nossem esse dignatus es. Et tu Domine vnuerforum qui nullam habes indigentiam, inter ipsa natiuitatis tuæ initia, non horruisti abiectionem paupertatis cum nascere incommoda. Vt enim ait scriptura, tibi dem nascere, non erat locus in diuersorio; neque canabula quæ teneritudinem tuam exciperent, habuisti; sed tu in vili præsepio for-

*Theophili Raynaudi Pontificia.*

dentis stabuli, tu qui terram palmis concludis, inuolutus panniculis, reclinatus es. Et hoc ipsum à brutis animalibus mater tua mutuo accepit. Consolamini, consolamini, qui in foribus paupertatis enutrimini, quia vobiscum est Deus in paupertate. Non cubat in deliciis splendidi cubilis; nec enim inuenitur in terra suauiter viuentium. Quid ultra gloriaris è diues, in re lutea; in volutabro lecti picti & delicatissimi Rex Regum, suo recubitu stramenta pauperum honestare maluerit? Quid dura strata detestaris, tum tener infantulus, in cuius manu sunt omnia, tuis sericis, tuis plumis, duras iumentorum stipulas prælegerit? ] Si cum seculi sapientia desipiendum esset, fas foret dicere, verè iactatum à Platone, ex Poro & Penia natum esse Amorem Deum. Porus consilij & abundantia Deus, ex Penia Dea paupertatis, amoris Deum genuit. Deus cuius consilia & sapientia, sunt sicut abyſsus multa, cum diues esset, propter nos egenus factus est, & ex summa paupertate procreauit Deum amoris. Nam Deus Incarnatus, ac pro nobis natus, amor siue charitas est. Tantùm intercedit differentia, quod Deus amor, ex Poro, & Penia, Platoni fingitur natus in horto amoenissimo. At Christus in foeno, & stramine stabulum vestiente natus est. Sed sic oportuit illum secuto, iuxta illud ex Nupero Poëta. *l. 2. epigr. 87.*

*Sic superis illudis amor? Parui ecce theatri  
Magnus agit mimum. (Iudicra pompa.) Deus  
Sano cui tonitru iratos de nubibus ignes,  
Spargebat suo fulmine dextra minax.  
Nunc tonitru, mutat vagitus, & fletibus ignes:  
Deuæque, pro diuo fulmine, stramen habet.  
Sed mirum est, illo quod stramine frangat inermis,  
Pectora, quæ vincti fulmine non poterant.*

Et quodcùmque quidem adiunctum, Natiuitatis Christi spectetur, paupertas luculenter se prodit; sed sapiebat præsertim S. Hieronymo, paupertas speluncæ, in qua Deus infans nasci voluit; Et præsepi, in quo fuit reclinatus exeundo è sinu matris. Scribens enim Paulus, ac Eustochij nomine, ad Marcellam, vt Bethlehem commigraret, huic maximè argumento adamatæ à Christo paupertatis insistit, his præter cætera. [Quo sermone, qua voce, speluncam tibi postulum Saluatoris exponere? Et illud præsepe in quo infantulus vagiit, silentio magis quàm infirmo sermone honorandum est. Vbi sunt latæ porticus? vbi aurata laquearia? vbi domus miserorum bonis, & damnatorum labore vestitæ? vbi instar palatij, opibus priuatorum extructæ basilicæ, vt vile corpusculum hominis pretiosius inambulet, & quasi mundo quicquam possit esse ornatus, tecta magis sua velint aspicere quàm cælum? Ecce in hoc paruo terræ foramine, cælorum conditor natus est.] Benè addit S. Hieronymus, hunc locum quantumvis spirantem vndecumque paupertatem, sanctiorem fuisse rupe Tapeia, quæ toties de cælo tacta, ostendit quod Domino displicet. At hoc stabulum, à Deo adamatum est, quia visum est esse cælum in terra, ait Epiphanius. *orat. de Deip.* Quod si carcer, in quo Apostolus conclusus est, tamen horrens, atque pauperimum, tamen tamquam gratia Apostolica refertus, dignam habet venerationem, in xta Chrysoſtomum: *orat. de S. Petri castenis,* quanto iustius est venerari locum sanctificationis nostræ, verè factum gloriosissimum per tantam Dei paupertatem, & destructionem eius ab emundatione, ac sedem in terra collisam, vt David in hunc Christi statum intendens, loquebatur? Hoc sanè fuit, non habere in

B B b b

diuersorio.

Señio III.  
S. 3.

diuersorio locum, & in alieno nasci, vt S. Gregorius, *homil. 8. in Euang.* piè æquè ac acutè attigit: Significatum enim est, Christum non esse huius seculi ciuem, sed hospitem, & aduenam, cui domus non sit in terra; quia sua paupertate, plures nobis emeratus est in cælo mansiones, vt S. Ambrosius in *cap. 2. Lucae*, obseruauit. [Discimus ex hoc (ait S. Bernardus) *serm. 1. in vigil. nativ.* quemadmodum suscipi velit, qui in Bethleem voluit nasci. Erit enim qui fortè ei sublimia querenda arbitraretur esse palatia, vbi cum gloria Rex gloriæ susciperetur. Sed non propter hoc, à regalibus illis sedibus venit. In sinistra eius, diuitiæ & gloriæ; in dextera longiturnitas vitæ. Horum omnium æterna in cælis affluentia suppetebat; sed paupertas non inueniebatur in eis, Porro in terris abundabat, & superabundabat hæc species, & nesciebat homo pretium eius. Hanc itaque Dei filius concupiscens, descendit vt eam eligat sibi; & nobis quoque, sua æstimatione faciat pretiosam. Adorna thalamum tuum Sion, sed humilitate, sed paupertate. In his enim pannis complacet sibi, & Maria testimonium perhibente, his feris delectatur inuolui. Abominationes Ægyptiorum, immola Deo tuo.] Habet hinc iustius locum, illud Senecæ, *l. de tranquill. animi cap. 4.* de Ethnica paupertate. [Si quis de felicitate Diogenis dubitat, potest idem dubitare, & de Deorum immortalium statu, an parum beatè degant; quod illis non prædia, nec horti sint, nec alieno colono rura pretiosa, nec grande in foro fœnus. Non te pudet quicquid diuitiis adstupes? respice agendum mundum. Nudos videbis Deos, omnia dantes, nihil habentes. Hunc tu pauperem putas, an diis immortalibus similem, qui se fortunis omnibus exiit?] Verè nobis est Deus nudus in exitu ex materno utero, exors opum, & simul in vnum, diues, & pauper; prout Richardus à S. Laurentio, *l. 11. de B. Virg.* Pfaltis verba ad Christum pro nobis egentissimum accommodauit.

Et tamen (quæ fuit in Christum suum Dei bonitas,) hæc paupertas vt Theodorus Ancyranus orat. *de Christi nativ.* egregiè ponderat, post eam fusè discussam, in Christi damnum non cessit, neque hæc deiectio in probrum. Casam Romuli olim Romani magnæ venerationi habuere. Cunas Caroli V. Gandanenses ad æternum monumentum asseruauerunt. Sed nihil ex gloria, ad stabuli, in quo Christus nascens exceptus est, & præsepis, in quo altissimus iacuit, dignitatem. Dolebat S. Chrysostomus, *hom. 2. in Lucam.* Romanos ligneam illud Christi reclinatorium, mutasse in argenteum; id est, obductis laminis argenteis, nativam paupertatem oculuissè, quasi non satis per se splenderet; cum tamen eius in speciem vilitas, sit quouis argento, & auro dignior, atq; illustrior. Gregorius Neocæsariensis, *hom. de ann.* hanc paupertatem sic extollit, vix vt possit altiùs efferri, his præter cætera [Locum non habuit, qui cælum, & terram verbo extruxit. Quoniam cum diues esset, propter nos factus est pauper, extremam vilitatem ob salutem naturæ nostræ eligens, ex ingenita sua in nos bonitate. Qui occultorum dispensationis mysterium, omnem impleuit prouidentiam ac dispositionem, in cælo in sinu Patris, & in spelunca in vlnis matris, in præsepio requieuit. Chori Angelici circumcingebant eum, in cælo gloriam concinentes, & in terra pacem adnunciantes. In cælo à dextris patris sedebat, & in præsepio, vt super Cherubim requiescebat. Thronus reuera & hic erat cherubicus; Thronus regalis, sanctus sanctorum, solus super terram gloriosus, sanctis sanctior, in quo requieuit Christus Deus noster.]

Expressit hunc S. Gregorij locum Amphilo-chius, orat. *de nativ. domini.* sic exclamans. [ò Bethleem vrbis sanctificata, & communis hæreditas hominibus facta! ò præsepe, ò præsepe, comparticeps Cherubim, eodemque cum Seraphim honore? Qui enim iis æternum sedibus diuinè inequitat, nunc in te rursum corporaliter degit.] Sic ergo Christus in præsepio, vt Deus in arca, sedit super Cherubim. Ea verò arca typus erat Deiparæ quæ Christum ex utero suo ad præsepe emisit, in quam re latè Mendoca, Ex S. Paulæ persona, B. Hieron. *Epist. 27.* ait, hunc esse locum Domino, *tabernaculum Deo Iacob*, à Dauide magnis votis expetitum, pio cuique optabilissimum, quam ipsa B. Paula incredibili sensu pietatis frequentaret: Et omnibus Christianis seculis, (vt infra seorsim attingam,) magna religione frequentarunt omnes pingues terræ, adorantes in loco vbi steterunt pedes Domini; rependente Deo paupertati Christi, hunc cultum ab opulentia seculi, & ab ipsis optimatibus, capitibus populorum.

Tantumne? etiam ab Angelis, & quidem omnibus, ita vt nullus deseruit religioso officio erga Christi cunabula. Pia meditatio est Ludolphi, *l. p. c. 9.* affirmantis, regresso in cælum Angelo, qui pastoribus euangelizabat gaudium magnum, factum esse in cælo grande festum, & magnas doxologias, ac gratiarum actiones Deo exhibitas; tuncque Angelos ad vnum omnes, per ordines suos descendisse. [Videre faciem Domini Dei sui; & adorantes eum, ac matrem ipsius, cum omni reuerentia laudes, & cantica illis personuisse. Quis enim illorum, talibus auditis nouis, remansisset in cælo, quin visitasset Dominum suum sic humiliatum, constitutum in terra? In nullo eorum cadere potuisset hæc tanta superbia. Vnde Apostolus Heb. 1. & cum introduceret primogenitum in orbem terrarum, dixit, & adorent eum omnes Angeli Dei.] Locus Apostoli, quem allegat Ludolphus, fert, Angelos non fuopte nutu, sed ex Dei mandato, accurrisse ad Christum in præsepio adorandum, & omnibus obsequiis, piis officiis frequentandum. Idque etiam fert locus Augustini, celebrantis stabulum Bethleemiticum quod ibi fuerint obstrictæ Angelica potestates. Neque enim erga puerperam partes obstrictum obire potuerunt, cum absque dolore ac omni illuue, nitentissimum partum inuolata mater fuderit: sed ab humilibus ac lætis officiis erga puerperam Deum, & virginem puerperam; Angeli astantes, denominati sunt obstrictæ, per aliquam analogiam. His adè nobilibus stipatoribus, in famulitij, & honorati satellitij modum cingentibus lectum pacifici Salomonis, vltra numerum ac dignitatem sexaginta fortium, ambientium typicum Salomonem in suo lectulo confidentem; (quod ad Christum in matris utero primum conceptum, Gregorius *homil. 1. de annunciat.* Neocæsariensis accommodauit; nos ad eundem in gremio matris, vel in præsepio iacentem, congruè referimus;) honestauit Deus paupertatem Christi sui, ne præea, vt inter mortales assolent, despiceretur, tanquam incomitatus, & pannosus, nec in veste præclara procedens, (vt ille apud Iacobum diues,) aut in purpura tanquam porphyrogenitus, sed in egestate sua gloriosus. Nec illa cunabulorum Christi honestatio prætereunda est, qua terrestres Angelos adunauit. Ad paupertatis enim Euagelicæ professionis, nihil fortius illexit, quam exemplum Christi in præsepio iacentis cum summa paupertate vagitus Christi propter nos facti egeni, euocantur vndeque; pios viros, ac Virgines ad paupertatis Christo adanate comple-xu Stabulū quo exceptus est, quia non erat ei locus in diuersorio, fuit idea coenobiorum, ac parthenonū om-nium.

niū. Quotquot magnates ac Principes, opibus suis re-pudiatis, Euangelicam paupertatem propter Deū sunt consecrati; illud habere propositum, vt Christo infanti in summa paupertate degenti in stabulo, conformes fierent.

Scitè sanè Adamus Perennas adductus in Allego-riis Tilmanni, monasterium confert cum stabulo in quod Christus pro nobis diuertit, sic scribens. [*Transseamus vsque Bethleem*, & à seculi actibus diuertentes, subire nullatenus, humile Christi diuersorium dedignemur. Ibi puer natus est nobis, ibi filius datus est nobis, cuius exinanitio, nostrā fuit repletio; cuius abbreviatio est eruditio paruulorum. O felix tugurium! O Regum palatij diuersorium præferendum, quod cælestis Magisterij auditorium factum est: vbi Verbum infans vagit quidem in cunis, sed præ Tullij facundia, imo præ eloquijs Angelorum ille vagitus est eloquens, qui linguis infantium facit disertas, ibi inaccessibilis splendor criminum deterguntur. Ibi Angelorum farietas modico lacte alitur; sed cuius alimento, humilium nutrita simplicitas in adultam prouehatur ætatem. In præsepio illo, Angelorum frumentum in hordeum vertitur, sed cuius pabulo pia iumenta in comportandis oneribus roborentur. Et certè Christi diuersorium, monasterium dixerim, ad quod declinās à malo vt bonum facias, diuertisti. Præsepium diuersorium, claustrum dico intra monasterium, cui te professionis vinculo, & loco disciplinae tanquam man-fuetum animal illigasti. Quid autem hordeum dixerim in præsepio, nisi ordinem qui tenetur in claustro, vel intellectum sacri eloquiij qui difficulter elicitur de litera inuegumento, vel sacro sanctum Christi corpus quod de altari sumitur in sacramentum? Aristæ quippè & paleæ hordei asperitates & difficultates exprimunt; quas tolerari oportet inter obseruantias ordinis instituti. Designant nihilominus figuras & integumentum sacri eloquiij. Signant & sacramentales illas species sub quibus sumitur vera caro Christi. Quid inquam sunt illæ species, color scilicet, & sapor, forma & pondus, quibus tantum mysterium obumbratur, nisi panni illi quibus Verbum infans in angustia præsepis ob-uoluitur?]

Nihil horum ab analogia proposita stabuli ac mo-nasterij alienum est, cum nihil sit in Monasterio fam-iliarius, quam assidua diuinarum scripturarum scruta-tio, & diuinæ Euchariistiæ frequentatio. Eandem Monasterij imaginem in Christi stabulo, præferunt illa Guærrici. [In diuersorio viatorum natus est (Christus), vt hospites & peregrinos super terram exemplo edocti, nos esse constiterunt. Ibi quoque nouissimū eligens locum, in præsepio positus est, vt & nos illud Dauidicum, *Elegi abiectus esse in domo Dei magis quā habitare in tabernaculis peccatorū*, opere disceremus. Pannis inuolutus est vt habentes quibus tantū tegamur, his contenti simus. Per omnia pau-upertate materna contentus, matricque per omnia subditus, vt totius Religionis forma, iam in eius natiuitate nata videretur.] Itaque appositè Monas-terium confertur cum eo diuersorio in quo Christus natus est cum summa paupertate; Nec desistere alia duo substantialia Monasterio, cum castitas in puerperæ illi-bata virginitate suauissimè fragret: obedientia verò, & quidem Ethnico præstita, vt optimè obseruauit Chry-sostomus, in eo sit explorata quod Christus venerit Bethleem, atq; ad stabulum diuertit, ex obedientia vt profertibus matre atque Iosepho, ipse quoque

Theophili Raynandi Pontificia.

profiteretur, & Romanis tabulis Censuariis perinde ac subditus infereretur. Rectè ergo statuebat Adamus bellator ab Perennas, monasterium esse imaginem stabuli, è quo ortu ex ortu vagiens infans inter arcta conditus præsepia, euocauit *genui viro*; per humilitatem & paupertatem suam, ad similes vitæ speciem, quotquot illiserunt calces seculi. Quid si verò hanc ob causam, Hieronymus in præclara descrip-tione vita cœnobiticæ, cellulas vocauit *præsepia*.

Claudo hoc punctum & analogiam monasterij cū præsepio Christi, si illud addidero, Speluncam Bethleem-iticam afflare spiritum paupertatis, & contemptio-nis omnium rerum fluxarum, qui est spiritus religio-sæ vitæ. Monstrauit hoc exemplo suo Isnardus, Do-minus Castri Calini propè Folcalquerium in Prouincia scribit enim de eo Geruasius Libistinus tractans de imperialibus solatijs & mirabilibus orbis terrarum; cum in Terram sanctam concessisset, animo visendi sacra illa loca vestigijs pedum Domini signata, & studiosè loca omnia conuersationis, prædicationis, passio-nis mortis sepulcræ mysterijs nobilitata, & in singulis vberem pietatis fructum colligisset, ad extremum peruenisse Bethleemum, vbi summam Christi eo loco demissionem & propter nos egestatem, quod in alijs sacris locis non senserat, eo affectu erga secessionem à seculo tactus est, vt exulare in perpetuam à patria & pauper propter Christum pauperem reliquā vitam egere induxerit in animum. Et cum ex ea voluntate secessisset in abditum eremum vbi à commentibus popularibus suis deregno posset, paucis panibus quos secum asportarat breui consumptis, de vita periclitatus est præ inedia: sed cornus diuinitus submissus, & monstrauit radicē, quam cum estisset, mirificè reco-cillatus est, eoque deinceps cibo addita ad potum frigi-da, vitam sustentauit ad annos complures. Tandem verò à ciuibus suis peregrinis omnia scrutantibus, vt quid eo factum esset docerentur, inuentus cum mirā erga se Dei prouidentiam & secessionis causas retulisset, consummatus in Dei obsequio, in pace in idip-sum dormiuit ac requieuit; exhibitio insigni specimine; quanta vis sit in exemplo Christi infantis ac pau-peris ad præsepe Bethleemiticum deiecti, ad religio-sæ vitæ eo Christi statu prædelineatæ auspicia pie-menti inferenda.

*Superbia vitæ, à Christo nascente profligata.*

Tertiæ turtæ Chaldæorum, & tertiæ aciei succenturiatæ Satanæ, profligatio per Christum nascentem, ex antedictis videtur explorata. Exclusio enim concupiscentiæ oculorum per paupertatem quantum Christum nascendo prodidit, coniuncta est cum humilitate, eamque & infert & fouet; vnde superbiæ extrusio, vt monstrant encomiastæ paupertatis Chry-sostomus, Athanasius describens Acta S. Synodeticæ, & passim alij. Addamus tamen nonnulla distinctiūs. Ambitionis igitur seu superbiæ vitæ, vanitatis, quam ex sensu S. Bernardi prosternit charitas, funditūs nascendo enexit Christus Dominus. Vnde illa vera æquè ac pia Guærrici exclamatio. [O beata infantia, cuius infirmum & stultum, fortius & sapientius est omni-bus quia nimirum Dei virtus & Dei sapientia, sua in nostris diuina operatur humanis. Huius siquidem in-fantis infirmitas, principem mundi triumphat, fortem ornatum ligat crudelem Tyrannum captinat, & capti-uitatem nostrā absoluit & liberat. Huius infantis muta (vt videtur) & elinguis simplicitas, linguas infantium facit disertas, linguis hominum loqui facit & Angelo-rum, linguas diuidens igneas. Inscius iste (vt vi-detur) ipse est qui docet hominem, scientiam & Angelum, tanquam verè Deus scientiarum, sapientia Dei, & Verbum.] Hæc tanta & tam eximia præsti-tit Christus, simulque superbiām vitæ profligauit. Abiciens se pro nostra & Patris charitate, ad infantia,

B B b b z ad



Sectio III. ad viles pannos, ad præsepium. Quæ tria, Dei pro nobis deiectione, aduersus superbiam humanam, veluti fulmina, Angelus pastores alloquens indicauit.

In primis, superexcellens humilitatis superbiam excidentis specimen, exhibet in Christo nascente, vox Infantis; quia Angelus pastores alloquens, insigniuit Christum tunc editum. Quid verò est *infans*, præse eam vocem spectando? Mulier profligatæ pudicitia, apud Gersonem (Monialem, A postatam, factam meretricem, vocat Pelbartus), ad cor denique reuerfa, *infantem*, censuit idem esse quod *puerum*, etiam in tota pueritiae latitudine. Itaque ex eo quod eiusmodi infans, siue puer, etiam si triennis, aut quadriennis, facile ponat iras, aiebat magnam sibi esse consolationem, cogitando Christum factum esse infantem. Desperaturam namque se veniam, nec vel obiectu inferni quem toties esset promerita vel paradisi à quo iam pridem excidisset, nec recordatione passionis Christi, & fusi pro se sanguinis, quem toties pollutum duxisset; permoueri posse ad dolorem de peccatis spe veniæ temperatū: quo motu facile se tangi profitebatur, cogitando de Christo infante, seu puero, quem proinde ex admodum pia formula à Gersono recitata, in statu infantia interceptabat. Piè id quidem, nec præter morem, quo probro ducitur dici infantem, seu puerum. Coniunctum enim putatur, dicens; *Tu es puer, tu es infans.*

Piissimè omnino dulcedinem huius cogitationis, infantia Christi nascentis implantat Guericus. Præterea verò primæ huic infantis notioni, multa inædificat expansione dignissima & ad contundendam superbiam humanam apposita. Vtque aded (inquit), vniuersas infirmitates carnis quibus ob culpam humana subiaceret natura (absque culpa videlicet,) dignatio suscepit diuina, vt nec infantia reculeret iniurias, nec alia quàm communis habet conditio, sortiri vellet exordia, &c. Itaque paruulus natus est nobis, & Deus maiestatis, exinanitens semetipsum, non solum terrene mortalium corporis, sed etiam infirmæ ac pusillæ, infantium se configurauit ætati, &c. ð sacra & dulcis infantia quæ veram humanis cordibus innocentiam infudisti per quam omnis ætas in beatam redeat infantiam, sibi que conformis fiat, non pusillitate membrorum, sed humilitate sensus & pietate morum. Profus nos filij Adæ qui nimis grandes estis in oculis vestris, & in Giganteam enormitatem per superbiam excreuistis nisi conuersi fueritis & effecti sicut paruulus iste, non intrabitis in regnum celorum. Ego sum ostium regni, ait paruulus iste. Nisi incurruerit altitudo virorum, non eos admittit istius humilitas ianuæ. Idè nimirum conuassabit capita in terra multorum, & qui elati accedunt, repulsi capite illiso cadent retrorsum. Quid enim? Adhuc tu superbis terra & cinis, postquam Deus factus est humilis? Adhuc tu magnus es in oculis tuis, postquam Deus, paruus factus est sub oculis tuis: Ille semetipsum exinanuit, vt penè videretur esse nihil, sine quo factum est nihil, & tu in immensum inflaris & extolleris, existimans te aliquid esse, cum verè sis nihil: Ipse te seducis, clamat tibi Apostolus, cum etsi aliquid esset, etsi magnum aliquid esset, tanto magis humiliari te oporteret. Quāto (inquit sapiens,) magnus es, humilia te in omnibus, & inuenies gratiam coram Deo qui superbis resistit, humilibus autem dat gratiam: qui & ipse vt tibi fieret exemplum, cum esset maximus omnium, factus est humillimus & minimus omnium. Parum erat ei vt fieret minor Angelis conditione mortalis naturæ, nisi & hominibus minor fieret ætate imbecillis infantia. Videat igitur pius & humilis & gloriatur, videat impius & superbus, & confundatur. Videat inquam Deum immensum, paruulum factum, & infantulum adorau-

dum. Stupendum mysterium, redemptionem piorum gloriam humilium, iudicium impiorum, ruinâ, superbiorum, &c. Num cum primò se manifestauit mortibus puerum se maluit exhibere, magisque amabilis quàm terribilis apparere, vt quia saluare veniebat, &c. Nihil hinc terroris, nihil feneritatis quam metuas, sed omnimoda benignitas atque mansuetudo de qua præsumas, &c. Ne sit tibi scrupulo quod graniter deliquisti. Nescit puer læsus irasci, aut si irascitur, facile potest placari. Verè nihil placabilis animo huius pueri, qui in hoc ipsum pacem tuâ satisfactionemque præuenit, priòque legatos de pace mittit, vt velis reconciliari, &c. Congruerat ergo cum diuina mansuetudine ætas innocentia ac facili infantia, satisque conuenienter & commodè salutem peccatorum ab hac exortus est ætate, vt quos reatus propria terreat conscientia, spes consolaretur non difficilis indulgentia. O puer dulcissime Iesu bone, quàm magna est multitudo dulcedinis tuæ. Profus dulcedo incomparabilis & pietas ineffabilis, vt Deum qui creauit me, videam puerum creatum propter me: Deumque maiestatis & gloria, non solum similis mihi fiat corporis veritate, sed etiam miserabilis, & velut humanæ indigens opis appareat ætatis infirmitate. De Christo infante, id est puero, non plura.

Sed notio *infantis* præse accepti, alia est quàm *pueri*, in toto ambitu significationis huius vocis. Neque enim omnis puer, est *infans*, siue non *fans*, & loquendi *impos*; quod sonat cortex vocis *infans*, sub qua vocis notione, subsunt efficacissima aduersus superbiam malagmata. Si attédatur, Christum tantæ tunc sapientia, quantæ nunc est, gessisse se vt infantem solent, eadem gestulationes infantiles edidisse, quas solent infantes edere, & nunc brachia hinc illuc vertere; nunc subito vagire, moxque sedari; agitare se se, pro vt impetus sensitua partis facile in infante mobilis, tulerit. Hoc si in senè in cunis se componente contingeret, & tamen omnia in fantium propria exerceret, referretur ad delirium. Sic tamen pro nobis se gessit Dei Filius, sedens in cathedra sapientissimus inter tres: (appropriatur enim filio sapientia.) Gessit se vt infantes solent, nec aliter se habuit, quàm si plus iudicij, ac plenioris quàm sit in puero rationis vsu non habuisset. Verè hoc est se supra modum demittere, & longè plus quàm ille pater, qui cum pusione suo pueralescens, equitabat in arundine longa.

Zeno Veronensis acutè de more, hanc in Christo humilitatis abyssum attingit, paucis illis. [Mixtus carni humanæ, se fingit infantem.] Scitè verò præmiserat; hæc à Deo, *dissimulata maiestate ab aetherea sede profecto, in prædestinata Virginis templo, sibi meti castrametante, parata.* Affinia illa quoque, ex eodem alibi. [Quoniam ratio! Amore imaginis suæ, coactus in infantem, vagit Deus; patiturque se pannis alligari, qui totius mundi debita venerat solutus; in stabuli præsepè deponitur, populorum pastorem, pabulumque se esse contestans: subiicit se gradibus ætatis, cuius æternitas in se non admittit ætatem. Torum contra conscientia suam, vt homo infirmus patitur; vt homini mortis lege consumpto, immortalitas tribuatur.] *Coactus*, id est contractus in infantem Deus dissimulans maiestatem, & contra conscientiam suam se fingens in puerilis geitus, & infantilem formam, castrametatur; hoc bello expugnaturus superbiam humanam.

Est tertia infantis notio, & ipsa aptissima ad Christi, in hoc mysterio, humilitatem detegendam, & contundendam superbiam nostram. *Infans* proprie idem est quod *loquendi impos*, siue non *fans*, ita vt pro eo tempore, qui est præse infans, sit mutus. Esto balbutiat tacillum, & in sonos inanes, ac mentis vacuos erumpat.

erumpat. At hoc Christo accidisse, est prodigiosum. Erat enim, etiam in ea ætate, Dei Verbum. At cuiusmodi est Dei Verbum? vnicum sanè, quo sibi, & apud se loquitur, sed in quo vno verbo sunt omnia ait D. August. ad illud psalmi 61. *semel locutus est Deus.* Si esset in calce lexicæ continentis omnia planè quæ cusa sunt, cudiue possunt vocabula, vnum vocabulum quod cætera omnia contineret, quanta esset illius vocabuli amplitudo? quantum sonaret percipientium auribus si proferretur? Eiusmodi est; Tantumne? Imò incomparabiliter, & cuiuscumque cogitacui nostro inadaquabiliter, sonantius est, Dei Verbum: vtrumque de eo cogitare se posse, sed eloqui non posse, profitebatur S. August. [Vtrumque video, vtrumque intelligo, est in corde meo de hac re verbum; sed querit exire ad vos, & dignum non inuenit vehiculum. Vehiculum verbi, sonus est vocis. Quod dico apud me, quæro vobis dicere, & verba deficiunt. Volo enim dicere de Dei Verbo; quanto Verbo, quasi Verbo? Omnia per ipsum facta sunt. Opera videte, & operatore expauescite. Omnia per ipsum facta sunt. Redi mecum humana infirmitas; redi ergo. Humana ipsa comprehendamus si possumus.]

Hoc Dei Verbum vnicum, & aded grandiloquum, vt omnia exprimat, nec diluit vt voces, & verba nostra, (quod alibi idem D. Augustinus insigniter æstimat,) hoc Verbum semper sonans, & nunquam sonare deficiens, equisit propter nos mutum, & infans. Et si fas est dicere, defecit. Sed hæc eius infantia aded clamat, hoc silentium, aded sonorum est aduersus superbiam præsertim nostram, vt ear clamor celo. Tonitru est, quo sonante, iure dicatur ranis in contrarium è paludibus seculi coaxantibus; *calum tonat rana ta-ceant.* Externa tamen specie, Verbum Dei tam validum, tam potens, tam sonans, obmutuit. Meritò admonet pius Poëta de Verbo non fante, ac muto agentis, consentaneam non esse loquacitatem. Argumentū carminis apud eum est, *Verbum infans*: subiicit verò. *En iacet in cunis æterni infantia Verbi,*

*Soluere me in voces, non finit ora stupor.*

*Dum mutus Deus est, non me decet esse loquacem,*  
*Ingenio sterili, causa Dei que fauet.*

Æquè Guericus contestabatur, & suos & cuiuscumque audientibus: non item mutam prædicationem Verbi infantis, silentio suo longè valentiùs ac fortius perculsuri quemcumque aures cordis admoventem, nec agentis aspidem surdam. Itaque sic fratres suos ad quos agebat, affabatur. [Si quis frater acidiosus inuenitur inter nos, nolo diutiùs vt fatigetur aures eius, sermone nostro contemptibili. Transeat vsque Bethleem, & illud in quod desiderant Angeli prospicere, prospiciat ibi: Verbum scilicet Dei quod Dominus ostendit nobis. Imaginetur animo, sermo Dei viuus & efficax, qualis ibi iaceat in præsepè. Si tantum pietas oculum illuminet intuentis, quid tam delectabiliter potest videri, tam salubriter cogitari? Quid æquè mores ædificat, spem roborat, charitatem inflammat? Omnino fidelis sermo & omni acceptione dignus, omnipotens sermo tuus Domine, qui tam alto silentio à Regalibus Patris sedibus, a animalium illapsus præsepibus, meliùs interitu suo nobis silentio sermocinatur. Qui habet aures audiendi audiat quid nobis hoc pium & mylicum æterni Verbi loquatur silentium: quoniam nisi me fallit auditus, inter alia quæ loquitur pacem in plebem sanctorum, quibus reuerentia ipse & exemplum, religiosum imposuit silentium. Et necessimè quidem imposuit. Quid enim tanto pondere, tantæque autoritate, disciplinam commendat silentij? Quid tanto terrore compefcit in quiete

*Theophili Raynaldi Pontificia.*

tum malum linguarum, procellasque Verborum, sicut sermo Dei silens in medio hominum. Non est sermo in lingua mea, confiteri videtur omnipotens sermo, dum matri subditus est, & nos qua dementia dicemus *linguam nostram magnificabimus, labia nostra à nobis sunt, quis nosser Dominus est?* Liberet mihi, si liceret, obmutescere, & humiliari, & silere etiam à bonis, vt attentius & diligentius aurem possem adhibere vocibus arcanis, sacrisque sensibus huius diuini silentij; & vel tanto tempore sub silentio discere in schola Verbi, quanto Verbum ipsum sub disciplina siluit matris. O fratres si piè & diligenter intendamus huic verbo quod Dominus fecit hodie; & ostendit nobis, quanta quàmque facile possemus ab ipso perdoceri: Verbum siquidem breuiatum est, ita tamen vt in eo consummatum sit omne verbum quod ad salutem est, quia nimirum Verbum consummans & abbreuians in æquitate, ipsum est. Et hæc consummatio abbreviata inundauit iustitiam, sicut promissum meministis per Esaïam, quia de sua plenitudine in particeps suos redundauit iustitiam, vt abundet iustitia ipsorum plusquam scribarum & Pharisæorum; licet illi per tam multiplices se exercitent iustificationes legis, isti autem breui ac simplici contenti sint verbo fidei. Sed quid mirum si omnia verba sua nobis Verbum Dei breuiavit, quando ex seipsum breuiari & quomodo minui voluit, aded vt de incomprehensibili immensitate sui, ad angustias vteri quodammodo se contraxerit, & continens mundum in præsepè se passum sit contineri. In celo Verbum istud horribili altitudine sua virtutes Angelicas stupefacit: in præsepè simplices & hebetes pascit, & si tales effici volumus fratres, iterum atque iterum transeamus vsque Bethleem, & diligentius intueamur hoc verbum quod factum est caro; Deum immensum qui paruulus factus est, vt in hoc visibili & breuiato verbo discamus sapientiam Dei; quæ tota humilitas facta est. *Omniem* siue totum iustitiam vocabat Christus, deiici dominus ad suscipiendum baptismum serui ministerio exhibitum: quod aliqui ibi interpretantur de omni humilitate, cum Glossa expendente orne genus humilitatis micuisse in eo facto. Igitur æquè in hoc negotio, sapientia Dei facta est, tota humilitas; cum Verbum Dei factum est mutum & silens, & Dei sapientia facta est quasi stultitia & insipientia; non in cruce tantum de quo statu id agnouit Apostolus sed etiam, & multo luculentius, in cunis præsepè.

Videri potero plus satis hæsisse in profligazione superbiam nostræ, per deiectionem Christi nascentis, latentem in prima illa voce Angelici ad Pastores Evangelij, inuenietis *Infantem*. Pergo ad reliquam eiusdem exitialis nobis noxæ euerfionem per Christum nascentem, in sinuatam sequentibus Angeli verbis. Pannis ergo involutum & in præsepè positum Dei Filium nunciabat Angelus. Hoc vt pateat, componamus filium Dei cum filiis hominum, Archelaus ex S. Fulgentio, *ser. de Epiph.* in purpura sub auratis laquearibus natus involutus sericis, in lecto argenteo est collocatus: Christus Filius Dei, in bestiarum diuersorio, in præsepè, vilissimis involutus est pannis. Filij Augustorum *porphyrogeniti* dicebantur, quia in domo purpuræ edebantur in lucem. *Porphyram* vocabant eam domum, vt habet Anna Comnena, l. 7. Ibi vt est apud Claudianū agnitem de Honorio nato in ostro, *de quarto consul.*

*Aclius genitrix auro, circumstua gemmis,*

*In Tyris enixa thoros tabulata verendis*

*Aula puerperij.*

Omnino multo de eo vsu tractatores rerum Palatinarum, & qui vavos de more delibat, circa prædictam puerperij domum Balengerus.

*Christus bellator ab ortu ex virginis vtero.*

Seçtio III.  
§. 3.

Christus Rex gloriæ, & Rex Regum, primogenitus omnis creaturæ; absq; vlllo externo apparatu, editus est, & pannis vilibus innolutus, & noctu clam omnibus apparuit. Verum [omnis hæc in saluatore vilitas, pretiosissimum est salutis nostræ sacramentum.] Vt rectè dixit S. Maximus, *hom. 2. de nat. Dom.* qui de hoc eodem infante præmiserat. [Vt primùm illum in has seculi procellas, & fluctuantis sentinam mundi, vterus maternus effudit, vilissimis circumdatur pannis. Pannis siquidem induitur ille pro nobis, qui cum crearet omnia, terras luce perfudit, cælum syderibus adornauit, & ignea solem claritate vestiuit.] Hi panni absque addito vilitatem præferunt, vt notat Ludolphus: *1. p. de vita Chr. c. 9.* Nam & *pannosum* dicitur, qui vilissimè vestitur. Hi igitur panni, naturæ ex superbia ægotantis emplastra fuerunt, iuxta S. August. *ser. 21. de temp.* qui rectè alio loco, *serm. 22. de temp.* concludit. [Omnia ergo huius Natiuitatis Schola, humilitatis est officina, patientiæ massa, virtutis agoniam.] Et expendens illud Iobi, *in c. 29. Iobi nunquid volet monoceros seruire tibi, aut dormiet super præsepe tuum?* Monocerotem, siue Unicornem, superbiæ typum esse docet: dictos autem superbos dormire super præsepe Christi, quia humilitate sua tantoperè in præsepio micante, domuit superbos seculi, & securitatem à noxis superbiendo contractis, ac oblivionem curarum malæ conscientiæ, hac tanta sua deiectione, illis contulit.

Auersus eandem superbiam fuit, quod Christum nocte nasci noluit. Exclamat ad hoc S. Bernardus, *serm. 3. de nativ. Dom.* [Vbi sunt, qui tam impudenter ostentare gestiunt semetipsos?] Christus non de meridie, aut adulta luce, sed nocte, & nocte media, nasci voluit. Aliqui quidem censuerunt, Christum esse natum de die. Ita Hesychius teste Anastasio Sinaita, *l. 7. in hexaem.* qui idem tradit: Et viderit idem insinuare alius Anastasius, *9. 93. in script.* (si tamen alius,) in qq. in scripturam. Sed hoc non potest admitti, quia diserte Lucas tradit, Pastores cum eis reuelatio de Christo nato, euangelizante Angelo, obtigit, vigilasse vigiliis noctis. Christum ergo noctu natum esse, indubitatum haberi debet. Et ita Azor, *tom. 2. l. 2. cap. 9. quæst. 4. cum multis recentioribus.* Hoc vt clarum assumit Tertullianus impugnans Martionem, *l. 5. c. 9.* probato in primis eo loco Psalm. 109. *Ex viro ante luciferum genuit e.* Addit verò, [Nos edimus Euangelia, nocturna Natiuitate, declarantia Dominum, vt hoc sit ante luciferum, & ex stella Magis intellecta, & ex testimonio Angeli, qui nocte Pastoribus annunciant, natum esse cum maximè Christum: Et ex loco partus; in diuersorium enim ad noctem conuenitur. Fortasse an & mysticè factum sit, vt nocte Christus nasceretur, lux veritatis futurus ignorantia tenebris.] Argumentum ex stella Magis perspecta, non multum vrget ad probandum, natiuitatem Christi nocte esse factam. Nam neque Magi venere Hierosolimam & inde perierunt Bethleem in nocte Natiuitatis Domini, neque ea stella præstinguebatur à luce Solati, quia erat ex materia densa, & verè valdè propinqua & vberi luce instructa, vt differit Suarez. Itaque ad rem nostram sufficiunt alia adducta à Tertulliano. *Ratum igitur dico, Christum de nocte natum esse. Nimirum vt scire de morte cecinit nuperus Poëta.*

*Nascendi, tenebras testes sibi Christum, adesse  
Cur voluit! Sol est, non eget illa die.*

Esse autem (vt addebam,) nocte media natum, tametsi non est viquequaue certum, fit tamen verisimile, ex eo quod ritu Ecclesiastico, iam à Telephori Papæ tempore, ( hoc est ab anno Christi 141.)

in vsum recepto, statim in media nocte, fit sacrum in honorem Christi nati, vt bellè sibi respondeant horæ primi, & secundi aduentus Christi. Media siquidem nocte super veniente, clamor fiet; eamque fore horam iudicij vltimi, statuit Iosephus à Costa, *ser. 4. de temp. nat. c. 15.* post S. Maximum Taurinensem *hom. 1. de aduentu,* atque Hieronymum ad illud Mat. 25. *media nocte clamor factum est,* vbi etiam Chrysostomus, & Euthymius. Suarez: *tom. 2. 3. p. d. 50. f. 10.* tamen reclamante.

Non mirum initia Christi vitæ, his humilitatis floribus flagrasse. Nam vt rectè differit Arnoldus bonæ Vallis (falsò creditus Cyprianus) *serm. de Nat. Chr.* [Hic est primus religionis introitus, sicut in mundum primus Christi ingressus; vt quicumque piè vult viuere, humiliter de se sentiat, neque supra se in mirabilibus ambulare præsumat. Fundamentum sanctitatis, semper fuit humilitas; nec in cælo stare potuit superba sublimitas. Hanc primam gratiam ingrediens mundum noster paruulus attulit; & à cunabulis nos sibi conformes fieri volens, teneri voluit in vita, quod exhibuit in persona.] Planè vt idem author inferius prosequitur, peregrinum fuit opus Christi ab eo. Idque est, ad quod considerans Abacuc, expauescebat, de mirans omnipotentem in cunabulis. Quam enim [Peregrinum fuit à maiestate, puer sugens vbera, & panniculis innolutus.] Sed sic oportuit contumdi superbiam nostram, & detumescere typhum, tantæ deiectionis, & humilitatis exemplis.

Frustra erant monita & humana, & prophetica ad studium humilitatis superbiæ mortalium integendum. Nihil operabantur Doctores (ait Theodorus Ancyranus,) & lex deficiebat, & Angelica studia frustrabantur, voluntate hominum non sequenti quæ bona sunt. Idcirco ipse naturæ creator aduenit, naturamque vltam erigere volens, astitit; non terrens tanquam Deus, neque tonitruis auditis percussis, neque nube circumamictus, & ignem in nube demonstrans, neque tubæ sono audientes terrens; sicut aliquando Iudæis apparuit timorem iniiciens indenotis; nec concutiens famulum sed gratia magis & bonitate euocans eum. Propterea non venit cum imperiali fastigio, nec obsequium deduxit Archangelorum. Non mouit Angelorum exercitus; non enim volebat persequi recedentem, fugitium suarum legum; sed venit omnium Dominus in serui forma, paupertate circumamictus vt venationem non effugaret. Incerto nascitur prædio agrum incertum ad natiuitatem eligens pauperula paritur Virgine, per omnia paupera graditur, vt per eiusmodi, ad salutem hominem venaretur. Nam si gloria stipatus fuisset, & diuitiis multis circumamictus accederet, diceret vti que infideles, quoniam diuitiarum largitas, mutationem orbis terrarum fuisset operata si maximam Romanam elegisset ciuitatem, potentiam ciuium mutationem orbis terrarum putarent. Si filius fuisset imperantis, potestati vtilitatem adscriberent. Si legislatoris factus fuisset filius, præceptis vtilitatem attribuerent. Sed quid fecit? Omnia abiecta & vilia elegit, omnia tenuia & plurimum obscura, vt diuinitas sola cognosceretur orbem transformasse terrarum. Propterea pauperulam elegit matrem, pauperiorem patriam, egenus fit pecuniis. Et hoc exponat tibi præsepe. Cum enim non esset locus in quo Dominus reclinaretur, in præsepi ponitur, & fit opus immensum prophetiæ, & optima annunciatio. In præsepi enim idcirco positus est, quia nuntiabat quod etiam irrationalibus notus fieret. Dei namque Verbum & Filius, semetipsum trahit & diuites, & pauperes, eloquentes & tardilogos, & in paupertate viuens, & in præsepi i. cens.] Et bos & asinus, & tumentes inquam & par-

ni,

ni, cognouerunt hoc præsepe Domini sui. Sic enim legit mox Theodorus locum Elaiæ quem huc accomodat. *Hoc* inquam definite, plenum humilitatis Christi prodigium.

Quæ hæcenus prolata sunt ad humilitatis magisterium à Christo humillimè per omnia nascente exhibitum, sunt satis obuia. S. Athanasius, *orat. de censu.* Christi humilitatem paulò altius in hoc negotio repetit. Perpendit enim summam Christi in in Natiuitate sua humilitatem; primùm ex eo quod voluerit describitur: tunc ex aliis speciminibus deiectionis, quæ tacta sunt. Nam quamuis Euangelista solam Ioseph, & B. Mariæ prægnantem professionem expresserit, tamen Christum quoque, ex quo natus est, descriptum esse, pono extra dubium. Ait ergo S. Athanasius. [Quis non loquetur, quis non admirabitur dispensationem illam, qua Dominus ad nostram se demisit humilitatem? Qui in excelsis liber est, in terris describitur: illi hic Dei Filius, hic feruens illi hic Rex, hic subditus. In cælis dñes in terris pauper. In cælis adoratur, in terris vechigal ab eo exigitur, ac sollicitudo. Illi hic diuino sedet in throno, hic in agresti, & rustica nascitur spelunca. Illi hic in paterno est, & incomprehensibili sinu; hic in partu brutorum reclinat præsepi. Qui emittit fontes, mammam sugit: Qui fert omnia, inexplicabili quodam modo ferebatur: Qui nusquam non est, in exigua Iudææ regionis parte, incircumscriptè circumscribitur. O res admirabiles, & omnium cogitationem hominum superantes! Elisabeth in domo illi Iohanne peperit; & Virgo ipsa, in parua spelunca, Iesum parit: Iohannes in lecto, & Dominus in præsepi reclinat.] Et fuit quidem præsepe in parua specu, sed minor semper & Christus. Scitè nuperus Poëta.

*Magna Dei soboles, stellata habitabat in aula.*

*Visa domus tanto sed minor est domino*

*Verum ubi iam clausit puerili corpore nuncen,*

*Exiguam subijt sed minor ipse specum.*

*Parua specus, minor atque minor, licet esse labores*

*Parua, minor Domino, non potes esse tuos.*

Verè in hoc maximè negotio, prudentia Dei percussit superbum, vt Iob dixit cap. 26. atipulante Dauide psalmo 88. vbi ait *Tu humiliasti sicut vulnèratum, superbum.* Quod enim S. Gregorius 17. *mor. c. 15.* rectè perpendit, Christus homo factus, & pro nobis nasceris è foemina, in summa humilitate, Satanam Regem super omnes filios superbiæ, non fortitudine, sed ratione superauit. Prodiit enim ad præliandum; non in virtute sua manifesta, sed quasi Codrus sub aliena specie despicata, & vili; vt per errorem hostis non agnoscentis Dominum gloriæ in tanta humilitate, superba eius machinatio euerteretur: quod hæc nocte inchoatum, demùm alia nocte quæ Christum vitæ redonauit, perfectum est; & plenè patefiet ea media nocte, qua ad generale iudicium veniet, vt præmissi.

Quas itaque laudes, charitati Dei dicimus (ait ista expendens S. Augustinus, *serm. 25. de temp.*) [quas gratias ei agemus, qui nos ita dilexit, vt propter nos fieret in tempore, per quem facta sunt tempora; & multis seruis in mundo minor esset gratie, ipso mundo antiquior sine veritate? homo fieret qui hominem fecit; crearetur ex matre quam creauit; porceteret manibus, quas formauit; fugeret vbera quæ impleuit; in præsepi muta vagiret infantia, sine qua, humana, muta est eloquentia?] Illoc nobis charitatis in Deum, ac gratitudinis argu-

mentum; præstitit humilitas Christi, in his vita suæ initiis micantissima; voluit enim nobis per exemplum fieri via, vt qui per superbiam excideramus humilitate, ipso viam signante humilitatis, regrederemur quo tendendum erat, iuxta præclaram S. Augustini, *serm. 16. de temp.* admonitionem. Ex quo insuper tantam misericordiam, & charitatem demerante, alium locum represento, *serm. 59. de diuers. c. 3.* [Dominus Iesus (inquit,) homo esse voluit propter nos. Non vilescat misericordia, iacet in terra sapientia. In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. O cibus, & panis Angelorum, de te implentur Angeli; de te satiantur, & non fastidiunt. De te viuunt, de te beati sunt: Vbi es propter me? in diuersorio angusto, in pannis, in præsepio. Propter quem? qui regit sydera fugit vbera, implet Angelos, fatuit in sinu Patris, tacet in sinu matris.] Sic transfusus est superbus. Sic depressus est; iuratus hostis humilitatis. Scitè Chrysippus, tactum poenitentia Satanam inducit, deplorantem sortem suam, quod Enam seduxisset, quod hominem per superbiam implanaisset; vicissim verò per Virginem secundam perditus esset, ac Christi nascentis tanta disiectione vastatus.

Collaudanda tanta Dei bonitas, in confessione. Vt factum eximie est ab homine nequam cuius meminit Franciscus Richardus in narratione de sacra expeditione ad Insulam S. Irene. Is inquam solo homine Christianus *c. 17.* cum per obdurationem in odio hostili erga aliquem, prodigisset quicquid habebat spiritalis substantiæ, adeoque se Satanæ marcipasset vt vsum omnem Christianorum Sacramentorum iam per annos aliquot esset auertatus: Tandem tamen audito Oratore verè Christiano, Francisco Rossiero, disputante de testatissimo in nos Christi amore in præsepio Bethleemico, tactus dolore cordis intrinsecus; peracta concione cum Patre Rossiero ad sacro operandum vestes sacras induisset, accedit illi ad pedes; & de scandalo hæcenus dato, publicè petita venia; per multos gemitus ac vberes lacrimas exorauit andiri de peccatis & absolutione donari, priusquam Sacerdos incrementa vltima litaturus, subiret altare. Hic sanè collaudauit infantis Christi charitatem in confessione. Equè à nobis collaudanda & celebranda demisso infantuli, & choreis actis honestanda. In præsepio choreæ Angelorum Christum circumdederunt, iuxta Chrysippum, *supra in fine.* Celebremus & nos Sacra *quædam pœma* ad clarum è cunis puerum circa focum circulatim discurrendo gestientes cum tripudio; partem etiam occultatum assantes, non absque sacrificio, & continuis, & datis puero muneribus, ac indito tunc nomine. Ritum hunc Ethnicum, minutatim describunt Castellands, *vierge v. à μυσθόμια* tractans festi Græcorum, & Mensius in Græcia Feriata. Præstabis hæc omnia mysticè, circa infantem Iesum, si religiosè sinu cordis exceptum, foueamus; & circum ignem tantæ charitatis oberremus, venerabundi simul, & admirabundi, ac exultabundi; promerentes eidem ex animo mystica munera, quæ decet non egentem corporeorum bonorum, sed spiritualium nostrarum dapna, lætis, & mellis infantilium eleaturn, patti pane abscondito altaro feruentissimis charitatis afflatus, inter eum comedendum adnotis. Nam inter mensam Encharisticam ac præsepe Christi, affinitas est non modica; vt obseruatum est à Theodoro Ancyrano, *orat. de S. Philog.* Sic honestatum, nomine insuper *Soteris*, ac Iesu nostri donabimus, agnoscentes quæ eo nomine

Sectio III.  
§. 4.

præfertur, gratiam, his natalitiis primùm conspicuè impensam.

Iungit Eucharistiæ usum, cum mysterio infantis Christi in cunis pro nobis vagientis, sicque ad pugnandum excientis, Guericus Igniacensis, & plene quoque, creditus Cyprianus; reuera eiusdem cum Guericco Cisterciensis familiæ, Arnaldus Bonæ Vallis, sub finem sermonis de Nativ. Dom. his præter cætera. [Adest Deus fortis, nec spem ponat homo in homine, nec in brachio carnis suæ confidat: quia qui mundum vicit, victoriam suis promittit militibus; & qui victores sunt sui, cælo vim inferunt; quoniam sicut scriptum est, *regnum celorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* In parvuli huius nomine, cum hoste antiquo congregimur, & fortis armatus, supereminente fortiore, de atrio antiquitus possessio potenter expellitur, & præsumptæ infestationis audaciæ, silentiùm imperatur. Defectui carnis nostræ, quæ à primitiis fœcibus originalis mali infecta languerat, ex Christi carne redditur fortitudo; & sacramentorum communio, per quam illius corporis syncerati vinimur, nos in tantum corroborat, vt de mundo, & de Diabolo, & de nobis ipsius victoria potiamur, & sacramentali gustu vinificis mysteriis inhærentes, vna caro, & vnus spiritus simus, dicente Apostolo, *qui adhaeret Domino, vnus spiritus est.* Sic hi, ad quos sermo fit, dicuntur Di, & F. I.] excelsi, dominis, & hereditatis, & æternitatis participes, fortitudine societatis Christi subigentes tentamina. Et cum homines sint ex indigniori materia, in captiuitatem redigunt, & conspuunt, ligantque dæmonia. Et quidem in hoc tempore, in stadio vitæ huius, se exercet militia Christiana: & præeunte Christi vexillo, quem & parvulum vidimus & cognouimus Deum, quos spiritus consilij, & fortitudinis munit, nec vinci, nec decipi possumus; quos eruditio diuina, scientia, & potestate fecit insignes:]

#### §. IV.

*Finem natiuitatis Christi Ioannis 18. expressum, verbis illis, Ego in hoc natus sum, vt testimonium perhibeam veritati, bellè comprobari ex antedictis.*

Quæ proximè adducta sunt, de bello Christi nascentis in Satanam, & tresturmas ei succenturiatas, continent liquidam expressionem eius quod Christus de sine suæ natiuitatis tradidit Ioannis 18. agens cum Pilato, *Ego (inquit) in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati.* Quæ verba, quam, benè ceciderint in negotium, de quo Christus cum Pilato agebat, rectè ibi expendunt Ribera, atque Toletus, nec non Petrus Simonis in opere de veritate, l. 2. à cap. 21. Ea autem vestigatione quod ad rem istam non faciat, nunc seposita, suauè est recogitare, quàm verè per antedicta constet, finem natiuitatis Christi, fuisse testimonium perhibere veritati.

In primis verò statuendum est, illa Christi verba non spectare ad æternam natiuitatem ex patre, vt perperam arbitratus est Card. Vigerius chorda 7. c. 111. in Decachordo. Sic enim glossat ea Christi verba *Ego natiuitatis meæ ratione, verax sum.* Æterna namque natiuitate qua sum Dei Filius, in

hoc natus sum, vt testimonium perhibeam veritati, quandò meæ ratione natiuitatis, imago sum, & speculum primæ veritatis, & in me relucet omnes ideæ. Quicquid verè est, in me natiuitatis æterna ratione respicendū. Pro ratione itaque generationis æternæ, *Ego ad hoc natus sum, vt testimonium perhibeam veritati.* Perhibere testimonium veritati, est, veritatem comprobare, roborare, declarare. Pro æternæ genitoræ merito, omnes veritates increatæ, & creatæ comprobantur in verbo.] Habet hæc, & alia in eam sententiam author prædictus, sed non est audiendum. Nam de omnium patrum, & interpretum sententia, Christus verbis illis non agebat nisi de sua temporali natiuitate ex matre. Nec aliter dici posse, est per se clarum ex ipsis verbis. *Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni, quæ exprimit causam finalem non modò aduentus qui solam temporalem natiuitatem spectat, sed etiam natiuitatis à Christo memoratæ. Nam illud in hoc perinde sonat atque propter hoc, siue ad eum finem.* Syluam exemplorum similium addensat Manuel. Sa in indice Phraleon scripturæ V. in. Atqui natiuitas Christi æterna ex solo Patre, non est capax causæ finalis, cum sit ipse Deus, in quem causa non cadit. Igitur ea Christi verba spectant solam natiuitatem ex matre; quam natiuitatem verum est habere suam causam finalem; hoc est testificationem veritatis, quæ iuxta S. Cyrilli lib. 12. in Ioan. c. item 11. interpretationem, sita est in expulsiōne falsitatis à mundo, & reductione regni Dei, qui est ipsa veritas, destructa Diaboli tyrannide.

Hæc testificatio veritatis qua depellitur falsitas, duobus modis intelligi potest. Nempe primò in actu signato cum proferuntur verba, aut signa, quibus quod latebat aliquem, ei innotescit. Nam iuxta S. Augustini Epist. 122. c. 1. & 2. doctrinam, in his quæ vidimus, vel videmus, nos ipse testes sumus. In his autem quæ credimus, alijs testibus mouemur ad fidem. Non creduntur autem nisi quæ proprijs sensibus non percipiuntur, atque ad eò quæ nos latebant, nec nisi significante alio, qui percipit ipse, nobis innotescunt. Secundò testificatio potest fieri in actu exercito: qua ratione Innocentes ab Herode iugulati, agnoscuntur. Martyres, siue testes non loquendo, sed moriendo. Sic etiam Tertullianus, l. de anima c. 43. agnoscit esse parabolas, & imagines; sic ut sermonum, ita & rerum. In quam seriem realium imaginum quibus conspectis muta prædicatione eruditur, refert somnum, & vigiliam, quibus quotidie subjacemus, vt recordermur qui fuerimus ante vitam, & qui post mortem futuri simus. Vnde agens de somno, ait. [Proponit igitur (Deus) tibi corpus amica vi sopris elisum, blanda quietis necessitate prostratum, immobile situ, quale ante vitam iacuit, & quale post vitam iacebit, vt testationem plasticæ, & sepulchræ, expectans animam quasi nondum conlatam, & quasi iam ereptam.] Multus est in hac doctrina & testificatione muta res, & facta, absque sono vocis, S. Chrysostomus, hom. 8. de penit. in medio. nec non S. Gregorius. hom. 10. & 11. in Ezech. Idem docuit S. Augustinus, agens de nauis agitatione, & Christi somno, vnde doceri, silencio homines ait, quid in tempestatibus spiritualibus vna veniat. Et idcirco somnum illum Christi signum vocat, & Sacramentum, serm. 3. additio ad sermones de sanctis. Dens in factio Osee, iussi docere fornicariam, simile genus testificationis dedit; quod idem S. Augustinus, l. 22. contra Faust. c. 80. vocat figuræ Sacramentum; quia eo facto tacitè significabatur fornicatio

natio mystica synagoga per idololatriam. Nec aliter contigit Isaiæ, cum iussus est per urbem incedere spoliatus, & nudus; vt imminente spoliatiōnem urbis Ierusalem insinuaret; & Ezechiel, cum iussus est boium stercore vesci, ad atrocis famis imminentiæ expressionem; vt per ea extraordinaria, & portentosa facta, stertentium alitè Hebræorum fœcordia, efficacius percelleretur.

Duobus positis modis Christus testimonium perhibuit veritati, & in eum finem natus dicitur. Et in actu quidem signato, siue per verba, id non præstitit statim atque natus est. Etiam si enim in eum finem nascebatur, vt hoc testificaretur soo tempore, non tamen debuit id testificari nascens, vt omnia ordinatè circa eum procederent. Et quia prius cœpit facere, quàm docere, nascentem auspicari oportuit à silentio. Itaque non sunt circa Christum pusionem, patrata quæ de aliquibus, aut recens natis, aut ante natiuitatem à matris utero produntur: Vt de B. Iacobo à Marchia, qui adhuc conclusus maternò utero, admonit matrem vocè sensibili, vt metum poneret, vt est in sancti viri actis. Andreas Libani tractatione de clamoribus puerorum in utero, alia signat. Sicut de puerorum præconi loquelæ addensat exempla Philippus Berlaymont, in Parad. pueror. p. 1. c. 12. & 13. Sed nulla talia ostenta infantiam Christi decurrunt. Et in ipso Evangelio tradi videtur, omnia illa esse commenticia. Nam Ioan. 2. dilertè dicitur, initium signorum Christi, fuisse in Cana, ineunte Christi iâ tricenarij prædicatione. Tricas verò aliquorum circa eum locum, benè dispellit Toletus, annot. 14. in cap. 1. ac Suarez, t. 2. s. p. d. 17. s. 3. ad finem. Idem colligit S. Chrysostomus, hom. 17. in Ioan. ex illis Baptistæ verbis Ioan. 1. vt manifestetur in Israël, propterea veni Ego. Nam si Christus per miracula ante Ioannis prædicationem innotuisset, nihil fuisset opus prædicatione Ioannis, ad Christi manifestationem. Facessant ergo nugæ de Christi infantis miraculis, exaratas in apocrypho libro de infantia Saluatoris, proscripto à Ielasio. Ac proinde dandum est, Christum in sua natiuitate non perhibuisse veritati testimonium in actu signato, vt præmittebam.

Opportuno tamen tempore, perhibuit testimonium cuiusque veritati circa finem vltimum, & circa media ad illud assequendum; quia ad hoc natus est, & ad hoc venit in mundum. Itaque Dei veri, vnus, ac Trini notitiam, intulit mundo exquisitam & plenam, suæ testificationis interuentu. Magna enim pars mortalium, solum Deum verum, (etiam pro vt vnum), ignorabat. Post Christi verò natiuitatem repleta est terra scientia Dei, velut aquæ maris operiente. Idololatriam, & Politheismum, quibus Dei vnitas & veritas excindebatur, beneficio aduentus Christi prostrigata videmus, vniuerso ferè orbe terrarum. Sic igitur multiplicatio illa diuinitatis apud Ethnicos vigens, abacta est. Augustinæ autem illæ Iudaicæ, quibus personæ in Deo plures non agnoscebantur, (quæ erat falsitas circa Deum, Iudæorum proprio, iuxta Nazianzenum,) orat 3. de Theol. testificante Christo sunt solute. Hoc enim est, quod Baptista significabit, cum diceret, *Deum nemò vidit vquam.* Vnde nemo mortalium cognoscere potuit, cuiusmodi in seipso esset Deus quoad substantiam. *Vnguentum quod est in suis Parris, ipse enarrauit.* Iam de medijs quibus ad Deum vnum, ac trinum, solum ac verum hominis finem, est pertingendum, Christus prout ferebat finis in quem natus erat, plene docuit homines, insignens præsertim studium charitatis, quæ est vinculum perfectionis, & inter media adduce-

di hominem ad Deum, longè præcellens. De humilitate quoque, tanquam de optimo ad verum hominis finem assequendum medio, multa sæpè præclare testificatus est Christus. Sed quod Iudæi, ferè vnus, & exmentum malitiæ quod est hypocrisis, per omnes pressum, suas operationes diffunderent, & nihil apud eos in genere boni moralis syncerum ac expers occurreret; Ego in hoc (quæ ferè etiam erat labes virtutem in Ethnicis natus sum, Philosophis, vt alio loco est demonstratum); vt testimonium perhibeam veritati, consentaneè ad finem ob quem natiuitatem peruenerat, synceritati, & soliditati virtutis est attestatus inculpans frequenter Pharisæorum & superbiam veritati, & hypocrisis. Ad hæc omnia suo tempore factis bellè commentariis testificanda, venit Christus in mundum, & ad eum finem natus est. Nunc monstrandum sequitur, quod testimonium perhibuerit Christus veritati, in ipsa natiuitate sua.

Docuit sanè nos Christus in ipsa sua Natiuitate veritates maximas & nobis per necessarias de loco in quem nobis tendendum & medijs quibus ad eum est pertingendum, siue de via ineunda vt eo perueniamus, quod significare videtur voluisse qui dixit, *Num quid post ortum tuum præcepisti diluculo, & ostendisti aurora locum suum.* A uroca enim symbolum est militantis Ecclesiæ in qua fideles per lucem tenebris admittant, tendant ad verum locum suum. Et quia qui ambulat in tenebris nescit quo vadat, Christus illucens nobis, & per ortum suum præcipiens lucem, ostendit nobis quò & quâ tendere par sit. Scitè S. Odilo serm. de Nativ. Dom. In nostra carne visibilis voluit apparere, vt ad amorem inuisibilium ipso duce possemus redire. O magnæ pietatis iudicium! O inestimabile diuinæ misericordiæ sacramentum. Omnipotens Deus hominem decreuerit redimere, & redimendo homini etiam se corporaliter ostendit, & ipse (vt ita dixerim) fugitui sui vestigia subsequens, ad redimendum quem amiserat hominem, locus venia si enim appellari locus nequaquam conditor possit, Deum landans nequaquam Psalmista dixisset, *Filius seruum tuorum ibi: Ibi enim non dicimus, nisi cum speculariter locum designamus. Conditor etenim noster, cum sit omnium rerum locus, sed illocalis, veniens in mundum, non habuit proprium locum in terris, sicut ipse dixit, Filius autem hominis, non habet vbi caput reclinet.* Et secundum lucam Euangelistam, Positus est in præsepio, quia non erat intergerina genitrici eius locus in diuersorio. Quis vidit vnquam tale. Quis audiuit huic simile? Tanta enim erat in assumpta humanitate humilitas, quanta in diuina maiestate sublimitas. Quàm sublimis in suis tam humilis in nostris, in præsepio iacebat, in cælo residebat.] Quod Deum per aduentum suum in carne subsecutum esse fugitui sui vestigia ait S. Odilo, consentaneum est Apostolo qui vt benè exposuit Ribera dixit, Deum non Angelos apprehendisse sed hominem, similitudine petita ab eo qui ruit in præcipitium, & à subsequente miserratore prehensus per vestes posteriora corporis operientes atque retractus, reuocatur à præsentissimo exitio in quod præceps ibat. Sic Deus homo factus iulceus est nos & apprehendit, *σπλαγχνόμενος*: Verbum, eam retractationem ab insequente fugitiuum & retrahente ne pereat, bellè significans, vt ibi S. Chrysostomus aduertit. Exitialiter ergo fugientes locum suum verum, mortales, ad eum retracti sunt, ipso eiusdem loci ad eos accessit. Nam Deum esse locum nostrum, rectè dixit Theophilus Antiochenus, l. 2. agens cum Autolyco, & agnouerunt Iudæi antiqui, quos Galatinus, l. 2. de arc. cap. 8. testatur, Deum designasse voce *locum* sonante; vt intelligerent mortales, ipsum esse quem

Sec̄tio III. quem petere, oporteat, & ad ipsum summo nisu regredi si extra eum esse contigerit, vt accidit corporibus extra locum connaturalem constitutis. Ac ne longinquitas loci adeundi quemquam abstereret, ipse locus ad nos accessit, & retractos summa vi à loco alieno, qui locus foret exitialis, quo necessarium erat tendere docuit, hoc est ad seipsum, verum omnium centrum. Idque vt certius assequeremur, ipse quoque factus est via, signat in seipso, iam à vitæ inter nos iniitiis ea agendi ratione quæ esset nobis vera & tuta ratio regrediendi ad locum nostrum; quo ipso luculentum testimonium perhibuit veritati, in quod natus erat.

Facile erit id demonstrare, ex antèrîus præmissis de Christi bello in Satanam, & tres eius turmas, in ipsa Natiuitate occèpto. Quidquid enim Christum in eius belli primordio patrassè vidimus, fuit testimonium perhibitum veritati, & profligatio contrariæ falsitatis. Hoc vt perspicatur, recolendum est, quanta esset veritatis parçitas in terra, circa pretium bonorum temporalium, & gloriæ breui marcescentis; ac circa curam carnis in desideriis. Planè mortales ea in parte, non tam lasciosi, quam profus cœcierant. Nam toto studio, & viis quibusuis, etiam si nefariis, satagebant aggregare circum se denum lutum. Opprimere innoxium calumniis circumuentum, vt eius facultates in prædam cederent, ludus erat. De alieno sine clam subducto, siue violenter extorto discescere, industria habebatur; lapis de pariete clamabat, & lignum quod inter iuncturas adificiorum est, respondebat. Multiplicabat quisque non sua, & declinando in terram oculos, pro recto & iusto habebat, quod commodabat. Hæc erat horrenda fitis auaritiæ, quæ omnium præcordia, sanguine quadam infecerat, cui nullus potus, nulla bonorum, & opum adeptio sat erat. Etiam in domum Dei, hæc pestis obrepserat. Sacerdotes, & Pharisei inter Hebræos, cum debuissent moderatiõnis ea in parte exempla præbere, efferatissimi erant in hoc studio rei augendæ; ita vt Deum, & eius cultum, suæ cupiditati posthabentes, mercimonia potiùs quam sacra, in ipso templo tractare viderentur. Omnes quæ sua sunt quærebant, non quæ Dei.

Vt falsis iudiciis, quibus mortales omnes circa fluxas opes distinebantur, mentionem impingeret Christus nascens, & veritati de inanitate, & euanditate talium bonorum, testimoniorum perhiberet, nasci delegit in summa paupertate, qualem vix vllus mortalium, etiam si stirpe plebeia, & humili nascens, subijt. Non enim Porphyrogenitus esse voluit, neque in illustri domo primùm excipi, neque circumdari famulitio splendido, neque inuolui bysso, & purpura, tamen ea, & quæuis alia externi apparatus magnifici argumenta longè in fra eius dignitatem erant. Sed in stabulo, incomitatus, vilibus pannis obuolutus, apparere primùm voluit. Hoc sanè fuit aduersus vanitates, & insanias falsas mortalium, ferre validum testimonium non dictis, sed factis infonans, quasi eos sic affaretur. Eia dementati filij hominum, vnde vobis tantùm paupertatis odium? Vnde tantus ardor accumulandi fluxas opes? Quis vos docuit illecebram vitiorum omnium tanto studio captare? En me Regem, & Regum in summa rerum omnium caducarum penuria, vt discatis non esse beatum populum, cui hæc sunt; neque esse cur reformidatis in un vterò elegi paupertatem. Non mihi fuisset difficile, cum eo splendore ac cultu nasci, qui cæcis mortalium mentes abriperet, ac stupore defigeret. Sed vestra interfuit, contra communem errorem pugnare; & cum diues essem, fieri propter

vos egenum, vt & mea inopia diues essetis, & rectè sentire de bono paupertatis, & frequenti diuitiarum periculo assuesceretis. Hæc & similia, Verbum infans, muta testificatione ad omnes mortales è stabulo, & præsepio. Passionem ac mortem Christi, esse distinctionem duorum Testamentorum quorum priore temporalia atque carnalia, posteriore spiritalia & æterna in pretio habenda decernuntur, dixit insigniter S. Augustinus, 9. 33. in Num. tractans mandatum de iuuenca ruffa latum Numer. 19. vbi dicitur, *ista est distinctio legis, quæcunque constitutio Dominus.* At non minus intritum Christi in hanc vitam per natiuitatem esse distinctionem vtriusque Testamenti, præclare monstrat idem S. Augustinus informans rudes, *l. de catech. rud. cap. 2. & factam sexta ætate renouationem mentis humanæ declarans, ac quantum inde redamandi Dei stimulus nobis admonetur exponens, his præter cetera.* Quis non redamare affectat, iustissimum & misericordissimum Deum, qui prior sic amauit iniustissimos, & superbissimos homines, vt propter eos mitteret vnicum filium, &c. itaque nouum Testamentum hæreditatis sempiternæ manifestans, in quo renouatus homo per gratiam Dei, ageret nouam vitam; hoc est, vitam spiritualem, vt vetus ostenderet primum, in quo carnalis populus agens hominem veterem, exceptis paucis intelligentibus Patriarchis & Prophetis, & nonnullis latentibus Sanctis, carnaliter viuens carnalia præmia desiderabat à Domino Deo, & in figura spiritalium bonorum accipiebat. Omnia ergo bona terrena contempsit homo factus Dominus Christus, vt contemnenda monstraret: & omnia terrena mala sustinuit quæ sustinenda præcipiebat: vt neque in illis quæreretur felicitas, neque in istis infelicitas timeretur. Natus enim de matre, quæ quamuis à viro intacta conceperit, semperque intacta permanserit, Virgo concipiens, Virgo pariens, Virgo moriens, tamen fabro desponsata erat, omnem typhum carnalis nobilitatis extinxit. Natus etiam in ciuitate Bethleem, quæ inter omnes Iudææ ciuitates ita erat exigua, vt hodièque villa appelletur, noluit quemquam de cuiusquam terrenæ ciuitatis sublimitate gloriari. Pauper etiam factus est cuius sunt omnia, & per quem creata sunt omnia, ne quisquam cum in eum crederet, de terrenis diuitiis auderet extolli. Ab his iniitiis manifestatæ per Christum veritatis, addita consimili reliquæ Christi vitæ textura, edoctos mortales quæ essent vera bona, & quæ genuina vtriusque Testamenti distinctio, qui est flos reliquatus Euangelicæ veritatis cui docendæ Christus in mundum venit, concludit consequenter S. Augustinus. Monstrauit autem Christus vitæ suæ moralis principio, distinctionem prædictam, mutò magisterio, & factis sonantissimis apud habentes, aures audiendi, etiam si linguam infantia cohiberet.

Iam gloriæ studium quod Apostolus superbiam vitæ appellauit, quantum feruebat in hominibus cum Christus aduenit? Etiam Philosophi qui sapientes audiebant, iudice S. Hieronimo, *Epist. 26. & gloriæ animalia erant, & vilia popularis auræ mancipia. Collimabant omnia mortalium cogitata, & facta, ad claritatem in seculo consequendam.* Et hæc quoque falsa est infania, & veritatis dilapidatio, cui è mortalium sensibus euellendæ, Christus inglorius, & abjectus ( quantum ad seculi iudicia atinet, ) venit in mundum. Nullam eius ingressu in orbem, terrarum, pompa, nihil quod maiestatem, & dignitatem redoleret. Incognitus omnibus venit, sine obseruatione, ac strepitu, sicut pluuia descendit in vellus. Ipsum tempus quod natiuitati delegit, non

inquam

inquam media attestatur veritati quam Christus venit docturus; quod scilicet gloria hominis nihil sit, sed ( sicut vit sapiens 1. Mach. 2. aciebat, ) stercus ac vermis sit. Locus item, cum communis, tum proprius qui Christum è Sacris Virginis penetralibus prodeuntem primus excepit, nec Christo ex necessitate, aut casu obtigit, sed ab eo sciente, ac volente delectus est; testimonium perhibet, quàm sit accepta Deo despectio, & ignobilitas coram seculo. Locus communis Bethleem, paruum oppidulum, & minimum in millibus Iuda, Christo placuit præ Hierosolimis; inclita, & gloriosa ciuitate, cuius si fuisset eius ex natiuitate, potuisset inter totius Iudææ incolas prærogatiuam nobilitatis ex nobilissima patria ostentare, vt plerique inconsultè faciunt; quasi non asinus in nobilissima vrbe natus æque asinus sit, ac qui natus sit in mapali, vt philosophatur Nazianzenus, *orat. de Episcopis* Hæc seculare decus voluit Christus sibi deesse. Ne domum quidem in paruo illo oppidulo habere splendendam voluit, sed pro domo ei fuit stabulum, quod non est hominum, sed brutorum domicilium. Quibus expressioribus modis calcari potuit seculi gloria? Et quomodò potuit clariùs perhiberi testimonium ei veritati, quæ secundum Euangelicam doctrinam, omnem mundi gloriam esse inanem, ac meritò contemnendam profitemur. De carne maceranda, nec supra iustum fouenda, testimonium locuples perhibuit Christus in sua natiuitate. Perinde enim ac si non fuisset caro innocua, & omni prorsus peccati sordè planè libera, omni duritia tractauit eam. Hyems erat, & nox media cum aduenit; nec tamen mollitudo vlla excipiendo tenerrimo infanti adhibita est. Aberat foculus læticarius, quo frigidus rigor temperaretur: aberat caninus, deerat culcitra, & quicquid molliter habendo tenerrimo infanti corpusculo esse potuisset opportunum. Pudeat carnis omni inquinamento peccati maculata, amafas, quibus tanta cura est de ea fouenda, & pinguiore, ac vberiore pastu vermibus apparando sollicitudo, cum audiunt Filium Dei, tenerrimam quippe exquisitè temperatam, & egregiè conformatam carnem suam, nullis contagij nostratis labe foedatam, aded asperè, ac durè tractare.

En igitur quam verè dictum sit ab Apostolo Rom. 3. *veritatem Dei in nostro mendacio abundasse, in gloriam ipsius, idest interprete Origene, lib. 3. in Epist. ad Rom.* cum inundasset orbem mendacium, & falsitas circa finem, & media omnium mentes mortalium offudisset, veritas Dei, per Christum Dei testem ( iuxta illud, *ecce testem populis dedi eum, Ducem, & præceptorem gentibus* ) manifestata abolerit errorem: quæ magna est eum Dei, tum Christi gloria. Triumphator enim falsitatis ac mendacij, meritò audiet *Deum veritatis*, frequenti in scripturis appellatione, non tam ad solius Dei veritatem expulsi falsè dictis Dijs insinuandam, quàm ad monstrandum esse eum totius veritatis in orbe nunc vigenis originem, fonti illi consimilem, quem *veritatis* denominatum, probit Dio Prusæus: *orat. 35.* mirabilis planè genij fontem, de quo nemo satum, potest bibere. Similiter enim qui veritatem Christi est hausurus, necesse est euacuet quod malè hausit, & vas purum abjecta omni anteriore sagina exhibeat. Staturus Christo, iustius quàm Anaxagoræ, *æ. l. 1. c. 1.* statum veritatis. Deliro enim illi qui niuem nigram esse docuit, & complera alia falsiloquia planè ridicula obtulit, absurdè tribuitur imago veritatis: quæ Christo ob contrariam planè causam, omni iure debeatur.

S. V.

Decora Natalis Domini præsertim ex bello sacro tunc per Christum conspicuè inchoato.

Decora Natalis Domini præsertim ex bello sacro tunc per Christum conspicuè inchoato.

EX proximè dictis, emendum est primatium decus Natalis Domini, quod siue diem, siue noctem dicas, perinde erit. Verè enim Christus, nocte media fufus est ex matris utero, vt Ludolphus 1. p. *de vita Christi c. 9.* notauit: Sed ea nox per solis iustitiæ exortum, versa est in diem, & in ea Deus fecit noctem in mane. Vnde quod idem Ludolphus, *ibid.* obseruat, Angelus pastores docens dixit, *natus est vobis hodie Saluator.* præterquam quod dies naturalis, qui continetur integra solis supra, & subitus nos gyratione, noctem quoque comprehendit; ita vt quod nocte contigit, in die quoque ( nempe naturali ) factum rectè dicatur. Atque ita sacri D. Di. nunc noctem in qua Christus est natus, nunc diem memorant. Eam diem fuisse 25. Decembriis, certa traditio est, consignata apud Clementem Romanum, *S. cons. c. 12. & l. S. c. 32.* & apud Augustinum in psalm. 132. atque à Ruperto *inc. 3. Aggæ.* firmata. Fuisse Dominicam diem, declarauit sexta Synodus, *cap. 8.* & longo discursu Mathematico ostendit Hieronimus Columba agens de Festo Paschali, & contextens descriptionem Actorum Christi, à *num. 3. ad 6.* Quomodò ergo Iacobus Tirinus in Chronico sacro, traditionem esse Ecclesiæ ait, quod Christus natus sit, nocte prægrediente feriam quartam seu ( vt vulgo loquimur ) diem Mercurij quæ tunc fuerit 25. Decembriis? c. 8. Et non potuit quidem eodem semper hebdomadæ die recolli hoc mysterium, ob causas à Suarez *l. de festis. c. 5. n. 7.* recensitas; idem tamen dies mensis semper retinetur: fuitque festinus iam ab initio Ecclesiæ non autem à tempore duntaxat Iustini senioris, vt perperam sensit Nicephorus *l. 17. c. 28.* Esto apud aliquos orientales, festica huius mysterij celebritas, ferius habuerit statum diem, vt liquet ex D. Chrysofomo, oratione de hoc argumento, in qua disertè ait, decennio antequàm ea scriberet, memoriam huius mysterij nullo peculiari ac fixo die fuissè celebratam. Ab Iulio, 1. Rom. Pontifice, ita primùm esse constitutum vt 25. Decembriis, recoleretur hoc mysterium, scribit Ioannes Nicænus. *Epist. ad Cæsarienses Armen.*

Ab aliquibus cum altera Theophania quæ 6. Ioannis recolitur, commiscebatur: quod non fuisse reuerentum, si lubebat extra debitum diem recolere Natale Domini, expostulat Michaël Beroaldus. *in Chronol. l. 4. c. 2.* Calvinista; præter cætera causatus, plebis egenæ grauamen ex festinitatum multiplicatione. Sed quod de Inda in simili querela dictum est; hoc scripsit iste Bambalio, non quod de egenis pertineret ad eum, sed vt datam occasionem sugillandi Ecclesiam, non prætermittent. Stultiam verò eiusdem Beroaldi, de Christi nato mense Septembri, explosit meritissimè Canisius, *l. 3. Mor. c. 22.* & qui multa alia circa hoc tempus natiuitatis Christi exentit Azor. *2. 2. l. 1. c. 9.* Alios plerisque Sectarios, sed præfidentissimè de more Iosiphum Scaligerum, Beroaldo inhaerentes, expiodit Tirinus in Chronico sacro, Commentario in Scripturam præfixo, & plenè in Patavinis in doctrina tempor.

Elogia



Sec̄tio III. *Elogia diei Natalis Domini,*  
§. 5. *Ex Puribus.*

Huius itaque celeberrimi festi insignia elogia, apud varios Patres prostant, quæ iuvat primùm attingere generatim, tum ex quo præsertim capite decus huius celebritatis sit repetendum, ex antedictis aperire. S. Basilii, *hom. de humana Christi gener.* vocat hanc diem [Festum ingens ac nouæ creationis &c. Nostrum hoc est festum. *Theophaniam* appellamus, in quo mundi salutarem concelebamus diem. Domini Natalem hodiernam pijs mentibus concelebremus. Hodie namque Adami maledictio, soluta. Non est quod amplius dicamus; *Terra es in terram reuerteris;* sed cœlesti coniunctus in cœlum assumeris. &c. Cor mihi, floridum quid germinat, meus est alacris; lingua verò modica, & sermo exilis est, ad hoc vt tantum gaudium exprimat.]

Gregorius Nazianzenus, *orat.* 38. natalitium Christi diem ab effectis mirabilibus, in ea editis exornat, & terræ cœloque iucundum esse oportere contestatur, quod in ea vetera transferunt & facta sint omnia noua: quod rursus tenebræ soluantur, rursus lux creatur, rursus Ægyptus tenebris vexatur, rursus Israël per columnam illuminatur. Hæc Nicetas ad proportionalem tenebrarum erroris depulsionem cum ea quæ initio mundi contigit creata luce referri existimat: nec non ad aliam palpabilem tenebrarum Ægypto incubantium solutionem, & populi Dei in itinere per nubem igneam, deductionem: Vnde illud *rursus* toties à Theologo ingeminatum, idem sonat atque alium & alium noni huius mysterij proportionalem typum. Quid si verò cum eodem Niceta, *orat.* 42. alio loco, hanc Theologi in festo Christi Natalitio exultationem spectare dicamus consensionem festi Natiuitatis cum Festo Dominicæ resurrectionis quod hæc sint festa Terminalia mysteriorum nostrorum, illa quidem initiale festum sit, hæc postremum & veluti clausula obsignans? Vnde Theologus meditat, Angelos in vtròque festo cecinisse idem Canticum, *gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bona voluntas.* Ex quo eruitur, insignia illa præconia quibus Theologus hoc secundo loco exornat Paschalem festiuitatem, vocans *celebritatem celebritatum, & festiuitatem festiuitatum*, Natalitio quoque Christi diei communia esse de Nazianzeni sententia. Iungendaque sunt quæ habet Sophronius iunior initio orationis in Christi Natiuitate quæ ea die æquæ ac cum Christus natus est, in diem Dominicam ceciderat. Vnde mysteria Natiuitatis & Resurrectionis, scitè ibi componit Sophronius.

S. Amphilocheus, *orat. de Christi Natiuitate.* [Quis huiusce diei, immortales diuitias inuestigabit? Quibus magnifonis elatissimisque verbis, omnibus canticis profequendum ac tropeale sacramentum hoc proclamabimus? O dies innumerabilibus celebranda Canticis, in qua nobis orta est stella ex Iacob, cœlestisque homo ex Israël apparuit; ac nos, Deus fortis adiit; solque iustitiæ obumbravit, & virtutum diuinarum thesaurus patuit, ac vitæ æternæ planta hominibus germinavit, &c. Quæ noua hæc & mirabilis doctrina? Quæ omnipotens & faciens mortalem diuinæ prouidentie beneuolentia? Quod grande astutissimūque stratagemata aduersus Diabolum? Mundus assertus est in libertatem per Virginem, qui per Virginem olim sub peccatum corruerat. Virginali partu, tot tantæque inuisibilium demonum copiarum, in Tartarum præcipites datæ sunt.] Ipso orationis initio. [Sacratissimus Ecclesiæ conuentus, spiritualibus arcuibusque splendescit Sacra-

mentis, quorum nobis sacrorum hodie Christi veri Dei nostri natalitiorum festa dies, solida crepido est, fundamentūque immotum, & salubre initium; ac planè angustus vertex: propter quam & vetera figuratè prophetata sunt, & noua in toto terrarum orbe, palam prædicata: per quam cœlum apertum est, terræque ad diuinam elata celsitudinem: per quam paradisi concessus est hominibus, mortisque potestas abolita: per quam vis corruptionis est conculcata, perniciosusque Diaboli cultus sublatus: per quam humana vitia mortificata sunt, Angelicæque designata vitæ ratio; per quam fugatus est error dæmonum Dei que sapientia ac castissimus annuntiatus aduentus.]

Gregorius Nyssenus, *orat. in S. Sasilium.* præfatus plures præiuisse festiuitates, & in eis primam fuisse istam, Natali Domini addictam, subdit. [Primam celebritatem, cum alijs non numero. Nam quæ propter diuinam Vnigeniti Filij apparitionem per partum Virginis à mundo festiuitas instituta est, ea non simpliciter sancta celebritas est, sed sancta sanctarum, & celebritas celebratum.] Alibi, *orat. de Natiuitate.* vocat. [Insignem diem solemnitate nostræ, diem quam fecit Dominus; diem in quo malas Diaboli tenebras discutens iustitiæ sol, per naturam nostram illucet mundo; in quo quod cecidit, excitatur; qui victus est, in gratiam recipitur, qui eiectus est, reuocatur; qui è vita excidit, ad vitam redit; qui seruitutem seruauit, regni dignitatem assequitur; qui mortis vinculis constrictus est, ad regionem viuentium reuertitur.]

S. Chrysostomus, *hom. 8. de Ascensione.* illustrium festorum catalogum contextens, sic ait de hoc festo. [Prima festiuitas est, tremenda, & admiranda Christi secundum carnem natiuitas. Quomoddò enim non admirandus Dei è cœlis ad homines aduentus? Et vide Charissimè, quia omnium Dominus seipsum serui formæ vnire dignatus est; & matrem habere pauperem qui omnia continet, & omnium creator est.] Idem alibi, *orat. de S. Philogon.* [Appetit festum omnium festorum maxime venerandum adorandumque; quod si quis appelleret omnium festorum metropolim, hand quaquàm aberraret. Quid autem hoc est? Christi iuxta carnem natiuitas. Ab hoc enim illustratio Dei, festum videlicet Epiphaniarum, ac sacrum Pascha, Ascensio, & Pentecoste, originem ac fundamentum ducunt. Nisi enim secundum carnem natus esset Christus, nequaquam Baptizatus esset, (nam id est festum Theophaniorum), nequaquam fuisset Crucifixus, (nam hoc est festum Paschæ,) nequaquam misisset spiritum sanctum, quod est festum Pentecostes. Itaque ab hoc, ceu fonte quopiam, hi diuersi amnes orti, nata sunt nobis hæc festa. Verum non ob hoc tantum, per est hunc diem cœteris anteponi; sed etiam ob id quod in hoc natum est, cæteris omnibus est venerabilius. Nam quod Christus homo factus, mortuus est, cum nullum poterat adiungi miraculo? sed mortale corpus assumpsit. Erat quidem & hoc admirandum. Cæterum quod Deus cum esset, voluerit homo fieri, tantumque se demittere sustinuerit, quantum ne cogitatione quidem completi queas, hoc est omnium maxime reuerendum, stuporūque plenum. Quod quidem & Paulus admirans, dicebat; sine controversia, *magnum pietatis Sacramentum.* Quod magnum? *Deus declaratus in carne.* Ac rursus alibi. *Non enim Angelos apprehendit Deus, sed semen Abraham apprehendit: vnde debuit per omnia fratribus assimilari.* Propter hoc postissimum, diligè-

diligèque diem hunc, & amorem eius in medium propono, vt vos huius amatorij, pharmaci participes reddam. Eoque rogo vos omnes, obsecròque, vt summo studio, summaque cum alacritate velitis adesse. Sed prius suam quisque domum repurget, vt videamus Dominum nostrum in cunis iacentem, ac fasciis inuolutum; horrendum ac stupendum spectaculum.]

S. Augustinus, *serm. 9. temp.* [De creatura sua, creator omnium procreatur; & de ritu suo, fons magnus oritur. Radix omnium de vultu suo nascitur; & vitis vera palmitis sui fructus efficitur. Adest ecce exoptatissima diés gratiæ geminatæ resplendens; candore quidem consueti luminis illustratus, sed præcipuè radiantis vteri fulgore coruscus. O dies dierum omnium nouitas, lucrum lucis, & dispendium cœcitatatis; in quo æternus sol de summa altitudine claritatis paternæ descendens, vuluæ virginis aditum reuertitur, & totius mundi caliginem fulgida coruscatione repressit. Ducite fideles Christi festiuitatis gaudia: res nobis hodie perfecta est noua, quæ olim fuerat repromissa.] Et alibi *serm. 10. de temp.* [Audiat omnis ætas quod nunquam audiuit; Virgo partu suo nupsit, virginitatem dum pareret, duplicauit; Filium quem genuit, adorauit &c. In hac ergo die qua saluator nascitur, splendor lucis augetur, tenebrarum caligo minuitur.] *Diem Natiuitatis nostræ salutis,* appellat alio loco. *serm. 2. 3. de temp.* Et concinit S. Maximus, *hom. 2. de Natiuitate Domini.* vocans *natalem vitæ omnium nostrum.*

Synesius in concinnula de hac nocte. [Nox sacra quæ lucem tantam attulit his qui excecati erant, quantum nullus vnquam sol diem illustrauit. Nec enim fas est profectò, quicquam licet omnium quæ in terra sunt pulcherrimum sit, cum præpotenti rerum opifice comparandum censere. Verum ne opificium quidem est illa lux, quæ illuminat animos, & aspectabilem hunc solem illustrauit. Agnoscite beatitudinem quæ adest, quæque præsens est. Si in hoc statum firmi permaneritis, optabilem vobis, ac feliciorum solem hunc diem, quandiu vitam producere dabitur, obseruabitis. Nunc quidem certè, vnusquisque vestrum, Angelus, Deive nuncios in verbe versatur: atque etiam nunc existimate, planè vobis congruere, quod dictum est, in terris degentes, & in cœlis conuersionem habentes.]

Hilbertus hunc diem sic exornauit rythmo si sensum spectes, perelegant:

*Promissa mundo gaudia,  
Superna soluit gratia.  
Die ista in Virgine fuerunt;  
Die ista in superis genitus sine matre,  
Hæc in valle natus est sine patre,  
Die ista in Virgine fuerunt;  
In prole fuit Deitas.  
Die ista, in ga tesse florida fructum dedit:  
Gedeonis videra ros infudit.  
Die ista pressus pede mulieris.  
Coluber contritus est.  
Die ista Elifens exiit, & de fune tum adiit, subsecutus  
buculum;  
Die ista enutrit cor excelsi verbum bonum.  
Die ista manducavit homo panem Angelorum.  
Die ista, lux exiit,  
Seminare semen virum.  
Nouus esse cepit antiquus dierum  
Die ista Rex in prædam prodijt.  
Et in sote passit tabernaculum suum.  
Die ista, terra vermem protulit;  
Per quem Ionas prodijt,  
Et desit umbraculum.  
Theophili Raynandi Pontificia.*

*Die ista, splenduit lucerna;  
Quam accendit mulier.  
Mecum electum quod vidit Ezechiel.  
Die ista, veritas de terra;  
De Sion, Emmanuel ortus est.  
Et missus in salutem Israël.  
Die ista, fides matris Virginis;  
Obumbramen flammis,  
Verbi vis & hominis,  
Cuius aplasma confecerunt.  
Die ista, hic respirant miseri;  
Spoliantur infiri.  
Cedunt nobis superi.  
Renouatur ordo rerum.  
Die ista, tot beneficia.  
Sacra cæpi Ecclesia.  
Die ista, Deus sit gloria.  
Ex cuius gratia.  
Speramus cælestia.]*

*Delecta  
Natalis  
Domini  
praesertim  
ex bello sa-  
cro tunc per  
Christum  
conspicue  
inchoato;*

In menæis, ipsa Christi Natali die legitur, nobile Contacium à S. Romano Emeseno, Diacono exaratum, cuius laus est ab insigni sanctitate in Menologio Cal. Octobris vocant *Contacium* Græci, breuem modulum, sed respondentem Antiphonis Nostris, vt pluribus exponit Simon Vagneretich. n. 18. in Prolegomenis Operis de Mariana Græcorum pietate, post Gretserum ad Codinum. Illud Contacium, l. 1. *commen. c. 7. n. 2. & seqq.* quo huius diei elogia continentur, exarauit ex tempore S. Romanus non absque miraculo. Cum enim ipsa Christi Natalitia nocte, somno sopitus iaceret, aspectabilem habuit Beatissimam Virginem, quæ dormienti Romano librum chartaceum porrexit, eumque vt voraret, præcepit. Parnit Romanus, aut parè sibi visus: nec multo post, soluto somno, tantam percepit diuinitus facilitate in censuendis breuibus Odariis siue Contaciis, vt illic in templo inter canendum Matutinum ex temporali vena fuderit egregium illud Contacium quod etiam nunc in Menæis legitur, post Odam Sextam matutinam; huius diei mysterium insigniter exprimens: Ait enim.

*Virgo hodie super substantialem parit.  
Et terra spolueam ei offert, qui accedit non potest  
Angeli cum Pastoribus Deum glorificant;  
Magi cum stella iter faciunt;  
Propter nos enim, natus est nouus infans, ante secula  
Deus.]*

Rupertus Tiritiensis, in c. 2. *Aggei* insigne encomium contextit diei Natalis Domini ad illud, *Penite corda vestra ex die ista & in futurum, à die vigesima quarta Noni mensis, à die qua fundamenta iacta sunt templi Domini &c.* Ex die ista, benedicam. Agi hoc loc de die Natalis Domini, intellitissimè profequitur Rupertus. Sed quod eius oratio sit paulo prolixior, apud eum legatur. Adamus Perennas, *serm. 2. de partu Virg.* omnibus lætitiis incedi vult in hac die, tanquam solemnissima, & nouitatibus illustrissima. [Cantate (inquit) Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. Nouus est effrenda laudibus hodiernæ celebritatis nouitatis. Quid enim non nouum, vbi cœlum & terram nouam, cœli & terræ Dominus facit? Cœlum quippè nouum Virginis partus: Terra noua est Virginis uterus. Per hæc duo, noua sunt omnia, dum per nouam Verbi Dei in carne Natiuitatem, vetustas abiicitur inchoata. O quam mira nouitas, vbi antiquus dierum puer vnins noctis efficitur. Vbi verbum, est caro, sapientia infans, Deus homo, Virgo mater, lux ancilla filius omnium Dominus & creator. In nouato igitur corde opus est ad excipiendam tantæ nouitatis læticiam. Sonet vox tubæ

Sectio III. cornæ in solemnitate Neomeniæ. Audiatur vox exultationis & salutaris in tabernaculis iustorum, quia sol iustitiæ oritur in tabernaculis peccatorum.

Eiusdem familiæ & pius & grauis Scriptor Guericus, *serm. 4. de Natiu. Dom.* præfatus ex Sapiente, stultam esse interrogationem qua expostulemur cur mala sint tempora, addit de tempore ac die Natiuitatis Christi, [ô tempus acceptabile cui tam beatum, tam auspiciatum initium dedit dies iste, quo natus conditor æternus, temporis æternitatem mortalibus nunciavit, ô verè dies salutis dies iste, quo nata salus mundi, seipsum poculum salutare miscuit ægrotis. ô fratres, de die illo, loquebatur (ni fallor) sapiens filio suo, non defraudatis à die bono: Et exponens quid sit, non defraudari, inquit, *Particula boni doni, non te prætereas.* Diem quippè bonum pro eo dicit, quia datum est hodie donum bonum, profus datum optimum, donumque perfectum, descendens à Patre luminum, quod quale sit, nemo scit nisi qui accipit. At vos Fratres, spiritum qui ex Deo est accepistis, ut sciatis quæ à Deo donata sunt vobis, quippè qui ex sententia cordium cantatis, *Filius datus est nobis, &c.*] Hæc est beata plenitudo temporis, adèd vt quia quid vniuersis etiam retrò seculis mystice gestum aut dictum fuit, totum verius ac plenius impletum sit in hac plenitudine temporis. Nam & hic ipse dies, tot sacramenta tot oracula quasi recapitulata in breui hodie exhibuit, de eo verè dici possit, consummatum in breui, expleuit tempora multa.]

Passim apud cæteros Patres, dies ista *maxima celebritas, & festum maximum* dicitur. Quid mirum, festum Natalis Domini à Patribus dici *Maximum*, cum etiam Ethnici in Actis SS. Indes & Romæ *cap. 26. n. 28.* referant Maximiano, diem Natalis Domini esse maximam Christianorum celebritatem, ad quam omnes cõueniant: & opportunum fore, sic adunatos (nisi animam mutant,) intra tẽplum incedendo delectes, quod & factum est, passim saltem viginti millibus.

*De eiusdem festi dignitate Testimoniũ diuinum.*

Est ergo festiuitas Natalis Domini iuxta Patres memoratos, longè illustrissima, & nobilissima; potèstque ea dignitas cui plenius illustrandæ conferre item possunt decem (vt inscripserit) perugilia quæ Franciscus Mendoca, sui Viridarij initio intexuit diuino quoque suffragio, communiore, recensitis prodigijs, quæ in hoc die Natalis Domini, iuxta Gersonem, iuxta alios verò sub illud tempus, edita diuinitus feruntur. Gerlo *4. p. 1. de Natiu. Dom.* videtur ex S. Bonauentura, *tract. de tribus solemnitatibus pueri Iesu in secunda* profecisse, quem propterea paucioribus omnia complexum, iuuat exscribere. [ Multis signis, & prodigijs, secundum Doctorem sententiam, & doctrinam, est illa benedicta Natiuitas, comprobata. Nam in ciuitate Romana, muri templi pacis funditus corruerunt. Sodomitæ in toto orbe, morte subitanea interierunt. Vineæ Engaddi illa nocte floruerunt, & fructum balsami protulerunt. Fons aquæ, mutatus est in fontem olei, & fluxit vsque in Tiberim, & manauit tota nocte illa. Stella magna apparuit, quæ formam pulchri pueri habuit, & in capite crux splendebat. Tres soles apparuerunt in Oriente, & paulatim in vnum corpus solare sunt redacti. In die media, circulus aureus apparuit circa solem, & in medio circuli virgo pulcherrima, puerum gestans in gremio. Et quid plura? Istam natiuitatem beatissimam, Angeli mirabiliter prædicabant, Pastores nunciabāt, animalia bruta cognoscebant. Ecce iam vidisti, qualibus signis, & prodigijs est visibiliter monstrata Natiuitas Saluatoris.]

Sed non placet illis multum insistere, quod eorum pleraque aut incerta sũt, aut ad aliud tẽpus pertinẽt,

quàm ad Natale Domini precisè spectatum. Expendit ea prodigia Suares, *t. 2. 3. p. d. 1. 4. sect. 1.* merito rejiciens quod à Petro Damiani, *opusc. 36. c. 1. 2.* sin minus in sermone de Natiuitate, qui ei suppositus est; at in eius indubitato opusculo de Dei omnipotentia ad Desiderium Cassinensem, annotatum est, *c. 7. n. 1.* de templo Pacis, siue palatio Romuli; quod prænunciatum fuerat duraturum, donec virgo pareret, & concidit in Natiuitate Domini. Item rejicit Suares, quod vulgo circumfertur de fonte olei, hanc ipsa nocte Romæ ad locum qui nunc S. Mariæ trans Tiberim dicitur scaturiente per integram diem; cum tamen Paulus Orosius, *l. 6. hist. c. 19.* ante annos 27. illud prodigium consignet.

Quod apud Bedam l. de locis sanctis, *c. 8.* ex antiquorum Odoporiæcorum relatione narratur, non est præter mittendum, & maximè pertinere ad hanc noctem nati in spelunca Christi Domini. Autor ibi, describit situm vrbs Bethleem, & cum dixisset ad eius murum in Orientali angulo esse quoddam naturale semiantum totum specioso marmore tectum, addit. [Petra iuxta murum cauta, primum Domini corporis lauacrum de muro missum suscipiens, hæctenus seruat: Quæ si qua fortè occasione vel industria, fuerit ex hausta, nihilominus continuò dum respicit, sicut ante fuerat, plena redndat.] Lauacrum primum Christi, non fuit, quod nascenti ob illum in infantilem adhibitum est, (exiit enim Christus ab vtero planè nitens ac mundus, vt dictum est in Diptychis Marianis, *p. 1. p. m. c. 7. n. 2. 2.*) Sed quod postea est adhibitum. Nisi si ex sensu eorum qui sic retulerant, ita scriptum est ab eo cuius historiolum Beda contraxit: ita vt fons ad alias oportunitates à Deo pronisus, vulgo existimatus sit inferuisse lauacro corporis Christi, Miraculo fuisse enatum, & miraculo fuisse postea sæper inexhaustum, supponit Beda. Similia de fõte carceris Mamertini, & de fõte Lasciano, annotata sunt in Opere de Pietate speciali. *p. m. c. 6. p. 1. 46.* Erat hic fons, symbolum enati domni Jacob fontis parentis in abluentionem peccatoris & menstruatæ; itẽmque fontis de terra Virgine egredientis, ad irrigandam vniuersæ terræ faciem, vt habet Petri Damiani, *serm. de Annunc.* allegoria. Merito igitur inter Natalitiæ Christi noctis miracula probabiliter narrata, fons iste recensetur, pro eo olei fonte Romano, quem per anachronismum annotatum, vulgus huic nocti ad scribit.

Æquè anachronismi insinulat, & cum fundamento solido, Suares narrationem de tribus solibus in Hispania conspicuis mox in vnum coniunctis. S. Bonau. & iuxta Gersonem S. Hieron. omnes pæderastas exfornicatos & abeuntes post carnem alteram, subito interiisse nascente Christo, scriptis commisit, ex fama cuius fides vacillat. Narratio Gersonis, de asino, & bove Christum in præsepio adorantibus, incerta est. Quod de hac nocte per vniuersam terram splendidissima ab eodem Gersonem *4. p. f. 1. de Natiu.* prodigium est, facile admiserim de vniuersa terra Bethleemica, aut Iudaica: quo pacto multi accipiunt tenebras pendente Christo factas super vniuersam terram; Nam splendor extraordinarius natale variorum sanctorum honestavit; vt S. Auiti, cuius in ortu cœlestis splendor obstetrices præpedituit ne munere suo fungi possent, vt habent eius Acta 17. Iunij. Et S. Heriberti, quem nascentem ingenti luce perfudisse cubiculum, in quo edebatur, Pater eius qui aberat, & quotquot aderant conspicati sunt, Ruperto teste. Idem habent Acta S. Sumiberti 1. Martij & de S. Carolo Borromæo Ernestus Colinus in eius vita. Hoc ergo dicitur ad futura: sanctimoniam prælagium, puris hominibus prædiqua à peccato originis niterent, colatum; splendori gloriæ, & figuræ subitantiæ Dei in

ortu

ortu suo negatum, quis credat? Itaque quoad hoc, annuo Gersonisiam si non probo quod est apud zennonem Veronensem *serm. 6. de Natiu.* haustum ex Proteuangelio Iacobi, de extraordinario fulgore ocu- los profus præstingente viso super præsepe, & in toto antro Bethleemico, per obstetricem quæ à Iosepho aduocata fuerat, ad iunandam in partu Deiparam; ad quam immeasam lucem exclamarit obstetrix virgineum puerperium demirans; cui socia incredulam attracta vult pertentate veritate, incensa manu se retraxerit, & tacto infante caumatis dolorem sedauerit. Nugæ & figmenta, inter aniles mænas repouenda; non item quod de luce nocturna à Gersonem refererebatur, & admittitur enim à Petro Simanis *Tract. de Concept. & partu Virg.* qui sic scribit. [ Existimandum est, quando Maria peperit, faciem totius vniuersi risisse, & lætum orbem suo applausisse Domino: Cœlum absterfis nubibus, induisse decorem, & sydera dicentia *Adsumus*, luxisse ei cum incunditate noctem effudisse lumen in tenebris, & pro caligine ministrasse splendorem: Splendorem inquam qui instat Solis obnubilabat. De hac nocte per Psalmistam dicitur. *Nox, sicut dies illuminabitur.* Et *Nox illuminatio mea in delicijs meis.* Fulgebat æris grata & pacata temperies, & cuncta parata in ordine suo; autorem suauitatis & pacis venisse testabatur. ] Excripsit Amedeum Lauansensem *1. homil. 4. de B. V.*

Minus firmum videri possit quod in natali Domini contigisse, narrat Petrus de Natalibus, in *catalogo, hac die*, de botris vinearum Engaddi, qui simul frondentibus vitibus, & florentibus, materuerunt. Quo refert illud Cant. 1. *Botrus Cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi;* id est similis est botris illarum vinearum, qui nocte eius Natali honestanda, maturi simul cum frondibus, & fructibus apparebunt. De Rosa Hiericunthina, perulgata est narratio, de qua fusè in Glossario ad nomenclaturam, *V. Rosa* post Bedam, *de locis S. c. 8.* & Bartholomæum Saligniacum; in *descript. terra S. c. 6.* qui testatur propè fontem Eli- se; nasci rosas quæ in nocte Natalis Christi, quantumvis exsuccæ, sponæ sua hiant, & sensim expanduntur. Transacta verò nocte Natalis Domini, iterum contrahuntur, & in globum colliguntur.

Recentiore memoria, Ioannes Nider *l. 4. Formic.* qui scribebat anno 1432. prodidit, Nurembergæ in loco campestri, & communi, arborem malum more cæterarum, vere frondentem, ac florentem; autumno tamen fructificantem insuper tamen in nocte Natalis Domini, omnibus in ea ora gelu confictis, & summè rigentibus ante bimestre, producere subito poma viuentia, ea magnitudine qua est artus virilis digiti. Talia se poma vidisse, suo Generali oblata, testatur Nider: & addit, in Concilio Constantiensi, multos fide dignos eidem narrationi attestatos esse, remque habitam esse pro comperita; rursusque in Concilio Basileensi repetitam esse narrationem, & omnium assensu comprobatam. Voluit Deus huiusmodi prodigio nobilitate tempus Natalis sui, eiusque dignitatem aperite mortalibus, quos insueta plus mouent. Sunt hæc magna, & mira, & veluti diuina, & cœlestia testimonia de huius festi venerabilitate.

Penè exciderat aliud in signe miraculosum de quo in vita *l. 2. c. 4.* B. Liduinae. Refertur ibi, Viduam honestam nomine *Catharinam*, exiguo tempore ante Natale Domini accepisse ab Angelo, in nocte Natalis Domini, vbera Liduinæ, redondantura lacte quod cum Catharina Virgini Liduinæ significasset, & hæc ex humilitate id futurum inficiaretur, euentus visi veritate comprobant. [ Nam ecce (aitur Acta) in ipsa sacratissimæ dominicæ Natiuitatis nocte, Virgo Liduinae *Theophili Raymundi Pontificia.*

uigis in spiritu capta, vidit innumerabilem multitudinem Virginum, quibus tanquam Regina & Domina omnium altitit & præfuit sanctissima mater Dei; perpetua Virgo Maria; inter quas etiam se vidit in choro Virginum, admissam ad Christi Natiuitatem cum letitia celebrandam. Astabat etiam eis Virginitas multitudo sanctorum Angelorum, veluti nobilissimi clientes & sadales, denotum obsequium cognatis sibi Virginibus, in castimoniam virtute florentibus, exhibentes. Instante igitur hora Dominicæ Natiuitatis, qua Virgo puerpera Christum peperit, vbera sunt omnium illarum Virginum, & similiter huius Virginis vbera, præ abundantia lactis intumescere, ac tantum lactis habere quantum Beata Virgo ad lactandum nostrum saluatorem, in vberibus suis Virgineis percepit cum in lucem mundi, Christum peperisset. Idcirco ad similitudinem B. Virginis; omnium altarum vbera videbantur lacte repleri, in signum quod omnes Virgines illæ ad lactandum Dominum erant aptæ, & dignæ. Erat autem, vt Virgo ipsa testabatur, tam inenarrabilis ibi gloria, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quod nec lingua exprimi, nec litera possent omnia scribi. Interim vidua promissionis præstatæ memor, ingreditur ad Virginem, vberaque illius mania tenens, tanta fecunditate lactis abundauit, quod vidua trino laborum tractu, satiata fuit; & pluribus diebus absque desiderio comedendi permansit. Et nisi Virgo intussisset, à corporali cibo faciliter abstinentisset. Post hæc quoque, eandem gratiam, & visionem per contemplationem duobus aut tribus alijs annis in sacris vberibus suis percepit: sed quia statuta hora, qui probaret, non affuit, ideo gratiam oblatam nemo gustauit. Laudetur ergo Christus de Virgine natus, qui ad roborandum fidem credentium, per opera ostendit temporibus nostris in hac sancta laudanda Virgine, stupenda ista miracula.

Geminus est quod habetur in Actis B. Gertrudis; *c. 3. ex pleniori editione Bollandi* ab Oostem his verbis. [In festis Natiuitatis Iesu Christi Domini nostri, magna deuotione suffulta, recogitabat animis eleuatis prout congruebat festiuitati, cooperante quod in ea cœperat, gratia Christi. Meditabatur cum summa cordis dulcedine, quam dulciter illa Virgo purissima & gloriosissima mater Maria, dulcissimum filium suum, Saluatorem & Dominum nostrum peperit, & quam piè Virgineis vberibus dulcissimo lacte manantibus aluit. Meditando quoque mirabatur maximam Saluatoris nostri Iesu Christi humilitatem, qui dignatus est ex sinu Patris cœlestis infans apparere paruulus in gremio Virginis matris. & c. Contigit verò signum Virgineæ gratitudinis per dies quadraginta, quod Deus ostendere voluit præter eam quæ latebat intrinsecus suauitatis gratiam. Nam quadam vice, dum talibus meditationibus operam daret cum magna cordis deuotione & dulcedine, delectando se in Domino Iesu Christo parvulo nato, cœperunt ipsius Gertrudis Virginitas vbera tumescere, lacteque manare: sicque per singulos dies à festo Dominicæ natiuitatis, vsque ad festum Purificationis, non cessauit exitus Virgineis lactis exuberibus Virginis, & satiabatur illis diebus dulcedine mirabili, considerans altitudinem consilij diuini super salute generis humani. Prædictum miraculum tanto mirabilius quanto rarius. Sed cedentem facilliter, qui legerint & crediderint, S. Lambertina nuticum Virgineo lacte Linæ Virginis curæ, sed per istam lac Virgineum, sicut ab Angelo Virgini prædictam fuerat, illuminata. Nam secundum Hieronimum, *Alarci 3.* omnes verè Virgines, sicut D. N. Iesu Christi matres, si tamen fecerint voluntatem

C C c c 2 Patris

Secchio III. Patris cœlestis.] De diuinis testimoniis ad astruendam dignitatem diei Natalis Domini, non plura.

Nec illud insigne prodigium spectans Deus noctis Natiuitatis Domini puto præterendum, quod nobiles Scriptoros tradiderunt posteris, Trithemius in Chronico Hilsaugiensis, Vincentius Bellouacensis, in spec. histor. l. Albertus Krantzius, lib. 4. Saxo c. Tilmanus Bremdebachius, l. 1. collat. c. 59. Gilbertus Genebrardus, l. 4. chron. ad annum 1012. & alij. Rem describo alienis verbis. [Imperante Henrico secundo, anno salutis humanæ 1012. cum Rupertus Presbyter Ecclesiæ S. Magni Martyris in Saxonia, primam in nocte Natiuitatis Domini Missam inchoasset, quidam Othierus laicus, cum aliis viris quindecim & foeminis tribus choream ducens in cœmeterio, secularibusque perstreps cantilenis, celebrantem non mediocriter distractum fecit. Quibus cum sacerdos mandaret per ædituum, vt tacentes ab huiusmodi leuitatibus in nocte cum sancta desisterent, illique præpienti non obtemperarent, commotus ille stans ad altare Sacro-sanctum, dixit; Faciat omnipotens Deus vt per vnum annum totum, sic saltantes manere vos oporteat. Mirabile dictu, quia imprecantis vocem secutus est illico effectus; ita per totius anni spatium saltabant sine intermissione die ac nocte: non edebant neque bibebant absque somno manebant. Non pluuia super eos cecidit; non frigus, non labor, non lassitudo eos affecit. Nulli quantumlibet interrogati quicquam loquebantur, vestimenta & calceamenta eorum non sunt trita. Et primo quidem vsque ad genua, deinde vsque ad femora, terræ sub pedibus conculcatae, videbantur immersi. Filius quoque ipsius Sacerdotis cum sororem suam, accepto brachio de medio saltantium veller cum violentia educere, brachium eius de corpore abstulit. Illa autem quasi nihil passa, nec doluit, nec emisit vocem. Nec vna quidem sanguinis distillauit, sed choream continuauit cum reliquis incepsam. Anno tandem enoluto, S. Heribertus Archiepiscopus Colonienfis ad cœmeterium uenit, & saltantes à maledicto absoluit, introductosque in Ecclesiam, Domino reconciliauit. Equibus foeminae mox obierunt: Virorum quidam in breui, qui etiam miraculis post mortem claruisse feruntur, quippe qui duram satis poenitentiam egerint. Reliqui verò quibus viuere diutius licuit, tremore membrorum quid passi fuerint ostenderunt.] Aduersus prodigiosæ huius narrationis veritatem opponi videtur posse silentium Ruperti Abbatis Tuiuentis, qui res S. Heriberti accuratè exsecutus, de re tanta planè siluit. Hoc tamen non potest sufficere ad labefactandam narrationis propositæ à tot aliis autoribus scripto consignatæ veritatem. Alioqui nutaret fides multarum de Christo narrationum quas vnus aliquis Euangelista prætermiserit, ita vt si cœteri æquè illas omisissent potuissent insimulari falsitatis, cum tamen veræ re ipsa essent, etiamsi omnes de ea tacuissent, quia assertio scriptoris non facit rem veram esse, sed idcirco vera est quia ita contigit, sicut à scriptore asseritur. Non obstante itaque silentio Ruperti, narratio proposita collucere veritate videri debet. Ex ea autem liquet de dignitate noctis Christi Natiuitatis, quandoquidem Deus irreuerenter in ea se gerentes, multauit ad eò seuerè; audiuitque vocem sui Ministris exprobrantis de honestari sacram hanc noctem indecoris illis actibus & poenam longam & acerbam decernentis non abstinentibus ea sacri temporis contaminatione.

In eandem rem, suffragium Ecclesiæ, ex concessione huic diei prorogatum.

Ad diuinum suffragium, adungi potest Ecclesiasticum. Siquidem Natale Domini, quanto potest splendore & apparatu celebrat Ecclesiæ, singulari plane privilegio nocte media sacrum fieri in tanti mysterij honorem concedens; & quod in nullo alio festo, vnquam est usurpatum; eidem sacerdoti tria sacra facere eodem die permittens. Nam quod aliqui scripserunt, de tribus sacris olim celebratis in Natiuitate S. Ioannis (ita Baronius ad 24. Iunij ex ordine Romano, Albino Flacco, & Amalario); aliter est accipiendum cum Azorio; r. 2. f. 1. c. 25. q. 1. nimirum ita vt non eodem die Natali S. Ioannis, tria sacra ab eodem sacerdote fierent, sed vnum in peruigilio fieret, de officio præcurforis; secundum ipsa die de eius natali; Tertium de Baptizandi ministerio, posttridie festi. Igitur non nisi in Natali Domini, tria sacra sunt eidem sacerdoti eodem die concessa, vt habetur c. consuluisti de celebr. missar. & c. in nocte, de consecr. d. 1. Concessum id est huic diei ad significandam salutem, aduenientem, & ijs qui ante legem, & qui in ea, & qui post eam, vt philosophatur autor Gemmæ Honorius. l. 3. c. 104. Meminerit ternarij illius sacrorum S. Gregorius, hom. 8. in Euang. ac Beda, hom. de Nat. Dom. Et quamquam ex præcepto, non nisi vnum ex illis sacris, vel auditur à populo, vel conficitur à sacerdote; tamen quibus per valetudinem licet incurdum est, tertid id pij officij repetere; & vbi vnus est sacerdos, vix evaderet notam, qui aliter se gereret. Eam notam fugiens spurcus sacerdos cum post scelus ea ipsa nocte admisissum, nec præmissa contritione perfecta aut confessione expiatum, ter celebrasset in Natali Domini, à columba hostiam abripiente, & calicis sanguinem exsurgente, tertid priuatus esse communionis: Tametsi postea culpam sacramentaliter confesso, & per prouidum confessarium ad celebrandum adacto, eadem columba binas species trium sacrificiorum restituit, vt Cæsarius l. 2. mirac. c. 5. suo tempore gestum in Gallia testatur.

Ad Natalis Domini reuerentiam, & vt fideles ei piè recoleudo congrue aptarentur, lege Ecclesiastica olim mandatum est, vt statò tempore ante hanc diem ieiunium seruaretur, saltem triduo in hebdomada. Quæ lex tametsi postea eniguit, nec nisi ex consilio & pietate (extra cœnobias) seruatum est ieiunium dicto tempore, tamen non modico xui tractu durauit. Nam in Concilio Matisconensi, can. 9. quod anno 581. est adunatum sic sancitur. [Sancimus vt à feria S. Martini vsque ad Natale Domini, secunda, quarta & sexta Sabathi ieiunetur, & sacrificia quadragesimi debeant ordine celebrari.] In ordine item ieiuniorum præscripto à S. Perpetuo Episcopo Turonensi, quem Gregorius eius successore, l. 10. histor. cap. 31. recensens Turonenses Antistes gestis eiusdem S. Perpetui intexit sic præcipitur. [A depositione D. Martini, vsque Natale Domini, terna in septimana ieiunia.] In Capitalaribus, lib. 6. c. 183. trium quadragesimarum ieiunij quarum vna erat ante Natale Domini reficanda memoria decernitur. Et additur. [Quamquam enim nonnulla ex his ieiuniis Canonica priuentur autoritate; nobis tamen omnibus simul, propter consuetudinem plebis & parentum nostrorum, morem hunc obseruare conuenit.] Monachis in Concilio Turonensi celebrato anno 567. iudicatur ieiunium Decembri mense diebus singulis vsque ad Natale Domini. Absolutè, Romanos, tempore Aduentus quem posttridie S. Catharinæ inchoabant ieiunium seruasse scribit Radolphus Tungrensis, proposit. 16. S. Cuthbertus Lindisfarnensem Antistitem quadragesima ante Natale Domini diebus, ieiunium seruasse autor est Beda, c. 4. 2. vitæ Ibidem tradens

dens de S. Egberto, vita eius l. 3. histor. c. 27. Meminit quoque ieiunij ante Natale Domini, per dies quadragesima à Magistris Ecclesiæ indicti Rabanus, de instr. Clericor. l. 2. c. 22. Græcis eandem Quadragesimam fuisse in vsu, discimus ex Codino, l. de offic. Palatij Constantin. c. 7. n. 20. describente ritum mentis Imperatoris in Natali Domini. Balsamon, ad q. 53. & ad 99. M-nachor. post Nomic. Photij tamen, respondens quaestis Marci Patriarchæ Alexandrini, hanc ante Natale, Quadragesimam, ait non fuisse nisi septem dieum, iis exceptis qui lege Monastica ad integram tunc ieiuniorum quadragesimam exigendam obstringerentur. Alij Græci magna varietate in hoc ieiunio utebantur vt videre est apud Gregorium Protosyncellum in Apologia pro Concilio Florentino contra Marcum Ephesium, eidem Concilio subtexta. [Ante Christi Natalem (inquit) sunt, qui ordiuntur ieiunium ex die quindecimo Nouembris: alij ex die Sexto Decembris: alij ex vigesimo.] Hæc ad insinuandam reuerentiam Natali Domini præuio ieiunio delatam, fat in presentia fuat. Alia dico in hanc rem in Rosa Mediana, post Ciaconij in Tractatione de ieiuniis, à c. 11. quem expilauit Filefac in opere de Quadragesima, c. 3. Ieiunij veri in ipso peruigilio Natalis Domini, meminit S. Augustinus Epistola. 236. à c. 11.

Præterea singularis prerogativa huius festi est, quod tametsi incidat in diem veneris, aut Sabathi, quibus diebus apocreas est indicta fidelibus, fas tamen eis sit, carnes comedere, nisi voto, aut constitutione regulari venerit, & cum eadem temperatione, exoluuntur lege ieiunij ea die. Imò S. Epiphanius, in sine panarij. negat licere ea die ieiunare, etiam si incidat in quartam feriam, & carnis abstinentiam, quibus diebus Græci ieiunabant. Et S. Leo, Episto. 93. cap. 4. inter perueritates Priscilianistarum de hac die, memorat; [Quod dies qui à nobis in læticia habetur, ab illis in afflictione ducatur. Sed Honorius, cap. explicari de obseruatione ieiuniorum 3. ita fas esse vult comedere carnes, & ieiunium soluere ea die, vt tamen velit licere citra reprehensionem ieiunare ex deuotione, & carnis abstinentia. Quanquam quibus per votum, aut regulam liberum est, consultius (id est pietati conuenientius), facturos, si ad memoriam verbi quod caro factum est, carnis ea die vescantur, tulisse videtur S. Francisci sensus: quem Bartholomeus Pisanus conformit. fructu. 8. testatur, cum hæc conuocauerit mota esset, & F. Moricus dixisset, ieiunandum esse, cum esset dies Veneris; respondisset; Peccas Frater Morice, diem veneris vocans; diem quoniam est nobis puer Iesus. Volo quod & parietes tali die comedant carnes, si fieri potest; vel deforis limantur.] Licetum ergo est cum votum, aut regula id non vetat, feria 6. si eam incidat Natale Domini, carnes comedere: & multò magis in Sabatho idem licet, vt rectè statuit Sanchez. in summa l. 4. cap. 15. numero. Qui item, quia textus iuris adductus, personas voto aut regulari constitutione strictas non exsoluens, meminit solius ferie sextæ, existimat liberum esse in Sabatho in quod Natalis Domini incidit, vesci carnis, quibus quis ob votum aut regulam non potuisset vesci feria sexta. Igitur iure communi, & seculæ obligatione constitutionis aut voti, fas est cuius fideli comedere carnes, neque ad eò non ieiunare, etiam feria sexta, & Sabatho; quidies apud Christianos carnis abstinentia communiter grauantur. Quinetiam inter obstrictos voto ab carnis abstinentiam, die Veneris & Sabathi; si quis veniendo non cogitasset de eventu Natalis Domini ea die occurruri, eam diem non comprehensurus

Theophilus Raynaldi Pontificia.

in voto si de ea cogitasset, non teneri voto, sentiunt Molina, tract. de Inst. d. 272. & Azor; iomo 1. Inst. l. 11. c. 20. q. 3. tametsi quoad hoc postremum dissentiant Sanch. c. illo 11. n. 61. & Vasq. 1. 2. d. 30. c. 4. quorum sententiam tutiorem putat Suar. l. 4. de viti c. 20. n. 7. ex bello sa. Apud Græcos tamen, Lucas, Patriarcha in synodo, sub Emmunuele Commeno absolute & absque vlla limitatione, consultus ab Emmanuele Commeno Imperatore; respondit, virum nobilem qui iurauerat feria qualibet tertia ieiunare, & carnis abstinerere, non teneri iuramento, ac carnis vesci permittit, eo quod non congrueret die Sancto Paschæ, qua lætari conuenit, abstinerere carnis, & seruare ieiunium. Ita habetur ex l. ser. synodali in noua & ex Balsamone ad c. 29. Epistolæ Canonice S. Basilij ad Amphilochem. Vocant Græci Pascha quamlibet magnam celebritatem alicuius mysterij ad Christum spectantis, vt ex aliquibus Chrysostomi locis obseruauit Filefacus l. de quadragesima, c. 16. & ex loco prædicto est manifestum. Agnouerunt ergo Græci prædicti insignem dignitatem diei Natalis Domini quam & nomine magnam festiuitatem sonante insigniuerunt, & liberam abstinentia carnis ac ieiunio esse vulerunt non obstante iuramento, aut quod ad hoc negotium perinde esset, non obstante voto.

Nexum est cum his privilegijs vescendi carne diebus alijs vetitis, ob gaudium de Natali Domini In quibusdam prouincijs, vsus carnis eodem modo quo in die Natali Domini, indulgetur à Natiuitate Domini vsque ad Purificationem, die Sabathi. In alijs, indulgetur duntaxat vsus viscerum, siue intera-neorum. Vt vt sit, varijs in locis, ex consuetudine recepta & approbata, fas est vesci aliquibus saltem carnis, per Sabatha quæ à Natali Domini, ad Purificationem vsque occurrunt. Quod privilegium Natali Domini conceditur, vt gaudium illud magnum quod Euangelizatum est, de apparitione Verbi Dei in carne diffundatur per totum tempus illud, quo propinquitas Natalis Domini, ingerit, recensque obijcit memoriam fideliū, tantum beneficium diuinum. Facebat verò superstitiosa anilitas, & barditas eorum, qui referente Ioanne Hesselio, ad tertium præceptum c. 17. in Decalogi explicatione, reterunt eam indulgentiam, ad recordationem languoris Deiparæ ex partu, cui per totum illud tempus à partu, eius carnis ad reparandas vires fuerit necessarius. Apagè crassam ignorantiam! An enim B. Virgo, iustar foeminarum corruptoria mota esset, & F. Moricus dixisset, vt debuerit ad instauracionem virum, fomento talis edulij sustentari? Leges dicta in Dyptichis Marianis, parte 1. p. 7. n. 18. & seqq. Non minus ineptiverunt isti, quam qui B. Virgini mox post partum iacenti, appinxerunt obstricticem quæ porrigeret lassatæ sorbitiunculam & qui capiti imaginis, decumbentis Deiparæ in publica supplicatione circumlatæ, multa puluaria inponunt, vt refert & merito explodit Molanus, l. de imag. c. 27. De esu igitur carnis in Sabathis à Natiuitate vsque ad Purificationem concessarum rectè statuit Molanus post Hesselium, causam indulgentie illius Ecclesiasticæ, esse lætitiā quàm de Saluatoris die Natali, pij concipiunt, cui eo privilegio, (vbi vrget) applaudit & attestatur Ecclesia.

Ex solutioni ab abstinentiæ lege, nexa est exsolutio huius diei à quibusdam legibus publicis V. G. cum iure communi donationes inter coniuges plerumque non subsistant, ne præ nimio affectu temerè se solent; tamen iuxta Matthiam Berlichium in Conclusionibus Practicabilibus, in vniuerso Christiano orbe receptum est, vt in festo Natiuitatis, parte 2. concl. 15. num. 29. coniuges sibi ipsis, & parentes liberis, in

C C C C 3

Christi

Sectio III.  
§. 5.

Christi nomine, validè donant, non ex mera liberalitate, sed ex pia gratulatione ob Christi qui totum se in nostros vsus impendit, festiuam nativitatem. Testaturque Birlichius meminisse se donationis haudquaquam exiguae vni coniugum ab altero factae, quae ob titulum praedictum euanida non fuit, vt tu- lisset ius commune extra eam circumstantiam temporis. Alia lex cui ob praerogativam diei Natalis Domini ex solutio saltem ex magna parte conceditur, est lex ieiunij in pervigilio Nativitatis. Cum enim lex ieiunij obliget ad vnicam comestionem, ideòque cœnula serotina debeat esse valde media, tamen plerisque in locis inualuit consuetudo, vt cœnula illa sit duplo maior solito, atque aded propè æquet cœnam, nec idcirco censetur peccari in legem ieiunij: Et esse consuetudinem vniuersalem notat Azorius: r. 1. l. 7. c. 8. q. 8. nominatimque vigere Romæ vsum illum tradit Cenedo, in 99. *Caro q. 41. n. 5.* excusans vsum illum vbicunque similiter inualuit Pastoribus non refragantibus. Annuunt Fagundes, l. 1. in 4. *præcep. Eccles. c. 24. n. 19.* Beia, *parte 1. casu 3. Medina, Instr. sacerdot. par. 1. c. 14. §. 10.* & Villalobos, *Tomo 2. tract. 13. diff. 7.* qui tamen negat id extendendum esse, ad Religiosos, consentiuntque Ledesma, in *sum. Tomo 2. tract. 27. c. 2. concl. 4.* atque Diana, p. 1. *tract. 9. resol. 35.* rectè reclamante Hieronymo Llamas, *par. 3. c. 5. §. 25.* Quidni enim possint ipsi quoque frui fauore in gratiam tantæ festiuitatis inducto, si frui velint? Nauarrus autem, *cap. 21. Matrua, n. 15.* & Angles, in 4. *tract. de ieiun. q. 9. art. 2. diff. 4. dub. 1.* ac Rodericus, in *sum. Tomo 1. c. 23. n. 10.* (ac si qui alij) quibus consuetudo praedicta, vniuersè improbat, non sunt audiendi. Legem enim, tamen iustam, posse consuetudine euigescere quoad aliquem euentum, est extra dubium. In euentu autem de quo agimus, ita contigisse, multorum sapientum sensus confirmat, cui tutò stari potest.

Quod anni initium aliqui auspicati sunt a die Natiuitatis Domini, fundamentum habuit in noui solis hac die ortu; vt philosophatur Baronius, in Notis ad 1. Ianuarij. Dyonisius tamen exiguus, (vt autor est Beda, *de rat. temp. cap. 45.*) anni initium primus statuit in Domini Incarnatione; hoc est 25. Martij, vt aboleretur impius vsus numerandi annos ab imperio Diocletiani ex eius lege; quam auersati Christiani Aegyptij, annuum inchoabant à tempore martyrum sub Diocletiano passorum; id quod hodièque retinent, vt est in litteris Gabrielis Patriarchæ Alexandrini ad Clementem 8. At Galli olim numerabant annos à transitu S. Martini. Quidam Catholici ab aedificatione Romanæ Ecclesiae. Ita enim habetur ex commentario de gestis Agapeti Papæ Constanti-nopoli, cuius meminit Baronius ad annum Domini 536. Alij (vt dicebam,) à Natiuitate Domini annum occœpere, quod lato decreto fecere Aragonenses, anno Domini 1351. expuncta antiqua in Hispaniis ratione numerandi per Aram. Ita Franciscus Tarafa, quamuis Gerebrardus id factum dicat paulò ferius, nempe anno 1358. Equè Castellani annum inchoarunt à Christi Natali, lato decreto anno 1383. & post modum etiam Lusitani, anno 1415. vt est apud Vasium.

Ritus Sacros concinendi laudem Deo media nocte, & obeundi sacras vigiliis pridie solemnium festorum, inductos esse ab Ecclesia in honorem Noctis Christi Natalitiae, & excubiaturum quas Pastores super gregem suum egentes, ad Christum noctu venerunt, adorantes infantem positum in praese- pio, censuit Polydorus Virgilius, *lib. 6. de Inuent. r. c. 4.* Hæc Polydori sententia videri potest lingu-

laris, cum etiam ante Christum lenitæ 1. Paral. 9. constituti dicantur ad canendum in domo Domini die ac nocte. Dauid quoque de se ait, *Media nocte surgebam ad confitendum tibi.* Alia pleraque loca signat Suarez, l. 4. *de nat. c. 3. num. 8.* & alij agentes de Horis Canonis. Sanctus tamen Athanasius, l. *de Virginit.* præceptum surgendi media nocte ad laudes concinendas, præceptum Christi esse statuit, ob peractam media nocte suam resurrectionem; quæ fuit plurimum Græcorum de hora resurrectionis Christi, sententia. Verùm hæc causa surgendi media nocte, non excludit eam quæ spectat Natale Domini, quia ex vtraque potest vna adæquata integrari. Et ex vtraque adunata, potuit Christum permoueri, vt per Ecclesiam inductum vellet vsum precationis & psalmodiæ nocte media frequentatæ, in lege noua. Et quia sententia de Christo media nocte nato, longè certior est, quàm sententia asserens Christum media nocte surrexisse, quæ paucorum est, & minùs verisimilis, idèd conciliatur inde probabilitas assertioni ex Polydoro propositæ: quam etiam quoad sacras vigiliis firmat, quod solum Ecclesia retentæ sunt pro nocte Natalis Domini, quoad omnes fideles; quasi vnde sumplere principium, ibi eas vigere semper par fuerit, abrogatis licet ob varia incommoda vigiliis nocturnis, pro omnibus fidelibus quoad alia festa ad quæ extensæ olim fuerant; nudo vigiliarum nomine quoad ea retentæ.

Ad extremum, quanto concursu, & quàm compositè ac decenter, festum Natalis Domini exigi optarit Ecclesia; intelligi potest ex decreto Concilij primi Cæsar-Augustani, quod vulgo sub Hormisdæ anno 518. celebratum ponitur; Gasias verò Loaysa, longè antèrius, hoc est anno 387. sub Damaso coaluissè contendit. Eius Concilij Canon quartus, in hæc verba conceptus prodit. [Vicesimo & primo die, idest à decimo Sexto Calendas Ianuarij, vsque in diem Epiphaniæ, qui est Octauo Idus Ianuarij, continuis diebus, nulli liceat de Ecclesia se absentare, nec latere in domibus, nec secedere ad villam, nec montes petere, nec nudis pedibus incedere, sed concurrere ad Ecclesiam. Quod qui non obseruauerit de suspectis, anathema sit in perpetuum. Ab vniuersis Episcopis dictum est, Anathema sit.] Variant non nihil codices in huius Canonis lectione. Nam loco verborum illorum, *vicesimo & primo die*, alibi legitur, *vicesimo & vno*, quæ est lectio probanda, vt constat ex iis quæ continenter adduntur, de seruandis à die 17. Decembris ad Sextum vsque Ianuarij; quæ dierum periodus, vnum ac vicesimum diem comprehendens, non habet initium die 21. Item quod dictum est, *de superbis*, alibi legitur *de suspectis*, & alibi *his decretis*. Duæ priores lectiones, non sunt proflus contemnendæ. Prior agnoscitur à Gratiano *c. ne quis ieiunet* de consecr. dist. 3. vbi Glossa, *suspectos* interpretatur, qui laborabant suspitione hæreseos, nimirum *suspectos Priscillianismi* contra quam hæresim conditi sunt hi Canones Cæsar-Augustani. Et quamuis qui parabant quæ hic prohibentur, fuissent ab Ecclesia suscepti & fidelibus adiuncti; tamen vt erant qui Priscilliano inhæserant, valde versipelles ac subdoli, & prementes corde dolorem, faciliè de se suspicionem retentæ animo hæreseos præbere potuerunt, ea obseruantes quæ hic vetantur à Concilio, & nominatim secessionem à communi conuentu atque nudi pedalia: quæ sapiunt mœstiriam cum qua Priscillianitæ exiiebant Natale Domini ieiunantes ac squallidi, teste S. Leone, Censabant enim cum Manicheis Christum non allumpis- sisse veram carnem, sed eius duntaxat speciem, in delusionem

delusionem nostram; vnde non sibi lætandum sed mœrendum ea die arbitrabantur. At Concilium ad honorem Natalis Domini omnia alia decernit seruanda & ipsa die Natalis Domini, & ob eius reuerentiam aliquot diebus Natali prægredientibus ac coniequentibus.

Confirmatio dignitatis eiusdem  
Festi, ex ratione.

Itaque quantum spectat ad suffragium autoritatis, solemnitas Natalis Domini, satis superquè stabilita manet. Sed si ratione agendum sit, vnde dignitas summa, & præcellentia huius festi, repetenda sit, necdum satis innouit; tamen esse maximam, & sanctorum, & Ecclesiarum, & Dei ipsius suffragio, est satis confirmatum. Mihi ratio tantæ dignitatis huius festi, ducenda videtur ex constitutis superius de occœpto hac die per Christum bello sacro, quod §. 1. descripsi, & multipliciter astruximus. S. Fulgentius *serm. de Stephano*. acutè hoc decens attigit, cum dixit de hac die. [Rex noster trabea carnis indutus, de aula vteri virginalis egrediens, visitare dignatus est mundum, & sempiternæ deitatis maiestatis seruata, seruire cinctorium carnis assumens, in huius seculi campum pugnaturus intrauit.] Quamquam posset videri sumere *ciuiliorum*, pro perizonate, & (vt vocabatur) *campesibus*; quibus Athletæ in campum prodeuntes, honestati consulentes, velabant partes, quas natura abditas voluit, vt videre est apud Petrum Fabrum, l. 2. *Agonist. c. 2. & 4.* post Tullium in opere de officijs, *libr. 1. & Pedagogum Clementis; libr. 3. c. 9.* Tamen procliuus est arbitrari, Fulgentium sumere *ciuiliorum* pro cingulo, quod erat militantium insigne: atque aded videtur significare voluisse, Christum militari indutum vestimento, processisse priùdum ad prælium, factum Dei aciebus in Satanæ, ac turmarum eius eversionem incubituris, antesignanum: quod vt superius cum S. Augustino dicebam, fuit salutis nostræ natalis, & beatorum exordium ruinæ quæ tyrannus concidit, omniâque bona nobis sunt conciliata.

Tantum effæctum exemplum aliqualè esse potest, cædes Leonis Armeni, crudelissimi tyranni, parata hac ipsa nocte Natalis Domini, ad altare Palatii, cum officio Ecclesiastico interesset, nihil minus cogitans quàm imminentem sibi oppressionem. Addixerat ipse ignibus Michaëlem Balbum, solutionis linguæ duce; eo quod monitus, sugillationibus non abstineret. Dumquè is vincens catenis, expectaret in carcere festi expletionem, post eam cremandus, subito accursu fauentium ipsi militum, obruncato Leone, eductus; adhuc pedes catenis contractus, soluis malleo compebis, ad thronum abductus est, & Imperator acclamatus; voce cœlicus edita, quæ lætum nuntium de Leonis obitu attulit, distinctè exaudita. Hæc anno Christi 820. gesta, exemplum aliquod subministrant, eius quod Leoni rugienti humani generis sæuissimo tyranno, hac nocte contigit, voce cœlicus per Angelos edita, quæ gaudium magnum omni populo Euangelizabatur Ad- di potest alterum exemplum quod Hector Boethus l. 18. *Hist. Scotor.* suppeditat, de Ioanne Camerone Glassijensi omnibus flagitijs cooperto, & omnium malorum quibus regnum Scotiæ miserè attritum fuerat, scelerato inuentore. Is hac ipsa nocte, cum in arce sua lætatur quietaret, voce terribi de cœlo insonante, quæ ad Dei tribunal vocabatur, diuinitus percussus; sceleratam animam exserta enormiter lingua expuit. Quæ hac nocte ad salutem plurimorum in his tyrannis sunt gesta; exempla esse possunt, eorum quæ per exortum Christi, in præ-

lium hac primùm nocte descendens, ad salutem omnium sunt parata.

Correspondentiæ duplicis noctis Natalitiae, Christi.

Priusquam comparationem instituo daminorum Christum quæ vtraque nox Christi natalitio inculerit Satanæ, conspiciendæ iuxta S. Fulgentium, *serm. de duplici natiuit.* Prior nox Christi natalitia; ea est, de qua hæctenus egimus & cuius exornationi institimus. Posterior ea est, qua rediimus exurrexit. Nam de puncto resurrectionis, dictum est à Psal. cœx. S. Pauli interpretatione Actor. 13. *Dominus dixit ad me, filius meus es tu; Ego habeo genu te.* Et distinctiùs quoque psal. 109. *Tecum principium in die virtutis tuae, in splendoribus sanctorum, ex vtero arte luciferum genui te.* Tamen enim hic locus, à variis de priùdum exortu Christi ex vtero, hoc est ex ventre Virginali accipitur: (Ita siquidem Tertullianus; l. 5. in *Marcio.* & S. Augustinus quanquam aliam quoque adhibet expositionem de die iudicij, tamen hæc quoque amplectitur, quod faciunt item alij apud Lorinum.) Nihilominus *dies virtutis* in qua Christus principium siue principatum nouo titulo accepit; valde propriè appellatur dies resurrectionis ex terra communis omnium matris vtero. Et tunc quoque Christus genitus ac natus est, per nouam animæ ac corporis confectionem in splendoribus sanctorum, procul ab omni forde terrena; ac etiam Sanctis Patribus paulò ante in Christi morte donatis beatitudine animæ cum splendore astantibus & celebrantibus tantam Verbi corporati erga nos charitatem, ad conspectum Sacri corporis paulò ante quàm animaretur, insinuante se in illud Christi anima, cum traclus ad sacri illius corporis conspectum Satanas, vt mediatur scitè Theodoretus, *orat. de prouid.* terram præ rabie, momordit, ansterè pro innocentissimi corporis tanta exornatione increpuit. Harum duarum noctium & duplicis in eis natiuitatis Christi parallela concinè exhibent Epiphanius. *orat. in sepulchrum Dom.* [Duplicem (inquit) dico vitam, duplicem generationem, simulque regenerationem. Audi Christi duplicis natiuitatis opera & plaude ob miracula Angelus quidem, Mariæ, maternam Christi generationem nunciavit. Angelus verò Mariæ Magdalene ex sepulchro regenerationem annunciauit. Noctū Christus in Bethleemo nascitur, noctū rursus in Sion renascitur. Fasciis circa natiuitatem suscipit. Fasciis & hic inuoluitur. Myrrham nato compebis, ad thronum abductus est, & Imperator acclamatus; voce cœlicus edita, quæ lætum nuntium de Leonis obitu attulit, distinctè exaudita. Hæc anno Christi 820. gesta, exemplum aliquod subministrant, eius quod Leoni rugienti humani generis sæuissimo tyranno, hac nocte contigit, voce cœlicus per Angelos edita, quæ gaudium magnum omni populo Euangelizabatur Ad- di potest alterum exemplum quod Hector Boethus l. 18. *Hist. Scotor.* suppeditat, de Ioanne Camerone Glassijensi omnibus flagitijs cooperto, & omnium malorum quibus regnum Scotiæ miserè attritum fuerat, scelerato inuentore. Is hac ipsa nocte, cum in arce sua lætatur quietaret, voce terribi de cœlo insonante, quæ ad Dei tribunal vocabatur, diuinitus percussus; sceleratam animam exserta enormiter lingua expuit. Quæ hac nocte ad salutem plurimorum in his tyrannis sunt gesta; exempla esse possunt, eorum quæ per exortum Christi, in præ-

Decorâ  
Natalis  
Domini  
praesertim  
ex bello sa-  
cro tunc per  
Christum  
inchoato.



Secio III. & carnem, & quam & suscepit velut finem quidam antiquus dierum Deus & Pater, tanquam in vlnas in propriis sinus sine vlla circumscriptione. Si verò hæc vt fabulosa, & non fideliter audis: accusant te non dissoluta sigilla regenerationis, Dominici Christi sepulchri. Quemadmodum enim obfignatis ab ipsa natura inditis patefacientibus vterum claustris Virgineæ naturæ, Christus ex virgine natus; est sic Christi regeneratio, cum non essent aperta sepulchri sigilla, facta est.]

Affinia illa ex S. Maximo Taurinensi, *hom. 2. de pass. & sepultura dom.* [Corpus Domini posteaquam de Cruce deponitur, accepit Ioseph ab Arimathia, vir iustus, sicut ait Euangelista, & in nouo suo sepelivit monumento, in quo nondum quicquam positus fuerat. Beatum ergo corpus Domini Christi; quod cum nascitur, vtero virginis gignitur, cum recedit, iusti tumulo commendatur. Beatum planè corpus, quod virginitas peperit, & iustitia custodiuit. Custodiuit illud Iosephi tumulus incorruptum; sicut seruauit illud Mariæ Virginis vterus illibatam. Hic enim viri pollutione non tangitur; ibi mortis corruptione non læditur. Vtique beato corpori defertur sanctitas, vbi que virginitas. Nouns illud venter concipit, nouns tumulus includit. Dominica ergo & virgo vulua, & virgo est sepultura. Quin potius ipsam sepulturam, vuluam dixerim. Est enim similitudo non parua. Sicut enim Dominus de matris vulua viuus exiit; ita de Iosephi sepultura viuus surrexit: Et sicut tunc de vtero ad prædicandum natus est; ita & nunc ad Euangelizandum renatus est de sepulchro. Nisi quod gloriosior ista est quam illa natiuitas: Illa enim corpus mortale genuit; hæc edidit immortale. Post illam natiuitatem, ad inferos descenditur; post hanc remeatur ad ccelos. Religiosior planè est ista quam illa natiuitas. Illa enim totius mundi Dominum, nouem mensibus in vtero clausum tenuit. Hæc autem tri-duo tantum, tumuli gremio custodit. Illa cunctorum spem tardius protulit; hæc omnium salutem citius suscitauit.]

Florulenter S. Ambrosius, *serm. 54. in fine*, si tamen ipse, & non potius S. Maximus apud quem idem sermo integrè habetur. Apud Ambrosium, tanto sermonis alterius de inuolutione fidelium. Apud Maximum titulo homiliæ quintæ de Paschate. Vbi sic legitur. [Christi Domini iuuentus tunc renouata est, cum à mortuis resurrexit. Depositis enim corruptelæ corporalis exuitis, rediuita carnis assumptione resurrexit, sicut ipse ait per Prophetam. *Et resurrexit caro mea, & ex voluntate mea confuetur ei. Resurrexit* (inquit) *caro mea.* Videte quo verbo vltus est. Non ait, *floruit* sed *resurrexit*. Non enim reflorescit, nisi quod ante floruerit. Floruit ansem caro Domini, cum primum de Mariæ Virginis illibata vulua processit, sicut ait Esaias dicens, *Exiit virga de radice Iesse, & flor de radice eius ascende.* Resurrexit autem, cum successit per Indæos corporis flore, rediuita de sepulchro, resurrectionis gloria germinauit; & in floris modum; adorem pariter & nitorem, cunctis hominibus, imortalitatis afflavit odorem, bonorum operum sanauitatem circumferens nitorem, incorruptelam perpetuæ diuinitatis ostendens.] Ex his sanctorum dictis, liquet de correspondentiâ & parallelis, vtriusque noctis quo duplex Domini natiuitas contigit.

*Virius Natiuitatis Christi nox, Satana damnosior. Paschalis qua ex sepulchro, an prima Quæ ex Virginis utero produit, Deus infans.*

Ambigi potest vtra nox è binis quibus duplex

Christi natiuitas contigit, fuerit Satanae damnosior, & nobis vtilior, atque aded etiam illustrior. Nimirum an nox prima natiuitatis in Bethleem an nox secundæ Natiuitatis qua Christus produit à sepulchro, nempe Paschalis.

Paschalis; quarum hæc, terminus fuit status Christi viatoris, illa principium; incommodior Satanae fuerit, atque damnosior. Sanctus quidem Gregorius in ea præfatione quæ legitur ad benedictionem Cerei Paschalis, magnis præconiis noctem Paschalem ita effert, vt videatur etiam isti quoque natalitiæ anteferre. Nihil enim nasci profuisset, nisi interuenisset redemptio, & resurrectio esset subsæcuta. Quod ipsum satis significatur in alia antiqua Cerei benedictione, quam ex veteri libro sacramentorum, præsentat Hugo Menardus ad S. Gregorij sacramentarium. *pag. mibi 92.* Sed D. Augustinus, sermone ad Catechumenos, contra Arianos, Iudæos, & Paganos, Noctem Paschalem ita exornat, vt non possit altius efferre. Rupertus, *l. 6. de offic. cap. 24.* verò sic exclamat. [Quis dies, hac nocte insignior? Quæ solemnitas, hoc victoria præstantior? Plenius etiam alio loco, *cap. 25.* [Nox hæc vt dies illuminata, resulsit in deliciis nostris. O verè festa dies, verè beata nox, nobilitas anni, mensis decus, alma dierum, splendor horarum, nox in qua desertus infernus aperitus, est paradisus! Nos ista mortis exitus, vitæ reditus est. Lux gratiæ, splendor gloriæ, suauitatis poculum, fluius deliciarum, inundatio pacis, acquisitio fortitudinis, laus consilij diuini. Hac nocte cessauit exactor, quieuit tributum, captiui redditi sunt, lapsi respirauerunt, contracta est virga persequentiæ computruit iugum dominantium. Pulchritudine noctis huius, paradisus resurrexit, cælum purpuratum est, Angeli candidati sunt, homines exhilarati.] Quæ laudes noctis Natalitiæ, hæc Paschalis noctis præconiis, possint adæquare? Sed diserit & in actu signato S. Maximus, *homil. 2. de cruce & sepultura Dom.* noctem Paschalem antepositam natalitiæ. Nouum enim tumuli vterum in Paschali nocte referatur, componens cum vtero virgineo, è quo Christus in nocte Natiuitatis est editus, subdit post alia. [Gloriosior est ista quam illa natiuitas. Illa enim corpus mortale genuit, hæc edidit immortale. Post etiam natiuitatem ad inferos descenditur, post hanc remeatur ad ccelos. Religiosior planè est ista, quam illa natiuitas. Illa enim totius mundi Dominum, nouem mensibus in vtero clausum tenuit. Hæc autem triduo tantum, tumuli gremio custodiuit. Illa cunctorum spem tardius protulit, hæc omnium salutem citius suscitauit.] Non poterat luculentius præferre noctem Paschalem natalitiæ. Eandem Paschalem noctem, claro magè clarum die, Drepanius Poëta Chistianus, celebrat à copia luminum, & æmulis syderearum flammarum funalibus, quæ scitè describit; Vt propterea Brillonius, *ad l. dominici de spectacul. pag. 161.* censet hanc esse noctem, quæ celebrata sit à Gregorio Theologo, ea oratione quæ inscribitur *in ss. lumina.* Et de qua idem Theologus, *orat. 19.* subitam Patris in ea nocte veluti anastasin ad peragendum sacrum describens, ait; [Morbi tempus erat, sanctum ac celebre pascha, dies dierum rex, ac splendida illa nox peccati tenebras soluens in qua nos cum magna luminis copia salutis nostræ festum celebramus; atque cum luce propter nos mortua, morte simul affecti cum eadem excitata simul excitamur.] An alludit ad Ethnicum symbolum, simulacri nocte in lætica supini, quod per numeros digestis floribus triduo plangebatur; & cum se ficta lamentatione satiascent, lumen inferebatur, cum ingenti exultatione de reddito

vita

vita qui obierat. Quam fuisse adulterationem mysterij resurrectionis Christi, Iulius Firmicus, *l. de error. profan. cap. 23.* scitè prosequitur. Noctè igitur Paschali veritas triumphalis anastaseos, & lucis denuo excitæ splendor orbi apparuit caligine trucidata. Esse noctem sanctificatæ solemnitas, quandò Iudæa facta est sanctificatio Dei, (de qua Isaias cap. 30.) censuit S. Hieronymus, *ad cap. 30. Isaiæ, & post eum Forerius, Montanus, & Gabriel Aluarez.*

Hæc noctis Paschalis decora, tamen eximia, non deterunt decus noctis natalitiæ, Proclue enim est, cum S. Gregorio Nysseno respondere. [Sic quicquæ cogiter; Pascha quidem diuinae dispositionis esse finem, qui tamen finis consequi nequeat, nisi principium antecedar. Quid igitur antiquius est? Ortus nimirum, mortis dispositione. Huius igitur obna, sunt pars bonorum ipsius ortus.] Recenset minutatim omnia Christi cardinalia opera; tum subdit. [Hæc omnia, huius diei (Natalitiæ) gratia, comprehenduntur. Hæc enim bonorum quæ deinceps consecuta sunt omnium, initium fuit.] Similia superius ex Chryostomo, *orat. de S. Philog.* retuli. Ita que sicut aliud quoduis tempus ad Christum pertinet, nexum est cum nocte natiuitatis, in qua datum est principium contendentæ reæ redemptionis nostræ; ita & nox Paschalis, quæ natalitiæ necessariè præsupponit. Quod autem Brillonius, nocti Paschali attribuit decora à Theologo proposita, oratione in ss. lumina, hallucinatur aperte; cum ea oratio sit de baptismo Christi, vt bene obseruauit Iacob Billius, *l. 1. obseru. cap. 20.* qui eam orationem tribui diei Purificationis à Pamelio, inre reprehendit. Quare decus singulare noctis Natalitiæ Christi Domini, ex dato tunc initio belli in Satanam, per se cum est. Idque maxime attendi mandabat Deus Aggæi 3. verbis illis de die 25. de Decembris, quo Christus natus est. *Ponite corda vestra ex die ista, & in futurum à die vice versa, & quarta mensis noui; à die qua iacta sunt fundamenta templi Domini, ponite super cor vestrum, &c. Ex die ista benedicam. Ego mouebo cælum pariter & terram, & subuertam solium regnorum, & conteram fortitudinem regni gentium; & subuertam quadrigam & ascensorem eius; & descendent equi, & ascensores eorum, vir in gladio fratris sui.* Diem illam 24. esse ad literam, ipsam noctem Natalis Domini, egregiè demonstrat Rupertus: Aggæi 3. & rectè confirmat, ex ea die fuisse nobis benedictionem, ac omne genus frugum salutis, coëpto bello in nostri exitij captatorum. In hac nocte; (vt idem Rupertus alio loco, *l. 4. de offic. cap. 22.* scitè prosequitur,) brachium Domini coëpit exeri: ac sicut vulneratus, humiliatus est superbus, & Christus secundum nomen suum festinauit prædari, ac spolia derahere, in quo se monstrauit plenum gloria quasi vnigeniti, à patre plenum gratiæ, & veritatis.

#### Contentio diei natalis Christi, & diei Epiphaniæ.

Epiphaniæ vel vt Cæsarius, *l. 8. mirac. cap. 7.* numero multitudinis dixit, Epiphaniam nomine, potest intelligi dies Christi Natalis, iuxta illud S. Pauli, *ad Titum 2. & 3.* Apparuit gratia & benignitas Saluatoris nostri; & rursus. Apparuit humanitas, &c. Nec non illud Paltis *Appare coram Ephraim Benjamin & Manasse.* Est enim Epiphaniæ, idem quod Apparitio. Et vt Gregorius in plerique, diem Natalem Domini vocat Epiphaniam vel Theophaniam. Nonnulli item vt videre est apud S. Chryostomum, *homil. in Nat. Dom. & apud Callianum, cohat. 10. cap. 1.* eadem

die recolebant Natiuitatem Domini, & mysteria quæ nunc die Epiphaniæ celebramus, vt mirum non sit si eodem nomine eorum posteriorum memoriam insigniebant.

S. Proclus, *orat. 7.* vtramque festiuitatem secerens & cuique diem suam assignans, instituta præcellentiæ eorum dierum contentione, adiudicat victoriam de nobilitate diei Epiphaniæ, siue vt ipse loquitur Theophaniæ. [Hodiernus dies (inquit de die Theophaniæ) maiora præcedenti solemnitate, miraculorum crementa ostendit. Nam in superiori Nataliciorum saluatoris solemnitate, adgaudebat terra, quod Dominum portaret in præsepio. At in præfenti hoc Theophaniæ die, mare summo gaudio exilit ac gessit. Gessit autem quod sanctificationis benedictionem medio Iordane receperit. In antecedenti solemnitate, imperfectus infans exhibebatur, nostram attestans imperfectiorem: At in præfenti die festo, perfectus conspicitur eum subobscurè designans, qui perfectus ex perfecto procedit. Natum illuc puerum indicauit stella in oriente emicans. Hic autem baptizato, Pater generans de cælo testimonium defert. Magi illuc ex oriente, pedestri itinere profecti, munerata ei tanquam Regi obtulerunt. At hic Angeli è cælis aduentantes, quod par erat ministerium, tanquam Deo ei impenderunt. Illuc fasciarum deuinciebatur vinculis, hic peccatorum catenas soluit. Illuc Rex, corporis purpuram induit. Hic fons flumen circumdat ac velut amicit. Agite igitur, nouaque ac stupenda videte miracula nempe iustitiæ sollem in Iordane lauantiem; ignem aqua mesum, Deumque ministro homine sanctificatum.] Præfert item hunc, vt vocat, secundæ natiuitatis diem diei primæ Natiuitatis Albinus Flaccus apud Galefinum 6. Ianuar. Negari sanè non potest quin dies Epiphaniæ sit admodum illustris & summæ semper, in Ecclesia celebritatis, vt propterea etiam impij Christiani, Iulianus adhuc latens sub persona fidelis, & Valens etiam si hæreticus non auderent ea die deferere communem collectionem. Vt scribunt de Valent. Nazianzenus in S. Basilij moredia & de Iuliano Ammianus, *lib. 21.* Theodosius autem Imperator vt liquet ex *l. 2. c. de feriis*, perleptidum præcedens ac subsequens Epiphaniam ad dignam tanti diei celebritatem, iudicarium strepitum conticescere iusserit. Suntque insignia mysteria quæ ea die recoluntur, adoratio Magorum duce stella, baptisimus Christi in Iordane per Baptistam, initium signorum Christi in Cana commutata in vinum aqua. Quibus miraculis sanctum diem ornantibus S. Augustinus, *serm. 32. de temp.* addit quartum de cibatis per quinque panes quinque hominum millibus. Quodcumque ex his operibus est longè illustrissimū & honestandæ diei in qua peractū fuerit, appositissimum. Adoratio Magorum & sapientum simul & Principum qui fuerunt in ciuitate Dei Bethleem quam fuerit Christo honorifica, tantum est Dipychis, Marianis & fufius prosequuntur varij Patres in homiliis in Epiphaniæ, signati longo ordine in Bibliotheca noua homiliarum per nos concinnata. Baptisimus Christi in Iordane inde maxime splendet quid in eo Christi mysterio vt loquitur S. Chryostomus, *hom. de præcurfore, & hom. 25. in Ioan.* [aperta est aquæ & spiritus vulua, vt fieret primogenitus multis fratribus, *orat. 39.* Tunc videre erat magnum miraculatum, fontem in flumine locum & flumen in flumine baptizatum, &c. venit in aquas Christus & sanctificatæ sunt & sanant eas. Nazianzenus, eo Christi baptismo veterem Adamum sepultum in aquis & sanctificatæ aquas demiratur, vt his qui baptizandi erant in spiritu & aqua, sanctificatio-

Decora  
Natalis  
Domini  
præferti  
ex bello sa-  
cro tunc  
per Chri-  
stum con-  
spicue in-  
choate.

Sectio III.  
§. 5.

nis successio traderetur. Ipsòq; ascendente de aqua demersus quodammodo educeretur ac eleuaretur mundus. Et quia ex micantissima charitate eo vsque se demisit Christus vt à Ioanne tingeretur, quod S. Bernardus, *serm. 4. de Epiph. sua finem*, egregie expendit vt propterea iuxta S. Maximum, *homil. 7.* aperti tunc sint caeli ne tam stupenda demissio lateret Angelos: Idcirco, ignis emergente Christo ex aquis indidem erupit vt scribit S. Iustinus, *in Tryphone*. Videtis plura de mysterij huius granditate apud multos Patres annotatos in noua nostra homiliarum Bibliotheca, *in octaua Epiph.* Vbi etiam ad Dominicam secundam post Epiphaniam, signantur multi qui egregie expendunt magnificentiam Christi in mutatione aquæ in vinum. Quod erat tertium celebritatis huius argumentum. De quarto siue de panum multiplicatione quæ iuxta B. Augustinum hac die contigit egregie Basilius Selencia, *orat. 33.* & S. Hilarius, *l. 3. de Trinit. sub initium*. ac Cassianus, *l. 6. de Incarn. 6. c. 1.* Itaque dubitare non licet diem Epiphaniæ esse longè illustrius, & oblibatam primùm ea die in Magis Gentilibus gentium conuersionem, nobis qui gentibus annuerabamur, venerabilissimum.

At quod S. Proclus in Christi præcipuè baptismum intentus Epiphaniam dignitate potiore Natalitia Christi die, videtur astruere, non adscribor. Et quod ait, in Epiphania, Deum ab homine, Christum à Ioanne sanctificatum recoli, condimento eget; ita scilicet intelligenda vt in speciem tantùm ac repræsentatiuè Christus sanctificari dicatur in eo baptismo quatenus nostram per baptismum sanctificationem adumbrabat, & iuxta SS. Maximum, *homil. 1. & 7. de Epiph.* ac Gregorium Nyssenum, *orat. de Bapt. Christi*. baptismi nobis salutare munus in ea typica Christi tinctione est dedicatum. Ipsi tamen Christo nulla aduenit sanctificatio nullum factum est gratiæ augmentum qui ab ipso sui initio spiritum non ad mensuram acceperat vnde illa Dei per Ioannem sanctificatio quoad rem ipsam euanesceat, nec potest ad insignem diei qua baptismus Christo collatus est, prærogatiuam pertinere. Tenemus autem Natalitiæ diei prærogatiuas in expressa & solida Christi magnitudine fundatas præ quibus cuiusvis alterius dies splendor diluatur & hebescat. Quod dico est huiusmodi. Non quod in vno magnum, semper in alio est aut habetur magnum. Hoc in Deo item valet. Nam quæ præ nobis habentur illustra & magna præ eo tenuantur ac vicinera quæ nobis vilescunt ac iacent præ Deo sunt sublimia & admirabilia. Nimirum spiritualis magnitudo quæ admirabilitatem fundat, asseclatur quæ sunt insolita vt enititur ex D. Augustino, *21. ciuit. cap. 4.* Vnde nobis magnum & admirabile Dei opus videtur eductio rerum è nihilo quæ tamen non est Dei opus magnum & ad quod sit opus commissa, vt propterea dicatur solis digitis admotis operatus cælos & tribus digitis appendat vniuersam molem terræ. Philo, *l. 1. de vita Mosi*, ludicra quædam Dei miracula fecernit à feriis. Quicquid autem ipse ibi statnat ludicrum Dei miraculum est quicquid ex Dei operibus citra naturæ ordinem ac cursum sistit. Magna verò & excelsa Dei opera ( vt præclare distinxit Nyssenus, *in orat. Catech. cap. 24.* consentitque S. Bernardus, *serm. in feriam 4. hebdom. pænosa.* ) ea haberi debeat in quibus Deus præter morem suum dimittitur & humiliatur. Ea enim est insignis & redundans copia potestatis vt Nyssenus loquitur. At Vbi nam Deus magis dimittitur, aut quando maioris humilitatis facinus edit? In die Natalis sui an in die Epiphaniæ? Reges Tharsis (id est iuxta phrasim scripturæ non determinatam aliquam regionem sed vni-

uersum oram remotam & procul positam ea voce exprimentis quod à Coستا, *l. 1. histor. Iud. cap. 14.* & ferè Serarius obseruauit) de longinquo venientes adorarunt infantem Deum, & qui fuerant inimici eius, terram lingere sunt adacti accidentes & omni honore prosequentes passionem iam tunc spolia Damasci capientem. Itaque splendor canabulorum Christi ea præsertim die se prodidit. In die autem Natalitia omnia spirant demissionem & abiectiōnem. Quod si qui accurrunt ad visendum infantem pannis inuolutum & positum in præsepio (tot verba, tot altissimi demissionis argumenta), non alij fuere quàm rusticani & opiliones. Verè puer qui natus est nobis denominatus est ab Isaia *admirabilis*. Quam vocem Eusebius Græcè legit *αυαδὸς ἀσπυοι*. Optimè nam tota series mysteris Natiuitatis Domini scaret paradoxis. Ita vt considerans ea Abacuc interprete S. Augustino, *serm. de temp.* & Arnaldo bonæ vallis Abbate, *serm. de Natiuit. apud Cypri. expauescere* se dicat, veluti sancto horrore correptum considerando quod Deus è matris vtero prodians in stabulo in medio duorum animalium esset cognoscendus: vnaque oculis primùm vsurpanda ea paradoxa quæ longo rythmo exprimit ex veteri Prologographo Richardus à S. Laurentio, *l. 4. de B. V. pag. 247. latitudo breuis, longitudo confrieta, profunditas complanata, alitudo demissa, virtus iacens potestas subiacens, infirma firmitas*, aliæque huiusmodi paradoxa quæ longo agmine enumerat. Hic omnino verum comprobatur *Deus magnus Dominus*, vt dicitur psalmo 94. & ad Dominici corporis referatū Sacramentum pertinere agnoscit Chrysologus, *serm. 46.* quandoquidem magnitudo Dei ( vt præmittentiam) admetienda potius est ad alienum opus eius ab eo, quàm ad illustra magnificentia nostratis specimina, quibus conuicere diem Epiphaniæ vltèr damus, præ die Natalitio Christi, demissionis & abiectiōnis argumentis interfito, imo disterto. Ac proinde non est cur in contentione de præcellentia dierum ob opera in eis patrata, dies Natiuitatis censendus sit concedere diei Epiphaniæ. Frustra verò satagimus pro illustrando die Natalis Domini, quem solo silentio & admiratione nec nisi mentis clamore colendum aiebat S. Ignatius scribens ad Ephesios, approbande Damasceno, *orat. 3. de Virg. Natiuit.* Eoque reuoluitur quod Cynus Prodomus factus Episcopus cum ea die confendisset suggestum, hæc pauca effatus, *Natale Domini silentio colatur, quia verbum solo auditu conceptum est, eum refer. Rader. in aula sanc. cap. 15.* è suggesto excedit.

*Affectum sanctorum erga hanc noctem, & eius mysteria.*

Conscij tot magnalium huius noctis, sancti Dei homines, mirum quanto affectu, in hanc noctem, & eius mysterium exarserunt; & recolendis tot & tantis Dei hominis exultantis ad curendam viam erga nos beneficiis, omnem dedere operam. Signo nonnulla exempla.

Perantiquum, affectus erga hanc noctem monumentum, insigni miraculo illustratum suppeditant Acta SS. Sauiiniani & Potentiani B. Petri Apostolorum Principis discipulorum qui ab eo in Galliam directi ad Euangelij disseminationem, cum in Vassiniensem agrum peruissent, instante Dominica Natiuitatis die, quem religiosissimè exigere ex Apostolica institutione didicerant, substituerunt, & orationibus ieiuniisque aperti ipsa nocte, & ea ipsa hora qua Christus natus est, assulgentes in tenebris luce vberissima, puerulum Dominum ea forma & posita

quæ

quæ editus à sanctissima matre Bethlehem prodierat, positus in præsepio, matre Virgine Deipara, & Iosepho circumstantibus, viso cœlesti diuinitus sibi obuersato, conspexerunt. Angelico contentu qualis nato Christo insonuerat, renouato, vnde illi in passionis Dei præsepium mirè animati, à sanctissimo auspicio, opus conuersionis illarum gentium adorati, in perpetuum fortunati exordij monumentum vt habet Andreas Sauffeyus, *in breuiulo vita horum SS. vel posteri iuxta Binetum ad honorem Nati Christi & Virginis puerperæ ædiculam sacram extruxerunt, cui nomen Bethlehem indidere. in Idea SS. Prælatorum cap. 3.* In ea sacra æde Martyres trecenti sexaginta sex, qui eò conuenerant ad anniuersariam cunarum Domini memoriam religiosè recolendam, ab irruentibus Vandalis septimo Calendis Ianuarij deprehensi, constantes in Christi pro se nati ueneratione gladiis impiorum ceciderunt, illata quoque sacro illi loco vastitate, quam mox pietas posterorum, instaurato, imò in magnificam basilicam composito religionis præcæ monumento, resarsit.

De Monachis Cluniacensibus omni sanctitate præcellentibus, nominatimque de S. Hugone eorum Abbate, hæc habet Petrus Cluniacensis, *l. 1. mirac. c. 15.* [ Mos est monasterij Cluniacensis, Natiuitatem Saluatoris, cæteris solemnitatibus singulari affectu deuotius agere, & cantuum melodis, lectionum prolixitatibus, cereorum multiplicium accensionibus, & quod longè præstantius est, speciali deuotione, multaque lachrymarum profusione, cum Angelicis spiritibus alacriter solemnifare. Qua temporis reuolutione redeunte, Fratres more solito, se suaque omnia parauerunt, & Ecclesiæ ornando, aliæque monasterij loca aptius componendo, intus, & extra, festini apparere satagebant. Supererat adhuc beatus ille ac venerabilis pater Hugo, vltimo senio; mortis quidem corporeæ, sed & vitæ post mortem æternæ vicinus. Qui iam instante ipsa solemnitate, capitulum vbi Fratres conuenerant ingressus, hæc ad omnes protulit verba. Noueritis Fratres, Iesum benignum saluatorem nostram, suæ Natiuitatis, vestraque liberationis solemnitas, interesse disposuisse; vestraque deuotionis obsequium multo cum gaudio prætolari. At contra sciatis, nequam hostem vestrae felicitati inuidentem, laborare quatenus aliquas tenebrarum suarum nebulas, tanto ( si possit, ) splendori intermiscat; tantæque festiuitatis gloriam, saltem quantumcumque immunat. Frater enim ( ait, ) quidam; ( se vtiq; dans intelligi ) hac ipsa nocte, vidit ipsius misericordiam matrem, perpetuam Virginem, filium quem præfenti nocte genuit, dulcissimo gremio continere, eique sanctorum Angelorum multitudinem cum immenso lumine astare. Latrabatur autem idem Deus puer, & immenso gaudio exultabat, atque cordis læticiam gesta gloriosi corporis, & ipsarum plausu manuum demonstrabat. Et conuersus ad matrem, aiebat ad illam: cernis mater, noctem quæ imminet, meæ natiuitatis gaudiis illustrandam; in qua & Prophetarū oracula, & Angelorum præconia renouabuntur; & meo de te exorto, omnia simul cœlestia atque terrestria lætabuntur. Vbi est nunc hostis damnati perfidia; vbi eius potestas, qua ante hoc singulare gaudium mundo dominabatur? Subditur Satana ad h. s. Christi vocis moeror, & conatus, vt in aliquo cœnobij loco inueniret materiam turbandæ in tanta solemnitate pieratis: & vnde cumque reiectum, cum magna confusione, è conspectu infantis Dei & sanctissimæ matris eius, recessisse. Vnde intulit S. Hugo. [ Cauti igitur estote, & immensas gratias omnipotentis ac misericordissimo saluatori agite; qui & ne-

quissimum hostem à nobis expulit; & ipse vobiscum

Festum suum celebraturus remansit. ]  
Chronicon Cluniacense agens de eodem S. Hugone ex Vdalrico eius discipulo refert, in antiquo Codice Consuetudinum Monasterij Cluniacensis scriptum esse, ex præfco vsu illius Cœnobij in Natali Domini, Abbatem & Cellerarium, ac Decanum, per Christiprimarias vtiq; Cœnobij personas, ministerium suum concoquina obtulisse: vt tanta Christi Domini deiectione in Natiuitate, ea primarum cœnobij deiectione recoleretur.

Ibidem Cluniaci, Monachus fuerat, qui ipsa Natalis Domini nocte exennue, feliciter natus in Christo est Pifis Mathæus ex Cluniacensi Monacho, proeunte Honorio Papa, Cardinalis & Episcopus Albanensis. Eius Acta & insignes planè dotes descripsit satis diffuse Petrus Venerabilis in opere Miraculorum, *l. 2. a cap. 4. ad 23.* Is vitam sanctissimè & in Monasterio, & in Cardinalatu exactam, conclusit ipsa natalentis Christi anniuersaria memoria: videturque id exoptasse à Deo & exorasse. Nam Ioanni, Perusino postea Episcopo, tunc Papæ Capellano, ad se visendum accedenti, & de instante ( vt putabat, ) morte admonenti, respondit, [ Non hæc certè, non hæc nocte morior. Datum enim mihi est à Domino, vt ea die qua ipse de Virgine natus, ad homines venit, eadem ego ab hominibus recedens, ad ipsum, eius præuia misericordia pergam. ] Quæ verba insinuant viro religiosissimo in mysterium Natiuitatis Christi insigniter affecto concessum esse vt vita excederet, vt expecterat, quo tempore Christus Bethlehem è matris vtero fufus est. Itaque cum aduenisset nox Natalis Domini, decursis omnibus diuinis officiis, participare diuinitatem Eucharistiam voluit. Et præmissa insigni professione veritatis Catholice contra errorem Berengarij paulo ante prægressi, [ per carnem illam quæ dat vitam in æternum, ad æternitatem futuram idoneus factus est. Cùmque prima sacræ noctis vigilia aduenisset, & signa totius vrbs ad nocturnas laudes pulsari audisset, statim tota mente ac voce, in vocem exultationis prorumpens, qua poterat voce, quo poterat gestu lætitiæ, Christus Natus est nobis, Gloria in excelsis Deo, sociis, & omnibus in clamabat. Angelico verò hymno sicut ad Missas canitur, ex integro decantato, reliqua circumstantibus, ad quæ non sufficiebat, dimisit. Animo tamen ad illas sacras Dominici Natalis laudes suspensus, quoties in cantibus, quoties in lectionibus, Beatæ Virginis Matris Domini nomen legi vel cantari aduertebat, toties oculis sursum leuatis, toties manibus in cœlum extensis, vbi mens eius conuerteretur, quò sancta illa anima raperetur, monstrabat. Iamque nocturnis laudibus consummatis, dum sacerdos astans sacro altari, Missam quæ dicitur *de nocte* cantaret, crexit leniflu quo potuit, conuersusque ad Dominicam Crucem quæ coram erat, velut si in ipsa saluatorem vt olim Crucifixum, conspiceret, ait, Iam ô misericors Saluator tempus est, vt quod promissisti adimpleas, & tuo instante Natali, à vita mortali migrandi, & ad te qui vita es æterna transmigrandi, licentiam concedas. Hoc vltimo verbo, postquam cunctis sermonibus suis finem dedit, in lectum reclinatus, & c. horam vocationis suæ vltimam sustinebat. Qua iam instante, dum noctis tenebræ in lucem vertentur, & à Monachorum in eadem Ecclesia constitutorum conuentu, ad secundam Missam cantarent, *lux fulgebit hodie super nos*, Mathæus verè Monachus & Pontifex Dei, Amas Aegyptiorum, hoc est mundi huius tenebras deseruit; & per mortem carnis ad sempiternam lucem ac vitam peruenit. ] Tota narratio in-

Decorâ  
Natalis  
Domini  
Præsertim  
ex bello sacro  
tunc  
per Christi  
suum con-  
spicue in-  
choato.

178

Sectio III.  
§.5.

fissimum tanti viri affectum erga nascentis pro nobis Christi mysterium prodit, & eximiam venerationem erga Virginem puerperam ab hoc homine Dei religiosè impensam manifestat, absque alia vel expensionem vel illustratione.

Flouiacenses religiosissimi iam olim ex S. Mauri disciplina Monachi, inter quos omnino multi sanctitate clari & publico cultu insignes vixerunt, volumina iam ante annos sexcentos exaratum habebant exeunte superiore seculo, ac vt puto, hodièque habent, quo *vetere cœnobij consuetudinum* collectio continetur. In illis priscis cōsuetudinibus circa Natale Domini præscriptis, videre est, quanta affecta eximij illi serui Domini ferrentur erga Christi pro nobis à Virgine nascentis celebritatem, & circa omnem expensionem liquet, quanti apud eos esset hæc dies. Et imprimis, mandant accendi magnam vim luminum nocte tota effulsuram, vestes sacras exquisitas produci, thus ad omnes aras adoleri, lauati monachorum facies, ac peccati capita ad munditiem diei congruentem, communicare omnes, & ad pacem accedere, conuiuium apparari festo conueniens id quod in alijs quoque cœnobijs factitatum pro festi qualitate, & inde ductum Gallicum nomen *Festin*, obseruauit Sauro: *tract. de confratrijs cap. 8. & 9.* Quodque minime omnium volo præteritum [quod in capitulo Natiuitatis Domini à puero pronunciantur, omnes in faciem cadunt, & tunc in silentio dicunt ter, *Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgine.*] Nihil addi potuit ad expletam vnde cumque, inter Monachos solemnitate. Simile quippiam vltimo ritui proposito à Cartusianis decretum, habetur in eorum statutis, verbis illis. [Cum post primam audimus in capitulo pronunciar, Iesus Christus in Bethleem, ludæ nascitur in nostras statim ruentes facies, terram osculamur.]

De S. Bernardo, scribit Gulielmus Abbas, S. Theodorici; *l. 2. c. 2. vita*, cum adhuc esset puerulus, corruptum fuisse capitis dolore vehementissimo; & aduocatum esse ad eum mulierculam; quæ adhibitis magicis medijs morbum depelleret: sed à sancto puero animosè reiectam esse, & illicò plenam sanitate diuinitus ei esse restitutam. [Aderat namque (inquit Gulielmus,) solennis illa nox Natiuitatis Dominicæ; & ad solemnes vigilias, omnes (vt moris est,) parabantur; cumque celebrandi nocturni officij hora aliquantisper protelaretur, contigit sedentem expectantemque Bernardum, cum cæteris, inclinato capite paululum soporari. Assuit illicò puero suo se reuelans, pueri Iesu Sancta Natiuitas; teneræ fidei suggerens incrementa, & diuinæ in eo inchoans mysteria contemplationis. Apparuit enim ei, velut denudò procedens sponsum à thalamo suo. Apparuit ei, quasi iterum ante oculos suos nascentis, ex vtero natus Virginis, Verbum infans, speciosus forma præ filiis hominū, & pueruli sancti in se rapientis affectus. Persuasum autem est animo eius, & nunc vsque fatetur, quod eam credat horam fuisse Dominicæ Natiuitatis. Sed & facile est aduertere iis qui eius auditorium frequentauerunt, in quanta benedictione ea hora præuenit eum Dominus: cum vsque hodie, in iis quæ ad illud pertinent sacramentum, & sensus ei profundior, & sermo copiosior, suppetere videatur. Vnde & postmodum in laudem eiusdem genitricis, & genitricis, & sanctæ eius Natiuitatis, insigne edidit opusculum inter inania operum suorum seu tractatum, sumpta materia ex eo Euangelij loco vbi legitur, *missus est Gabriel.*]

Apud Ioannem Monachum maioris Monasterij in història Gaufrædi Ducis Normannorum ac Cœnoma-

nensum Comitum, *l. 1. ap. 75.* narratur eiusdem Principis insignis pietas atque religio erga noctem Natiuitatis Domini. Perfunctus enim bello non modico, Cœnomanos abiit multo cum comitatu, Nauitatem Dominis piè exacturus. Ibi primùm nocti vigilias cum aulicorum & Magnatum cœtu copioso, obiuit in sacello Cœnomanensium Comitum. Luce autem matutina illucente, inde digressus est ad matriceni Ecclesiam solemnem processionem ibidem celebrandæ piè affuturus. Procedens autem primus ipse, incidit in pusionem pauperem qui ambebat Clero adscribi, vnde enim paupertas sua excludebat: Aliquali tamen Clericali habitu indutus circum Ecclesiam oberrabat. Incidens in eum Dux, sciscitatur de eo veluti inabundus sciretne aliquos rumores. Et pauper puer, etiam Domine, valdè optimos. Suspensus ad hoc responsum Princeps ratus se aliquid nouum ex puero auditurum; Dic ait bone puer nec me suspensum differas. Et ille; *Puer (inquit) natus est nobis, & filius datus est nobis.* Defixit admiratione Comitem, hoc pueri de puero dictum. Nec iam iocando sed seriò agendo vulnerauerat enim eum (inquit Ioannes Monachus) charitas nati pueri; interrogatum ecquius esset filius, inquit pusionem Clericis admisceri, spe iniecta quod natus puer cuius prænunciis fuerat, mercede congrua ipsum remuneraretur. Itaque processione peracta & celebratis Missarum solemnibus adit Princeps Episcopum, à quo exceptus cum omni reuerentia, aduenisse se dixit petitionem vnam paruulam ab ipso Episcopo exoraturū pro qua audiri enixè postulabat. Episcopus omnia prolixè detulit. [Et Comes, oro amore (inquit) illius qui hodie natus est nobis, & filius datus est nobis, dare nobis mihi vnam præbendam in ista Ecclesia. Quo benignissimè ab Episcopo concessa, Comes puerum manu tenens, qui puer sibi Natiuitatem Domini nunciauerat; Hunc (inquit) vice mei inuestite de dono, & eum Canonicum loco mei suscipite.] Mirati sunt omnes Principis erga pusionem egenum benevolentiam & liberalitatem; erat enim Canonicatus ille perhonorificus & pinguis census annui. Adicitque insuper Princeps aliud beneficium quod primùm esset vacaturum in Comitum sacello cognomento de Curia, cuius nominatio penes ipsum erat tanquam patronum. Beneficium enim quod Episcopus à Principe rogatus contulerat, erat in Ecclesia Episcopali atque matrice. De hac erga egenum pusionem Principis munificentia attonitis omnibus, Episcopus familiariter de eo sciscitatus est, ecquæ causa tantæ gratiæ præcessisset. Exposuit eam publicè Princeps, affectum suum tenerrimum erga pueri Iesu Natiuitatem verbis ea pietate dignis enuncians. Concludit Ioannes Monachus. [Obsistere pariter vniuersi & singuli, non minùs clementiam eius in pauperem puerum, quam circa summum puerum, deuotionem. Satisque agnitum est, & quàm sibi familiare esset subuenire egentibus; & quanti haberet summi pueri nunciata sibi Natalitia.]

Nouum genus cultus sacratissimæ Noctis Natalis Domini, non absque multorum primùm admiratione & aliquorum etiam ira & murmuratione breui tranquillata, induxisse visus est S. Godofredus, ab alijs *Godfridus* nuncupatus magnæ vir sanctimonie ac famæ ex Cartusiano Ambianensis Episcopus, vt est in eius actis, *l. 2. cap. 29.* ex quibus rem repræsentato. [Robertus Flandriæ Comes, & rebus bellicis, & magnis opibus celeberrimus, Hierosolimitani itineris dux, Christi natalitium diem apud S. Andomarum voluit festiui ducere. Aderant illic duces, Comites, ducunturque regionum proceres, & totius Flandriæ nobiles, sine milites: multi etiam Galliarum Episcopi.

Episcopi, & in iis B. Godofredus quem Comes Robertus accepit officiosissimè, & cum illo separatim, vt potè magnæ autoritatis viro, diu collocutus est; inter cætera orans eum, vt illa sacrosancta nocte, more Ecclesiastico, Domino sacrificium offerret: Annuit humiliter vir Dei, & fecit sacrificium piè, ac denote. Sub ipso sacrificio, post lectionem Euangelij, omnibus certatim ad altare munera offerentibus, vir Dei sine personarum acceptione, omnium illorum dona reiecit, qui instar muliercularum, in tonsa essent coma. Ea re permoti, efferris vocibus percontantur, cuius autoritatis sit Antistes, qui apud exteros, tale quippiam designare non vereatur. Vbi quis esset, didicerunt, videres certatim gladijs & cultris, (non enim aderam ad manum forficis,) eos sibi amputare pilos; infelices ac miseros putare, si propter comas, tanti viri benedictione priuarentur. Eius facti fama mox tota Gallia increbuit. Godofredum Episcopum, etiam in aliena ditione, in Principes, & Magnates ausum fuisse, quod alij Antistites, etiam in sedibus suis, aut negligent, aut non ausint, etiam in extremis homuncionibus. Magna ei non solum apud reliquam multitudinem, sed etiam apud Comitem ipsum, hinc reuerentia accessit. Aiebant hunc fuisse nouum cultum natalis Domini, curare vt sanctio Apostolica de non nutrienda viris coma, executioni mandaretur, resciso eo vanitatis secularis argumento, quod vani homines quibus Dei scientia non suberat, in capillitio, iusto prolixiore, sibi comminiscerantur; iisque mallonibus paruulo Iesu, Christianæ militiæ Duci oblati, filios spirituales (vt tunc loquebantur) patris futuri seculi effecit. Videtis de ea filiatione, Pithœum in Aduersariis.

S. Francisci affectus erga huius noctis mysterium, sic exponit S. Bonauentura, *cap. 10. vita*. [Contigit anno tertio ante obitum suum, vt memoriam Natiuitatis Iesu, ad deuotionem excitandam, apud Castrum Grecij disponeret agere, non quanta maiori solemnitate valeret. Ne verò hoc leuitati posset adscribi, à summo Pontifice petita, & obtenta licentia, fecit præparari præsepium, apportari foenum, bouem, & asinum ad locum adduci. Aduocantur Fratres, adueniunt populi, personæ sylua voces, & venerabilis illa nox, luminibus copiosis, & claris, laudibusque sonoris & consonis, splendens efficitur & solennis. Scabat vir Dei coram præsepio pietate repletus, resperus lachrymis, & gaudio superfulus, Celebrantur missarum solemnia super præsepe; leuita Christi Francisci sacrum Euangelium decantante. Prædicat deinde populo circumstanti, de natiuitate Regis pauperis, quem cum nominare vellet, *puerum de Bethleem*, præ amoris tenerritudine nuncupabat. Miles autem quidam virtuosus, & verax, qui propter Christi amorem seculari relicta milita, viro Dei fuit magna familiaritate coniunctus, Dominus Ioannes de Grecio, se vidisse asseruit puerulum quemdam valdè formosum in illo præsepio dormientem; quem Beatus Pater Franciscus ambobus complexans brachijs, excitare videbatur à somno.] Specie mortui obiectum infantem, & amplexu B. Francisci visum suscitari, vt significaretur, eum hanc deuotionem penè apud fideles mortuam excitaturum, narrat Vincentius Bellouacensis, in *speculo histor. lib. 31. cap. 107.* sed pergit Bonauentura. [Hanc siquidem deuoti militis visionem, non solum videntis sanctitas credibilem facit, sed & designata veritas comprobatur, & miracula subsequenta confirmant. Nam exemplum Francisci consideratum à mundo, excitatum est cordium in fide *Theophili Raynaldi Pontificia.*

Christi torpentium, & fœnium præsepj referuatiūti à populo, mirabiliter sanatiuum fuit brutorum languentium, & aliarum repulsiuum pestium diuersarum. An ex hoc sancti Francisci factò; manarit vsus multarum in Gallia Ecclesiarum, implendi fœno templum in Natali Domini, haud facile dixerim. Verisimile verò est, imitatione S. Francisci factum esse, vt passim in Italia, extruantur in priuatis sacellis, aut etiam domibus, stramineæ casæ in speciem stabuli; & iacens in fœno Christi infans exhibeatur, astantibus Iosepho, atque Deipara; quorum extantia simulachra proponuntur.

Quamquam Philippus de Berlaymont, in *Parad. pueror. cap. 8. initio.* non ad S. Francisci factum refert vsus præsentem, sed ad Ægyptios à Hieremia Propheta apud eos exulante edoctos puelli ex Virgine natiuitatem, idolis ipsorum exitalem: vnde testis S. Epiphanius, *l. de vita prophetar. in Hieremia.* Ægyptij manu induxerunt puellum in præsepio iacentem, astante Virgine repræsentare. Sed vix puto inde manasse vsum hodiernū in Italia & alibi vigentem construendi præsepium, & adorandi in eo infantem Christum astante Virgine puerpera per tempus Natalis Domini.

Quam pietatem Neophytois in Indijs Eois magnò cum sensu quotannis frequentare, apud Ioannem Hayum in relatione historica de ea ora legere est, nec rarò in Societatis Iesu Annalibus. Magno miraculo eam pietatem Eloræ, in Lusitania esse comprobata, in persona Monialis, cui nomen *Crenera* Augustiniana, confirmat oculatus testis locuples Ludouicus Granatenfis; *lib. 2. in symb. cap. 27.* similia narrans de Moniali ex cœnobia S. Bernardi, quod est in finibus Alcobasiæ. Resumo S. Francisci hac in parte pietatem. Eundem ergo S. Franciscum, *Marulus l. 1. c. 8.* cum aliquando mensæ accumberet, & legeretur super mensam aliquid de B. Virginis puerperio in Bethleem, subito exiisse; proditum est, & terræ insidentem, dixisse; [Num ego ad mensam sedere debeo, cum non fuerit B. Mariæ locus in diuersorio? Cum Deus natus sit in stabulo, & in præsepio reclinatus? Hæc dicens, panem suum cum gemitu in terra prouolutus comedit.]

Parentis sanctissimi haud degener filius S. Bonauentura, in *Philomela, cum de hora prima*, de mysterio Nataliæ noctis Christi agit (uauissimè si affectum spectes, tamen cratio eius incompta est; nec cupediis secularis dictionis condita. Expressit prelegantium poësi omnem illum S. Doctoris de hoc mysterio sensum, nuperus Poëta. *Iacobus Balde in paraphrasi Lyrica §. 10. 11. 12. 13. 14.* Sed eum orationis mundum, ita collaudo, vt sancta simplicitas, & (lubet,) crassities styli à S. Bonauentura adhibiti, sit apud me multo pluris. Specimen repræsentato.

*Tempus acceptabile piè ruminando,  
In quo venit Dominus carne se velando;  
Tunc liquefcit anima tota per amorem,  
Pauida considerans omnium auctorem;  
Vigilentem puerum, iuxta nostrum moem,  
Et curare veterem velle se languorem.*

*Plorans ergo clamitat, ô fons pietatis,  
Quis te pannu induit dira paupertatis  
Tibi quis consuluit, sic te dare gratis,  
Nisi zelus vehemens, ardor charitatis.  
Digne zelus vehemens est hic ardor dicitur,  
Cuius est dominio Rex caelorum victus,  
Cuius sanctis vinculis captus & constructus,  
Pauperis infantuli pannus est amictus.*

*O prædulcis paruule, puer sine pari,*

DD d d Felis

*Felix cui datum est, te tunc amplexari,  
Pedes, manus, lambere, stentem consolari  
Tuis in obsequiis ingiter morari.*

*Hæc me. Cur non licuit mihi demulcere  
Vagientem parvulum, & cum stente flere,  
Illos artus teneros sum conponere,  
Eiusque cunabulis semper assidere.*

*Puto pius parvulus hoc non abhorreret;  
Imo more parvuli forsitan arrideret,  
Et stenti pauperculo, fletu condoleret,  
Et precanti facile venia faneret.*

*Felix qui tunc temporis matri singulari,  
Potuisset precibus ita famulari  
Vt in die sineet semel osculari,  
Suum dulcem parvulum, et que iocari.*

*O quam libens balneum ei preparassem,  
O quam libens humeris aquam apportassem  
In hoc libens Virgini semper ministrassem,  
Pauperisque parvuli pannulos lauassem.*

*Sic affecta pia mens, fuit paupertatem  
Cibi parcimoniam, vestis vilitatem,  
Labor ei veritatem in iucunditatem;  
Vilem esse seculi dicit vilitatem.*

In hac styli crassitie & obestitate, apparet verissime dictum esse à Gesone, Bonaventuram fuisse eximii pietatis sensus delibutum, & ita colluxisse intellectui vt voluntate asserit. Id quod gravissime confirmat Sixtus V. ea decretali qua S. Bonaventuram, Ecclesie Doctorem renunciauit. Quid enim verò de mysterio quod nocte Christi Natali peractum est, profertur po, test tenentibus simul & ardentius & sacris in Deum infantem affectibus magis redundans, quam quod ex D. Bonaventura est prolatum? Iam dixi, neglectam à me esse carminis ruditatem & styli scabritiem, quam vna illa ex Theodoro excusatio criminationi subducit, Excellentem succi, sine auro sine ligneo coherari hauriatur, excellentem æquè esse, & in eodem pretio habendum.

B. Mariæ à Castello vrbe Italiæ, denominationem sortitæ, assiduæ de Christi præsepio, & Natiuitate in stabulo commentationes, & præsertim in nocte natalis Domini incensus ad hoc mysterium affectus, à Deo compensatus est, insigni prodigio. E corde quippe demortuæ atulso à reliquis visceribus, erupit vno insigni magnitudine, & pulchritudine, cui inscripta erat nescientis in stabulo, & in præsepio reclinati pueruli Iesu expressio, pia hac Virgine genibus flexis astante, atque precante. Vnionem illum in factatio domus S. Dominici, (cuius illa tertium ordinem professa erat,) suo tempore asseruatum inter sacra cimelia, scribit Ludouicus Granatensis, *conco. 3. de Nati. Dom. n. 3.* meritò id referens ad miraculum. Neque enim ineptire hac parte licet, sicut fecerunt nonnulli circa S. Francisci stigmata, fabulantes ea naturaliter ex assidua vulnerum Christi meditatione fuisse impressa. Quod quàm sit ridiculum, attingi in tractatione de stigmatismo; c. 10. & contra Hieronimum Montuum probant Paulus Aresius, *Epistola ad Licetum*, ac Fortunius Licetus. *lib. 4. de quaestis per Epistol. c. 29.* Quæ contra hoc delirium de S. Francisci stigmatibus ex valida, & assidua imaginatione vulnerum Christi naturaliter procreatis, locis disputantur; æquè conuellerent somnium, eius qui adduci posset, vt existimaret, imaginem præsepis, ac stabuli, & iacentis inibi Christi, inter bouem, & asinum in vnione proposito expressam, ad vehementiam, & assiduitatem imaginationis de huius noctis mysteriis, esse referendam.

Nobilem puellam cui nomen *Eufemia*, voto vir-

ginitatis Deo à pueritia obstrictam, pater Comiti curdam despondit inuitam. Deperibat eam sponsus ob insignem speciem. Eufemia vbi nullam esse patrem molliendi spem vidit, ingressa sacellum, iterato sanctè voto, cultellum arripit, & ad forte ausum se confortans, nasum sibi, & labia ascendit, vt ea faciei de-honestatione, affectum erga se Comitis auerteret, & addictæ Deo Virginitati prospiceret. Versus in rabiem pater, filiam immitti cuidam villico suo tradit, duris quibusque obsequiis ruri mancipandam, & arcto pane ac breui aqua reficiendam; supra labores autem rusticanos, atque inedia, plagis atque omni aspera tractatione contundendam. Hæsit annos septem ancilla Dei, agens ancillam rustici. In peruigilio autem Natiuitatis Domini ad vesperam, cæteris cœnulam (provt ea die affolet,) sumentibus, ipsa clam digressa, abiit in stabulum meditatione natalis Domini in illis adiunctis pastura animum. Rusticus non visa Eufemia, accepto baculo, ad eam vestigandam cucurrit; quam in stabulo reperit, sed circumfulam magno fulgore; non ab igne, vt Rusticus initio putauit, sed à cœlesti Deiparæ accursu, comitantibus sanctis plerisque; virginibus, & Angelorum phalangibus, à quibus pro studio retinendæ virginitatis collaudata, & spe obuentionis coronæ cœlestis animata, naso, & labiis quæ reciderat, momento redonata, enocatum rustici clamore totam familiam, immenso stupore compleuit. Eufemiæ pater miraculum edoctus, à filia veniam tam duræ tractationis apprecatus, parthenonem in stabulo loco construxit, in quo Eufemia post aliquod tempus diuini cultus inibi transfactum, feliciter obdormiuit, vt scribit autor magni speculi *diff. 9. exemplo 22.*

De S. Birgitta Sueca proditum est, eam in nocte Natalis Domini aded exultasse, vt vix fe præ læticia contineret; simulque motum sensibilem in corde expertam esse, quasi in corde eius puer viuus, se volueret acruolueret. Eum motum, ne fortè esset illusio, pia mulier Patri suo spiritali patefecit, aliisque probatis personis, quæ visu & tactu veritatem comprobantes, admiratæ sunt valde. Ipsa B. Virgo, in reuelatione Domini, veritatem firmavit, & vnde is motus existeret aperuit. Videndus Hippolitus Marauis in *Heroidibus Marianis c. 2. §. 9. pag. 65.*

S. Catharina Bononiensis, nocte natalis Domini, in mysterium Natiuitatis Christi meditandum defixa, & pro tanto beneficio suauissimè colliquecens, infantulum Iesum pannis involutum, qualis à matre de positus in præsepio erat, offerente ipsam Deiparæ, accepit; vt narrat vitæ scriptor. Quæ de alio eximio fauore in eadem nocte diuinitus collato B. Idæ Cisterciensis Moniali, sunt prodita in eiusdem ordinis Annalibus, quod prolixiora sint, ibi legenda dimitto.

Quod tamen de S. Gertrude, ab Actorum eius scriptore notatum est, nolo prætermisum. [In Christi (inquit,) Natiuitate, versabat anima, eius summam humilitatem, extremam paupertatem, & id genus alia, quorum cogitatio maximam ei afferebat mentis dulcedinem, excitabatque ad laudandum Deum, & gratias medullitis agendas. Contigit quandoque ea in huiusmodi meditationibus cum multa cordis deuotione, & suauitate versante, & que, parvulo Iesu oblectante, vt eius virgineæ vbera tumescerent, lactèque manarent quotidie, à Christi die Natali, vt que ad purificationis festum.] Qua de re superius inter miracula dignitati huius festi attestantia, iam dictum est.

[Quis dubitet de intensissimo affectu Martini Gutric erga hanc sacratissimam noctem? Testatur Federicus, suffraganeus (vt vocant) Bambergensis ipsam homini

homini Catholico famulantem in hæresi perstitisse, donec febre correptus aduocari ad se Fornerium ipsum poposcit, vt Catholicis adiungeretur, in qua voluntate constantissimè hæsit, neglectis minis suorum, & intentata exheredatione ac Ioannis Casimiri Saxonie Ducis offensio, nihilominus stetit in gradu Rogante Fornerio vnde illi tantus pro fide Catholica ardor. Edoctus (inquit) à te pro concione quàm sit honoranda Deipara, septies mane ac septies vespere de geniculis eam salutari verbis Gabrielis. Itaque nocte diei sacri eius Conceptioni, mihi obuersata electa vt sol, admonuit; vt me Catholicis aggregarem ex quibus solis est salus, nocte verò Natalis Domini, affuturam se, vt qua hora Christus ex eius intemerato vtero prodit, ad æterna gaudia me perducat. Visi veritatem confirmauit euentus. Nam nocte Natalis Domini, & in puncto temporis quo geminæ gigas substantiæ exultauit ad currendam viam, castæ parentis vtero fufus, de olido ventre terreni contubernij (vt cum Nyfeno, *orat. de mortuus, & Senecæ, Epist. 102.* dicam) obstetricante Deipara natus est Deo per piam mortem. Vultus demortui solito hilarior, & viuidior ac florulentior quàm dum viueret, attestatus est æternæ eius beatitatis.

Matthæus de Couros Societatis Iesu, in Iaponia Episcopus, ex eorum numero quibus pro insulis sunt Cruces, & plurima per totam vitam mortis imago; vir fuit S. Athan. propè parallelus; aded è multiplici fuga propter Euangelium inita propè miraculo, certè per extraordinarium providentiam, Tyranni & emissariorum eius scrutationibus indefessis subductus est; donec anno 1633. purgatissimum tot laboribus spiritum Deo reddidit. Eius cum circa alia Christiana mysteria tenerrimum sensum pietatis, tum nominatim circa Natale Domini, produnt qui res eius attigerunt. Quod ad præsens institutum attinet, decerpo plagulam ex eius Epistola data anno 1625. [Incredibili animi mellicitia, curuatis genibus me Domino obtuleram, penè certus fore propediem, vt in victorum pro Christo numerum admitterer. Equitibus prætergressis, ab Christianis deductus sum in syluam. Ibi Matutinum officium exorsus sum veritate, quod mihi fore postremum ominabar. Stabulum ibi erat stramento tectum promiscui iuris, in quod quia placebat, successi; & strato per humum sæno incubui. Mirifica me tum voluptas in cessit, cum Natalis Domini peruigilio, vidi me tali diuersorio exceptum.] Resert ista de hoc homine Dei Philippus Alegambe in Bibliotheca Societatis Iesu: apud quem rursum V. *P. vltus Hostiensis* legere est alterius huius hominis Dei, affectum erga Natiuitatem Domini in spelunca Bethemtica, ex eo quod extemporaneum sacellum quo granis annis ad facta vtretur ipsi constructum, denominauit *suam Bethleem*, in qua Sacerdos quinquagenarius, primitias sacrificij incurruenti à se ante annorum quinquagenam oblati repetiuit; Et inter assidue suas ibi preces, & meditationes ac lectiones sacras, & moniaco viso exterritis, de auertendo malo per Satanam impendente, (nam id saltandum demon iactarat;) sollicitè apud Deum egit; quo successu ac denique quàm felici vitæ exitu, legendum dimitto apud eundem Alegambe, dicto loco.

De Bernardino Realino, cui nostri Thaumaturgo, cultui mysterij Natali Domini addiditissimo prodium est in eius Actis, cum in nocte Natalis Domini de hoc mysterio meditare, subito cubiculum luce diuini fuisse impletum, eique de nomine compellato infantem in splendido circulo exhibitum, qui hominis Dei pectori aliquandiu appressus, demum eruperit, tanto pietatis sensu & corporis vigore indito, vt præ *Theophili Raynaldi Pontificia.*

spirituali consolationi incommodam tempestatem non senserit. Additur inferius. [Septuaginta iam natus annos, apud Rectorem nihilominus effecerat, sibi vt liceret ad imitationem illius frigidis quod præsepis tulit, actiuo hyemem vestitu exigere. eregitque à principio Autumni, ad vsque Natalem Scruatoris. Noctè igitur nascenti festa; consentibus in templo dans operam rigore tam valido succutiebat, vt sedem vnâ, sedique innixos conciteret; ac Iiabælæ venturiæ nobilis scæminæ hortatu, remitteretur in cubiculum à Rectore, iubereturque ad illum focus inferri. En autem illuc mysterio quod celebratur, cogitatione altè insistenti, videndam se exhibet fulgenti in luce Dei mater, beatis mentibus stupata, suauissimo concantu asperam noctem multacentibus, ac puerum Iesum in amplexu & suauia illi tradit, ea resuscitæ lætitiæ copia, vt audiretur à præterentibus exclamans; Tantillum adhuc ô Domine, pauxillum adhuc remorate. Nec reliqua hyeme, præ concepta interius flamma, quicquam æterni frigidis sentiret.]

Alia in hanc rem complura, prædictis cognata; sciens prætereo. Quod item præsto circa varias apparitiones de Natiuitate Christi, recensitas à Cæsario in farragine miraculorum spi temporis, *l. 8. cap. & aliquot seqq.* Hæc omnia, (vt dixi,) dimitto. Tantùm obseruo, in plerisque earum visum æquè ac in illa quam ex S. Bonaventura retuli, obiectam pio militi Ioanni de Grecio, Christum in Natiuitate obseruatum insigni cum formositate; præ qua puellus Deus, erat insigniter amabilis: non cûs ac cum paulo post de eo scribitur, quod cresceret, & confortaretur, & gratia Dei esset in illo. Id est quod esset *puro perelegantis formæ*, de quo non dubitabit, qui principia pulchritudinis corporeæ Christo alibi; *lib. 4. de Christo serm. 1. cap. 1. num. 8. & cap. 2. num. 23.* solidè vindicata; recoluerit. Mirorque Cornelium à Lapide in cap. 53. Hæc existimasse; Christo iam à Natiuitate defuisse speciem atque decorem. Cuius autoritate nixus Nicolaus Rigaltius in dissertatione de vultu Christi de formitate, & illiterali, ac inhonestâ specie externa, formam Christi, iam à Natiuitate statuit informem. Eoque ab istis trahitur illud Hæc 53. *ascendit sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitiens; non est species ei neque decor.* Quo significatum volunt, sicut virgultum enascens in loco arido squillet, nec habet decorem, sic Christum, & in Natiuitate, & per reliquam vitam vnuerfam, absque formæ elegantia fuisse. Sed apagè aded deformem doctrinam. Christi facies non fuit deformis; ac inhonestâ, qualis est species detrita virgulti è terra arente nascentis. Sed ea quasi virgulti è terra sitiens natiuitas, referenda est ad terræ Virgineæ (qua Christus prodit,) nullo maris opere humectam pudicitiam, vt testè Eusebius, *lib. 3. de demonf. cap. 2.* est interpretatus; & suffragantur Hieronymus, Cyrillus, atque Procopius ad eum Hæc locum.

*Auspicia, & Nominalia ab hac die.*

Pertinet denique ad dignitatem noctis natalitæ Christi Domini, quod plerisque ex magna pietate erga hoc mysterium, acceptissimum fuit, aliquid insignè aggredi, aut exequi eo tempore. Alij stabulum quodpiam ad memoriam nati in stabulo Christi piè frequentant.



Sectio III.  
S. 5.

Innocentius I V. Ecclesiam vehementer oppugnante Federico I I. Lugduni quò confugerat, Concilium celebravit anno 1245. In eo Concilio, in nocte Natalis Domini, pileum rubrum Cardinalibus tanquam proprium insigne dedit; ut scribit Martinus Polonus, & ex eo Genebrardus, agens de Innocentij initiis. Quamquam non omnibus Cardinalibus id muneris contulisse, constat: v. g. non Hugoni de S. Caro, primo ex Ordine Prædicatorum Cardinali, tunc creato, ab Innocentio. Cardinales enim ex ordine religioso assumpti, non nisi à Gregorio X I V. (tantò post Innocentium quartum,) id insigne exorantur. Significare autem voluit Innocentius, ut Onuphrius, in *addit ad Platin.* Philosphatur; paratos esse oportere qui ea dignitate exornantur, sanguinem pro Dei causa pro profundero. Alij id insigne ad participatam Pontificis Maximi Regiam potestatem referunt. Nam p̄puram insigne Regium esse, alibi dicitur, in *Onom. pontif. v. Rex.* Ut ut sit, delecta est ad honestandos Ecclesiæ Principes ea Regia nota, nox Natalis Domini.

Carolus Magnus I. in Occidentis Imperatorem Patrium antea Romanorum, dictum Leo 3. anno 800. hac ipsa die inauguravit, ut habet Caroli vita, Caroli Crassi coronationem, Romæ à Ioanne Papa tunc peractam, habet Aymoinus l. 5. c. 60. Idem contigit Orthoni Magno per Ioannem 13. anno 967. De Orhone 3. idem habet Ditmarus anno 983. Voluerunt isti auspiciari imperium, qua die ortus est parvulus, cuius imperium super humerum eius. Humbertus, Principatu Delphinatum abdicato, & Philippo Valesio Regi Francorum dimisso, anno 1349. seculo calces illidens, ad ordinem Prædicatorum transiit Luduni: ubi in nocte Natalis Domini initiatus est subdiaconatu; in missa ad auroram diaconatu; admittam maiorem sacerdoti ab ipso Pontifice Clemente V I. & eodem die idem Humbertus missam celebravit. Narrat ista Rebdorfius, in Annalibus, ad annum 1351. addens, octiduo post fuisse Humbertum à Pontifice consecratum Episcopum, cum titulo Patriarchæ Alexandrini, & perpetui administratoris Metropolitanæ Ecclesiæ Remensis, S. Heribertus hac ut vocat Rupertus in eius vita cap. 9. nocte gaudij nostri, consecratus est Episcopus Coloniensis.

Non nemini boni ominis visum est, renasci Deo in Nativitate Domini. Ac ut sanctum regno integro exemplum adducam, Clodoveus Rex Francorum, primus inter eos Rex Christianus in Natali Domini baptisate est initiatus à S. Remigio. Scribit quidem Hincmarus, *Epist. 3. cap. 14. & Epist. 17. in vita S. Remigij*, baptisatum esse collatum Clodoveo in Paschate. Et idem habet Fredegarius, *bist. 3. Franc. c. 21.* Sed longè potior est S. Aucti, *Epist. 41.* Viennensis, Præsulis autoritas. Is enim scribens ad ipsam Clodoveum, eique susceptum baptisatum gratulans, sic Regem affatur. [Occiduis partibus, in Rege non novo, novi inbaris lumen effulgurat, Cuius splendorem congruè Redemptoris nostri natiuitas inchoavit, & consequenter eo die ad salutem regenerari ex vnda vos pateat, quo natum redemptioni suæ, cæli Dominum mundus accepit, Igitur qui celebris est Natalis Domini, sic & vestri; quo vos scilicet Christo, quo Christus ortus est mundo: in quo vos animam Deo, vitam præsentibus, famam posteris consecratis. Quid iam de ipsa gloriosissima generationis vestræ solemnitate dicatur?] Preterit eam pompam S. Aucti, adnatum dantaxat numerum Pontificum ad membra Regia vnlis vitalibus confouenda attinges. Plenius in ea expatiatur Greg. Turonensis, l. 2. *bist. Franc. cap. 31.* amplius tria millia de Regis exercita cum eius sorore

Albofede baptisato initiata, testatus. Baptisato itaque initiatus est Clodoveus in Natali Domini, in ipsa sacra nocte, ut fertur illa S. Aucti verba postquam memoravit præmissum ad se fuisse à Rege nuntiatum de sui baptisati condita die. [Ante baptisatum vestrum, ad nos sublimissimæ, humilitatis nunciis pervenit. Vnde nos post hanc expectationem, iam securos vestri, sacra nox reperit.] Et quamvis solemnissimum tempus extra grauem necessitatem ex S. Leonis præscripto, esset tempus Paschale, adiuncta ei Pentecoste quæ ex Paschali pendet articulo ut idem S. Leo loquitur, plenèque expono in tractatione de imagine cerea Christiani, per baptisatum Dei filij; Tamen tantæ diei solemnitas Regem pium illexit, ut culta deponere vellet, quo tempore Christus summopere se demisit & nasci cælo cum Christus nos cælo illaturus in terris est natus. Quod item alibi in Gallia fuisse vsu receptum nec absque celestis aspilatione, insinuat, ex eo quod Ebreduni, baptisatum à S. Marcellino vrbis illius Episcopo constructum, quottannis diuinitus replebatur aqua, non secus ac sub Pascha, haud dubie quia utroque illo tempore ex vsu erat, (etiam extra vrgentem necessitatem) baptisatum conferre.

S. Marcellinam sororem suam scribit S. Ambrosius l. 3. de *Virg.* in Natali Domini, apud S. Petri basilicam à Liberio Papa sacrum flammæ Christo desponsatam accepisse: Pontifice appositè ad mysterium, & ad velationem Virginis, verba faciente; adhibita egregia dissertatione quam S. Ambrosius repræsentat.

Mulieribus quibusdam placuit in stabulo parere, in memoriam Christi in stabulo nati. De Pica matre S. Francisci, scribit Vvadinghus, in *apparatu ad Annales Minor.* §. 3. cum per dies multos cruciaretur, nec eniti posset, ab accedente ad domus ostium mendico, admonitam esse, puerum quem parturiebat non in lecto molli, & pretioso thalamo, sed in stabulo, & fecerit, edi oportere: ideoque autor fuit, ut Picam in stabulum vicinum illicè transferret. Factum est, & proles illicè feliciter est emissa ex matris utero; ut etiam in primo ortu, similis esset Christo Domino. Stabulum hodièque magno in honore habeti, & vulgo, sacellum ibi erectum denominati S. Franciscum parvulum, San Francesco piccolo, scribit ibidem Vvadinghus, narrans in eius superliminari aureis characteribus hæc legi exarata.

*Hoc oratorium fuit bonis & asini stabulum,  
In quo natus est Franciscus, mundi speculum.*

S. Ignatij Loyolæ matrem in stabulo parere eum voluisse, in vita Sancti viri lenibus typis incisa in Belgio, exhibitum vidi. Mirum tamen est, illud adiunctum Natiuitatis sancti viri, fugisse diligentissimos de eo scriptores Maffieum Ribadeneiram, Orlandinum.

Non nemini, infantes suos nominatè placuit ab hac die, *Natales*, *Noel*: Gallicè, quod imperiti referant ad Næmum, cum spectet ad hoc mysterium; ut monstrat vox latina. Ut enim aliqui ab aliis mysteriis denominantur, v. g. *liberatus*, *Redemptus*, *Inuentus*, *Restitutus*, à Christi passione; *patiens* ab eadem; *Anastasius* à resurrectione *Illuminatus* à baptisato, *Eucharisticus* à Christi corpore: ita à die Natali Domini, aliqui sunt denominati: Ut S. Natalia & Natalis Præsul Toletanus, nec non Natalis Beda, & Natalis Failepied, & Natalis Comes, alij; non pauci. Sed nominatum signandus est Natalis ille olim confessor, postea Theodotianorū hereticorū Episcopus, pecunia ad id illectus, (ut refert Euseb. 5. *bist. c. 27.* ex eius repositi scriptore,) qui crebris de cælo visis ad respiciendū admō-

nitus,

ritus, nec tamen reuertiens ad cor, nocte denique quadam flagris ab Angelo concisus, resumpta bona mente, ad Zephirinum Papam adiens, in cinete, & cilicio exomologesi peregit, & Ecclesiæ veluti renatus est per Pontificiam absolutionem. Hic igitur & alij nunc memorati à Christi Natali, denominati sunt *Natales vel Natalij*. Eodem referendum est nomen *Orientij* inditum patri S. Laurentij, & ipsi sancto cuius memoria æquè ac S. Patientiæ conjugis eius, habetur consignata in tabulis Ecclesiasticis I. Maij, qua item die clara est memoria S. Orientij, siue Aulcitani, siue Tolofatis Præsulis, cuius carmina edidit Debrio. Aliò tamen pertinere nomen S. Orientij, Armeni, sex sanctorum martyrum germani qui colitur 24. Iunij ægrè admiserim, cum nomina Armenorum à Latinis petita esse, nequeat certò constare. Quanquam sicut inter Latinos aliqui insigniuntur Græcis nominibus; ita apud Armenos, & Græcos, fuisse qui è Latio peterent nomina, nihil vetat. Porro apophoreta æquè ac in Nominalibus transmitti solita in die Natalis Domini, docent bonæ formulæ transmittendi ea die Eulogius à Marculpho consentit: vbi quod æ eulogiæ dicuntur sancti patroni, referendum est ad sanctum è cuius Ecclesiæ transmittentur, & in cuius honorem benedicantur, ut notavit Gretserus l. 2. de bened. cap. 24.

#### De pælla eidem diei, à Poëtis elogia.

Obsigno hæc decora nobis natalitiæ Christi Domini, insigni obseruatione Constantini Magni in oratione ad sanctorum cœtum, cap. 20. accuratè monstrantis, Maronem, ex Sibyllæ Erythrææ de Christi Natiuitate vaticiniis, & cunabulorum eius gloria proficentem, specie Genethliaci Salonino Pollionis filio pangendi, Christi Natalitia exornasse; & fragrantès flores, quos eius cunabula Spiritus sancti virtute fuderunt, diffusè expressisse: nominatim verò meminisse *redemptis Virginis*; quam recentiores Poëtæ interpretes, Iustitiam in cœlos regressam, felici autem illo tempore in terras reducem, interpretantur. At Constantinus Magnus de Virgine Deipara, primùm accipit. Tum exponit etiam de Christo, qui Virgo est, & ad iudicium est rediturus. Sed hoc de reditu ad iudicium, non cohæret cum reliquo carmine, quod totum est Genethliacum, & nato puero ac puerperæ quadrans. Quomodo ergo Virgo siue puerpera, siue nascens, *redire* dicitur? Recèdè Prosper, 3. p. de *promiss. cap. 4.* eum reditum ad puerperam solam aptat, & sic exponit Poëtam. [Redit, (dixit,) quia Virgo adhuc Eva, mortem intulit mundo; rediens Virgo Maria protulit Salutorem.] Videtis dicta alibi de *Virgine secunda*, in *Glossario*, eo verbo. Expressit ergo Poëta, & magnificè exornauit Natalem Christi diem; obsecrè tamen, & sub variis inuolucris, ne ad ciuitam adigeretur, nouo Rege, celebrato, mysterium proposuit, ut Constantinus notauit.

Recis verò reliquis à Marone in eandem sententiam ex Constantini interpretatione, prolatis, versus illos qui maximè in rem præsentem faciunt repræsentato. Sic ergo Maro paulo post.

*Ipsa ubi blandos fundent cunabula flores,  
Occidet & serpens, & fallax herba veneni  
Occidet: Assyrium vulgo nascetur a momum.*

Glossa Constantini, sic habet, [His certè nec verius quicquid, nec ad Seruatoris virtutem aptis dici potest. *Theophilus Raynandi Pontificia.*

rit. Ipsa enim Dei cunabula, Spiritus sancti virtute fragrantès flores, nouæ soboli extulerunt. Serpens verò à quo primi nostri parentes primùm in fraudem impulsj, & mentes eorum à temperantia ipsis statuerat in ista, ad voluptatem blanditiis traductæ erant, ut interitum ipsorum ceruicibus impendentem planè perspicerent; omnino periit; & venenum eius patenter sublatum est.] Nisi proxilitas veteret, dulce esset reliquam Maronis de Christi natalitiis ex Sibyllæ Cumeæ prænuntiatione potissim, cum Magni Constantini glossa attexere sed ne fistidium prolixitas ingeneret satis sit hoc specimen exornatæ à Marone natalitiæ Christi diei; exhibuisse.

Emulati sunt sui Principis studium in collandandò Christi Natali, ingeniosi plerique Poëtæ, cum antiqui, tum nuperi. Antiquorum specimen esto Prudentius hymno 11. Cathemeri non quo carmine ut ibi notat Erasmus in Glossis, scitè expressit antiquissimum Sibyllæ de Christi Natali Vacitium, quod Maro potentissima adulatione ad Saloninum Pollionis filium transtulit, cum re vera totum illud carmen ad infantem Christum spectauit, ut etiam Constantinus Magnus notauit, *orat. ad SS. ceterum.*

È Græcis multa metro edita habemus; in huius mysterij cultum. Sed sat hoc loco sunt, catmna Ioannis Damasceni, & Cosme Hierosolimitani in Theogoniam. Passim enim apud Græcos generatio pro natiuitate sumitur. Vnde S. Basilij homilia in *Natale Domini*, inscribitur *de humana Verbi generatione*. Habetque fundamentum is loquendi modus; in Psalte, qui iuxta multorum Patrum interpretationem, agens de Christi natiuitate temporali, ait; *Tecum principium in die virtutis tua, in splendoribus Sanctorum, ex utero ante Luciferum genuite.* Quæ verba Hieronymus sic vertit. *De vulua orientur tibi ros adolescentie tue.* Et quamvis Euthymius, hallucinatos putet, qui ea verba ad nocturnam Christi natiuitatem retulerunt; tamen in contrarium sancti graues Doctores; in *Tryph.* è Græcis, Iustinus Eusebius, & Hefychius, è Latinis Tertullianus, apud *Agellium in psal. 109.* & alij complures, à quibus hic locus non refertur ad punctum Incarnationis, sed ad punctum egressionis è materno utero. Nec sanè ait Psalter, *in utero genui te*, sed *ex utero*, cum scilicet nocturno tempore; ex eo sanctuatio, astantibus Angelis atque adè in splendoribus sanctorum proditi. Igitur Theogonia, quam ij quos proferebam sacri lyricines exornarunt, est natiuitas, ex utero materno, quam solam vtriusque canticum celebrat. Instar totius summæ; esto specimen illud ex Cosma.

*Mysterium admirabile video, & inopinabile.  
Cælum speluncam, sedem Cherubicam Virginem  
Præsepe lectulum in quo decubuit incomprehensibilis  
Christus Deus,*

Nouos inter, micant, Iacobus Sannazarius insigni opere de partu Virginis; Lætinus, Torrentius opere tripartito de eodem partu, & carm. de puero Iesu, & altero in Natale Christi. Arias Montanus in salntis humanæ monumentis carm. 38. Iacobus Bider mannus piè admod, & concinnè lib. 3. Syllularum *Biblico* (ita inscripsit) de Christi natali. Iacobus Pontanus in opere metrico floridorum, Baptista Mafculus libro tertio Lyricorum, Franciscus Bernardus, Gilbertus Ioninus l. 2. Epigr. & serpe alibi, Martinus Bertinus in Florilegio. Valens Acidalius de *Canis*

D D d 3 Christi

Sectio III.  
§. 5.

Christi & nocte eius Natali, Natalia Christi per spiritum Bezammalo præterita habentur, Sylua. 3. Vnius qui noctem hanc Natalitiam superiore seculo suscepit exornandam, Excessum (vt ipse quidem inscripsit, Davidis fortè similem epigraphem exprimens, representare placet, clausulam metricam non inopportunam. Quæ verò soluta oratione ad huius diei exornationem à Patribus, & sacris Oratoribus sunt prolata, notare meminit in Anagnoste.

### Natalia D. N. Iesu Christi Filij Dei viui.

*Pade taciti per amica cæli  
Silentia, silentia,*

*Regina nox, cui latera stipat aurea  
Immortale decus triplex.*

*Tibi militat omnis hora mundi,*

*Æternas accincta faces.*

*Tibi ridet hilarescens sinus ætheris,*

*Aligeros igneus ostentans animos,*

*Patiunt natura: iuque*

*Nescia fui,*

*Mole nona premi stupet.*

*Siste medium per mano cæli [ Antistropha ]*

*Rotas celeris ambius:*

*Oprata nox, quam nitidus orbis arborer,*

*Luci præulit ignea,*

*Dieique noua nitentis aura,*

*Antiqua qui iura necis*

*Pio sanguine noci dedere adortus est,*

*Tartareas fulgidum expugnans tenebras:*

*Veteris natura elementa,*

*Reddit onustus,*

*Exunius onans nouis.*

*Vigil anime, Vigil. O [ Epodus ]*

*Nocturni pastorum cœtus*

*Peruigilum Comes, qui me accentus,*

*Animum ferit? mentem quatit?*

*Haurit cor, abit vigor, vt*

*Crebra ingruunt fulgura.*

*Puer vagit, & vagiens*

*Voce serenat florem cæli. O*

*Secundis aspicias orsis, tener*

*Splendet stribus Æther.*

*Quis me rapit? quis me trahit?*

*Quo sistes me ales puer?*

*Turba superis inimica Diuis*

*Seclestia vetitum nefas*

*Olim ausa; Gaude tibi relata pignora,*

*Immortalia pignora*

*Quietis; bonaque experta pacis*

*Nullis post delenda dolis.*

*Onis me pete scatebras vitrei lacus,*

*Neuè sitim iam metuas. Hic Oceanus*

*Refuso de fonte recurrens,*

*Afferet hauritus*

*Nectareo Poli sinu.*

*Claudite Acherusia ditis ora*

*Inhiantis animas piæ*

*Cui præda noster miserè sanguis exitit:*

*Fiet præda miserrima.*

*Necis nex venit, improba proba; atra*

*Vire vita illustris erit:*

*Bis author generis huius fera vincula*

*Soluet amore incitus, Ah clementem animum*

*Onus hoc quod fecimus, ipse*

*Perulit, vt quod*

*Contra habuit bonum daret.*

*Deus homo, & homo Deus*

*Vnum sis, & nihil mutaris*

*Integer integro, toti totus,*

*Pius impio, vt fiam pius.*

*Tu vt quod fueram fieres,*

*Quod non eras factus es.*

*Vt amitterem quod eram,*

*Nil, quod eras, amisti*

*Dexter illuxeris orbi nouo:*

*Ne permittite vagari*

*Priscam diuinitas luem*

*Hoc, quod perdis, tuum fuit,*

Non congruit lætitiæ tantæ, huic noctis Threnodia aduersus eam dehonestates, variis operibus tenebrarum in quæ conclamat Gerfop. 1. *declaratione defestuum Ecclesiæ. n. 75.* [Quæ (inquit) Christianorum consuetudo damnabilior esse potest, ea qua iam clerici, & laici & principes vbique insaniunt, sanctissimam Natalis noctem celebrantes ludo taxillarum, non contemplatione celestium mysterium.] Contestans item alibi p. 4. *serm. 1. de Nat.* præstare fodere campum; quàm feriari. Nec admittit excusationem peritam ex discussione somni, aliò qui grauari. Satiùs quippè foret dormire, quàm aded peruersè vigilare. Deus aliquando quàm sibi ea profanatio Metropoleos festorum omnium (vt S. Chrysostomus loquitur) sit ingrata, pœnis irrogatis, omnino grauib; restatum fecit. Licebit apud Gregorium Turonensem Eparchij Presbiteri, *de gloria Mari. c. 87.* pœnas eam ob causam illi irrogatas prospicere, & horrere. Vnum aliud exemplum sanè horrendum à Nicolao Horefeldio ex S. Leonis Noni scriptis annotatum in Anglicana historia, si breuiter delibauero, rem fecero ad atertendas Natalij festi profanationes commodissimum. Scribit igitur S. Leo, nocte ipsa Natalis Domini, duodecim profligatæ honestatis iuuenes (quorum nomina ibi signantur,) inhiantes puellæ Anna nomine, filia Roberti Parochi; ad Ecclesiam S. Magni martyris & S. Bucestræ fororis eius, conuenisse: Et chorea in templi atrio ordinata, per submissas duas puellas doli ignaras, Annam è templo enocasse ad choream, & canticum quod inter agitandam choream concinebatur. Cùmque finitis nocturnis officiis, ad primam Missam ventum esset, bacchatio nihilominus choreas agitantium, & profanè concinentium, continuata est, tanto cum strepitu, vt Presbyter de altari ad Ecclesiæ ianuam venire sit adactus, componendæ tandæ indignitatis gratia. Cum autem virgente Presbytero vt Ecclesiam subirent sacro astituri, nemo obtemperaret, actus zelo sacerdos, imprecatus est, vt à cantu & chorea non cessarent S. Magno, dehonestationem templi sui, & sacratissimæ noctis vlciscente. Ad verbum sacerdotis, ira Dei miseros corripuit. Itaque vt erant colligati, indissociabiliter hærentes sibi gyrate concinentes perrexerunt. Et cum Presbyter Azonem filium suum vt Annam sororem abstraheret à choro gyranium submississet: ilque Annæ brachium prehendisset, brachium à reliquo corpore auulsit, hæsit in Azonis manibus, ne gutta quidem sanguinis emissa. Brachium tertio terræ mandatum, toties expuente illud terra, sursum erupit. Quare in Ecclesia illatum est, & insepulchrum relictum. Choram agitantes miseri, per annum integrum sine intermissione in ea gyratione & cautu durarunt, impacti animi omnes, & quicquid est necessitatis humanæ, nec facientes nec passis. Nulla in eis à tanta gyratione fatigatio, nulla à temporis ac cæli iniuriis grauatio.

grauiatio. Ex acto sic anno, sub dio, reueniente nocte Natalis Domini, eo ipso temporis articulo, quo vltio diuina profanatores sacratissimæ noctis corripuerat diuulsi ab iniuicem, ac in patimentum excussi triduo integro iacere, immoti & sopore grauari. Triduo exacto surrexere, præter Annam noxæ illecebram & calamitatis occasionem, quæ cæteris surgentibus hæsit mortua, Roberto patre, proxima nocte filiam secuto & mortuo. Cæteri ab iniuicem dissoluti, singuli tamen, eisdem saltus & rotatus quos simul ediderant, sigillatim edere perrexerunt, per annos complures vagi, nec vno loco valentes consistere, in exemplum variis locis futuri, 22. *Cutia.* non secus ac decem illi fratres materno maledicto percussit, vt est apud S. Augustinum, variis oris ad quas appellabant facti sunt in exemplum ac terrorem. Theodorici gyranium vnus, Vviltoniæ ad S. Edithæ tumulum, post multas preces exsolutus est ea diuina vltione. Veritatem narrationis propositæ, multis idoneis testibus firmat Hasseldius; apud quem etiam pleraque adiuncta, hic prætermisssa breuitatis gratia, legi poterunt. Mihi illusterrimum specimen itæ diuinæ in profanantes Noctem Natalis Domini, in qua tamen gaudium Euangelizatum est omni populo, tamen par est conformari tanti gaudij obiecto.

Itaque benè monebat Galfridus adductus in allegoriis Tilmanni ex pendens hoc gaudium magnum ab Angelo Euangelizatum: [Gaudet multi in Natiuitate Domini. Sed quibusdam in occasiones voluptatis & ostentationis factus est dies ille; vt videlicet splendidi epulentur, & procedant in vestibus pretiosis. Non huiusmodi gaudium nobis commendat celestis nuncius: non ad mensas deliciosas, vel vestes pretiosas, ad pannos magis & præsepium vocat. Denique medium nobis exhibet & annunciat Saluatorem, qui curare veniat, non potare, remedium præbeat non conuinium. Veruntamen si diligenter aduertimus, multa nobis reposita est gloria sub his pannis, & in illo præsepio celestis deliciæ continentur. Gloria Patris filius sapiens. Pannosus factus est, vt alliget vulnera nostra; & deliciæ Angelorum, factæ sunt cibaria iumentorum, vt in quo illorum delectatio, sit istorum refectio salutaris.]

### §. VI.

*A nocte Natalis Domini, præsepe, & Bethleem, summam habuere apud omnes venerationem; quod ipsum est noctis illius decus haud vulgare.*

Perispicum est, præsepe quod Christum infantem excepit, & Bethleem in qua erat præsepe, non aliunde traxisse claritatem, quàm ex eo quod inibi Christus in sua natiuitate, quæ hac nocte contigit, primum in terris visus sit, & cum hominibus conuersatus. Cæteroqui enim præsepe, quid aliud erat quàm præsepe, animalium scilicet brutorum mensa, & sceni cibandis iumentis appositum, receptaculum? Bethleem item, quid aliud ante hanc noctem, & natum in ea Christum erat, quàm villula; & quidem paruula in milibus Iuda, hoc est inter loca, quorum vix prætenitate habetur ratio; locus parui omnino momenti? At ex quo hac nocte prodijt ibi Christus, & dux qui regit populum Dei Israëli, Bethleem nequaquam minima vltra est; sed sola magnarum urbium ma-

ior, vt Prudentus cecinit, Petes quæ diuersa tempora, conciliandi sunt, Michæas, & cum allegans *Natalis* Matthæus in speciem dissentientes, vt dictum est ea *Domini*, tractatione cui titulus *Amor Crucifixus*, Incubratio *præsepe*, & de amore nationis & cognationis, in seruis Dei *Bethleem* temperando. Verum est, aliquos paulo anteriorem fecit *summam* se Bethleemi claritatem, statuendo in ea natam esse *habuere* ante paucos annos B. Virginem, quod esset eius *apud omnes* beculæ decus insigne. Ita Metaphrastes, *orat. de vita nes venera* & *dorm. Deip.* Theophylactus, *in c. 2. Luca* Christianus *tionem*; Druthmarus, *Matth. 1.* & antiquus Rabbini addu- *quod ipsi sum* ctus à Galatino. *1. 7. c. 12.* Sed non est inde ducenda *est noctis illius* claritas vrbis Bethleem. Nam falso assumitur natam *lius decus* in ea esse B. Virginem vt rectè confirmat Baptista Po- *haud vulgare* za, *l. 1. tract. 8. cap. 2.* Plane etiam gratis Bethleemum *gare* statui locum natiuitatis Deiparæ, constat ex silentio omnium planè veterum, & ex defectu monumenti cuiuscunque confirmantis vel etiam insinuantis, natam esse eo loco B. Mariam. Itaque ex Christi in ea Natali solo ducendum est micantissimum illius antea vrbeculæ decus, post natum verò in ea Christum, magnarum urbium maioris. Sicut quod ante erat brutorum mensa. Præsepe, post reclinatum in eo Christum à Gregorio Neocæsariensi, *serm. 1. de Annunt.* *throno Cherubico* est comparatum.

Erat Bethleem oppidum Iudæ (*castellum* vocat Iustinus, *apol. 2.* post Ioannem c. 7. *Ciuitatem David*, vocat Lucas c. 2. qua inde David ducebat originem, Eidem ab vxore Calebi, nomen quoque fuit *Ephraïta*, æquè ac regioni circumiacenti. Hæc vrbeculæ è casulis malè materiata ex Bellonio 2. *obseru. c. 27.* sex milliariibus distat ab Hierosolimis vt Hieronimus, *l. de locis Hebr.* ac Seuerus, *dialog. 1.* notarunt, vel stadijs 35. iuxta Iulianum Ioannes Nicænus, *dissert. de die Natiuit. Dom. ad Chastolicum Armenior.* trium duntaxat milliariam distantiam ponit; sita est in monte paruo, situ arcto, & oblongo, vndique cincto rupe propè inaccessa. Terra verò subiecta, toto itinere quod Bethleem Ierosolimam porrigitur, aded fructifera est vt inde *Cappophora*, apud Hieronimum, *Epist. 27. & Mich. 1.* Bethleem videatur appellationem tulisse. Ea quippè vox sona *domum pans.* Aded porrò amœnam exhibet illam Adricomius, *in tribu Iuda n. 58.* vt quasi referat Thessala Tempe, aut si quis alius est locus amœnitate commendatus. Ad opidi extrema versus Orientem, haud procul à muro, rupes erat, in qua antiquum excipiens bestijs cernebatur, vt scæpe sub rupibus occurrunt antra, siue speluncæ. Maldonatus quidem, ad illud Lucæ, *& reclinauit eum in præsepio*, & ibidem Toletus, *in c. 2. Luca annot. 10.* centent speluncam, seu stabulum, fuisse intra Bethleem, ne falsò Propheta dixerit, Christum in Bethleem nasciturum. Est tamen lenè argumentum, quia quod fit ad muros vrbis, vel in suburbio, dici potest factum in vrbe. Proindeque passim cæteri, post Iulianum in dialogo, Origenem, *l. 1. contra Celsum.* Eusebium, 7. *de demonf. c. 1.* Nicephorum, *l. 1. c. 12.* speluncam statuerunt extra muros Bethleem, quamuis non extra ambitum totum qui nomine *Bethleemi*, comprehenditur, & suburbia quoque, ac vicinissimas vrbis sedes continet. Ita Consaluus ad S. Brigittæ reuelationes, *l. 7. c. 21.* adducens Hieronimum, Baronius anno Christi 1. Narus est ergo Christus in spelunca ad Bethleemi muros, atque aded in Bethleem, iuxta modum loquendi proteritum. An autem hæc spelunca esset adiuncta diuersorio, siue hospicio publico ad vrbis portas, in quo Iosephus, & Maria non habuere locum; quæ est Toleti sententia, an verò fuerit plenè abiuncta à quouis hospicio, tamen vrbemque



Sectio III  
§. 6.

nobis infante, atque aded de eius cunabulis, scribere gratum habebunt. (ita enim hunc locum exponit Galatinus.) *l. de arc. 8. c. 6.* Scripta quoque de Principibus à quibus ciuitas hæc Dei adita fuerit ad stabulum, ac præsepe spectandum; narrabunt eadem mirabilia. Qui verò sunt *hi Principes*? Apparet, Pſaltem habuisse ob oculos, & primores populorum quos enumerauerat, & dixerat illuc fuisse; id est *fore*, consueto in scripturis loquendi more, usurpandi præteritum pro futuro, ob certitudinem futurationis à Deo prænunciatæ, vt notauit Tertullianus, *3. in Marcio c. 5.* ac Nyssenus, *hom. 5. in cant. & sæpè D. Augustinus, in psal. 3. & de ago Christi. c. 27. & de correpti. & grat. c. 9.* Principes ergo qui fuerunt in ea, non tantum sunt illi viri magni & Hebræorum Principes Bethleemi quondam florescentes, quos longo ordine recenset Adrichomius; *in trib. Iuda n. 58.* quàm qui Bethleemum ad sacram speluncam religiosè visendam venturi erant; quos inter eminentes SS. tres Magi qui ab Oriente venientes, stella duce, stabulum adierunt. Erant enim apud suos prænobiles, vnde & Reges passim audiunt, pro vsu antiquo laxandi eam appellationem. Si quidem vt notauit S. Athanasius, *orat. de censu.* ante Christum, Regalis dignitas dehoneſtabatur, cum multi & copiosi ex templo crearentur Reges. Centum homines aliquis subiectos sibi habebat, & statim nomen Regni, ac speciem sibi vendicabat. Talis erat gentium conceſſio. Eam à Christo sublatam ait, inducta sub suum in carne aduentum, Romanorum Monarchia, tot regna sub vno principatum adunante, vt mortales imitatione celeſtium, sub vno regno vitam exigent. Post hos ergo Reges seu Principes, S. Helena, & multi deinceps Reges ac principes Christiani, annotati in Odæporicis sacris, Bethleemum pie frequentarunt.

Et Magos quidem adisse Bethleem, docemur ex Matthæo. Et quamuis non sit apud omnes ratum, eos adisse speluncam, & Christum in ea adorasse, ac muneribus exhibitis coluisse, idque neget disertè S. Epiphanius, *her. 51.* tamen probabilis mihi videtur, contrarium affirmasse, alij adducti in diptychis Marianis, *parte 1. puncto 8. n. 14.* Nec refert quod Matthæus dicat, eos intrasse domum; vnde aliqui collegerunt, B. Virginem digressis paulo post plerisque aduenis qui ad profectum venerant, sollicitudine Iosephi, aut piorum aliquorum erga elegantem infantulum, & matrem miseratione, reperta domo quaptam ad hospitandum, eo demigrasse, relicto stabulo priusquam Magi appellerent Bethleemum. Hoc nego referre ad rem propositam; quia domus in scriptura, dicitur de quouis loco in quo quis degat. Vt cum dicitur, *Herodij domus dux est eorum*, domum appellando *nidum*. Et alibi *passer inuenit sibi domum*. Itaque spelunca, eo loco dicitur domus. Quæ denominatio eo congruentius potuit in eam speluncam cui Christus inerat cadere, quo per obſtructum ex parte pariete aliquo, os speluncæ, ad commodam animalium inibi diuersionem, de qua liquet ex præsepio; speciem nonnullam prætulit domus, seu casæ, etiam si pauperrimæ. Quod autem Adrichomius, loco notato, ex antiquis monumentis scribit, in ecclesia supra speluncam constructa à S. Helena, versus Orientem, erectum esse altare, eo loco vbi Magi beſtictis domedariis Christum adorauerunt; non est sensus, Magos adorasse Christum supra speluncam: Sed sensus est, illi altari superius constituto in inferiori spelunca correspondere locum adorationis Magorum, ita vt si ad pendiculum descendere, perſurgendum esset ad eam speluncæ

partem. Sicut Romæ in superiori templo S. Laurentij in Palisperna, altare maius, dicitur erectum eo loco, in quo S. Martyr affatus est; quia quamuis sit affatus subtus illud altare, in eo loco cui nomen est *furno*, tamen altare illud rectè correspondet furno subtus directè posito: locus ergo in quo Magi Christum infantem adorauerunt, fuit stabulum, nomine domus donatum. Quæ ingressi hanc domum sine speluncam Reges, (laxata voce, pro scripturæ more, de quo Sherlogus, *Anteloq. 5. seq. 6. à num. 128.* fecerint dixerintve,) abstineo nunc pendere; quod de eis dictum sufficienter sit in Diptychis, *parte 1. puncto 8. num. 14.* & ab Interpretibus plenè excutiantur Matth. 14. nec non ab iis qui de mysterio adorationis Magorum ex instituto egerunt, vt Petrus Simonis, Iacobo Gretsero, Melchiorre Incofer; integris quique tractationibus; Bene etiam de hac re Suares, *t. 2. 3. p. d. 14. f. 2. & seqq.*

De S. Helenæ religione erga Bethleemitam speluncam, & situm in ea præsepe, testis est S. Paulinus, *epist. 11.* his præter cætera [Constantinus princeps esse principibus Christianis, non magis sua quàm matris Helenæ fide meruit; quæ dinino (vt exitus docuit,) inspirata consilio; cum Hierosolimam agnosceret nomine, filium rogabat cum quo Augustæ nomine conregnabat, vt sibi facultatem daret, cuncta illi loca Dominicis impressa vestigiis, & diuinorum erga nos operum signata monumentis, purgare; destructis templis & Idolis, ab omni profana impietatis contagio, & religioni suæ reddere; vt Ecclesia tandem in terra originis suæ celebraretur. Itaque prompto filij Imperatoris assensu, mater Augusta, patefactis ad opera sancta thesauris, toto abusu filio est; quantoque sumptu arque cultu Regina poterat, & religio suadebat, ædificatis basilicis, contexit omnes, & excoluit locos, quibus mysteria pietatis suæ, Incarnationis, & passionis, & resurrectionis, atque ascensionis sacramentis, Dominus Redemptor impleuerat.] Templum hæc in alio templo conditum (vt S. Chryſostomus, *orat. de format. Adæ.* de quaui matre prægnante aiebat,) admirari dignum est. Nam S. Athanasius, *orat. de censu,* speluncam Bethleemitam habuit pro templo; dicens. [Contemplamur quemadmodum parua illa domus, in qua Virgo peperit, Ecclesiæ figuram, continebat præsepe verò altaris; Ioseph Sacerdotis per vices munitis suum exercentis; Pastores Diaconorum, Angeli sacerdotum, & Dominus Iesus Pontificis formam in se gerebat. Thronus autem Dei, per Virginem Mariam figurabatur.] Erant ergo, templum, & spelunca templum continens, templa: Nam loco annotato per *Incarnationem*, Paulinus aut signare voluit Natiuitatem, aut comprehendere. Nam constructum ab Helena fuisse templum in Bethleem, est extra controuersam; non modò Paulini testimonio, sed etiam Eusebij, cuius hæc sunt verba in opere de vita Constantini, *l. 3. c. 42.* [Deo quem adorauerat, duo dicitur templa; quorum alterum ædificauit in monte vbi ascenderat; alterum ad obſcurum illud antrum Natiuitatis eius. Etenim nobiscum Deus in terris nasci, (locus autem illius. Natiuitatis, proprio nomine, apud Hebræos *Bethleem* appellatur,) pro nobis sustinuit: ac propterea Imperatrix sanctissima, Deiparæ partum eximium monumentis exornare; & lacrum illud antrum, variis cuiusque generis insignibus illustrare studuit. Imperator autem paulo post, eundem locum ornamentis regalibus honorare, & monumentis ex auro & argento, variisque aulæ matris suæ magnificentiam adaugere, cepit.] Hinc cepisse S. Helenam ædificationem templorum

Palestinæ.

Palestinæ, habet Eusebius: qui tamen diminutus videtur, quum duo duntaxat templa à S. Helena agnoscit fabricata; cum Paulinus, etiam in Golgorha, & in loco sepulchri, structa ab ea ædificia celebret. Et Nicephorus, *l. 8. c. 30.* Helenæ sacra ædificia longè plura, minutè enumeret. Item ornatum quidem speluncæ, per Helenam, & Constantinum, memorat Eusebius; de templo autem extra speluncam constructo, silet; cum tamen fuerit magnificentissimum. [Erat Ecclesia (inquit ex antiquioribus Adrichomius, *in tribu Iuda n. 58.*) constructa super ipsam specum vnde salus mundo emerſit: & super ipsum præsepe, in quo Agnus Dei reclinatus est, erectum altare, (cuius meminit quoque S. Hieronimus, *epist. 48.*) vt Christus in sacrificio ad placandam eius iram ibi Deo offerretur, vnde ille pro salute hominum primùm mundo illuxit.] Ex eo porro, (vt hoc non prætermittam,) quod altare ibi erectum esset, locum etiam si abique altari sanctissimum, rationem templi habuit, vnde S. Hieronimus à Ioanne Hierosolimitano prohibitus ingressu Ecclesiæ, non est ausus sacram specum ingredi, vt ferunt illa eius verba ad ipsum Ioannem, *epist. 61.* sub finem. [An non tu scindis Ecclesiam, qui mandas Clericis tuis, vt si quis Paulinianum ab Epiphano Episcopo consecratum, Presbiterum dixerit, Ecclesiam prohibeatur intrare? Ex quo tempore vsque in præsentem diem, videmus tantum specum Domini; & hæreticis intrantibus, procul positi suspicamus.]

Rursus Adrichomius inferius, adductis plerisque veteribus chorographis. [Erat Archiepiscopalis sedes templum illud magnum, quod primitus ab Helena Constantini matre constructum esse, supra diximus, Impiegit hic Adrichomius. Sedes enim Bethleemitica, non fuit nisi Episcopalis, erecta Paschalis 2. Romani Pontificis mandato, anno 1110. vt ibi notat Baronius; præneratque Vilelmus Tyrius, *l. 11. belli c. 12.* adducens diplomam Regis Balduini qui eam erectionem curarat; cum prius Ecclesia Bethleemitica non nisi Prioratus fuisset: Sed deſecto Episcopatu vrbis Aſcalonæ, eaque parochiali iure Bethleemitica sedi subiegata, (vt in dicto diplomate habetur,) Bethleemitanus Episcopatus est constitutus. Quem fuisse insignem titulum, monstrant illa Petri Cluniacensis, *l. 1. epist. 31.* gratulantis ordini suo benivolentiam. [Episcopi Bethleemitani, præsepis Domini custodis; illius inquam præsepis, ad quod custodiendum vix iustus Ioseph, & Virgo Maria admissi fuerunt; illius quod æterna maiestas mortali carne induta, & ad humanos oculos prodians primùm, elegit; & in quo præ omnibus terræ locis, cæli Rex primitus requiescere voluit, sicut legitur, *reclinavit eum mater in præsepio.*] Non fuit ergo Bethleemi, Archiepiscopus, sed Episcopus tantum. Nec mirum; cum etiam Hierosolimitanus Antistes, titulo Archiepiscopi careret; eumque titulum Præsul Cæsareæ Palestinæ obtineret, habens sibi subiectum Episcopum Hierosolimitanum, vt notauit Nicol. 1. ad consulta Bulgarorum, *c. 92.* respondens; & S. Hieronimus ad Pammachium refellens Ioannem Hierosolimitanum; nec nisi per Concilium Nicænum, *can. 7. alius 10.* Vide prænotat. 3. *corona aureæ.* ob Domini honorem, titulus nudus Patriarchatus, (hoc est salua subiectione ad Cæsariensem Antistitem,) Sedi Hierosolimitanæ accessit. Minus ergo mirum est, sedem Bethleemitanam, non fuisse nisi Episcopalem, contra quam affirmabat Adrichomius ex quo pergo templum à S. Helena constructum representare. [Cuius quidem ædificij ea magnificentia est, splendor, & elegantia, vt quod huic compares toto terrarum or-

be, non reperias. Videlicet est excelsum cum primis, & amplissimum, cuius tota superior concameratio quatuor ex marmore columnarum ordinibus, quarum non modò multitudo miraculum, sed etiam magnitudo admirationem excitat. Habet enim ordo qui Bethleem, liber, quinquaginta columnas singulari artificio & sumptu; cum vel ipsa materia sui pretio, cuiusvis æstimationem vincat. Super ipsas columnas, nauis apud veteris Testamenti exhibet historias, ab exordio mundi, vsque ad Christi ortum, mirando artificio, quod ipsam ex colorum varietate distincta. Parietes tabulis est nobis ille alabaſtro pretiosissimis sunt incrustati, quarum insignis opulencia est & pulchritudo, &c. Pavimentum huius templi totum stratum est marmore, seu & ipsa concameratio est ex marmore. Testudines & colore, & pulchritudine admirandæ, &c. (Dicitur B. Virgini puerperæ hoc templum, notat Ludolphus, *p. 1. de vita Christi c. 9.* post Bedam, *l. de loc. sanctis 38.*)

Ad locum autem dulcissimæ Natiuitatis, descenditur ab Ecclesia in capellam decem gradibus, locum vel ipso cælo augustiorem, &c. Hic locus tegitur mensa marmorea, & candida, in qua & sacrum peragitur, & qui eo veniant peregrini, osculo deuotionem contestantur. Cæterum lapidis illius pars super qua Christus dicitur natus, & præsepis pars in qua fuit reclinatus, non vestiuntur marmore, sed nudæ patent, vt erant tempore Natiuitatis. Lapis in quem reclinavit Maria, cui flexis genibus infedit, similitudinem stellæ habet: Est autem tota hæc capella, sumptuoso opere, & marmore, & auro exornata;] Eadem breuiter attingit Petrus Bellonus, qui & loca lustrauit mandato Cardinalis Turnonij, *l. 2. obseru. cap. 87.* cuius erat domesticus.

Ex his satis liquet, quanta fuerit B. Helenæ religio erga locum Natiuitatis Christi, Quod autem inde eam ab Ethnicis, ac Iudæis, per scomma dictam *stabulariam*, asserit Michaël Alfordus, *in Britannia illustrata c. 1. f. 2. §. 7. n. 10.* non est verissimile; cum S. Ambrosius, *orat. de Theodos.* hanc eius appellationem referens, addat, [Bona stabularia, quæ tam diligenter præsepe Domini requisit. Bona stabularia, quæ stabularium non ignorauit, illum, qui vulnera curauit à latronibus vulnerati. Bona stabularia, quæ maluit existimari stercorea, (*anſtercoraria*.) vt Christum lucri faceret. Ideò illam Christus de stercore leuauit ad regnum, secundum quod scriptum est, *qui suscitauit, & de terra inopem, & de stercore erigit paupertatem.*] Quibus verbis S. Ambrosius, videtur admittere, S. Helenam frequentasse stabulum; sed Christi, cuius frequentatio gloriæ esset non dedecori. Huc equidem detorsisse Ambrosium scomma quo S. Helena dicta est *stabularia*, perspicuum est. An tamen senserit, hostes S. Helenæ eam denominasse *stabulariam*, ab aditione & cultu stabuli, in quo Christus à matris vtero fufus est, minus liquet. Imò videtur respexisse ad scomma eorum qui hospitis, siue stabularij filiam fuisse iactabant: cum dicat; [*stabulariam* hanc, primò fuisse asserunt; sic cognitam Constantio Seniori, qui postea regnum adeptus est.] Stabulum quippè sæpè dinerforium sonat, vt patet ex Luca 11. & ex Tertulliano, *cap. 42.* Apolog. ac ex Cypriano, *epist. 67.* vbi Pamelius, *num. 14.* Poruere tamen aliqui à prima conditione perperam iactata, *stabulariam* dicere S. Helenam; alij à tanto erga *stabulum* Christi studio, totaque ad illud magnificentissimè exornandum, structuris ac impensis.

S. Birgitra & ipsa Princeps, è regio Sueciæ sanguine, Bethleemiticam specum magno pietatis sensu



Secutio III. sensu adiit, vt ipsamet scriptis prodidit, l. 7. reuel. 8. 6.

Secutio III. sensu adiit, vt ipsamet scriptis prodidit, l. 7. reuel. 8. 6. & aliquot seqq. exponens quanta sibi ocellitis eo loco essent reueta. In primisque notat, distinctissime sibi reuelata esse omnia adiuncta partus Virginei, quæ toto, c. 21. & 22. adedè minutè describit, vt non possint diligentius exponi. Postea etiam, reueta sibi à Deipara, pastorum & Magorum ad Christi conabula accersum, describit, summo semper sensu pietatis, se affectum, ad omnium horum mysteriorum in spelunca peractorum reuelationem. Nunc dubium quin B. Virgo (quam S. Birgitta, inducit sibi omnia prædicta natiuitatis Christi adiuncta reueta, & suam Virgineo partu gaudia & incensos affectus exponentem,) communicarit cum B. Birgitta sibi addictissima, non lucem duntaxat, sed etiam calorem incensissimi ignis qui per tempus mysteriorum quæ recolebat, flagrabat in eius pectore. Vtrumque enim exorare clienti suæ, per facile Deiparæ fuit.

Quod non possim B. Birgittæ erga Bethleemum, & speluncam ac præsepè & cætera Natiuitatis Christi adiuncta, incensissimos affectus gracili auena, & frigenti oratione adæquare, mutuum sumam calamum Scriptionis, *Exercit. in pass. Dom. cap. 29. num. 14.* nuperi admodum pij proponentis paradigma affectuum ad Christiana mysteria eorumque adiuncta. Sic habet.

1. O meum Bethleem, vt te amo! Amica mihi domus, antrum.
2. Amoris mei cubile stabulum; Desponsationis meæ thalamus, præsepè.
3. Desideratus sponsi mei lectus fenum. Puluilli dilecti mei stramen.
4. Amoris mei purpura panni: Baltheum sponsi mei fascia.
5. Sponsi mensa mei, vbera Virgine disenta lacte.
6. Culcitra dilecti mei, Virgineus Maris sinus.
7. Purpurati Regis mei, Ioseph, & ouium Pastores.
8. Custodes Regie dilecti mei bos & asinus: Aula Regis mei, vili spelunca.
9. Expectata tot retrò seculis dies, tot atatum lachrymis desiderata nox.
10. Tot Prophetarum prænotionibus decantatum tempus.
11. Tot omnium votis, tot suspiriis expectata dies.
12. Venisti tandem desiderate populorum omnium.
13. O Bethleem meum cælum! Quid ame n extra te stabulum, meum cælum!
14. Quis mihi det vt vertat in te, & siam dilecto meo stabulam!
15. Quis me vertat in præsepè, vt siam dilecto meo thalamus!
16. Quis me vertat in fenum, vt siam dilecto meo lectus!
17. Quis me vertat in stramen, vt siam dilecto meo capiti puluillus!
18. Quis me vertat in pannos, vt siam dilecto meo vestis!
19. Quis me vertat in fasciam, vt siam dilecto meo baltheum!
20. Quis me vertat in vbera matris, vt potem & pascam quem diligit anima mea.
21. Quis me vertat in labia matris, vt exosculer dilectum meum!
22. Quis me vertat in brachia matris, vt amplectar castæ mentis sponsum meum!
23. Quis me vertat in cor matris, vt totum possi-

deam sponsum meum, puri cordis amorem meum.

24. Infinitum per omnia Deum, Virgine vtero claudis, virgineque lactari vbera Deum!
25. Intracto virgine vtero concipi, inactlo prodire hominem Deum!
26. Pannis & fasciis circumligari Deum, & Virgine recumbere sinu Deum!
27. Verè gloria in excelsis Deo. Nam cui gloria si non Deo.
28. Gloria magnitudini illius infinita, à quo habemus quicquid habemus.
29. Verum an non maior gloria ob gloria contemptum, & submissionem infinitam, cum infinitus per omnia Deus, Virgine clausus, Virgine prodit vtero, virgineque vestitur carne, virgine lactandus vbera!

Hæc & alia etiam ardentiora affectuum veluti spicula, intorta in Bethleemum, in stabulum, in præsepè, in fenum, in pannos & fascias per B. Birgittam, proclue est æstimare, ex iis quæ fœmina laudatissima loco ex ea annotato, prostant exarata. Nec dissimilia arbitrari æquum est, de aliis siue viris, siue fœminis principibus, quibus adita Bethleem & spelunca ortu Christi nobilis. Frequens eorum mentio est apud varios qui de terra sancta lustrata, & claris ad eam peregrinationibus eminerunt. Quos omnes (sed ipsam imprimis B. Birgittam, l. 5. reuel. in fine) ea diuina benedictio fortunavit quam Sancta hæc vidua ex ore Dei aperit, exponens secundum locum de quo præmissum erat, natiurum in eo leonem visibilem simul & inuisibilem qui locus vt ipse Deus ibi interpretatur. [Est Bethleem, vbi filius meus tanquam leo natus est, qui videbatur & tenebatur secundum humanitatem: Sed secundum diuinitatem, inuisibilis & incognitus fuit.] Subditur in fine, de hoc & de aliis quinque locis sanctis. [Ergo qui ad ista loca venerit mundus cum bona & perfecta voluntate, habebit videre & gustare, quam dulcis & suavis sum ego Deus.] Venit ad locum istum secundum, hoc est Bethleemum, B. Birgitta, venerunt etiam Principes alij qui fuerunt in ea, cum bona & perfecta voluntate, & mundi ab omni iniquitate. Itaque gustarunt & viderunt quoniam dulcis est Dominus, debuit inibi omni benedictione dulcedinis.

Addendum verò est, ex principum vel Magnatum, qui Bethleemum pacatis olim temporibus, & liberis tunc itineribus adierant, pietate factum esse, vt veteres plerisque ædes sacras, aut etiam cœnobita, & parthenones habeamus, cum titulo Bethleemi. V. G. in Gallia est Ecclesia cum honore Episcopatus (tamen hoc decus ei postea accessit, vt infra dicam ex historia Niuernensi Guidonis Coquil- le,) erecta sub titulo B. Mariæ de Bethleem Quamquam est titulus propè absque te, & valdè abest is Episcopatus Bethleemiticus, à maiestate Orientalis Episcopatus Bethleemitici, quem scribens ad sedentem tunc in eo Antistitem, eximie celebrat Petrus Cluniacensis. Sed nunc vel nudum nomen Episcopatus, ad hoc institutum, sufficit. Item in Gallia est insignis monasterium Ferratiense, à Ferratiis quarum adhuc ibi supersunt vestigia, denominatum, cui tempore Caroli Calui præfuit Abbas, Lupus Ferratiensis, volumine Epistolarum ad varios primores exaratarum notus. Ei monasterio in diocesi Senonensi duobus cum dimidio millibus distite ab Argiso oppido, tamen antiquam à Ferratiis (vt dici) appellationem apud plerisque retinuit: peculiare

peculiaris tamen nomenclatio est, Bethleemiticam. Plura de eo Papyrius Mallonius præfatione ad Lupi Abbatis Epistolas ab se editas, & in descriptione Galliarum per flumina, cum de Sequana, pag. 188. In Belgio Domus Cartusiana Ruremundensis, in prostibulo quondam & meretricum contubenio ædificata, vocatur Bethleem B. Mariæ. Eorundem Cartusianorum domus Anglicana, apud Scheinam, vocabatur domus Iesu de Bethleem. Gandavi in Belgio cœnobium est cui nomen Bethleem, obitu ac sepultura B. Coletæ Virginis, celebre. In Vvateringia est prioratus Ord. Cisterciensis, dictus de Bethleem, fundatus anno 1485. Colonia Agrippinæ, est Ecclesia S. Mariæ in Bethleem, in qua Deo inferuiunt Clarissæ. Numeratur 64. in serie Ecclesiarum Coloniarum. Haud procul Leouardia in Traiectensi Diocesi, B. Federicus Præmonstratensis, Parthenonem construxit, cui nomen indidit Bethleem, vt est in eius Actis. In Lusitania, sepulchra multorum Regum, habentur in Bethleem; eoque transitum est corpus Henrici Regis & Cardinalis, quod sepultum erat in sarcophago quem Rex ipse viuens sibi constituerat in templo Eboracensi à se erecto, & Societati Iesu attributo. Sed Philippi 21. Hispanorum Regis voluntate, cum regni Lusitanici possessionem inijt, celeberrima pompa ad sepulchris plestique. Regis nobilitatem Bethleem, est asportatum, anno 1582. Consulto omni Basilicam Romanam ad præsepè. Hæc enim denominatio illi sacræ ædi pridem sub Liberio structæ aduenit, translata Romam ea præsepis parte quæ lignea erat, & collocata intra eam Basilicam. Eodemque consilio dimissum meritè hinc est, templum Bethleemi nomine insignitum; quod S. Gregorius Nazianzenus præ omnibus templis deperibat; Anastasiam scilicet templum angustum initio sed à Martino Augusto Regiè amplificatum ac exornatum. De eo sibi ab Arrianis abrepto genuit alè Carm. quod inscribit in somnum de Anastasia templo quod ipse Constantinopoli dixit. Passim Anastasia nomine donatum est hoc templum, siue à iulcitata muliere grauida, quæ præcepit è sublimi loco considerat, concionante inibi Nazianzeno, vt magis præbat Sozomenus, l. 7. c. 5. siue vt Billius ad dictum insomnum cenfer, quia fides Catholica Constantinopoli penè emortua, per Gregorij in eo templo conciones reuixerat. Vnde & noua Bethleem dicta est; quia vt Christus in Bethleem natus est; ita doctrina sana & fides Catholica renata est in ea sacra æde. Et inde petitam denominationem Anastasia satis insinuat ipse Theologus in Carmine de vita sua. pag. 11. & 12. Quod igitur denominatio Bethleemi huic templo indita non sit, ad memoriam loci in quo Christus, sed ex morali cum eo analogia, iure eum locum hic præterimus. Alia autem loca quæ signabam, structa sunt sub nuncupatione Bethleemi, vel B. Mariæ puerpera in Bethleem; qualem Olyssipone esse celeberrimam quam à Catharina Reina honestatam produit. Sunt autem hæc ædes sacræ ad instar eorum Ecclesiarum, quas à plerisque Laureto reducibus, contrui videmus sub titulo B. Mariæ Lauretana. Ad 14. in disinctis oris notat Gulielmus Gurpenberg in idem Atlantis Mariani pag. 52. & poterant notari multo plures. Hinc autem existere decus eximium Bethleemi, per se liquet.

Postremum decus, gloriose ciuitati Dei in qua & ipse natus est, & fundauit eam altissimus, Pfaltes exprimebat illis verbis sicut latantem omnium Theopoli Kaynandi Pontificia.

habitatio est in te, pro vsu nostro, quibus non est læticia, Sed quasi læticia, (vt ait creditus Hieronimus ad hunc locum, & in psal. 125. v. 1. & Hilarius ad illud facti sumus sicut consolari;) significatur, habitantes in Bethleem perfundi læticia; non vulgari quidem, sed tamen quali perfundi mortales solent; etiam spirituales, & ex obiecto spirituali, cuiusmodi est istud, benè animo affectis, & fide oculatis: Non potest huius sensus habitatorum Bethleemi, aptius aliquod paradigma statui quam SS. Paula, & Eutochium, ac S. Hieronimus. Consulto huc remisi S. Paulam, tametsi fœminam principem, & propasia Regia editas æquantem, de qua S. Hieronimus, epist. 27. in fine.

Scipio quam genuit, Pauli fudere parentes, Gracchorum soboles, Agamemnonis inclæta proles, Eufochi genitrix, Romani prima senatus.

Adedè itaque nobilem fœminam, & iure inter principes recentendam, huc distuli, quia non in transitu peregrinans Bethleemi fuit, vt SS. Helena ac Birgitta; Sed permanit in ea ad annos viginti, immenso semper spirituali gaudio ad Christi præsepè perfusa.

Fratrem, cognatos, Romam, patriamque reliquens, Diuisas, subolem, Bethleemi conditur antro. Hinc præsepè tuum Christe, atque hinc mystica Magi Munera portantes, hominiquè Deoque dedere.

Idem S. Hieronimus, *ibid.* Lustrationem terræ sanctæ per hanc beatam fœminam præsentans, vbi eam descripsit vsque ad stabulum deductam, ait. [Bethleem ingressa, & in specum Saluatoris introiens, postquam vidit sacrum Virginis diuersorium, & stabulum in quo agnouit bos possessorem suum, & asinus præsepè Domini sui, vt illud impleteretur quod in eodem propheta scriptum est, Beatus qui seminat, super aquas, ibi bos, & asinus calcant, me audiente iurabat, cernere se oculis fidei, infantem pannis inuolutum, vagientem in præsepè Dominum, Magos adorantes, stellam fulgentem de super, Matrem Virginem, nutricium sedulum, pastores nocte venientes vt viderent Verbum quod factum erat: &c. Mixtisque gaudio lachrymis loquebatur, salue Bethleem Domus panis, in qua natus est ille panis qui de cælo descendit. Salue Ephrata, regio vberima atque Kapoob, cuius fertilitas Deus est. De te quondam Michæas vaticinatus est, Et tu Bethleem, domus Ephrata, non minima es, in millibus Iuda: Ex te mihi egredietur, qui sit princeps in Israël; & egressus eius ab initio, à diebus æternitatis. Propterea dabis eos vsque ad tempus parientis. Pariet & reliquie fratrum eius conuertentur ad filios Israël. In te enim natus est princeps, qui ante Luciferum genitus est; cuius de patre natiuitas, omnem excedit ætatem. Et tandi in te Dauidici generis origo permanit, donec Virgo pareret; & reliquie populi credentis in Christum, conuertentur ad filios Israël, &c. Benè Dauid iurabat; benè vota faciebat, dicens, si introiero in tabernaculum domus meæ; si ascendero in lectum strati mei; si dormitacionem, donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob: Et statim quid desideraret, exposuit; atque oculis Prophetalibus, quem nos venisse iam credimus, ille venturum esse cænebat:

E e e Ecce

Sectio III.  
§. 6.

*Ecce audiuimus eum in Ephrata, inuenimus eum in campis sylue. Vau quippe sermo Hebraicum,* (vt te docente didici,) non Mariam matrem Domini; hoc est *aurum*, sed *ipsum*, id est *aurum* significabat: vnde loquitur confidenter; *inuoibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius.* Et ego misera atque peccatrix, digna sum iudicata, deoculari praepe in quo Dominus paruulus vagiit; orare in spelunca, in qua Virgo puerpera Dominum fudit infantem. *Hæc requies mea*, quia Domini mei patria est, *Hic habitabo*, quoniam Saluator elegit eam.] Alio loco, *epist. 17.* eadem sancta matrona, communibus cum Eustochio filia literis vrgens Marcellam, vt commigraret Bethleem, sic prodit affectum suum erga sanctam hanc sedem. [Quo sermone, qua voce, speluncam tibi possumus Saluatoris exponere? & illud praepe in quo infantulus vagiit, silentio magis quam infimo sermone honorandum est. Vbi sunt lacæ porcius, vbi aurata laquearia, vbi domus miserorum pœnis & damnatorum labore vestita? &c. Ecce in hoc paruo foramine, caelorum conditor natus est: Hic inuolutus pannis, hic visus à pastoribus, hic demonstratus à stella, hic adoratus à Magis. Et hic puto locus, sanctior est Tarpeia rripe, quæ de cælo scopidus fulminata, ostendit quod Domino displiceret.] Eadem suo ipsius nomine, iterat ad eandem Marcellam Hieronimus, *epist. 18.* Hand igitur mirum, si B. Paula delegit hoc in loco habitationem sibi, sicut lætantium. Et initio quidem, [Angusto per triennium mansit hospitio, (ait S. Hieronimus, *epist. 27.*) donec extrueret cellas, ac monasteria, & dinerforum peregrinorum iuxta viam conderet mansiones, in qua Maria & Ioseph, hospitium non inuenerunt.] Construxit monasteria quatuor, virorum vnum, tria virginum. Erant hæc monasteria, ad latus Ecclesiæ super ipsam specum constructæ; (vt notat Adriconicus, *in tribu Iudæum*, § 8.) ad eamque Virgines die tantum Dominico accedebant, vnoquoque agmine matrem propriam sequente. A viris autem aled seungebantur, vt ne spadonibus quidem, ad eas pateret accessus: & præparietum altitudine, non esset aditui vlli fur-tiuo timendum.

Incenderet hos ignes in B. Paula, S. Hieronimus, qui item præ suo, (vt alicubi ait, *epist. 30.* inueterato tam sanctorum locorum desiderio, Roma vbi florebat, & clarus pietate, ac doctrina habebatur, derelicta, mortuo Damaso qui eum adhibebat ad graua Ecclesiæ negotia, nec modicis flabris persecutionum quæ ipse ad Afellam, *epist. 99.* & in prologo operis Didymi de Spiritu Sancto à se latinè facti describit, excitatis; migravit Bethleem; angustiorum multo locum exilimans, qui Saluatorem mundi, quàm qui fratris genuit parcidam, vt ipse in dicto prologo loquitur. Bethleemi eius cella monstrabatur, in diuerculo quo adibat, ad tumultum Regis Archelai. Adactus verò est præ multitudine comitantium aduenarum pietatis causa conuenientium, præsertim Monachorum; & dinerforum amplum construere, & monasterium; cuius rudera suo æno superfuisset, ait Brocardus, *l. de loc. sanctis.* Exegit ibi vir sanctus reliquam vitam, eo Ecclesiæ fructu quem Senerus, *diu. 1.* per sex menses apud eum moratus describit. Eo autem propriæ sensu pietatis, quem assiduis diuinæ habitacionis conspectu ingerebat, & vel malè moratis hominibus prima eius loci aditio solet immittere.

Heroës Gallicani quorum studia in recuperanda aut tegenda terra sancta, apud bene multos qui Cruciatas expeditiones descriperunt, sunt celeberrima, Porphyram Bethleemiticam in qua Dei summi Regis primogenitus est natus, religiosissimè coluerunt. Prætor ceteros clarissimus eo nomine fuit Gulielmus Comes Niuernensis, qui Prolemaide defunctus, Bethleemi sepultus est, vt ferebat suprema eius voluntas. Guido Gulielmi frater (qui aderat,) consimili affectu erga Christi patriam tactus, postquam fratrem Bethleemi condidit, Episcopum Bethleemiticum inde mox extorem, secum in Galliam abduxit, & multis prædiis pagisque donauit, vt habent tabulæ Rayneri Episcopi Bethleemici, (non Iudææ sed in ora Niuernensis,) conscriptæ anno 1223. Aliis verò tabulis anno 1291. in gratiam Roberti Comitis Niuernensis confectis, refertur abdicatio magnæ partis bonorum illorum, refertur abdicatio magnæ partis bonorum illorum, facta per Episcopum, salvo sibi iure in sacram ædem & Xenodochium S. Mariæ de Bethleem, ac commemorantes inibi Fratres atque Conuersos. Locus est ad suburbia loci cui nomen *Clamecyo* in tractu Niuernensi, exornatus titulo Episcopatus; Episcopo tamen veteris Bethleemi quæ in Iudæa est, immediatè obnoxius, Rex Carolus VI. rata habens quæcunque Gulielmus Comes Niuernensis & Mathildis Comitissa & ex eorum tabulis Guido, alique deinceps Comites, Ecclesiæ S. Mariæ de Bethleem contulerant, præcepit, vt Episcopi Bethleemitiæ, Origine aut longa commoracione Galli, post præstitum de more iuramentum, iisdem potantur prærogatiuis, quibus reliqui Galliæ Episcopi. Vnde præter cætera, gaudent titulo Consiliarij Regij nati, & sedem habent in Senatu sub Præsede ad latus Consiliatorum laicorum; ita tamen vt in iudiciis suffragio careant, nisi sint Franciæ Pares, aut Parisiensis Episcopi quorum iura æquant quæ ad Pares Franciæ spectant. Diploma porò Caroli VI. non spectat Episcopos Bethleemitas Palæstinos, sed eos qui Bethleemi ad Clamecyum oppidum Niuernensis oræ (vt dixi,) habent territorium, modicum quidem, & ea quam dixi B. Mariæ Ecclesiæ ac Xenodochio definitum; sed tamen verè Episcopale, nominante duce Niuernensi, tanquam fundatore atque patrono, institente autem Romano Pontifice, vt factum recolo cum Romæ Illustrissimus D. Dautier, meus quondam in Gallia auditor, eas insulas capefferet. Excurri in ista obiter occasione affectus Gulielmi & Guidonis Comitum Niuernensium in locum Natiuitate Christi consecratum, qui affectus Optimos principes perpulit ad ædem vnam sacram, raro exemplo, in titulum Episcopatus Bethleemi nomine prouehendam. Quamquam enim erat ibi antè Ecclesiæ sub nuncupacione B. Mariæ de Bethleem; titulum tamen Episcopatus per eos est adepti. Videtis Guidonem Coquille in historia Niuernensi, pag. 91.

Quotquot Bethleemum Palæstinæ aliquando adierunt loci religione tacti, colliquecebant in dulcem sensum pietatis, præsertim ad primum aditum, cum recurrerent animo quæ ibi Deus edidit noua & admirabilia super terram; vagiens inter arcta conditus præsepia, & membra pannis inuolutus à Virgine matre. Hodicque experientia est testatissimum, neminem primo subire ædem Lauritanam in qua Verbum caro factum est, quin Sancto horrore percullatur, & dulcissimo simul pietatis sensu tangatur. Idem proportione contigisse Bethleemi

narrat

narrat Brendembacchius Decanus Moguntinus, qui illuc peregrinatus anno 1483. cum de aliis Palæstinæ Sacris locis, tum de hoc quem pia fidelium Religio adeò semper adamauit, sic loquitur. [Quis non alterum mutaretur in virum perditus quantumvis ante fuisset? &c. quando licet in villulam Christi ingredi, intrate Mariæ diuerforium, atque præsepia illud dignissimum contingere; adorare paruam hoc terræ foramen in quo caelorum conditor natus est; in quo Deus immensus, infans factus vagiit; in quo inuolutus pannis, visus à pastoribus, à stella demonstratus, à Magis fuit adoratus.] Qui experti erant narrarunt cæteris.

Hæc illecebra attraxit innumeros ad frequentationem sanctorum locorum qui confluxus penè infinitorum ad noctem Natalis Domini suam originem referens, non parum illius noctis decora amplificauit. Etiam Hierosolimitani, quamuis essent apud eos tam multa loca sanctissima Christi vestigijs signata, & errore desperata, nominatimque sanctum Golgotha, & sepulchrum Domini & mons Oliuarum vbi orauit, & vnde ad caelos ascendit, tamen suspirabant ad frequentandam Deiferam Bethleem, *orat. de Christi Nativ.* vt loquitur Sophronius Iunior Patriarcha Hierosol. deplorans suam & suorum sortem quod Sacraenitatem Bethleem occupantibus, non possent antiquo more eam frequentare. Vnde se suosque illuc ire interpositio gladio Agrenorum prohibitos, composit enim Adamo per versatilem roripheam miserè excluso ingressu paradisi sitimque suam visendi eum locum declarat per eam sitim qua David æquè à Philistæis exclusus cupiuit bibere de aqua cisternæ Bethleem iuxta portam. Appositissimè. Nam stabulum in quo Christus aqua saliens in vitam æternam de B. Virgine tanquam de cisterna coelitis compluta profluxit, erat iuxta portam Bethleem vt supra præmisi. Eam ergo cisternam B. Virgini Christi parienti confert Sophronius, & desideria cupientium illuc adire & sacri partus mysterium coram recollere, cõponit cum siti Davidis typica, & cum siti tam multorum iustorum & Prophetarum ac Regum, cupientium videre locum in quo ortus Christi contigit ipsos etiam Angelos desiderasse locum tanta Dei humilitate collustratum cernere ac coram visere alicui Sophronius, ed aptans illud ex 1. Petri 1. *In qua* (mysteria Christi nati,) desiderant Angeli prospicere. [Si ergo (inquit) iusti, & prophete, & Angeli, Christi natiuitatem & locum in quo exoptatissimus eiusdem ortus contigit, contueri desiderabant, & desiderant; quid mirum est, si nos abieci, minimeque, qui eiusdem religionis & pietatis participes, orthodoxæque fidei cohæres effecti sumus, ardentè istud desideremus?] Hæc erat sitis & tunc Hierosolimitarum, & aliorum quoque fidelium; qui ab initio Ecclesiæ, magno studio ac ardenti pietate, eum sanctum locum frequentabant.

Nec cessit commodè Satanæ, artificium quo tentauit eam frequentationem intercludere per Hadrianum; collocato Hierosolimis, (ait Eusebius in Chronico,) in fronte eius portæ, qua Bethleemum erat iter, sue marmoreo; ad iniiciendum viæ illius horrorem Hebræis (*Alia cause à Baronio, Russl. 1. histor. c. 7. assignata ad annum 137. minus placent.*) Deinque in loco resurrectionis, simulachro Iouis & in crucis rupe, statua marmorea Veneris. [In Bethleem quoque, (verba sunt S. Paulini, *epist. 11.*) vbi agnouerat hos possessorem suum, & alius præsepia Domini sui; ibi Principes hominum, inficiati Saluatorem Deum, infames hominum amores, mortèque coluerunt. Prodita nouo sydere Regis æterni cunabula, vbi

Theophilus Raynandi Pontificia.

supplices cum suis opibus adorauerunt Chaldæi, ibi barbaras libidines sacrauerunt Romani, Vbi natum Saluatorem cum exercitu Angelorum concinentes Domini, cœlesti gaudio salutauerant illustrata nocte Pastores, præsepia, & ibi Veneris amasium, mixtæ seminiis planxere Bethleem, meretrices. Proh dolor! Quæ pietas hominum, summam hanc impietatem compensare poterit? Vbi sacra babuere nati Saluatoris infantia vagierat, illuc Veneris lacrima apud omnia singentium lacrimis luctibus, infamis ritus veneracionem; & vbi Virgo pepererat, adulteri colebantur. Mansit hoc seculi prioris nefas, in tempora nostris proxima Constantini. ] En Satanæ versutiam, impius ritibus ac spurcitiis abolere. Sed non est consilium contra Dominum. Helena Constantini mater, monumenta illa scelerum disiecit, loca sancta purgavit, & suo nitore restituit: obieciisque tot mysteriorum inibi patrorum, additis exemplis piorum, loca eadem & frequentantium & incolentium, (nominatim S. Hieronimi, & SS. Paulæ, atque Eustochij,) incensissimum excitauerunt erga ea loca desiderium, & affectum, Domino cooperante per sensus pietatis, inditos iis qui viserent illa, & memoriam gestorum, contuitu suo refricarent.

Hanc sanctitatem Bethleemo, & stabulo, ac præsepio conciliauit *noctis illa omni luce clarior*, vt Arnoldus, *serm. de Natiuitate Christi apud Cypr.* appellat, qua Christus inibi nasci dignatus est. Hæc locum illum tanta sanctitate perfudit, vt non sit toto sanctior orbe locus: Miraturque meritò S. Hieronimus, *epist. 48.* in Fabiani increpacione, potuisse eo loci, subire Christiani animum, vel cogitationem indignam, nedum alicuius sceleris voluntatem; infante vagitu suo terrente & Virgine puerpera contuente; sub quorum oculis aliquid designare nefarium, nedum excqui, omnem transcendat impietatem: tamen inuentus est qui auderet ibi designare facinus, quod nec Mimus fingere, nec scurra ludere, nec Attellanus possit effari. Sed hoc fecerit, deploratæ conscientie ac profligatæ prorsus religionis Monachus, qui cum in profundum malorum venisset, contempit. Aliis quibus mica superfit pietatis, omnia alia, eo loco cogitanda semper sunt visa, præ tanta sanctitate, quam solum ipsum spirat, & recordatio gestorum ibi mirabilem afflat.

Nec attendenda duntaxat est sua uolentia gestorum Domini in ea sede, sed etiam quod ibi fuerit *Solum altitudinis gloria à principio*, prima inquam foris conspicua sedes Domini, vt Hieremias appellauit, *locus sanctificationis nostræ.* Hoc quid sonet, non erit obscurum, vel perfunditorie attendenti. Locus nimirum est de quo omnis sanctificatio nostra originem accepit & vnde omnes latites quibus arens terræ facies ad virtutes & cælestia germina est rigata, vbertim dimanarunt. Vt possis ed facillè referre fluuium qui egrediebatur de loco voluptatis, & rigabat vniuersam faciem terræ. Eum fluuium Petrus Damiani, *serm. 11.* interpretatur Christum de duplici vtero egredientem, nempe & ex vtero paterno secundum æternam generationem, (iuxta illud psalmi 109. *Ex vtero ante luciferum genui te;* quod generationi æternæ aptant Athanasius, *ser. 3. cont. Arianum Epiphanius, bar. 65.* Cyrillus Hierosolimitanus, *ca. reob. 18.* & alij innumeri;) & ex vtero materno, quo eundem Platis locum animo multi etiam antiqui & admodum graues accommodant Eusebius, *apud Agellium in ps. 109.* Augustinus, 3. *contra Max. c. 18.* & alij bene multi dimisso autem nunc egressu fluuij qui Christus est ex vtero ac sinu æterni Patris, egressus eius ex materno vtero in Bethleem verè loco voluptatis

E E e e 2 &

Sec̄tio III. & terrestri paradiso à Petro Damiani illustratur ex §. 6. eo quod B. Mariæ vterus verè fuerit locus voluptatis in quo cumulauit Deus omnes delicias deliciarum, verè locus deliciis affluens (tameñ desertum incultum & homini inoperatum vt dicitur psal. 138.) quòdque idem autor sigillatim profequitur, extra vterum Virginis Deus nec in Angelis nec in stellis atque aded in cœlis nec in elementis delicias suas reperit; Vnde concludit Damiani. [Non est locus voluptatis nisi vterus Virginis.] Nec incommodè ad hunc quoque Christi fluij egressum ex vtero, aptauerat illud Isaïæ 59. *Dominus Deus noster fluius gloriosus, exiliens in terram scientem.* Legenda in hanc rem quæ de Verbo effuso per Incarnationem disputantur in opere de Christo, lib. 2. §. v. cap. 6.

Quidni verò ad hanc effusionem aquarum salutis seu fluij è Bethleemo per Deiparam egressi referamus eruptionem aquarum viuientium è puteo Romano per stabulum ampli Palatij. Rem sic describunt qui res Innocentijs 4. (quo Pontifice id contigit,) literis mandarunt vt qui de Ecclesijs Romanis scripserunt, cum de templo S. Mariæ in via. Anno 1253. ad stabulum Petri Cardinalis Cappocij puteus erat in quem (incertum quomodo) prolapsa noctu imanguncula lapidea B. Virginis exertis brachijs vt existentem diceret, tantam exciuit aquarum copiam vt stabulum vniuersum compleret, & antioribus semper aquis, hinnientibus horrendum equis mergi extimescentibus excitati equis curatores accurrerunt, & ad tantam nouitatem stupentes, simulque equorum imo domus vniuersæ ac familiaris saluti conuolentes, Palatij præfectum, ipsiūque Cardinalem faciunt de re tota certiorum. Adulant illi ad stabulum, & Cardinalis innatantem aquis imaginem, magna cum reuerentiaprehendit ac confestim eluio refedit. Pontifex stabulum commutari templo iussit intra quod, hodièque, puteus ille ad dextrum latus visitur, qui quod propter viam esset, nuncupationem templo intulit S. Mariæ in via. Haurit pia plebs ex eo puteo aquas, magno morbosorum quibus propinantur emolumento. En igitur typum aquarum è B. Mariâ puerpera, verè puteo aquarum semper viuientium (iuxta Richardum à S. Laurentio, l. 9. de B. Virg.) verè cisterna Bethleemica iuxta Sophronium iuniorum, orat. de Christi Nat. ad curationem nostram effluentium; fluij inquam gloriosi exiliens in terram scientem, eique Sanctitatis latices conuolentem quibus rigetur & in fruges vberes meritorum inebriata & visitata diuinitus efflorescat, Deo per suam exortum multiplicante locupletate eam; & cibos illorum parante, quoniam sic est, preparatio eius. Et huius cisternæ Mariæ aquam experuisse Danidem dixit Iacobus de Vitrico, in histor. Hieros. c. 59. post Ambrosium, c. 17. Apol. David.

Claufula apponenda est huic decorum Bethleemitarum in noctem Christi natalitiam redundantium, expensio. Et optima conclusio erit, vt quod optabat S. Bernardus, serm. 6. in vigil. Nat. vnusquisque nostrum efficiatur Bethleem vt in nobis quoque dignetur Christus nasci; & audire mereamur, quia vobis timentibus Deum, oriatur sol iustitiæ. Ita verò euenturum spondet, si sinus domus panis: preparacionem ad dignè excipiendum Dei filium, accipientes à pane cot hominis confirmante, & confessione quam vox Iudæ præfert, sanctitatem Domui conciliatua. Neque enim in Bethleem simpliciter, sed in Bethleem Iudæ, nasci voluit Dei filius. [Præ-

occupemus igitur (inquit S. Bernardus,) faciem Domini in confessione, vt sanctificati pariter, & parati, inueniamur & nos in Bethleem Iudæ; atque ita nascentem Dominum videre mereamur in nobis.] Non erit ea natiuitas, in nocte solitaria & laudis indigna, quia nox illa nostra, sicut dies illuminabitur. Est enim proportionalis natiuitati Christi mystica hæc natiuitas, sicut conceptio conceptioni Christi respondet, iuxta Fulgentium: l. de Incarn. neutra verò est nocturna, & tenebrosa, operatæque mortis caligine, sed splendens ac fulgida. Distinctio est Gregorij Theologi, orat. in pentec. generationem in spiritu, diuinam pronunciantis, & nocturnæ quam peccati tenebræ obscurant, contraponentis. Quod ipsum in Actis S. Nicolai studiatæ, Author, à Dauide traditum ait Psal. 138. matutinam siue diuinam formationem diuinitus editam celebrante. Vulgatus habet. *Dies formabuntur.*

## §. VII.

*Belli Sacri cuius Christus infans à natiuitate pyrrhorus fuit, ad mundi vsque terminum continuatio.*

Pyrrhorum vocabant, qui ignem inferendo bello prærequisitum præferbat, atque aded qui bellum occipiebat, vt dictum est, cum de S. Antonio belli sacri & monasticæ militiæ Duce. Hinc ratio ordinis ducenda ad hunc modum est.

Occasione primarij illius decoris natalitiæ noctis, quod ab occæpto bello sacro repetimus, excurrimus in alia eiusdem noctis decora de quibus hæcenus. Nunc referendum est bellum sacrum, quod tametsi ante Christi quoque, Natiuitatem gestum esse dicat Rupertus, l. 2. de victor. verbis Dei cap. 18. exponens quis sit liber bellorum Domini, memoratus Num. 21. eumque exponens de Scriptura sacra quæ tota Christum spectat, vt bene notat Iosephus à Costa initio operis de Christo reuelato, & Iacobus Pinto in fronte operis de Christo Crucifixos; Tamen quod propriè & præse dicitur bellum Domini illud est à Christo in sua natiuitate susceptum, nec est angusta illa duratione conclusum, sed vterius quoque est prorogatum, non modò per generosos bellatores qui in Christianis castris militarunt, & ad finem vsque seculi militabunt; sed etiam per ipsum Christum, qui omnium illarum copiarum anima est, & pugnat in omnibus.

Adulterare tentauit hanc veritatem, interpolator omnium ad pietatem spectantium Satanæ, eo fabulamento quod referunt Indicarum rerum scriptores, Pet. Iarriæ. tomo 2. l. 5. n. 30. de Frangene Virgine, cui in Diu idolum stabat. Hæc ferebatur mundi tyrannum subegisse, collecto puellarum exercitu, qui totus vna ipsa erat, quia illa in omnibus pugnabat. Quæ fabula, expressa haud dubiè est ex Christiana veritate, diuina sapientia, specie Virginis filix Regis summi exhibita; cui Virgines castæ desponsæ vni viro succenturiatæ; omnes inquam piæ animæ, tanquam sacre militiæ principi, adiunctæ colaborante prima Virgine (sic Trinitatem nominat Nazianzenus, *carm de laude Virginis*.) & concertante secum Christo Virgine, Virginum sponso, indefessè ac strenuè aduersus Satanam & eius turmas depugnant, ad hostilium vsque acierum contritionem: qualis

qualis exitus belli, sub tali duce; nec duce tantum, sed etiam commilitone, expectandus erat. Apodosis ergo fabulæ, haud dubiè ex Christiana doctrina sublectæ, perspicua est. Et similes pleræque in nouo orbe deprehensas, legere est apud Iosephum à Costa in Noui orbis occidentalis historia. Quod enim Iustinus agens cum Tryphone obseruauit, calliditate Satanæ similia pleræque adulteria veritatum Christianarum sunt inducta; vt cum postea contingeret veritatem annunciari, minori esset in pretio, & ad fabulas pertinere videretur.

Christum itaque infantem, & tamen Dei sapientiam, bellum sacrum in natiuitate occæptum vterius continuasse, (vt affirmabam;) non obscure insinuatum est Iobi 30. ex SS. Augustini, in cap. 39. Iobi & Gregorij, l. 31. Mor. cap. 12. interpretatione, cum dicitur, Monocerotem, & equum, duo bellicosa animalia, ad præsepe Christi alligata, aliud quàm prius negotium capessere. *Volet Monoceros seruire tibi?* inquit Dens; vulgatus legit. *Nunquid volet Rhinoceros seruire tibi, aut morabitur ad præsepe tuum?* supple, *sicut morabitur apud meum præsepe.* Est quidem Rhinoceros aliud à Monocero, vt pluribus tradit Raderus ad illud Martialis, lib. Amph. Epigr. 9. *Qualis erat cornu, cui pila taurus erat?* Nec non Fernandus à Corduba in multiplici didascalica, cap. 9. Tamen ad rem presentem perinde est; siue legas Rhinocerotæ, siue Monocerotæ: vtrumque enim est animal ferrox, ac pugna, & bene exprimit superbum quondam & terribilem, præ seculari superbia tumentem; quem tamen Deus infans alligat ad præsepe suum, & consideratione tantæ suæ deiectionis quantum subiit deiectus ad præsepe, auocatum à Satanæ & seculi militia, transcribit in suas copias; tanto ardore animi donans, vt plerunque, etiam in maximè strenuus belli Christiani ductores euadant, vt in S. Paulo & S. Ignatio, aliisque innumeris est deprehensum, & generatim obseruat S. Augustinus, *ibidem.* Facit ad hunc locum, quod Rhinocerotem, quantum ad iras pronum, ac dirum, obiectu tamen Virginis puellæ, iras demittere, ac miscere notauit S. Gregorius, l. 31. mor. c. 13. quod trahit ad mysterium Incarnationis & nati ex Virgine infantis Dei. Huius enim mysterij obiectus, cecurat quantumuis immittit & serua ingenia, traducitque ad placiditatem, pueri qui datus est nobis, placiditati symbolum; ita vt luane & gratum sit, eius deinceps studia emulari, & ductum subesse.

Equum item gloriæ in bello, generosum animal, & ad prælia factum, imò procul odorans bellum, & cum inandierit buccinam, gestiens; ad rem propositam accomodare licet. Est enim idoneum symbolum sanctorum, qui sub signis Christi infantis, & in castris Christianæ demissionis meruerunt. S. Augustinus, in cap. 29. Iobi eam equi generositatem composit cum intrepiditate Martyrum, qui supercertantes fidei, attestantur Christo pro nobis infanti. Quales illi nominatim viginti millia, (vt habet Menologium 25. Decembris, & plenius traditur in Actis SS. Indæ & Domnics qui Nico-medie, sub Diocletiano, & Maximiano, aduati, ad recolenda Christi in stabulo nati mysteria, animati à tanta Christi in nos Charitate, elegere vicincomburium præ defectione à Deo. Ad Sanctos quoque confessores, & diuini verbi præcones, idem symbolum accommodat S. Gregorius, l. 31. moral. cap. 18. & seqq. Omnes quippè, duce Christo infante, quem S. Gregorius salua personæ vniuitate confert equiti, cap. 17. subministrata per eum

virtute, & vt eo loco apud Iobum additur, ipso *Belli Sacri* presentem fortitudinem, feliciter præliantur aduersus Satanam inhærentes Christo duci, strenuo iam *stus Christi* ab infantia bellatori. Quis enim piger sit in ea militia, si ei obuerferur animo, quanta in nostri gratie pyrrhoriam in eiusmodi præliis præstiterit Deus infans? *tus fuit, ad* Quis carnem suam non confundat lubens, perspicuum mundi vsque, *num contra* ciens quomodo Christus in ea ætate carnem suam *quo terminatio,* colens sapientiam Dei, mixtam carni humanæ se *fin-* gere infantem, (vt S. Zeno, serm. 2. de Natiuitate Dom. loquitur, c.) eo se demittere, vt ad infantiles ineptitudines descendat, eaque omnia præstet, quæ infantes absque rationis vsu faciunt, & patiuntur; in speciem quidem indigna Deo, sed tamen ad salutem & informationem hominum appositissima. Non potest in huiusmodi piger esse, vel tardus, qui non oscitanter, aut perfunctoriè talia recolit.

In typum eorum quos sibi aggregat Christus infans; alia præterea animalia recentet Isaïas cap. 11. dicens de tempore Natalis Domini; *Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hoedo accubabit. Vultus & leo, & onis, simul morabuntur, & puer paruulus minabit eos. Vuulus & vrsus pascentur, simul requiescent catuli eorum, & leo quasi bos comedet paleas. Et delectabitur infans ab ubere super foramine aspidis, & in cauerna reguli, qui ablactatus fuerit, manum suam mittet, &c. In die illa, radix Iesse qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur.* Radix Iesse, mirabili loquendi modo, Christus est, & ortus ex Dauide, & patre eius Iesse: cuius proinde quomodo Christus possit dici radix, videtur obscure. Sed est latè elucidatum in tractatione de Christo, lib. 2. §. 5. cap. 7. n. 336. Videfis etiam Blasium Viegam, in cap. 5. Apocal. comment. 2. §. 2. Hæc ergo Iessea Soboles, stat in signum ac vexillum populorum, ad quod omnes accurrent, dantes ad prælium nomina. Et quia ex diuersis conditionibus venient, nexi Charitate à Deo nobis impenfa in suo ortu temporatio, ided ab Isaïa exhibentur sub typo variorum animalium; vt S. Gregorius philosophatur. Aptatis enim ad diuersa illa animalia, variis conditionibus personarum quas Christi pro nobis deiecti Charitas vinculat, hæret in illis verbis, *Et puer paruulus minabit eos.* Quæ sic glossat. [Quis iste est puer paruulus, nisi de quo scriptum est, *Puer datus est nobis, & filius natus est nobis?* Qui simul habitantes minat, quia ne in terrenis rebus corda nostra inhæreant, hæc per internum desiderium quotidie inflammat. Et hoc ipsum eius minare, est ad suum nos amorem incessanter accendere, &c. Puer ergo nos paruulus minat, quia is qui paulò minùs quàm Angeli minoratus est, per Charitatem, quam nobis tribuit, in hoc nos mundo mentem figere non permittit.]

Minat itaque puer paruulus copias, quibus turmæ Satanæ; ipso puero præeunte, & concertante profligentur; constatas ex omni conditione, ætate ac sexu. Nam & infantia, ac pueritia imbellis, in his copiis numerata est, plerisque in humili ætate non loquendo sed moriendo certantibus: (non paucos retuli in opere de Martyrio, & in tractatione de pietate speciali; complures quoque addensat Philippus Berlaymont. 3. p. parad. pueror. à c. 3.) & plerique non modò ex magnatibus, sed etiam ex ferce seculi, & mendicabilis terræ, in eandem militiam sunt transcripti.

Sed & mulieres quas intra omnia à bellis arcent, ad hoc bellum sunt idoneæ, vt sæpè inculcat S. Chrysolto

Sectio III. Chrysoftomus, nominatim oratione de S. Barlaam, & oratione in S. Ignatium. Eodemque pertinet, facta S. Perpetuæ reuelatio, referente S. Augustino, *serm. 104. de diu. cap. 2.* Aiebat enim sancta foemina, reuelatum sibi esse, quod vir facta, bellasset cum Diabolo. Verè enim dici poterat vir facta, quæ in virum pefectum, etiam ipsa conrebat. Verum vnde foemineæ mollitudini hæc vis ad bellandum? Indidem haud dubiè, vnde plerisque aliis sanctis bellatricibus. [Ille eas ad prosternendum Diabolum, qui per foeminam prostrauerat virum, fortes effecit, qui pro eis factus est infirmus. Ille fecit foeminas viriliter & fideliter pugnare ac mori, qui pro eis dignatus est de foemina misericorditer nasci.] Verba sunt S. Augustini, *serm. 104. de diuers. cap. 1.* Illaudatum fateor, fuit Echnicis, bellare mulierem, & veluti monstro simile semper visum quod narratur de Amazonibus, magnam partem fabulosè, vt Strabo *lib. 11.* notauit. His Camillam adiungit Gerfo, *in fine l. de ea,* purgans Ioannam Darciam vulgo dictam *puellam Aurelianensem*, insignem pro Carolo V II. bellatricem, sed ex diuino instinctu vt ibi Gerfo tradit, & multi quos adduxi depellens calumniam Magiæ, illi inustam. Extra eiusmodi diuinum impulsum, foeminam militate monstrosam est, in xta illud Poëtæ, 7. *Æneid. Bella viri, pacemque gerant.* Nec non illud Ouidianum, 12. *Metam. ex Iliados 6.* expressum, *Colūmque, Icape, cum calathis, & flamina pollice torque Bellarelinque viris.* Alia dabit Tiraquellus. *l. 1. conuul. num. 62.* At in Christi exercitu non sic. Nam etiam mulieres in eo bellant cum laude. Quin etiam non vltra datur probro quod foemineæ in arenam descendant, gladio certaturæ, & feras vel gladiatores sibi commissos confecturæ, quod sub Nerone, ex Tacito, *annal. 15.* & Dione in Nerone factum, & à Martiali, *l. de spect. epigr. 5.* sub Domitiano valde laudatum, Seuerus Imperator tanquam foemineo sexui incongruum sustulit. Non ita Christi, sed mulierum quoque cum Satana & spiritualibus nequitia, certamina, siue in arena siue in acie comprobauit; & per suas plerisque insignes Amazones copiis suis adiunctas prælia admiranda perfecit. Præter Chrysoftomum iam laudatum, allegaui in eam rem Origenem atque Nyssenum in Tractatione de Maria Ægyptiaca, Mulca sibi Domini euocata. *dissert. 21. §. 11.* Sic instruuntur acies Christianæ bellatrices sub auspiciis ac ductu pusionis Iesu.

Hæc in omnes æquè fideles cadentia, specialiter locum habent in religiosis personis, quarum institutum militiæ est vt alibi, *in religioso loricate.* est disputatum, & scitè quoque prosequitur Debrio, *lect. sacra polemica 6.* Est ergo religiosorum, pauperatem, & castimoniam ac obediendam quas ex instituto proficiunt, æmulari intuitu Bethleemiti stabuli, in quo qui dixerit natus esse omnes religiones, non aberrabit. Itaque inde fortitudinem ac vires petant necesse est: sic pugnantis, Christus in antro Bethleemico quod è petra concava erat, (teste Adricomico in descriptione tribus Iuda, *num. 58.*) fit petra refugij; nec est periculum, ne hostis quantumuis insidiosus ac ferox præualeat, vel vt Christus eius munimentum, perumpatur. Inde Cartusianos, bellatores iam tunc egregios, solabatur Petrus Cellensis. Deserebit eos in primis Cellensis, vnde cumque bene instructos ad prælium, dicens. [Hastam, aut gladium ad quid petitis? quem interficere vultis? quem ferire? Vbi est, vel quis est aduersarius vester? Nonne vos confugistis ad tutissima loca Engaddi? Nonne Christus est vobis petra refugij, nonne turris fortitudinis? nonne omnis armatura fortium?

nonne inattingibile propugnaculum; nonne gladij duo, scutum, arcus, & sagitta? ô fortissimi milites Christi, hastam protensam habetis in orationibus continuis, gladium in mortificatione carnis, panem sanctum in spe æternæ glorificationis. Hasta vestra non est auersa in aduersitatibus mundi, quia rectos facitis gressus ad cælum; gladius non declinat in conflictu desideriorum & impetu suggestionum, quia ante Dominum est omne desiderium vestrum: panis non inueteratur ex dilatione præmiorum, quia reuiuiscit charitas, certa spe promissorum honorum. In calore namque suo perdurat panis, quia charitas non tepescit in cordibus vestris. Non hebetatur acies gladij, quia non deseruescit rigor disciplinæ, ac sancti propofiti. Hasta non infringitur, quia oratio vestra acumine suo cælum penetrans, nullis obstaculis reuerberatur. O bellum grande & graue, in stationibus dissimile, in viribus inæquale, in armis incomparabile! O Receptor & moderator omnium, quàm nisi à te, fieret ridiculosa pugna, vermis, & gigantis, hominis & dæmonis, animalis terreni, & aërii, velocissimi & tardissimi, stultissimi & callidissimi, antiqui & moderni, mortalis & immortalis: stat ille in superioribus, iacet iste in inferioribus; pennas illa habet, iste nec pedes: videt ille quem persequitur, iste nec sentit, nec attendit à quo tam crudeliter verberatur: Mole carnis molestatur iste, bonitate creatoris ex creatione sua libero volatu, quolibet deuoluit ille. Vtitur hostis mundo isto vt decipiat, vtitur homine aduersus hominem vt occidat, vtitur eodem aduersus eundem vt absorbeat. Sensibus suis tanquam propriis armis triumphat, & strangulat captiuum, cum spiritus in seruitutem non redigit mortale corpus suum. O pestis iniqua! ô fors hominum misera! Non est tibi in te virtus, non in arcu virtutis tuæ, neque in hasta liberi arbitrij tui saluator Dominus.] Vnde ergo tandem robur & virtus aduersus tantum hostem? vnde in tam acri prælio pupilli cum filiis Enachin, quibus comparatur quasi locusta videatur, vigor, & animus iacenti atque cæpè scèpius prostrato? Non sanè aliunde, (vt statim subdit Cellensis,) quàm ex filio Virginis pro nobis redacto ad stabulum, & de cælo vt subleuaret nos, deiecto in cœnum. Hoc ille præstat, & formaliter (vt sic dicam,) per suas cœlestes suppetias, & in debita naturæ auxilia quæ vberimè subministrat; & obiectinè, propofitis exemplis suæ demissionis, ac deiectionis; primùm ad stabulum, & præsepe, ad pannos infantiles, ad fascias, ad vagitus; tum progressu temporis, ad crucem & feralè in patibulo mortem. Sunt enim huiusmodi obiectus, validissima incentiua, animandis, vel legnissimis ac inertissimis, ad vehementem pugnam, æmulatione ducis nostri, portantis iugum suum & arma ab infantia sua.

Bellè verò respondent duci infanti, bellatores quos conscribit. Illum exhibuimus superius, armatum simul & in nermem; profitentem auulsum se de ventre à Deo patre, spe sua ab vberibus matris suæ, in quem ex vtero projectus esset; quemque de ventre materno è quo fufus per natiuitatem est, Deum haberet. Eam auulsionem, & extractionem ab vtero, Spiritu sancto obstetricante, atque aded impercepto aditu facta educatione, (vt S. Augustinus, *Epist. 120. cap. 12.* & Eusebius, *10. de demon. tract. cap. 8.* interpretantur,) itèmq; citra vllam parentis in partu dolorem, (vt notant Nicephorus, & Euthymius) pertinere ad hoc mysterium fusi à matre Christi in hoc natali, nemo non videt. Itaque similiter, qui renascuntur in Christo, & ab ipsa natiuitate instruuntur ad prælium, Spiritus sancti familia, & proportio-

nalia

nalia officia præstante, educuntur in lucem sanctam, iuxta præclaram Fulgentij, *lib. de Incarn.* comparationem, vt imitatione & adiutorio Christi, alacriter bellent, in tehti quidem & malè comparati si carnis æstimatio attendatur; exquirite verò instructi ac muniti, in oculis Dei.

### § VIII.

*Clausula parennetica, vt flammus nos quoque pacifici sub Christo infante bellatores.*

Vlt nos quoq; Christus sibi adiungi ad bellandum. Idcirco enim nos instruxit gladio, & casside, proportionalibus ei armaturæ qua ipse à Patre ad prælium est communitus. Et ne lusisse in nobis operam videatur, maledictionem interminat in eum qui prohibuerit gladium suum à sanguine, id est (vt interpretatur Cassianus, *collat. 20. cap. 8.*) qui concupiscentias carnis, & oculorum, ac superbiam vitæ in se non trucidauerit, Christi nascentis imitatione. Vel vt interpretatur Hugo Victorinus; maledictus qui pro Deo bellum suscipere, eiusque in se & in aliis iniurias vlcisci decretauerit; parum sollicitus de expressione vitæ Christi, qui venit in hunc mundum, vt destrueretur peccatum, & diuina iniuria aboleretur; eam reparationem diuini iuris, Satana incertore violati per superbiam nostram, auspiciatus à summa deiectione sua, vsque ad stabulum, & præsepe, & vilia operimenta infantium panniculorum.

Ad hoc ergo nos prouocat, & vrget, vagitibus suis Dens infans. Nos inquam excitat ad bellum facrum, & vt quod viderimus eum facere, hoc faciamus: prout ad milites suos aiebat Abimelec, *Iudic. 7.* Clamat stabulum, clamat præsepe, iuxta Bernardum, *serm. de Natiu.* Et meritò S. Ignatius scribens ad Ephesios, referente & approbate Damasceno, *orat. 3. de Natiu.* inuer mysteria clamoris, (sic enim appellat) recenset Mariæ Virginitatem, & Christi natiuitatem. Quem clamorem, incommodè Hieronymus Varlenius ibi, accepit de clamore Christi expirantis; cum is clamor nihil commune habeat cum B. Mariæ Virginitate, & Christi Natiuitate. Virginitas itaque S. Mariæ, accipitur à S. Ignatio, pro B. Mariæ partu intemerato, absque vlla Virginitatis oblatione. Sic igitur fufus è matris vtero Christus, & in illis adiunctis humillimis natus, quæ Lucas eam natiuitatem describens recensuit, est verè *mysterium clamoris*, duplici de causa. Primùm, quia auditio tali mysterio, par est omnes in clamare, & stupere defixos erumpere in voces admirationis & laudis, pro tanta Dei nostri deiectione. Sic enim accidisse docto cuidam Sinesij, cum primùm de Verbi Incarnati exortu doctrinam exceperit, & ingenti clamore cælum turndisse vocibus illis apud eos extasim, & stuporem ferentibus *Miau, Miau*, magna contentione in clamatis, è Patris Nicolai Trigaultici strenui apud Seres siue Sinas rei Christianæ curatoris ore, accipere meminimus. Olim item Ægyptij profunditatem Deitatis speculati, tertio in clamata leguntur, *Tenebra.* Et nos igitur ad mysterium tanto stupore dignum, par fuerit erumpere in voces admirationis ac venerationis: eaque ex causa, Natiuitas Christi, dici potuit *mysterium clamoris.* Sed est etiam causa alia tenens se ex parte Christi nascentis, quia ipse clamat post nos,

excitans ad dicendum sibi sacramentum, & militiæ suæ cingulum assumendum.

Pulsauit Christus vagiens tympanum ad ostium ciuitatis, vt de Davide scriptum est 1. Reg. 21. iuxta nos quoque 70. quorum lectionem probauit S. Augustinus, in *pacifici sub psal. 33. conc. 1.* Sed eam tympanizationem ad ostia ciuitatis, exponit de Christi crucifixione haud profane bellatorem. Siquidem tympanum

est corium super ligno extensum; ac proinde nomen *tympani*, benè cadit in Christum ligno confixum. Et verum est, Christum è ligno crucis, in clamare, non tantùm vt excubitozem in vinea, (iuxta Cyprianum, *lib. de mont. sina & Sion in fine.* sed etiam vt excitantem ad bellum pulsatione tympani. Attamen commodiùs fortassis, ea Dauidis tympanizatione ad ostium ciuitatis, de Christo ad Bethleem nascente accipitur: quia Golgotha vbi Christus è cruce pependit, non erat ad ostium ciuitatis, sicut spelunca erat Bethleemi muro contermina, vt videre est apud Brocardum, & Breidembachium, quæ in hæret Adricomius, *in terra Iudæum*, 8. Ferunt enim vt superius annotaui, in extremitate vrbis Bethleem, ad orientalem plagam fuisse rupem non multùm à muro distitam, in qua erat locus præstabulo, & excipiendis animalibus brutis. In rupe autem, excisa cauitas erat pro præsepio. Ad ostia igitur ciuitatis Bethleem, nascens Christus, tympanizabat ciens omnes ad pugnam. Et alia lectio quæ habet, Dauidem, sicut infantes solent, saluam immisisse in subiectum mentum, benè cohæret cum infantilibus Christi in cunis præsepij saluis, imbuentibus pannos quæ inuoluebatur, vt pij viri sunt commentati. Itaque Christi in præsepio tympanizatione, non incongruè agnoscutur. Potèstque inde firmari ea cogitatio, quod Christus per Incarnationem dicitur factus tympanum, in illo Ethnico symbolo ad Christum referendo, vt exponit Iulius Firmicus. *De tympano manducati, de cymbalo bibi, factus sum mysticus.* Censet enim Firmicus, hoc dici de pane viuo qui de cælo descendit, & à fidelibus manducatur; primùm per fidem mysterij Incarnationis, & Natiuitatis pro nobis, vt habet disputatio quam Christus instituit Ioan. 6. in priore parte capitis; Tum etiam (vt ibidem postea subiungit Christus,) per manducationem quæ fit ore, in communionem diuinissimi sacramenti. Quod si verbum caro factum est tympanum; nihil verabit idem verbum prout propofitum in mensa præsepij, appellare *tympanum*, quod à piis animalibus manducetur. Accedit quod tympanum, est symbolum mortificationis, & perfectæ macerationis carnis, prout Ildorus Pelusiota, *l. 1. Epist. 364.* exponit illud Psaltes, *Laudate Dominum in tympano, & choro*, annuítque Petrus Damiani, *lib. 6. Epist. 27.* Vix autem vllibi, maiorem carnis suæ macerationem prætulit, quàm in præsepio, in quo carnem tenerimam cæli iniuriis obiectam, nullis fomentis recreari voluit. Quæ est germina moderatæ mortificationis notio, qualem Pampolitanus, *in psal. 150.* putat designari voce *tympani*, in quo laudandum Deum Psaltes præscribit. In cruce autem, non tam adhibita est mortificatio moderata carnis Christi; quàm truculenta laceratio, & mortis illatio. Igitur Christus sancto odio, (moderato tamen & intra recti fines hærente,) prosequens in spelunca Bethleemica carnem suam, tympanum ex ea confecit, quod nobis ad bellum contra Satanam commouendis, iam tunc pulsauit. De Ioanne Zifcha impio inter Bohemos duce impiorum cui Dæmonis corporati infame cognomen immania & horrida scelera à Ioanne



Sectio III.

Ioanne Cochleæ, lib. 5. *hæstor. Hæsit.* consignata conciliantur, proditum est ab Alberto Krantzio, lib. 11. *Vandal. cap. 9.* tanta eum rabie in catholicos fuisse correptum, ut non contentus innumeris claudibus quibus viuis eos attriuerat, ductans exercitum rabiosorum cæcus licet, & utroque orbatus lumine, moriens testamento edixerit, detrahi sibi demortuo pellem, & ex ea tympanum confici; cuius vsus esset perfidis hæreticis in præliis aduersus catholicos, spondens non ambigam in præliis felicitatem, eius geminam qua ipse vsus fuerat, si tali tympano vterentur. Nobis secura erit victoria de spiritualibus nequitæ, si tympano Christi emoueamur ad pugnam. Contra enim hic accidet quàm in materiali tympano è corio agnino, quod dissoluitur si pulsetur tympanum è pelle lupina. Hoc Fracastorius, *l. de sympathia. cap. 11.* minùs feliciter extricat, vestigans illius dissolutionis causam. Sed quæcunque ea demùm sit, in hoc negotio secus accidet. Nam agni nostri pelles in tympanum conflata, dissoluet contrarium tympanum. Amulemur Ducis nostri bellicum instructum, certi de felici exitu prælij, si tam fortunato Duci conformemur. Antoninum Caracallam scribit Dio Nicæus, in *Caracalla*, & ex eo *Xiphillinus*. tanto affectu profecutum esse Alexandum Magnum, ut indito ei titulo *Augusti Orientalis*, phalangem insuper conscripserit militum Macedonum, numero mille sexcentorum, quam *Alexandri phalangem*, nominauit. Instrui autem illum voluit eodem armorum genere quo Alexandrum superititem fuisse vsum constabat. Nempe galea confecta ex crudo bonis corio, thorace ex lino triplici, scuto ex ære, longa lancea, breui hasta, crepidis, gladio. Quod Caracalla ambulans in vanitate sensus sui, quasi inde habendus esset alter Alexander, circa mortalem imperatorem fecit, non dedignemur circa Deum fortem præstare. Induamur arma lucis qualia ipse in prælium descendens adhibuit.

Subeamus sacra infantis Dei signa alacres: ne obfurdescamus ad insonans eius tympanum. Et nobis quoque à Psalte denunciatur ira Dei, si vocem Domini nos aduocantem audientes, corda obduremus; Quò ipse nos aduocat lubentes feramur. Vocat ad initiationem in militiam suam, accurramus. Præstemus quod adulteratione loci Isaie, factum notat Iustinus, *l. aduersus Trypho*, in adscriptione ad militiam Mithræ. Erat Mithra Persis idem quod sol, Suida teste, nec non Strabone, & Hesychio apud Brissonium, *lib. 2. de reg. Persar.* & sancti S. Hieronymus, *lib. 1. comment. in Amos*, quatenus ait, Mithram esse quem Basilides portentoso nomine dixit *Abraxam*, Deum inquam secundùm Græcas literas, & anni cursus numerum in solis circulo contentum. E petra genitum Mithram in spelæo fabulabantur: Vnde Mithræ milites in spelæo initiabantur, teste Tertulliano, *l. de præscr. cap. 40.* signabantur illhic in frontibus, nec absque panis oblatione, ( vnde illa per Celsum exprobratio, referente Origene, *lib. 6.* quod Christiani sua sacrificia hausissent à Mithriacis sacris; ) & sub gladio redimebant coronam. Hoc quid sit, alius Tertulliani, *lib. de Caronil. cap. ultimo.* locus exponit, quo ait; [ Mithræ miles, cum initiatur in spelæo, in castris verè tenebrarum, coronam interposi-

to gladio sibi oblatam, quasi mimum martyrij, dehinc capiti suo accommodatum, monetur obuia manu capite depellere, & in humerum, si fortè, transferre; dicens Mithram esse coronam suam; atque exinde nunquam coronatur: id quod in signum habet ad probationem sui, sicubi tentatus fuerit de sacramento, statimque creditur Mithræ miles, si deiecerit coronam, si eam in Deo suo esse dixerit. ] Præterit cruciatus adhibitos in initiatione quos memorat Theologus, *orat. 3. & 29.* vocans *intra supplicia*; iis enim digni erant, qui tali numini initiabantur. Fuisse numero duodecim, notant Elias Cretensis, *ad orat. 3. n. 29.* & Nicetas; *ad orat. 39.* ignem mysticæ vitioni admotum, ( quæ videri possit signatio Mithriaci militis in fronte, obseruata à Tertulliano, *l. de præscr. c. 40.* frigus, famem, sitim, verbera, & alia id genus tormenta: conuitia quoque, & contumelias interuenisse, notat Suidas. At Nonnus, *n. 45.* fabulas à Theologo adductas exponens, ea tormenta ad octoginta diffundit, & nominatum transitum per ignem, & apertionem aquæ per dies multos, hoc est fossionem terræ ad aquam inueniendam. Quàm mitius, & suauius initiari possumus in milites veri Mithræ, è petra in spelæo geniti? Christum dico, qui de petra deserti eductus est in antro Bethæemiteo; verè *bet; è K xèrpes*, ut ferebat profanum symbolum apud Iulium Firmicum, *l. de error. profan. cap. 21.* rectè ab eo de Christo intellectum. In ea excelsa specu petræ fortis, ( prout Iulianus c. 32. prænucciasse, retulit Iustinus; ) degendum cogitatione assidua est. Spelunca inquam Bethæemitea, ad eundem frequentem meditatione; panis arctus Christi in domo panis iacentis analogus, piè manducandus; maçerandum & ad rectam mensuram subigendum corpus; Christi solius gloria captanda, & ipse in coronam nostram, sub gladio, & ad quoduis periculum exceptum, assumendus. Sicinitiati, in probatos milites, & donatiuum tanti Imperatoris in hac vita; & æternam quietem veterani, ac iustæ militiæ perfuncti laboribus, adipiscemur.

Sic hortabatur Clemens Alexandrinus. [ Verbum (inquit) *in Prorept. sub finem.* explicata veritate ostendit hominibus altitudinem salutis, ut vel salui fierent ducti pœnitentia, vel iudicarentur si non obediissent. Hæc est prædicationis iustitiæ, iis quidem qui parent, Euangelicum seu bonus nuncius: iis autem qui non obediunt, iudicium. Sed terrificam quidem tubam clausum canens, congregauit milites & bellum denunciat. Christus autem qui pacificum modum in fines terræ inspirauit, non congregabit suos milites pacificos? Collegit quidem, o homo, sanguine & Verbo incrementum exercitum, & regnum cælorum eis tradidit. Tuba est Christi, eius Euangelium. Is quidem tuba cecinit, nos autem audiuimus. Armemur pacificè induentes thoracem iustitiæ, & fidei clypeum assumentes, & galeam salutis imponentes, amamus gladium spiritus, quod est Verbum Dei. Ita nos Apostolus ordinat pacificè. Hæc sunt arma nostra invulnerabilia. His armati conflagamus instructa acie aduersus malum, ignita mali iacula extinguamus aqueis à verbo tinctis cupidibus, beneficia remunerantes gratis benedictionibus.]


FINIS.



# INDEX

## RERVM ET VERBORVM,

quæ in hoc volumine continentur.

A	
	ARONICI ornamenti dignitas. pag. 1
	Aaron dignitate, Papa. 29
	Abel primatu, ibid.
	Abelardus negans nos verè redemptos, explosus. 491
	Abhorrentes à Rosis. 489
	Ablactatio mystica. 330
	Abortus spiritualis. 295
	Abraham quem Christi diem viderit. 490
	Abraham Patriarchatu, Papa. 29
	Absentibus transmissa Rosa. 410
	Abstinentia à cibo per totam Quadragesimam. 455
	Acerra thuraria Crucis. 494
	Acæmetæ. 442
	Aculei tribulationum. 417
	Aculei curarum in principatu. 438
	Adamus fidei, Papa. 29
	Adam, Propheta. 281
	Adam soporatus, Christi figura. 274
	Adami & Euzæ coniugium, quando initum. 280.
	Adami noui procreatio in iustificatione. 283
	Adeodatus filius saltûs. 572
	Adeps, Christus in Eucharistia. 324
	Adonidis ex cruore Rosæ. 494
	Adonis cultus ab Ethnicis ad Bethlechem. 613
	Adoptio filiorum Dei, quantum ornamentum. 301.
	Aduentus Domini ieiunium. 479
	Adulterium quomodò in Christi coniugium cadat. 283
	Adulterium Davidis, typus rei sacræ. 285
	Ægri, an per clysmata nutrirî possint. 476
	tum per emplastra. ibid.
	Ægyptij, peccata omnia tribuebant ventri. 491
	Ægyptiorum tuenda sanitatis ratio. 478
	Æstas per Christum. 406
	Æstas mystica in cælo. 426
	Ætas exsoluta lege ieiunij, 472
	Ætates corporum fluxæ. 315
	Æthiopum Quadragesima. 481
	Affectus nostri in Deum, quia pater. 307
	Agnellus proprium quorundam nomen, vndè. 346.
	Agnes, id est casta. ibid.
	Agnes idem quod Agna. ibid. laudes eius. ibid.
	Agni Casti dotes. 396
	Agni circumgestatio apud Tanagraeos. 397
	Agni cerei virtus in Energumenos. 366
	Miraçula varia. ibid.
	<i>Theophilii Raynandi Pontificia.</i>
	Agni cerei materia Christo aptata. 345
	Agni cerei vsus, an in singulis Ecclesiæ sæculis. 378.
	Agninas pelles pro pellibus Cattorum vsurpat S. Norbertus. 356
	Agnorum cereorum antiqua confectio, qualis. 344.
	<i>Agnorum &amp; Onium</i> nomine, quinquam intelligendi. 346
	Agnos amarunt Sancti. 351
	Agnus non coquendus in lacte matris, quid. 352
	Agnus cur adductus à Caduceatore pacis. 354
	Agnus cereus, symbolum diuinæ filiationis. 343.
	<i>Agnus</i> pro Agne in casu vocandi. ibid.
	Agnus cereus, nota hominis baptisati. ibid.
	Agnus, symbolum Christi in omni statu. 352. & seqq.
	Albedo Agnorum cur præcepta. 382
	Alexander de Rhodes commendatus. 448
	Alexandri Legio instituta à Caracalla. 618
	Alexandriæ laus. 12.
	Alexandrina Ecclesia cur prælata Antiochenæ. ibid.
	Alexandrinus Episcopus erat Petrus dum sederet Romæ. 11
	Alga ex ostreaceis. 427
	Alimenta rationalia. 320
	Allectio Collegarum pluribus periculosa Imperatoribus. 209
	Alleluja dimissum à septuagesima. 492
	Allia odorem Rosæ excitant. 453
	Allobrogici fontis vicissitudines, vndè. 418
	Almus quid. 30
	Alphonsi Cicarelli mendacia de Agno cereo. 377
	Altare, præsepium spirituale. 298
	Amatoria Pauli vox. 498
	Ambianensium calumnia. 465
	Ambrosius S. dictus Petri successor, 125
	Ambrosius S. flos Scriptorum. 405
	Americanorum Ducum electio. 574
	Amictus spincus. 427
	Amicus sponsi, Papa. 30
	Amor debitus fidelibus quia fratres nostri. 310
	Amor omnium, quia sunt nobis carne fratres. 310, 312.
	Amor Deo debitus, quia Pater. 307
	Amor sponsi & sponsæ, Christi, & Ecclesiæ. 282.
	Amphibia edi possunt die ieiunij. 460. 461
	Amphidromia antiquorum, quid. 581
	Anacreontis de Rosa carmen. 436
	F F F f Ana

# Index Rerum,

Anagnia Ciuitas decidit ob scelus ibi patratum in Pontificem. 166  
 Anaxagoræ morientis postulatam pro studio-  
 fis. 421  
 Andreas Apostolus, quomodo fundamenti  
 fundamentum. 61  
 Angeli, Archangeli, Coangelici dicti Recto-  
 res populorum. 51  
 Angeli flores. 406  
 Angeli annotant ieiunantes. 501  
 Angelus terrestris, & cœlestis homo, Papa.  
 30.  
 Anima, *esprit*, dicti viri ingeniosi. 538  
 Animæ Purgatorij exultatio, sperans post an-  
 nos viginti. 493  
 Annulus Agno sacro grauidus, an vetitus. 384  
 Annuli veneniferi. *ibid.*  
 Annus incepsus à Natali Domini. 592  
 Antichristus quomodo dictus Papa. 186  
 Antiochena Sedes Petri explicatur. 10  
 Antiochiæ laus. 12  
 Antiocheni Patriarchæ qui Ecclesiasticum pri-  
 matum sibi arrogarint. 141  
 Antipodas afferentem, an damnarit Zacharias  
 Papa. 151  
 Antiquitas benedictionis Rosæ. 412  
 Antistes totius mundi, Papa. 31  
 Apellari potest in causis Ecclesiasticis ad Pon-  
 tificem vltimò. 154  
 qui *id.* improbarunt Patres molliuntur. *ibid.*  
 Apex bonorum vita. 433  
 Apex diuinus, Papa. 31  
 Apices dignitatum aculeati. 429  
 Apostolatus S. Pauli, an ad Gentiles arctatus.  
 262  
 Apostoli Reges. 110  
 Apostoli aliqui Reges dicti. 33  
 Apostoli, Patres nostri. 288  
 Apostoli locus, *c. 5. ad Ephes.* expensus. 273  
 Apostolica potestas diuerso modo transfusa  
 Papæ & Episcopis. 136  
 Apostolica Sedes dictæ plures.  
 specialiter Romana. 15  
 Apostolicus cur & quomodo Papa. 32  
 Aqua, mater adoptionis. 289  
 Aqua, cur assumpta ad baptismum. 291  
 Aqua & sanguis, cur iuncta in ortu mystico.  
 287.  
 Aqua in confectione Agnorum, quid notet. 344.  
 Aragonum Rex pacem facit cum Comite S.  
 Ægidij viso Cœlesti. 354  
 Arbitr omnium, Papa. 33  
 Arbor florens in nocte Natalis Domini in  
 Germania. 589  
 Arborea tristes, quæ. 405  
 Archiepiscopus vniuersalis, Papa. 33  
 Archimandrita cur Papa. 34  
 Archi-Pastor Ecclesiæ, Papa, *ibid.*  
 Arethusa fluij quies. 417  
 Armenorum Quadragesimæ. 480  
 Arthabo carnis nostræ in cœlo per Christum.  
 277  
 Arthæ pronubales Christi. 279  
 Artemidori pronunciatum, de Rosâ. 430  
 Ascensio Christi, apex festorum. 284  
 festiuitatum ornamentum. *ibid.*  
 Ascensus purpureus, Baptismus, 362  
 Ascensionis dies, galerus festorum, *ibid.*  
 A sinu pastus Rosæ respuit. 496  
 Aspatia facies restituta. *ibid.*

Affuetudo ab ætate tenera, quantum possit. 516  
 Assuetudo ad Deum ex floribus. 405  
 ita factum Plotino. *ibid.*  
 & maximè S. Ignatio Loyolæ. 406  
 Astaulphus, profusus in Placidiam. 279  
 Astra Rosæ. 440  
 Astrologia Genethliacorum stultilogia. 299  
 Asylum Romanum vbi. 441  
 Auaritiæ remedium, Christi passio. 496  
 Augustinus liber Hereticorum. 235  
 Animum eius, in Quadragesima vetitus. 460  
 Auxentio Abbati, feria sexta feriatâ. 498

## B

**B**acchanalium aduocatus Pasqualigus reij-  
 citur. 484  
 Balneum ex infantium sanguine. 327  
 Balneum peccatoris. 327  
 Balsamum in confectione Agnorum, quid no-  
 tet. 345  
 Balsamum postea additum cercis Agnis, an  
 idem cum oleo. 344  
 Balteus quid, eius ornamenta. 552. seqq.  
 Bannita ieiunia, quæ. 485  
 Baptismus laboriosus, quid. 327  
 Baptismus, ver sacrum. 449  
 Baptismi obligatio. 341  
 Baptismus, quomodo *ascensus purpureus.*  
 362.  
 Baptismus Agnorum & Campanarum, cuius-  
 modi. 370. 371  
 Baptismus, cur dictus *perfectum.* 290  
 Baptismus, cur in tribus Personis diuinis.  
 287.  
 nunquam datus in solo Christi nomine.  
*ibid.*  
 Baptismi decora. 327  
 Baptismi effectus, etiam in corpus. 308  
 Baptismus, mystica resurrectio. 338. & seqq.  
 Baptismi nostri & resurrectionis Christi, ne-  
 xus. 342  
 Baptismi suscepti recordatio, quanti, 343  
 Baptismus quando signaculum tantum. 293  
 Baptismi necessitas ante Pentecostem. 280  
 Baptismus, natiuitas secunda. 285  
 Barnabas, Rosâ Charitatis. 452  
 Basilius, Agnus certus matris vitæ. 346  
 Basis fidei Papa. Basis immobilis. 35  
 Beatitudo Dei Regia. 442  
 Beatitudo, cur expressa per cœnam. 421  
 Beata Virgo quomodo mater fidelium. 294  
 Beatus, Beatitas, Papæ. 35  
 Bellatminus, malè allatratus. 454  
 Bellum à Christo Nascente. 569  
 Bellum Christi in Pace. 568  
 Benedictio, forma moralis Agnorum cereorum.  
 344.  
 Benedictio vniuersæ Reipublicæ Christianæ,  
 Papa. 37  
 Benedictiois Gladij à Pontifice formula. 533  
 Berengarius allatrator Pontificum Romano-  
 rum. 185  
 Bernardi Colnagi prodigium. 453  
 Bernardini Bealini pietas erga Natale Christi,  
 601  
 S. Bernardo quid contigerit nocte Natalis Do-  
 mini. 598  
 Bethleem dictæ multæ Ecclesiæ, & Monaste-  
 ria. 630 & seqq.  
 Bethleem

# & Verborum.

Bethleemiticus Episcopus in Gallia Niuernen-  
 si, quibus prærogatiuis gaudeat. 612  
 Bethleemum piè aditum. 613  
 Bethleemi descriptio, & an ibi nata Virgo. 605  
 Bethleemiticum stabulum versum in templum.  
 608  
 Bethleemum concursus populorum. 607  
 Cultus etiam locus ab Infidelibus, & mixta-  
 cula *ibid.*  
 Bezæ spurcitia. 188  
 Blasphemia Caluini de lege impossibili. 502  
 Borith hominis interioris. 323  
 Boissatij Fratres, Andreas & Petrus illustrissi-  
 mi. 538  
 Bonauentura S. pius erga Christum nascentem  
 600  
 Breuitas dierum ac noctium variis temporibus  
 prouisa. 420  
 Breuitas perspicuitati infesta. 419  
 Breuiatio vitæ quatenus cauenda. 506  
 Breuitas, voluptatis gustus. 438  
 Brutorum collo, an appendendus Agnus ce-  
 reus. 390  
 Brutorum festa. 421  
 Bruta quibus morbis obnoxia. 510  
 Brutorum ieiunium, cur. 485  
 Bubarum, qui dicti. 421  
 Bullatus Baltheus. 553

## C

**C**acumen mundi, Papa. 37  
 Caducitas Rosæ. 429. 430  
 Cæsarea an Sedes Patriarchalis. 13  
 Calces purpurei, nota Imperatorum. 110  
 Caligulae veftigalia. 472  
 Calor à cibo & potu, non à vestitu. 512  
 Caluini blasphemia, circa præceptorum im-  
 possibilitatem. 502  
 Caluinus stigmatas. 188  
 Caloierorum Græcorum Montis Atho igno-  
 rantia. 173  
 Calumnia de Cruciariorum cultu apud nos.  
 497  
 Campanarum baptismus, quomodo. 371  
 Cancellarius Dei, Papa. 37  
 Canon Magnus, quid. 438  
 Canon Nicænus Arabicus pro Sede Rom. 161.  
 Canonice collatus puero Natiuitatis Domi-  
 nicæ nunciu dante Duci Germanorū. 598.  
 Canonizatio Sanctorum non est de fide. 153  
 Cantharides à Rosis abhorrent. 453  
 Cantica dramatis, quæ. 423  
 Canus, Societati Iesu aduersatur. 187  
 Capilli profitentis religionem, seruati in taber-  
 naculo. 338  
 Capitilium quid. 314  
 Capita duo Ecclesiæ Romanæ qui nisi admit-  
 tere. 206  
 Capita Apostolorum, quid. 227  
 Capiti Christo vniuntur Christiani præsertim  
 tim per Eucharistiam. 200  
 Captiuatio hominis per Satanam, qualis,  
 491  
 quàm dira. *ibid.*  
 Caput Ecclesiæ, Papa. 131  
 ex Scriptura. *ibid.*  
 quomodo nulla monstritas si Christus  
 caput. 132  
 Caput est fidelium singulorum. 133  
*Theophili Raynaudii Pontificia.*

Caput omnium, Papa. 38  
 Caput fidei. 39  
 Caput, quot modis, Papa. 40  
 Carena, quid. 475  
 Carnem meritò odimus. 507  
 eam ritè odisse, est curare. *ibid.*  
 Carnes excludit ieiunium. 459  
 Carnes licitè comedens, excoluitur lege ieiunij.  
 460.  
 Carnes in Rosas versæ. 444  
 Carnes comedere licet quocumque die inci-  
 dit Natalis Domini. 591  
 etiam post votum ieiunij tali die. *ibid.*  
 Carnium vsus sabathi à Natiuitate ad Purific.  
 in quibusdam Prouincijs. 591  
 Caro fœnum. 432  
 Carolus Magnus creatus Imperator in Natali  
 Domini. 602  
 Cassanei Tartari filius, ex baptismo pulcher.  
 308.  
 Cæcus vetatur in Quadragesima. 467  
 Cassiani error de ieiunio. 473  
 Cassianus à Puteo, laudatus. 427  
 Cassius & Fausta, specie Agnorum expressi. 347  
 Casula stramineæ ædificatæ in honorem Nata-  
 lis Christi. 399  
 Castigatio Saltantium propè Templum in no-  
 cte Natalis. 604. 590  
 Castigatio corporis, non ob luxuriam solum.  
 512.  
 Castitas Christiano necessaria, ob adoptio-  
 nem. 314  
 Catharina Senensis iunior. 456  
 Catechumenus, non dicitur frater fidelium.  
 310  
 Catechumeni, an Filij Dei. 291. 292  
 Cathedra quid? *ibid.*  
 an nota Episcopatus, aut Magisterij. *ibid.*  
 Cathedra Natale, festum Electionis Episc. 335  
 Cathedra S. Petri festum, an Cathedra Ma-  
 terialis. 179  
 Cæsus annuus ad Rosas tumulo inspergendas.  
 445  
 Centenariæ an Rosæ quædam. 430  
 Cephas quid. 212  
 Cèpha, Petra quid. 92  
 Cera Agnorum, nota corporis Christi. 344  
 Cera imago apud Chrysostrum, an cereus  
 Agnus. 374  
 Cerer Paschalis mysteria. 361  
 Cereræ Imagines antiquæ. 374  
 Cerei ardentis ante Martyres decerpæ parti-  
 culæ. 375  
 Cerei Agni, cur albi. 382  
 Ceremoniæ traditionis Rosæ. 409. 410  
 Cereus Paschalis, quid signarit. 351  
 Cereus pro homine. 363  
 Charitas Christi in Cruce. 495  
 Charthagini Elogium. 12  
 Chrisma, quid. 344  
 Chrisma in cerei Agni confectione quid notet.  
 345  
 Christiani pisciculi. 290  
 Christianus & Christiana, quandoque nomi-  
 na propria. 347  
 Christiani, fratres Christi. 102  
 Christianus quibusdam pro omni titulo. 347.  
 Christiani, Porphyrogeneri. 287  
 Christiani ante Christum. 217  
 Christi nobilitas summa. 300  
 FFFF 2 Christus

# Index Rerum,

Christus cur celebs.	275	Comites, Rosâ donati.	410
Christus cur & o.	284	Comitissarum duarum proles numerosissima.	283
Christus sacerdos primarius.	331	Communio Romanæ Ecclesiæ, necessaria ad salutem.	159
Christus puer perfectus, & magnus Deus.	346	Communio, negata olim in Quadragesima.	483
Christus Agni specie expressus.	352	licita in Parasceue.	ibid.
Christi infirmitas, fortitudo nostra.	274	Communio Paschatis, an finis Quadragesimæ.	472
Christus millies sanctus.	300	Comus, voluptuarius Deus.	435
Christus speciali titulo Pater noster.	287	Comus, Rosâ redimitus, cur.	496
288.		Concilia à Papa confirmanda.	148
Christus an deformis in Natiuitate.	601	aliter sunt fallibilia.	ibid.
Christi corpus duplex.	198	Concilia pro primatu solius Petri.	231
Christi exempla, potentissima.	458	Concilia & Patres obiter & extra institutum aliqua habent minus exacta.	234
Christi inedia per 40. dies, vndé.	459	Concilio veneratio pro Papa.	161
Christus, flos.	405	Concilio quanta autoritas.	130
Christus flos de virga, non de spina.	427	Concilium Basileense quatenus probatum.	156
Christus Rosa.	486	Concubina, sponsæ legitimæ, sed secundariæ.	281
Christus Panis in natiuitate.	606	Concupiscentiam carnis Christus aggreditur nascens.	574
Christus <i>χθύς</i> .	290	Confessarij benignitas, & ablanditio intuta penitenti.	514
Christus, natus die Mercurij.	585	Confessario subest Papa.	157
Christus Patrem reliquit propter Ecclesiam.	274	Confirmatio, Baptismi complementum.	290
Christus habuit plenitudinem Sp. S.	554	291	
Caput Ecclesiæ.	555	Congregationes Romanæ Pontificiæ, non sunt infallibiles.	152
Christus vir Ecclesiæ.	275	Coniugium quomodo sacramentum magnum.	247
Christi Natiuitas, festorum festum, ac Metropolis.	284	Coniugij spinæ.	283
Christiani baptisati, quomodo olim <i>amphibij</i> .	290.	Coniugium Verbi & humanitatis, an admitendum.	273. 278
Chylosis in intestinis potest confici.	476	Coniugia sterilia in veteri & nouo Testamento probata.	283
Chrysi sollicitudo.	333	Connubium Christi & Ecclesiæ, quando initum.	278
Cineres Rosæ, exhibent Rosam.	446	Connubium Christi & Ecclesiæ, præcellens.	281.
Cinis pani commistus à variis Sanctis.	454	Connubium Christi duplex.	273
Cingulum cuius symbolum.	352	Consanguineorum simul regnantium diffidia.	208
Ciuitates Rosâ donatæ.	410	Consecrationis Rosæ, initium.	412
Clamoris Mysterium, Christi passio.	495	Consiliarius necessarius Christianorum, Papa.	43
Claudianus, Poëta Gentilissimus.	347	Constantini Magni à lepra per Baptismum curatio.	308
Claudius Taurinensis, quis.	238	Constantino feria sexta, feriatâ.	498
Claues Pontificiæ, quid.	23. seqq.	Constantinopolitanorum Patriarcharum temeritas & ambitio.	141
Claues Petro appictæ vnâ, duæ, aut plures.	24	Constantinopolitanorum Patriarcharum vitia & sordes.	176
Claues S. Huberti.	26	Contactus Agnorum num vetitus.	383
Claues quomodo traditæ Petro in persona Ecclesiæ.	3	Contemptus Pontificum graue peccatum.	166
Clauiger Papa.	42	Contumeliosi Episcopi animus in Pontificem Rom.	165
Cleopatra voluptuaria.	435	Coniuuiis adiunctæ spinæ.	438
Clodouæus baptisatus in Natali Domini.	602	Coniuuiiales Rosæ.	496
Clysmatum vsû è carniû iusculo, an violentur Eucharistiæ sumptio.	477	Cophinus stercoris, recogitatio peccatorû.	326
Clysmatum vsus apud Ægyptios.	478	Copula connubij Christi, vsus Eucharistiæ.	278
Clysterum vsus ex carniû succis, an licitus per quadragesimam.	476. 477	Cordulæ virginis apparitio.	444
Coangelicus Papa.	51	Corollæ Rosacæ in coniuuiis, cur.	496
Cœlum, Ciuitas habens fundamenta.	442	Cornarius quis interpret Epiphaniij.	244
Cœnula siue collatio, recentis moris.	482	Cornua inserta capiti hominis per artem.	218
Cœnula vigiliæ Natalitij Christi, potest esse paulò amplior.	592	Corona	
Columba symbolum Spiritus sancti.	558		
& Christi.	559		
Columba illita, cicurans palumbos.	489		
Columbus & Arcadius, S. Aigulphi proditores.	428		
Columna fidei, Pontifex Rom.	42		
Columnæ igneæ Hebræis præuiæ significatio.	351		
Columna ignis, cuius symbolum.	361		
Combustio Agnorum, an sacrilega.	379		
Coma iussa rescindi nobilibus iussu B. Gotsfredi Episcopi.	599		
Comæ primûm atronæ, festum.	335		
Comes stabuli, Christus.	572		
Cometæ Ensisiformes.	548		

# & Verborum.

Corona Pontificia, spinosa Cathedra.	429	Diœcesis quid.	103
Corona, pro hostia sacra.	329	Dioscori Alexandrini impudentia.	184
Corona Christi, Sancti.	426	Dioscorus Papa, an Constantinopolitanus.	83
Corona Regum spinosa.	429	Discipulus Crucis Papa.	48
Coronæ futiles.	444	Dispensatio Superioris ad non ieiunandum, sæpè intuta.	514
Coronæ 3. Ægyptiæ Mulieris quid signarent.	161	sine causa, est plerumque inualida.	515
Corpori Christi Moralis perfectio.	202	Diu, quod sine deletur, euanidum.	431
Corpus humanum, spinetum.	427	Doctor Ecclesiæ, Papa.	49
Corpus Morale Christi optimè compositum.	200	Doctores loquentes ad gratiam, timenti, nec audiendi.	515
Cosinopæia ex Cardinalibus Christi operibus.	284.	Dominica mediana, Græcis quænam.	499
Cranium humanum pro calice.	440	Dominica mediana, quæ.	409
Crassitudo terræ, quid.	416	Dominica panis, quæ.	ibid.
Creatio secunda.	283	Dominicæ ieiunium, quale.	469
Crucis in Polonia appretes.	543	Dominicæ septem, vt denominatæ.	470
Crucis adoratio in Quadragesima, quando.	499	Dominicus S. post ieiunium fortior.	503
Crucis forma olim in cera Agni.	349	Dominica Rosæ, quæ.	409
Crucis frustulum, restinguit incendia.	379	Dominica in Albis, festum Baptismi.	336
Crux Christi durauit per totam vitam.	494.	Dominica noua, quæ.	ibid.
Crux quomodo venerationi, & non detestationi.	497	Dominico die natus Christus.	562
Crux in omnibus vestibus Romani Pontificis.	49	Dominus quot modis dictus, Papa.	50
Crux prælata Legatis Papæ, qui Reges id præsumpserint, quibus concessum.	145	Domnus.	51
Cucullus monasticus, symbolum infantie.	316.	Donatio Constantini, excutitur.	110
gestatus etiam à Monialibus.	ibid.	Donatio valida inter coniuges facta in Natali Domini.	591
Cultus debitus Pontifici, an Hyperdulæ.	164	Dos à Christo data suæ sponsæ.	279
Cupido, Rosæ specie.	434	Dubia moralia de Agno sacro, à pag. 379. ad 303.	
Curatio in ieiunio, quid Ioëlo.	518	Duces, Rosa donati.	410
Custos ouium, quot modis Papa.	45	Dulce nihilum, libido.	436

## D

Dæmon non apparet agni specie.	355
Dæmonum horror ad crucem.	495
David, Christi bellatoris Typus.	572
Decembria, quid.	556
Decimæ totius anni, Quadragesima.	471. 472
De Agno Cereo qui egerint.	272
Dedicatio Ecclesiæ an festum Baptismi nostri.	335.
Defluuium hominis duplex.	433
Dei benignitas ad carnem pro nobis demissi.	307
Dei nos adoptantis, dignatio & bonitas.	302
Denarij in Rosas versi.	444
Dentes cullsi, carnes edentibus in Quadragesima.	460
Denunciations præuiæ matrimonio.	277
Depontanus quid.	96
Depositor hæresæon, Papa.	45
Desponsatio, matrimonij antecambulo.	275
Deus in terris, quomodo Papa.	46
Deus est Pharaonis.	47
Diaboli ieiunium.	518
Dies charitatis quis Germanis.	495
Dies Christi visus Abrahamo, quis.	490
Dies lucis, dies Baptismi.	464
Dies Natiuitatis Christi, radix festorum.	284
Dieta in morbis Chronicis quantum possit.	516
Digitus piscatoris, ferax pisciculorum.	427
Dignitas venerabilis, Papatus.	47
Dilectus, candidus & rubicundus.	493

## E

Ebrietatis remedium.	496
Ebrietatis per Eucharistiam.	323
Ecclesia Christiana, quando primûm fuerit.	280
Ecclesiæ debita à fidelibus subuentio.	309
Ecclesiæ fertilitas.	283
Ecclesia, filia & coniux Christi.	274
Ecclesia Mater & Filij.	283
Ecclesia, Mater nostra.	389
Ecclesiæ nobilitas.	300
Ecclesia quomodo caro de carne Christi.	274
Ecclesia sponsa Christi, potius quàm vxor.	275.
Ecclesia ob Baptismum.	362
Ecclesia hortus.	449
Ecclesia S. Iusti, Rosam accepit.	411
Ecclesiæ Romanæ tituli.	53
Ecclesiæ tituli qui accommodari possunt Papæ 7. Romanæ præfertim Ecclesiæ.	8
Ecclesia Virgo & Mater.	295
Ecclesiæ scopus in Agnorum ceterorum institutione.	351
Ecclesiasticis rebus non se debent immiscere Reges.	144
Græculorum assentationes suis Imperatoribus.	ibid.
Efficacia Agnorum ex opere operato.	263
non spectat remissionem Venialium.	ibid.
Elisabethæ Lusitanæ charitas.	444
Elpidophori vestis alba prolata.	347
Emotio mentis curata per Rosas.	496

# Index Rerum,

Emptio vxorum.	279	Euphemia S. miraculum nocte Natalis Domini.	100
Encolpia ceterorum Agnotum. 383. ad alia. 387. 388.		Exarchus Diceceseos, quid.	58
Energumeni, an Rosas horreant.	495	an de omni Metropolitano.	ibid.
Entis, symbolum Christi.	550	quid Rauennæ Exarchus.	59
Enses famosi referuntur, Arturi, Castricoti, &c. 550.		Excellentia, titulus datus Papæ.	59
Enses, viri fortes.	538	Excusationes ad non ieiunandum Quadrag. 502	
Enses sunt sancti viri.	537. seqq.	Excusationes in peccatis contra Sacerdotes. 330	
Ephrata est Bethleem.	606	Exempla Christi potentia.	486
Epicuri cibus vilis ac tenuis.	438	Exempla Sanctorum, quanti.	448. 449
Epiphania comparatio cum Natali Domini. 595.		Exemptionum Religiosorum exempla antiqua. 133	
Epiphania festum, quæ Mysteria recolat. 595		quid de eis S. Bernardus	134
Epiphania, maxima festiuitas.	284	fordent sæpè prauo vsu.	ibid.
Episcopatus quomodo opus bonum.	182	Extensio vocum.	481
Episcopi an omnes æquales. Locus S. Hieronymi.	140		
Episcopi nomen vnde.	55		
quid apud Ethnicos.	ibid.		
Episcopus Episcoporum Papa, & quomodo id per ludibrium à Tertulliano. 56. Hic titulus aliis datus. ibid. Episcopus orbis, Patriarcharum, vniuersalis posterior hic titulus explicatus. 57. eum refugit S. Gregorius. ibid.			
Episcopi an omnes Papæ in sua Dicecesi.	202		
Episcopi, Patres regeneratoorum.	288		
Episcopi, Matres fidelium.	294		
Episcopi Principes.	108		
Episcopis collectis an præsit Pontifex.	146		
Episcoporum dignitas.	113		
Episcopus non potest dispensare in lege ieiunij, sed tantum declarare.	515		
Episcopus sponsus Ecclesiæ.	122		
Epistola ad Demetriadem, est Pelagij.	447		
Equus idem, albus, & rufus.	493		
Equus Zachariæ visus, quid.	ibid.		
Equitum inauguratoorum ritus apud Anglos. 533			
Erafi de carmine S. Hilarij crassum iudicium.	282		
Erafi error, negantis legem ieiunij.	471		
Erafi pro ciborum delectu.	511		
Efuries Christi, post ieiunium duntaxat.	459		
Ethnici à piscibus abstinentes, non à carnibus. 460.			
Ethnici irrisores Christianorum Mysteriorum, ea probant.	258		
Ethnici quomodo fratres nostri.	313		
Eux formatio, figura formationis Ecclesiæ. 274			
Eux matris primæ, & Ecclesiæ matris secundæ differentia.	296		
Eux nouerca.	294		
Eux prima, an typus secundæ	285		
Eux, vita & mater omnium viuentium. Christo & Ecclesiæ accommodatum.	ibid.		
Euangeliorum è collo suspensio.	285		
num licita.	369		
Euangelij mamilla.	311		
Eucharistia, extensio Incarnationis.	278		
Eucharistia gestatio è collo expensa.	388		
Eucharistia, igne consumpta.	380		
Eucharistia intuitu, quanta debita membris reuerentia.	333		
Eucharistia, lac rationabile.	322		
Eucharistia, thesaurus omnis Dei benignitatis.	278		
Eucharistia, qualem ebrietatem inuehat.	323		

## F

Fabij pro Oratorib. futuris sollicitudo.	333
Fabulæ de sanguine Adonidis, sanctificæ.	434
Facere, quid Antiquis.	95
Falsi fratres, spina.	428
Farris spica è naso.	427
Fastigium Maiestatis Apostolicæ, Papatus.	59
Fax, Papa.	ibid.
Felix culpa, quomodo.	498
Ferri explicatio allegorica.	537
Festa brutorum.	421
Festa indicta ad testandam gratitudinem.	334
Festa an ad remissionem.	421
Festum Veneris.	435
Festum Festorum, quod.	284
Fideles dum hic viuunt, semper in vtero.	299
Fides pronuba.	288
Fiducia in Deum ob adoptionem.	308
Figura Christi, quomodo Papa.	59
Filefaci hallucinatio.	459. 968
Filiatio adoptiua Dei, quantum decus.	301
Filiatio Dei, incentiuum vitæ sanctæ.	303
Filij Dei, quandiu habitus vt vernæ.	281
Filij iræ & perditionis.	304
Fili merces fructus ventris, qui.	445
Finis Benedictionis Rosæ.	416. 417
Finis aduentus Christi, desponsatio Ecclesiæ. 273	
Firmamentum Ecclesiæ immobile, Papa.	59
Floralia Romanis, quid.	405
Florem textum viuentium, Patri à Christo oblatum.	443
Flores quasi flores.	406
Flores in formam columbæ.	446
Flores varij, Diis falsi mancipati.	405
item Sanctis.	406
Florum vsus ad varia.	403
etiam Christianis innoxij	ibid.
Flos in Cruce Christus.	493
Flores ex aquis.	340
Flores, coniugij, proles	283. 290
Floriacensium mos in Natali Domini.	598
Fluminum resistentiæ; vt largius fluant.	417
Fluuus Sabathicus qualis.	ibid.
Fluuus corpus nostrum.	433
Fluuus interquiescentium exempla.	417
Fodere apud Hebræos, emere.	279
Feces peccatorum abstergendæ.	334
Fœminæ Rosâ donatæ.	410
Fœminæ molles, Christiani.	502
Fœminæ, quâ ætate exoluantur lege ieiunij.	473.

# & Verborum.

Fœnum de Rosa & Lylio.	431	Gladus Petri, quid.	27
Fœtus de Christo concepti generatio, & educatio.	334	Glirium inedia.	437
Fons dictus Papa.	60	Gloriæ posteriores, quæ.	444
Fontes ac flumina, mammæ terræ.	321	Gloriæ Dominus, nihil vult habere vile.	426
Forma lucidissima fidei, Papa.	60	Granadilla, qui flos.	494
Forma ieiunij, per Ecclesiam statuta.	461	Græcorum Quadragesimæ plures.	480
Formatio Eux, typus formationis Ecclesiæ. 274.		Græci cur Crucem exhiberent media Quadrag.	499
Fortunatus, cui Gregorio dicarit librum.	240	Græci gipsum farinæ immiscentes, quid signent.	237
Forum aut non adeundum, aut citò deferendum.	429	Gratia, lac internum.	317
Fragilitas hominis quanta.	433	Gratia, diuinitas proportionem.	286
Francisca, Ensis est.	538	Gratia pro baptismo.	293
S. Francisci pietas in Natiuitatem Christi.	599	Gratius cur sacra, Rosa.	436
S. Franciscus quod verum nomen habuerit.	538	Gratitudo in Deum, quanti.	334
fuit visus specie ensis.	ibid.	Gratitudo in Deum ob adoptionem.	308
Francorum olim tres Quadragesimæ.	479	Grauditas Ecclesiæ, grauata per fœtus discipulos.	310
Fraternitas pro tota Ecclesia sumitur.	66	Gregorij Lingorensis demortui, facies.	447
Fraternitas omnium fidelium.	310	Gregorius Magnus, quid cereis Agnis addiderit.	344
Frater noster, Christus.	302	Gregorius Magnus, an anterior additamento Quadrag.	470
Frates serò dicti Monachi.	310	Gregorius Nyssenus Pater Patrum.	394
Fraxeria sollicitudinum Regiarum.	429	Gubernatio alterna & breuis, obnoxia incommotis.	211
Fuchsius Apostata, hostis Quadragesimæ.	505	Guido Aretinus Autor libri Dicrologi.	336
Fugia, lætitiæ Dea.	414	Gula fons laborum omnium.	434
Fundamentum fidei, Papa.	61. 62	Gulæ voluptas, spinosa & breuis.	437
Fundatio Ecclesiæ, quando.	281		
Fulgentius Mythologus, quis.	437		
Funiculi disrupti apud Baruch, quid.	435		

## G

Gabrielis Naudæ sensus de licitis medicamentis reiectus.	514
Galea candens, quæ pœna.	555
Galea Pluronis & alia horribiles.	557
Galeorum militarium formæ.	555
Gallia sine hæreticis olim, sed plures deinde protulit.	195
Gaspars de Manty elogium.	151
Gaudium in nocte Natalis Domini sit modestum.	604
Gaudium pro epulis.	421
Generationis nomine, dicta doctrinæ collatio. 286.	
Genethliacorum vanitas.	299
Genœa Metropolis impietatis.	165
Gephyræ Pontificis Thesalia.	96
Gilimeris petitio absurda.	492
Gladij benedicti significatio ex Card. Pol. ex Marcello.	532
ex Sixto IV.	533
de iis iudicium.	536
Gladij vis, prænuncijs calamitatum.	548
Gladiatorum longitudini victi admetiebantur. 543	
Gladus Gedeonis, cuius symbolum.	544
Gladus Satana, Calebus Mahometi successor.	529
Gladus Satana, Antichristus & impij.	ibid.
Gladij benedictio Pontificia, an recens.	530
Gladus à Papa benedictus, an munus purè ciuile.	531
Gladij à Regibus alijs dati, vel missi.	ibid.
Gladus adoratus à Scythis.	540
Gladus nota Imperij.	ibid.
Gladus Christi quos hostes confixit.	543
Gladus mirabilis Aëltheftani Regis Angli. 552	
Gladus Aristotelis, Alexander.	538

## H

Hæres Apostolorum Papa.	63
Hæreses contriuit Ecclesia Romana	46
Hæreses, spina.	428
Hæreses, coniuges Diaboli.	281
Hæretici, Agnorum sacrorum hostes.	369
Hæreticorum baptismus, validus.	292
non pariunt tamen Deo filios.	ibid.
Hæretici, quatenus fratres nostri.	312
Hæretici, dicti Anti-Christi.	185. 186
Hæretici allatratores Romanorum Pontificum.	184
Hæretici Anti-Christi.	186
Hæreticorum capita propudiosa.	188
Hæreticus conuersus viso B. Virg. Immaculatè concepta.	601
Harpocratis Rosa.	495
Hebdomas hebdomadum Quadr. Græcorum. 470	
Hebdomas magna, vnde dicta.	499
est Græcis extra Quadrag.	ibid.
Hebdomas Tyrophagæ, quæ.	483
Hebræi rubus incombustus.	428
Hebræorum ieiunia, qualia.	462
Hebræis quid pinguedo.	323
Helenæ S. opera in Bethleem exornando.	608
Hentici VIII. Angli Schifina.	142
Herba vitens, nostræ euaniditatis symbolum. 432	
Herbas oleatas refugit Palæmon.	498
Herculis fabula infantis desumpta à Prophetis de Christo loquentibus.	571
Herinacens symbolum Christi.	427
Heterogeneis in texta Christi vita.	488
Heteroclitus circa ieiunium.	475
Hexæmeron mysticum.	284
Hierarcha Papa.	64
Hierarchiæ initium à Papa.	158
Hiericunthina Rosa.	446
Hiero	



# Index Rerum,

Hieronymus an æquarit Sacerdotium Episcopati.	114
Hierosolymitana Sedes cur Patriarchalis.	13
quomodo subdita. <i>Cæsareæ.</i>	ibid.
Hierusalem Romana.	442
Hilaria Dea.	445
Hispanorum olim tres Quadragesimæ.	479
Hœdus cum natura humana collatus.	352
Homo, hominum præcipuus & excellentissimus, Papa.	64
Homo duplex, in vno.	286
Homo, quàm nihil.	301
Homo renatus, est quidam Christus.	344
Homo, Rosæ.	414
Homini caducitas.	431
Homini iumentum, caro.	507
Honor maior Sacerdotis, quàm Imperatoris.	164.
Hordeaceus culmus excretus cum aqua pedum.	427
Horoscopus infantium Christi.	299
Hostia sacræ rotunditas.	329
Hortus Ecclesiæ.	406
Hortus Spiritus, Ecclesia.	449
Hofius Cardinalis, ieiunij Quadragesimalis, tenax.	513
Hugonis S. visû in nocte Natalis Domini.	577
Humilitas Christi in Eucharistia.	324
Humilitas Christi infantis.	578.584
noctè nascitur Christus ab humilitate.	580
Humilitas S. Gregorij.	120
Hyemales Rosæ.	487
prænuñciæ pestis.	ibid.
Hyems ante Christum.	406
Hyems horrida, quæ.	449

## I

Iani Cornatij error.	471
eiusdem inscitia & malignitas.	505
Ianitor Cælorum, Papa.	64
Ictyophagi, populi.	510
<i>Iadipsum</i> , solus Deus.	442
Idololatria, fornicatio mystica.	513
Ieiunandi incentiuum, caducitas voluptatum.	439
Ieiunantes in Quadragesima, specialiter ab Ecclesia iuuantur.	515.516
Ieiunia bannita, quæ.	485
Ieiunij bona.	439.505.
Ieiunium castitati opportunum.	507
Ieiunij Hebræorum, termini.	462
Ieiunium ieiunans, reprobum.	518
Ieiunij obligatio, vniuersalis.	473
Ieiunium, cœna absque prandio.	467
Ieiunium quomodo supetnatutale.	502
Ieiunij substantia, quæ.	458.459
Ieiunij solutio, quando facta.	499
Ieiunij Quadragesimalis obseruandi, incertitia.	515
Ieiunium, aduentus in Ecclesia, olim & à pluribus Sanctis frequentatum.	591
Ieiunium minuscule ætatis per Quadragesimam.	314.
IFSV nomen belligerum.	570
Ignatius quibus probris appetitus à Photio.	186.
Ignauia non ieiunantium.	502
Ignauia filiationem Dei admittere tardantium.	302

Ignis internus aqua baptismi restinctus.	291
S. Ildefonsus conceptionem immaculatam defendit.	537
Imbecillitatis allegatio, vna.	502
Immersio olim cur adhibita in baptismo.	291
Imperator exercituum Dei, Christus.	300
Imperatores, Papas honore prosequentes.	162
Imperatorum & Regum edicta Pontifices petitiere ad firmandas Ecclesiasticas leges.	153
Imperij & Ecclesiæ discrimen.	142
Imperatores Episcopis se submiserunt.	143
Inæqualitas dierum ac noctiû prouisa à Deo.	410.
Inauguratio Regis Romanorum, quando.	412
Incarnatio sponfaliis collata.	278
Incarnatio, lectus vmbrosus.	278
Incarnatio signata in Agni generatione.	352
Incarnationis & Eucharistiæ parallela.	276
Inclinationes variæ, pro vario lacte.	333
Inedia longa præ humorum visciditate.	457
Infantes exoluti lege ieiunij.	472.473
Infantes qui ab vtero inter se pugnarunt.	569
Infantes à teneris eruditi ad arma à Scythis & Mexicanis.	569
Infans quid.	578
Infantes Dei, qui.	316
Infantes annosi apud Isaiam, qui.	ibid.
Infantes dicti, qui baptizabantur.	314
Infantes ex vsu Ecclesiæ, qui dicti.	318
Infantia Christiana, per totam vitam durat.	ibid.
Infantium mores descripti.	315
Infirmus, oleribus abstiniens apud Paulum, quis.	511
Infirmi, lege ieiunij liberantur.	472
Inhospitalitas quomodo exagitata à Iuliano.	313
Inimici sunt fratres nostri.	311
amandi.	ibid.
Inimicus domesticus quàm timendus.	507
Inimicus noster, Satanas.	499
Innocentia Christi.	495
Innocentiæ in statu læsiones.	425
Innocentius IV. an autor benedictionis Rosæ.	414.
Innocentius IV. calumniâ grauatus.	411
Insufflatio Christi, quò pertinuerit.	284
Interpres Christi, Papa.	64
Interpretum apud Barbaros officium periculum.	65
Intestinis vis chylifica ineft.	476
Ioannis cor, vt sponsia ad fontem vitæ.	319
Ioannes Theologus in Concilio Florentino, quis.	273
Ioannes, an Caput Ecclesiæ.	222
Ioannes ieiunator arrogat sibi titulum Episcopi vniuersalis.	57
Ioannes Cameronis mors in nocte Natalis, horrenda.	593
Ioannis Philippini abstinentia.	455
Ioannis Vincentini, anathema in Rosas.	440
Iordanis consistentia.	417
Iouis fabula, symbolum futuri Rom. Pontificis.	196.
Ismaël iam grandæuus, cur dictus <i>Puer</i> .	316.
Iudæorum ignobilitas præ Christianis.	302
Iudaici Pontificatus sordes.	211
Iudex, quomodo Papa.	66
Iudices habuerunt nomen Præfulis.	102

Iuliani

# & Verborum.

Iuliani Apostata fabula.	313
Iurisdictionis vsus à Papa.	157
Iustiniani durities victa in Quadrag.	481
Iustinianus Consulit Pontificem in dubiis.	174
Iustus, quadantenus, Deus.	286
Iuuentus perpetua Christianorum.	315

## L

Labor Ægypti, quomodo cessit Ecclesiæ.	282
Labor, mensura fructus.	448
Laborum Medicus, somnus.	420
Lac à matre præbendum.	317
Lac alimentum infantile animorum.	319
Lac doctrinæ, expetendum.	331.319.
Lac B. Virginis in Eucharistia.	332
Lac ex B. Paulo manauit.	318
Lac gypstatum, & aliter adulteratum.	329
Lac mulierem & matrem ostendit.	331
Lac sanguis est defæcatus.	324
Lacer acetum, potus Regum Perfarum.	438
Lacticia verita in Quadragesima.	467
Lactis adeps ad lucernas.	325
Lacte puellæ Virginis nutritus S. Læbertus.	589
Lacus Lucernanus & Dalmaticus.	417
Lætitia argumentum, beatitudo.	443
Lancea Græcorum ad sacrificium incruentum.	298.
Lardum an veterur in Quadrag.	482
Largitas sponfaliis, Christi.	379
Lauacra per Quadrag. cessabant.	474
Lauacrum surgentium è cubili, quorsum.	285
Laudes ieiunij apud Patres.	502
Laus perpetua, vbi.	442
Launoiij paradoxa duo, discussa.	461. & seqq.
Laurea Rosæ.	495
Lectus Crucis.	277
Lectulus vmbrosus, quis.	276
Legati Papæ, quomodo errare possunt in Conciliis.	147
Legati Papæ, quàm infallibilitatem habeant.	218.
Legumina, quatenus assumenda in cibum.	511
Leo I X. quid circa Rosam edixerit.	413
Leo I X. breui marcuit.	432
Leo ex yngue.	2
Leprosæ detersa per Rosam, quæ.	496
Leprosi, Rosæ Paradisi.	490
Lex ieiunium indicens, astruitur.	470
Lex Ecclesiastica circa carniû priuationem per Quadragesimam.	477.478
Lex vetus quando mortua & mortifera.	280
Lex Adam apud Osæam, quæ.	276
Liberio restituto, Fœlix exautoratus.	209
Libertatis nota Pileus.	556
Libertas per Christum.	ibid.
Libra per Virginem, Iustitia per Incarnationem.	300
Lingua Cælorum, Papa.	67
Locum tenens Dei, Papa.	ibid.
quomodo locum tenens Petri.	ibid.
Lucis dies, Baptismi dies.	463
Ludouicus Balbus Conciliarius Papæ.	44
Lumen supremum, Papa.	68
Luna patricia, cur.	300
Luscina, Petrus.	68
Lutheri epitaphium.	195
Lutherus, Papam & Principes profcindit.	187

Theophili Raynandi Pontificia.

Luxuria à turpitudine.	513
Luxus mala.	437

## M

Magni adeunt Bethleem & quæ domus de qua dicitur <i>intrantes domum</i> .	608
Magister orbis, Papa.	68
Mahumetis sudor, Turcis Rosæ.	445
Maieftas, titulus datus, Papæ.	70
Malum punicum, nota populorum adunatorum.	458
Mammæ prægrandes, retortæ in humeros.	329
Mammilla Euangelica.	321
Mammilla spiritalis, Eucharistia.	332
Mandatorum possibilitas.	502
Manna in lacte, quid.	325
Manus hominem paulo manauit, Christus & Spiritus sanctus.	284
Marana & Cyra, mulieres ænea carne.	455
Marchardus, cur Rosæ è spinis.	452
Marcus, quomodo Episcopus Alexandrinus viuentem Petro.	11
Mares lacte abundantes.	311
Margaretæ Scotæ studium pro ieiunio integro.	469.
Margarita Christus.	559
Maria Ægyptiaca, Angelus terrestris.	455
Maria Virgo, Rosæ.	451
Mariæ à Castello cor habuit vniouem inscripsum Natiuitate Christi.	600
Maria, Cælum.	549
Maria Deipara, mater fidelium.	293
Maria, Virginior ex conceptu & partu.	296
Mariæ Deiparæ & Ecclesiæ correspondentia.	ibid.
Maria filia Stiliconis sepulta cum Agni figura.	346
S. Mariæ in via puteus miraculis clarus.	614
Maritus Ecclesiæ, Christus.	275
Maro, quomodo radix Doctorem.	109
Martyres sunt enfes.	537
Martyrium, corona Regia.	429
Mater Ecclesiarum Romanana. 71. hic titulus datus alijs Ecclesiis.	ibid.
Mater festorum, dies Resurrectionis Christi.	284
Mater viuentium, verè Eua secunda.	285
Mater nostra, Ecclesia.	286
Mater à Christo relicta propter coniugem, quæ.	274
Matres non nutrices, quanto probro.	331
Matres nostræ nos ipsi, præ Deo.	295
Matris Ecclesiæ, materna in nos officia.	309
Matrem deprimit, qui Pontificem inhonorat.	167
Matrix quid, 73. dictum de Auibus. ibid. Planctus. ibid. de Ecclesia Romana.	ibid.
Mauri durities victa in Quadragesima.	481
Maximi S. Monachi, clogium.	173
Media nocte surgere ad psallendum, quando incaptum.	592
Medicamentum constantiæ, quid.	286
Medicis pro obseruatione Quadragesimæ.	505
Medicis addici, est Christum abijcere.	508
Medicorum quorundam cauteriata conscientia.	514
Medicis ferè omnes laxatæ Quadragesimæ.	ibid.
Medicus dans syngrapham falsò, quàm peccet.	ibid.

G G g g

non

# Index Rerum,

non iuuat ea syngrapha vtentem.	ibid.	Natalis noui mundi, quis.	281
<i>Medicus</i> , Papa dictus.	74	Natalis Domini festiuitatis elogium.	586
Mel & lac, datum baptizatis.	325	Natalis & resurrectionis Christi comparatio.	594
Melchisedec, Papa.	74	Natalis Sanctorum, mors eorum.	299
Melchitæ, qui hæretici.	145	Natiuitas spiritalis, Deo & Angelis læta.	289
Melitenfes mollissimi.	435	Natiuitas mira pueri.	566
Membrum eminentissimum & primum vniuersalis Ecclesiæ, Papa.	75	Natiuitas Christi, dies Solis.	567
Mendacia Medicorum.	514	Naturæ vires.	502
Mensa Ecclesiæ collata præsepi Bethleemico.	298.	Naturæ Christus in spelunca.	605
Mensa Eucharisticæ & præsepi Christi affinitas.	581	Naues Hebræorum exportantes, ventri collatæ.	437
Mentis emotæ remedium.	496	Nauicula Petri quomodo etiam Arca Noë.	77
Mersio & emerfio Agnorum cereorum, quid notet.	344	Nazaræus, floridus.	405
Metropolis festorum, dies Christi nati.	284	Necessitatis filij, qui.	491
ibid. dies Pentecostes.	ibid.	Necessitas medijs, baptismi, quando excepta.	280
Metropolis, quid.	75	Neophytorum vestes albæ olim seruabantur.	338
Murus contra hæreses, Papa.	77	Neophyti Tunquinenfis, alacritas.	448
Michaël Balbus Imperator salutatus nocte Natalis Domini.	593	Nicolai de Saxo, Heluetij, sanctitas.	456
Militis Christiani initiatio alia quàm Mitheorum.	618	Nili inundatio aptata Christo.	566
Miracula facta in Christi Natiuitate.	588	Niniuitarum ieiunium.	485
Miracula per cereos Agnos.	465 & seqq.	Nitor Christi in cruce.	493
Moderator Sedis Apostolicæ, Papa.	75	Nobilitas infantium Christi.	300
Mollitudo vigor antiquus Quadragesimæ.	482	Noctæ Natalis cur benedictus Gladius.	532
Monarchiæ Temporalis comparatio cum Ecclesiastica.	127	Noctis partes.	548
Monachis propriū factum nomen fratrum.	310	A nocte olim tempus computatum.	563
Montalium cucullus.	316	Noctis commoda.	418
Mons Lactarius.	324	Noctis quomodo Papa.	77
Mons pinguis, Christus.	ibid.	Nomina sacramenti Confirmationis.	290
Monstrum quid, & vnde.	203	Nomen occultans, autor suspectus.	261
Monstrum esset Ecclesia si multiceps esset.	204	Nomen Petri non sumunt Pontifices, & suum mutant.	228
Monstri bicipitis descriptio.	ibid.	Nomina à festis sumpta.	603
& 205. an in eo plures animæ.	205	Noberti S. prudentia.	503
Montani tres quadragesimæ.	479	Nouale, quid.	416
Morbi à luxu.	437	Nouæ deuotiones timendæ.	271
Morbi quorundam brutorum.	510	Nouatores scruta antiqua inquirunt apud auctores sacros.	233
Mores paruulorum, mysticè expensī.	316	Nouerca nostra, Eua.	294
Mornæ error de origine Agnorum cereorum, & Rosæ Medianæ.	374	Nox à Christo sole pulsa.	563
Mors sancta Religiosi in nocte Natalis Domini.	597	Nutricis bonæ, quanta commoda.	333
Mors obstetrix nostra.	299	Nutritor Ecclesiæ, S. Paulus.	318
Mors defluens Siracidæ, quæ.	433	Nutritor Ecclesiæ, Papa.	77
<i>Morior</i> , verbum indeclinabile.	440	Nutrix infantium suorum, Christus.	317
Mortui sancti officiosè assurgunt alijs.	225	Nutrix quomodo Romana Ecclesia.	78
Moschorum Quadragesima.	479.480		
Moschata Rosa absque spinis.	425		
Moyfes autoritate, Papa.	75		
Moyfes, an Pontifex cum Aarone.	221		
Mulstra nascentium in Christo.	326		
Mulhufini Lutherani conuersio.	187		
Mundi noui creatio.	284		
Munera Pontificia, varia.	410		
Muræculæ aureæ, quid.	414		
Mutices in foro Romano, cur.	429		
Muritæ concitatio in Elpidophorum.	338		
Mutatio factorum, rituum, mala.	415		
Mysterium Dei, an Agnus cereus.	378		

## N

Nabuchodonosor, Satanæ typus.	491
Nabufardam origo malorum, gulam.	492
Nascens Christus doctor.	583
Nascimur moriendo.	299
Natales Principum.	335

Natalis Domini festiuitatis elogium.	586
Natalis & resurrectionis Christi comparatio.	594
Natalis Sanctorum, mors eorum.	299
Natiuitas spiritalis, Deo & Angelis læta.	289
Natiuitas mira pueri.	566
Natiuitas Christi, dies Solis.	567
Naturæ vires.	502
Naturæ Christus in spelunca.	605
Naues Hebræorum exportantes, ventri collatæ.	437
Nauicula Petri quomodo etiam Arca Noë.	77
Nazaræus, floridus.	405
Necessitatis filij, qui.	491
Necessitas medijs, baptismi, quando excepta.	280
Neophytorum vestes albæ olim seruabantur.	338
Neophyti Tunquinenfis, alacritas.	448
Nicolai de Saxo, Heluetij, sanctitas.	456
Nili inundatio aptata Christo.	566
Niniuitarum ieiunium.	485
Nitor Christi in cruce.	493
Nobilitas infantium Christi.	300
Noctæ Natalis cur benedictus Gladius.	532
Noctis partes.	548
A nocte olim tempus computatum.	563
Noctis commoda.	418
Noctis quomodo Papa.	77
Nomina sacramenti Confirmationis.	290
Nomen occultans, autor suspectus.	261
Nomen Petri non sumunt Pontifices, & suum mutant.	228
Nomina à festis sumpta.	603
Noberti S. prudentia.	503
Nouale, quid.	416
Nouæ deuotiones timendæ.	271
Nouatores scruta antiqua inquirunt apud auctores sacros.	233
Nouerca nostra, Eua.	294
Nox à Christo sole pulsa.	563
Nutricis bonæ, quanta commoda.	333
Nutritor Ecclesiæ, S. Paulus.	318
Nutritor Ecclesiæ, Papa.	77
Nutrix infantium suorum, Christus.	317
Nutrix quomodo Romana Ecclesia.	78

## O

Obedientia debita Pontifici.	168
Obligatio rubricarum quarum.	405
Oblocutiones de Sacerdotibus, quàm malæ.	330.
Obstetrix nostra, mors.	299
Oceanus lacteus, baptismus.	327
Octaua Paschæ, festum baptismi.	336
Octiduum à susceptione baptismi, olim festiuum.	346
Oculi Ecclesiæ, cur lacte loti.	321
Oculis salubritas à Rosa.	496
Oculus Ecclesiæ, Papa.	78
Odium corporis iustum.	507
Odorem Rosarum auersantes.	489
Odor suauissimus, charitatis Christi in cruce.	495
Oecumenicus in suo orbe quomodo dictus.	
Pat. C. P.	89
Officia nostra in Ecclesiâ, ob adoptionem.	309
Officia nostra in Deum, ob adoptionem.	307
Officina medica passionum nostrarum, quæ.	496
Officium Dominicæ Medianæ, quale.	441

Offi

# & Verborum.

Officium mundi Ecclesiastici.	284	Papa, quod nomen, 80. datum omnibus sacerdotibus & Episcopis.	81.38
Olerum vsus salubris.	510.511	Papa non est caput solū ministeriale Ecclesiæ.	137
Oleum immutans carnem, falsi quodnam.	511	nec est caput iure Ecclesiastico, sed diuino.	138.139.
Oleum lætitiæ, quid.	423.487	Papa cur non vtatur baculo pastorali.	139
Oleum à quo additum cercis Agnis cum Chrismate.	344	Papæ quomodo subditi Episcopi autoritate imperiali.	139
Olimpiadis factum de ense quo Philippus interfectus.	540	Papæ æstimatio apud Turcas.	112
Olympij Monachi, cur se hic cruciaret, sapiens dictum.	517	Papæ qui post assumptionem Abbatias aut Episcopatus retinuerunt.	11
Omentum præsepe concupiscentiæ.	516.	Papa loquens ex Cathedra, non potest errare.	148
<i>Omnis</i> quid in Scriptura.	221	Papa quomodo Vicarius S. Pauli.	244
Onuphrius de sine Agnorum cereorum, discussus.	362	Papa supremus Legislator.	153
Operimentum sacre ceræ, an illicitum.	383	Papa Imperator Christianus.	423
Ophthalmica vis Rosæ.	496	Papæ Etymon <i>Pont.</i>	81.85.
Optatius modus, pro coniunctiuo, cur.	432	Pappazo.	83
Optatus an rectè allegatus pro cercis Agnis.	345	Papa, nomen Iouis.	82
		Pappas auus.	83
Opus naturæ, opus intelligentiæ.	414	Papæ nomen an recusatuerit S. Alexander Alexandrinus.	83
Oratio Dominica, tantum propria fidelium.	292	<i>Pappam</i> , Custodis officium.	81
Oratio Theologi in sancta lumina, de quo argumento.	337.	Papilla spiritalis Eucharistica.	332
Ordinatio SS. Basilij & Ambrosij, cur colatur in Ecclesia.	179	Papillæ nomen honorificum Catholicis.	188
Ordo Romanus, quàm antiquus.	375	Parabolæ non accommodandæ minutissime.	275
Organa non pulsantur à Septuagesima.	492	Paradisus voluptatis Virgo Maria.	614
Organa semel tantum pulsanda per Quadragesimam.	423	Parodia solis Christi Christianis.	567
Originale peccatum, spina cuique confixa.	425	Parochus non potest dispensare in lege ieiunij.	515.
Ornamentum, nomen cæli.	449	<i>Participatio in idipsum</i> , quid.	442
Ornamentum festorum, dies Ascensionis.	284	Partus doloris concepti.	436
Os de ossibus Christi, Ecclesia.	274	Partus spiritalis & carnalis, discrimen.	294
Os vnicum ciborum ostium.	476	Paruulus malitia & sensu, quis.	315.317.
Os Apostolorum, Petrus.	79	Pascha, Rex dierum.	284
Osculatio pedum Pontificis ob crucem, & mos antiquus.	120	Pascha <i>Annoianum</i> , quod.	336
Osculatio pedum Pontificis à Nobilibus & Principibus.	162	Pascha <i>clausum</i> .	ibid.
Ostiarius Christi, Papa.	79	Pascha <i>floridum</i> , siue <i>petitum</i> .	ibid.
Osuminus Angliæ Rex, quàm obediens Pontifici.	170	Pascha <i>amauerisarium</i> , quod.	ibid.
Othonis Imperatoris durities victa per Quadrag.	481	Pascha cur additum baptismi.	340
Otiuitas, spinarum ferax.	426	Pascha pro quadragesima.	408
Oua exclusa in Quadragesima.	467	Pascha Rotatum, quid.	412
Oues & Agni <i>Ioannis</i> 21. cur discriminati.	346	Pascha, pro quolibet magno festo.	591
Ouis, quomodo Petrus & Papa.	80	Pascha, Pentecostes complementum.	340
Ouis, cuius nota.	352	Paschalis Agnus, typus Christi.	353
Ozeæ coniugium cum fornicaria, quorsum.	285	Paschatis & Pentecostes nomine, quid intellegendum.	340

## P

Palemon crucis Christi memor.	498	Pater noster, speciali titulo Christi.	287
Pallium sumitur de corpore S. Petri solū.	228	Pater, multis modis Papa.	86
Pallium Antistitum, ex Agni lana.	355	Patres quanti sunt in Ecclesia.	180
Pallium concessum Episcopis à Papa, quod symbolum.	158	Patres, quomodo citandi.	235
Pandora, Christus.	406	Patres, ieiunij Encomiastæ.	502
Pane abstinentes, aliqui sancti.	454	Patres S. Spiritus Conciliatij.	419
Panes ex piscibus.	510	Patres pro solo Petro Pont. à fol.	240
Panis imago Christi nascentis.	546	Patres varij fidelium.	288
Panis hordeaceus, quid significet.	547	Patres Ecclesiæ, qui.	238
Pane hordeaceo qui Sancti victitarint.	ibid.	Patriarcha, quid signet. 88. Patriarcha Oecumenicus quomodo tributum P. Constant. ibid.	
Panis Regius ex sicibus & terebintho apud Persas.	438	Patriarcha Hespericæ quomodo Papa.	89.104
Panis subcinericius & hordeaceus Christi symbolum.	547	Patriarcha Hierosolymitanus, an prior esse debet Romano.	141
Pantheræ venatio.	489	Patriarchæ dicti primates.	13
		Patriarchæ omnes errarunt præter Rom.	151
		Patriarcharum diuisio ex Concilio Chalcedonensi.	103
		Patrum corruptores & truncatores Hæretici.	237

Theophili Raynandi Pontificia.

# Index Rerum,

Patrum autoritas, quanti.	232	Petrus à Luxemburgo, carnes in Rosas vertit.	444
iis perperam vtuntur Nouatores.	233	Petrus viuit in suis successoribus.	19
Patrum autoritas Magna.	129	Petrus Episcopus Episcoporum.	346
Patrum gaudium ex Christi prænotione.	490	Phylacteria.	358
Paulus an Petro par in Sede Romana.	19	Philippus Mornæus, mendacij reuictus.	414
Paulus quomodo prælatus Petro.	21	Philosophi, Patres antiquorum.	286
Paulus an Petro iam Pontifici adiunctus Pontifex.	218	Philoxeni votum insanum.	438
Paulus quomodo monuerit Petrum.	216	Pictura Agnorum, num licita.	382
Pauli laudes à Patribus.	ibid.	Picturæ Christianorum, specie Agnorum.	347
Paulus an Romæ Episcopus, & quomodo dictus ab Epiphano.	245	Pileus naturalis nascentium.	555
S. Paulus non fuit caput Ecclesiæ.	213	Pileus rubeus Cardinalibus primùm collatus nocte Natalis Domini.	602
Paulus, cur profectus ad Petrum.	214	Pisces spirituales.	383
Paulus Rosa Ecclesiæ.	452	Pisciculi, Christiani.	290
Paulus, torus vber.	318	Pisces sanum alimentum.	510
Paulus, mater fidelium.	294	Piscium abstinentia in Quadragesima.	475
Paulus quomodo Vicarius Christi.	244	Piscinæ ad Baptisimum impletæ tempore Paschatis.	340
Pauli vox amatoria, quæ.	498	Piscis Christus Xiphias.	520
Pauli ceruix, cur lacte manans.	319	Pisinnus Papa, quid.	80
Paulo quomodo data claus.	243	Placidia, quanta accepit à sponso Astaulpho.	279.
Paulo cur caput abscissum.	259	Plantæ multipliciter insitæ, ac variè frugiferæ.	518
Pauper quilibet Vicarius Christi.	125	Plantæ spiritus oppletum Heraclij Presbyteri.	428
Peccata, fordes.	326	Plumbea vestis S. Edmundi.	481
Peccator fit Dæmon.	286	Pœtæ qui cecinerint Natalitia Christi.	603
Peccatoris degenerantis, iniquitas.	303	Pœtarum de Rosa fabulæ.	494
Peccatum quomodò à verbo susceptum, ex Chrysologo.	308	Polygamia cur per Christum abolita.	274
Peccatum gestantis cereum Agnum, an grauius.	389.	Pœna comedentium carnes in Quadragesima.	460.
Peccatum spina.	426	Pœnitentia balneum lacteum.	327
Pentecoste, princeps festorum.	284	Baptismus laboriosus.	ibid.
Pentecoste, tempus nuptiarum Christi.	280	Pœnitentia baptizandorum.	291
Pentecoste noui mundi Natalis.	281	Pœnitentiæ opportunitas, quantum beneficium.	333
Perfectio de Confirmatione.	290	Pœnitentiæ publicæ causare possunt scandalum.	266
de baptismo.	ibid.	Pons animarum, Papa.	94
Periapta.	318	Pontifex Maximus, nomen Papæ.	95
Perfectio Sacerdotij, Papa.	89	Etlymon.	ibid. seqq.
Personæ Diuinæ, flores.	407	Pontifex, nomen summi periculi.	182
Peruigilij sacri modus.	423	Pontifex consulendus in ambigulis circa fidem & mores.	173
Petra & Petrus, Papa.	90.91	Pontifex, Index controuersiarum fidei.	162
Petræ notio.	91	Pontifex incertus, subest Concilio.	147
Petri & Pauli autoritate cur Pontifices aliquid mandent.	223	Pontifex, an in omnibus debeat aduocare Concilium.	263
S. Petri Tituli qui communes omnibus Pontificibus.	4.5	Pontifex adhibere debet diligentiam ad pronuntiandum.	150
eius prærogatiua supra Apostolos, an à solo primatu uocationis.	5	Pontificatus Romanus, spinis obtusis.	429
eius successores quid possint in Apostolos & eorum decreta.	ibid.	Pontifices, Quadragesimæ obseruatores.	474
S. Petri nomine, cur omnia agant Papæ.	126	Pontifices qui dicuntur errasse, purgantur.	151.
Petri à Morono asperitates.	456	Pontifices in minimis consulti à Regibus, & à doctis uiris, & à Sanctis.	175. & seqq.
Petri Fabri acroama.	496	Pontifices si prauis essent à quo emendandi.	156
S. Petro uiuenti ædificata Ecclesia.	12	eos aliqui monuerunt.	ibid.
Petro patrem potestatem habet Pontifex.	135	Pontifices pro Episcopatu Romano S. Pauli.	225
Petrus habuit Sedem Romæ.	9	Pontifices in suis omnibus scriptis non irtractabiles.	136
Petrus quaquauerfus in Occidentem præsertim discipulos misit.	16	Pontifices in facto errantes retractarunt dicta.	152.
Petrus quomodo autor dignitatis Episcopalis.	157.	Pontifici honos habitus à Christo & Paulo.	169.
an ordinauerit omnes Apostolos.	ibid.	Pontificibus doctiores, eos tamen in fidei doctrina consulere.	16
Petrus solus caput Ecclesiæ ex Patribus.	248		
Petrus ex Scholasticis.	250		
an Doctores Parisienses pro hoc errore.	256		
plures contra.	257		
Petrus electus Pontifex cum esset peccator.	177. 180		
Petrus etiam Apostolus Gentium.	221		
Petrus cur Crucifixus.	259		
Petrus Paulo superior in Ecclesia.	215		

# & Verborum.

Pontificis Romani officium.	181
eius sollicitudines.	182
Pontificis Romani dignitas ueneratione digna.	160
Pontificis Romani Tituli, alphabetico ordine, à fol.	29
Pontificis iurisdicctio in quacumque sacras personas.	146
Pontificium, quid.	95
summus Pont.	99
Pontificum Romanorum contemptores puniti.	166
Pontificum Romanorum uita miseris scætet.	36
Pontificum errata quædam non docentium Christianos.	148
Pontificum munera multiplicia.	410
Poppæ balneum lacteum.	327
Populus acquisitionis, idest emptus.	279
Populus recens, ac nouus, quis.	346
Porphyrius Petrum uocat Pauli superiorem.	258
Porphyrogeniti, Christiani.	287
Portus naturæ, somnus.	420
Portus salutis, Papa.	100
Posca, quis potus.	454
Preces communes quanti sint.	516
Præcentor fidei, Papa.	101
Præco supremus Ecclesiæ, Papa.	ibid.
Præceptum Quadragesimæ à quo latum.	471
Prædicatores, orbis mammæ.	321
Præsentibus, quomodo Rosa data.	410
Præsul Salyorum.	102
<i>περβέτα</i> , quid.	104
Prima Sedes Romana.	118
Prima Sedes à nemine iudicatur.	155
Primas Diæceseos quomodo Romanus Pontifex.	103
Primatus Papæ.	91
Primpilus Christianæ militiæ, Papa.	102
Primatus Petri.	105
Princeps quomodo tributum nomen Papæ.	106.
Probatio reliquiarum per ignem.	379
Prodigia Christi nascentis quæ commentitia.	589.
Proles, flos coniugij.	283
<i>πρωτόγενitus</i> , quid.	241
Propugnator ueritatis, Papa.	108
Prouisor summus Ecclesiæ, Papa.	ibid.
Prunuli spina, fructificans.	427
Puellus pugnat pro innocentia Reginæ Angliæ.	573
Pueri & mulieres bello Christiano aptæ.	615
Pueri centum annorum.	316
Puerorum exercitus.	573
Puerorum probatio apud Germanos & Britannos.	574
Puerperium fidelium, simul cum conceptu.	292.
Puerperij Ecclesiæ nitor.	296
Pulchritudo sponsi Christi, eximia.	282
Pulchritudo corporeæ per Baptisimum.	383
Pulchritudinis corporeæ caducitas.	436
Pulli Dei, qui.	346
Pullus intra testam, an uetus, ubi fas est ouis uesci.	460.461
Pulsis resurrectionis, quis.	446
Purpura, index curatum.	429
Purpurei flores, Rosa.	444

Q

Quadragesima in ieiunij Quadragesima.	469
Quadragesima, an à teloneo.	472
Quadragesima corpori aliquatenus noxia.	509
sed & utilis eidem.	ibid.
Quadragesima cur uere.	489.490
Quadragesimæ exornatores.	502
eius fructus.	516
Quadragesimæ tempore auctæ asperitates.	456
Quadragesimæ tempus, dictum Paschale.	409
Quadragesimalis ieiunij incontinentia varia.	4.4
Ex caducitate uitæ, & breuitate uoluptatum gulæ.	ibid.
Ex Christi ieiunantis exemplo.	486
Ex Christi in cruce perpeffionibus.	493
Ex satietate ieiunantibus in cælo rependenda.	441
Ex recordatione damnorum uiolationis ieiunij per Adamum.	490.491
Ex Sanctorum exemplis.	446
Ex singularibus & communibus uariorum exemplis.	458.459
Ex uanitate prætextu uiolationis Quadragesimæ.	501.502
Quadrupedum esus, negatus Monachis.	459
460.	
Quæstiones Morales de Agno cereo.	379
Quæstor cælorum, quomodo Papa.	108
Quando conscribantur Agni cerei.	345
Quando olim collatus Baptismus.	340
Quantitas in cereo Agno, non attendenda.	350
Quantitas certa in altari, cur exigatur.	351
Quantitas gloriæ Sanctorum, unde pendenda.	445.
Quercus pro Rosa, per Sixtum III.	407
Quercetanus, male notatus.	446
Quietis commoda.	416
Quietis interpositæ necessitas.	420.421
Quomodo finit, siue zif, de quouis nostrate bono.	423

# R

Rachel, figura Ecclesiæ.	282
Radegundis Reginæ, asperitates.	457
Radix Iesse, quæ.	493
Radix Catholicæ Ecclesiæ, quomodo Rom. Pont.	109
Rauennas Episcopus tentat excutere Iugum Pontificis.	146
Recreatio necessaria.	415
Rector Papa, quot modis.	109
Redeuntibus à Pontifice quantus honor habitus in Æthiopia.	164
Refectio bina in die, apud Græcos & Rom.	467
Refugium commune, Papa.	109
Reges impij, Pontifices honorant.	162
Reges stratoris uice fungentes Rom. Pont.	162
Reges lege ieiunij astringuntur.	474
Reges Rosa donati.	410
Regiæ dignitatis caducitas.	431
Reges qui facti à Pontifice Romano, 100. eum in spiritualibus superiorem agnoscent Reges.	112
Reges scribunt Pontificibus cum reuerentiâ.	167
Reginaldi Poli sententia & scriptum ad Angliæ Reges de Gladio & Pileo benedictis à Pontifice.	532

# Index Rerum,

Regnum spirituale Papæ.	112
Regum officium, miseriarum plenum.	183
Regum officium.	532
Regum spinæ.	429
Religiosi milites.	616
Reliquiæ Ethnicismi in Christianismo.	371
Reliquiarum contactus, an Laicis illicitis.	384
Reliquiarum gestatio in annulo, an improbanda.	345
Resurrectio mystica, Baptismus.	338
Resurrectio Domini mater festorum.	284
Resurrectio nostra, duplex.	340
Resurrectio in sinuata in Rosa.	446
Retractari potest ab aliis tractata materia.	197
Reuerentia vestra, titulus datus Papæ.	174.183
Reuocanda opinio erronea.	264
Rex, quomodo nomen Pontificis.	110.113
Rex gloriæ Christus, quomodo.	282
Rex dierum, Pascha.	284
Rex Regum, quomodo Papa.	111.112
Rex Romanorum, quando inauguratus.	412
Rhamni spinæ, quid noent.	429
Rhamnus, symbolum Castitatis.	397
Rhinoeros Christi symbolum.	615
Rhododendron.	495
Rhodos Rosa, à fluxa & cito marcore.	430.431
Ritus maiores, quinam.	415
Ritus facti, optimè excogitati.	414
Roberti de Abruscillis, pieras.	488
Robertus à Prato, vegetior post pestem.	503
Robertus Licius Concionator Miles.	573
Robur Ecclesiæ, Papa.	113
Rochettum gestarunt Imperatores Const.	145
Rochi Martini casus.	427
Rodericus à Castro, reiectus.	514
Romæ elogia, Papæ tributa.	41
Roma, Vibs æterna.	84
Rosa amorem conciliat.	435
Rosa ante peccatū, quomodo absq; spinis.	283
Rosa, symbolum beatitudinis.	444
Rosa absque spinis.	425
Rosa, cur Regina dicta.	452
Rosa, flos simpliciter dictus.	424
Rosa, lætitiæ symbolum.	423
Rosa, nomen proprium quarundam sanctarum.	450
Rosa passionalis, quæ dicta.	494
Rosæ aureæ forma. 408. pretium.	ibid.
Rosæ aureæ compactio & mysteria.	486
Rosæ effectus.	496
Rosæ & hominis analogiæ.	424
Rosæ exceptio cuiusmodi.	411
Rosæ à summis Pontificibus, Ducibus, Imperatoribus, Regibus missæ.	410
Rosæ Hierichuntinæ Natali Domini florentes.	589
Rosæ elogia.	452
Rosarium, typus vitæ Christi.	494
quando & à quo excogitatum.	ibid.
Rosarum varietas.	458
Rosarum vsus ad condimenta & lautitias.	443
Rosmundæ in maritum vltimo.	440
eiusdem epitaphium.	451
Rubrica quatenus obligent.	414
Rubus Mosaycus, imago Incarnationis.	487
Rubus Rosaceus, omnes mortales.	426
Rusticus fimo sabeluatus.	453
Ruth, Ecclesiæ typus.	282
Ruthenorum Quadragesimæ.	480
Ruereæ familiæ insignia.	408

## S

Sabata, vestis alba Neophytorum.	338
Sabathicus fluuius.	417
Sabathum in celo.	443
Sacerdotes honorandi.	164
Sacerdotes, vaccæ spirituales.	328.331
Sacerdotes, matres fidelium. 294. & nutritæ.	308
Sacerdotes, Præsides ac Reges.	331
Sacerdotis nitor, quantus esse debeat.	339
Sacerdoti quanta debeantur.	330
Sacerdotij perfectio, quis titulus Papæ.	90
Sacerdotis honor, maior quàm Imperatoris.	164
Sacerdotis spurci pœna.	590
Sacerdotium an cum Regia dignitate coniungendum.	142
Sacerdotium pro Episcopatu.	114
Sacerdotum Ethnicorum, Ismaelitarum & Tartarorum honores.	164
Sacerdotum in honoratio quale crimen.	165
Sacramenti penitentiae vtilitas.	37
Sacramentum magnum apud Apostolum, quod	274
Sacrificia ex bobus argillaceis.	363
Sæculares principes qui sibi vendicarunt titulum capitis Ecclesiæ.	142
Sagimen an vetitum ieiunantibus.	485
Sal libidinem ciet.	508
Sal Ecclesiarum, Papa.	114
Salis encomia.	511
Salita alimenta quibus commodent.	ibid.
Saltatio per vnum annum in pœnam saltationis tempore sacri Natalis Domini.	590
Salus pro baptismo.	295
Samuel iudicatu, Papa.	115
Sanctitas Pontificum exoratu S. Petri.	116
Sanctitatis titulus, Papæ datus.	37
Sanctitatis nomen, Papæ tributum.	115
Sanctificare ieiunium, quid.	518
Sancti in celo flores amaranthini.	406
Sancti, militantis Ecclesiæ, flores.	ibid.
Sancti, Rochæ.	449
SS. Francisci & Ignatij mater parere voluerunt in stabulo.	602
Sanctus nomen datum Imperatoribus.	87
S. Cyprianus asper in Pontificem, & quid de hac controuersia.	167
S. Romanus viso Cœlesti accipit facultatem scribendi hymnos.	587
S. Stephanus Hungaricus, dictus Apostolicus, & crucem prægestari sibi iussit.	32
Sanguis & lac differunt solis qualitatibus.	327
Sanguis Agni, facit cognatos, omnes mortales.	313
Sanguis Christi, gemma carbuaculata.	277
Sanitatem iuuat ieiunium.	504
Sanfouinus, qualis autor.	413
Sapient, 18. locus, Christo accommodatus.	549
Satan in Quadragesima infestior.	312
Satan, possessor non Dominus hominis.	491
Satan victus cruce.	543
SS. Sauiiani & Potentiani visum in nocte Natalis Domini.	597
Saxum immobile, Rom. Pont.	116
Scandaluca, flos exhibens passionē Christi.	494
Scarabæis infestæ Rosæ.	453
Schisma quale peccatum. 170. damna huic peccato adiuncta.	171
Schismatici, fratres nostri.	312
Schola Apostolorum Ecclesiæ Romanæ.	117
Scholæ nomen, vnde.	421

Scien

# & Verborum.

Scientia, puteus.	476
Scintillæ duratio, vitæ cursus.	440
Scoti circa dies ieiunij errantes.	469
Scripturæ sacræ obscuritas.	530
Scripturæ rationes omnes, an ineluctabiles.	536
Scuta antiqua, cuius formæ.	554
Secessio per Quadrag.	481
Secundæ res, quæ dicantur.	444
Secundinæ sanctæ infantium Dei.	332
Sedes Episcopales, an data: solum ob vrbium celebritatem.	13
Sedes Romana quomodo Petri & Pauli.	246
Sedis Romanæ encomia.	117
Sedis Romanæ contemptus, vltio.	165
Semen dæmoniacum.	286
Semen è quo procreantur filij Dei.	278
Semen diuinum.	288
Semi-Christus, Hæreticus.	186
Senes etiâsi vegeti, lege ieiunij exsoluuntur.	475
Sepulchra, Rosæ resperfa.	445
Septenarius, numerus quietis.	443
Septidua ieiunij intercisio, qualis.	469
Septuagena captiuitatis Babylonicæ, typus nostræ.	490
Serenitatis titulus, tributus Pont. & alijs.	119
Sertum Sanctorū siue fasciculus viuentū.	406
Seuorum festa.	421
Seruus seruorum Dei, Titulus Rom. Pont.	119
vsurparus à S. Gregorio contra Ioannem ieiunatorem.	ibid.
Sybilla mulier Tolosana, à ieiunio validior.	504
Siccatio fluuij, mors.	433
Sigillum Domini, quod.	290
Signaculum Zodiaci Christiani.	291
Signifer noui Testamenti, Papa.	120
Silentium, passio Christi.	495
Silentium tota Quadrag.	482
Silentij symbolum.	562
Siloë aquarum, fluxus intermissus.	417
Simeonis Stilite ieiunium.	455
Similitudines, quatenus admittendæ.	386
Simplex, Papa.	80
Simulata pro veris, in sacris Ethnicis.	363
Sol, Papa.	120
Sol inclusus in carcere.	564
Solis ortus, Natiuitas Christi.	562
Sollicitudines, spinæ.	427
Solidamentum cibi, quæ doctrina.	320
Somnus, morbi similitudo.	323
Somnus, portus naturæ.	420
Somni commoda.	419
Somnus cum cordis vigilia.	323
S. Sophia Templum cœlum terrestre.	172
Sordes in Christiano puerperio, nullæ.	296
Soror & coniux Christi, Ecclesia.	274. 275
Species Eucharistiæ, panni Christi.	298
Spectacula æterna.	449
Specularum summus, Papa.	121
Spes, sanguis fidei.	286
Spes vna apud Petrum, quæ.	342
Spica farris è naso.	427
Spina in manu temulenti.	439
Spinæ coniugiorum.	283
Spinæ in statu innocentia, annoxiæ.	425
Spinæ intelligibiles, peccata.	426
Spinæ hominis ab extrinseco.	428
Spiritiosis factum cum hospite expensum.	463
Spiritus Hebræis, fæminini generis.	293

Spiritus, aqua & sanguis, quid.	187
Spiritus S. Mater fidelium.	293
Spiritus S. procurator in nuptiis Christi.	280
Spondifex an etymon Pontificis.	96
Sponsa Christi ab initio.	281. 282
Sponsa Christi Ecclesia.	273
Sponsa Christi, quomodo nigra & formosa.	282
Sponsa Ecclesia, cur potius quàm vxor.	275
Sponsalia & coniugium comparata.	277
Sponsalia Verbi, Incarnatio.	278
Sponsus & sponsa, pro coniugibus.	275
Sponsus Ecclesiæ, Papa, quomodo.	122
Stabularia cur dicta S. Helena.	609
Sterilitas secuta in terris Pontifici inobediens.	166
Sterilitas, opprobrium coniugij.	283
Stephanus, Rosa charitatis.	452
Stercorationis commoda.	417
Sterquilinum peccati.	326
Strata sanguine Christi tincta, via crucis.	489. 490
Stulti aduersus ætatem.	316
Subrogatio viciorum improbara.	329
Succesor S. Petri quomodo Papa.	123
Succidia porcina, vetatur in quadagesima.	482
Summi Pontificis nomen, tributum Episc.	99
Summus sacerdos, quilibet Episcop. dictus.	114
Superbia, ablationis mysticæ causa.	330
Superbia in apparatu gulæ.	438
Superbia amuletum, passio Christi.	496
Supplementum costæ ossæ, cuius figura in Adamo.	274
Surculi spinosi, è stomachi ore germinatio.	427
Symbolum cur Romæ non cantaretur post Euangelium.	151
Syngraphæ Medicorū, quanti esse debeant.	514
Synodus Quinisexta, siue Trullana, qualis.	357

T

TAbulis coniugalibus subscribebat Episcopus.	277
Tarasius Patriarcha Oecumenicus, an dictus ab Adriano Papa.	89
Tempestates anni mysticæ.	426
Templi consecratio, typus sanctificationis animæ.	335
Templi & spelunçæ Bethleem, collatio.	298
Templorum Encœnia, etiam ante Christum.	ibid.
Tempora baptisimi solemniss, Pascha & Pentecoste.	349
Tenebræ pulfæ à Christo.	565
Tenebræ exteriores, quæ.	421
Tentatio gulæ in Præmonstratensi.	503
Terra, mater nostra.	310
Terra lacte & melle manans, S. Paulus.	319
Tertullianus, scabro vit ingenio.	305
Thalamus Christi, quis.	276
Thelephorus an Author Quadragesimæ.	471
Theodorus Siceota, cur Rosa è spinis.	452
Theodorus Studita addictus Papæ.	123
Theodosij I V. sepulchro inscripta sanitas.	508
Theodosius infans libellum offert Patri ad construendum templum Matnam.	573
Theaurus supernarum potestatum, quomodo Romanus Pontifex.	123
Tiara Papæ, cur triplex	160
Tituli forma quomodo dictum de Papa.	60
Titulus Crucis Christi.	405
Tonsio in periculo mortis.	555
Tonsura Agni Christi, quæ.	353

Tran



# Index Rerum, & Verborum.

Tranquillitatis titulus, cur datus Regibus.	119	Virginitas Ecclesie, coniugio cum Christo.	275
Tria sacra tantum in Natali Domini.	590	Virgo Christus mundum superat.	614
Tria, pro salute.	293	B. Virgo cur potius <i>θεοτόκος</i> , quam <i>χριστοτόκος</i> .	167.
Tribulatio carnis, quæ.	48	Virgo Rosa amantitatis.	452
Tribulationum utilitas.	429	à peccato originali immunis.	ibid.
Tributum Episcopis & Regibus.	115	Virgo Ecclesia.	296
Tridui ieiunium, qualiter hebdomada Quadragesimæ.	469	Viri affectus erga uxorem, ex Apostolo.	274
Trinitas, pater omnium, quomodo.	288	Virtus Sanctorum in medio impiorum, maior.	453
Triduum Græcis, quis liber.	499	Virtutes infusæ, diuinis attributis respondent.	286.
Trullani Canones, cuiusmodi.	467	Viscera, apotheca stercorearia.	439
Truncatores Patrum.	236	Visio lintei Petro obiecta, quid signarit.	168
& aliorum authorum.	237	Vita Christiani, ob adoptionem, quæ esse debeat.	313
Tuba Spiritus sancti, Papa.	124	Vita, prima mulier, quando & quorsum dicta.	285
Turcæ pueri Iesum inelamantes, vincunt inuocantes Hala.	573	Vita pro Eucharistia.	293
Turcarum fabula de Rosis.	445	Vita in carne, flos in foeno.	431
Tympani Agni Christi.	618	Vita Mariæ Ægyptiacæ, quando lecta.	458
V		Vitæ amor, ad quæ adigat.	506
Vaccæ spirituales, quæ.	328	Vitia accipici quatenus cauenda.	ibid.
Vaccæ spirituales, Sacerdotes.	331	Vitia & improbitas non tollunt auctoritatem Pontificum si iis sorderent.	177
Vaginæ gladiatorum celebres.	551	ibid.	
explicatur allegoricè.	ibid.	Viuendo morimur.	434
Vas Catholicum, Papa.	124	Viuicomburium à curis.	429
Vbera Ecclesie, Prædicatores.	318	Vnio cum Christo per Eucharistiam.	278
Vbera Ecclesie, Petrus & Paulus.	ibid.	Vniuersalis Patriarcha quomodo Romanus & Constantinop.	89
Vbera arenaria, quæ.	329	Vnus Magistratus quomodo Romæ, si plures.	208
Vegetiores post ieiunium plenus.	303	Volatilia Monachis concessa.	459.460
Vendibilitas Agnorum cereorum, expensa.	380	Volfangi Lazij lapsus.	470
Venter suppressus, variorum morborum patrens.	478	Voluntas sensibilis, nunquam percipitur.	436
Venter Sponsi eburneus, distinctus saphyris.	483.	Voluptates, spinosæ & caducæ.	435
Venter & pudenda, adhærent.	513	Voluptas sub penitentia ictu.	436
Ventris probra.	492	Voluptatis & Rosæ analogia.	434.436
Venus Rosis reuincta.	435	Voluptatum nostratum caducitas.	435.436
Ver in montibus, Christus.	406	Vota Baptistini.	280
Ver nouum, Christus.	487	Vrbani V. munus, cerei Agni.	334.348
& nos eadem intentione eius.	489	eius versus de cetero Agno.	364
Ver Christianum.	341	Vrbanus V. an potuerit dissoluere vinculum Matrimonij Bernabonis Mediolanensis.	149
Verbum Dei, semen nostrum, quodnam.	287	Vrbanus V. Author benedictionis Rosæ.	414
Verbum, inquilinus cordis paterni.	300	Vrbium Natales.	335
Vermis Christi.	571	Vrsinæ Gentis splendor.	412
Vernum Tempus, Quadrag. opportunum.	509	S. Vrsula Rosa charitatis.	452
Veru assando Agno Paschali, quomodo infixum.	353	Virus secundarius Agnorum cereorum officit primario.	351
Vespera lucefcens, quæ.	499	Vterus fontis Ecclesiastici.	128
Vespere duntaxat, soluendum ieiunium.	468	Vterus fidelium, Baptistinus.	289
Vestis florida Regum Persarum.	431	Vterus Mariæ, Thalamus Christi sponsi.	276
Vicarius quomodo Papa S. Petri.	63	Vtris in nobis species.	433
Vicarij S. Petri dicti Episcopi.	127	Vxorum olim emptio.	279
Vicarius Apostolicæ Sedis, & Christi, quomodo Papa.	125	Vxoris reuerentia in virum ex Apostolo.	274
Vicecomes circa gestationem Agni cerei, halucinatus.	346	X	
Vicinus malus, spina.	428	XA Persæ, inscriptio Epistolæ ad Paul. V.	64
Vigiliæ ac somni vicissitudo, utilis.	419	XXerophagia.	474
Vilitas corporeæ voluptatis.	436	Z	
Vini abstinentia per Quadrag.	475	Zachariæ visum de equo.	493
Vini potus ad sedandam sitim an ieiunio officiat.	478	Zacharias Papa, an damnari asserentem Antipodas.	151
Vinum doctrinæ legalis, an gaudiū mundi.	318	Zacutus annotatus.	476
Vinum & lac, datum baptizatis.	314	Zaræ & Phares in vtero matris certamen.	569
Virgilius an Christi Natale in Eclogis cecinerit.	603	Zelus cum scientia.	506
Virginal intactum S. Agnetis.	347	Zif, homo, iuxta Origenem.	433
Virgines lac habentes in nocte Natalis Domini.	589	Ziphæi, qui.	439
Virgines plures piæ erga Natiuit. Christi.	600	Zithum, quid.	454
		Zodiacus Christianus.	300

